

FRANCISCI



PETRARCHÆ

LIBRARY

Brigham Young University  
RARE BOOK COLLECTION

Vault  
093  
Am35  
1496

BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY



3 1197 23820 5022







D. 117 F

Harv 12. 449

complete in 388 leaves

Prima edizione, e la sola del sec. XV  
delle Opere Latine, edita dal ben noto  
poeta Sebastianus Brandt, che vi ha  
premessi alcuni distici in lode del  
Petrarca e del tipografo Amerbach;

La 1<sup>a</sup> ed. delle opere latine  
stampate in Italia e quella  
di Venezia 1501



C. III

dated on last page of Liber Augustalis



**Librorum Francisci Petrarchæ Basileæ  
Impressorum Annotatio.**

Bucolicum Carmen per duodecim Aeglogas distinctū.  
De Vita solitaria: Libri. II.  
De Remedijs utriusq; Fortunæ: Libri. II.  
Libri quem Secretum: siue de Conflictu curarum suarum  
inscript: Colloquium trium dierum.  
De Vera sapientia: Dialogi. II.  
De Rebus memorandis: Libri. IIII.  
Contra medicum obiurgantem: Inuectiuarū libri. IIII.  
Epistolarum de Rebus familiaribus: Libri. VIII.  
Epistolarum sine Titulo: Liber. I.  
Ad Charolum quartum Romanorū Regem: Epistola. I.  
De Studiorum suorū successibus ad Posteritatē: Ep̄la. I.  
Septem Psalmi pœnitentiales.  
Epitoma Illustriū uirorum ad Franciscū de Carrhariā.  
Eiusdem Epitomatis: post obitū Francisci Petrarchæ: Lor-  
bardi de Siricho supplementum.  
Beneueneri de Lombaldi Libellus qui Augustalis dicit̄.

*Cratimus in Libro de Ecclesiasticis scriptoribus*

Franciscus Petrarca natione Suetus, hic in scripturis diuino eruditus: et in  
secularibus suis omnium sui temporis longe doctissimus. Philosophus, Allegator  
et Doctus celeberrimus qui duas humanitatis post longa silentia mortuas (et ita  
diximus) ab inferis reuocauit ad superos, non minus sancta conuersatione quam scientia  
clarus emicuit. Amore namque Christi et Philosophiæ salutaris vitam solitariam  
aggressus est: in qua usque ad mortem meditando, orando, et scribendo persueuit, toto  
mundo sua fama celebratur.  
Mortuus post multorum Librorum compositionem in Heremitorio suo agri Patuini  
sub Carolo Imperatore quarto, et Gregorio Papa undecimo anno Milesimo tertio  
septuagesimo quarto. ~~Indictione XIII ad Iapani. Et in eadem seculum qui~~  
~~mortuus est anno 1374 seculum, autem~~

De Commendatione Impressionis Fran-  
cisci Petrarchæ Elogiū Sebastiani Brant.

Gloria Petrarchæ: tanto est cumulata decore:  
Ut sibi nil addi: nil minui ue queat.  
Quicquid enim humanis potuit complectier. usq̃  
Vt sibus excultis: arte uel ingenio:  
Hoc meus ingenue nouit bonus ille poeta:  
Calluit & cunctas funditus historias.  
Omnibus his spretis: sed enim hæc fucata ueneno  
Sæcula mortifero liquit & illecebras.  
Et nemora & montes habitans colit atq̃ frequentat  
Secreti calles: & loca sola placent.  
Proinde sibi obtinuit famamq̃ decusq̃ perenne:  
Et fieri meruit charior inde deo.  
Illic solus enim tot digna uolumina scripsit.  
Quæ uitata quidem & sparsa fuere prius.  
Pressimus hæc nuper: sed adhuc nōnulla supersunt  
Tangere quæ nostras non potuere manus.  
Plurima Amorbachio debes Francisce labori:  
Multa etiam nobis q̃ bene tersus ades.  
Sed tua te uirtus: tua te præstantia dignum  
Reddidit hoc nostro: crede: labori. Vale.

## Parthenias

Clarissimi & insignis uiri Fracisci Petrarcha Roma nuper laureati: Bucolicū Carmē in duodecim Aeglogas distinctū: Quarū prima cui Titulus est Parthenias: Fœliciter Incipit.

Collocutores sunt Syluius & Monicus.

Syluius.

**M**  
m

Onice tranquillo solus tibi conditus antro  
Et gregis & ruris potuisti spernere curas.  
Ast ego dumosos colles syluasq; pererro  
Infœlix: Quis fata neget diuersa gemellis?  
Vna fuit genitrix: at spes non una sepulchri.

Monicus

Sylui quid quereris? cunctoꝝ uera laborum  
Ipse tibi causa es: Quis te per deuia cogit?  
Quis uel inaccessum tanto sudore cacumen  
Montis adire iubet: uel per deserta uagari:  
Mulsosq; situ scopulos: fontesq; sonantes?

Sylui.

Hei mihi solus amor: sic me uenerata benigne  
Aspiciat spes nostra pales. Dulcissimus olim  
Parthenias mihi iam puero cantare solebat  
Hic ubi benachus uitrea pulcherrimus aluo  
Persimilem natum fundit sibi. Venerat ætas  
Fortior: audebam nullo duce iam per opacum  
Ire nemus: nec lustra feris habitata timebam:  
Mutatamq; nouo frangebam carmine uocem.  
Aemulus at famæ dulcedine tactus inanís  
Ecce peregrinis generosus pastor ab orís  
Nescio qua de ualle canens: nec murmure nostro  
Percussit flexitq; animum: mox omnia cœpi  
Temnere: mox solis numeris & carmine pasci.  
Paulatim crescebat amor: quid multa? canendo  
Quod prius audieram didici: musisq; coactis  
Quo mihi parthenias biberet de fonte notauí.  
Nec minus est ideo cultus mihi: magnus uterq;  
Dignus uterq; coli: pulchra quoq; dignus amica.  
Hos ego cantantes sequor: & diuellere memet  
Nec scio: nec ualeo: mirorq; q̄ horrida nondum  
Sylua: nec aerij cœperunt currere montes:  
Verum ubi iam uideor collectis uiribus olim  
Posse aliquid: soleo de uertice montis ad imas  
Ferre gradum ualles: ubi fons mihi saepe canenti  
Plaudit: & arentes respondent undiq; caues.  
Vox mea non ideo est grata mihi: carmina q̄q;  
Laudibus interdum tollant ad sydera nymphe:  
Dum memini quid noster agat: quid ue aduena pastor:  
Vror & in montes flammata mente reuertor:  
Sic eo: sic redeo: nitar si forte canenæ

A 2

## Parthenias

Dulce aliquid dictare uelint: quod collibus altis  
 Et mihi complaceat: quod lucidus approbet æther.  
 Non rauca leue murmur aquæ: nec cura: nec ardor  
 Desuerint: si fata uiam & mens tarda negarit:  
 Stat germane mori: nostrorū hæc summa laborum.

Mo. O si forte queas durum transcendere limen:  
 Quid refugis? turpesq; casas & tuta pauescis  
 Ocia: quid frontem obducis? nemo antra coactus  
 Nostra petit: plures redeunt a limine frustra.

Syl. Non pavor hic animi fuerat: si ~~for~~ <sup>for</sup> aures  
 Dulcibus assuetas in amœna silentia tangunt  
 Miraris: natura quidem fit longior usus.

Mo. O iterum breue si mecum traducere tempus  
 Contingat: sileatq; fragor rerumq; tumultus.  
 Dulcius hic quanto media sub nocte uidebis  
 Psallere pastorem: reliquorum obliuia sensim  
 Ingeret ille tibi: non carmen inane negabis  
 Quod modo sollicitat: quid te suspendit hyantem?

Syl. Quis quæso? aut quonam genitus sub sydere pastor  
 Hoc queat? audiui pastorum carmina mille:  
 Mille modos: quæ nō nostris æquare caueo.

Mo. Audisti quo monte duo fons unicus ædit  
 Flumina? siue ubinam geminis ex fontibus unum  
 Flumen aquas sacrumq; caput cum nomine sumit?

Syl. Audiui ut quondam puer hispidus ille nitentis  
 Lauit apollineos ad ripam gurgitis artus.  
 Fœlices nymphae quæ corpus tangere tanti  
 Promeruere dei: fluuius si uera loquuntur  
 Per cinerum campos ultricibus incidit undis.  
 Hunc igitur dulci mulcentem sydera cantu

Mo. Illa tulit tellus: licet experiare: iuuabit.

Syl. O ego noui hominem: ciues & moenia parua  
 Sæpe hierosolymæ memorat: nec uertitur inde:  
 Semper habet lachrymas: & pectore raucus anhelat.  
 Hi Romam troiamq; canunt: & prælia regum:  
 Quid dolor & quid possit amor: quid ue impetus iræ:  
 Qui fluctus uentosq; regat: qui spiritus astra:  
 Nec non & triplicis sortitos numina regni  
 Expingunt: totidem uaria sed imagine fratres.  
 Sceptiferum summū iouem facieq; serena:  
 Inde tridentiferum moderatoremq; profundi  
 Ceruliumq; comas: medium fuscumq; minorem  
 Torua latus seruat coniunx: aterq; paludis  
 Nauita tartaræ piceas redit itq; per undas:  
 Tergeminusq; canis latrat: tum dura seueris  
 Penia trahunt manibus fixa sub lege sorores:  
 Quin etiam stygias æterna nocte tenebras  
 Anguicomasq; simul furias: templumq; forumq;

# Argus

Tum syluas & rura canunt: atq; arma uirosq;

Mo. Hic unum canit ore deum: quem turba deorum  
Vista tremít: cœlum nutu qui temperat alium:  
Aethera qui librat liquidum: qui roris aceruos  
Quiq; niues spargit gelidas: & nube salubri  
Elicit optatos herbis sitientibus imbrés:  
Qui tonat: & trepidum rapidis quatit aera flammis:  
Tempora syderibus qui dat: sua semina terris:  
Qui pelagus fluitare iubet: consistere montes:  
Qui corpus mentemq; dedit: quibus addidit artes  
Innumeras: geminum cumulans ab origine munus:  
Qui uitæ mortisq; uices: quæq; optima fessos  
Fert super astra: uiam docuit: repetitq; monendo.  
Hunc meus ille canit: neu raucum dixeris oro.  
Vox solida est perfransq; animos dulcore latentí.  
Iure igitur patrijs primũ celebratus in aruis  
Attigit & uestros saltus: lateq; sonorum  
Nomen habet: quæ rura padus: quæ thybris: & aruus:  
Quæ rhenus rhodanusq; secant: quæq; abluit æquor:  
Omnia iam resonant pastoris carmine nostri.

Syl. Experiar si fata uolent: nunc ire necesse est.

Mo. Quo precor: aut quis te stimulus: quæ cura perurget:

Syl. Urget amor musæ: quoniam modo littore in aphro  
Sydereum iuuenem genitumq; ex stirpe deorum  
Fama refert magnis implentem pascua factis.  
Te polypheme tuis iam constrauisse sub antris  
Dicitur: & libycos syluis pepulisse leones:  
Lustraq; submissis audax incendere flammis.  
Hunc simul italidesq; nurus: pueriq; senesq;  
Attoniti aduerso certatim a littore laudant:  
Carminè fama sacro caret hæctenus: & sua uirtus  
Præmia deposcit: pauitans ego carmina cœpi  
Texere: temptabo ingenium: uox forte sequetur  
Orphea: promeritum modulabor arundine parua.

Mo. Ipsos: uariosq; uia circumspice casus.

Explicit Prima Aegloga: quæ Parthenias intitulat

Incipit Secūda Aegloga: cui titulus est Argus.

Collocutores: Ideus: Phytias & Syluius.

Ideus. **2** **A** Vreus occasum iam sol spectabat: equosq;  
Pronum iter urgebat: facili transmittersse cursu.  
Nec nemorum tantam per sæcula multa quietem  
Viderat ulla dies: passim saturata iacebant  
Armenta: & lenis pastores somnus habebat.  
Pars teretes baculos: pars neçtere ferta canendo  
Frondea: pars agiles calamos: tunc fusca nitentem  
Obduxit phœbum nubes: præcepq; repente  
Ante expectatum nox affuit: horruit ather

## Argus

Grandine terribili: certatim uentus & imber  
Sauire: & fractis descendere fulmina nimbis:  
Altior aethereo penitus conuulsa fragore  
Corruit: & colles concussit & arua cupressus:  
Solis amor quondam: solis pia cura sepulti:  
Nec tamen eualuit fatalem auertere luctum  
Solis amor: uicitq; pium fors dura fauorem:  
Præcius heu nimium uates tu phœbe fuisti:  
Dum sibi: dumq; alijs erit hæc lachrymabilis arbor:  
Dixisti. Ingenti strepitu tremefacta ruina  
Pastorum mox turba fugit: quæcunq; sub illa  
Per longum secunda diem confederat umbra:  
Pars repetit montes: tuguri pars limina fidi:  
Pars specubus: terræq; caput submittit hianti.  
Syluius & phytias scopulum fortassis eundem  
Præcipiti petiere gradu: geminisq; cauernis  
Occuluere animas strepiti nec pauca gementes:  
Post ubi laxatis tempestas fracta parumper  
Nubibus: & cœli siluerunt murmura fessi.

Phy. Incipit ilachrymans phytias: o iupiter alme  
Si scelus hoc nostrum meruit: si rustica fardet  
Pastorum pietas: miseris ignosce precamur:  
Innocui miserere gregis: meliorq; capellas  
Collige disperfas: teneris signata labellis  
Vbera te moueant: nisi forte obliuia laetis  
Illius: astringeræ ne ctar tibi sugerit aula.  
De grege nempe fuit nutrix tua. Talia quæstus  
Subticuit: pectusq; manu percussit & ora.

Syl. Syluius audita rupis de parte quærela  
(Nam neq; se coram cernebant: obice paruo  
Præteritæ silicis ramoq; comant dirempti)  
Concussa sic mente refert: gemitumq; coercens:  
O phytia phytia fateor sic astra minari  
Iam pridem aduertit: postq; flammantia martis  
Lumina: & imbrifera saturnum parte morantem  
Obsessumq; iouem: & uenerem transuersa tuentem:  
Sibila uentorum postq; peregrina notauit:  
Nonne procul nebulas limo exhalante palustri  
Surgere: & in nostrum delatas uidimus axem?  
Nonne grues profugas turpesq; ad littora mergos?  
Num coruos fulicasq; uagas? num sydera mœsta  
Uidimus: & nimbo uelatam abscedere phœben?  
Tum quæ multa olim nascentis signa procellæ  
Syluicolæ cecinere senes: sed ferre necesse est.  
Hæc est uita hominum phytia: sic læta dolendis  
Alternat fortuna ferox: hæc ordine mundus  
Antiquo: nobis rerum experientia proficit.  
Quo grex cunq; miser ruerit consistere certum est.

## Argus

- Phy. Chare mihi imprimis & semper maxime sylui  
Respondit phytias: oculos te consule tergam.  
Tu modo si quid habes damni solamen acerbi:  
Tempestiua graues releuent obliuia casus.
- Syl. Immo ait ille: tuum est quæ condita carmina seruas  
Mecum partiri: daphnis pastoribus olim:  
Et tibi nunc ingens merito cantabitur argus.  
Quid tibi non nobis phytias? num tu quoq; carmen  
Argeum uocitare libet: nimis omnia calas:  
Incipe: forte sequar? nisi uox tua terreat inquit  
Syluius: ille alta fregit suspiria uoce.
- Phy. Arge decus rerum: sylue dolor arge relicte  
Hæc licuit rapidae sacrae de corpore morti:  
Hæc causa est tellus: te qui stellantis olympi  
Iam solus spectator eras: humus obruit atra:  
Quo fauor & nostri redijt quo gloria sacri?  
Quis tempestates prænoscet ab ætheræ longe?  
Quis mihi uoce feras: quercusq; & saxa mouebit?  
Aut longam dulci traducet carmine noctem?  
Quis terrebit apros? quis tendet retia damis?  
Quis uisco captabit aues? quis flumine mergens  
Ah miseris curabit oues? quis sacra cybelles?  
Atq; humilem admeti famulantem in gramina phœbum  
Rite canet? quem nocturnus trepidabit abactor?  
Quem noscent dociles alta sub rupe capellæ?  
Quem uigiles fidiq; canes? quem dulcis amica?  
Quis mihi solennes statuet per littora ludos:  
Insuetam patrio renouans ex more palestram?  
A quo consilium dubij: diuinaq; late  
Syluestres responsa ferent? quis tempore in arcto  
Supplicibus præstabit opem? pulcherrime quondam  
Arge amor ac luctus: dryadum quid sylua? quid antrum?  
Quid sine te colles? & post te uiuere quisquam  
Aut uolet aut poterit? pastores credite: mors est  
Viuere post argum: iam nunc arefcere circum  
Stagna: lacus: fontes: ipsumq; uidebitis aquor:  
Spiritus alter erit uentis: color alter in herbis:  
Floribus alter odor: solitos nec poma sapes  
Seruabunt: nec prata comas: nec flumina lymphas:  
Vellera nec pecudes: nec opimas campus aristas.  
Omnia nanq; oculis unus: nec fallimur: ille  
Latificare suis: & fœcundare solebat.  
Illo sylua fuit semper sub principe tuta:  
Pax inerat fronti: purgabat nubila uerbo.  
Ille abiit: fortuna suos mutata fatigat.
- Syl. Extorques lachrymas: nec iam mihi uiuere dulce est  
Post argum: sed uiuaci parebimus astro.
- Phy. Effugis agnosco nusq; sine carmine sylui:

## Amor pastorius

Si libet ire cane: post I tua damna recense.

Syl. Pastorum rex argus erat: cui lumina centum  
Lyncea: cui centum uigiles cum sensibus aures:  
Centum artes: centumq; manus: centumq; lacerti:  
Lingua sed una fuit: cum qua rupesq; feraq;  
Flecteret: & fixas terræ diuelleret ornos.  
Ille diu clarus syluis: perq; omnia notus  
Pascua: formosis cantatus ubiq; puellis.  
Mille greges niueos pascens per mille recessus.  
Postq; pertesum est nemorum longiq; laboris  
Irrediturus abit: uolucricq; per auia saltu  
Euolat in montes: illinc de uertice summo  
Despicit: & nostras curas nostrosq; tumultus:  
Regnatæq; uidet quanta est angustia syluæ:  
Alloquiturq; iouem: & uiduum commendat ouile.  
Arge uale: nos te cuncti: mora parua: sequemur.  
His dictis abeunt: patrij sulmonis ad arua  
Contendit phytias: syluas petit alter hetruscas.  
Solus ego afflicto mœrens in littore mansi.  
Explicit Secunda Aegloga: quæ Argus intitulat:  
Incipit Tertia Aegloga: cui titulu' ē Amor pastoriu'.

### Collocutores: Stupeus & Daphne

- Stupeus. **E**C quis erit precibus finis mea cura fugæq;  
Fige pedem daphne precor: & miserere tuorum.
- Daphne. **Q**uæ phœbum spreuit: quem non spretura putet:  
Quære alias curas: sis importunus amando.
- Stu. Hinc labor: hinc amor exagitant: coguntq; trementem  
Interrupta loqui: sit respirare parumper.  
Vis: dolus: insidiæ cessant: depone pauorem:  
Et nostros audire sedens dignare labores.
- Daph. Fare igitur: cupidasq; manus frenare memento.
- Stu. Daphne ego te solam deserto in littore primum  
Aspexi: dubius hominem ne deam ne uiderem:  
Aurea sic rutilo fragrabat murice palla:  
Sic cœlum late insolito complebat odore:  
Dulcia sydereas iactabant ora fauillas:  
Ardentesq; comas humeris disperferat aura.  
Dirigui: sol cum radijs certabat iniquo  
Marte tuis: totum non nostro lumine corpus  
Fulgebat: timuicq; deos: ne forte uidendo  
Arderent: raperentq; prius q; uulnera nosse  
Nostra: uel occultos incensi pectoris ignes:  
Accedo cupiensq; grauis primordia morbi.  
Pandere: uix sicco uocem pulmone reuulsi:  
Acris inexpletum uultu indignante locuta:  
Effugis: incessus docuit: nam uerba profundo  
Insedere animo: & liquidis hæsero medullis

## Amor pastorius

Exilio lachrymæ: & miserum su spiria pectus  
Flatibus assiduis tundunt: atq; imbre repentī.  
Tu tandem (quæ sola potes) miserere: modumq;  
Pone malis: si iusta peto: si cognita narro.

Daph. Quot placuit mea forma uiris: quot torsit amantes:  
Dinumerare piget: pla cuius super omnia phœbo.  
Aureus ille comam niti do spectabilis arcu  
Ingenio citharæq; potens: loue patre superbus  
Spretus & indignans abiit: stat conscia curui  
Ripa senis: memorantq; patris sub gurgite nymphæ.  
Tu quid habes: quo posse putes: hoc frangere saxum.

Stu. Quisquis amore uoles solido tranquillus & alta  
Pace frui: maiora fuge & nimis alta caueto:  
Illic contemptus: & iurgia mixta querelis:  
Atræq; perpetuis Bacchantur nubila uentis.  
Quin etiam uitare pares (licet obstrepat error  
Publicus) admoneo: fidum tibi iunge minoris  
Pectus: ubi obsequium pernox: humilesq; uicissim  
Blanditiæ: dulciscq; timor: res cognita paucis.  
Alta petunt omnes: utinam mihi tale dedissem  
Consilium: sed cogit amor: perq; ardua uictum  
Luctantemq; rapit: uictor fuit ille deorum:  
Molliaq; herculeis aptauit pensa lacertis.  
Tu cui libertas salua est: tibi consule daphne.

Daph. Consilium laudo: sed enim quæ prima pe tebam:  
Prima taces: spes summa tuos quæ nutrit amores?

Stu. Prætereo quæcunq; tribus mea pectora lustris  
Ingenti siluere fide: gemitusq; latentes:  
Et uigiles noctes: & quæ fert plurima secum:  
Immitis dum sauius amor: quæ forte benigno  
Iudice sint aliquid: tamen hæc perisisse sinamus.  
Sic erit: attulerit tales mihi uita labores.  
Debitus incauta fuerit furor iste iuuenta.  
Haud tacuisse uelim q; cum mea pauca putarem  
Posse placere tibi: studui si musica forte  
Ars mihi ferret opem: q; te sonus atq; camœnæ  
Non auri fulgor caperet: frustra q; timebam  
Hanc etiam temptasse uiam: raucumq; uidebar  
Nescio quid strepere: & donec mea carmina faunos  
Non puduit dryadesq; pari celebrare fauore.  
Sape quidem ramum uidi dulcedine tentas  
Linguere & attonitas in me spectare capellas.  
Spernere apes cytisum: mutas æstate cicadas:  
Latabar: nec nata prius fiducia nostra est:  
Quam facer ille mihi: cane fidens: diceret argus.

Daph. Et merito nanq; ille fuit qui talia posset  
Iure iubere suo: nosset qui talia solus.

At tu si qua recens studium tibi contulit effer.

Stu. Daphne nostra quies: noster labor: atq; uoluptas:

## Amor pastorius

Vnam ego te dominam: teq; hostem affusus adoro:  
Tu decus es nemorum: tu spes pastoribus ingens:  
Te uates magniq; duces: te iuppiter altus  
Diligit: ac iaculo refugit uiolare trifulco:  
Quo ferit omne nemus: te quam pharetratus apollo:  
Quam celebres arfere dei: nunc stupeus ardet  
Pastor inops: lentusq; gregis contemptor opimi:  
Diues erit: si pulchra uoces sua carmina daphne.

Daph. Plus aliquid q̄; rebar eras: reuerentia nostri  
Impedit: adde aliud: poteris fortasse placere.

Stu. Forte die medio dum me meus urget amator  
Syluæ amor: in syluas subito uox contigit aures  
Dulcior humana: stupui: leuis unda nitentes  
Per pronum herbofo uoluebat calle lapillos.  
Prominet ipse locus: murmurq; secutus aquarum:  
Purpurea in ripa lauricq; uirentis ad umbram  
Virgineam aspicio cœlo plaudente choream.  
Flecto gradum propere: tunc una sonantior omni  
Ex numero: si fata tuos hoc tramite gressus  
Rara mouent: aude diuinos cernere uultus.  
Hæc ait: & dextram tenuit: tremor omnis abibat:  
Posse loqui incipio: quin uos mihi parcite diuæ:  
Error amorq; trahunt: sector uestigia dura  
Heu mihi sparsa feræ: fugit illa meosq; dolores  
Nescit: ad hæc uirgo subridens: nouimus inquit  
Omnia: thessalidem sequeris per confraga daphnen.  
Fabula iam pridem aonijs notissima lucis:  
I certus: lentescet enim: tamen accipe ramum  
Hunc prius: & tenero frondosum pollice ramū  
Decerplit: cupidoq; mihi porrexit: & ibis  
Ibis ait: dicesq; nouem uidisse sorores:  
Quas uulgus spectare nequit: quas nulla prophanis  
Mens curis imbuta uidet: Si plura rogaris:  
Dic uidisse: quibus ui bella mouere: dolisq;  
Quam tutum: præceps docuit de turre pyreneus:  
Voce uel ingenio picæ docuere loquaces.  
Dic sacro de monte uagas: dic fontis ad undam  
Quem pedis impulsu genitus ceruice medusæ  
Alatus perfodit equus: dic nexa canentes  
Orbis imparibus uario modulamine uocum  
Cuncta nouem: uariosq; animorū ex ordine motus.  
Quid famæ prædulcis amor: uocisq; leuamen.  
Quid studium ingeniq; uigor: quid culta cerebri  
Ora tenacis agat: post hæc quis nam impetus: & quod  
Iudicium æthereæ: quæ nam discretio mentis:  
Quid ue potens mulcere aures: in fine: fugaces  
Huc daphne dic uerte oculos: regina canori  
Hunc mihi prima chori ramū dedit arbore uulsum:

# Dædalus

Quem tibi monstrarem: uolucrem iubet illa: monetq;  
Hæmonia post signa fugæ consistere tandem:  
Ferrea sit quis: motam pietate uidebis.

Daph. Motaq; sum: sequere: & collem properemus in illum.

Stu. Perge labor nullus tecum iuga prendere olympi.

Daph. Scis quo colle sedes: maestas quanta locorum est:

Stu. Imperiosus apex dare circum iura uidetur  
Collibus: & cælo syluas despectat aperto.

Daph. Huc ego pastores memini uicticia fertis  
Tempora: & arboreis spolijs ornata referre:  
Curribus inuectos niueis delubra deorum:  
Intereram iam læta uirens spectare iuuabat

Cum ductore greges captos: tristescq; iuuenos:

Exuuiasq; graues peregrinis montibus actas:

Et longos rerum strepitus: pompasq; frementes:

Huc ab hyperboreis per uim custodibus aurum

Gryphibus ereptum: magnos peruenit in usus:

Huc asia prædas: informi squalida tergo:

Huc quoq; nutantes tulit indica bælua turres.

Quid te multa morer: quicquid nemus undiq; pressis

Extulit uberibus: hoc est in monte coactum.

Hic iusti sedere patres: hic uiua iuuentus:

Hic castæ lufere nurus: hoc pastor in antro

Maximus insidijs perijt: nec pulcher adonis

Vulnificos euasit apros: sed tristia linquo:

Hoc ipsos est fama deos habitare cacumen:

Hoc caput est nemorū: domus hæc iouis ampla tonantis.

Hic natum complexa suum latona sibyllæ

Agnita fatiloquæ pastori ostensa superbo est:

Hæc iuga magnanimus scipionibus actus ibernis

(Sic creuit fortuna loci) tua cura: subactis

Saltibus ex libycis rediens puer ille reuifit:

Et secum rudis ille senex: post tempore multo

Cantantes uenere alij: quos dicere longum est:

Partheniasq; tuus triplicis modulator auenæ.

Omnibus his uiridi frondebant tempora lauro.

Hic ego: dissimili q; q; subsidere sertum

Fronde tamen simili faciam tibi: porrige ramum

Quem sacra castaliæ regnatricis tradidit almæ

Illius hic: nostrumq; simul tibi munus habeto.

Linq; alias curas: & noster protinus esto.

Stu. Nunc uigilasse iuuat: dulce est meminisse laborum.

Explicit Tertia Aegloga: quæ Amor pastori  
us intitulatur.

Incipit Quarta Aegloga: cui titulus est Dædalus.

Collocutores: Gallus & Tyrrenus

Gallus. **T** Ale quis ingenium: tanti quis muneris usum

## Dædalus

- Vt niueum compegit ebur: neruosq; loquentes  
Addidit ac numeros: dic o tyrrhene quis ille?  
Dædalus an ne alius: dextræ successor & artis?  
Tyrrhe. Dædalus ipse fuit: nec falleris omine galle  
Artificum stupor æternus: quem docta potensq;  
Miratur natura uirum: mihi maximus ille  
Argutam dedit hanc citharam: plestruq;: modosq;.  
Gal. Cuius amor meriti: cuius pulcherrima merces?  
Tyrrhe. Nullius: nam sponte meum quaesiuit amorem:  
Dignus quem syluæ: quem grex: quem pastor adoret.  
Gal. Qua tamen hæc regione tibi fors obuia uenit?  
Tyrrhe. Est nemus aerium trabibus quo frigida quernis  
Sûmouet umbra diem: non illic aura: nec æstus:  
Non gregis aut hominũ uernos premit ungula flores:  
Fontibus aduersis circum duo flumina surgunt:  
Hoc secat hetruscos: petit illo gurgite romam:  
Hic quasi uenturi prælagus: tristia mecum  
Plurima uoluebam: flebam quoq;: uidit ab alto  
Dædalus annosas inter considerare fagos.  
Accessit: citharamq; ferens: puer accipe dixit:  
Hac casus solare tubs: hac falle laborem.  
Gal. Infœlix ubi tunc aberam: fortasse fuisset  
Hæc fortuna alij: citharam mihi dædalus illam:  
Nouit enim egregie: atq; interdum uisus amare est.  
Tyrrhe. Hanc minime: sed forte aliam: nam milia multa  
Ille habet: & large partitur munera in omnes.  
Galle sed ante diu q̄ præsens sylua uireret  
Hæc fuerat promissa mihi: nanq; anxia partu  
Mater: anhelanti lucinam uoce rogabat:  
Et mœstum ignarus lucis iam limen adibam:  
Attulit ecce pium fors dædalon: haud mora: mixto  
Vagitu gemituq; graui: concussus apertas  
Substitit ante fores: deq; obstetricibus uni  
Si puer est citharam dabimus: si nata monile  
Dixerat ac speculum: subitoq; euanuit: inde  
Polliciti redijtq; memor: fatoq; beauit.  
Gal. Vtilis inuidiæ species mutatio feruens  
Incutiensq; animo stimulos: tyrrhene fatebor.  
Ardeo nunc similem citharam: nisi forsitan ista  
(Quod malim) caruisse uelis: sunt uellera nobis  
Mollia: sunt hædi: præcium uel grande licebit  
Ipse rei paruæ statuas: parebitur ultro.  
Tyrrhe. Grande rei paruæ: citharæ solacia nescis:  
Rem magnam (si nota) uoces: fastidia mulcet:  
Laxatos animos refouet: solatur amicos.  
Grandia restituit: pellit de pectore luctum:  
Exiccat lachrymas: compescit flebile murmur:  
Spes reuehit: frangitq; metus: uultumq; serenat.

## Pietas pastoralis

- Gal. Quid precio maiore uetat uel magna paciscit?  
Tyrre. Non mihi setigeri quantum uix pascitur usq;  
Villigeriq; gregis: ne dum leue uellus: & hedi:  
Sit precium citharæ: non si tibi gurgite latos  
Ambiat hermus agros: rutilus obliquet arenis.  
Quid mihi diuitiæ: quid rerum mutus aceruus?  
Nostras cernis opes: hic est qua crebra rebellis  
Prælia fortunæ: mundi q; præmentia uincla  
Pauperiemq; leuo: rigidas hac sæpe per alpes:  
Perq; nemus uacuum: perq; atra silentia noctis  
Fisus: eo plaudunt uolucres & concaua saxa:  
Interea tristes fugiunt per nubila curæ.  
Gal. Laude sitim cumulas: ser opem: optatoq; potiris  
Te duce contingat: uiuam memor emoriarq;  
Tyrre. Sera animū quæ cura subit: breuis ecce iuuentæ  
Flos cecidit: tunc tempus erat: iam discere turpe est /  
Quod pulchrum didicisse foret: sic uoluitur ætas:  
Omnia sic uoluit fugiens ac nescia freni.  
Sorte tua contentus abi: citharamq; relinque:  
Est quibus a teneris tractata suauiter annis.  
Gal. Poscitur auxilium: tu consulis: incipe rebus  
Mecum: uerba alijs quos possunt uerba mouere:  
Poscimus hanc auide: toto nil pulchrius orbe est.  
Tyrre. Pulchra mouent oculos: sed profunt acta fruenti:  
In partesq; uenit pudor atq; modestia uoti.  
Gal. O felix o chare deis tyrrhene supernis.

Explicit Quarta Aegloga quæ Dædalus intitulat:

Incipit Quinta Aegloga: cui titulus est .

Pietas pastoralis.

Collocutores: Martius Apitius & Festinus

Martius **Q**uid genitrix ueneranda dolet germane: quid illi  
q; Accidit hoc dignum gemitu: quorsumue recetes  
Mœsta pluet lachrymas: nec lumina nostra made-

Apitius Cuncta uorant anni uolucres: domat oia tempus (scūt:  
Indomitum: cecidit matris fortuna decorq;  
Arenti uirens senio dat terga iuuentus.

Mar. Aspice quot circum stabiles urgentibus annis:  
Et uirides cernuntur anus: aliunde profecto  
Luctus: & offensi ueniunt suspiria cordis.  
Quærere nos causas: fatiscq; obstare repertis  
Suadet amor: pietasq; iubet: meritumq; reposcit  
Altricis: partusq; labor: fastidia: curæ.

Api. Vim nescit natura pati: licet omnia certent  
Pectore ab aduerso: cunctas licet aduocet artes  
Humanū genus: & studio contendat inani.  
Inuictum caput illa ferens contemnit habenas.

Mar. Hæc prope dijs natura pares iubet esse parentes.

## Pietas pastoralis

- Api. Hæc eadem prohibet cursum præuerrere uitæ:  
Et rerum turbare uices. luuenescere mater  
Nostra nequit: uaria est pietas: de coniuge quisq;  
Cogitet: & paruis studeat succurrere natis.
- Mar. De genitrice nihil: sed enim mihi maxima matris  
Cura subest uiduæ: nil hac mihi charius usq;.
- Api. Quis uetat esse pium: munus leue/ dulcía uerba:  
Hos humeros: has illa manus: hæc brachia nobis  
Sola dedit: donisq; suis ea sola fruatur.  
Non comes esse sibi quascunq; uocarit in horas  
Abnuo: nec fragili baculo me ferre senectæ.
- Mar. Dñ tibi consilium cœlo tribuere sereno:  
Nunc pietas sua regna dedit: sua possidet arma.  
Filius es: matri cui subueniamus egentis?
- Api. Fare quid expectas: omnis mora torquet amantem.
- Mar. Est domus ampla: sibi nemoroso condita colle  
Dudum magnanimi quam quodam tempore fratres  
Obsequijs coluere pijs tam cognita late  
Mater erat: saltus nimis inuidiosa per omnes:  
Fœlix & partu & syluestribus inclyta gazis:  
Ac nemorum regina potens: mors inuida natos  
Præcipuit misere: perierunt corpora fratrum:  
Fama uiget: nos ludibrio dilata iuuentus  
Spiramus: sed fama iacet: tenebrisq; sepulta est.  
Sub nobis mutata domus: fortuna tot annis  
Incolumis nostros cecidit non passa furores.  
Hæc matri reparanda domus: nil gratius illi:  
Ni quos fata præmunt: fractis confulgere bustis  
Aspiceret natos: & tempora prisca reuerti.
- Api. Vilia sunt hominum curarum milia mille:  
Quisquis sibi sapiens. Vnde hæc tibi somnia frater?  
Pellere pauperiem labor est mortalibus ingens:  
Cui nunq; speranda quies: nos forte maligna  
Viure per syluas uix ulla possumus arte.  
Et tecum germane loquor: nunc furta rapinis  
Mixta iuuant: plenis nec prædæ ab ouilibus actæ.  
Tu noua tecta paras ruituræ attollere matri?
- Mar. Non noua: sed ueterum turpes reparare ruinas  
Da frater da chare manus: partemq; uirilem  
Sponte subit: uincat pietas inuicta laborem.  
Siccemus pariter lachrymas: & mœsta parentis  
Pectora (ne tales doleat genuisse) leuemus.
- Api. Cura superuacui pectus quatit: & cadit illa  
Spes sobolis talis: quæ cuncta repleuerat arua:  
Nec muris contenta suis: nec cespite paruo.  
Ad paucos reditum: pascent nos auia baccis  
Arboreis: duplicisq; capax testudinis antrum.  
Dum tonat excipiet: uetosq; arcebit & imbres:

## Pietas pastoralis

Mater ubi alternis conuiuia festa diebus

Hic aget: atq; illic: geminorū fruetur honore.

Mar. Coniugibus despecta quidem: & calcata superbis:

Ac dominas habitura nurus: quin flectere tandem

Et monitus meliora uide: genitricis uterq;

Septa colat: limenq; pius uenerator adoret.

Quod sacri tetigere pedes: non aspera mando:

Dulce est annosæ iuuenem seruire parenti:

Non in uestibulo pudeat me mane uideri

Sollicitum: quid mandet anus: quin septa laremq;

Molimur solitas sedes: hinc iussa nepotes

Accipiant: hic una domus: nec scissa potestas:

Nec fratrum diuisus honos: uicinia iunctos

Horrebit: uirtus gladio plus uera timetur.

Aggrediamur opus: quædam leuiora uidentur

Expertis: genitrix animos si cernat amicos:

Ipsa aderit: nam pascit oues pascitq; iuuenecos.

Vnde istas cumulamus opes: ars fallere matrem

Præterea & terræ salis altum infodit aceruum:

Quem cupido quondam pecori blandita latenter

Miscuit: & sapidas aspergine reddidit herbas.

Insuper ad ueteres hortos/umbrosaq; tempe:

Saturniq; domos: & quæ possedimus ultra

Lydius at nunc hospes habet uiolentus: ab alto

Monte cadit riuus: qui dum sua rura reuisit

Impedit inualidam transuerso gurgite matrem.

Pons fuit hic manibus sanctorum structus auorum:

Tempus in hoc solidus: tacitos quo tramite fures

Qui gregibus pestem: syluis suprema parabant

Repperit argutus nocturno tempore pastor.

Collaq; sic meritis fregit tua dextera pontem.

Hunc (tibi nota loquor) timidus effudit in undas:

Dumq; nocere mihi properas: matricq; tibiq;

Et gregibus syluisq; nocet: sed iurgia mitto.

Hic nostram modo poscit opem: sine crimine quis

Non onerum partem tecum tolerare recuso.

Api. Compulit in facinus tua longa superbia: uerum

Cymba breuis fluuio est habilis transire uolenti:

Rus breue trans fluuium superest: fortuna solutos

Angustat: finesq; locat quos fratribus olim

Tam bene pacatis q̄ nos sumus: arcta priorum

Arcta extremorum confinia: at inter utrunq;

Laxarunt sua rura senes: audacia lætos:

Non stabiles habet euentus: en omnia demū

Ad primas rediere uias: forsq; improba gyro

Lusit in assiduo: quid quod sine ponte manemus

Tutius in ripa: iam quantum ad cætera: serum est

## Pastorium pathos

Aedificare domos: sub tempus uelle sepulchri.  
Festi. Quid uano sermone leues consumitis horas?  
Tertius ille minor quem uos calcare soletis  
Syluas frater habet: iam fundamenta domorum  
Sede locat patria: genitrix sibi rura: gregemq;  
Credidit: & nati gremio secura quiescit:  
Parent cuncta sibi: curas agit ille seniles.  
Ense puer stricto: laqueisq; sub arbore tensis:  
Quis auium: furumq; pedes: & colla premantur:  
Pinguibus arentes tenerisq; ab ouilibus arcent  
Fortia claustra lupos: tristis non murmurat ursus:  
Sanguineus non sauiat aper: non sibilat anguis:  
Non rapidi praedas agitant ex more leones:  
Non aquila curuis circudant unguibus agnos.  
Excelsa praedulce canens sedet aggere custos:  
Pascua tuta silent: audit iam littus utrunq;  
Carmen: & extremum calaber ligurumq; recessus:  
Vndifragi sectiq; tenens conuexa pelori.  
Si uocem extulerit: mauros turbabit & Indos.  
Arctosq; niues: austrisq; calentes arenas.  
Imperat is uobis linguam cohibere: capellas  
Ire domum: tondere inopes: negat almaq; mater.  
Partem uteri uos esse sui: suppositaq; iurat  
Pignora falsa sibi: uallis te proxima misit  
Apoenigenae qua prata uirentia syluae  
Spoletana metunt: armenta gregesq; proterui:  
Te longinqua dedit tellus & pascua rheni.

Mar. Hunc memini audieram ueteres narrare bubulcos.

Explicit Quinta Aegloga: quae Pietas pastoralis  
intitulatur.

Incipit Sexta Aegloga: cui titulus est Pastorium pathos.  
Collocutores: Pamphilus & Mitio.

Pamphilus. **Q**ui nemus omne uagis lacerandum praebuit hircis:

Quid syluae meruere meae? quas rore superno  
Iuppiter: & riuis spumantibus horrida coniunx

Impiger atq; olim pyros fauosq; rigarunt?

Quae rabies: furtum segetes dum carpit acerbas

Spes & opes turbauit agri: cui pulcher hyberus

Delitiae nostrumq; decus sub tempus aratri

Non timui prunos crepitantibus addere lauris.

Quis prope consultus dextram nisi noster apollo

Porriget afflicto: montesq; efferret in altos?

Pastorum fors dura nimis: date frena capellis:

Mitio. Indomitos cohibete greges: simul ubera multo

Lacte fluant semper: magicas non nouimus artes.

Et nunc ista fero: lites & iurgia secum

Instruit: ac saxum & nodosa repagula gestans.

Quot maledicta parat: poterit maledicta mereri

## Pastorium pathos

Ense perire suo: quod fert reperire uenenū  
Blandicijs tamen aggrediar: quod pamphile & scenum?  
Quos ue locos habitas: serum tua claustra reuifis.  
Quid fremis: inq; graui quid feruet spiritus ore?  
Pam. Furcifer hic mitio: nec te durissima fontem  
Sorbet adhuc tellus: iam iam mirabile nullum est  
Si nemus & messes atq; omnia uersa retrorsum  
Spem lusere: manet: cui pro custodia culti  
Credita ruris erat: cui grex pascendus in herba?  
Intempestiujs perierunt mortibus agni:  
Defessi perire boues: hirciq; supersunt:  
Immūdiq; sūes: quos luxus & ocia tendunt.  
Turba nociua satis: nulla quæ lege per agros  
Spargitur insultans: uirgultaq; dentibus urit:  
Iam montes infecit odor: nostram ue quietem?  
Mi. Haud inopina quidem patior conuitia: dudum  
Singula nam tacito tractans sub pectore mecum  
Vaticinatus eram: iam turbidus ille redibit  
Nec serui tergo: nec amica parcere fama  
Doctus: nec rigida pietatem admittere fronte.  
Pamphile q; facile est alienam carpere uitam:  
Quam durum seruare suam: te forte magistro  
Segnior haud gregibus mors/ac lupus ingruat albis.  
Nequicq; baculoq; minax uultuq; uenires.  
Nil tibi tristis hyems: q; cessura rigori  
Illa tuo: nil uer dubium: nil morbidus auster:  
Nil tibi de proprio uiolenta remitteret æstas.  
Non uolucres segeti: non mitibus umbra racemis:  
Non caper arboribus: non bucula parceret herbis.  
Pam. Nonne ego pastor eram dum trux turpissime rerum  
Nereus aduerso pascens in uertice tauros  
Transuersum deiecit humi: & pecus omne parabat  
Vi rapere: obductor donec uiolentior ille  
Exiit hirsutam tunicam: nudumq; reliquit?  
Mi. Quid potius tractare uelim: quot tempore paruo  
Tunc nostri cecidere gregem: est sanguine uallis  
Pinguis adhuc: cæcis raptim congesta cauernis  
Ossa iacent: horrore ferit locus ille tuentes.  
Non tibi non alijs licuit mandare macello  
Membra bouum: sparsere lupi: sparsere leones.  
Pam. Hi tibi sint hostes: at non iacuerunt magistri:  
Non rauci filuere canes: quod saua sinebat  
Extremū fortuna fuit: spoliare cadentes:  
Et niueas urbi dominoq; remittere pelles.  
Tu mihi quid seruas nisi cornua dempta iuuenicis?  
Mi. Immo aurum teneris quod compensauimus agnis.  
Seruo: habiles cyathos & agresti urgere labellum  
Sudere non dignor: rudium miseretq; parentum.

## Pastorium pathos

Adde quæ ars duce me multum pastoria creuit:  
Discolor en talos tyrrheno ex more cothurnus  
Circūit: effulgens obnubit tempora iaspis.  
Candida sidoneo ter murice: uellera tinxi:  
Et magnos peperit pro munere lactis amicos:  
Sponsa nitet gemmis: collumque monilibus ambit.  
Et mecum fulca secura recumbit in umbra.  
Non glacie niuibusque rigens: nec solibus uista:  
Qualis erat tua turpis anus: dum rura teneres.  
Regia si spectes: non nostra uidebitur uxor.  
Tum passim herbosis ludunt in uallibus hedi:  
Inque uolutabris segnes innata uoluptas  
Conglomerat: uersatque sues: non humida pastor  
Fortior antra subit: sedeo iaceoque supinus:  
Multa canens quæ dicat amor: nec crastina curans.  
Commisique gregis ludos & praelia cerno.  
Tu querulus tristisque mane: tu dente canino  
Qua rabies tulerit semper mordere paratus.  
Pam. Ergo impure tuum nostris cum sentibus antrum  
Iungis: ut indignos habitus tibi praeferat uxor  
Rebus onusta suis: ut tu meliore cubili  
Membra loces: somnumque animo uigilante fugacem  
Excipias oculis: & turbida uisa fatigent?  
Conciliant ut uasa sitim: causasque timendi  
Inueniant: & forma domus & chara supellex?  
Heu labor insanus precio cumulare periculum.  
Heu furor extremus nuptæ parere furenti.  
Turpis adulteria: & thalami tot probra pudendi  
Disimulare potes? nempe hi quos fingis amicos:  
Coniugis incestæ facilem rapuere pudorem:  
Insidiasque parant etiam tibi: lumina tolle  
Immodico depressa mero: lupus instat ouili  
Antraque peruigiles circumstant ditia fures.  
Mi. Furibus est mecum contractum sanguine porci  
Foedus: & inferni descriptum regis in ara.  
Inuisum superis sacrum fortasse: profundis  
Acceptum sed iure deis: quibus are litatum est.  
Non ego: ieiunia confringant pinguis tigres  
Septa licet: totoque fremens ruat aethere grando:  
Armentisque fatisque necem ferat acrior annus  
Pauper ero: tantum scrobibus commisimus atris.  
Pam. Tolle ferum scelerate sacrum quod iuppiter & sol  
Erubuit: potuitque iubar sed acerba relatu  
Præterea qui pastor eras: per littora gaças  
Conuehis: & neutrum perages feliciter: aude  
Linquere iam syluas: urbesque uidere remotas:  
Pandere uela nothis: timidas temptare procellas:  
Vxor enim ignotis iam pridem in collibus errat:

## Pastorium pathos

Et patrium limen thalamūq; egressa pudicum  
illa sequetur ouans: meretrix famosa procosq;  
Secum aget ardentēs: & olentes turpiter hircos:  
Herba peregrinæ quibus est iam grata paludis.

Mi. Quid pater obscuris animos ambagibus implet?  
Longaq; nunc seris: quid litibus ocia frangis?  
Desine iam mœstis alacres incessere uerbis.  
Dic age: dic breuiter quicquid fert impetus & mens.

Pam. Es meritis post uincla crucem: post uerbera ferrum  
Supplicium breue: quin potius sine fine dolores  
Carceris aeterni: uel si quid tristius usquam est.  
Serue infide fugax dominoq; ingrata benigno.

Mi. Surde senex gestare crucem: tolerare catenas  
Si nescis fors ipsa tua est: uulgata per omnes  
Fabula iam saltus: nereï terrore superbi  
Destituisse gregem: medio nisi tristis apollo  
Sistere calle gradum non uertere terga iuberet.  
Cætera nam sileo: domino q̄ fidus in arctis  
Casibus: ut possint desertæ ignoscere caulæ.

Pam. Et fugi & redeam: timui pastoris iniqui  
Verbera nulla: metum facilem damnauerat ætas.  
Flumine mox laui maculas: pallorq; recessit.

Mi. Quæ tibi causa fugæ? cur claustra quieta relinquis?  
Cur longinqua sequens quercus contemnis auitas?  
Quo clauēs uesane rapis? quin obice rerum  
Tantarum si cura premit: per mœnia saltu  
Errantes cogentur oues sub tecta reuerti.

Iam mihi magna placent: inopis non semper ouillis  
Seruus ero: dulcem cantando nactus amicam  
Formosus fieri studeo: solemq; perosus  
Antra umbrosa colo: frontemq; manusq; recenti  
Fonte lauans: speculum corydon byçantiū istud  
Quo mihi complaceo dono dedit: omnia nouit  
Et patitur coniunx: quoniam sua multa uicissim  
Dura fero: uos ignotas iactetis amicas  
Ne mea perpetuus foueat complexibus epy.

Pam. Infamis mulier multisq; infausta maritis  
Te foueat demens: prior epycus ille prophanos  
Lapsus in amplexus cecinit per rura per urbes:  
Quam coniunx generosa sibi: prior ipse puellam  
Nactus ad irriguos secum traduxerat ortus:  
Ludibrioq; habitus: uiuens moriensq; iacentem  
Exedere canes: & perminxere sepulchrum.  
Latior haud alijs post hunc: sed adultera forsan  
Fida tibi fruire: & speculum corydonis habeto.  
Aeternum gemat ille miser: pastoribus aulæ  
Qui primus mala dona dedit: formosus haberi  
Dum petis: & capiti circūdas ferta niuoso

## Pastorium pathos

- Ignotum tot pondus auis: dum floribus antrum  
 Dumq; pedes debite rosis syluestribus ornas:  
 Omnia depereant: quando impia sydera cœlo  
 Impia fors terris superant: intercīdat una  
 Cura gregis rurisq; labor studiumq; peculi.
- Mi. Succedet mihi forte aliquis: nec longius hinc iam  
 (Augurio nisi fallor) abest: qui tristis inersq;  
 Mitia præduris excuset facta repulsis:  
 Aluernasq; ferat romana in pascua sordes.
- Pam. Quem talem nisi te genitum fortasse minaris?  
 En tua tota fides: en laudum summa tuarum  
 Peiorem si terra parit: tunc optimus ipse:  
 Inq; nocens mitio: sic crimen crimine purgas:  
 Viue: late: gaude uitæ maioris ad umbram.
- Mi. Lætus agam moriarq; dolens: tu tristis utrunq;  
 Nescio quid confusa tibi tua somnia seruent.
- Pam. Par fuerat meminisse quibus bonus ille periclis  
 Ista parauit herus: laniatum uepribus aspris  
 Vidimus: heu quanti miserans armenta redemit  
 Perdita sublimi ueniens mercator olympo.  
 Quam tenuis uictus: q; nulla superbia uerum  
 Ruris habet dominū: tu luxuriaris in aruis  
 Illius: ipse sua sitiens ac sobrius aula est.
- Mi. Immemor ille sui: & rerum fateamur avarus  
 Perdere pauca timet: cum possit perdere multa.  
 Impiger horrendis pastores uocibus implet.  
 Hinc didicisse potes semperq; in fontibus agras  
 Merfat oues: tondere iubens ne uellera lappæ  
 Intricent: prohibeas ipsis a sepibus hircos:  
 Ostentatq; rubos itidem sterileq; miricas  
 Pascua dura feris: famulos macieq; geluq;  
 Conficit: ac tolerare famem somnūq; sitimq;  
 Edocet: adiungitq; minas atq; intonat ore.  
 Dulcia cuncta uetat: iubet aspera: culta cauebis  
 Auia lustrabis: montes superabis iniquos:  
 Et pedibus nudis tribulos calcabis acutos.  
 Moribus his hominū quisquā de sanguine natum  
 Vixerit: aut raras illi miretur amicos?  
 Contra ego me memini domino seruire potenti:  
 Perdere magnificum multis placuisse decorum:  
 Vis ubi nulla premit: quis tot consumet aristas  
 Quod pecus assiduo peraget tot gramina morfu.  
 Lasciuos errare greges hircosq; procaces  
 Coniugio gaudere linas: simul ipse iocabor  
 Dum mea me coniunx: dum me mea suscipit epy.  
 Vos uestros seruate: meos mihi linquite mores.
- Pam. Infelix sic noscis herum: dum tutus in umbra  
 Stare putas: aderit præuertens gaudia luctu.

## GreX infectus & suffectus

Mi. En uerbis terrere paras: praesentia fortes  
Despiciunt: timidos etiam distantia terrent?

Explicit. VI. Aegloga quæ Pastoriū pathos ititulat  
Incipit Septima Aegloga cui titulus est Grex  
infectus & suffectus.

Collocutores Mitio & Epy.

**D**Ulcior his syluis & gramine dulcior arui:  
Gratior his antris: & gratior amne sonoro:  
Huc modo dum sum solus ades mea nobilis epy.

Epy. Nulla dies mitio nostros obrumpat amores:

Nulla dies gremio caput hoc disiungit amato:  
Ultro assum: semperq; adero: nec sponte reuellar.

Mi. O mea (nam dulce est animū exonerare loquendo)

Quid mihi nunc stomachi reris? praecordia quantum  
Fellis habet sparsi? mordax modo pamphilus acri  
Pertulit incautum penitus pupugit ue querela.

Multa minax absentis heri: sub fine pauorem  
Obtulit intrepido: fortem fortissima contra  
Frons stetit hæc: nunc chara comes tot dulcia mecum

Tot lætos partita dies: partire quod instat:

Ne pigeat numeremus oues: numeremus & hircos:

Seu grauis iste redit: seu forsitan ille tremendus:

Vera licet fictis prætexere crimina uerbis:

Stet modo frons eadem conceptaq; formula fandi.

Epy. Lanigerum quodcunq; pecus seruare solebas

Mors rapuit: uel morbus habet: per gramina ripæ

Pascitur alterius quicquid superesse dedit fors.

Febris iners: scabiesq; tenax: uiolentaq; tussis

Iam uacuos populantur agros: premit horrida sudor

Mucidus: & rigidi configunt tergora dumî.

Tutius abfuerint ne furtim læta pererret

Mœsta lues capita: & serpens per ouilia pestis.

Cætera nosse datur: refer huc tua lumina tantum.

Mi. Perge meum culmen: mea spes: mea tota uoluptas.

Epy. Ille procul fuluo quem cernis ludere tergo

Vertice conspicuum: setis cui discolor albis

Barba genas mentumq; tegit: per pascua late

Noscitur immitis: frondisq; petulcus & herbæ.

Hunc etiam cupidæ metuunt perferre capellæ.

Sic duras tenerasq; tegit: sic pondere toto

Irruit: incumbens miseris: ueneremq; nec ulla

Respuit: haud propria fit segnior inde maritæ.

Quæ paribus signata notis: & concolor illi est.

Ipsè quidem luxu immodico lassatus: & annis

Iam senuit: sed dura fero recalensq; senectus.

Ille procax parili totus licet ardeat æstu:

Viribus aut paribus fruitur: tamen omnia turbat

## GreX infectus & suffectus

Septa furens: nullasq; finit dormire quietas:  
Somnifera sub nocte capras: sed ouilia circum  
Hunc animus non sanguis agit: dumq; aspera prensat  
Colla: parum stabiles fregisse per oscula dentes  
Cernitur: & uocis paulatim perdidit usum.  
Quem quotiens uideo: subitus quatit ilia risus  
Ut fragilis dumeta petit: crebrosq; hymenæos:  
Et uenerem geminis ardentem naribus omni  
Tempore suspirans: in amœnū spargit odorem.  
Tertius ille autem distortis cornibus atra  
Luxuria efferuens: teneris male temperat hedīs.  
His multum debere memor grex ipse fatetur.  
Horum nanq; licet circum præsepia natos  
Enumerare leues: atq; agmina multa nepotum.  
Ille piger senio torpet: tamen integer olim  
Ludere clam solitasq; uides nec spernere frondes.  
Nunc iacet & cœlum spectat: fremit arduus ille  
Proceris gaudens per syluam insistere ramis.  
Permeat hic ualles: longinquaq; rura peragrat.  
Esurit ille rubos: fulgentibus imminet undis:  
Nec tota satianda tago sitis arida feruet.  
Ille ferrox animi est: & torua fronte minatur.  
Ecce duo obnixis qui sese cornibus urgent:  
Sape graues syluis olim exciure tumultus.  
Nunc multo grauiora parant: atq; omnia turbant.  
Ecce duo: morbo impliciti: niger iste quiescit:  
Candidus ille filet: scabiem fricat ille uetustam.  
Ille quidem toto quem cernis ab agmine solum:  
Natura generosus erat: sed non sua tondens  
Gramina: sollicito tacitus terit auia gressu.  
Huic hostis generosus item: sed fractior auro  
Contigerat: mors alterius certamen utrimq;  
Conclusit: non ille uadum torrentis aquosi:  
Nec iuga saxosi timuisset carpere montis.  
Dux gregis ille fuit: dum nostra reliquimus ultro  
Pascua: primus iter rapidum per lubrica flexit:  
Hortatus socios: mox cætera turba secuta est:  
Vnde diu lætos uacui deduximus annos.

Mi. Quid non longa rapit sæclis fugientibus ætas?  
Decreuit grex ecce situ: quæ culpa? quis error?  
Immortalis homini nihil est: moriemur & ipsi:  
Ludere consilium: nec cunctis temporis horam  
Perdere segnicie: curasq; repellere inanes:  
Ni forsan tibi nunc aliud dilecta uidetur.

Epy. Prorsus idem: quid enim restet: quæ metha malorū?  
Ambiguum licet ille grauis promissa minasq;  
Iudicis inculcet: res pendet: ludere præstat  
Interea: & primam morti subducere partem:  
Quam sapiens (sileo semper tibi fida profecto)

## GreX infectus & suffectus

Hortatrix: atq; una fui: presentibus uti  
Et gaudere bonis: fato mandare futura:  
Blandicijs profugam assidujs reuocare iuuentam  
Et retinere manu: properantē obstare senectā.  
Sed si tangit amor pecoris/muliebribus aurem  
Consilijs aduerte tuam: nisi forte pudori est.

Mi. Dic mea: dic requies thalami: dic gloria nostri.

Epy. Hos tibi fecundæ matres peperere: quid hæres  
Sanguine in externo: ueteri noua cornua seruo  
Floribus ex nostris ornabimus: ipse latentem  
Pamphilus haud noscat fraudem: nec degener istis  
Sanguis inest: humilisq; gregis uestigia seruant.  
Liquitur hic luxu: non pinguis pabula desint.  
Coniugiumq; frequens: implebit ouilia solus:  
Errantes studet ille tenes transcendere cursu.  
Et facit ille gregem longe post terga reliquit.  
Aspicias hunc timidum: meditatur prendere truncos  
Mordicus: & uacuas cornu iam uerberat auras.  
Mitior hunc uultu sequitur: mihi crede sed ille est  
Sæuus & hirsuto multum truculentior apro.  
Me spectante parem: spoliavit coniuge nuper.  
Et potitur camuris nunc naribus: ac pede torto:  
Illum inopem pauidumq; procul per saxa fugauit.  
Hi turpes rerum indocti latitare uidentur:  
Sed sine consuescant: discant tot multa magistris.  
Hi duo: quid reris? fatales dulcibus uuis:  
Iam pingues mustoq; graues: hos pelle reuulsa  
Perfolues: læso uenient triæterica baccho.  
En tibi par aliud ratio famuletur amoris:  
Dignum laude licet blandis prope lenius agnis.  
En quoq; par longæ uarium: pratum ille modesto  
Dente metit: ramos patulo uorat alter hiatu:  
Teq; tuūq; gregem rauca qui uoce fatiget:  
Meq; fugare locis informi murmure possit.  
Spumens ac frendens: tunsoq; simillimus urso.  
Hos tibi romulei miserunt gramina saltus:  
Cætera de nostris ueniunt tibi gaudia lucis.  
Hinc alij atq; accrescent: fors bona fauebit.

Mi. O pecudum decus eximium reginaq; syluæ  
Perge age iunge greges: & cornua flore rubenti:

His quoq; circunda: grex esse uidebitur unus.

Hunc tamen oblita es: numeris ascribe mœrentem.

Epy. Inuisa regione satum quem florea uallis  
Pauerit: & nostri spretorem miserit arui.

Pellicis imperio premimur: moribundus & unus

Introeat: spaciumq; breuis non explicat anni.

Mi. Iram frange precor: nil unq; tale iubebo.

Iam tranquilla redi: quoniam res magna peracta est:

Pamphilus ut redeat: iustas licet arte querelas

# Diuortium

Abstulimus: tacitam mœstus sibi forbeat iram.

Epy. Multa quidem curis dedimus: iamq; hora quietis  
Nos uocat: accelera: glacies premat hispida colles.  
Brachia nos nexi: molli iaceamus in ulua.

Explicit Septima Aegloga quæ Grex infectus & suffectus intitulatur.

Incipit. VIII. Aegloga cui titulus est Diuortium.

Collocutores: Ganymedes & Amyclas.

Gany. **Q**uo fugis? expecta: liceat condiscere causas  
Diffidij: tu nostra puer (nisi fallor) amabas  
Pascua: quo pastos abigis cum matribus agnos:

Ingrate atq; oblite mei rerumq; mearum?

Amy. Parce parens damnare tuum: puer ipse: fateris  
Hac pau regione gregem: tibi latior annis  
Tunc animus fuerat: nunc intractabilis asper:  
Me quoq; uiuendo patientia prima reliquit.

Gany. Consilium solet esse senum: iuuenūq; uoluptas:  
Tu mihi delyras senior: tum uallis amator  
Vnius deferta uagus nunc auia tentas.

Amy. Propositum mutat sapiens: at stultus inharet:  
Res: tempus: fortuna: locus: firmata sequentur:  
Consilia alternant: macie turpiq; ueterno  
Terga pecus confecta gerit: squalentia sentes  
Vellera dilacerant: quid agam? nec pocula fontis  
Tuta: nec herbarum morsus: succiq; salubres:  
Ipse aer suspecta mihi suspiria reddit.

Quin iustam permitte fugam: & miserere coacti:

Nam potes: ecce etenim ueni ad tua gramina pauper:

Pauperiorq; domū redeo: non lacte nec hedis

Auctior: inuidia & solis iam ditior annis.

Adde supercilij pondus: quod non grauis æquet

Aetna iugis: non ossa rigens: non altus olympus:

Id prius æquanimis tuleram: indignatior atas

Est senium: rugaq; animos in uerba ministrant.

Triste senex seruus: sit libera nostra senectus.

Serua iuuenta retro est: seruilem libera uitam

Mors claudit: memor usq; mei subsiste ualeq;

Me fatum tentare meum sine pascua circum.

Gauy. En animi seruuum memoris: sic omnia uetus  
Abstulit: has mereor grates: hæc premia reddis?  
Ut nil præstiterim: multum licet impar: amaui.

Amy. Verba quidem uerbis: res rebus: purus amor  
Sed solus debetur amor: gratulq; memorq;  
Sum: quia te semper postq; mihi notus amaui:  
Et dum uita comes (si quid mihi credis) amabo.

Gany. Quo properas igitur? quæ te magis allicit ora?  
Vnanimis quæ causa repens disiungit amicos?

## Ditortium

Perdit enim serui nomen cui libera mens est.

Amy. Aspice fatigero tangentem uertice montem:  
 Nubila tum grauida fontes tellure crepantes:  
 Vnde ruens pelagis confunditur unda quaternis.  
 Aspice præruptum scopulis extantibus alte  
 Ire sub astra iugum: lapis ille imperuius olim:  
 Punicus asperfo donec sibi pastor aceto  
 Fecit & igne uiam: nostris pastoribus ingens  
 Diluuiũ stragemq; ferens: hoc forte per æstum  
 Solus ego ac sitiens nuper sub colle uagabar.  
 Gallias erranti sese comitemq; ducemq;  
 Obtulit: & uiuas digito direxit ad undas.  
 Pragredior uallesq; nouas & pinguiã late  
 Rura noto: sed saepe oculos in terga reflectens:  
 Iam latus hoc sordere mihi: iam turbidus æther  
 Cœpit ad occasum: iam sydera mœsta uideri:  
 Agnosco ualidum patriæ reuocantis amorem:  
 Illic & uiolæ melius per roscida pallent:  
 Per dumpta rosæ melius redolentq; rubentq;.  
 Puriõr ac patrius illic mihi prata pererrat  
 Riuus: & ausoniæ sapor est iam dulciõr herbæ.

Gany. Spreta fides igitur comicum tam certa priorum:  
 Cum quibus & niueas laqueis: uiscoq; columbas  
 Gaudebas damascq; plagis temptare fugaces.  
 Cum quibus & capræ soles/umbraſq; leonis:  
 Et tauri flores: & adultæ uirginis uuas  
 Carpere: uel fando cunctantem impellere noctem:  
 Vel longum breuiare diem sermone iocisq;  
 Et requie molli durum condire laborem.

Amy. Nil spretum nisi sylua ferox pastorq; proteruus:  
 Et gignens aconita solum: & mœstissimus auster:  
 Et plumbo infecti latices: & turbine tortus  
 Pulus: & umbra nocens: & grandinis ira sonora.

Gany. An prius ista tibi tam longum ignota per æuum?

Amy. Hora prius fateor: tenuit me pestifer usus  
 Luctantem: me uester amor: me forma puellæ  
 Blandior illecebris: sed iam cum tempore sensim  
 Omnia mutantur: studium iuuenile senectæ •  
 Displicet: & uariant curæ uariante capillo.

Gany. Sic uulgo iam notus eras: nec charior alter  
 Vel mihi uel socijs: syluis errabis in illis  
 Et mecum mansisse uoles: cupiensq; reuerti.

Amy. Nil penitus non esse potest: fortuna gubernat  
 Res hominũ: ualet illa pijs obſistere cœptis.  
 Illa fauere malis: at si præſagia quicq;  
 Nostra ferunt certi: leuis est ad prima recursus  
 Principia: huc genitor profugus me ruris auiti  
 Finibus infantem rapuit: ripaq; palustri

## Querulus

Exposuit miserum: atq; abiit: per quattuor inde  
Sermo lustra tibi: nulla est iniuria: iustus  
Libertatis amor: patrij quoq; cura sepulchri est  
Tempestiua seni: iam tandem absiste precari  
Atq; iterum pater alme uale: dextramq; relaxa.

Gany. Ah miser: & merita quis te cum laude canentem  
Audiet: aut leui describet carmina lauro?

Amy. Expectando quidem fessus raucusq; canendo  
Attuleram: uereor: uocis fastidia nostra.  
Fors alijs placiturus eo: non una per omnes  
Est hominis fortuna dies: nunc mane quietum:  
Turbida lux sequitur: nunc matutina serenus  
Nabila uesper agit: sic tempestatibus atris  
Tutus adest portus: sic littora puppe tenentes  
Tempesta inopina ferit: spes: terror ubiq;  
Iuxta habitant: fortuna uaga est: & protinus inter  
Quamuis pressa manus: ceu lubricus effluit anguis.  
Nil habet ista magis tua nunc opulentia certi:  
Quam mea paupertas: ubi pluris signa fauoris /  
Et minus est fidei: sed iam me gallias audi.  
Sollicitat damnatq; moras: & phœbus hyberum  
Vergit ad oceanum: montem uix occupat altum.  
Balatu moueor pecoris: nec candida dulci  
Mugitum geminas cessat reuocare iuuenca.  
Ire libet: liceat: nusquam sunt carmina tanti.

Gany. Men iuuenem pauisse domi: & finxisse docendo  
Ut doctum noua sylua senem nouus hospes haberet?  
Sit labor agricolis longus: breuis inde uoluptas.  
Arua domant alijs: sic fessus nauta quietis  
Inuehit ancipiti delatas æquore merces.  
Nosco meum sydus: alijs utenda parauit.  
Fatum agnosco tuum: primis nam pauper ab annis  
Pauper eris senior: pauper morieris amycla.  
I: tamen: ipse meis (quando hoc immobile uotum est)  
Te sine (quod nollem) iam solus pascam aceruis.

Amy. Ipse per æstatem mediam uel colle uirenti:  
Valle uel umbrosa: nitidiq; in margine fontis  
Solut apollinea modulans sub fronde sedebo:  
Lanigerumq; gregem pascam: & loca florea circum  
Mellificas imitabor apes: te diues habebit  
Sylua: sed urentes turbabunt ocia: cura.

Explicit. VIII. Aegloga quæ Diuortiū intitulat.

Incipit. IX. Aegloga cui titulus est Querulus.

Collocutores: Philogeus & Theophilus.

Philogeus.

**H**eu lacera fragmenta domus: heu sydus agello  
Triste modo: quid uotiui nunc stirpibus imbres:  
Quid pecoris studium: segeti quid lenior aura?

## Querulus

Aut foles ualere p̄ij: fors aspera ruris  
Semper & immenso tenuis fortuna parati.  
Agricola infelix: ubi primū cornua tollens  
Floriger annus adest: circum sua gaudia fertur  
Rastrā manu uexans rigida: scabrosq; ligones.  
Urget in arua boues: sulcoq; annisus inhæret.  
Inferit hīc ramos: herbas hinc ungue nocentes  
Vellit: & utilibus lolium secernit auenis.  
Hīc fodit: & ripam bellis brumalibus armat:  
Inde leues pronō diuertit tramite riuos.  
Nil uel inexpertum linquens: uel segniter idem  
Expertus: sed cuncta nimis: tum nubila ab austro  
Suspicit: & secum pluuias incusat inertes:  
Trāquillosq; dies operi: uentosq; fauentes  
Inuocat: ac cœlum precibus uotiq; fatigat.  
Heu misero: postq; sudore exhaustus anhele  
Spes cernit florere suas: iamq; horrea laxat:  
Ecce furens fata culta truci uertigine nymbus  
Obruit: & longos anni breuis hora labores  
Vna necat: pereuntq; seni sua somnia fesso.  
Adde repentinam rabiem torrentis iniqui.  
Adde peregrinas uolucres: populantiā campum  
Agmina: tectorum lapsus: incendia: fures.  
Adde grauem morbos: nebulam: mortescq; pluentem:  
Immoresq; gregis casus: hominūq; ruinas.  
Qualia nunc flemus mœsti: & uix flere relictum est.  
Hora metus mortis quoniam trepidantiā claudit.  
Heu heu quo me cura tulit: quo cæcus habendi  
Traxit amor: poteram uulgo quot tutius artes:  
Quot rerum temptare uias: cur ultima lecta est  
Paupertate labor mixtus: semperq; malignam  
Scalpere tellurem querulasq; audire cicadas:

Theo. Quid gemis: aut quænam usq; adeo fortuna molesta est:

Philo. Quid gemis: heu mea rura uides: fons ecce laborum

Atq; operum: spes ecce meæ: quid uiuere longum  
Fert homini: nec desinimus nocitura precari.

Quæ modo dumiuagis fuerint angusta capellis

Antra uacant: raræq; procul languentis oberrant

Reliquiæ armenti: quas mors uiolenta per orbem

Spargit: & insequitur: non æquoris obice uasti:

Non cœli terræq; situ: non deniq; totis

Caucaseis arcenda iugis: sic omnia uictrix

Proterit: & latos depascitur ordine saltus:

Exemplis caritura quidem tenuere nepotum

Vix habitura fidem: superant si forte nepotes:

Nec finem modo fata parant imponere rebus.

Theo. Posse mali causas ingens solet esse leuamen

Discere: si nosti quæ tantæ pestis origo:

## Querulus

- Philo. Multa dei cælant hominẽ: non omnia seruus  
Clausa uidet domini: cum sit mortalis uterq;  
 Quæ tamen in syluis crebrescat fabula dicam.  
 Cerne sinus pelagi geminos: quos maxima frangant  
 Flumina & aduerso dirimentia gurgite terras.  
 Hunc hirsuta premit glacies: & bruma perennis  
 Asperat: horrificoq; infestant murmure tigres.  
 Illum blanda rosis non arescentibus æstas  
 Temperat: & uirides fantur per plana uolucres.  
 Hos alio prius orta sinus afflauerat orbe:  
 Hinc nostris translata lues: nunc regnat in aruis.
- Theo. Quo mare tam facili transiuit & æthera saltu?
- Philo. Illuc heu cupidi (stimulat sua quæq; libido:)  
 Peruenit pars una gregis: succosq; ueneni  
 Et diras gustauit aquas: atq; inde reuertens  
 Mox peritura cohors late contagia fudit.  
 Pastorem pastor: pecudem pecus inficit agra.  
 Spirat enim saniem inclusam pulmonis adusti  
 Ad latus infaustis aspirant flatibus euri.  
 Intereunt iumenta boues duriq; bubulci:  
 Graminaq; & segetes: uacuis moribundus aristis  
 Imminet: & culmum componit messor inanem.  
 Nec morbi modus ullus adest: uelocibus alis  
 Mors uolat: externos frustra glomeramus odores.  
 His etiam sua pestis inest: quid demoror? omnes  
 Occidimus: nisi fata minas placata remittunt.  
 Quanc; quid reliqui est miseris: iam falce recurua  
 Ultima rura metunt: graia qua uectus ab ora  
 Marmoreoq; nouam designans limite syluam:  
 Inclita magnificus posuit confinia pastor.
- Theo. Falleris ah demens: nam iusta & sera merentes  
 Pastores ferit ira dei: populumq; rebellem  
 Effugite o cæci: securaq; poscite regna.
- Philo. Nec mora tuta quidem: nec iam fuga tutior usq;  
 Obuia mors peruertit enim: & quocunq; mouerem  
 Mille parat medio laqueos: & retia calle.
- Theo. Accipe consilium propere: cunctatio nanq;  
 Lenta fuit semper subitis inimica periclis:  
 Huc huc uolue oculos: hic est uia recta: sine ullis  
 Insidijs: prædura quidem calcataq; paucis.  
 Sed super agrios arcto quæ tramite colles  
 Perferat: & listat fessum in regione quieta.  
 Illic uita habitat: leua sed olentis auerni  
 Sulphureis stant stagna uadis: ibi lurida mortis  
 Signa uides: atq; polum nigrescere fumo.  
 Hos euade lacus: dextrum mihi prede cacumen.
- Philo. En nitar: tu me sequere: & miserere iuando:  
 Quin prior: tardum attollens: & porrige dextram.

## Laurea occidens

Theo. Vltimus ac primus adero: pellamq; trahamq;

Tu modo: nec labor officiat: tibi solus adesto.

Explicit nona Aegloga quæ Querul<sup>9</sup> intitulat<sup>r</sup>.

Incipit decima Aegloga: cui Titulus est

Laurea occidens.

Collocutores: Socrates & Syluanus.

Socrates. **Q**uid siluane dolēs? tantæ quæ causâ querelâ?  
Syluanus. **q** Heu socrates quem uix reliquum fortuna ruinâ  
Dura sinit nostrâ: nescis dulcissime nescis

Quid querar? & q̄ iusta mihi sit causâ querelâ.

Socra. Auguror: expecto sed rem cumulatius ex te:

Fare miser misero: non aspernabere luctus:

Participem comitemq; ioci quem lætus habebas.

Syl. Nescis præualidi rumpunt ut uerba dolores:

Quid me chare iubes fari? pastorâ nunquid

Materia est lugere deas? tamen accipe quantum

Singultus lachrymæq; sinunt: fuit alta remotis

Sylua locis: qua se diuersis montibus acti

Sorga nitens rhodano: pallensq; ruentia miscent.

Sic mihi quo fueram tusco translatus ab aruo:

Sic hominum res fata rotant: fuit aridulum rus

Dum colui indigui: atq; operi successit egestas.

Id reputans: aduersor enim piguitq; laborum

Pertesumq; inopis studiij: tandemq; relinquens

Arua inarata: uagis syluis spaciabar apricis.

Verum inter scopulos nodosaq; robora quercus

Creuerat ad ripam fluiij pulcherrima laurus.

Huc rapior: dulcisq; semel postq; attigit umbra

Omnis in hanc uertor: cessit mea prima uoluptas.

Rusticus ardor erat: sed erat gratissimus ardor

Ille mihi insueto: qui me mortalia prorsus

Oblitum in memoremq; mei meminisse iubebat.

Hanc unam: curasq; & totum huc uoluere tempus:

Sic ruris desertus honos: & quicquid in enses

Præcipitat: pars parta animi: pulsiq; tumultus:

Has ego delitias & opes: hæc regna putauî.

Socra. Perge: quis interea neglecti uultus agelli?

Syl. Nec noui: nec nosse uelim: mihi laurea curæ

Sola fuit: sed iam socrates ignosce: gemendum est.

Socra. Immo age perge precor: pariter lachrymabimur ambo:

Et pietas: communis enim & iactura dolorq;.

Syl. Laurea culta mihi: nec me situs asper & horrens

Arcuit incepto: proprijs nec uiribus ausus

Externos uolui consultor adire colonos.

Nec longæ tenuere uia: nec tempus iniquum

Ac durum tardauit opus: uulgata tenebam

Ascræi consulta senis: tamen altius ire

Mens erat: ac uarijs artem solidare magistris,

## Laurea occidens

Dux mihi nullus erat: nisi amor feruorq; uidendi.  
 Primū iter in latum qua pulcher mincius unda  
 Formoso de patre oriens: interluit arua:  
 Hic uenetum celsis extantem in milibus unum  
 Pastorem agricolam: bellatoremq; uicissim  
 Conspiciens: dextra modulantem in uertice ripa:  
 Accedo: & breuibus percontor plurima uerbis.  
 Iussus ab hoc asiam: graiaq; inuisere terras.  
 Vix atthesim attigeram patrij qua limina montis  
 Deserit & lætos fugiens amplectitur agros.  
 Ecce uerone per prata uirentia martis  
 Ire duos uideo: canit hic: legit ille salubre  
 Herbarum genus: & pecori bonus applicat agro:  
 Prægridior: calidusq; aponus: gelidusq; timauus  
 Iam spacijs æquis aberant: dum peruigil alas  
 Intempestiuum quatiens dominoq; molestum:  
 Perstrepit hic leuo uillæ de culmine gallus.  
 Mox baculo excussus mœstum cantoribus omen  
 Præbuit: hinc nullo resonantia littora cantu  
 Procuruosq; sinus tacitus sequor: obuia tandem  
 Rura sonora animum uocemq; & uerba dedere.  
 Latior illa lego: smyrnam sub fine uiarum  
 Peruentum: cæcumq; senem: sed multa uidentem  
 Cōuenio: isq; italo missum ut cognouit ab orbe  
 Profiliuit: dextramq; dedit: nemorūq; profundo  
 Accubitu & fusca sessum statione recepit.  
 Attonitumq; manu penetralibus intulit umbris.  
 Figo oculos: & cuncta libens & singula circum  
 Visa noto: cupidumq; fruor sermone senili  
 Insolitus: dij qualem hominem: quod diuite cœlo  
 Subtrahitis: terræ rarum breue munus ægenti?  
 Hunc magni circum comites lætissima turba  
 Stabant: iuxta autem cunctis sublimior unus  
 Cui grege de toto supremus cesserat hircus  
 Fortunas casusq; ducum regumq; canebat.  
 Nec casum tamen ille suum sortemq; repostam:  
 Nec tristes in terga canes instare uidebat  
 Regibus: attonso flendus post fata capillo.  
 Iuxta alter senio infractus: iuueniliter alta  
 Voce canens: furere hinc dictus: sed uoce furorem  
 Diluit: & falso quasiuit crimine laudem.  
 Sacra sacerdotis canit hic: ille arma tubasq;  
 Inde deum fauor: inde uirum: per bethica captum  
 Rura lupum saluumq; gregem: iaculoq; lyraq;  
 Frætus: & hinc clarus factis: hinc cantibus alter  
 Altera solliciti laqueos cantabat amoris.  
 Docta puella: choris doctorum imixta uirorum,  
 Cynnameus roseo calamus cui semper ab ore

## Laurea occidens

Pendulus: & dulces mulcebant astra querela.  
Hanc choris late cunctata bacchide notus:  
Hanc clarius charam suspirans carmine lyden:  
Et quem cyrenis genitum dedit africa nilo.  
Hanc thenis samio pastor stupet igne liquefcens:  
Nec minus hanc nostricq; procul mirantur amantes.  
Voce omnes humili & querula simul impare cantu  
Pone senex pueri in gremio: uix mole soporis  
Lumina pressa mouens: lenibat cantibus auras.  
Mox siluit uictus: cesserunt carmina somno.  
Argutum dircaea palus amisit holorem.  
Vidi sidonio pastorem rure profectum:  
Annuam quem morbi uis extinctura diebus  
Angeret alternum natalibus: ultima donec  
Vna animam: doctosq; modos abrumperet hora.  
Vnu ibi cecropij contemptum in gramine saltus  
Ingenio rectum: claudum pede: uoce calenti:  
Spartanos in bella canens accendere uidi.  
Vnu uoce parem: summis per littora longe  
Solum: qui populo leges & iura dedisset:  
Iamq; senex musis operam daret urbe relicta.  
Vidi aquilam calui circum uolitare sedentis  
Ore caput: pleno simul illum lumina campo  
Defixum: immota meditantem carmina fronte.  
Vidi expectatum ut caneret dulcedine multa:  
Obriguisse senem: uocemq; in faucibus imis  
Artatam: musas animam rapuisse putares.  
Sic cubito incumbens similisq; erat ore canenti:  
Phistula pallenti pendebat muta labello.  
Hunc alius musis qui pastor amicior almis  
Sed minus acceptus syluis: & uictor ut arte  
Iudicio sic uictus erat: de more solebat  
Victorem ridere suum: q; iudicis aequi  
Carmen inops: q; fama uagis incertior auris.  
Vidi qui fixas raperet spes: adderet iras:  
Cogeret ad certam flammanti carmine mortem.  
Vidi alium syluis pulsum: mox carmine dulci  
Extinxisse odium: quid enim uim carminis aequet?  
Temnere opes tanti causam preciumq; laboris.  
Vidi aliquos artesq; bonas celebrare: sed inter  
Hos fuit ampla sacri lege hac quae iura parentis  
Stringeret: hoc merito doctas laudaret athenas.  
Vidi qui multo assiduus numeroq; superbus  
Lacte praemans fragilem fiscellam rumperet acris:  
Qui noua mactatis oneraret plaustra iuuenicis:  
Qui sale terga bouum tereret laniata rigenti:  
Et qui sparsa sedens pastorum furta notaret.  
Bibida qui uetito cantaret amore furentem:

Qui caneret solem ac lunam: stellantiq; arua  
 Scinderet: & uolucris coelum signaret aratro.  
 Qui uiuos plectro lapides aptaret ouili:  
 Colle sub aonio funestæ ad pabula ripæ:  
 Quiq; palæstrita & pictor: primoq; sub æuo  
 Cantor: ad extremū cursorq; aucepq; fuisset:  
 Quiq; illi fesso tandem & dormire paranti:  
 Ex leuibus calamis puluinar strauit amœnū:  
 Quiq; truces cantu solitus mulcere leones:  
 Iusticia & cithara insignis: uenerabilis annis.  
 Incola sylvarum primus quem thracia uidit:  
 Aeream dulci rhodopen dum uoce moueret:  
 Præcipitem fidibus blandis dum sisteret hebrum.  
 Huic duo per montes auritaq; rura canenti  
 Perpetui comites: dextra germanus inharet:  
 Filius at leuæ: tegit illum linea uestis:  
 Iste sacer musis plenum de fonte reposcit:  
 Atq; pium cratera patri porgebat anhelō.  
 Deniq; graiorum latebras: aliæq; uireta:  
 Hebræosq; graues: & carmine trita minaci  
 Gramina iordanis: peregrinaq; nomina lustrans:  
 Mollia rura arabum: salis indiga: ditia mellis:  
 Affixusq; oculis animoq; intentus ubiq;  
 Vidi alios: atq; inde alios: non omnia passim  
 Visa sequor: uidi sicula regione creatum:  
 Ac socios quibus horridulum cantare uoluptas  
 Prima gregem latebrisq; minas uitare leonum:  
 Quiq; alios supra tenet ortum a carmine nomen:  
 Quiq; gregem calida gelidus male pauit in ætna:  
 Qui docet ephesios: tyrios qui rumpere campos:  
 Docto ac altifono diuulsus ab agmine tandem  
 Flector: ibi unū omnes nemorū quem turpis habebat  
 Angulus: & tenui ridebant pascua nutu:  
 Nudus ut ille iugis macidum raucumq; canendo  
 Indignum magni prædonis retulit aurum.  
 Sed quid ago? aut patris quorsum peregrinor ab aruis?  
 Doctior inde domū fesso dum remige portu  
 Brundusij egresso iuuenis placidissimus alto  
 Occurrens: trepidam porrexit ab aggere dextram:  
 Maternūq; ostendit auum: per rura iacentis.  
 Apuliæ: calabumq; nemus sub ualle galesi.  
 Ingenio agricolam nulla tamen arte colentem.  
 Pana uirum uideo: nec secum multa locutus  
 Eminus aruncæq; ducē populumq; saluto  
 Moris aratores ueteris: quaq; aufidus: æquor  
 Fertur in hadriacum: patrio sub sole perustum  
 Libertum: dominoq; lyra: gregibusq; placētem  
 Alloquor: inde alius gelidi fulmonis alumnus

## Laurea occidentis

Multa iocans: longamq; aciem per opaca latentum.  
Ostendens digito: fuscis aperire recessus  
Tentauit frustra: uultus densissima nubes  
Texerat ambiguos: dubium uix murmur ad aures  
Aura tulit: quantum in nobis obliuia possunt?  
Vnus in hoc numero gaudens se condere uiuo  
Fonte: deus numerum fluuiorum arsisse puellas:  
Aequoreosq; alius memorabat carmine nostro  
Insuetum cecinisse deos: aliusq; uicissim  
Montanum imparibus carmen uariabat auenis.  
Hinc procul & latio & musis charissimus afris:  
Fluctuagosq; alius numerans sub gurgite pisces:  
Aurea plectra apio cinctus uiridante monebat.  
Hinc alius rutilumq; crocum & candentia carpens  
Lilia: tum uarios iungebat in ordine flores.  
Multa libens fileo: sed iam mihi nota tenenti  
Longa breui stringens aderat suspiria cantu:  
Paupertas quem tuta iuuet: quem delius ardor:  
Caluus amans alius restinctam carmine flammam  
Flens quasi supplicium: properataq; tempora fati:  
Accensamq; alius dubium Romanus an umber?  
Vnber erat: uariaq; minax & blandus amica.  
Notior inde alius fluuiali occurrit aquino  
Turbidus aspectu: & ruralibus horridus armis.  
Arpinati alius sylua cui pauper amictus:  
Victus inops ac difficilis: sed laeta canenti  
Frons erat: & nullo uitae turbata labore.  
Protinus hinc geminae tangebant sydera quercus:  
Vnde salus pecori bis contigit: altera dextra:  
Altera laus linguae: magnos breuis herba iuuenos  
Fecerat: una duos contexerat umbra gigantes.  
Hinc quoq; uidi alium campano carmina fastu  
Implentem: & multum gracili sibi uoce placentem.  
Sic uenerabundus dominantis limina romae  
Ingredior: stupor hic tremulam suppressit auenam:  
Pila inter tristesq; tubas: strepitumq; rotarum:  
At studio rerum latia dum demoror urbe:  
Forte procul tenuem dubia uix aure susurrum  
Grandaeui senis excipio: doceorq; paternis  
Hunc primū cecinisse modis: audentior alter  
Posteriorq; humili quis de stirpe parentum  
Ortus: & adriacum iussus migrare pisaurum  
Posthabuit: quem tunc horrebant undiq; colles  
Agrestem summo imperio praepone musam.  
Non ueritus faciliq; hederæ summittere lauros.  
Hic alienigenam seruum quem carcer honestus  
Fecerat ingenuum: multaq; ornauerat arte:  
Audiui cantare hominū moresq; dolosq;

## Laurea occidens

Atq; metus curasq; senum & iuuenilia furta :  
 Lenonumq; artes: iam tempore murmuris afri  
 Oblitum: atq; italo textentem pectine carmen.  
 Hic cui religio syluestris & inclyta rerum  
 Copia: & ignoti nihil usquam ut prisca ferebat  
 Fama: sed esonides carmen cum uellere fuluo:  
 Qui canit alciden: qui thesea: quiq; cruentis  
 Fratribus in campum adductis ad mollia castra  
 Transfugit occultus: blandumq; cupidinis agmen:  
 Reliquias qui troia tuas: & frustra legebat  
 Meonio neglecta seni: qui prole decori  
 Coniugio memori studiosum ornauerat usum:  
 Qui mensas uersuq; gregem laceraret edacem:  
 Et qui laudata caneret conuitia gentis.  
 Partior hunc nono pascebat caseus anno.  
 Hunc uideas dextre rigidam gestare securim  
 Ornantem officij generoso gutture pompam.  
 Hunc grauitas: illum censura saeuior offert.  
 Hinc tenui uinclo profugos qui nexuit annos  
 Saecula: pierio nisus cohibere furore:  
 Pennatas musas qui martia traxit ad arma:  
 Punicam dum latio serueret in orbe procella:  
 Indixit qui bella feris: syluasq; tumultu  
 Miscuit: apta uagis cudens uenatibus arma.  
 Tramite qui largo troianu anthenora colles  
 Duxit ad euganeos: necnon comitante marito  
 Bis raptam fessis helenam qui reddidit argis:  
 Phyllida qui querula: pheacum qui uoce latina  
 Luxuriam moresq; canit: quiq; hecтора supra  
 Ilion euersumq; troiamq; a stirpe reuulsam:  
 Quiq; nurum dotemq; ioui conuexit opimam.  
 Linquo senem qui discipulum per prata sonorum  
 Hesperiamq; tubam docto conflauerat ore.  
 Linquo uirum fortem posita qui casside moestus  
 Sed iussus plenusq; irae saliebat honestae.  
 Vnde alium domini uidi meruisse fauorem.  
 Vidi qui quotiens libuisset ferrea blando  
 Pectora molliret cantu: lachrymasq; moueret  
 Hic quoq; (nam memini) miserum solabar amantem:  
 Amentemq; magis: cui uis erat ampla canora  
 Vocis: & ingenij magnus sub pectore torrens.  
 Est amor exito pastorum publica pestis.  
 Blandus ubi immitem peperit furor ille furorem:  
 Forte oculos auidumq; animu septena per antra  
 Nobilibus famosa iugis: & opaca mouenti  
 Collis: ubi arcadiae celeberrima carmina nymppha  
 Arte patrum curas fugitiuaq; uerba ligarat:  
 Monstratur: celsosq; uirens in uertice laurus:

## Laurea occidentens

Admonuit nostra: & dulcem renouauit amorem.  
 Tum frondosa ingens ramis altissima fagus  
 Optatamq; gregi gregis ac ductoribus umbram  
 Fundebat: uolucrum sedes aptissima nidis:  
 Assiduamq; sonans uariisq; exercita cantu:  
 Atq; hic multa iubens eseda uerendus acerua:  
 Formosusq; gigas lucum omnem fronte serena  
 Et pastoralis uis maiestate regebat.  
 Ocia ni desint nulli usquam uoce secundus:  
 Dulciter ille quidem q̄q̄ rauescere curis  
 Musa solet: sed rara canens: frontesq; canentum  
 Exornans niueis uittis: & fronde perenni.  
 Ille ubi pastoris properatum funus amati  
 Fleuit: in explicitum carmen mandasse duobus  
 Fertur: & angusta limam sub lege dedisse  
 Iusso alacres instare operi: rerumq; suarum  
 Immemores: aliena manu tractare magistra  
 Conspiceres: laudemq; alij sibi uelle laborem.  
 Tres nemorum dominos: & eadem cespite musis  
 Intentos: gregibusq; simul spectare decorum  
 Dulce fuit: quorum unus iter cantabat acuta  
 Voce suum: niger ille oculos gestuq; uenusto  
 Pastorum pauor at stimulus: contra ille secundus  
 Totus amor placida doctus nil fronte negare:  
 Tertius impexis aestus & frigora & imbres  
 Assuetus perferre comis: qui multa uidendo  
 Omnes ambierat syluas: cygneaq; serum  
 Carmina iam properans uicina morte canebat.  
 Longe ibi transfluuiū regum inter busta seorsum  
 Vnus erat rutilus diuini ruris arator:  
 Qui pinguem scabro sulcabat uomere campum:  
 Huic comes hinc prudens hinc sedulus alter aranti  
 Certabant rigido glebas conuellerē rastro.  
 Terra ferax: fessiq; boues: & laurea nusquam:  
 Nusquam hederæ aut myrtus: uiridis nam gloria ferti  
 Non studium musæ fragilis uox: area sacro  
 Fonte recens: atq; alta domus: tum pinea late  
 Sylua uirens dulcesq; oleæ gremioq; decorum:  
 Clara fouens roseo puerum stat limine uirgo.  
 Hic matrona fuit hortis quæ lecta remotis  
 Vimineis calathis templo aurea poma sacrauit.  
 Mira loquar supraq; fidem: sed carmina uidi  
 Hic hominis: pariterq; aquilæ: bouis atq; leonis  
 Hispanum nostra modulantem uoce iuuenicum:  
 Procedo iam ruris opes uisurus hetrusci.  
 His mihi tunc terris iuuenis fuit obuius altis  
 Cultor agri rigidus: patriæq; in moenibus alter  
 Lenior ad sterilem uersando expertus arenam.

## Laurea occidens

Cuncta dehinc inculta iacent: aduersa sed inter  
Imus ad hispanos cultus: est corduba testis  
Ciuis & alta canens ad solem uertice nudo  
Nil patrij sermonis habens: nil frontis hyberæ:  
Testis & emerita est & bilbilis: atq; uadosis  
Gadibus ora tepens noctem quæ sera diemq;  
Ultima surgentem solem uidet atq; cadentem.  
Hinc ego burdegalam repetens: in littore cerno  
Aequor ubi ambiguum refluo ferit amne garumna  
Multiloquum magnumq; senem: quem templa uasati  
Nominis ausoni dederant: urbanior inde  
Vnus aquis ubi fessus atax languentibus exit  
Occupat eloquio: notus procul ille lariffæ:  
Notus apud thebas: sed enim tyberina latine  
Docti omnes per rura loqui: tuq; in clyta narbo  
Carmina piscoso referens accepta benacho.  
Sum nimius sed uisa trahunt: ignosce tenentq;  
Dulcia postremo tuguri uix limina parui:  
Orbe peragrato: & laurum mea regna reuissi.  
Soc. Vndiq; conuectis ornans reor artibus illam.  
Syl. Longus ero si cuncta sequar: sic illa parentis  
Naturæ: & nostro fuerat sufflata fauore:  
Ut neq; dodonam: nec cretam Iuppiter illi:  
Nec uenus Idaliam aut amathum: eurotamq; diana:  
Nec delon cirrhamq; suam præferret apollo.  
Ille quidem assiduo repeto uolucresq; sagittas  
Atq; arcum pharetramq; agilem citharamq; solebat  
Illuc ferre suam: ramoq; aptare uirenti.  
Nescio quid fateor: socrates tamen omnia nosti  
Diuinū ramis inerat per gramina circum  
Ludere amadryades passim: nymphasq; uideres:  
Hanc superum rapido dum fulmine rex quatit orbem:  
Liquerat intactam folio ueneratus ab alto.  
Romuleam uidi sobolem pubemq; superbam  
Imperio: & trabeis sacras hinc carpere frondes.  
Vidi hominū genus argutum doctumq; canendi  
Esse sub hac cupide & rarissima texere ferta.  
Ipse ego (quid longus quid non ualet improbus usus)  
Edidici uariare modos: ac multa per herbam  
Sed non magna canens: demū me frondibus hisdem  
Exorno: celsos poteram nec prendere ramos.  
Ni sublatum numeris tenuisset maximus argus.  
Hinc mihi primus honor dulcis labor ocia lata  
Pastorumq; fauor multus: collesq; per omnes  
Illicet ignosci incipio: digitoq; notari.  
Laurea cognomen tribuit mihi: laurea famam:  
Laurea diuitias: fueram qui pauper in aruis  
Dives eram in syluis: nec me foelicior alter:

Sed latum fortuna oculo conspexit iniquo.  
 Forte aberam sylualsq; ieram spectare uetustas:  
 Pestifer hinc eurus: hinc humidus irruit auster:  
 Ac stratis late arboribus: mea gaudia laurum  
 Extirpant: franguntq; truces: terræq; cauernis  
 Brachia ramorum frondesq; tulere comantes.  
 Hei mihi quo nunc fessus eam: quibus auxiliis umbris  
 Recreer: aut ubi iam senior noua carmina cantem:  
 Illic notus eram: quo nunc uagus orbe requirar:  
 Quæ me terra capit: potes ad tua damna reuerti  
 Infœlix: sparsasq; solo conquirere frondes:  
 Et laceros ramos & iam sine cortice truncum  
 Amplecti: lachrymisq; arentia membra rigare.  
 Ibis: an ignotas fugies moriturus in oras:  
 Infaustum uiuaxq; caput dulcissima rerum  
 Spes abiit: quid uita manes inuisa fruenti:  
 Quid fragilis lentusq; dolor præcordia uersas:

Soc. Pertimui longæq; aliud te flere putauit.

Syl. Heu heu parua igitur flendi tibi causa uidetur.

Soc. Nulla quidem potius: lachrymosis parce querelis:

Est dolor usq; loquax: laurum non eurus & auster:

Sed superi rapuere sacram: & fœlicibus aruis

Inseruere dei: pars corticis illa caduci

Oppetit: pars radices uiuacior egit.

Elysijsq; nouo fœcundat germine campos.

Vidimus his oculis superos syluane uerendos

Leniter auulsam meliori in parte locantes.

Syl. Vidisti: an mœsto solamen fingis amico:

Soc. Vidi equidem & comperta loquor: uestigia supplex

Consequere ac precare aditum: uerbisq; caueto

Inuidiam conflare deis: quod honestius: opta

Transire in terras ubi nunc tua gloria uiuit.

Syl. Dii faciant precor ecce humilis semperq; precabor.

Explicit. X. Aegloga quæ Laurea occidēs ititulat:

Incipit. XI. Aegloga: cui titulus est Galatea.

Collocutores: Niobe: Fusca & Fulgida.

Nio. **Q**uæ soror ad tumulum gelidiq; ad saxa sepulchri.  
 Fus. Quid lachrymis alimēta petis germana: qd optas:  
 Nio. Est gemitus magni solamen grande doloris:

Afflictamq; animam releuant suspiria quæstus:

Enecat artatus mentem dolor: optima mœsti

Pectoris est medicina: palam lugere fuisset

Idem animus semper: nunq; hæc præcordia torpor

Verteret in silicem: nocuit tacuisse dolenti.

Mitto autem: cupidam modo duc ubi copia flendi.

Fus. Carpe iter hac qua nodosis impexa capistris

Colla boum: crebrasq; canum sub limine paruo

# Galatea

Videris excubias: giluosq; ad claustra molossos:  
 Ille locus tua damna tegit: iamq; aspice contra  
 Hic galatea sita est: qua nil natura creauit  
 Pulchrius in terris: nisi nos amor usq; fefellit.  
 Depone hic quodcunq; premit: complectere bustum:  
 Oscula fer faxis: umbræ dic uerba silenti.

Nio. Heu nimis arcta domus: tanto domus arcta dolori:  
 Hæc sedes galatea tibi est: quam fulgere cernens  
 Sol stupuit: fassusq; parem: fassusq; subinde  
 Maiorem: attonitus serum sese abdidit undis.  
 Hæc sedes galatea tibi: uos sydera cælo  
 Statis in occiduo ludis themone boete:  
 Iuppiter ore poli lustras conuexa sereno.  
 Is gelidus cum falce senex: armatus orion.  
 Luna uices peragis solitas: uolucerq; deorum  
 Interpres: nomenq; uenus positura uicissim.  
 Hic pallens galatea iaces iam terra cinisq;  
 Iam nihil ætherea nisi forsan spiritus arce  
 Viuit: & inde uidet flentes tranquillus amicas.  
 Nil mihi respondes animæ pars altera nostræ:  
 Optima pars eadem: dextras adhibito precanti  
 Si qua fides mundo est: pietas seu prisca superstes.  
 Heu lapidem infestum qua nunc soror arte reuoluam  
 Irruam in amplexus: figam oscula dulce cadauer.  
 Hoc referam moribunda sinu: sotumq; facellis  
 Inferam: & arcanis: durum penétralibus addam.  
 Addam perpetuos celebret quos mundus honores:  
 Virgineos addam cœtus: ritusq; uerendos:  
 Et sua sacra deæ: nec fax nec carmina deerunt:  
 Fœmineas longe lateq; sonantia laudes.  
 Heu mihi prædurum lapidem graue pondus inersq;  
 Deficio sub falce soror: nitensq; fathisco.

Fuf. Surge soror surge: sacrumq; cadauere corpus  
 Cômaculare caue: placeant præsentia frustra:  
 Præteritum expectes: tuta est obliuio amanti.  
 Nempe hesternæ dies ulla nequit arte reuertî:  
 Mors adimit curas: mors omnia uincla resoluît.  
 Iam satis est fletum: nostros mors fregit amores.

Nio. Fregissetq; utinam nostros mors æqua labores:  
 Sperauit: prope nam steterat: miseramq; fefellit:  
 Viuo sed infœlix: & luctus seruior in omnes.

Fuf. Parcius en Reuo tristis tibi fulgida calle  
 Aduenit: & tacita castigat fronte querelas.

Fuf. Quid miseræ cæcæq; animi mortalia fletis  
 Tam grauiter: quid fles niobe: quin incipe uitam  
 Scire pati: quamcûq; dedit fors dura: dabitq;  
 Et me torquet amor: desiderioq; meorum  
 Permoueor: sed quid facias: arma irrita calces

*fulgo olim nunc fulgeo*

*Uo*

# Conflictatio

Aduersus stimulum: melior patientia pressis:

Multa sibi facit ipse animus leuiora ferendo.

Quid gemitus? moritura fuit galatea: deinceps

Immortalis erit: proprio tabescere damno

Non amor: alterius sortem lugere secundam

Inuidia est: quantum nobis decesserit omnes

Scimus: & ingrato quantum decesserit orbi.

Sed ferimus: uos definite: ac meliora tenentem

Suspiciate: & coelum terris optate relictis.

Fuf. Fabula: quis alis coelum terrestria prendent?

Ful. Aethereis: sic terra suum: sic astra reposcunt.

Fuf. Credulitas uulgata quidem: nos certa probamus.

Ful. Fusca locis imis habitas: nos summa tenemus:

Et coeli terraeq; situm speculamur ab alto.

Nio. Ambages ueteres & inenodabile uerum

Mittite: & integram uenturis tradite litem.

Fulgida quin potius (musas nam noscis agrestes):

Dic titulum busto: relegat quem serior atas.

Ful. Sic liquit galatea suū pulcherrima corpus

Libera iamq; polos & regia tecta tonantis:

Ipsa quidem superumq; choros mensaq; frequentat.

Mors roseos artus: mors candida colla: genasq;

Sydereosq; oculos tetigit: uultusq; serenos

Obscura dimersit humo: mortalia quisquam

Diligat: aut speret stabiles hic figere plantas?

Quid gen? aut pbitas? quid opes? quid forma? quid atas?

Quidue decens cultus? quid gloria nominis ingens?

Omnia contigerant: manus abstulit omnia mortis:

Nuda domum repetens e carcere fugit amato.

Nio. Nuda quidem minime quam gloria uestit amictus:

Clarior assidue longisq; recentior annis.

Hanc quaecunq; sibi uultuq; animoq; per auum:

Aut cantu aut sermone placens: cupiensq; placere

Deferet ante oculos: hanc nos dum spiritus iste

Artubus harebit miseris: & uiuere coget:

Hanc uel apud manes nebulosaq; flumina lethes:

Exemplarq; pudicitiae formamq; decoris:

Corde sub hoc semper memori pietate feremus.

Tum nostro galatea tuum de pectore nomen

Exibit: fugient proprijs dum sedibus astra:

Mellis apes studium linquent: nidusq; columba:

Coniugium turtur: praedam lupo: arbuta capra:

Custodita dolos mulier: mendacia seruus.

Explicit. XI. Aegloga quae Galatea intitulatur.

Incipit. XII. Aegloga: cui titulus est Conflictatio.

Collocutores: Multiuolus & Volucer.

Q Ve noua fers. uolucer? qsnā stupor? unde uehiste?

Volucer. Arduus in tenero pingues per gramine tauros:  
 Et molles pascebat oues pan maximus olim  
 Pastorum:& sylua late celeberrimus omni:  
 Faustula quem complexa sinu mulcente fouebat.  
 Viderat hunc crassa gelidaq; sub ilicis umbra  
 Arthicus armipotens:secumq; hæc turbidus ira.  
 Hunc cæne perpetua gaudentem pace uidebo?  
 Securoq; sinam resupinum stertere somno?  
 Si satis hanc noui:dextramq; erexit in altum:  
 Excutiam madida cerebri de sede soporem.  
 Dixit:& omne fretum refugafq; exterruit undas:  
 Horridaq; extremis uox est audita britannis.  
 At sonitu ingenti penitus torpore fugato:  
 Pan caput abstulerat:gremioq; innixus amica  
 Multa prius secum frendens:ac multa uolutans.  
 Vnde ait ista tibi tam insulsa superbia demens?  
 Vnde furor?nescis uires stolidissime nostras:  
 Spernis opum cumulos:spectatos spernis amicos?  
 Experiere quidem:serum tentasse dolebis.  
Fidus auariciae nunq; continget amicus  
Ille refert:at diuitia sunt præmia belli:  
 His ne putes tardare minis:incendis & urges:  
 Desine:nec uentos nec turgida uerba timemus.  
 Est animus:sunt arma mihi:dubijq; probatum  
 Pectus amicorum:sunt qui tibi terga iubente  
 Me feriant:dextrumq; premant latus atq; sinistrum.  
 Ipse genas frontemq; manu baculoq; retundam.  
 Non tibi par animus:non est manus apta duello.  
 Pan timuit:flentesq; oculos:hinc aspicias atq; hinc  
 Intonsis instare ferox pastoribus agmen.  
 Sustulit horrificam uocem:qua flumina & agri  
 Et mare uicinum infremuit:collesq; remoti.  
 Ac procul aeriam clamor peruenit ad alpem.  
 Vndiq; conueniunt:& qui per frigida tempe  
 Herbiuagos aluere greges:armenta q; belli  
 Grata deo:& qui lanifica dilecta minerua:  
 Et qui frondipetas nemoroso monte capellas:  
 Glandilegosq; sues:& amantes prata iuencos:  
 Turba ingens:unoq; omnes in gurgite tandem  
 Sordidulum lauere pecus:qua rura secanti  
 Dux Italus fluuio dedit aurea cingere templa.  
 Tot deerant alimenta uiris:nisi pana uirili  
 Faustula sollicitum curarum parte leuasset.  
 Nam grege de magno:decimū largissima quemq;  
 Obtulit:atq; famem sedauit pinguibus hedis.  
 Ah meretrix obliqua tuens ait arthicus illi:  
 Immemorem sponsi cupidus quam mungis adulter:  
 Hæc tua tota fides?sic sic aliena ministras?

## Conflicatio

Erubuit: nihil aula palam nisi mollia pacis  
Verba: sed assuetis noctem complexibus egit:  
Et tacitam submisit opem mulieribus: ardens  
Atq; imbuta odijs occultas ruminat iras:  
At gelido stat flamma metu: iam brachia uterq;  
Pastor ad ambigui certaminis orsa parabat.  
Iam studijs aduersæ acies: iamq; arma fremebant.  
Quæq; suos uocat ore deus: hæc moenia troiæ  
Arcturumq; canit: pugilum canit illa labores:  
Monstriferuq; refert charolum: tum iurgia labæ  
lactantur: toto uolitant conuicia cælo.  
Pan fraudes pensiq; nihil: fandiq; pñq;  
Nota q; infamis testetur fabula caudæ  
Obicit: exiliq; locos: & inhospita tesqua:  
Hostibus humani generis linguaq; trementis  
Barbariem: & rauco crepitantia uerba palato.  
Ille autem tibi uerba placent: mihi facta relinque:  
Et tamen expediam nodosa uolumina lingua:  
Et loquar ecce aliquid: faciet res ipsa disertum.  
Te ne tegis digito: periuria: furta: rapinas  
Nouimus: oppressos homines: elusa deorum  
Numina: quæ dignas tandem me uindice pœnas  
Exposcunt: orantq; preces: lachrymæq; perorant.  
Quas anus infelix: mulier miserabilis expes  
Pollicitis decepta tuis: noctisq; diesq;  
Fundit & ingratum queritur deserta nepotem.  
Serua canum: tu prima quidem: tu summa malorum  
Causa: negas: scelerum semper tu perfidus auctor  
Induis arma fremens: eadem mox abijcis arma.  
Illa gemit: surdumq; uocat: non irrita iusto  
Spes ubi nulla tui est mittens suspiria cælo.  
Mater & ipsa dolens rogitat miseræq; sorori  
Increpitans te pœscit opem: fratresq; superbo  
Affusi mœstiq; greges: syluaq; precantur.  
Quem non mouissent: sed inexorabilis unus  
Durus: inhumanus: ferus: horrens: despicias omnes.  
Quid tamen officio retrahit: nisi pectoris ardor  
Impius: & fului sitis importuna metalli:  
Scilicet attonitus fulgenti incumbit aceruo.  
Hinc stupor ille oculis: hinc illa obliuio menti:  
Scelestum atq; animæ: sed quem tibi crimina finem  
Promittunt: audi: nam sæpe illustria multum:  
Multum animos exempla mouent: in flumine tusco  
Pastor auarus erat: quem par litis impulit: æqui  
Fœderis oblitum patrios transcendere saltus:  
Occidit is merito: grauis at contagia culpæ  
Immeritum parili traxerunt turbine natum.  
Infaustumq; gregem innumeris texere sagittis.


## Conflictatio

Nunquid si fidei uel si memor ille decoris:  
 Partius aut sitiens tanta cum strage suorum  
 Assyrias gustasset opes:auriq; saporem.  
 Arthicus hæc torrens: motus pantalia contra:  
 Si uacat exemplis tempus dare: sæuus eorum  
 Pastor ad euphraten fuerat: cui sanguine fuso  
 Effet inhumanũ sitiendi horrenda uoluptas.  
 Ille ferox similisq; tui confinia raris  
 Sæuitia stimulante pari: dum despicit ampli  
 Incustoditos uiduæ transcendit in agros:  
 Incautumq; neci natum dedit anxia mater.  
 Omnem continuit fixa sub mente dolorem:  
 Euomuitq; simul pastor temerarius ictu  
 Fœminei mucronis obit: truncusq; gelato,  
 Non aurum bibit ore nitens sed pocula martis:  
 Concretam saniem & tepidum de cæde cruorem.  
 Ergo age: quando pares exemplis arthicus infit:  
 Brachia tentemus: succedant uerbera uerbis.  
 Quid modo colchorum uolucres orientis odores?  
 Quid ue gula: & uentris irritamenta capacis  
 Omnia: quod pelago uæhemens echinus: inersq;  
 Rumbus: & ornati squamis rutilantibus olim  
 Ferreus aurata quos fixerat hamus arena:  
 Sub uenetis clam mersus aquis: quod uulnere crebro  
 Si qua uel hispano natat ingens bælua ponto:  
 Vellibycis iactata uadis: peregrinaq; nostra  
 Profuerint: quod palmitibus seu dempta phalernis:  
 Seu ligurum decerpta iugis ardentia uina:  
 Quæq; ferat gemino transmisit colle ueseuus  
 Dolia præcipiti rapidum spumantia musto:  
 Quæq; dedit meroe soli subiecta propinquo:  
 Præterea quod lenta quies: quod mollis in umbra:  
 Et sapor & rauci per florea gramina fontes:  
 Omnia in exitium uertent: & blanda uoluptas  
 Conficiet bellum: mulier tua sola iuuare  
 Te uolet & poterit: ualidum prius agra leonem  
 Sternet ouis: prius armigerum philomena tonantis  
 Vicerat: ille autem quorsum per iurgia tandem?  
 Quid mecum commune tibi: nil arthicus inquit:  
 Nil tecum commune mihi: nam iudice fato  
 Destituunt uictum: uictorem cuncta sequuntur.  
 Huius in arbitrium non nostra sponte uenimus.  
 Tu cogis: tu iusticiæ contemptor & æqui.  
 Quem cæcum fortuna facit: pariterq; superbum.  
 Quid tua nunc numeras: tumidos quid uoluis ocellos?  
 Vndiq; uenturos iam iam tibi fingis amicos:  
 Obstruxit tua fama uias: in tempore iussi  
 Tum mihi crede aderunt: lentus dum uoce sub una


## Conflētatio

Gramine caucaseo pastus bibit agnus hyberum.  
Hæc dicens mediæ pedibus iam stagna paludis  
Frangebatur: panem contra: aditus & ouilia sepsit  
Vepribus: & fluuio circūdedit antra sequaci.  
Transierat: subitoque ingens per rura tumultus  
Exoritur: tutum fateor: meque inde recepi:  
Panemque turbatum penitusque per auia liqui  
Soliuagum: mox ambigua dum mente reflector:  
Heu uictum uinctumque graui sine mora catena  
Prospicio: trans stagna rapi: non libera celo  
Brachia: sed moesta rorantia lumina frontis  
Tollentem: ac tales iactantem in nubila quaestus.  
Cernitis hæc superi: seu quid nam interuenit umbræ:  
Cæca rotat fortuna fidem: regit omnia fatum.  
Inunc: in rebus spem certam pone secundis.

Francisci Petrarchæ Poetæ Oratorisque Clarissimi:  
Bucolicum Carmē: per duodecim Aeglogas dis-  
tinctum: Explicit.



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to the bleed-through effect.



Franciscus Petrarca: De Vita Solitaria.

Tractatuū ac capituloꝝ primi libri De Vita solitaria Clarissimi uiri Francisci  
Petarchæ Florētini poetæ laureati: collecta: ordinata: enūeratiuaq; Annotatio.

Tractatus primus: pœmialis est: pramittens quædam ad intelligētiam eoz; quæ se quū conferētia. Et habet tria capitula.

Ca. I. Docet quid sit necessariū illis q; quietem habere cupiunt.

Ca. II. Est de quibusdā qui de uitā solitariæ laudib; scripserunt: & quæ auctor in hoc opere uelit imitari.

Ca. III. Est de modo tractādi materiā huius opis: ac distantia in uitam solitariā & uitā in frequētia hominū occupatam.

Tractatus secundus & executiuus agit de miseris hoīs occupati & infœlicis habitatoris urbiū: ac fœlicitate solitarij: ex actibus utriusq;. Et habet. viij. capitula.

Ca. I. Est de miseria occupati: ac fœlicitate solitarij: in somno & surrectione eorū.

Ca. II. Est de misero occupato: & fœlice solitario cū diei iam lux aduenit.

Ca. III. Est de miseria occupati: ac fœlicitate solitarij cum prandij tempus instat.

Ca. IIII. Est de miseria occupati: ac fœlicitate solitarij cum finitum est prandium.

Ca. V. Est de exercitijs miseri occupati: & fœlicis solitarij cum meridies adest.

Ca. VI. Est de miseria occupati: ac fœlicitate solitarij cū abeūte sole uesper accedit.

Ca. VII. Est de misero occupato: & fœlice solitario cum redeūte nocte cœnādū est.

Ca. VIII. Est de miseria occupati: ac fœlicitate solitarij dum eundū est cubitum.

Tractat us tertius est De diuersitate cōditionū ipsorū occupatoꝝ & pariformiter solitariorum. Et habet quattuor capitula.

Ca. I. Est de tractatoꝝ epilogo: ac transitu ad miseriā illoꝝ q; alienis negocijs occupant.

Ca. II. Ostendit q; q; fere oīs occupatus sit miser: sint tñ aliqui licet paucissimi q; laudabiliter occupentur.

Ca. III. Est de laude tranquillæ serenitatis animi quæ largitur in solitudine constitutis: Et quomodo animus non possit in diuersas res esse intentus.

Ca. IIII. Declarat quomodo ex periculo pastorum disci possit uitam sollicitā minus esse tutam: Et q; ea ratione auctor ipse uitam elegerit solitariam.

Tractat; quartus docet: quæ expediāt eis q; uitā solitariā ingredi statuerūt. Et habet. x. ca.

Ca. I. Probat q; uitā solitaria præcipue literarum igniaris grauior morte: & mortē allatura uideatur.

Ca. II. Docet q; q; optimū esset ut in iuuentute quisq; sibi aliquid rectæ uitæ genus apprehenderet: tamen si quis hoc iuuenis neglexerit: consultum sit ut saltem senex hoc faciat.

Ca. III. Tradit quæ ī ordinæ mutādāq; uitæ tenenda sit uia.

Ca. IIII. Est de cōmendatione solitudinis.

Ca. V. Est de quadruplici distinctione uirtutum a Plotino inducta & a Macrobio corroborata.

Ca. VI. Est de delectatione ac dulcedine uitæ solitariæ & spiritali pugna solitarioꝝ.

Ca. VII. Cōmemorat q; sit solatiū q; taue iucūditas p; breui solitudine hominū perpetuā sperare frequentiam angeloz.

Ca. VIII. Docet q; habentes uerū testem Christum: teste imaginario nō egeam.

Ca. IX. Est de libertate solitarij & studio mentali.

Ca. X. Ostendit quōdāmodum quorūdam artium inuentorib; diuini honores attributi sint.

Tractatus quintus est de uitæ solitariæ impugnantorib;: quibusdamq; doctrinis ac cōsolationib; solitarioꝝ. Et habet. v. ca.

Ca. I. Inducit rationes quibus aliqui uitā solitariam reprehendūt.

Ca. II. Affirmat syluas: loca uirētia & amnes plurimū conferre solitarijs.

Ca. III. Interpretat uerba Senecæ quibus solitudinē impugnare uidetur.

Ca. IIII. Docet q; ijs qb; oportuna est solitudo nō sit suadēdū ut amicitia iura cōtemnāt: & q; turbas nō amicos fugiant.

Ca. V. Est de singulari gaudio solitarioꝝ in dimissione temporalium.

Tractat; sextus ē: De ignorantia: errorib; & stulticia habitatoꝝ urbiū ac præseruatione solitarioꝝ ab istis: eoz; dēq; libertate. Et habet. vi. capitula.

Ca. I. Est de rædio ac stulticia occupatorū & urbiū habitatoꝝ.

Ca. II. Est de errore quorūdam senū occupatorū & urbiū habitatoꝝ.

Ca. III. Est de uoluptuosa imitatione uulgariū: & uarietate habitū eoz; qui urbes inhabitant.

Ca. IIII. Est de quibusdā causis erroꝝ & temporis amissione habitatoꝝ urbiū.

Ca. V. Declarat quōdā iucūditas uitæ solitariæ præseruet ab istis malis & rædijs.

Ca. VI. Docet q; solitarius debeat regere animū suum sicut reges regna.

Clarissimi uiri Francisci petrarchæ Florentini Poetæ Laureati: in  
opus suum de Vita solitaria ad Philippū Cauallicēsem episcopum:  
Prologus.

**P**aucos homines noui: quibus opusculorū meorum tanta dignatio tantusq; sit  
amor: quātus tibi fidentissime: non uidetur esse: sed est: dixerim: Nam neq; de  
sincero & niueo candore tui pectoris fictum fucatūue aliquid suspicor: neq; si  
ctionem si qua esset: tamdiu tēgi potuisse arbitror. Vt enim immortāl̄ ē ueritas:  
sic fictio & mendaciū non durāt. Simulata ilico patescūt: & magno studio cō/  
pta cælaries uento turbať exiguo: & operose licet impressus fucus leui sudore diluif: & ar/  
gutum quoq; mendaciū uero cedit: coramq; pressius intuente diaphanū est: opertū omne  
detegitur: abeunt umbræ: natiuusq; rebus color manet: & latere diutius magnus est labor:  
Nemo sub aquis diu uiuit: erumpat oportet: & frontem quā celabat aperiat. His argumē/  
tis inducor ut credam quod ualde cupio. Sum⁹ autem faciles ad credendū quod delectat:  
Possē tibi res meas pater optime placere: quæ ut paucis placeāt elaboro: quando ut uides  
sæpe res nouas tracto: durasq; & rigidas pegrinasq; sentētiās: & ab omnib; moderātis uul/  
gi sensibus atq; aurib; abhorrētes. Si indoctis ergo nō placeo: nihil est quod querar: habeo  
quod optaui: bonam de ingenio meo spem: Sin uero doctis quoq; non probor: est fateor  
quod doleā: nō qđ mirer. Nam quis ego: aut quid ē unde mihi in tanta præsertim uarieta/  
te iudiciorū interblādiar aut arrogem: qđ nec Marco Tullio præclara illa cœlestiq; faciūdia  
cōtigisse scio: Cuius liber de optimo genere dicēdi: deus bone: quale qđ ex alto sumptum  
opus: qđ idem in epistolis indignanť attigit: Marco Bruto: ad quem & cuius precibus scri/  
ptus erat: erudito uir licet & amico scribentis non probatur. Vt grauiora præteream: quæ  
ab illustribus quidem longe tamen imparibus oratoribus: tantus ille uir patitur: A sinio  
utroq; & Caluo: qui eloquētiæ principi libertate nimia insultant: & quæ cæteri mortalium  
mirantur ueneranturq; cōdemnāt. Quis recuset igitur stili crimē sibi cōmune cum Tul/  
lio: Qđ mihi quidem apud te nullus talis est metus: ut sane prober ego seu placeam tibi:  
non meriti mei est: sed uel ingeniorū similitudo forte aliqua: uel qđ potius credo & propius  
uero est: facit hoc singularis quidam & eximius amor tuus: non paruus hostis recti iudicij.  
Quis enī ualde amans rite iudicat: Si cernere rectum & discernere posset amor: cæcum cur  
sinxisset antiquitas: At nō ut cæcus: sic & mutus: sed psuasorū optimus: ostendit alijs quod  
non uidet: sæpe etiam quod non ē. Magna patris indulgētia nil sibi non permittit: parcit si/  
lij defectib;: sæpe etiam delectat utcunq; est. Si quidem in hoc erras: gaudeo: neq; hunc er/  
rorem excidere tibi unq; posse uelim: gloriosū mihi: tibi delectabile: damnosum nulli. Sin  
fortasse non erras: quod opto quidem potius qđ spero: quid ni magis magisq; gaudeam ac  
gratuler: & ipse mihi tali sim charior p̄batorq; iudicio: In dubijs nōne iniquus ocij mei di/  
stributor fuerim: nisi rationē habeam illius: quem primū stili atq; ingenij miratorē habeo:  
Profecto autem magnus testis Cato ille senior: nō minus ocij qđ negotij rationē claris atq;  
magnis ingenijs habendam esse in primordio suarū scripsit originū. Quod dictum cū mul/  
tis placuisse uideam doctis uiris: tamē præcipue Cicero noster amplectit: magnificumq; si/  
bi semper ac præclarū uisum esse: in ea qua Plantiū defendit oratione testat. Id mihi quoq;  
si uel pro ingenij mediocritate uel pro non mediocri gloria cupiditate: si tamē hanc nō dum  
freno animi ac ratione perdomui: puidendū est quid primū præstare nitar: nisi ut sicut ego  
a negotijs: sic ab ocio modo procul ablit inertia. Et si qđ forte mansurū scripsero: his potis/  
simū inscribam: quorū gloria quadam uelut participatiōe clarescere tenebrisq; resistere ua/  
leam: quas mihi tempore fusca p̄funditas & nominū cōsumptrix illustriū obliuiosa poste/  
ritas intentant. Quid uersanti animo sæpe equidem tuū nomen occurrit: & usq; adeo ful/  
gidum in se: atq; ita de me meritum: ut seu præclara seu mihi chara complectar: præteriri  
sine graui quadam non possit iniuria: Accedit quod ex more institutoq; meo ueteri nunc in  
rure tuo positus: ut frugū cæteri: sic ego tibi decimas ocij debere uideor primitiasq; uigilia/  
rum. Itaq; quot annis plus minusue pro ingenij ubertate uel sterilitate annua psoluere ali/  
quid est animus: quo uelut unus e colonis tuis: his saltem fructibus quos agellus meus  
fert: agnoscere intelligar bonam fidem. Et si probe norim nil silētio tutius: his quibus ob/  
tractantiū linguas euadere cura est: quod ipse mecū reputans: sæpe animū fateor: sæpe ca/  
lamū freno: sæpe multa pauens moneo: neu me prodant obsecro: neu uelutro non stili tātū

sed quod pergrauē est: morū quoq; nostrorū chirographum cōtra nos p̄mant: forte etiam ad absentes ac posteros peruenturum. Qualis enim sermo fuerit: talis uita censebit: quanto rerū sublatis iudicijs: sola uerborū supererūt argumēta. Quid multa: Persuasissimē forsitan ut & sibi & mihi & famæ nr̄e parcerent: nisi q̄a ut aiunt: iam neq; res integra neq; silentio liberum est latere. Iam noscimur: legimur: iudicamur: Iamq; hominū uoces euadēdicelandicq; ingenium nulla spes: & seu prodeuntibus in publicū: seu domi sedentibus apparendum est. **E** **¶** Quid uero nunc prius ex me speres: q̄ quod & in ore & in corde semper habui: & ipse qui modo sub oculis est locus hortatur: solitariæ scilicet ociosæq; uitæ præconium: quam cum sæpe olim solus: tū præcipue nuper mecum breuī q̄dem: nec nisi dierum quōdecim spacio degustasti: Mecum inq; Quis enī ego assidue tecum essem: tu tamen huc non nisi mei causa te uenisse: neq; nisi propter me manere: sæpe tam reb<sup>9</sup> ipsis q̄ sermone professus ostēdisti: qui mecum tuus est mos: q̄ta sit in exaquadis imparibus uis amoris. Quobrē psuadere tibi per facile fuerit: q̄ tacito me noscis experē. Idem si probare uulgo uelim: frustra nitar: nec uulgo tantum inscio: sed multis quoq; qui sibi litteratissimi uidentur fortasse etiam nec falluntur. Sed copia litterarum non semper modestum pectus inhabitat: & sæpe inter linguam & animū: inter doctrinam & uitam concertatio magna est. De his autem loquor: qui litteris impediti & onerati potius q̄ ornati: rem pulcherrimā scire turpissimis moribus miscuerunt: tanta animi uanitate: ut scholas nunq; uidisse multo melius fuerit: q̄ hoc unū ibi didicerūt: superbix & litterarū fiducia uaniores esse cunctis hominib<sup>9</sup>: qui quieturū libenter Aristotelē uentilantes per compita: cuneatim uulgo mirante prætereūt: quiq; uicis atq; porticibus effusi numerant turre: equosq; & quadrigas: qui plateas & mœnia metiuntur: foemineoq; inhiantes ornatui: quo nihil est fugaci<sup>9</sup>: nihil inanius: obstupescūt: neq; solum in uiuis: sed & in marmoreis hærent imaginibus: & ceu collocaturi subsistunt: attoniti occurribus: statuarum quæq; nouissima pars insanix est: turbis & strepitu delectantē. Hi sūt qui q̄si tritam uenalemq; supelletilē tota urbe circūferūt: stulticiam litteratam: Hi sunt solitudinis inimici: sed & propriæ dom<sup>9</sup> hostes: quos primo mane digressos: ad inuisum limē uespera uix tandem reuehit: Hi sunt quibus in prouerbiū uenit: Bella res est gētes uidere: cū hominibus conuersari. Melius equidem uidere rupes ac nemora: uersari cum ursis ac tigribus. Neq; enim uile tantūmodo fœdumq;: Sed quod inuitus dico: quodq; utinam nō tam late notum experientia fecisset assiduaq; faceret: perniciosum quoq; & uarium & infidum & anceps & ferox & cruentum animal est homo: nisi quod rarum dei munus est: humanitatem induere feritatemq; deponere: deniq; nisi de homīe uir esse didicerit. Quod si hos ipsos interrogas: cur tam cupide cū alijs semp sint: si uerū loq; uolent: nil aliud respōdebunt: nisi q̄a secū esse non possūt: De quo suo loco plura fortasse dictur<sup>9</sup> sim: hoc unū modo dixerim: Alte radicos errores non facile uerbis extirpari. Et ne quicq; suaderi aliquid: quibus psuaderi nunq; possit: neq; enim perdere uerba leue esse silentij auidis: Itaq; desinant opinionibus ueris obstrepere. Nam neq; me talibus loqui: neq; magnifacere: quoniam ista supercilio lecturi sint: quæ utiq; non sibi sed longe alijs ingenijs scripta sunt. Et hæc quidem illis: Tibi uero pater amabilis: ut dixi: persuasore sollicito nō est opus: cui psuadere contrariū posset nemo: cuiq; iam pridem conuulsis erroribus: sententiæ ueriores medullis ac præcordijs inhæserunt. Et tamē ut rem certam loquendo: non certiozem tibi: sed clariorem faciā: amatorem uitæ huius Christum inuocās: ac paucorum dum id explicem dierum inducias petens: ab alijs maioribus & antiquioribus curis meis: quæ me obsident atq; circūsonant: conceptum opus aggrediar. Tu cum tuis par ut fœdus ineas quæso: & maximis interim rebus abstractum mihi animū accōmodes: Non semper exquisitissima delectant: sed interdū ut diuitibus ciborum: sic sapientibus studiorum uicissitudo gratissima est. Adesto igit: auides quid mihi de toto hoc solitario uitæ genere cogitanti uideri soleat: pauca quidē ex multis: sed in quibus paruo uelut in speculo totum animi mei habitum: totam frontem serenæ tranquillæq; mentis aspicias.

**F**rancisci Petrarchæ Clarissimi Poetæ Laureati: de Vita solitaria ad Philippum Cauallicensem episcopum: Liber primus de Multiplici differentia inter uitam habitatorū urbiū & solitariorū: præeminētiāq; uitæ solitariae: **F**œliciter incipit.

Tractatus Primus: Proœmialis: præmittēs quædam ad intelligentiā eorum quæ sequuntur conferentia.

Quid necessariū sit illis qui quietem habere cupiūt: **Capitulum I.**

**C**redo ego generosum animū: præter deum ubi finis est noster: præ se ipsum & arcanas curas suas: aut præ aliquem multa similitudine sibi coniūctum: animū nusq; cōquiescere. Et si enim uoluptas tenacissimo uisco illita: & blādis ac dulcib⁹ plena sit laqueis: fortes tamē circa terrā alas detinere diuti⁹ non potest. At qui siue deum, siue nos ipsos, & honesta studia (quib⁹ utrūq; conseqmur) siue conformē nobis quærimus animū: a turbis hominū urbiumq; turbinib⁹ q̄ longissime recedendū est. Id sic esse ut dico: illi ipsi etiam forte non negent qui cōcursu populi mulcentur: ac murmure si modo ita obruti depressiq; falsis opinionib⁹ nō sunt, quin interdum ad seipos redeāt: seq; ad excelsam ueri semitā uel reptādō cōuertāt. Qd̄ utinā non tam multis accideret: & ut agri multarūq; rerum uiliū: sic saltem excolendi animi mortalib⁹ cura foret. Ut enī pinguis ager sentib⁹: sic human⁹ anim⁹ abūdat errorib⁹: quib⁹ nisi diligenti euulsū erūt: nisi uterq; iugi studio ac labore purgabit: utriusq; similē in ipso flore fruct⁹ extinguit. Sed nō canim⁹ surdis: De his ergo alij ut libet: q̄ q̄ facile consensus uero eruditorū animos atq; ora confidā. Qd̄ si oēs negēt: tu mihi saltē non negabis: nempe qui negantē prim⁹ argueres. Sic eueniet: ut & tu in uerbis meis tuā sententiā agnoscas: & ego supremā metham cuiuslibet eloquentis attigisse uidear: auditoris animū mouisse quo uolui. Idq; nullo negotio. Tūc enī suadenti magn⁹ est labor: qm̄ in suā sententiā trahere nitiī animū reluctantē. Cōtra: qd̄ difficile habet oratio in illius aures uertura: qui qd̄ audit secum conferēs: non exēpli imaginē: non auctoritatis pondus: nō rationis aculeū ut credat: nihil deniq; nisi suū ipsi⁹ testimoniū quærit: & tacit⁹ dicit: ita est.

De quibusdam qui de uitæ solitariae laudibus scripserunt: & quem auctor in hoc opere uelit imitari: **Ca. II.**

**S**cio quidē sanctos quosdā uiros multa hinc scripsisse: Noīatim uero magn⁹ ille Basil⁹: librū paruū de solitariae uitæ laudib⁹ inscripsit: de quo præ titulū nihil teneo. Et q̄ illum in quibusdā uetustissimis codicibus: sic interdū Petri damiani opusculis insertū uidi: ut dubiū me fecerit an Basilij esset an Petri. In hoc autem tractatu magna ex parte soli⁹ expientia ducatū habui: nec alium ducem quærens: nec oblatum admittur⁹: liberiore quidem gressu: q̄ q̄ fortassis incauti⁹ sequor animū meū q̄ aliena uestigia. Plura ergo audies ab his qui uel plura sūt expti: uel ab exptis acceperūt: A me nūc audies quod occurrit ex tempore. Neq; enī magno studio incubui: neq; id necesse rat⁹ sum: aut alis haud defuturā uerit⁹ materiā: de re uberrima scribēti: qd̄ ad sup̄ficiē saltem ei⁹ attinet: sæpe mihi hæcten⁹ agitata multimode familiaritēq; notissima. Non excussi libros igitur: neq; magnopē stilū compsi: sciēs me illū alloqui cui uī impexus placeo: Sed sentētis ueris atq; cōmunib⁹ & sermone domestico cōtent⁹: partim e medio uitæ huius: partim ex alteri⁹ recēti memoria quæ legis elicui: Quoꝝ te ante alios testē uoco: nō dissimulās inter multa: quib⁹ ualde me uolentē cogis: ut te diligā: Illud esse nō ultimum q̄ amore solitudis: & huic cōiūcto libertatis studio: uicinā tibi nūc & ppe cōtiguā Romanam quā uocāt curiā fugis: ubi non mediocrē forte hodie fortireris gradū: si q̄ tū solitudo tibi semper angelica: tantū tumult⁹ ille tartare⁹ placuisset.

De modo tractandi materiā huius operis: ac distantia inter uitam solitariā & uitam in frequentia hominū occupatā: **Ca. III.**

**U**fus aut sum mihi facillime fœlicitatē solitudis ostēsur⁹: si simul frequentia dolores miseriasq; monstrauero: pcurrēs actus hominū: quos uel hæc uita pacificos atq; tranquillōs: uel illa turbidos atq; sollicitos & anhelātes habet. Vnū enī est his oī-

bus fundamentū: hanc uitam læto ocio: illam tristi negotio incumbere. Qd̄ si quādo forte conuulsum casus aliquis: aut naturæ fortunæq̄ uis ostenderit: q̄uis id perrarum & uelut inter portenta numerādū sit: tamen si accidat mutare sententiā non pudebit: & iucundam ociosamq̄ frequentia solitudini mœstæ ac sollicitæ præferre non metuam. Necq̄ enī solitudinis solum nomen: sed quæ ī solitudine bona sunt laudo. Nec me tam uacui recessus & silentium delectant: q̄ quæ in his habitant ocium & libertas. Necq̄ adeo inhumanus sum ut homines oderim: quos edicto cælesti diligere iubeor ut meipsum: sed peccata hominū: & imprimis mea: atq̄ in populis habitantes curas & sollicitudines mœstas odi. De quibus omnibus (ni fallor) significanti⁹ agetur: si non quicqd̄ ad hanc aut ad illam partem dici posse uidebit: seorsum explicuero: Sed utrūq̄ miscuero: nunc hoc: nunc illud attingens: ut uicissim huc illuc flectatur anim⁹: & alterno uelut oculorum flexu: ad læuam dextramq̄ respiciens: facile iudicet: quid inter res diuersissimas iuxta se positas intersit. Consulto autē amariora præmissi: quo dulciora subnecterē: & suauior gust⁹ extremus: ubi nam desinendū esset: ipsū animū admoneret.

**Tractatus Secundus executiuus: De Miseriis hominis occupati & infœlicis habitatoris urbium: ac fœlicitate solitarij: ex actib⁹ utriusq̄.**

**De Miseria occupati: ac fœlicitate solitarij: ī sōno & surrectiōe eorū: Ca. I.**

De miseria occupati.

**S**ed qd̄ opus est multis: Agamus ipsam rem: & qd̄ p̄mittim⁹ p̄soluam⁹: Duos homines cōtrarijs morib⁹: quos tibi describam: ante tuæ mentis oculos pone. Et qd̄ in illis uides: in cunctis existima.

**S**urgit occupatus infœlix habitator urbium nocte media: somno uel suis curis uel clientiu uocib⁹ interrupto: Sæpe etiam lucis metu: sæpe nocturnis uisis exterritus: mox infœlicis scamno corpus applicat: animū mendacijs: in illis est totus: seu ille mercibus precium facere: seu sociū: seu pupillū fallere: seu uicini cōiugem pudicitia armatam expugnare blaudicijs: seu litigio iniusto iusticiæ uelum fando prætereundē: seu deniq̄ publici priuaticq̄ aliqd̄ corrūpe meditat̄: Nūc ira præceps: nūc ardēs desiderio: nūc desperatiōe gelat⁹. Ita pessim⁹ artifex ante lucem diurni telam negocij orditur: qua sese atq̄ alios iuoluat.

De fœlicitate solitarij.

**S**urgit solitarius atq̄ ociosus fœlix: modica quiete recreatus: somnoq̄ breui: non fracto: sed expleto: & interdū pernoctantis philomenæ cantibus expectus: thorocq̄ uix dū leniter excussus: pulsiscq̄ torporib⁹: quietis horis psallere incipiēs: sanctorē labiorū suorū: ut egressuris inde matutinis laudibus aperiat deuotus exposcit: & cordis sui domum in adiutoriū suū uocat: nihilq̄ iam uiribus suis fidens: & iminentiū conscius: metuensq̄ discriminū: ut festinet obsecrat: Nullis texendis fraudib⁹ intentus: sed dei gloriā & sanctorū laudes: non indies tantū: sed in horas: & indefesso lingua famulatu: & pio mentis obsequio repetens: nequando forsitan ingrato animo diuinorū munerū memoria euascescat. Et sæpe interea (mirū dictū) securi timoris ac trepidæ s̄pei plenus: memorq̄ præteriti ac futuri prouidens: læto dolore & fœlicibus lachrymis abundat. Quem statum nulla uoluptas occupatorū: nulla unq̄ urbanæ delitiæ: nulli regnorum saltus æquauerint. Inde suspiciens cælum ac stellas: & illic habitantē dominū deum suum tota mente suspiciens: & patriam cogitās: de exilijs sui loco protinus ad honestæ cuiusp̄iam iucūdāq̄ lectio nis studium cōuertit̄: Atq̄ ita cibus pastus amœnissimis: multa cum pace animi uenturæ lucis initium præstolatur.

**De Misero occupato: & fœlice solitario cū diei iam lux aduenit: Ca. II.**

**D**iuersis uotis expectata lux adest. **¶** Ille uel hostib⁹ uel amicis limē obsessū habet: salutari⁹: poscit: attrahit: trudit: arguit: lacerat. **¶** Huic uacuum limē & libertas ī limine: manēdisq̄ eundiq̄ quocūq̄ fert anim⁹. **¶** Vadit ille mœstus in forū plenus querelarū: plenusq̄ negociorū: & imitis diei primordiū alitib⁹ auspicat̄. **¶** Vadit iste alacer in uicinā syluā: plenusq̄ ocij: plenusq̄ silentij: & cū gaudio faustū limē serenæ lucis ingreditur. **¶** Ille ut ad potētū sup̄ba palacia: siue ad formidata iudiciū subsellia uentū est: ueris falsa p̄miscēs: aut iusticiā premit infontis: aut nocentis rei pascit audaciā: aut profusus aliquid uel in propriū dedecus uel in alienā perniciem molit̄: mordente animū conscientia: sæpe metu etiam uerba rumpēte: & sæpe uera pro mendacijs: uerba p̄ uerbis referens: plenusq̄ ruboris aut palloris: seq̄ uicissim increpitans q̄ non potius deserti famem: q̄ deserti famā cōcupierit: & arator q̄ orator esse maluerit. Raptim infecto negotio domū redit: & turpib⁹ latebris nō magis hostiū q̄ clientiu suorū se furat̄ aspectib⁹. **¶** Iste ubi pri

mū florem sedile: salubrēq; nactus collem cōstitit: iubare iamq; solis exorto: in diurnas **de**  
 laudes: pio latus ore prūpens: eoq; suauis si deuotis forte suspiriis lene murmur, p̄ni gur/  
 gitis: aut dulces auiū cōcināt querelā: in oētā imprimis linguā frenū litis nesciū: uisus te/  
 gmen uanitatib⁹ obiectū: puritatē cordis: uācordiā absentīā: & domitricē carnalī abstinentī/  
 am deprecā. Nec multo post: tertijs in laudib⁹: tertiā in trinitate p̄sonā uenerā & sancti/  
 spūs poscit aduentū: linguā quoq; & mentē cōfessiōe p̄sonantē salutifera: & charitatē cō/  
 lico igne flāmantē ac proximos accēsurā. Quā si deuote postulat: iam habet multum hoc  
 mentis ardore q̄ quolibet auri seu gēmarū splendore fœlicior. Inde autem pedetētim sua  
 relegant uestigia: scandēte iam in altū: & qui mane nouū illustrauerat: meridiē accēdēte so/  
 lis radio: nil poti⁹ q̄ extingui flāmas litū: quas certatim flatu & fomētis alter sufficit: & q̄  
 ille cupide perurit: hic omnē malarū cupidinū calorem noxiū auferri flagitat. Deniq; qd̄  
 unū poeta Satyricus sine periculo posci docet: In corp̄e sano mentē sanam orat. Quis horū  
 oro hacten⁹ horas suas expendit honestius?

De miseria occupati: ac fœlicitate solitarij cū prādiij temp⁹ instat: Ca. III.

**U**Enit prandij temp⁹: Ille sub ingenti & ruinā minitāte aula componit puluinarib⁹ **A**  
 obrutus sepultusq;: reboant uarijs tecta clamorib⁹. Circūstāt canes aulici muresq; **De miseria oc-**  
 domestici: Certatim adulatorq; circūfusa acies obseq̄: & corrosorq; turba familia **cupati.**  
 riū confuso strepitu mensam instruit. Verrit putre solum & fœdo puluere cuncta complēt;  
 Volat atrijs argentū auro infectū: & pocula cauis gemmis exprāssa. Scamnū serico uestit:  
 ostro paries: terra tapetib⁹: dū seruoq; nuda iterim cohors tremit. Instructa acie dat tādē li/  
 tuo signū pugnae. Coquinae duces aulae ducib⁹ concurrūt: Ingens fragor exorit: Conuehū/  
 tur terra maricq; conq̄sita epulae: & uina p̄scis calcata consulib⁹. Ardent rutilo in auro no/  
 stra graiaq; uindemia: uno i scypho gnōfos & meroc: uesuui⁹ phalernusq; miscēt: surrhen/  
 tinicq; colles & calabri. Nec satis ē nisi bacchus ausonius uel hybleo melle uel eoe succo me/  
 dicat⁹ arūdinis baccisq; nigrantib⁹ odorat⁹ naturā arte mutauerit. Parte alia par diuersi ge/  
 neris pompa conspicit: Ferā horribiles: pisces incogniti: uolucres inaudita puluere precioso **B**  
 oblita & oblita ueteris patriā: quādā uoce testantes originē nomēq; iam solū de phaside re/  
 tinentes. Fumāt ipsis edentib⁹ stupēda fercula: & omē coquorq; passa ludibriū: quā si qs ual/  
 de licet esuriens cernat: q̄ fœde q̄toq; sint coagulata lenocinio: solo spectaculo satur absce/  
 dat. Ita mixta uidebit inuicemq; certantia nostra exteris: marina terrestrib⁹: nigra candidis:  
 acria dulcib⁹: hirsuta pēnatis: māsueta ferocib⁹: & quasi Ouidianū chaos illud antiquū re/  
 nouatū atq; in angustias sit coactū: non solum corpe i uno: sed i una parapside. Frigida pu/  
 gnabūt calidis: humētia siccis: mollia cū duris: sine pondere habētia pondus. Sub hac tāta **C**  
 colluue diuersarū simul & aduersarū rerum: sub tot croceis atq; atris liuentibusq; pulmen/  
 tis: suspectum nō īmerito uenenū sedulus p̄ragustator explorat: quin & aduersus cacas in/  
 sidias aliud remediij genus inuentū est: Inter uina dapesq; liuida serpētū cornua p̄minent:  
 aureis insita sollerter arbutulis: & quasi uoluptaria ex arte cōtra mortē miseri mira res ipsa  
 mors excubat. Ille aut sedet obducta fronte: grauib⁹ oculis: sup̄cilio umbroso: rugosa nare:  
 genisq; pallentib⁹: ægre uiscosa labra diglutinās: uix caput attollēs fulgoribusq; & odorib⁹  
 bus attonit⁹ ubi sit nescit: uesptina tumēs crapula: & matutini negocij cōsufus euentu: futu/  
 risq; iam fallacijs intentus: quo se uertat: aut quid agat: sudat: olet: ruētat: oscitat: singula  
 morfitans: uniuersa fastidiens.

**I**ste uero uel paucis uel uno uel nullo famulo contētus: hesternō sobrius uegetusq; ie/  
 iunio: modesto sub lare mūdā mēsam: nulla re magis q̄ sua p̄sēntia exornat: p̄ tu/  
 multu requiē: pro strepitu silentiū habet: pro multitudine seipsum: Ipse sibi comes: ipse sibi **D**  
 fabulator ac cōuiuia est: Nec metuit solus esse dum secum est: pro auleis nudus paries ex **De fœlicitate**  
 agresti cemēto: pro folio eburneo quercus est sibi uel fagus pura uel abies. Cœlū spectare **solitarij.**  
 non aurū: terram amat calcare nō purpurā. Fidicen grātus & assidētī cōfurgētīq; dulcis/  
 sim⁹ cantus ē Bñdictio & grāuāctio. Villicus si res poscat: pincerna: coqu⁹ & uerna est:  
 quicqd̄ is apposuit: hic aq̄nimitate & modestia preciosum facit. Cibū oēm peregrinis  
 syluis aut littorib⁹ aduectū: oēm potū ligurū atq; picentiū collibus expressum dicas. Ea  
 frons ē: isq; anim⁹ utētis: sic in deū: inq; hoies grātus: sic cōmunib⁹ inemptisq; latus da/  
 pib⁹: nō tātū ut Maronē ille seniculus regū opes æquat animo: sed trāscēdit. Nulli pe/  
 nitus inuidet: nullū odit: sorte cōtent⁹ sua: & fortunā iniurijs inaccessus: nihil metuit: ni/  
 hil cupit. Scit non spargi uenena fictilib⁹: Scit uitā hominū pauca sufficere: & sūmas ue/  
 A 4

raſq; diuitias nil optare: ſummū impiū nil timere: lætū agit atq; trāquillū æuū: placidas noctes: ocioſos dies & ſecura cōuiuia. It liber: ſedet intrepidus: nullas ſtruit aut cauet inſidias: Scit ſe amari & nō ſua: Scit mortē ſuā nulli utilē: nulli dānoſam uitam. Neq; multū itereſſe arbitrat̄ q̄ diu: ſed q̄ bene uiuat: Nec ubi aut q̄n moriat̄ magni extimat: ſed qualiter. In id unū ſummo ſtudio intentus: ut bñ actam uitæ fabulam pulchro fine cōcludat.

**De Miſeria occupati: ac ſœlicitate ſolitarij cū finitū eſt prædiū: Ca. III.**

**A** **I** Abitur ſenſim dies & fugiūt horæ: ac iam prædio finis eſt: Turbāt illū familiaris exercitus hoſtesq; collaterales & ruina mēſarū & hominū ualorumq; collifio: Et ebriorū iocis teſta mugiūt & querimonijs fameſcentū. Habet enī nō ultimū hoc malū mēſa diuitū: iniquiſſima ē. Ita q; hic fameſ: hic nauſea: temperies nuſq;: Aulæ quidē inſuauis odor: inamoēn<sup>9</sup> color: iter incertū: ſolum omne falſamētis effuſis latæ olidū cruentūq;. Idem & uino lubricū & fumo nubilū & ſpumis horridū & aſpergine tepidum & adipe tabidū & oſſib<sup>9</sup> albicās & ſanguine rutilū. Deniq; uerbo utar Ambroſij: nō coq; nam: ſed carnificinā dicas. Et licet ut maiorib<sup>9</sup> placet: a parādo prædiū quaſi parandium dictū ſit: q; bellatores ad procliū parat: nō parari tamē aliquid ſed fieri uereq; proclium ibi geſtū putes eſſe nō prandiū: Ita dux ſaucius ac tremēs: ita mero ꝑcuſſi omēs nutatēſq; abeūt: mēſa ꝑ acie fuerit: ꝑ blādo & fallaci hoſte uoluptas: cubilia ꝑ ſepulchris: conſciē-

**B** **A** Thuc noſtro diuerſa oīa: Angelorū aula cōuiujs q̄ hominū ap/ (tia ꝑ inferno. Atior: odor colorq; optim<sup>9</sup>: index mox; teſtiſq; modeſtiæ: Mēſa pacifica: luxus ac tu multus neſcia: gulæ domitrix: expers imūdiæ: ubi gaudia inhabitāt: unde uoluptas ſœda exulet: ubi ſit regina ſobrietas. Cubile caſtū & qetū: cōſciētia paradifus. **C** Surgit ille igitur uel ebrius, uel indignus: Iſte tranquillus & ſobrius. **C** Ille de morbo dubius ac pa uens: Iſte frugalitatis ſibi cōſci<sup>9</sup> omniūq; qb<sup>9</sup> hūanū corpus ſubiacet ſecurus. **C** Ille uel iracūdi uel ludit: Hic utrūq; declinās deo grās agit. **C** Tota dehinc illi dies inē luxuriā ſom numq; & curas anxias & dura negocia dilabit: Huic inter laudes dei & liberalia ſtudia & nouarū inuentionē rerū ac ueterū memoriā & neceſſariā quietem & honeſta ſolacia ni hil aut modicum perit.

**De Exercitijs miſeri occupati: & ſœlicis ſolitarij cū meridies adeſt: Ca. V.**

**A** **I** Am cœli mediū ſol tenet: q̄n ille æſtuat: angit: accelerat: oīa fallaciarū machina mēta cōgeminat: ne qd ei per ſegniciē illa lucē depereat: ne ue ullus torpor mali cōſilij ſœcundā animā optatis fruſtre effectib<sup>9</sup>: ut latentes doli ante crepuſculū erū pant: Eſt enī hoc fere malis conatib<sup>9</sup> adiunctū: ut præcipites etiam ſint: Iniqua mens im patiens eſt moræ: quicquid optauerit differri uel momēto tempis ægreſcit. Neq; ſoli auaricia cōuenit illud ſatyrice: Diues qui fieri uult & cito uult fieri: habet hoc cōmune cupiditas indiuiſumq; cū ſororib<sup>9</sup> ſuis ira & libidine: Quæ patre cōceptuq; tartareo ædita: cōfuſionē & præcipitiū & horrore & naturā ꝑpria originis non dedifcunt. Hæ ſūt enī furia: quas non imerito Acherontis ac noctis filias poeta dixerūt: q; ignoratiæ tenebras ꝑnitentiaq; materiā ſecū ferant. Et hæ quidē inferni (unde ortas ꝑhibent) nec non & ciuitatum incolæ occupatorūq; pediffequæ ſtimulis ſemp ardentib<sup>9</sup> cæcū atq; trāuerſum animum exagitāt: ut qd peſſimū inſtituit: primū expleat: ne qd forte cūctando reſiſcentiæ ſanæq; mentis obrepat. Nulli equidē uitio frenū placet: & ut honeſtati grauitas atq; maturitas: ſic cōſilij inhoneſtis incōſulta ſemp amica celeritas.

**B** **C** Ontra autem hic noſter: nil præpropere: ſed fugientis tēpis curſum uidēs: & cupiens illic eſſe ubi ſine fluxu temporū ac ſine metu mortis degitur: Iterū uerſus in preces: non unius tantū lucis: ſed totius æui clarā ueſperā & nunq; occidētis uitæ gloriā: eamq; nō ſuo merito: ſed ſacræ chriſti mortis poſciti præmiū: ſciens plus eſſe q̄ qd hoī debeat: niſi temporalis illa mors peccatū habētis tantæ eſſet efficaciam: ut de natura mortalibus peccatoq; iam mortuis facere poſſet æternos. Nec ita multo poſt: labentem cœlo diem ſeq; ſimul col labentē humi: cogitās: terrāq; caliginē illabētē terris præuidēs: ſupni lumis poſciti auxiliū. Et ſeu ne mens ſuorū criminū præſſa ponderibus cœlo exulet: cū lachrymis præcā: ſeu fidel puram lucem: ſeu mētis aduſtæ refrigeriū: abſterſionē ſordidæ: eliſæ ſuſtentaculū: litigioſæ pacē flagitat: matutinoq; laudū carmini ueſtinas preces: & laudes de inexhauſto pietatis fonte continuat.

**De Miſeria occupati: ac ſœlicitate ſolitarij cum abeunte ſole ueſper accedit:**

**C**ogitur ille iterū abeūte iam sole: tecto egredi: urbem lustrare: cœnū terere: cōcurrere obuijs: sudare: laborare: anhelare: astuare. Cūq; in oēs sese formas fraudum uerterit: oēs laqueos ingenij: nodos explicuerit: sero tandē fessus rediēs: & multū de artificio suo quæstus: bonā famā puraq; cōsciētia nihil oīno: auri forte aliquid: plurī

**I**ste uel apricum fontē uel herbosam ripam (mū sceleris atq; odij domū refert. uel æquoreū litus adit: gaudēs diem illū sine dedecore trāsiuisse: & lucis ante terminū: aduersus securā noctis pericula dolosq; & insidias ac rabiē leonino more rugientis aduersa rij: uigilē sobrietatē atq; orationis & fidei clypeū: aduersus somnia pollutionēq; & nocturna phantasmata: excubare sibi solitā clamētia sui creatoris implorat: atq; in manus ei⁹ cōmēdato spiritu: & angelis suis ad habitaculi p̄rij custodiā inuocatis: sese in domū suam recipit: ut nihil inuisti quæstus: sic nil malæ cupidinis: multū uero decore laudis referēs: multūq; q̄tidie in meli⁹ mutati animi. **C**Ad sūmā totis ille dieb⁹ uiuos spoliat: Hic p̄ defūctis orat. **C**Ille matrū ac yginū pudicitia attēptat: Hic yginē matrē officiosissime uenerat. **C**Deniq; ille martyres facit: Hic celebrat. **C**Ille sanctos p̄seq;: Hic honorat.

**De Misero occupato: & foelice solitario cū redeūte nocte cœnādū est: Ca. VII.**

**C**ce redit nox: Ille redit ad crapulā: pompa ingens: ante retroq; longū agmē: Viui hoīs fun⁹ putes: Præcedūt funeralia & tibiā: ne qd desit exequijs: Et sumptuosissimū cadauer: p̄sum charis odorib⁹: rursus inter puluina sepeliē: ad hæc tepidū: ad hæc spirās: Inde grauē cœnā indigesto supaddēs prædio: uenturæ luci nauisē parat & alteri prædio præcludit iter. **C**Iste uel se cœnasse p̄suadet sibi: uel ira cœnat: ut Platonid cū illud re probet: Nullo modo mihi placet: inquit: bis in die saturū fieri.

**De Miseria occupati: ac foelicitate solitarij dū eundum est cubitū: Ca. VIII.**

**P**ost hæc multū dissimili habitu corporis & animi cubitū uadūt. Ille plen⁹ curis: plen⁹ nus epulis: plen⁹ mero: plen⁹ metu: plen⁹ inuidia: deiect⁹: repulsus: supbia elatus: mœrore cōtract⁹: ira tumidus: impar sibi: impos animi: obsessus satellitib⁹: obseruatus æmulis: pulsatus clamorib⁹: sollicitat⁹ litteris: interpellatus nūcijs: suspens⁹ fama: rumorib⁹ terri⁹: stupefact⁹ augurij: elusus mēdacijs: fessus querimonij. Et ne noctu quidem litib⁹ imunis: par uita dæmonib⁹: odiosus præterea uicinis: grauis ciuib⁹: uel formidatus uel irrisus suis: suspectus omnib⁹: fidus nulli: diu ī somnis: purpureo inuoluit grabato: omnesq; libidinū species expertus & ad fruendū præsentib⁹: sollicitato infœlici corpulculo ad absentes: uago animo trāsmisso: uix tandē uictus somnū oculis admittit. Sed uigilant curæ: uigilat mens anxia: quā urit ignis inextinguibilis: & immortalis cōsciētia uermis rodit. Tum diurna negocia: deceptos cliētes: oppressos paupes: pulsos finib⁹ agricolas: stupratas uirgines: circūscriptos pupillos: spoliatas uidas: afflictos necatosq; innoxios. Cūq; his omib⁹ ultrices scelerū furias uidet: Sæpe itaq; dormiēs exclamat: sæpe cōqueritur: & sæpe metu subito somnus abrumpitur.

**I**ste autē plenus honesto gaudio: plenus sancta spe: plen⁹ amore pio: nō furiali ut Nisus: sed ut Petrus christi plen⁹ cōsciētia integritate: securitate hominū: dei metu: nocituri cibi & inutiliū uacuu curarū: solus: tacitus: tranquillus: angelo simillim⁹: deo charus: formidabilis nemī: cūctis amabil⁹: cubiculū somno nō impudicitjs idoneū ingressus: dulcē & impurbatā excipit q̄tē: & si qd cōsopit⁹ uidet: Plarūq; similia uigilātis opib⁹ sūt somnia dormiētis: & hac etiā uita p̄te foelicio: meliores aspicit uisidēs. Neq; solū latiore aīo: sed saniore etiā corpe mēbrorūq; mīsterio p̄mptiore utit. Cōstat enī animi ȳtutes præcipueq; modestiā sanitati m̄tū cōferre corporeæ: & frequēt q̄ pl⁹ corpi seruiūt plus obesse.

**Tractatus Tertius: De diuersitate conditionū ipsoꝝ occupatorum: & parit̄ De tractatoꝝ epilogo ac trāsitu ad miserā (formiter solitariorum. illoꝝ qui alienis negocijs occupātur: Ca. I.**

**C**on pater uni⁹ occupati: & uni⁹ ociosi hoīs: unū diem ante oculos tuos posui: omniū hominū dierūq; omniū una ratio est: nisi qd q̄tidie illi⁹ labor: tāto amarior: tātoq; hui⁹ quies ē dulcior: q̄to ualidior fit tractu t̄pis habitus animoꝝ: q̄toq; p̄ t̄pales mo⁹ accediē ad æternitatis statū: & uiuēdo p̄ximior efficiē. Illi qdē sine fine labor: huic requies: Nisi forte foelicio est illoꝝ cōditio: q̄ alienis negocijs occupant. Alieni nuē arbitrio regunt: & quid agere illos oporteat: ī aliena fronte discunt: Omnia illis aliena sunt: alienum limen: alienū tectum: alienus somnus:

alienus cibus: & qd̄ est maximū aliena mens: aliena frons: non suo iudicio flent & rident: sed abiectis proprijs: alienos induūt affectus: deniq; alienū tractant: alienū cogitāt: alieno uiuūt. De his poeta nobilissim⁹ loquebat̄ ubi ait: Penetrāt aulas & limina regum. Hos alter mordacius atq; liberius notabat in Satyra illa qua curialē uitam arguit: & eū qui summa bona putet aliena uiuere quadra. Equidem inter hos: & perpetuis dñorū ac regum carcerib⁹ addictos: quid intersit: nescio: nisi q̄ illi ferreis: isti aureis compedib⁹ uincti sūt: Speciosior catena: par seruitus: maior culpa. Sponte etenī sua faciūt ad qd̄ alij ui cogunt. Ego uero istos: ut sententiā meam breuib⁹ absoluam: occupatorū omniū extremos ac uere miserimos miserorū uoco: quibus nec breuissimo saltem premio malarū artiū uti licuit: uixere alieno impio: suo periculo morituri: & alijs laborādo peccauerūt: sibi foelices si sine culpa & sine premio laborassēt. Nūc crimē dūtaxat est propriū: quā ex crimine uenit fallax licet & fugitiua delectatio aliena est. Atqui durā dicim⁹ cōditionis agricolam: qui cū labore ferit arborē cuius fructū nunq; sit uisurus. Quis enī ait Apostolus: plantat uineā & de fructu eius nō edit? Qui tamē sortem suam cōsolari potest: eo q̄ alteri saltem sæculo pfutur⁹ sit. Itaq; nō modo dubitās quod agit ad se non pertinere: sed sciens etiā non omittet: Interrogantiq; cui serat: quod est apud Ciceronem: dñs sit imortalib⁹ responsurus: seu rectius immortalī deo: Q̄to miseres qui serunt unde ipsi pœnas solas: alij uero pœnales uoluptates legāt: Qui qd̄ inutilit̄ agūt: sibi: alijs imputare non possunt: Nō ætati suæ cui sæpenumero laborādo præceptā sibi libertatē eripiūt: Non posteritati cui seruitiū parāt: Non deo quem offendūt ut hominib⁹ placeant. Deniq; non hisipsi quib⁹ placēdo nocuerūt: quibusq; perpetua morte sua breuem peccādi: hoc est in æternū quoq; moriēdi licentiā pepererūt: cæci nimī demētēsq; aduersisq; syderib⁹ i lucem: imo in tenebras proiecti: qui cum alte alios extulerint: ipsi cōtinuo iacuerunt: ab eis dē illis: qd̄ sæpe iam uidim⁹ forsitan opprimēdi. Interim cum multa alijs quæsierint: multa cupidinū instrumēta conflauerint: tantorum semper cōmodis caruere facinorū: hanc unam ferialis industriæ gloriā consecuti: principum auaricias: dñorūq; libidines consilioꝝ suorū pauisse successib⁹. Quid uis amplius dicam: Non equidē min⁹ mordax nostrorū mihi q̄ Cretensiu uideri solet imprecatio. Cū enī sono uerborū neutra terribilis sit: subest uirus utriq; mortiferū: Illi hostib⁹ suis optant ut mala cōsuetudine delectent: nostri autē ut occupati atq; solliciti esse nunq; desināt. Quo si pfundius: non uerba: sed ipsam rem inspicias: quid tristius dici possit uix inuenio. De his occupatis loquor: quos uidem⁹: & quorū plena est uita uulgaris. Alij enī nulli uel tam rari sunt: ut nusq; appareāt. Vbi sane ueritas quærī: ficta phantasmata loqui piget.

Quod q̄ fere omnis occupatus sit miser: sint tamen aliqui licet paucissimi qui laudabiliter occupent: Ca. II

**I**taq; ut iam tadē semel expediam: parū abest q̄n meo certe iudicio: omnis occupatus miser: occupatusq; sub alio bis miser: q̄ & miserā suam habet: & ipso miserā fructu caret. Non q̄ ignorē fuisse & fortassis esse occupatissimos quosdam simulq; sanctissimos uiros: q̄ seipsos & secum christo deuias animas adducerēt. Quod ubi accidit: ingens fateor & inextimabile bonū est: ac gemiata foelicitas: duplici de qua multa diximus obiecta miserā. Quid enī foelicius: quid aut hoīe digni⁹ aut similius deo est: q̄ seruare & adiuuare q̄ plurimos: Quod q̄ potest & non facit: præclarū mihi quidē humanitatis officium abiectisse: & ob eam rem hominis nomē ac naturam amisisse uidebitur. Itaq; ubi hoc posse datum sit: desiderium proprium utilitati publicæ sponte subijciam: desertaq; solitudine: unde mihi soli obsequebar: ultro repetā unde utilis mūdo sim: Ciceronis nostri iudiciū sequens: Magis est enim inquit scdm naturam pro omnibus gentibus si fieri possit conseruandis aut iuuādis maximos labores molestiaq; suscipere: imitātes Herculem illū: quē hominū fama beneficioꝝ memor in consilio cœlestium collocauit: q̄ uiuere in solitudine: non modo sine ullis molestijs: sed etiā in maximis uoluptatib⁹: abūdantē omib⁹ cōpjis: ut excellas etiā pulchritudine & uirib⁹: quo circa optimo quisq; splēdidissimoq; ingenio longe illam uitā huic antepōnit. Hæc Cicero. Cui sic se rebus habentib⁹ haud coact⁹ assentior. Sed de his oibus iudiciū meū habet: paucissimis quidē instantijs uniuersale uerū dogma non quatitur. Multi sunt qui occupationes i commune utiles: & sanctiōes solitudine qualibet profitentur: Scio. Sed quot quāso te uidimus qui quod profitebantur impleuerint? Sunt fortasse aliqui: sunt plurimi: ostende mihi unum & silebo. Nō inficior doctos quosdam & facundos uiros: & qui multa subtiliter aduersus hæc disputent. Cæterū

nō de ingenio: sed de moribus est questio: Ambiant ciuitates: declamant ī populis: multa de uirtutibus: multa de uirtutibus loquuntur: Vix temperare mihi potui: quo min⁹ unū Satyrus ci dentis morsum huic loco ualde: nisi fallor: cōgruentē interponere: Sed cogitās ad quē mihi sermo est: stilo potius aliquid: q̄ uerecūdiā subtrahēdū credidi. Multa quidē in quibus loquuntur utiliter: audiui: & s̄pe alijs profūt: credo. Sed nō statim san⁹ medic⁹: qui cōsilio agrū iuuat: qn eodē s̄pe morbo quo multos liberauerat interijt. Verba studio elaborata atq; arte composita pro multorū salute non respuo: & quicūq; sit opifex utile op⁹ amplector. Verū hęc nobis nō rhetoricā schola sed uitā est: nec ianem linguā gloriā: sed solidam quietem mentis intendim⁹. Neq; mihi excidit Seneca: cū dixisset: Omīa impedimēta dimitte & uaca bonā mēti: cōfestim addidisse: Nemo ad illā puenit occupat⁹. Quā ego nō prastare quidē solitudinē: sed conseruare & plurimū adiuuare cōtēdo. Nam nec illud eiusdem auctoris oblit⁹ sum: Non multū inquit ad trāquillitatē locus confert: ut sit ita: sine dubio tamē confert aliqd. Qd nisi sic esset: cur idē dixisset alibi: Non tm̄ corpori sed etiam morib⁹ salubrē locum eligere debem⁹. Et idem alibi: Conspectū quoq; & uiciniam fori pcul fugiā. Nam ut loca grauiā etiam firmissimā ualitudinē tendant: ita bonā quoq; menti necdū adhuc perfectā & cōualescētī: sunt aliq; parū salubria. Vnde ergo hęc morū mentisq; salubritas ac discretimē si nihil esset in locis: Est in locis aliquid pace Senecæ dixerim: Est multū: sed non totū fateor: illud quidem ut sibi uideatur ī animo est. Nam sic ait: Anim⁹ est qui sibi cōmēdat oīa. Id enī uero suo more recte dicit. Vnde autem animo lumen ueri: æquitatisq; iudicij: Aliunde pculdubio.

**D** De laude tranquillā serenitatis animi: quā largit̄ in solitudine constitutis: Et quō anim⁹ non possit in diuersas res esse intentus: Ca. III.

**I**taq; qd de locis dixi: de animo repetam: Esse in illo aliqd multū: esse totū mīmē: sed in eo tantū qui oportunitatē locis tribuit animo rationē. Magna enim & diuina quædam res est: animi tranquilla serenitas: & quā non alteri⁹ donū sit q̄ solius dei: sed q̄ s̄pius ille largiri soleat in solitudine cōstitutis. Quod utrūq; pro breuitate temporis: uel ratione uel contrariorū collatiōe monstratū est: & mox exemplis illustribus astruet. Qd si forte datum sit: ut aliquis ueri capax: non ad linguā sed ad cor horū cuiuspiam quos credulū uulgus stupet: penitus aurem cordis admoueat: puto sine contentione fatebit: q̄ conscientia nudam ingenue confitentē audierit: fœlicitatē non uerbis sonantib⁹ sed rebus tacitis & ueritate intima: nō externis plausib⁹ aut fallacissimā hominū opinione cōstare. Multa quidē illic audiet: multū his contraria quā in pulpitis cū populo mirabatur: et intelliget quod inter cutim & præcordia interfit. Et nimirū hęc animi natura ē: ut in unā rem uehementē intent⁹: multas negligat. Hinc est ut eloquētia studiosi: s̄pe sint ad actum tardiores: & qui res magnas agūt: sūt incultiores eloquio. Sic & modestiā cultores uoluptatē fugiunt: & quibus ueluptas in precio est: modestiā aspernant. Sic & quos augēdæ rei familiaris studiū tenet: s̄pe republicā atq; amicitias contēnūt & illiberali⁹ uitam ducūt. At qui liberalitati animū applicāt: quicq; reipublicæ curam habēt: s̄pe uideas rei domesticæ negligētēs. Non potest uer⁹ idem ex æquo placere his quorū nauigatio cōtrarios fines spectat. Quā iccirco dixerim: ne mireris si in eo q̄z qd nūc agim⁹ idem cernas: & si sollicita uita strepitū amat: multiloquio delectat: Contēplatio autē omnis amica silētio est: quæq; se finibus suis tenet: Et uiceuersa illa silentiū odit: hęc strepitum.

**B** Quomodo ex periculo pastorū disci possit uitam sollicitā minus esse tutam: Et q̄ ea ratione auctor ipse uitam elegerit solitariā: Ca. III.

**Q**uæ nam uero tutior uia est: hoc est pater qd hodierno colloquio uestigamus. Dicitur igitur mihi ex hispisis quorū mentio nobis oborta est: quotiens putas pastore officio perijisse: quotiens ouem & dum uagam alligat in laqueū incidisse: & dū pfugam sequi corruisset: Quoties credis aut medicū bene ualentem: dum ægros circumit ægritudinem contraxisse: aut buftiarium dum mortuos sepelit: causam mortis contagio repperisse: Nemo uero fallatur quasi minora sint animorū contagia: q̄ corporum: Maiora sunt: grauius lædunt: altius descendunt: serpiūtq; latentius. Multis inquit prodesse meritorū: multis subuenisse: laudabile: quis negat? Sed ordinatæ charitatis initium scimus. Crede autem mihi: non est parua fiducia polliceri opem decertantibus: consilium dubijs: lumen cæcis: læticiam mœstis: securitatem metuentibus: spem deiectis: salutem agris: requiem fessis: refugium afflictis: monstrare iter errantibus: subiectare humeros cadentib⁹: dare dexteram

prostratis. Magna quidem sunt hæc si fiant: parua si promittantur. Neq̄ enim magnæ q̄ parua rei promissio: sed exhibitio est maior. Verum ego non tam alijs legem pono: q̄ legē tibi mea mentis expono: quam qui probat teneat: cui non placet abijciat: & relicta nobis solitudine: sollicitudines suas sibi habeat: contemptorq̄ ruris nostri: uiuat contentus in ur-  
**B** bib<sup>o</sup>. **C** Optarem fateor talis esse qui prodesse possem q̄ plurimis: uel ut ait Naso: totiq̄ sa-  
 lutifer orbi: Sed primū paucorum hominū: proximū christi solius est propriū. Et profecto quisquis in tuto est: ut uel tantisper diuersum sentientib<sup>9</sup> condescendam: peccat i legem na-  
 tura: nisi quibus potest laboratib<sup>9</sup> opem fert. Mihi qui adhuc magno naufragio laboro: sus-  
 ficit illius opem implorare: qui solus potens est præstare quod poscitur. Cuperē magna: sed  
 modicis contentabor: Vellem cum omnib<sup>9</sup> saluus esse: si minus: cum multis. Ultimo quid  
 expectas ut dicam: mihi si non pereo fatis est: multum est abunde foeliciter: Et heu q̄ uereor  
 ne qui forsan ex his: qui se custodes infirmarū ouium dici uolūt: lupi sint sanasq̄ dilanient.

Tractatus quartus: Quæ expediant eis qui uitā solitariā ingredi statuerūt.

Q̄ uita solitaria præcipue litterarū ignaris grauior morte: & mortem allatura  
 ra uideatur: **Ca. I.**

**A** **A** T ne diutius me consideratione non mea implicem: de se illi: nos de nobis: li-  
 bret unusquisq̄ quid præferat. Impossibile est enim & si unū omnes finem ul-  
 timū intendamus: ut unam omnib<sup>9</sup> uitæ uiam expediat sequi. Quare re cuiq̄  
 acriter cogitandum erit: qualem cum natura: qualem ipse se fecerit. Sunt enī  
 quibus solitaria uita morte grauior sit: & mortem allatura uideatur: q̄ præ-  
 cipue litterarum ignaris euenire solet: Quibus si confabulator desit: quid secum: quid ue-  
 cum libris loqui ualeant non habent. Itaq̄ muti sunt: Equidem solitudo sine litteris exiliū  
 est: carcer: ecule<sup>9</sup>. Adhibe litteras: patria ē: libertas: delectatio. Nam de ocio quidem illud  
 Ciceronis notum: Quid dulcius ocio litterato: Contraq̄: non minus illud Senecæ uulgar-  
 rum: Ocium sine litteris mors est: & uiui hominis sepultura. Et si plane norim duo ista tam  
 dulcia philosophorū diuertacula: solitudinem atq̄ ocium: ut incipiens dixi: interdum litte-  
 ratis etiam hominibus permolesta: In promptu tamen est ratio. His enim hoc accidit qui  
 uel uoluptate aliqua compediti: carcerem suū amant: uel uulgi cōmercio & uulgari nei-  
 gocio uictum quarūt: uel ad lubricos honorum gradus populorum uentosis suffragijs  
 aspirant: Et quib<sup>9</sup> (quæ ingens his temporibus turba est) litteræ non animi lux atq̄ ob-  
 lectatio uitæ sunt: sed instrumenta diuitiarum. Ad quas hodie discendas: magno rei fa-  
 miliaris impendio: sed multo maxima lucri spe pueri a parentibus: non quasi ad libera-  
 le gymnasiū: sed uelut ad seruire mercimoniū destināt: ut mirari nemo habeat eos uena-  
 liter & auare litteris uti: quas ut uenderēt quasi erūt: E quibus improba spe: nō sibi cen-  
 tesimū scenus: sed millesimū statuerunt. Quæ omnia diligēt in uitæ electione tractan-  
 da essent. Neq̄ enim tales in solitudine uoco: neq̄ si ueniant admitto libens. Q̄ multos  
 igit̄ excludā: hinc uides. Nam qd piscis longe ab aquis: quid hi procul ab urbib<sup>9</sup> acturi:  
 Quod illi olim molli & effœminato cauidico saepe dixi: qui hæc loca nō quietis amore  
 quā non nouerat: non appetitu ocij quod oderat: sed nescio quonam imitādi studio fre-  
 quentare cœperat: incertum an sibi ipsi molestior: an mihi. Verum ille cōfestim tadio lo-  
 corum & urbanarū desiderio uoluptatū uictus abiit. Quod nisi sic euenturū animo præ-  
 uidissem: ultro ipse cessissem locis: tam nulla rerū opinionūue proportio erat: q̄ uis ami-  
 cum ille se diceret: & essem<sup>9</sup> eisdem studijs a puericia uersati: sed ut res docuit: studiorum  
 finib<sup>9</sup> longe disparib<sup>9</sup>. Redeo autem ad inceptum.

Q̄ q̄ optimum esset ut in iuuentute quisq̄ sibi aliquid rectæ uitæ genus  
 apprehenderet: tñ si quis hoc iuuenis neglexerit: consultum est ut saltem se-  
 nex hoc faciat: **Ca. II.**

**A** **O** ptimū quidē esset: nisi cōsilij inopia iugis adolescētiae comes obstaret: ut ab ineū-  
 te ætate circa unū aliq̄ uitæ gen<sup>9</sup> apprehēdēdū unusq̄sq̄ nrm accuratissime co-  
 gitaret: nec ab illo calle quē semel elegisset: nisi magnif ex causis aut graui necessi-  
 tate diuerteret. Qd̄ initio pubertatis fecisse Herculē auctor Xenophon ille Socraticus  
 testis ē Cicero. Sed q̄a id nō facimus: neq̄ enī nostro iudicio plariq̄ uiuimus: sed uulgi:  
 atq̄ adeo per deuia raptamur: & quasi per tenebras alienis uestigijs insistentes: saepe pe-  
 riculosas & inexplicabiles ingredimur uias: & eousq̄ prouehimur: ut ante simus nescio

quid: quod quid esse uelimus: circumspicere atque examinare permiffum fit. Idcirco quam si-  
bi personam uel natura uel fortuna uel error aliquis imposuit: si iuuenis non potuit: quisque  
secum senex cogitet: & quod solet errans uiator: ante uesperam quod licet saluti suae con-  
sulat: unum sciens: naturam totam haud facile posse conuelli. Cui autem in ingressu uiae huius  
quando ut dixi scintilla nostri consilij nulla erat: coeleste aliquod lumen affulsit: ut uel securae  
uel periculi minoris: & facile remediabile iter arripere: habet unde semper deo gratias agat. At  
cui sinisterior fors fuit: plus negotij est: postquam tamen aperire oculos coepit & quod dubium iter agat  
intelligere: omni studio incumbat adolescentiae deuium & errores uel in senectute corrigere:  
memineritque Terentiani senis in Adelphis: qui mutandae sub extremum uitae: consultor ido-  
neus: simul & delectabit & proderit. Difficile negotium imprimis: sed & imprimis utile & neque  
impossibile. Neque uero serum putet: quod salubre cognoscit. Assunt huius sententiae non sper-  
nandi auctores: Sapientissimus principum princeps philosophorum Augustus caesar ait: Sat ce-  
leriter fieri quicquid fiat satis bene. Plato ait: Beatum cui etiam in senectute corripere ut sapi-  
entiam uerasque opiniones assequi possit.

Quae in ordiendae mutandaeque uitae tenenda sit uia: Ca. III

**I**n omni quidem ordiendae mutandaeque uitae consilio: illud imprimis ante oculos ha-  
bendum: ut non concupiscentia inani: sed natura duce fratri: uiam teneamus: non quae  
speciosissima uidebitur: sed quae apertissima nobis erit: Vbi maxime rectum ac seuerum  
superius aestimatore ac censore exigo: ne oculorum aut aurium uoluptate deceptus ab-  
erret. Quod quibusdam accidisse scio: qui dum mirantur alios: imemores sui atque aliena tem-  
perantes: ridendi materiam populo praebuerunt. Hoc unum sumptum a philosophis consilium  
est mihi: scilicet quod uel solitariam uel urbanam uitam: siue aliam quamlibet naturam mori-  
busque suis comparans: norit quisque quid suum sit. Quod si ingredientibus est utile: quanto pro-  
gressus utilius: quibus super eligendi laborem: extirpandae etiam ueteris radicataeque sententiae  
labor est: Apud me sane cum nihil quod quidem nouerim commune cum populo: & cui litteru-  
larum tantum obuenit quantum non inflet animum: sed delectet & solitudinis amicum faciat:  
ubi illas sine loquaci doctore: sed & sine tenaci torpore: atque utinam sine sequaci liuore di-  
dici: quem non amica: non coniunx: non uadimonium: non usura: non depositum: non lu-  
cellum: non rostra: non balneum: non taberna: non coena: non porticus in urbe deuiciunt.  
Apud me inquam cui ut uerum fatear: non tam proprio studio: alienoue monitu ut ita senti-  
rem quod naturae ipsius persuasione consultum est: uita proculdubio singularis ac solitaria: non  
modo tranquillior: sed altior est atque securior. Et ut extimare alios iubeo suas res: & ut ipse  
res meas noui: ualde solitudinem atque otium: de quibus multa hodie tecum ueluti quas-  
dam scalas ad id quo mens nostra suspirat: amplector ac teneo: turbas atque sollicitudines ceu  
repagula uelutque permetuo. Sed ita ut si qua me necessitas in urbem cogat: solitudinem in po-  
pulo atque in medio tempestatis portum mihi conflare didicerim: artificio non omnibus no-  
to: sensibus impitandi: ut quod sentiunt non sentiant. Quod cum per me ipsum experientiae cre-  
ditum in consuetudinem deduxissem: multo post tempore acutissimi cuiusdam doctissimi que  
uirii consilium esse cognoui: memoriaeque mandavi: eo quidem attentius: quo gaudebam fa-  
ctum meum uetustatis auctoritate fulciri. Nempe Quintilianus in eo libro ubi oratore a Ci-  
cerone armatum bullis ac phaleris curiosissime perpoliuit: de hoc loquens: Est inquit lu-  
cubratio quotiens ad eam integri ac refecti uenimus: optimum secreti genus: Sed silentium &  
secessus: & undique liber animus: ut sunt maxime optanda: ita non semper possunt continge-  
re: Ideoque non statim si quid obstrepet abijciendi codices erunt & deplorandus dies: uerum  
incommodis repugnandum: & hic faciendus usus ut omnia quae impediunt uincant intentio:  
quam si tota mente in opus ipsum direxeris: nihil eorum quae oculis uel auribus incurfant ad  
animum peruenerit. An uero frequenter etiam fortuita haec cogitatio praestat ut obuios non  
uideamus: & ita ne deerremus non consequemur idem: si & uoluerimus non est indulgendum  
causis desidia: Nam si non nisi refecti: non nisi hilares: non nisi omnibus curis uacantes stu-  
dendum aestimauerimus: semper erit propter quod nobis ignoscamus: Quare in turba: iti-  
nere: conuiujs etiam sibi faciat ipsa cogitatio secretum. Haec Quintilianus. Quae libetius inse-  
rui: quia secretior locus erat. Nam Senecae de hoc ipso uulgatior epistola est: Ideoque nihil ap-  
posui praeter finem solum. Cum enim multa tractasset: qualis aduersus uulgi strepitum durandus  
est animus studiosi: tandem ad se usus: Quid igitur inquit: non aliquando commode est carere conuiuio: Et re-  
spodens sibi: Fateor ait. Itaque ego ex hoc loco migrabo: quasi quaecumque dixerat necessaria mo-

ra solacia hoc ultimū uoluntariæ profectiōis consiliū daret. Et profecto sic est: Nam & ego unū hoc in necessitate remediū inueni: ut in ipsis urbium tumultib⁹ imaginariā mihi solitudinem secessu quēdam finor & cogitatione conficiam: uincens ingenio fortunā. Quo remedij genere saepe quidem hactenus usus sum. Et quoniā futuri semper incerta conditio est: an adhuc usurus sim nescio. Certe libera si contingat electio: solitudinē ueram proprijs in sedibus quasiturus.

De Commendatione solitudinis:

Ca. III

A

**Q**uod & dum licuit semper feci: & quē cupide nūc faciam uides. Solitudo equidē sancta: simplex: incorrupta uereque purissima rerum est omnium humanarum. Cui etenim sese ostendet in syluis: cui se comat inter uepres: Quem præter pisces hamo: quem præter feras ac uolucres uisco fallat aut laqueo: Quē cantu: quem gestu mulceat: quē coloribus delectet: Cui purpuram explicet: cui oleum uendicet: cui uerborū florida serena contentat: Cui demū sese approbet: cui placere studeat præter illū cui i intimas solitudines penetrat: solitariū nihil ē: Neminē illa uult fallere: nihil simulat aut dissimulat: nihil ornate: nihil palliat: nihil fingit: Nuda prorsus & incōpta ē: Spectaculis enī caret & plausoribus ueneficis animarū uitæ rerumque omnium: deum unicum testem habet: nec uulgo cæco & mendaci: sed conscientia propriæ de se credit. De quibusdā quoque parū illi fidens dubitat: recolens scriptū esse: Delicta quis intelliget: Et illud etiā: Si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea: Nec tamē illud obliuiscit: quod suauis dñs uniuersis & miserationes eius super omnia opera eius: Quæ alleuat domin⁹ omēs qui corruūt: & erigit omnes elisos: Quæ prope est omnibus inuocantibus eum: Quæ non secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuet nobis: quoniā secundum altitudinē cœli a terra corroborauit misericordiā suam super timentes se: Quæ quātum distat ort⁹ ab occidēte: longe fecit a nobis iniquitates nostras. Denique non iudicialiter sed paterne nos aspiciens: quomodo miseret pater filiorū: misertus est domin⁹ timētib⁹ se: quoniā ipse cognouit figmentū nostrum: & recordat quoniā puluis sumus: & homo sicut fœnum & flos agrī egreditur & conteritur & fugit uelut umbra: Misericordia autē domini ab æterno & usque in æternū: quoniam ipse fecit nos: & nihil odit omnium quæ fecit. Atque ita hinc minantibus scripturis: hinc spem dantibus de se incerta: & nesciens an amore an odio digna sit: trepidat sed & sperat: ac seipsam de certa & nota regis sui misericordia cōsolatur. Sic se: sic dæmonū uigil insidias inque id solum occupata circūspicit & diuino præsidio fulsa continet. Sic undique foelix ac tranquilla: & ut proprie dicam: arx munita tempestatibus omnium portus est: Quem qui fugit: quid sibi aliud præter: portu creat: uoluat reum pelago: uiuat in scopulis: moriat in fluctibus: Nec tamen usque adeo propositi improbus sententiaque tenax sim: ut desipere alios putem uel in uerba iurare cogam mea: Ad fatēdū multi: ad credēdū nemo cogitur. Nulla maior quæ iudicij libertas: hanc itaque mihi uendico ut alijs nō negem. Sit sane: potest enim esse: sit honesta: sit sancta omnium intentio: Esse autē occultissimæ profundissimæque rei humanæ conscientia iudex nolim: Et possunt omnes deo largiente bene uiuere: Nullū respuit infinita clementia: sed a multis ipsa respuitur. Ipsa etiā humanæ philosophia institutio gradiaria est. Non possunt enim omnes summū locum prehendere: Alioquin ima omnia uacarent: tantū ut uitetur obscœnitas & quæ in imis esse solent sordes. Id enim omnibus est necesse: qui quolibet in genere uitam agere: procul ab infamia decreuerūt. Sic obscœna uitare debitum: in altum niti uirtus est: peruenire foelicitas.

B

C

De Quadruplici distinctione uirtutum: a Plotino inducta & a Macrobio comprobata:

Ca. V

A

**N**on sum oblitus distinctionē illam quadruplicem uirtutum: a Plotino ingenti Platonico inductam: a Macrobio comprobatam: Sed in ea ipsa politica uirtutes infinitū gradum tenent: quæ occupatorum esse possunt: eorumque non omnium: sed illorum quibus occupationum finis uirtutis propria & multo maxima reipublicæ salus est. Cernis ad quæ paucos uno uerbo tota occupatorum innumerabilis acies sit redacta. Proximū ascendēdo gradum possident purgatoria uirtutes haud dubie iniquentium urbes atque ocioforum & ueræ philosophantium ornamenta. Et passiones quidem animi: quas primæ temperant: hæc cōuelunt. Tertius gradus altior illarum est: quas purgati animi uirtutes uocant: quarū munus est propriū: passiones quas politica molierint: purgatoria cōuulserint obliuisci: Hæ perfectiorum sunt: qui ubi sint nescio: Sed & qui fuerint solitudinē amarunt. Et si quis usque superest quis hoc uirtutum gubernaculo tutus in alto nauiget: puto tamen solitudinis portū amet.

Quartus ac supremus exemplariū est locus: quæ supra hominē sunt: & ut aiūt: in mēte solius dei habitāt: Vnde qđ ipsum nomē indicat: tanq̄ ab exemplari aliquo æterno: Sive ut Plato uocat: ab ideis quas in eadem dei mente: ut cæterarū rerum: sic uirtutum posuit: tres alias humanarū uirtutum species ortas uolūt. In his autem aduersus passiones: non modo non eosdem effectus esse quos in cæteris: sed ipsum passionis nomen audiri nefariū prorsus atq; sacrilegum. De istis sane nil dicturus fueram: nihil enim ad id quod nūc agitur: nisi quia cum de politicis purgatorijsq; uirtutibus loqui aliquid tempus admonuisset: Plotini quadrifidam catenam multa arte confertam: stilo soluere ac dissociare non libuit.

De Delectatiōe ac dulcedie uitæ solitariae & spiritali pugna solitarioꝝ: Ca. VI.

**U**ides ne q̄to uerborum ambitu ut cunq; cum occupatis i gratiam redire uoluerim: tempus est ut his iam digressionib⁹ modus sit. Ad me igitur & ad solitudinē reuertor: Cuius ego ueram intimāq; dulcedinē utinā p̄fundius haussissem: ut fidentius i hoc tecum sermone uersarer: Nunc de re sanctissima: p̄phanū ingeniu fari pudet. Quis enī fando æquet qđ uix percipit cogitādō: Cœlestis & p̄sus angelica uita est: de qua terren⁹ ne dicam terreus hominū loqui uult: Splendore noīs captus famaꝝ rei optima: & ut uere dicam: odore magis q̄ sapore delectat⁹: haud aliter q̄ si natus in syluis pastor & in syluis educat⁹ sitim fluuio: herbis famē sedare syluestrib⁹: humi cibū sumere solitus: dumosoq; requiem sub antro: casu aliquo ad amplissimā cuiuspiā atq; opulētissimā urbis muros accesserit: Et dū in uestibulo fessus sedet: oculosq; auide circūflectit: inq; urbē ipsam inicit custodum domos aut cohærens portis angiportū uiderit: Exinde reuersus in sylvas socijs narret: quid in ea urbe cōspexerit: quid in atrijs: qđ in uicis: quid in curia: qđ in foro: quid i officinis artificū: quid in thalamis p̄cerum: quid in publicis priuatiscq; consilijs agat. Aut si qa primū forte religiosissimi templi limen attingit: Iccirco quicquid amictuū seu uasorū imis penetralib⁹ abditū seruatur: cūctas librorū formas: singula sacerdotū officia: omēs sacrorū ceremonias nosse putat. Re enī uera q̄tū ego ab huiuscemodi pastore differo: nisi qđ is urbē semel adijt aut templū: ego sæpe solitudinē. Is exteri⁹ substitit: ego introij. Ille mox abijt: ego p̄mansi: Quid tamē ego certius noui: q̄lis solitariae uitæ stat⁹ interior sit: antra: colles & nemora: æque omnibus patent: Nemo arcet intrātes: nemo pellit ingressos: deserti nullus est ianitor: nullus custos. Sed quid locorum solus introitus: quid ambitu uehūt amnes: qđ lustratae iuuant syluæ: quid in fessis p̄sunt montes: si quocūq; iero: anim⁹ me meus insequitur: talis in syluis qualis erat in urbis⁹: Ille ante omnia deponendus: Ille inquam: ille domi reslinquēdus erat: suppliciterq; poscendū a domino: ut cor i me crearet mūdū: & spiritū rectū his in uiscerib⁹ innouaret: Tum demū uita solitariae abdita penetrassem: Hæc enī qđ alie no gloriær: hæc solitudo utiq; non solitaria uita est: ea scilicet quā suspiro: q̄uis exteri⁹ similima uideatur: æque hominū turbis educata: sed nō æque passionib⁹ expedita. O si uidissem quæ nam dulcedo illa ineffabilis sanctarū animarū: quā de præteritorū cōmemoratiōe discriminū: & uenturi gaudij expectatione percipiunt: sine quibus triumphatus hostis: sine quibus sæpe quidem uictus: sed uincendus adhuc: & in acie nūc etiam standū est non sine spe certa uictoriæ: militandūq; non solis: sed suffultis angelico comitatu: Et quibus indutis armaturā dei loricaq; iusticiæ: ut uerbo utar Apostoli: munitis: scuto fidei: gladio spiritus & salutis galea aduersus principes & potestates: aduersus mūdi rectores tenebrarū hæc: iteq; atq; iterum nullo quidem spectante mortaliū: sed cœlicolarū maximo consensu & eximio omninū fauore christoq; Iesu spectaculis præsidente pugandū est. Quæ nam illa suspirioꝝ quies: de p̄fundis ad excelsa tendētiū: fatigato animo gratissima: Quæ nā suauitas lachrymarū de purissimo cordis fōte cadētiū? Quæ nā militū christi uigilia excubiæq; psalmoz in turrib⁹ hierusalē & in ppugnaculis sion aduersus exercitū babilonis: tota nocte canētiū uallūq; & castra seruātiū: loco arduo & munito: ubi nec pabulū desit nec aq̄tio: ubi fidant hostib⁹ insidijs tēptari se posse nō obrui: eoq; se gr̄æ subuectōs: ut ferocissimi hostis icursus ipsis obsequiū: suppliciū illi sit: ut qđ saluti iam ampli⁹ nō obest: sæpe p̄sit ad gloriā: exercēdoq; fiat cautiior militia: fortior uictoria: clarior triūph⁹: christi pugilum in uitæ huius agone certantium?

Quæ sit solatium q̄taue iucunditas pro breui solitudine hominū perpetuam sperare frequentiam angelorum: Ca. VII.

**Q**uod illud solatiū: q̄ta iocunditas: gaudere præsentib⁹: sperare meliora: pro breui solitudine hominū perpetuā frequentiam angelorū & diuini uult⁹ aspectū: Vbi to

tius sacra concupiscentia & desideriorum omnium est finis: pro paucis lachrymis interminabile risum: pro temporalibus ieiunijs aeterna conuiuia: pro uoluntaria paupertate inestimabile uerissimasque diuitias: pro incolatu syluarum ius ciuitatis aetherea: pro fumo tugurio stellantia christi palatia: pro agresti silentio cantus angelicos & caelestis dulcedinem harmonia: quaeque omne melos excesserit: illam dei uocem: tot transactis laboribus: suos aeternam in requiem euocantis: proque his omnibus sponsores ueracissimum ac locupletissimum habere: Cogitare quotidie quid est quod reliqui: quid est quod secutus sum: quale est quod patior: quale quod expecto: quantum est quod seui: quantum est quod metam. Estimare quae breui temporis iactura: imo uero non iactura: sed lucro & innumerabilium tardiorum fuga: felicitatem negociantur aeternam: & dimissis hominum fastidiosis urbiumque periculis: ubi uere est infernum ille uiuentium: cuius meminit psalmista: ad supernam patriam properantes: iam hinc coeperint esse felices. Si quidem miseriae finis felicitatis initium est: natura contrarioribus exigente: ut ubi hoc desinit: illud incipiat. Postremo & cogitatus altissimos: & collocutores spiritus & uisiones beatificas habere: & saepe praesentem christum familiari compellere. Semper enim praesens est qui ubique semper est. Quis est autem hic nisi de quo scriptum est: Si ascendero in caelum tu illic es: & si descendero ad infernum ades: Si sumpsero penas meas diluculo & habitauero in extremis maris: Cui si facile fuit oculos nobis atque aures intellectumque largiri: multo est profecto facilius nos uidere: audire & intelligere. Videt ille igitur nos: auditque prius etiam quam loquimur. Ipse est enim igitur qui tacito Moyse ait: Quid clamas ad me? Praeuenit uota nostra & affectus anticipat. Cogitationes nostras intelligit de longinquo: hoc est multo antequam fiat: Preces nostras exaudit antequam sonent: necessitates nostras aspicit antequam ueniant: exitus nostros speculatur antequam nati sumus. Sed ita nos aspicit: ut indignos licet inueniat: misereatur tamen: nisi forte quod procul absit a nobis: contumacia pertinaci misericordiam repellamus.

Quae habentes uerum testem christum: teste imaginario non egeamus? Ca. VIII.

**A** **H**abentes ergo testem patrem iudicem: teste illo imaginario non egeamus: de quo alibi scripsi: quem philosophorum quidam quaerendum nobis esse dixerunt. Epicurus quidem quibusdam licet opinionibus infamatus: magnorum tamen iudicio magnus uir amico scribens: Sic fac inquit omnia: tanquam spectet Epicurus. Marcus Cicero in epistolis quas ad Quintum Ciceronem fratrem suum scribit: post adhortationem magnificas ad uirtutem concludens: Id inquit facillime facies si me cui semper uni magis quam uniuersis placere uoluisti tecum semper esse putabis: & omnibus his rebus quas dices & facies interesse. Multum haud dubie considerabat ueram praesentiam futuram esse germano: qui memoriam suam solam efficacem adeo uirtutis ad studium estimaret. Secutus hos Seneca: sed non ausus tantum sibi tribuere: Lucilium suum monet ut alicuius clarioris uiri praesentiam sibi fingat. Ait enim: Prodest sine dubio custodem sibi imposuisse & habere quem respicias: quem interesse tuis cogitationibus iudices. Nec multo post: Sic facies inquit quaerentem facies tanquam spectet aliquis. Et post pauca: Aliquorum te inquit auctoritate custodi: aut Cato ille sit: aut Scipio: aut Lelius: aut cuius interuentu perditum quae homines uitia supprimerent. Et ut intelligas hanc etiam esse Epicuream doctrinam: Seneca idem alibi: Aliquis inquit uir bonus nobis eligendus est ac semper ante oculos habendus: ut sic tanquam illo spectante uiuamus: & omnia tanquam illo uidente faciamus: hoc mihi Lucili Epicurus praecipit custodem nobis & paedagogum dedit. Deinde quibusdam interpositis quibus hoc consilium annumerat: adiecit: Et elige itaque Catonem ait: Si hic tibi nimis uideatur rigidus: elige remissioris animi uirum Lelium: Elige eum cuius tibi placuit & uita & oratio: & ipse animum ante se ferens uultus. Vides ut aliquot enumeratis: utrobique nobis liberum linquit eligere quem uelimus: modo aliquem eligamus: cuius nobis non genus: non potentia: non opes: sed uirtus & conuersatio & testis animi frons & motura animum uerba placuerint. Et hoc quidem de imaginario teste uitae philosophicum consilium: inane suum non inutile: nobis non necessarium: hunc in his litterulis obtineat locum: ut quod diximus appareat tali teste christianum hominem non egere: Cui non Epicurus aut Cicero: non Cato: non Scipio non: Lelius imaginatione fingendus: sed angelus bonus uita custos: comesque datus homini: quo spectante si quis est pudor: audere non debet: quod coram homine non auderet. Et quod summum & terribile dixerim: Christus ipse locis omnibus atque temporibus est praesens: non actuum: sed & cogitatum omnium uerus testis: quos & si uere afforet testis Epicureus non uideret. Figere hic animum libet & cogitare: Quis tam impudenti rabie fuit unquam tantaque scelerum licentia: qui non dicam christum: sed amicorum christi aliquem coram cernens non raptanti se praecipitanti que libidini frena substringeret: At qui

christum ipsum in abditis etiam animæ penetrabilib<sup>9</sup> semper assistere: & quid illis gerat introspicere & aperta omnia uidere: nemo usquã christianus ẽ qui dubitet: nec ab omni de decore tanti testis metu saltem & ueneratione desistit. Quid hic præstygij est: nisi quia quæ præsentem corde credimus: oculis non uidemus: eoq; relabimur in quo ueteres Cicero quæ christũ certe non nouerat: arguebat: ubi ait: Nihil animo uidere poterant: ad oculos omnia referebant: Quod si & nobis accidit & consilium optamus: idem nobis audiendus est Ci-  
D  
 cero: non q; alijs præcipue ex nostris desint: cum Augustin<sup>9</sup> ex hoc maxime librum ueræ religionis mihi texuisse uideatur: sed iuuat in re nostra peregrinũ: ut ita dixerim: hominẽ au-  
 dire: præsertim cum uis idemq; locus sit: ubi & uulnus aperuit & medicamenta compo-  
 suit. Ait enim: Magni autẽ est ingenij reuocare mentem a sensib<sup>9</sup> & cogitationẽ a consuetu-  
 dine abducere. In hoc ergo summis & nos uiribus enitamur: ut sensibus domitis & uicta  
 consuetudine aliquid animo uideam<sup>9</sup>: Aperiã<sup>9</sup> iam tandẽ atq; purgem<sup>9</sup> oculos illos in-  
 trinsecos quibus inuisibilia cernunt: christum adesse uidebim<sup>9</sup>. Et si de Marco Catone scri-  
 ptum est: quod puduit gementem illo teste mori: q̃tomagis pudebit christo spectante ma-  
 le uiuere: male mori: aut oino facinorosum aut turpe aliquid tãto sub teste cõmittere. Sa-  
 ne noster hic testis infallibilis atq; perpetuus: ut ad propositũ sermo redeat: & si ubiq; præ-  
 sens sit: nusq; tamẽ esse præsentior: nusquãq; familiarius nos audire & nobiscũ colloqui q̃  
 in solitudine dignatur. Nimirum: Nam & nullus interstrepit: & qđ ab intentione mentem  
E  
 distrahat non est. Sic humanus animus assuescit cœlestibus frequẽtiq; colloquio fiduciam  
 salutarem concipit: & ex hospite atq; aduena fit domesticus dei. Magno enim ex amore cõ-  
 tinuoq; & fideli cultu inter deum & hominem familiaritas tanta est: q̃ta inter hominẽ &  
 hominẽ non est. Q̃obrem ut laboriosos homines & mortalib<sup>9</sup> semper rebus implicitos ac  
 terrenis occupatiõib<sup>9</sup> tota intentione demersos: iam nunc occupationũ imortalũ & infer-  
 ni laboris habere primitias crediderim: sic simillimũ ueri putem solitarios dei amicos: pijs  
 assuetos curis: iam hic aternæ uitæ præsentire delicias: Nec incredibile dixerim posse ali-  
 quem ex hoc numero cui sæcularis cœni uestigium nullũ extet ad eum gradum misericor-  
 dia subleuante consurgere: ut adhuc terris inclusus: concinentes in cœlis angelorũ chorus  
 audiat: & uideat in excessũ mētis: qđ ad se rediens non possit exprimere. Sed quid horum  
 omnium scire: quid ue de his loqui possum peccator in fœlix: & peccati mei pondus ac uin-  
 cula circumferens: qui uel amore litterarum amicum ocio: & litteris locũ amo: uel fortasse  
 odio quodam ex dissimilitudine morum orto: populum fugio: & fortasse conscientia uitæ  
 meæ multiloquũ testem uito.

## De Libertate solitarij: &amp; studio mentali:

## Ca. IX.

**H**is igitur prætermisiss: q̃q; bone lesu ad hunc finem creati abs te ut in te requiesca-  
 mus: ad hoc nati & sine hoc inutiliter atq; infœliciter nati sumus. Q̃ti tandem pa-  
 ter estimes illa cõia: uiuere ut uelis: ire q̃ uelis: stare ubi uelis: Vere inter purpureos  
A  
 florũ timoros: Autumno caducarũ in frondiũ acruos acquiescere: A pricatiõẽ hyemẽ: um-  
 bris æstatem fallere: neutram sentire nisi quã uelis: In utraq; tuũ esse: & ubicunq; fueris  
 esse tecum: procul a malis: procul ab exemplis scelerum: non impelli: non collidi: non affici:  
 non urgeri: nõ dum esurire malis in conuiuũ trahi: dum tacere cupias ad loquendũ cogi:  
 non importune salutari attrectariq; ac detineri in compitis & urbanitate incondita & in-  
 sulsa: totos dies in eculeo pendere: obseruare prætereũtes: Quis te ut monstrum aliqđ in-  
 tueatur admirans: quis pedem figat occurso: quis flexus in tergum hæreat: & aut nescio qđ  
 raucum in aurem comitis insusurret: aut de te obuium iterroget: quis in turba uel moleste  
 urgeat: uel aliq̃to molesti<sup>9</sup> loco cedat: quis manũ porrigat: quis ad caput illam referat: qs  
 multa in angustijs loqui paret: quis tacitus oculo signum det & stricto trãseat labello: De-  
B  
 mũ non inter tedia senescere: interq; saltantiũ greges premere semper & premi: Artari spi-  
 ritum moestisq; uaporib<sup>9</sup> afflatumq; afflatum hyeme licet media sudare: non humanitatẽ inter homi-  
 nes dediscere: affectumq; fastidijs odisse res: odisse homines: odisse negocia: odisse q̃s dili-  
 gas: odisse te ipsum: non obliuisci tuarum rerum: ut multis ingratis uaces: Sine præiudicio  
 tandem apostolica sententiã ad Romanos quæ est: q; nemo nostrum sibi uiuit: & nemo si-  
 bi mori: Siue enim uiuimus: domino uiuim<sup>9</sup>: & siue morimur: domino morimur: Ita tibi  
 uiuere & mori: ut non alijs q̃ domino uiuas & moriaris. Stare interim uelut in specula: res  
 curasq; hominũ sub pedibus intuentem: uidere omia teq; imprimis: cũ uniuersitate trans-  
 ire: nec senectutem tacite subrepentem prius molestam pati q̃ proximã suspicari: Qđ om-

nibus prope modū occupatis accidit: Sed eam multo ante p̄spicere & p̄parare illi integrū corpus: æquum animū: nosse uitæ umbram hanc nō uitā: diuersorū non domū: uiam esse non patriam: non cubiculū sed palæstram: non amare quæ fugiunt: optare quæ permanēt: hæc ipsa dum assunt: ferre pacifice: Semper te memisse mortalem: sed cui sit immortalitas re-  
**C** promissa: mittere retro memoriam: perq̄ omnia sæcula & per omnes terras animo uagari: uersari passim & colloqui cum omnib⁹ qui fuerunt gloriosi uiri: atq̄ ita p̄sentes malorum omnium opifices obliuisci: nōnunq̄ & teipsum: & supra se eleuatū animū inferre rebus æthereis: meditari quid illic agitur: & meditatiōe desiderium inflammare: teq̄ uicissim cohortari: & ardētū quasi uerborū faculas calidis admonere p̄cordijs: Qui qđ inexplti nō intelligūt: nō ultimus solitaria uitæ fructus est. Inter hæc ut notiora non sileam: & lectiōi dare operam & scripturæ: & alternū laborem alternō solatio lenire: legere quod scripserūt primi: scribere qđ legant ultimi: & beneficij litterarū a maioribus accepti qua in illos non possum⁹: in posteros saltem gratum ac memorem animū habere: In eos quoq̄ qua possumus: non ingratus: sed noīa illorum uel ignota uulgare uel obsolefacta renouare: uel senio obruta eruere & ad p̄nepotum populos ueneranda transmittere. Illos sub pectore: illos ut dulce aliquid in ore gestare: Deniq̄ modis omnib⁹ amando: memorando: celebrando: si non parem: certe debitam meritis referre gratiam.

Quomodo quarundā artium inuētorib⁹ diuini honores attributi sint: Ca. X.

A

**I**nuentores artium quarundā post mortem diuinitatis honore cultos audiuius: grate quidem potius q̄ pie. Nulla est enim pietas hominis qua deus offenditur: sed erga memoriā de hūano genere bñ meritoꝝ incōsulta gratitudo mortaliū hūanis honorib⁹ non contēta: usq̄ ad sacrilegas p̄cessit ineptias: Hinc Apollinē cithara: hinc eundem ipsum atq̄ Aesculapiū medicina: Saturnū Liberūq̄ & Cererē agricultura: Vulcanū fabrisca deos fecit: Hinc Aegypt⁹ Osirim: Athenæ docta urbs Mineruā coluere: qđ ille lini: hæc olei usum artēq̄ lanificij reperisse fert. Longū est singla p̄seq: qđ apud ueteres huiuscemodi uanitatū nullus ē mod⁹: quas palā dānare nō ausus ille poetarū maxim⁹ atq̄ cauatissim⁹: ut qui uero paratū forte suppliciū uerebat: latenter utiq̄ nec minus eleganter iridere non metuit: qñ quidē animas eorū inuentas qui uitam excoluere per artes: quorū nomīa uulgus mendax & omnium fons errorū: in cœlum: cœli dño indignante locauerat: apud inferos ponit. Noīatim insup ipsum medicinæ repertorē oipotentis dei fulmine detractum: ad stygias undas canit. Verum hæc quæstio inē eos maneat: Apud nos enī nulla de dñs ē quæstio. Nec uero mirari unq̄ satis possum: uiros i cæteris omnib⁹ tam perfectos: in solis supstitionibus tam delirios: & quasi uelocissimos cursores euntes in diuersum & ante oculos mentham positā non uidentes: ut quorū p̄nicitatē miror: miserear cæcitatē. Sane si talium rerū primis auctorib⁹ honor aliquis debetur: quem deberi magnū modo humanū modestūq̄ non inficior: quid non litterarū artiumq̄ nobilium repertorib⁹ debeatur: qui non uomere sulcis: non telā lateri: non fidiū tinnitū aurib⁹: non oleū aut uinū gutturi: q̄uis & auribus & gutturi suos sonos suasq̄ delicias: sed foeliciora quædā instrumēta ad cibū & ornatū cultumq̄ & medelā animi peperere: Enī uero id debitū ubi quæso potissimū p̄soluaī: aut quis est qui dubitet hoc ipsum litterarū negociū quo uel nostrū uel alienū consecrem⁹ nomen: qđ multo penius q̄ are uel marmore uiroꝝ illustriū imagines excidam⁹? Nusq̄ oīno melius: nusq̄ liberi⁹: q̄ in solitudine posse tractari: exptus hoc saltē loquor: Sentio q̄s animo stimulos: quas alas ingenio: qđ illa operi uacuū temp⁹ accōmodat: quæ oīa p̄ter illam ubi quærā nescio. Vacuitatē uero seu uacationē dici inanis litterarū atq̄ artium fontē esse: si mihi forte nō credis: Aristoteli crede: qui primo metaphysicæ suæ libro: circa ægyptū constitutas mathematicas artes ait: rōnē asserēs: qđ ibi gens sacerdotū uacare dimissa ē. Quod nec Plato ipse tacuerat de eisde loquēs in Timæo: qđ sacerdotijs p̄diti separatim a cætero populo manēt: ne contagiōe aliq̄ p̄phana castitas polluaī. De q̄rū uita ut un⁹ e sacerdotibus nr̄is ait Cheremon Stoic⁹ uir eloquētissim⁹ narrat: qđ oib⁹ mūdi negocijs curisq̄ postpositis: semp in tēplo fuerint: & rerū naturas causasq̄ ac rōnes syderum contemplati sint: nunq̄ mulierib⁹ se cōmiscuerint: nunq̄ agnatos nec p̄pinqs nec liberos qđ uiderint: ex eo tpe qđ cœpissent diuino cultui deseruire carnib⁹ & uino se semp abstinerit. Addit ad hæc qđ biduana ac triduana inedia hūores corpis ex ocio atq̄ imobilitate nascētes acerrime cōprimere & castigare sint soliti: Multa quoq̄ de cibo de potu de accubitu: quib⁹ morib⁹ diuinam ingenij ubertatem facile crediderim contigisse.

B

C

Tractatus quintus: De uitæ solitariæ impugnatorib⁹: quibusdamq; doctrinis ac consolationibus solitariorū.

De Rationibus quibus aliqui uitā solitariā reprehendūt: Ca. I

**N** Ec sum nescius: ut hoc loco mihi uolens occurrit ab his quib⁹ solitudo & literis inimica uideatur & uirtutib⁹. Dicunt enim imprimis carere solitudinē magistris quibusdā quasi litterarū dispensatorib⁹: atq; ut ita dixerim: tenerorū alioribus animorū: sine quorū ope continua profecto rara nunq; ingenia surrexere. Ita uero hoc dicunt: quasi ego pueris loquar: & non his qui domiferulā pædagogūq; dimiserint. Instāt tamē acrius & eruditis etiā uiris distrahi ingeniu huc illuc p̄spectu uago & cælo liberiore confirmāt. Quod quidē ubi grande aliquid molitur rapidi more cornipedis: magno quem saltu præpares frenandū colligendūq; doctus nemo negauerit. Hui⁹ sententiæ patronū Quintilianū habēt: qui libro oratoriæ institutionū nisi fallor nono: cum secretū & liberum arbitris locum: & q̄ altissimū silentium scribentibus maxime conuenire: deq; hoc neminē dubitare dixisset: p̄culdubio hac in parte mecum sentiens: mox adiecit unde dissentiens uideretur: Et non tamen inquit p̄tinus audiendi qui credunt aptissima in hoc nemora syluasq; q̄ illa cœli libertas locorūq; amœnitas sublimē animū & beatiorē spiritū parent: mihi certe iucūdu hic magis q̄ studioꝝ hortator uidetur esse secessus. Nanq; illa ipsa quæ delectant necesse est auocent ab intentiōe operis destinati. Neq; enim se bona fide in multa simul intendere animus totum potest: & quocunq; ipse respexit definit intueri qd̄ p̄positū erat. Satis utiq; dixerat: & tamē ut penitus ita sibi p̄suasum scias insistit ac repetit: Quare inquit syluarū amœnitas & præter labentia flumina: & inspirātes ramis arborū auræ: uolucrūq; cantus: & ipsa late circūspiciēdi libertas ad se trahunt: ut mihi remittere potius uoluptas ista uideat cogitationem q̄ intēdere. Ecce igitur ut aduersum me nō spernēdu testis i iudiciū uenit: q̄ uelut auctoritati p̄priæ parū filius Demosthenis haud uulgaris equidē notæ uiri: sed absq; amulo graiæ faciūdiæ principis factū profert opinionioni suæ cōsentaneū. Et Demosthenes qd̄ inquit: Meli⁹ q̄ se i locum ex q̄ nulla audiri uox & ex q̄ nihil p̄spici posset recōdebat: ne aliud agere mentē cogerēt oculi: Habes o studiose syluarū sectator miratorq; Dicat aliq; q̄ syluas & colles & secessus auios: nō tātum inutiles studijs opinē sed dānosos: Quid hic dicā: Negē aut locutū uera Quintilianū: aut recte fecisse Demosthenē: imo uero uel i sententiā horū ibo: uel hos in sententiā meam trahā: Cōuenire securi⁹: q̄ luctari: Poteram nempe p̄facile hos incursum auertere: q̄ oratores ambo: hic qd̄ clar⁹: ille clarissim⁹: Nec dubiū nulli studiosorū generi min⁹ syluas & ea de quibus hic loquit atq; oīno solitudinē cōuenire: qd̄ expressi⁹ dicam cū ad exempla puenero. Sed non hinc euadere est anim⁹: nec fuga nec bellū placet: cōcordiā quero. Itaq; q̄uis ego nusq; foelicius q̄ in syluis ac montib⁹ ingeniu experiar: nusq; mihi parati⁹ & magnifici sensus occurrāt: sicubi tamē magnificū aliqd̄ occurrit & æqua cōceptib⁹ ŷba respōdeāt: nolim tñ: qd̄ mihi forsan singulare ē: ad uniuersos trahēs dictū factūue tantorū hominū dānare: qn̄ utrūq; potius amplector & p̄bo: neutrū nostro p̄posito aduersum. Neq; enī studiosis impero: ut in syluis aut mōtib⁹ libros scribāt: sed permitto ut tali spectaculo recreatū animū in angustias cogant tacitas atq; reconditas: q̄s tamē nullo loco apti⁹ q̄ in solitudine posse cōtingere: q̄s ē qui nō q̄libet urbū amicus intelligat: Fuscū igitur ac silentē locū qui ad scribēdū uenit eligat. Hoc enī iubētib⁹ nō obfisto. Qd̄ diurno scriptori dictū: nocturnus nō respuat lucubrador. Qua i re ipsius Quintiliani cōsiliū nō inefficax exptus: tecum studiosissime pat̄: & cū lectore cōmunico. Ille em̄ laudās Demosthenis hūc morē: ad extremū ait: Ideo lucubrātes silentiū noctis & clausum cubiculū & lumē unū uelut rectos teneat: Nihil horū ut arbitror solitudini obstare: sed fauere cūcta fateberis. Itaq; si inter tantas uoces audior: cōsiliūq; nouū non despiciē: & hos sequor & longi⁹ euect⁹ si loci optio integra est: scripturū noui aliquid admoneo: quo tiēs se exemplo Demosthenis includet.

Q; syluæ: loca uirentia & amnes plurimū conferūt solitarijs: Ca. II.

**I**stud ante p̄sum sit: ut post secūdos īgenij successus egressū facili in syluas & loca uirētia: quoq; nihil ē misis amici⁹ queruli amnis in ripam grauedinē possit fatigationēq; deponere. Nec ideo min⁹ in aruū īgenij rerū semina iacere: & in ipsum quietis reparādiq; animi tempus uenturo labori materiam præpare: utile simul & iucūdū opus & actiua requies & quiet⁹ labor: ut cum ad āgustā illam Demosthenis ac secretam

aream reditū fuerit: sententiāq; sementē inutilibus excussis: uotiuā uerborū messis æquiparet: atq; ita nullū studio tempus iners aut inane præterfluat. Qd̄ his præcipue dictū sit qui oratiōes textūt aut historias: Nam qui philosophiā: ac maxime qui poeticā meditantē: q̄bus acuta potius & arguta q̄ multa cōquirere mēs est: eos libertati ppriā relinquēdos cēleo: impetum ingenij sequantur: Confidant ubicunq; est animus: ubi locus tempusq; suaserint aut ubi se stimulis maioribus adigi senserint: seu cœlo aperto: seu clausā tecto domus: seu solidā rupis obtentu: seu patulā pinus umbraculo: Non multorum euolutione uoluminum est opus. Illis iam ante perlectis in animo legunt: sæpe etiam in animo scribunt lectio ne præterita: sed præsentī ingenio sese attollunt: Nempe supra humanum modum rapiantur oportet si supra hominem loqui uolunt. Id sane locis apertissimis expeditius fieri interdum & lacrius animaduerti. Vnde sæpe montanū carmen quasi hedū e toto grege lætissimū atq; lectissimū uidi: & nitore insito admonit⁹ originis: dixi mecū: Gramē alpinū sapis: ex alto uenis. Egdem ut huic tandē articulo finem faciā: & Marcus Tullius & Virgil⁹ Maro: quos eloquētiā principes latinā nemo eloquēs negabit: huic consilio hærebant: dū alē cum sæpe alias: tamen præsertim ad tractatū legum ciuiliū accessur⁹ frondosas quercus & delectabiles secessus: qd̄ q̄ ibi scriptū memini: ripam & umbrā: & p̄cerissimas populos: & concentū auis: & strepitū fluuiorū: atq; æquas in partes scissi amnis in medio insulā paruā & huic nostrā simillimā quæreret. Alter aut̄ suū alexim quisq; is ē pastorio carmie laudaturus: Inter densas umbrosa cacumiā fagos assidue ueniens: solus in montib⁹ & syluis id faceret. Platonē secuti ambo: qui inter ociosa cupressera & spacia syluestria: de institutis rerū publicarū deq; optimis legibus disputarat. Nota nimirū & uulgata cōmemoro. Multū tpe posterior Cyprian⁹: fide autem prior & martyrio clarus nec obscur⁹ eloquio: tale quiddā & sensisse uidet̄ & scripsisse: qd̄ unū ex multis ingens mirator eius Augustin⁹ in libris suis quasi illius ingenij expimentū & eloquētiā gustum ponit: quæ in eo q̄ta esse potuerit: nisi grauitati rerū deditus: uerborū neglexisset ornatū loci illius cōmemoratiōe notū nobis esse uoluit: Vbi ingenū exercēs: nō ait: hunc thalamū loco abditū: cinctū muris: cōmunitum seris: marmorea opacū celatūq; testudine: aut tale aliqd̄: sed: Quid petam⁹ inq; hanc sedē: dant secessum uicina secreta: ubi dum erratici palmitū lapsus pendulis nexibus: p̄ arundines baiulas repunt: uiteam porticū frondea tecta fecerūt. Ecce quā porticū & quā sedē uir sanctus & eloquēs appetebat: uites palmites: frondes arū dines: & inter hæc studiosis semper amabile secretū: quod utiq; non optaret si præter muros ac tectum nullis bene secessibus īgeniū crederet̄. Possem nūc apud alios hocipsū quærere: & pluriū testimonio rem firmare ni uererer ne aut fidei min⁹ habuisse tantis testib⁹: aut curā amplius suscepisse dicerer q̄ oportet: Hactenus ea lege differui qd̄ sentirem: ut nullam ingenijs legem imposuisse me sentiant quæ hæc legent: Si quis adeo abūdans ocio erit ut ocium nostrū legat: Singla igit̄ examinent de ueritate rerum: non tam mihi uel alijs q̄ experientiā credituri.

De interpretatione uerborum Senecæ: quibus solitudinem impugnare uideatur: Ca. III.

**A** **I** Am uero qui solitudinē uirtutibus inimicā uolūt: astipulatorē uident̄ inter cæteros Anneū Senecam habere: qui epistolarū suarū quodā loco: oīa nobis mala solitudinem psuadere. Et rursus alio loco: Mala ibi cōsilia agitari: cupiditates improbal ordinari: audaciam acui: libidinē irritari: iracundiā instigari: ait. Quæ si indefinite aut uniuersaliter dicerent̄: haud dubie uel Senecæ resistendū uel solitudis patrociniū deserendū erat. Sed nō ita est. Ea enī non nisi de stultis & qui passiōibus uincunt̄ dicta esse: luce clarius in ipsis Senecæ uerbis apparet. Lugentē inquit timentēq; custodire solemus ne solitudie male utat̄. Audis aliquē solitudine phiberi: Sed aduerte causam: luctum scilicet & timorē: acerrimas animi passiōes. Qd̄ ipsūm latius extendēs: Nemo est inquit ex imprudētibus qui relinq; sibi debeat. Id utiq; uerum esse quis non uidet̄: Qui enī impos sui est: mox ut sibi relinq; tur oportet ut ruat. Talibus qd̄em ego non inimicā modo solitudinē: sed nec amicam uerbem iudico: eo tamen amiciorē q̄ illa ut criminū ministros: sic & scrutatores habet & uindices: hæc impunitatis & latebræ: spe rejicit legum metum & reuerentiā honestatis. Cæterum altera libertatē impudentiāq; peccādi: altera fautores scelerū atq; instrumenta suppeditat: utrūq; pestiferū: uerum ea naturæ pueritas: non solitudinis culpa est. Qd̄ ut p̄sus ita esse nec aliud Senecam uoluisse p̄uideas: eadē epistola illā ipsam solitudinē mox

fitis ac pauidis & imprudētib⁹ interdictā : Lucillo suo non modo p̄mittit: sed suadet ac pr̄cipit: Sic ē inq̄: nō muto sententiā: Fuge multitudinē: fuge paucitatē: fuge etiā unū: nō habeo cū q̄ te cōicātū uelim: & uide q̄ iudiciū habeo: audeo te tibi credere. Durū nisi fallor ac pr̄cisum dogma. Fuge inq̄ multitudinē: libent̄ id q̄dē. Fuge paucitatē: patior nō molestē. Fuge etiā unū: nil ē quo me ulterio⁹ trudas: ad extremā solitudinē coartasti. Quid iam restat nisi ut meipsum fugiā: Sed & tūc tamen unū fugero: nō habeo cū q̄ te cōicātū uelim: Mirū. Ego uero habeo cum q̄ te: & fortasse plures: sed p̄fecto unū habeo. O si nunc tale aliq̄ amico consula: Exclamabūt undiq̄ solitudis ac uirtutis aduersarij: meq̄ saxeum & inhumanū dicent. Atqui Seneca tant⁹ uir charissimo omniū amico pr̄cipit etiā unū fugere: at p̄fecto cōsummatq̄ uiro loquit̄. Hoc si qs dixerit cū bona uenia negabo: Proficiētū potius q̄ p̄fecto⁹ ex numero fuisse Lucillū iurat⁹ testis Seneca ipse fatebit̄: quē & si frequenē laudet: q̄ amantiū mos est: si p̄fectū tamē nō offēt: nec totiēs hortaret̄ nec aliq̄ reprehēderet. At si studijs saltem uirtutiq̄ dedito: dicat aliqs hic: fatebor: sed eo plane reuertimur quo uolebā. Neq̄ enī ego alijs q̄ litterarū & uirtutū studiofis loquor: reliqs salubre consilium nullū habeo nisi ut ante oīa uitam mutēt: tum de loci oportunitate uidebimus.

Quis quibus oportuna est solitudo non sit suadendum ut amicitia iura cō-

**C** **Q**uis quibus oportuna est solitudo non sit suadendum ut amicitia iura cō-  
 temnant: & q̄ turbas non amicos fugiant: **Ca. III.**  
 Eterū his ipsis q̄bus solitudinē oportunā dixi: nunq̄ suasi ut studio solitudis amicitia iura cōtēnerēt: Turbas non amicos fugiēdos dico. **A** **Q** si quis esse sibi amicorū turbas aestimat: primū uideat ne fallat̄. Id uero maxime deteget repētina necessitas mutatioq̄ fortuna: quæ sicut optanda nō est expiendi cupidine: sic si accidat expientia & discutiendis errorib⁹ multū confert. Deinde si ut reliq̄rū rez: sic amicitia alter altero ditior fuerit non mouebor: Nec tam amicos fugere solitariū monebo: q̄ optare: ut ad se uisendum singulatim potius q̄ cateruatim ueniāt: non ocio tædiū sed solamē & auxilium laturo. Sit ocium modestū & suaue nō insolens: Sit solitudo trāquilla nō ferox: Sit deniq̄ solitudo non immanitas: In quā qui uenerit miret̄ humanitatē quæ ab urbib⁹ exulat: syluas incolere: seq̄ urfos in populis ac leones: i solitudie angelicū hoīem iuenisse. Ita plane sentio: atq̄ hūc mediū inter extrema callem teneo: Alter nō nisi inter turbas gaudet: huic misericordia magis q̄ redargutio debet̄. **B** **A**lī aut̄ inq̄: fuge etiā unū: huic nescio qd dicā. Tāgis fateor Seneca & auctoritate premis tua: inclinatur⁹ forsitan nisi alter obsisteret nō te minor: & si maiorem dixerō: credo nō indignabere. Marcus Cicero amicitia legē tractās nō hos tantū qb⁹ amicitia post uirtutē iucūdiffima rez est: sed asperos etiā & imanes hūanāq̄ societate atq̄ congressum fugiētes: q̄rū uix unicū exēplū toto orbe reperit: pati nō posse ait: nisi acqrāt aliquē: nō dixit amicū: natura enī obstabat: sed apud quē euomant uir⁹ suæ acerbatis: sumptaq̄ hinc occasiōe: Tarētini Archyta dictū refert: uir⁹ ea sētētia ē: Neminē nō modo i terris: q̄ta libet rez affuētia: sed ne in cœlo qdem præsenti syderū cōspectu mūdiq̄ noticia foelicē esse posse nisi habeat cū quo illa p̄cipiet: sic naturā nihil oīno solitariū amare. Idē famosiore alio q̄dam loco: Si oīa nobis inq̄ quæ ad uictū cultūq̄ p̄tinēt q̄si uirgula diuina: ut aiunt: suppeditent: tñ optimo quisq̄ ingenio negocijs oib⁹ omiſsis totū se in cognitiōe & i scientia collocaret. Deinde ut ironice locutū scires: apte ait: Non est ita: nā & solitudinē fugeret. **C** **E**cce q̄ paucis uerbis: quæcūq̄ de solitudie loq̄mur damnasse uideēt & fecerat nisi ulterius p̄cessisset: ut nō tam Ciceronis dictū exponendū nobis: q̄ oratoris testimoniū: licet in philosophia libris scriptū seu suspectū ab hoc iudicio repellēdū esset. Sed ut liqueat d̄ extrema & inhūana tantū solitudie illū loq̄: quā qui fugit: p̄fecto unū etiam nō fugit: atq̄ ita non nostram: sed diuersam potius damnare sententiam: nec fuga solitudinis i turbam iri uelle: sed id solum ne amore solitudinis humanitas fugiatur. Vide quid addidit: cum enim dixisset: & solitudinem fugeret: non dixit & socios: sed & socium ait studiū quæreret: tum docere uellet: tum audire: tum discere. Cum igit̄ tantis bonis ornata solitudo si p̄cipe careat intolerabilis etiā ferocib⁹ animis hūanūq̄ p̄p̄os cōmertū uideat: qd mitibus & hūanitate pr̄cedis uideri debet: **Q** si amicitia ignaris collocutor un⁹ tm solaciū afferre creditur: quid ueris amicitia cultorib⁹ fidelis amici cōuersatio allatura sit: in quo se se uideāt: ex q̄ uez audiāt: cū quo: ut Cicero idē ait: sic oīa loq̄ audeāt: ut secū de q̄ nulla suspicio: sub q̄ nulla fraus: p̄ quo nullus labor nō suauis: sine quo nulla sit dulcis quies: a quo demum & aduersa pr̄sidia & p̄terioris fortuna p̄ueniāt ornamēta: Hunc ego si a solitudine seclu-

dendū arbitrer: durus sim: Nec uero unq̄ mihi amici præsentia interrūpi solitudo uidebit̄  
 sed ornari. Ad postremū si alterutro carendū sit: solitudinē ipsa priuari maluerim q̄ amico.  
 Sic itaq̄ solitudinem amplector: ut amicitia non repellam: neq̄ fugiam etiam unū: nisi for-  
 san is ipse sit cuius mores etiam in urbib⁹ fugiendos: uitā trāquillitas non negligēda sua-  
 deat. Tota res igitur ad hoc redit: ut sicut cætera oīa: sic ipsam solitudinē cum amicis pari-  
 tari: nullius boni sine socio iucundā possessionē humani⁹ ab eodem Seneca dictū credens:  
 solitudinē uero magnū & dulce bonū esse nō dubitās: ab ea aut̄ non scelestos modo sed in-  
 ertes & ignauos arceā. Vt enī Tiberij solitudo odiosa est: qua Capreas insulā imeritā: per-  
 petua cōmaculauit infamia: ubi se uiciā ac libidis officinā instituit fer⁹ & foedus senex: Sic  
 Seruiliij Natie solitudo ridicula est: q̄ non procul inde Neapolitano in littorā ppe Cam-  
 pania cunias latens senuit ocio famosus inutili: & intra uillulā suā septū non tam habitās  
 q̄ sepultus: Et q̄ multos esse credim⁹ ubiq̄ Seruilios. Sed hic ante alios occurrit quē irri-  
 sor nobilis notum fecit & præstitit ne inferre coactaneis nostris ueritatis iniuriam exēpliq̄  
 molestiā cogere mur. Iam intelligis ad quos quacūq̄ de solitudine dicta seu dicēda sunt re-  
 feram: Verū quia non omnib⁹ est datū uel sanctitate uel litteris excellere præclaroq̄ ocio  
 posteritatis amorem ac noticiā pmereri: ut neq̄ præfens gloria: nec sequētis xui fama solli-  
 citet: pro qua multi uitam uolūtariē pfuderunt: & ob id ipsum clari sunt habiti. Q̄ti facies  
 ut iam tandē ad ppositū reuertar: hoc q̄ tulūcūq̄ uitā tēpus: cui⁹ cum semel effluerit res  
 colligēdi repandiq̄ spes nulla relinquet̄ tuū esse: Quodq̄ nulli mediocrit̄ erudito uetitum  
 est cogitādo saltem legēdoq̄ placidis fotū thuris: & rerū uinculis explicitū animū habere  
 deo & rōni subditū: cætera liberū: Corpus quoq̄ graui iugo educitū: animoq̄ soli seruiēs:  
 Et si quando per insolentiā rebellat: mox imperata facturū: ereptū mille laborib⁹: mille  
 periculis: mille ludibrijs: posse ire pro libito: sedere: cōsistere: loqui: cōticescere: meditari nō  
 interpellantib⁹ negotiosis atq̄ sollicitis: quibus miseris esse non sufficit nisi ad miseriæ cu-  
 mulum alienisq̄ miserijs abutant̄.

**De singulari gaudio solitariorū in dimissione temporalitū: Ca. V**

**Q**uid de præterito gaudiū dicā qd̄ uelut a tergo uenit: Est qd̄ illud Virgilij notissi-  
 mum Forfan & hæc olim memisse iuuabit. Nec illud ignotū: Iuuat euasisse tot ur-  
 bes Argolicas: mediosq̄ fugam tenuisse per hostes. Apud eundē poetam duo hæc  
 diuersa uerboꝝ sono: sed eodē spectātia: unus idemq̄ loquit̄ Aeneas. Audis ut pprie inē  
 labores futuri tempis uerbo usus: illis exactis præsentī utitur: & ubi dixerat: Iuuabit me-  
 minisse: iuuat inquit euasisse. Sic est enī: dulce nōnūq̄ est amara recordari demulcētq̄ ani-  
 mū trāsmissa picula q̄libet in ptē: habet enī & p̄speritas picula sua: nec pauciora certe: nec  
 leuiora & p̄fecto fallaciora q̄ aduersitas. Q̄ metui neq̄ libyæ tibi regna nocerēt: Apud ip-  
 sum Virgilium anxius pater ait. Q̄ta ergo delectatio: q̄ta securitas solitudinis metuenda  
 qualibet emēse & a tergo p̄cul sua mala numeratis. Q̄ delectat illāsum trāsisse pestifera:  
 & in biuio ubi ad læuā mors erat: dextrorsum tenuisse: eoq̄ magis q̄ in partē alterā delibe-  
 ratio p̄nior fuit. Habet enī hoc natura: ut ubi maius præfētiusq̄ discrimē fuisse recolitur:  
 ibi de præterito plus gaudiū sit. Qd̄ ita esse nunq̄ clarius q̄ post ancipites ægritudines:  
 post horrēda naufragia: post hostilē carcerē formidataq̄ bella ppēdiē. Itaq̄ sanitati reddi-  
 tos: portūq̄ tenētes: & ex insperato uinculis elafpos: aut uictores crebro audias piculoꝝ hi-  
 storias suoꝝ cū gaudio renarrantes. Q̄ uero suauit̄ in animū redeunt: uel spretæ mundi  
 blanditiæ: uel contēpti honores: uel bñ sparsæ diuitiæ: uel despectæ uoluptates: neglectæq̄  
 minæ: uel alto aīo calcata calamitas: uel qcqd̄ oīno fallere potuit nec fefellit. Sed tñ potissū-  
 mū hæc delectāt: cū p̄fus euaseris: ut nullus iam periculi metus sit.

**Tractatus sextus: De ignorātia: erroribus & stulticia habitatorū urbium: ac  
 præseruatione solitariorū ab istis: eorūdemq̄ libertate.**

**De tædio ac stulticia occupatorū & urbium habitatorū: Ca. I**

**T**ut mīma etiā quæ uident̄ attingā: parū ne tibi uideat̄ q̄tidiano illo tædio ca-  
 ruisse: q̄ uix habitator urbiū unq̄ caret: q̄ scilicet non tm̄ hoī hō: sed sibi etiā  
 ægra mens parit secū ipsa discordās: Occurrēt tibi passim in platæis urbium  
 stultoꝝ greges: quib⁹ nihil sit in ore frequentius q̄ uerba illa grāmaticoꝝ: Pi-  
 ger: tædet ac p̄nitet: Et illud Terentij: Nec quid agā scio: Credo singlā: præ-  
 cipueq̄ nouissimū: nam si quid agerēt scirent: cōfestim querelæ oēs cōquiescerēt. Cui⁹ enī

rei tedit: oro te: nisi ignorantiæ stulticiæq; ppriæ: Senecæ uerbū est: Omnis stulticia laborat fastidio sui. Nō placet eis uita: Nec imerito: Nihil enī habēt stabiliti consilij: nihil firmi: nihil ad extremū placiti: qm̄ ut ibidem ait idem: nisi sapiēti sua non placēt. Nesciūt quid agāe seq; id nescire non nesciūt neq; dissimulant: Consequēs est ut ad quid uiuant nesciāt. Quo modo igitur ament: qd̄ cui usui sit ignorant: Plæriq; ita uiuunt quasi ad nihil aliud q̄ ad seruiendū gulæ ac uentri sese natos putent: prorfus infauita mancipia tam turpib⁹ dominis addicta. Qd̄ ita se habere ne qua dubitatio sit: quæri in eos solet: si qua natura parētis indulgētia homini uitam daret: non somni neq; concubit⁹: non cibi neq; potus indigentia: sed cui absq; his adesset & quies & soboles & sobria iugisq; satietas: An optabilior ea uita esset: an hæc nra quæ necessitatib⁹ tā mltis obiecta semp atq; subiecta ē. Et q̄tiēs casu aliq̄ his disceptatōib⁹ interfui: & ī finē tacit⁹ intēdēs: raro aliquē ex his audiui qui nō hāc nostram miserā illi beatitudini præferendā intrepidæ diffiniret: Quin illud insania exultātes dicere soliti sunt: Nam quid si somnū: si concubitū: si cibum potūq; subtraxeris acturū sum⁹: Aut quæ nam uita futura est: uitæ munerib⁹ & officijs spoliata: ut penitus præ se ferant & impudētissime fateant ad nil se aliud uiuere: q̄ ad ea quæ cōmunia brutis animantibus sunt nobiscū. Quasi uero non perditū illud tempus: quo breuissimā hanc uitam cum somno & uoluptate partimur: ī meliorib⁹ curis: & uel in contēplatiōe dei uel in cognitione reꝝ uel ī exercitio ꝓtutū possit expēdi: Quoq; graui⁹ stomacheris: omni fere sanioris cōsilijs spe sublata: deū memoriāq; meam occupator: hæc me sapius ex ore senū audisse q̄ iuuenū.

De errore quorūdam senū occupatorū & urbīū habitatorū: Ca. II.

**E**A nostrorū senū grauitas atq; maturitas est: ut a uoluptate diuelli miserū ducant: mortem ante oculos habētes: mox e putri ruinosoq; mēbroꝝ habitaculo miserorū auulsuram adeo uoluptatis nomē ab adolescētia dilectū usq; in senū dulce est: ut si uoluptas desit: uoluptatis effectū spernāt: nec nisi fœdo & coenoso tramite uelint q̄ cupiunt puenisse: prfus infœlices & erronei uiatores: q̄ terminū oderint: uia ament iam termino propinq̄ntes. Quoꝝ si qs ad fatendū talia tardior appareat: ita tñ dubitantē: ita disputātem audias: ut intelligi deē pudore eū a falso magis retrahi q̄ animi iudicio ueꝝ seq;. De his in libro ueræ religiōis Augustin⁹: Quib⁹ inq̄t uilis ē corpis salus malūt uesti q̄ satiari: & malūt frui genitalib⁹ mēbris q̄ nullā talē cōmotionē pati. Inueniūt etiā q̄ malint dormire: q̄ nō dormire: cū oīs illi⁹ uoluptatis finis sit nō esurire ac sitire & nō desiderare concubitū: & non esse fatigato corpe. Nec longe post: Qui sitire inq̄t & esurire uolūt & in libidinē ardescere & defastigari ut libentē edant & bibāt & cōcubāt & dormiāt: nō dixit amāt miserā & dolorē: Nemo est enī tam auersus a salute ut doloris & miseræ nomē amet: sed amāt iquit indigentia: quæ est initiū summoꝝ dolorū. Constat autē: sicut effect⁹ ī causis: sic ī amore causarum amorē effectūū contineri. Itaq; concludēs terribilitē: Perficiet ergo inquit in eis qd̄ amāt: ut eis ibi sit plorat⁹ & stridor dentū. Vides ut ex causa effectū elicit: quia amarūt indigentia miserā consequentē. Multa ibi præterea diuine in hanc sententiā differuit. Res est autem uulgi ipsius confessione notissima. Itaq; q̄ ait: Inueniri qui hoc malint: dicere possumus: inueniri iam paucos qui aliud uelint: q̄ & si oculos paulo altius attollere nitunt: uulgari fumo ac puluere excæcati nequeūt: neue ad meliora uocantib⁹ aurem præstent: strepitus ac populariū errorū fragor impedit. Ita pars magna mortaliū se uolēs seu coacta bælarū morib⁹ pcurua in terrā & corpi obsequēs: animi negligēs: sine ꝓtutis illecebra: sine ulla noticia suimet spm̄ trahit ingloriū atq; anxiū: Quis ei natura melior inēdū purgat ac uel licet & admoneat sui: obstant tamē impedimēta quæ dixi: Hinc uitæ odium: hinc tædij radix: hinc illa inquietudo animi qua nil peius patitur mortalis homo dum uiuit. Quid igitur miri est si horum actus & consilia fluctuant: si quicq; inceperint non deleat: Non est enim qd̄ uolebant cum nil penitus certi uelint. Certum & semper unum uelle sapientis est signū. Votoꝝ incōstantia summū stulticiæ argumētū est. Nō desinā tibi Senecā inculcare id oranti: quē portū petat: nullus suus uent⁹ est. Itaq; simul eunt: redeunt: & utrūq; cū tædio. Vidisti aliq̄n ut se raptim loco moueāt: ut gregatim pdeāt: ut repente dissentiant. Cum unus hac ire cupiat: alius illac: quomodo enī inter multos cōueniāt: cum secum quisq; dissideat usq; adeo: Libet enim immorari: ut quem paulo ante uideris non agnoscas: & quem nunc nosse uideare: post paululum percōtari oporteat cuias sit. Ita nunc læti: nūc tristes sūt: nunc humiles: nunc elati: nunc senio graues sunt & immobiles: nunc puerili leuitate uolubiles: ut illa iam parium collusio & temeraria iræ collectio: positioq; & mutatio in horas:

qua infantibus Flaccus attribuit: propria & peculiaris senum sint: Quorum instabilitas  
 eo damnosior: quo liberior & monitores aspernatur & auctoritate se contegit & exemplo  
 nocet. Et si enim cuiusque natura suis uitijs abundet: magna tamē pars malorum ex æmulatione  
 ne quādam imitandique libidine nata est: Nam quis unquam imitator sui ducis errore contentus fu-  
 it: Trāscendere delectamur & conspici: & quos sequebamur post terga relinquere. Dedit hoc  
 D præceptū (fateor) eloquentiæ studiosis Quintilianus: ut imitator quisque contendere quā seque-  
 malit: ea scilicet rōne: quia forsitan quem transire nititur: & si non trāserit æquabit: Eū uero  
 inquit nemo potest æquare: cuius uestigijs sibi utique insistentū putat: Necessē est enī sem-  
 per sit posterior qui sequitur: Ad hoc quod plerūque facilius est inquit plus facere quā idem. Alias  
 quoque causas affert dicti huius: quæ ut illic cognitu pulcherrime: ita hic relata superuacue  
 sint. Cæterū quod utiliter in oratoria: hoc est bene ornataque loquēdi arte præcipitur: ad artē  
 male turpiterque uiuēdi damnabilis est translatū: & quod ille iussit impleuimus: cōtendimus:  
 æquauimus uicimus: Iam de sequētibz duces sumus: Venient qui nos sequantur & superent: ut  
 una eademque res uarie sit. pposita: erat imitatio: edicta contentio. In utraque tibi Quintilia-  
 ne paruimus: uerū alio sine pposito. Tu uerborum claritatē imitandā dicis: nos actuum tene-  
 bras imitamur: Inque hoc unū studiū: & feruens ille conatus noster impedit: atque utinā tam  
 cito boni imitatores (si qui sunt) duces suos æquent: quicquid cito mali uincunt suos. Quod ad nos  
 attinet: datum de orationis uirtute consiliū pessimo artis additamēto: morum uitijs applican-  
 tes: relicta nobis a patribus magno cum fœnore ad posteros errorum exempla trāsmittimur. Et  
 miramur auctum insanitiæ cumulū: cui omnes adhiēti: detrahit nemo. Potius mirer siquid iam  
 ad amētiæ summā desit: tot in unū undique coeuntibus ingenijs: tantoque studio magistrorum.  
 Et quibus actuum uitæque periculosior sit imitatio ubi maxima scilicet res agitur: tamen etiā  
 in nimis furor iste uersatur.

De uoluptuosa imitatione uulgarium & uarietate habituum eorum qui urbes in-

A **U** habitant: Ca. III.  
 Nunc enim hæc habitū atque incessuū indies mira simul ac ridenda uarietas: & nunc pe-  
 des contegēs: nunc pudēda nudās uestis: nunc terrā tergētes: nunc cubitum artantes  
 manicas: nunc māmillas cōterēs: nunc sub inguina fluēs zona. Unde illa musici modulamis  
 nō sine graui discrimine rerū publicarum: ut Platoni uidetur: Postremo unde ista uel stili uel quiriti-  
 diani etiā sermōis tam crebra mutatio: Nimirum has odiosas & inamœnas nugas: nihil mag-  
 is quā præceptis & importuna nec suis unquam cōtēta finibus inuexit imitatio: inuectasque aluit  
 auxitque. Quō enim fieri potest ut uiuēdi tenor idē maneat his qui nō se uirtuti: nō suo iudicio:  
 nō amicorum cōsilijs regēdos: sed æmulationi: sed alienæ demētiæ stultorumque furoribus se uoluē-  
 dos tradunt: Denique quæ naturā ppropriā sic exuunt: patrios mores abhiēti: nihil nisi pegrinum  
 atque aduēticiū uenerant: totiē mutent oportet: quōtiē aliqd occurrerit quod mirent. Nullus  
 itaque mutandi: quia nullus imitandi modus. Cūcūta illis aliena placēt: sua omnia displicēt: quodlibet  
 esse malint quod sit. Idque unū Hercle non imerito: si nō animi leuitate sed graui aliquid suarū  
 rerum æstimatione cōtingeret: unum apud Senecā imitator Salustij Arunci ridetur: Sed mihi cre-  
 de: uicus omnis Arūciū suū: imo uero arūcios multos habet: nō uerborum modus: sed rerum simias:  
 Quo habitu: quod sermōe: quod aīo denique quæ se esse uelit nemo determinat: & ob eā causam quæque  
 dissimilis sui est: uestigijs senū delyrantiū ingressa: nimium docilis iuuetus: magno spiritu ad su-  
 premū stulticiæ acumē euasit: primos secundis: ac secundos tertijs: atque ita deiceps facile uin-  
 centibus. Sic p manus traditur & inter manus auctoris furor: quæ tus ad nouissimos puenturus sit:  
 metiri animo difficile ē: Quis & illud forsitan est uerum: iā ad extrema puentū esse: & in nobis  
 esse cōpletū: quod ante tot sæcula dictū erat: Omne in præcipiti uitium stetit: ut sine ruina nullum  
 B ulterius sit pgressus. Et forte licentius instituisse uidear huic loco quod sat est: Quod si cui nota sit  
 molestiarum mearum prima & maxima ex hūani generis: atque imprimis Italiæ cōmiseratione. p-  
 ueniēs: unde olim yrtutū exēplaria petebant: quā heu nunc uideo pegrinorum ritum imitatione  
 corruptā: & domitarum a se gentium: ut quādam spolijs: sic nunc erroribus exundāt: fortasse mira-  
 biliter tamen me dolorē tam breuius absorbuisse gemitibus: Nā quæ tacitum ferat hoc nescio unde  
 oriēs rerum nostrarum indignū & turpe fastidiū: unde turpior admiratio & cultus indignior nascitur ex  
 fœnarum. At nō sic maiores nostri: quibus dici utinā posteri mereremur sua illis placere poterāt & pla-  
 cebāt. Nō rheni uallē: nō danubij fluēta lustrabāt ad cōquēdas has insanas: quibus Italicū decus  
 in obscenā barbariē degenerare cōpellerēt: sed ipsi dilatandi studio quærēdaque gloria pegrin-

nabāt: signis erectis & armatis exercitib⁹: nō deformitatē patrij habit⁹: sed triūphos & clara cognōia relaturi. Nec tñ usq̄ adeo suis delectabāt ut cūcta passim aliena cōtēnerēt: Amabant quicq̄d usquā uera laude dignū erat æque apud hostes atq̄ amicos: æque apud alienigenas ac uicinos: Sicubi uir⁹: sicubi mox⁹ splendor: sicubi belli: sicubi pacis artes: sicubi linguæ uel īgenij supellex ornatior aut opulētior doctrina: cupide suā in domū cōuehebāt: nulla omniū spolia opimiora cēsētes. Nec uero fallebat æstimatio: nulla enī p̄fecto diuitiæ certiores q̄ quæ aio possidēt. Sicubi autē torpe aliqd: uel castigare uel spernere studiū erat. Nostra uero gloriosa posteritas magnū se aliqd affecutā credit: si q̄s adolescēs & q̄d magis stomator: si q̄s senex: uel ignoti aduenæ turpe sagū: uel stipendarij militis ridiculā togā sumpsit: aut eo p̄fect⁹ est unde pubeten⁹ abscissa ueste domū redeat: seu insigni aliquo ludibrio deformat⁹: & tale aliqd passus liber: q̄le David in suis seruis ultus est: tam grauiē & q̄le nūc esset si resurgat infans auus imitatoris & misereat⁹ & stupeat in nepote. Quæ q̄dem oīa non aliter q̄ si ad me dedecoris aut gloriæ summa p̄tineat: iam pridē nescio cur moestos intueor: Et postq̄ obseruare primū cœpi: mirum ī modū fateor: aio suspēsus expecto q̄s nā uarietatū modus: aut ubi res desinat: hic sum & mallē ætate q̄libet nat⁹ esse: Et si enim nulli æuo querelarū causa defuerit: & si temp⁹ taliū inuētor & coopator nō bon⁹: ut ait Aristoteles: sed malus iam dudū hæc portēta decoxerit: nō dū tamē ea cōsumator pessim⁹ tempus excuderat. Certe primi illi q̄d oēs audiui⁹ maiores nostri yturē & gloriā mercabantur: quæ reposita ē illis in memoria hominū sempiterna: Nos q̄d oēs uidem⁹ opprobriū imortale: & meras ineptias nūdinamur: q̄d sæpe: nam nemini & uerbo & litteris questus sum ne quicq̄: tñ incubuit nobis ira dei & iusta nos ultio p̄sequit⁹: sic se læsus oīpotēs: sic se domit⁹ orbis ulciscit⁹. Ille de ingratīs seruis: iste de supbis dñis supplicii sumit: Exclamare: quo pigitis ah miseri: quo uos ultima rapit infania: Cohibete gradū: subsistite & uidete q̄ ruitis: deseruistis patrē uestigia ut abuletis uias hostiū: & q̄s armis uicistis: eorū errorib⁹ uicti estis. Repetite mores patrū: alienos sinite: nō ut honesti⁹ tñ sed ut lætius uiuatis: & aliqñ discatis unū uelle de q̄ nō quorūcūq̄ libidini: sed rōni insitæ iudiciū tribuatis. Hæc dicere & q̄cqd in rem præsentē indignatio dolorq̄ dictarēt: nisi obtorpuisse animos actūq̄ de reb⁹ nostris crederem.

De quibusdam causis errorū & temporis amissioe habitatoꝝ urbium. Ca. IIII.

**N**empe q̄ alijs iter rectū ostendere solebam⁹: nūc q̄d exitio pximū est: cæci cæcis duceb⁹ p̄ abrupta rapimur alienoq̄ circū uoluimur exēplo qd uelim⁹ nescij: Nā ut cœptū exequar: totū hoc malū seu nostrū p̄priū: seu poti⁹ omniū gentiū cōe ignorantio finis facit. Nesciūt incōsulti hoīes quid agant: Ideo q̄cqd agūt mox ut cœperint uergit in nausē. Non agēda enī agūt: sed qd agant quærūt: & in densissimis fruticetis difficultatū causas ac negocia aucupant. Hinc ille discursus sine termino: hinc medio calle discordiæ & ante exitū dānata p̄cipia & expleti nihil. Quærūt quō diem fallāt: & q̄si parē sol ad occasum p̄peret ingenio cursum iuuāt: Et q̄ cōmunis illa uox taliū: pellam⁹ hæc diē: agam⁹ aliqd ut interim dies hæc trāseat. Atq̄ frenāda dies erat nō urgēda: Sed lōga nimitū illis dies multūq̄ nox longior. Postremo longa ad fastidiū uita ē: nec tantū hyeme æstatem: æstate hyemē: sed mane uesperā: sero autē aurorā exposcūt uotis utrāq̄ cū uenerit contēpturi: Implet⁹ in eis ad litterā: q̄d scriptū est: Sicut ceru⁹ desiderat umbrā: & sicut mercēnari⁹ p̄stolatur finē opis sui: sic & ego habui mēses uacuos: & noctes laboriosas enumerauī mihi: Si dormiero: dicā: qñ cōsurgā: & rursus expectabo uesperā & replebor dolorib⁹ usq̄ ad tenebras. Qd inops afflictusq̄ Iob dicebat: hoc ualitudine p̄sp̄era: diuites n̄i dicūt: querunē replenturq̄ dolorib⁹ expectādo: & cū rerū natura p̄petuo litigātes: segnes horas increpitāt: pigra momēta p̄cipitāt: cū ut dixi freno nō calcarib⁹ res egeat: si modo frenū ulla arte rapidissimū temp⁹ exciperet. Isti autē puto mortē quā præ oīb⁹ timēt iam adesse: uitāq̄ quam præ oīb⁹ optāt abijisse iam uellēt: tāto nifu fugā t̄pis ipellūt: quā exitij multis causam fuisse certissimū est: q̄ futuroꝝ anxij & præsentia semp̄ exosi uiuēdi tædio manu mortē arcesse re sunt coacti.

Quō iucūditas uitæ solitariae præseruet ab istis malis & tædijs. Ca. V.

**Q**uid autem hæc tam multa ad id unum de quo agimus: forsan interrogēs: Nempe ab his malis & ab huiuscemodi tædio præseruat solitaria uita iucūditas: Læte p̄sentib⁹ uti: futura æquanimiē expectat: non pendet in crastinū: nihil in posterū diem differt quod hodie fieri possit aut debeat. Nec immerito. Quid enim stultius q̄ futuri

desiderio: aut spe qd̄ alienū est & mille casib⁹ subiacer: præsens: qd̄ unū tuū ē certūq; negli-  
gere: Nūq; p̄dere desinet q̄ i crastinū p̄debit: Null⁹ em̄ dies præt̄ ultimū crastino carebit:  
null⁹ præt̄ primū nō alicui⁹ diei crastin⁹ fuit. Quæ res uitæ n̄ a malū: q̄ uix ullū maius itulit  
uiuēdi spe nūq; uiuere: & more canis ocyorē se leporē insequetis sp̄ ianes auras morsib⁹ ca-  
ptare: nunq; apprehēdere qd̄ itēdas. Si qd̄ dies crastin⁹ ubi aduenerit: iam crastin⁹ esse de-  
sierit: Ecce iam uel crastin⁹ alter apparet: uel idem ille clam p̄gressus: & si enī dies alter est:  
uterq; tamē est crastin⁹. Illum seq̄mur: ille semp̄ iuxta: semp̄ tamen ante ē & uicinīate nos  
fallit: & cū ad eū uenerim⁹: improuisus elabiē: sic iterū atq; iterū e faucib⁹ n̄ris ereptus & sp̄  
ante nos fugiēs: nunq; consecuturos ad sequendū incitat: Ita interim nihil sit eorū quæ ho-  
die fieri possent: Solitario cui quid agere uelit iam p̄uisum est: cui nō modo de p̄tibus sed  
de tota ætate semel ē constitutū: nō dies aut nox longior: sæpe ȳo breuior ē q̄ uellet: dū ho-  
nestis in reb⁹ occupatū deserit: & ante suscepti finē opis lux finit. Nouit tamen & diei noctē  
& nocti diem addere: & ubi res exegerit utrāq; miscere: Alio qn̄ utriusq; partitus officia: &  
id omnib⁹ modis agēs: ne datū temp⁹ cui neq; stimulos addere uult neq; frenū p̄t: inutili-  
ter effluat. In hoc oē cōsiliū: oē studiū ponit: hic se totis animi uirib⁹ excitat. Demū hæc illi  
curarū omniū sūma ē: omnē maliciā: oēm molestiā: omnē tedij sensū demēs: hodiernū diē  
hodie uiuit: crastinū si dabiē cras uictur⁹. Illi⁹ interea spe suā rem agere nō omittit: sciēs illū  
multos fallere solitū & multa mētiri: huic poti⁹ fidem habet: qd̄ enī ille pollicē: hic præ-  
stat. Et tanta ē cæcitas mortaliū: ut spem q̄ rem ipsam cupidi⁹ amplectant: Nouit præterea  
quis habit⁹: quis sermo: qui mores iuuentā: qui senectā deceant. His animū coaptat: nulla  
mutatio est nisi quā ætas ipsa suaserit: Quippe nō assunt quos imitari uelit: q̄busue duci-  
bus insaniat. Ad naturā respicit: hæc ut ducē: ut parentē sequit: A qua nō uerisimile est: ut  
ait Cicero: cū cæteræ partes ætatis bñ descriptæ sint: extremū actum tanq; ab inerti poeta  
esse neglectū. Scio hoīem: nō dicam ut Paulus: sed hoīem in corp̄e uerū & in solitudine con-  
stitutū: agresti uictū & studijs contentū suis: cui & si multa desint ad fœlicē uitā: hoc nō exi-  
guū solitudinis mun⁹ adest: q̄ sine cōcursu hominū & sine tædio: sine ullis angorib⁹: tot⁹ il-  
li annus læte ac trāquille q̄si un⁹ dies agit: Cū isti interim delicati urbani inter uina & epu-  
las: inter rosas & unguēta: inter cantus & spectacula: baccho madidi: somno maridi: rerū  
fessi: undiq; tædio simul & uoluptatib⁹ defluētis diem unū anno iudicēt esse longiorem: &  
uix pauca horas possint sine murmure fastidioq; traducere.

Q; solitarius debeat regere animū sicut boni reges regna. Ca. VI.

**A** **H** Acten⁹ hæc quæ p̄ tpe cui⁹ mihi ingēs penuria ē: p̄tim uisa u' audita cōmemi: par-  
tim ex uisib⁹ auditib⁹q; consicio: & de altiorib⁹ quidē ut peccator trepide: de cōib⁹ ut  
exptus audaci⁹: Quod mihi cōuersatio hæc & libertatis studiū notusq; litterarū ac  
solitudinis amor præstāt: Quib⁹ iam tandē finis esto si unū addidero: solere puinciarum  
præsides rectoresq; urbiū: ubi primū fines suæ ditionis igressi sunt: edicto denūciare malefi-  
cis ut absistāt. Qui mos adolescēte me p̄ Italiā frequēs erat: an sit adhuc nescio: Nā & inde  
nūc absūm: & ubiq; terrarū cūcta paulatim i deteri⁹ cedūt: oēs boni mores breuis æui sūt:  
mali aut̄ imortales. Videbam⁹ passim sub præsidib⁹ nouis: manifestā ex urbib⁹ circūscri-  
ptorū furū & lenonū fugā: Q; q̄ si ad antiq; respicim⁹ aliq̄to uetustior illa cōsuetudo ē: qua  
oportune admodū usus ferē clarissim⁹ ille dux in exercitu Numātino: quē supiorū ducū se-  
cordia licētiaq; militū corruptū: acerrimo correxit impio: qn̄ ex castris coquos & lenones:  
& institoz magnā aciē: cæteraq; id gen⁹ somēta libidinū: cū duob⁹ scortoz milib⁹ quæ lu-  
xuriari & fugere solitū exercitū sequebant: eodē illo die q̄ primū castra cōtigerat una præ-  
conis denūciatiōe submouit: Quæ res multū præclaræ illi & q̄si iam despata uictoria cōtu-  
lisse credit. Secuti sūt alij clari duces: sed clarissimū noiāsse suffecerit: Nobis ut ad rem ueni-  
am: qui nō urbes: nō regna: nō exercit⁹: sed n̄ri pectoris statū regendū corrigendūq; suscepi-  
mus: parua quædā uideat̄ obuenisse puincia. Verū ubi ad cōprimēdos mot⁹ rebellantis  
animi rōnis imperiū accesserit: tum primū intelligit q̄ graue bellū difficilisq; puincia ē se-  
ipsum regere. Quid igit̄ hic agendū ē? Nemo si me roges q̄ præsidēs ducesq; solitos dixi:  
maius illis forte negociū numero quidē fatear: Illis enī magnoz populoz aut exercituum:  
nobis uinū aiæ cura cōmissa est: periculo autem negem: Quid est periculosius q̄ perire:  
q̄uis solus pereas: cum quibusdam poti⁹ malū solatium uideri soleat perisse: cum multis  
Itaq; nobis quoq; pellenda flagicia: nostris e finibus fugandæ libidines: comprimenda li-  
centia: castiganda mollicies: erigendus ad meliora animus: Et quod eleganter ait Flaccus:

Scelerū si bñ poenitet: eradēda cupidinis prauæ sūt elemēta: & tenere nimis mētes a supio-  
 ribus formandæ studijs. Alij regāt urbem populi: alij militū exercitū: & nobis urbs animi  
 nostri est n̄ arū exercitus curarū: bellis ciuilib⁹ & externis q̄timur: An putam⁹ ullam inq̄-  
 tiorē esse rēpublicā q̄ humani stat⁹ animi est: An credim⁹ leuiore nobis hic hostes esse q̄  
 apud Numantiā Scipionis: Ille unā urbē & unū populū oppugnabat: nos aduersus mun-  
 dum: carnem ac demonia certam⁹. Quales hi tibi uident⁹ hostes q̄ cōcordes: q̄ solliciti: q̄  
 feroces: Venit ille dux: ut dictū est: ad exercitū corruptū: uictis fugatisq; ducib⁹ successit:  
 Quid nos: nunqd nō satis in languidū corruptūq; urbem uenim⁹: & exēplis ignauit̄ refer-  
 tū: nō alienā tm̄: sed & nostrā: Quot cadētes audiui⁹: q̄t. p̄stratos uidi⁹: quotiēs ipsi  
 cecidim⁹: q̄t cadēdi piculis subiace⁹: Oīa circū plena terrorib⁹: nostri molles & eneruati  
 affect⁹: hostes multi & indomiti: ingen⁹ paratūq; discrimē: nullus somno locus aut inertia.  
 Si salutem: si uictoriā optam⁹: utamur exemplo uictoriosi ducis: q̄n & nos rez n̄ arū duces  
 sum⁹: & piculi paritas parē exigit cautionē. Quid loquor: imo q̄dem & piculū nobis mai⁹  
 & præmiū. Illi enī aliena tātū uitia: nobis p̄positū est & n̄ra corrigere. Ille mortalis aliq̄nq;  
 perituræ patriæ statū sibi uero t̄palē gloriā p̄curabat: nos īmortalis aīæ salutē & aternā  
 uitā. Q̄ob̄rē si maiora minorib⁹: & si alienis n̄ra præponim⁹: sūma diligētia quæcūq; offi-  
 ciūt huic p̄posito p̄pellam⁹. Et quō inquires hoc fiet: Tu ne uitia ī exiliū pelles: q̄d nec le-  
 ges unq; potuere nec reges: Tu ne nouis artib⁹ res inenodabiles ut absoluas desperatū ad  
 hoc temp⁹ iter aggrediēte: luxū diuitib⁹: furta seruis: lamēta paupib⁹: iuidiā plebi: nobilita-  
 ti supbiā: fraudē curiæ: uoluptatē foro: discordiā m̄tutudini: auariciā fere oib⁹ extorquere:  
 Vellē posse: sed nō spero: & facili⁹ fateor omne sulphur ex ætnæ uiscerib⁹: omne cœnū & cū-  
 ctis paludib⁹ egeri posse: q̄ mala hæc: hos scelerū ardores: has mox sordes ex urbium sen-  
 tina: ubi taliū pessima mercū sedes ē: Inter q̄s infœlicē fœlix: licet ingeniū coalescat: & un-  
 de fœlici⁹ sit abesse. Quid ergo: Ad meū illud familiare cōsiliū recurro: ut pestes q̄s fugare  
 nō possum⁹ fugiam⁹: In quā rem unicū solitariæ uitæ portū ac p̄fugiū scio: de q̄ tā m̄ta dif-  
 ferui: ut iam uerear nē fastidio tibi sim: neue ipsis urbib⁹ solitudo tibi loq̄tior uideat.

Francisci Petrarchæ Clarissimi Poetæ Laureati: De uita solitaria Liber prim⁹ explicit.

Tractatū ac Capitulorū Secundi libri eiusdem Frāncisci Petrarchæ: de uita  
 solitaria collecta: ordinata enumeratiuaq; Annotatio.

Tractatus primus unicū continēs capitu-  
 lum succincta enumeratiōe præterit no-  
 tissima exempla sanctorū atq; clarorū ui-  
 rorū qui sua præsentia solitudinē illustra-  
 tractat⁹ secūsdus: Est de q̄busdam (rūt.  
 exemplis minus tritis patrū ueteris testa-  
 menti qui solitudinē coluerūt.

Ca. I. Transit p̄ epilogationē præteritorū  
 exēploꝝ ad exempla min⁹ trita.

Ca. II. Est de solitudine parētis humani ge-  
 neris Adam.

Ca. III. Est de cultu solitudinis Abrahamæ.

Ca. IIII. Est de solitudine Isaac.

Ca. V. Est de solitudine Iacob.

Ca. VI. Est de solitudine Moyſi.

Ca. VII. Est de solitudine Helizæ.

Ca. VIII. Est de solitudine Hieremiæ.

Ca. IX. Est de cōmēdatiōe uitæ solitariæ.

Tractatus tertius: Est de exemplis multorū  
 sanctorū patrū noui testamēti uitam soli-  
 tariam agentium.

Ca. I. Est de solitudine sancti Siluestri papæ

Ca. II. Est de solitudine sancti Ambrosij.

Ca. III. Incidentalit̄ ostendit: q̄ nullū uir⁹

adeo pestiferū sit & uitæ solitariæ contra-  
 rium: sicut muliebre consortiū.

Ca. IIII. Est de solitudine sancti Martini.

Ca. V. Est de solitudine sancti Augustini.

Ca. VI. Est de sancto Hieronymo mirifico  
 solitudinis uenatore.

Ca. VII. Est de sancta Paula quibusdāq;  
 alijs matronis deuotissimis solitariæ ui-  
 tæ cultricibus.

Ca. VIII. Est de sancto Gregorio papa soli-  
 tudinis amatore.

Ca. IX. Est de sancto Bñdicto singulari ac  
 deuotissimo solitudinis habitatore.

Ca. X. Est de solitudine sancti Florentij.

Ca. XI. Est de solitudine sancti Frāncisci.

Ca. XII. Incidentalit̄ triplicem distinguit  
 solitudinem.

Ca. XIII. Est de solitudine sancti Remigij.

Ca. XIII. Est de solitudine bti Bernardi.

Ca. XV. Est de solitudine Carlomani.

Ca. XVI. Est de solitudine Romualdi.

Ca. XVII. Est de solitudine Petri Damiani.

Ca. XVIII. Est de solitudine Cælestini pa-  
 pæ qui Petrus ante papatū dictus fuit.

Tractatus Quartus digrediēdo querulatur  
& deslet amissionē terræ sanctæ negligē-  
tiamq; torporē & ignauia principū atq;  
pontificū nostrorū.

Ca. I. Est de Petro heremita præcipuo soli-  
tudinis cultore: occasione cuius cōmemo-  
rata querelæ introducunt.

Ca. II. Reprehendit reges & principes no-  
stros: qui somno: uoluptatib; turbibus  
lucris: subditorū spoliationib; accæteris  
uitijs incumbūt: & nullus eorū terræ san-  
ctæ dispendio mouet.

Ca. III. Romanos casarē & pontificem ac-  
cusat: Germanos & Græcos adiūciendo.

Ca. IIII. Insinuat q̄lis fides catholica fue-  
rit olim q̄si p̄ uniuersum orbem dilatata:  
sed nūc negligētia superiorū mltū miorata.

Ca. V. Est de excellēti uirtute antiq̄ Ro-  
manorū in compatiōe Regū modernorū.

Ca. VI. Compat p̄cipes nostros Mahu-

Ca. VII. Est de detestatione ca- (meto-  
tholicorū p̄cipū eo q̄ p̄cipuā curam  
patriæ negligunt.

Ca. VIII. Dicit q̄ non p̄ omni sed p̄ qua  
patria sit merito pugnandū.

Tractatus quintus est regressiuus ad alia al-  
tioraq; solitariorū exempla.

Ca. I. Est de solitudine sanctissimi Iohan-  
nis baptistæ: atq; beatæ Mariæ Magda-  
lenæ: quæ ex hoc forori præferit.

Ca. II. Est de solitudine Iesu christi dñi &  
saluatoris nostri.

Ca. III. Ex epilogaōe dictorū uitā solita-  
riam commendat.

Ca. IIII. Est de Dauid rege q̄busdāq; pa-  
triarchis solitaria uitæ cultorib;.

Tractatus sextus: Est de exemplis q̄rundā a  
christiana religiōe alienorū: q̄ uitā solita-  
riam sectati sunt.

Ca. I. Est de uita: morib; ac ritu Brachma-  
norū: & solitudine famosi uiri Calani.

Ca. II. Est de q̄dā solitario apud Indos.

Ca. III. Est de solitarijs transaqlonē mon-  
tesq; Rhiphæos ac gētē hypboreā & cæ-  
teras insulas existentes.

Tractatus septimus: Est de exēplis philosopho-  
rū ac poetarū: q̄b; uita solitaria placuit.

Ca. I. Dicit de q̄bus philosophis & poetis  
auctor dicere uelit: cū cōmemoratiōe cla-  
rorū philosophorū ad solitudinē cōfugiē-

Ca. II. Est de antigorib; poetis so- (tū.  
litudinē eligētib;: cum reprehēsiua exce-  
ptiōe Ouidij Nasonis & eorū q̄s uel ipse  
aut quē illi sequunt.

Tractatus octauus: Est de exēplis Oratorū ui-  
tam solitariam amantiū.

Ca. I. Est de solitudine Senecæ Cordubē-  
sis ciuis ac senatorij Romani.

Ca. II. Est de solitudine Tullij Ciceronis.

Ca. III. Est de solitudine Demosthenis.

Ca. IIII. Est de Anaxagora alijsq; clarissi-  
mis uiris uitam solitariā amantibus.

Tractatus nonus: Est de exēplis Impatorū ac  
belloꝝ ducib;: q̄b; solitudines placuerūt.

Ca. I. Est de Iulio atq; Augusto casarib;:  
qui solitudinē optabant & amabant.

Ca. II. Est de Diocletiano atq; Antonio  
pio: uitam solitariam colentibus.

Ca. III. Est de solitudine Numæ Pompiliij  
secūdi Impatoris Romani.

Ca. IIII. Est de Romulo: Achille atq; Her-  
cule qui solitudinē diligebant.

Ca. V. Est de Scipiōib; Africanis singlaribus  
solitudinis amatorib;: tractatiōe q; il-  
lius uerbi magnifici ab altero eorū. plati:  
Nunq; se min; ociosum q̄ cum ociosus:  
nec min; solū q̄ cū solus esset: Cū repre-  
hensiōe Ambrosij: dictū illud ad p̄phe-  
tas transferentis.

Ca. VI. Ex snia dicti superioris Africani der-  
clarat de q̄li solitudine quoue ocio auctor  
loqui intendat.

Tractatus decimus: Est exhortatiū ei; ad quē  
auctor scribit ut uitā solitariā amplectatē  
remouēsq; impedimēta ac repellēs argu-  
mēta eorū q̄ huic uitæ aduersant: cū præ-  
clara solitudinis cōmendatione.

Ca. I. Tam ob ytutes ei; ad quē scribit: q̄  
ob comites q̄s illi ad solitaria uitæ sola-  
tū sors dedit: ad solitudinē suadet.

Ca. II. Est de illis quæ solitarijs sp̄ debeat  
desiderare: & de loco habitatiōis eiusdē.

Ca. III. Docet q̄ q̄ deo seruire uelit: siue ar-  
tib; bonis ingenium extollere: siue aliqd  
aliud boni facere: fugiat ne dū opē ferre  
alijs uideat: ipse obruat: Et q̄ in alio re-  
prehendat ipse ne cōmittat.

Ca. IIII. Declarat q̄ nō debeam; amplas  
opes expetere.

Ca. V. Affirmat anxiam uitā atq; in crastinū  
p̄minētē nō esse uitā sed uitæ meditatio-  
nē: Et q̄ auaricia sit uincēda: & iter ad ue-  
ras diuitias condiscēda.

Ca. VI. Est de Remedijs cōtra pigrum pro-  
gressum ad solitudinem.

Ca. VII. Est de repulsiōe argumētōꝝ illoꝝ  
qui uitæ solitariae aduersant.

Ca. VIII. Est de hortatiōe ad solitudinem:  
Et q̄ urbes relinquēd; sint occupatis i sæ

Ca. IX. Est de præclara solitudi- (culo-  
nis commendatione.

Finis

**F**rancisci Petrarchæ Clarissimi Poetæ Laureati: De uita solitaria ad Philippum Cauallicensem episcopū: Liber secundus: multis ac uarijs exemplis uitam solitariorū approbans & extollens: atq; ad illam capeffendam suadens & exhortans.

**T**ractatus primus unicum continens capitulū: succincta enumeratiōe præteriens notissima exempla sanctorū atq; clarorum uirorum qui sua præsentia solitudinem illustrarunt.

**E**ntio tamē adhuc aliquid deesse: & uideo nūc etiam quid expectes: rem suapte naturæ ualidā: exemplis armari longa est historia q̄ philosophi aut poetæ quo sese alti⁹ attollerēt: primū pedem in solitudine posuerūt: Nā de sanctis & uulgatior & notior & longior q̄ urbes spontaneo dānātes exilio sacra sui præsentia solitudinē illustrarūt: De qb⁹ si exactius loquelim: nō possum non inculcare notissima. Etenī hac in parte quid incognitū est tibi: illud ne expectaueris: ut transcribā tibi: quas uocant patrum uitas: Quē libri titulū sumpsisse nostros a Marco Varrone arbitror: qui & ipse de uitis patrum scripserat: sed alio quodā modo: non tam inflāmādis deuotione animis q̄ noticia rerum studens: Nō dicam qua in spelūca sexaginta annos latuit Dorotheus: Vt pat̄ Amon coniuge dimissa: quæ secum continētia uirginali diu uixerat: solus reliquū uitæ tempus in deserto Nitrie montis habitans: nouissime foelicē deo animā reddidit: quā comitantibus & gaudētib⁹ angelis ad cœlum euntem: tredecim inde spacio dierū semotus Antoni⁹ uidit. Non referam qualem eodem in monte uitam duxerit: aut Pambo ille qui cautis in responsionib⁹ a nōnullis scriptorib⁹: ipsi quoq; nō tantū Antonio comparatur: sed præferē: Aut discipulus eius unus ex multis Amonius: quem dum studiū ac noticia litterarū sacrarū clare faceret: propterea q̄ per uim in episcopū peteret: fugere aliter non ualens captūq; se cernēs ne solitudine priuaret aurē sibi præsecuit: sic saltē pontificio futur⁹ inhabilis: cū nec ea quē arte p̄ficeret: minaret uigentib⁹ si peristerent: linguā se propter quā ea sibi importunitas fieret abscefuz. Non loquar foelices solitudines utriusq; Macharij: in qb⁹ mirabiliū patratōres operū: alter ad nonagesimū: alter ad centesimū uitæ annū uenit. Non attingam q̄liē Moyses quidam æthiops de latrone factus est presbyter solitarius christi seruus. Qualiter Arsenius e senatore glorioso: maxim⁹ & christi amator & suimet contemptor euaserit: Ad quem est illa uox cœlestis: Fuge homines & saluaberis. Et illa: Arseni fuge: tace & quiesce. Qualiter Paulus simplex: cognomē nactus ex morib⁹: dum conuictū fugiens uxoris adulteræ: solitudinē petiisset: in tantā familiaritatē christi q̄ gratiam uenit: ut spirituū principē impuroꝝ quem a se pelli non posse Antonius fateret: ille de obfesso pectore purissima quidem & efficacissima prece depelleret. Nō exponam quas temptatiōes corpis atq; animi solitarij senes uicerint Pachomius ac Stephan⁹. Non inquiram quo cōsilio Paphnucius tres dei amicos ex urbibus ad deserta perduxit quasi ad tutiorē & deo p̄pinuiorem locum. Qua uirtutis admiratione monachoz turmas in solitudinē traxit Helpidius. Qua charitate Serapion bis se hominū seruū fecit: ut dños suos peccati seruitio liberaret. Non narabo pietatē diaconi Effren: Pioris cōstantiā: sudores Adolij: misericordē Innocentijs saueritatem: Euagrii industriā ac labores. Nō scrutabor qua i solitudine Malchus imitis dominigregem pauit: Quo in specu simulata cum cōiuge latuit: & leena pro trepidis decertante furorem heri plequētis euasit. Non ostendam qua Ioannes ægypti⁹ uirtute claruit q̄taq; præsciētia futuroꝝ: A q̄ tā longe posito Theodosi⁹ impator anceps animi respōsa deposceret: & consilio solitarij pauperis armatus pia sed maxima & incredibilia bella conficeret: A q̄ alter quoq; licet inferior dux Roman⁹ graui æthiopū incurfu infinitaq; multitudine atq; aliquot infaustis congressib⁹ exterritus cum præliū decertaret & in eo statu non p̄ inuencios: sed præfens ipse uirum dei pro cōsilio adijisset: ad spem certæ uictoriae erect⁹: præfixa etiam pugnæ die: quodq; & uictor hostiles prædas ageret: & suorū res præreptas ab hoste reueheret & impatoris sui gratiā mereret. Iuit iam: secur⁹ pugnavit: strauit hostem: spolia retulit: gratiam est adept⁹. Cui uiro tam sancto: tanq; futuri præscio: si quid de præsentibus & expertis credis: accipe quid hic idem de solitudinē senserit: Ne quid enī me p̄posito fauētē imutasse quisq; credat: ipsa eius uerba subscripsi: ab his relata qui ex ore loquens

A

B

C

D

C

tis accepāt: Multū inq̄t pdest secretior habitatio & solitaria cōuersatio. Et itē: Ad effugiē  
 da picula inquit uel lapsū & cōquirēdā dei gratiam atq̄ ipsius diuinitatis euidentiore no-  
 ticiam capiēdā: plurimū pdest secretior cōuersatio & heremi interioris habitatio: utq̄ qd  
 uerbo docebat: factō p̄basse eum scias. Ipse Hieronym⁹ horū quæ inferui uerborū scriptor:  
 hunc Ioannem inquit uidim⁹ in Thebaidis partib⁹ in heremo: quæ adiacet ciuitati Ligo: i  
 rupe quadā montis ardui cōmanentē. Ascēsus ad eum difficilis: adit⁹ monasterij ei⁹ obstru-  
 ctus & clausus: ita ut a q̄dragelimo atatis āno usq̄ ad nonagesimū quē tūc gerebat: cū eum  
 uidim⁹: monasteriū eius nullus intrauerit: Aduenietib⁹ uero per fenestrā se uidendū prabe-  
 bat. Non describam habitaculū Heliæ monachi p̄pe cūctis mirabili⁹: ut desertū horrēdū:  
 ut solitudo uastissima & nullis æquāda sermonib⁹: ut spelunca scrupea: ut asper ad illam &  
 angustus trames quicq̄ uel suspēsos pedes læderet: uel intentos aduentiū oculos frustraret:  
 ut illic corpore tremulus: sed animo constans: fenex ex centū ac decem annis quos habebat  
 ætatis: totos septuaginta trāsegerat. Cogitabis autem p̄ te ipsum q̄tus & hic solitariæ ui-  
 tæ magister esse potuerit: qui tantū in eo studio tāq̄ continuū temp⁹ exigisset: cū nostri ho-  
 mines ambitionē & auariciæ studium: ne dicam popinas urbiū ac tabernas & lupanaria re-  
 liquisse uel triduo grande suppliciū opinentē. Non in mediū traham Eutythianū illū circa  
 Olympū bithyniæ degentem & cœlesti gratia & terreni principis amicitia insignem. Non  
 Theonem mitē ac modestū hominē & iuramētī expertē & mendaciū insciū: & triginta anno-  
 rum iugi silentio in summa omniū fere litterarū eruditione mirabilē. Non Thebaidis incolā  
 Apollinē: qui q̄draginta ānis in intima solitudine abditus: nec sic latuit: miraculoꝝ fulgo-  
 re tandem p̄ditus. Non Benjamin senem hydropicū morbo: clax: & cum interim agrotā-  
 tes sibi adductos eximie curaret: de sua enormi licet ægritudine non c̄rantē: solantemq̄  
 alios atq̄ orantē: ut pro anima oraret sua nō p̄ corpe: addito uerbo illo memorabili: Cor-  
 pus enī hoc aiebat: & dum sanū esset nihil mihi p̄fuit. Non Epiphaniū quem famosū prius  
 heremicolā solitudo episcopū Cypro dedit. Nō seu Aphrarē inopem ac p̄nosum seniculū:  
 quem pietas fideiq̄ zel⁹ e spelūcis in urbes medias eduxit: impatori impio responsū: præ-  
 mordaciter atq̄ acriter. Seu Isaac monachū: illius impietate diuini cōminatōe iudicij retū-  
 dentē. Seu Macedoniū iugi syluestris habitatorē: uirum infinitæ simplicitatis atq̄ cōstan-  
 tia: ad frenandū pij quidē sed irati principis impetū: montis e uertice descendentē. Nō Ac-  
 ceptenā sexaginta annis in cella reconditū: semp̄ tacitū: nulli uisum. Nō Ceumatiū aut Di-  
 dymū: ambos cæcos illustres: & uidentū ac pioꝝ omne mun⁹ implētes: Alterum uero in-  
 super & litteris clarum. Nō deniq̄ innumerabiles alios: quorū uel noīa non capiūt libri. Po-  
 stremo ut summa etiam quia puulgata erant omisisse me noueris: non insistam eloq̄ ut ad-  
 huc inhospitā ac pene solis heremū notā feris: oriētaliū atq̄ oriētū monachorū p̄iceps An-  
 toni⁹ penetravit: ut crebescēte fama noīs & ad gratiā sanitatū turbis ægroꝝ cōfluētib⁹ tæ-  
 dio affect⁹: & metuēs ne tāta illa celebritas: aut sibi inanis gloria: aut alicui erroris & falsæ  
 cuiuspiam de se opinionis materia esse posset: dum paucis panib⁹ p̄ uiatico assumptis: ad  
 ripam flumīs federet: fugā cogitans: uox ad eum de cœlo facta est. Quæ nam uero uox: Illa  
 forsitan: Fuge solitudinē: urbes cole: locus hic tædij. Ille gaudij locus & quietis: Alexādrīā  
 pete. In patriam tuam redi: & non potius illa uox fuit: Si quiescere cupis Antoni: uade nūc  
 ad interi⁹ desertū: Cui mox obtemperās oblato diuinit⁹ uiaꝝ duce p̄fectus est: ut in deser-  
 to manēs & semp̄ in acie armat⁹ oēs dæmonū uicit insultē: ut philosophia mūdiq̄ sapiētia  
 tumidum nomē ab humili & illitterato seniculo ualidissimis atq̄ clarissimis rōnib⁹ confu-  
 tata atq̄ cōculcata est: Vt eū Romani impatores miraculo famæ eius illecti familiarib⁹ ad  
 illū epistolis quasi patrē uenerati: & q̄ responso dignati essent uahementissime sunt gauisi:  
 ut tot iam spiritalib⁹ bellis uictor: tot inuisibiliū hostiū exercitib⁹ triūphatis: Cū ad nonage-  
 simū uitæ ānū uenisset & null⁹ usp̄iam apparēte hominū: se iam solum heremicolā cogi-  
 taret: m̄lto uetustiorē atq̄ remotiorē solitudinis incolā alteri⁹: Paulū Thebeū quarere ad-  
 monit⁹ reuelatiōe nocturna paruit: quæsiuit: iuenit horrificis in itinere primū monstis in-  
 uentis: ut congressis tandem & post longū silentiū collocutis: ad ripam fontis exigui & ue-  
 teris umbram palmæ secretissima in spelūca missus e cœlo panis un⁹: duobus christi fortis-  
 simis ueteranis: multo ieiunio exhaustis abunde suffecerit. Deniq̄ ut paucis post diebus  
 mœstus animi multisq̄ cum fletib⁹ hospes Paulum sepeliuit: in effodienda humo leonum  
 unguib⁹ insueto pietatis officio adiutus. Ad summā: qualiē in desertis latitās & intantum  
 omnis gloriæ fugitans: ut sepulturā quoq̄ suam uellet absconditam: ne qua uel gelidum

cinerē mūdani fauoris aura contingeret: adeo nobilitat<sup>9</sup> & gloriosus effect<sup>9</sup> est ut christus homūculū suū ægyptiacæ solitudinis latebris abditum: & ut ipsi<sup>9</sup> Athanasij hæredis atq; historici sui ybis utar: alio pene orbe celatū Africæ: Hispaniæ: Galliæ: Italiæ: Illyrico: Ipsi etiā quæ urbiū caput ē Romæ: ut i exordio pmiserat: demōstrarit. Nō exequar ut i solitu dinē quocq; fugit Hilarion Antonij uirtutū nobilis æmul<sup>9</sup>: fama uiri primū mox bimēstri obseruatiōe uitæ eius ac monitis præsentiq; concit<sup>9</sup> exemplo: ubi ab adolescētia in seniū p<sup>9</sup> feuerans: brumæ primū & æstatis intemperie angusto tuguriolo: post aut cella nihil angustiore: neq; tam dom<sup>9</sup> q̄ sepulchri speciem habēte submouit: ut inde dū ad uiri nomē turbis coeūtib<sup>9</sup>: & solitudine una: multarū urbiū inquieta negocijs fugam meditare<sup>9</sup>: re cogitata decem & eo ampl<sup>9</sup> hominū milia iter eius impediere. Quo dolore cū in media consumpt<sup>9</sup> pene esset: populo patietē: sed dolente & psequēte: tandē abijt in pfundissimas solitudines & ad Antonij locū: qui pauloante tāto uacuu habitatore remāserat: pueniēs: atq; ibi discipulis ei<sup>9</sup> inuētis: auditu flebile: piū dictu: auidissime cūcta pquirēs: hortulū eius & lectulū unde ad cœlū fœlix ille condescēderat inuisit: Atq; in eo dulci q̄dam tanti uiri memoria p<sup>9</sup> cubuit: ipsum recētū uelut Antonij accubitu calentē sape completēs atq; deosculās: qd̄ q̄ non tam lectiōe q̄ opinione frætus addiderim: alienū stratū suis lachrymis rigans: ut inde alias atq; alias solitudines petēs: q̄ exoptatā sibi inuidēs quietē: semp eū sua fama præcurreret. Interdū etiam ad Barbaras natiōes clam decreuerit: pfiscisci: ubi nec intellect<sup>9</sup> nec cognitus respiraret: ut eadē fama noīs eum psequēte: primo q̄dem in Siciliā nauigarit: Inde in Dalmaciā: Postremo autē in Cypriū insulā suis morib<sup>9</sup> longe dissimilē: cuius tñ una rupes duro uiri pposito cōueniret: ubi locū nactus terribilē ualde: ut scriptoris præconisq; sui Hieronymi uerbū ponam: ac semotū substitit. Et ut cūctis eum ne furtim dilabere<sup>9</sup> obseruantib<sup>9</sup> q̄ uno in loco diu illum nō posse subsistere: publice p̄uasum erat ibidē laborū uitæ finem habuit: quem in terris imitat<sup>9</sup> fuerat ad cœlos secutus Antoniū.

H

Tractatus secundus: De quibusdā exemplis minus tritis patrū ueteris testamenti: qui solitudinem coluerunt.

De transitu per epilogationem præteritorū exemplorū ad exempla minus trita: Ca. I.

**H**is igitur breui admodū & succincta cōmemoratiōe præteritis: ut sic dicā: atq; sepositis & reliq; silentio obrutis: quotq̄t sunt id gen<sup>9</sup> qb<sup>9</sup> sola herem<sup>9</sup> cœlū fuit in terris: quæ copiosa & amœna & uaria & penetrabilis atq; ignea lectio est: & quæ preciosæ materiæ silū habens ac magnis texta ingenijs natura pariter atq; arte delectet: aliq̄t exempla minus trita p̄ secretiores scripturas: recessus sparsa recolligam.

A

De Solitudine parentis humani generis Adam: Ca. II.

**E**t ut a primis ordiar: Adam public<sup>9</sup> ille parēs generis humani: q̄ diu sol<sup>9</sup> fuit: nemo foelicior: mox ut comitat<sup>9</sup>: nemo miserior. Sol<sup>9</sup> stetit: comitatus ruit. Solus beatæ ciuis patriæ: comitat<sup>9</sup> in foelicis exilij pegrin<sup>9</sup>. Solus in requie & gaudio: comitatus in laborib<sup>9</sup> & dolorib<sup>9</sup> multis. Deniq; solus imortalis fuerat: iūge fociā: mortalis efficitur. Iam tūc clarū & insigne præfagiū quid de societate foeminea sperare posteritas deberet.

A

De Cultu solitudinis Abraham: Ca. III.

**S**ed ne in limine hæreā: magn<sup>9</sup> ille multarū gentiū pater Abrahā: non in palatijs interq; delitias urbanas: sed i tabernaculis inq; cōuallib<sup>9</sup> collocutorē deū meruit: & pmissa illa magnifica: quæ iugit<sup>9</sup> in nobis extremis: utināq; non pessimis hominū implen<sup>9</sup>. Idem nō in aula cortinis obsita & uillis instrata crispantibus: sed in solo herbi do & agresti: utq; Geneseos textus habet: in cōualle ut Ioseph<sup>9</sup>: ad ilicē mābre sedebat: qñ dign<sup>9</sup> est habit<sup>9</sup> dei angelos habere cōuiuas. Ne ue qd forte aliud q̄ qd uerba sonāt suspicemur: non equidē sub auratis laquearib<sup>9</sup> tectoz: sed sub quercus umbra glandiferæ: rurale cōuiuū celebratū est. Et ille certe sanctissim<sup>9</sup> atq; omni diuino fauore dignissimus uir: fuit tantæ obediētia: ut dum dei iussis obsequi unigenito filio nō parceret: ut reliq; laudū eius silē: de qb<sup>9</sup> dicēdi temp<sup>9</sup> forte aliud: alterq; loc<sup>9</sup> oportunior dabit. Ex qb<sup>9</sup> omnib<sup>9</sup> minime mirū sit: si talē uirum artius est amplexa diuinitas. Illud magnū q̄ suo merito ancilla eius Aegyptia fugiens ab angelo reuocata: & iterū in extremis posita atq; desperās rur<sup>9</sup> sus ab angelo recreata est. Et ut ad ppositū spectet: alterū iuxta fontem aquæ: alterū subē unam arborem: utrunq; certe in solitudine gestum est: ut ne id mirū sit infantem suū quem

A

B

fugæ comitē gestabat: in solitudine seruatum cœlestisq; beneficij memorem: & ipsum post solitarium euasisse.

## De Solitudine Isaac: Ca. III.

**A** **Q**uid hoc patre satus Isaac: qñ sibi de terra longinq; forctūda uxor aduecta est: qd̄ putas agebat: Erat forsan i foro: porabat causas: exercebat iudicia: emebat aliqd̄: aut uendebat: dabat mutuū uel poscebat: uel datū exigebat acceptūq; soluebat: Nihil horū oīno. Quid igitur? Deambulabat inquit eo tempe per uiam quæ ducit ad puteū: cuius nomen est uiuentis & uidētis. Vere aut̄ uiuēs & uidens: hoc est i aternū uiuens & uidēs oīa. Non sol ut Ouidi⁹ & Apuleius dixerūt: sed creator solis & syderū rerūq; oīm oīpotēs deus: apud quē pute⁹: siue ut psalmista loquit̄: Fons uitæ est: quo nō dormiēdo nec p̄ inuia gradiēdo sed p̄ uia deambulādo puenit̄. Et sequit̄: Habitabat enī in terra australi: & egressus fuerat ad meditandū in agro inclinata iam die: Vbi similiter nihil est qd̄ mysterio uacare putem. Habitabat enī in terra australi: terra humili & deuexa & clara & ætherei solis uicinitate præferuida. Et egressus erat: Vnde reris nisi extra corpus sui domū: egressus in q̄ extra se ipsum: & miserā mortalis ergastulū: nō ad infame ocium sed ad meditandū. Nā quæ oro alia homīs uita ē: aut qd̄ aliud agēs ab aīalib⁹ brutis differt: Præclare Cicero docto uiro inquit uiuere: est cogitare. In hāc rem: nō urbem aliquā: non theatrū: sed agrū locū prorsus idoneū: in sup̄ & inclinatæ diei cōmodissimū tempus elegerat. Nullus enim locus: nulla pars ætatis aptior meditātī q̄ & agrestis solitudo: & iuuenili feruore præterito relictiq;: ut ita dixerim: meridianis horis a tergo placatoris uitæ tāquillitas iam uergētis ad uesperā.

## De Solitudine Iacob: Ca. V.

**A** **Q**uid huius etiam natus magniq; nepos Abraham: patriarchæ maxim⁹ Iacob: qñdo scalam illam cœloten⁹ erectā: ascendētes descendētesq; angelos & innixū scalæ domini uidit: Vbi fuisse illū opinamur: q̄ magna in urbe q̄ pulchra in domo: q̄ locuplete cubiculo: Erat ille nō modo p̄cul ab urbib⁹: sed etiam p̄cul domo: Vt enī ipsius Iosephi uerba nō mutē: p̄pter odium p̄uincialiū apud nullum quidem succedere uoluit: sed sub diuo iacebat: caput suū lapidib⁹ subditis supponēs. Eidem gemina coniuge: & natoꝝ turba seruisq; & ancillis: omīgenūq; gregū possessiōe aucto: in patriā remeātī occur⁹ affuit angelorū. Sed ubi nā quæso: Nunqd̄ in urbib⁹ quiescētī: Nō uerū cœpto itinere abeuntī: q̄ nō dū pacto eidē luctator ille nocturn⁹ nomē unde nouū sibi inditū clarū māsit in posteris: nō in urbis amphitheatro: neq; inter turbas hominū: sed dum remansisset solus in transitu torrentis: apparuit.

## De Solitudine Moyssi: Ca. VI.

**A** **U**terat ille familiarissim⁹ deo uir Moyse: qñ legem colloquiūq; dei: qñ salutē populi memorabilēq; uictoriā: absens solus & solis precum armis obtinuit: Nempe non in aliq; ciuitatū Syriæ uel ægypti: sed in syluis & altissimi montis in uertice. In solitudine erat dū aquas amarissimas coegit ligni unius immissiōe dulcescere: dū p̄digia illa fecit quæ uix p̄legere ne dicam recēdere sufficim⁹. Idem certe imēso exercitui in quo tam multi iniusti atq; in deum & in hoīes ingrati erant: nō de folio aureo: sed de solitudine horrida p̄uidit: & in summa inopia mirā necessariarū rerum abundantia p̄curauit: qñ in castris coturnices ortigias affatim cœlo lapsas populus legit esuriens: & de rupe p̄cussa dulcis aquæ copiam sitiens bibit: qñ diuinū illū atq; incredibilē: & neq; cupiditati neq; parsi moniæ subiacentē cibum: non quidem in urbib⁹ nec foro cupidinario petiū: sed cœlit⁹ destinatum q̄ draginta annis habuit in deserto. Vides ut solitudo diuinis bñficijs atq; colloquijs & angelicis sit amica congressib⁹. Quo minus miror ut præclara uitæ uiri illius: sic & gloriosæ mortī solitudinē deputatā: dum ex hoīb⁹ migraturo: qd̄ fratri eius iam antea acciderat: loquēs deus: nō in hanc aut illam urbem: sed ascende in montē inquit & morere. Qd̄ nobis in omni uitæ mortisq; consilio nisi fallor sūmopere trutinandū est.

## De Solitudine Helia: Ca. VII.

**A** **Q**uid singula repticem: Plena exemplorū sunt omnia. Vbi erat Helias quādo clario ribus portentis emicuit: quādo populis intra urbes famæ peuntibus illū iussu dei in solitudine latitantē corui pauere solliciti: Qñ e sūmo carmeli montis pronus humi triennē siccitatē terras ac populos affligentē in spato imbre leniuit: Qñ octingentos & quinquaginta falsos prophetas i eodem monte carmeli: deo iudice: sacrificio teste: supatos i

torrente Cyſon populo fauente maſtauit. Quã ob cauſam iratã reginã minis ac furori cẽdens: cum deſerti latebram petiſſet ſub umbra iuniperi cõſopitum excitauit angelus & ut mãducaret admonuit: non magni preciũ cibum: ſed tantã uirtutis ut in fortitudine illius quã dragita dierum iter ac totidem noctiũ ieiunãdo p̄ficeret. Quo pacto inde ut in ſpelũca manens dñico uiſitatus alloquio reges inungere mittit ac prophetas: ut in cacumine montis ſedens imperat inopinabili fiducia ut ignis e cœlo deſcēdat ſuper quãgenarios regioſ & pa retur ſtatim: ut ſciſſo amne tactu pallij iordanẽ ſicco pede pertranſit ſolitariũ ſancũ uirum uenerãtib⁹ elemētis. Vbi in quã erat Heliaſ dñi hæc ageret: P̄fecto i ſolitudine: unde tandem ad cœlum flammãte uehiculo raptuſ eſt. Vbi erat Heliaſ quãdo geminũ rapti duciſ conſecut⁹ eſt ſpiritũ: quãdo ferrũ contra naturam & conſuetudinẽ ſuam natans flenti reſtituit amico: quãdo tribus regib⁹: totidẽq; regiũ exercitib⁹: ne perirent ſiti repleto ſine uulis imbrib⁹ torrẽte ſubuenit: P̄iora quidẽ ad iordanis ripam: tertiũ in deſerto idũmẽã cõtiguit. Illud quãſiſſe ſupuacuũ: ubi erat dum pallio magiſtri diuiſis aq; per arenem iordanis alueũ ſoluſ retrãſiit qui trãſierat comitat⁹: Vbi erant deniq; tot p̄phetã: quando tam certis: & tam præſagis uiſiõib⁹ illuſtrati ſunt: De quib⁹ ſingillatim nũc agere longũ eſt. Neq; ſoli p̄phetã: ſed ſilij etiam p̄phetã: quos monachos ut Hieronym⁹ ait in ueteri legimus teſtãmẽto: ædificabant ſibi caſulas p̄pefluenta iordanis: & turbis & urbib⁹ derelictis polenta & herbis agreſtib⁹ uicitabãt.

## De ſolitudine Hieremiã:

## Ca. VIII.

**I** Pſe quidem Hieremias ſilentio ſupprimẽduſ non uidet: qui uerbo etiam huic uitã testimoniũ manifeſtũ præbuit: ubi ait: Bonũ eſt cum ſilentio præſtolari ſalutare domini. Bonũ eſt uiro cũ portauerit iugum ab adoleſcẽtia ſua. Et quaſi hæc niſi in ſolitudine fieri non poſſe diffiniens: cum hæc dixiſſet: adiecit: Sedebit ſolitari⁹ & tacebit: quia leuauit ſe ſuper ſe. En audio foelicem patientiã expectantis: audio libertate qualibet meliorem dñici iugi tolerantia: audio eleuationẽ animi: audio quietem ſeſſionis & non ſemel ſed in principio poſitum & in fine ſilentium: cuncta tñ audio intra unam ſolitudinẽ contineri.

## De commendatione uitã ſolitaria: incidens

## Ca. IX.

**O** Vere uita pacifica cœleſtiq; ſimillima. O uita melior ſuper uitas: uita laborũ uacua bonorumq; tantorũ capax: ubi expectatur ſaluſ: ſuaue iugum domini portatur: tacetur & ſedetur & ſedendo cõſurgit. Vita ſalutaris: hominib⁹ formidabilis: & iuiſa dãmõnibus: qđ niſi ita eſſet: haud quãquã id uita genus ingreſſos tam multis & tam uariis tẽptationũ generib⁹ infeſtarent. Vita reformatrix aĩã: reparatrix morũ: innouatrix affectuum: lotrix ſordiũ: purgatrix ſclerum: conſiliatrix dei & hominũ: ruinarũ innumerabiliũ inſtauratrix. Vita contemprix corporum: cultrix ingeniorũ: moderatrix præcipitũ: torpentium excitatrix appetitũ: genitrix nobiliũ: alma uirtutum nutritrix: uitiorũ domitrix pemprixq; palãſtra luẽtantiũ: arena currentiũ: campus pugnãtiũ: arcuſ triumphãtium: bibliotheca legentiũ: cella meditantũ: penetrãle orantiũ: mons contemplantiũ: Et quid dicam niſi ſimul omnia: uita foelix & ad omne bonum opus aptiſſima: uita philoſophica: poetica: ſancã: prophetica: Vita non immerito ſingularis dicta: & ſi dicere audeam: qđ ſentio: uita tam ſingularis ut ea ſola uera uita ſit: reliquis omnibus cõueniat qđ ait Cicero: & Ciceronem ſecurus Auguſtinuſ: qđ hæc noſtra quã dicitur uita mors eſt. Vita demũ niſi expertis incognita: & ut habenti peramabilis: ſic ſupoptabilis non habenti. Qđ non ignorabat Hieremias idem: quo duce ad hæc eiũdem uitã præconia præmiſſis accumulãda puenimus: dum in illa calamitate publica: piã ſimul lachrymas: & lachrymis oportu nam ſolitudinẽ exoptabat: Quis dabit inquit capiti meo aquam: & oculis meis fontem lachrymarũ: Sciẽſq; fontem hunc: non in urbibus aut in turbis nitidum ſcaturire: ſubſecutus adiũxit: Quis dabit mihi in ſolitudine diuerſoriũ uiatorũ: Cogitatu p̄facile eſt quid nobis expediat: quando uir ubilibet deo proximus: deo plenuſ: ad honeſtum illud ſecũ dignũ officium: hoc eſt ad lugẽdũ interfectoſ populi ſui quaſi unam ſine altera non ſperaret: ſimul utrãq; poſcebat ſolitudinem & pietatem. Vbi illud mĩme negligẽdũ rear: qđ cum in ſolitudine diuerſoriũ optaſſet: addidit: Et derelinquã inquit populum meum & recedam ab eis: quia omneſ adulteri ſunt: cœt⁹ præuaricatores: & reliqua deinceps: quã cogitare ne dicam loqui horret animuſ: tam proprie noſtris hodie conueniunt populis: tam parum imo uero

tam nihil est fidei: nihil veri uspiam: nihil tuti: nihil deniq; uel humani cum dicant homines & effigie sint humana: ut ea mihi uel sola certe uel maxima atq; iustissima pcolenda solitudinis & declinandæ: urbium causa sit.

**Tractatus tertius: De exemplis multorum sanctorū patrum Noui testamenti: uitam solitariam agentium.**

**De Solitudine sancti Siluestri papæ: Ca. I.**

**A** **D**E forte autem uetustatis reuerētia uel imemor recentiu uel contemptor appaream: latuit in Soractis monte: Siluester diuitū primus ille pontificum & locū moribus & loco consonū nomen habens: Atqui nisi audire uerum pudet e solitudine humili & iculta opes istæ: bonæ utinam quas modo uix urbes capiūt fluxere: Hinc calceus auratus: hinc eburneus scipio pastoralis in morem baculi recurus: suburbano cultu rusticæ memor originis: hinc chlamys colorib; inardescēs: hinc stellatum diadema carbūculis: hinc niueus sonipes: thronus aureus purpureūq; uerendi capitis umbraculum: hinc deniq; totus habitus triumphalis: totus hic ut dicitur militantis: sed & late iam regnantis ecclesiæ status: quē e syluis egressum stupent reges: & quem qui diligenter inspexerit: nescio an solitudinem tantæ uenerationis initium uenerabile negaturus sit. Sed progredior.

**De Solitudine sancti Ambrosij: Ca. II.**

**A** **A**Mbrosius apud Mediolanū magni populi curam deo uolente ac cogente fortitus: & si tam necessarij debiti tantiq; sibi conscius officij: continue solitariam uitam degere non auderet: quotiens tamen & quibus potuit modis quid optaret ostendit: Habitauit ut nūc est ambitus murorum: in extremo ciuitatis angulo: ubi adhuc sacrū corpus habitat: & ab eodem fundata sacra domus stat summa deuotione percelebris: & magnis populi frequentata concursibus: tūc q̄tum certis indicijs intelligi datur longe semorpenitusq; solitarius locus erat. Ad hæc quotiens episcopalib; curis liber ac laborib; relaxatus: quos impellēdis Arrianis ab ecclesia graues diurnosq; ptulit: aliq̄tis per se negocijs subtrahere furariq; poterat: in secretiorē solitudinē se cōferre sanctissim; uir solebat. Sylua erat q̄uis p̄xima: contēplationi tamē idonea: In medio parua domus: ingentis certe sed humilix uiri capax: quæ multo digni; q̄ domus olim Metapontina Pythagoræ in templi licet exigui speciem uersa est. Nūc sylua cōuulsa est mutatoq; loci habitu manet nomē Ambrosij: nem; uulgo dicitur sinistrorsus ad orthou latus. Quæ amnis hic undiq; magnis motibus & multa re; collisiōe memorabilis itra urbem ipsam: & extrema raptu molimie aucti ambit; septa cōclusit. Illic ut audio & ut auguror libror; mellifluos flores sparsit: q̄rū hodie p oēs tract; ecclesiæ gust; suauissim; & fragrantissim; ē odor. Ut uero nō actū modo: sed uerborū unū q̄dem ex oib; testimoniū uiri hui; p̄ferā. In epistola q̄dā ad Sabinū: Pergam inquit frequēti; te i meis scriptis & cū sim sol; alloq;. Deinde suū faciēs Scipionis uerbū: de q̄ post dicā: Nūquā enī inqt min; solus sum: q̄ cū solus esse uideor: nec min; ociosus: q̄ cum ociosus. Certe p arbitrio arcesso quos uolo atq; adiūgo mihi quos magis diligo & quos aptiores arbitror. Nemo interpellat: nemo interpolat. Tunc ergo te magis teneo & de scripturis cōfero & p̄lixiorē simul sermonē t̄adim;. Sola erat Maria & loquebat cū angelo. Sola erat q̄n supuenit in eam spūssanct; & uir; altissimi obūbrauit eā. Sola erat & opata est mūdi salutē & cōcepit redēptorē uniuersor;. Solus erat Petrus: & totū p orbē cōsecrādæ gentiū cognouit myteria. Solus erat Adam & non est prauaricat;: quia mens ei; adhærebat deo: Postq; uero ei mulier adiūcta est: nō potuit adhærere mādatis cœlestibus.

**Q; nullū uirus adeo pestiferū & uitæ solitariæ contrariū sit sicut muliebre cōfortium: incidens. Ca. III.**

**A** **U**bi ut me Ambrosij dicto parū per imisceam: illud nō siluerim: q̄ omnibus notū multi dissimulant: Nullum uirus adeo pestifer; uitam hanc sectantib; ut muliebre consortiū. Fœmine enī decor: eo formidolosior funestiorq; q̄ blandior: Ut sileam mores quibus oīno nihil instabil;: nihil studio quietis infestius. Quisquis requiem quæris fœminam caue: perpetuam officinam litium ac labor;. Raro sub eodem tecto habitant

quies & mulier. Satyrici uerbum est: Semp habet sities alterna q̄ iurgia lecti⁹: In quo nupta iacet minimū dormitur in illo: Nisi forte tranquillior est cōcubinæ accubitus: cuius & fides minor & maior infamia & litigium par. Scitū est & illud clari oratoris dictum: Qui non litigat caelebs est. Quid uero meli⁹ q̄ non litigare? Aut quid p̄ Iesum christum oro te: quid in quā solitudine præferim nocturna ac silentio & quiete: & lectuli libertate foelicus? Nil ergo foelici⁹ calibatu: nil uero calibatu apti⁹ q̄ solitudo. Quisq̄s ergo litē fugis: & foeminā fuge: uix alteram sine altera effugies. Foeminā & si qd̄ rarum est: mitissimi mores sint: ipsa præsentia: utq̄ ita dixerim: umbra nocēs est. Cuius siquidem fidei mereor: uult⁹ ac uerba cunctā solitariā pacem quærūt: non aliter uitādi sunt: non dico: q̄ coluber: sed q̄ basilisci conspectus ac sibilus. Nam nec aliter oculis q̄ basiliscus interficit: & ante contactū inficit. De quibus autem potius q̄ de nobis dici æstimes: qd̄ in longinq̄ materia uere ne magis an proprie ait Maro: Carpit enim uires paulatim uritq̄ uidēdo Foemina: nec nemorū patitur meminisse nec herbæ. Sane qd̄ uisu solo corporis atq̄ animi uires carpant urantq̄: tangere poterat uniuersos quos ea pestis extenuat & accendit. At qd̄ nemoꝝ herbæq̄ memoriam eadem pestis eripiat: si ut de equis ac bobus dixit: sic de hoibus dixisset: quos alio q̄ nos intellexisse uideret: quib⁹ præcipua nemoꝝ & herbarum oblectatio est. Proinde muliebres illecebras: tum omnibus quibus suum uas sancte & honorifice custodire proposuitum est: tum nobis maxime fugiendas uitādasq̄ denūcio. Quod q̄ neglexerit: norit se nō aliam ob causam e paradiso solitudinis pellendū: q̄ e paradiso uoluptatis prim⁹ hominū pulsus fuit. Hæc interfatus ad Ambrosiū reuertor: qui illam ad Sabinū epistolā cōcludēs: Liqueat inquit ex his: quia soli cum sum⁹ tūc nos offerim⁹ deo: tūc mentē ei nostrā aperim⁹: tūc amicitū fraudis exuim⁹. Quib⁹ dictis primo iteꝛū parēte ad memoriā reuerso: Solus inq̄t erat Adam qm̄ in paradiso est cōstitut⁹: sed nō erat solus qm̄ de paradiso eieci⁹ est. Solus erat dñs iesus qm̄ mūdū redemit: non enī legat⁹ neq̄ nūci⁹: sed ipse dñs solus saluū fecit populū suū: Et si nunq̄ solus est: in q̄ pater est semp: Ad postremū cum cōsilio clausur⁹ epistolam: Vnde & nos inq̄t soli sim⁹ ut dñs nobiscū sit. Qd̄ consiliū ne soli Sabino datū sit: ut ad nos trahamus nostrūq̄ faciamus obsecro.

## De Solitudine sancti Martini:

## Ca. III.

**H**inc solitaria uitæ statū & ab infantia quodāmodo cōcupisse Martinū: & cum primū per ætatem perq̄ necessaria militiæ occupationē licuit apprehendisse nouimus tanto ardore animi: ut in uita priuata cōceptum morem nec præsul fact⁹ ommitteret: Auctor est Seuerus: q̄ res eius quib⁹ interfuit uitæq̄ seriem scripsit. Quo tempe quæri solitum accepimus: ante episcopālē curam se maioris fuisse uirtutis: Mirum: q̄uis enim nihil illi uiro nisi sūmū semp atq̄ perfectū fuisse credēdū sit: tamē pontificali fasce curuat⁹ nescio quid in se dum esset expeditior altius atq̄ perfectius recolebat: temporis illius memor quo liberius solus erat: ne quis forte miretur eundem antea libeꝛ frequentasse solitudines quas & duri feruus officij dum licuit frequentauit. Ne enim cuncta uestigent: quod longū atq̄ difficile est: In ipsa pri⁹ urbe Mediolano: ubi quod cōstat primū ex multis: quæ diuersis in locis ab eo fundata sunt: monasteriū extruxit: aliq̄tum temp⁹ exegisse fertur: uicino quodam Ambrosianæ domui: ac mœnibus urbis habitaculo loco etiam nunc solitario ac reposito. Ad quē iam præsul Ambrosi⁹ tanto lætus hospite: clam sol⁹ exire consueuerat: se cumq̄ dum posset auidius immorari. Bone Iesu quale hominū par: quæ suspiria: qui sermones? Quicquid præcipes imperant: quicquid consules deliberant: quicquid prætores edicunt: quicquid statuunt legiseri: quicquid fabulantur populi: quicquid philosophi disputant: quicquid rhetores declamāt: quicquid sophistæ cauillant: sacro illi tranquilloq̄ colloquio admotum: meras nugas dixisse non uerear. Sinu esse quidem erat Horatius poeta: dum sibi Plotius & Varus & Virgilius occurrerunt: pulchra nempe societas doctissimorū hominū: inuicemq̄ familiarium amicorum. Itaq̄ ait: O qui complex⁹ & gaudia q̄ta fuerunt. Credo ædepol & multa ibi p̄ tempore facetissime inter tales uiros ac disertissime dicta non dubitem: Sed dulciores amplexus & sanctius gaudium fuisse crediderim Mediolani inter Ambrosium & Martinū: locus ostenditur: ubi cōgredi & colloqui solitos fama est. Quibus ego congressibus atq̄ colloquijs: si datū esset: interfuisse maluerim: q̄ regum omnium consilijs: quæcunq̄ uino uel auaricia uel feritate ebrj: cum purpuratis suis agitant. Foelix ergo & q̄ minus adusta: minus horrida: non min⁹ forte gloriosa: q̄ Thebaidis solitudo quæ tales duos accolat uno tempore meruisti.

## De Solitudine sancti Augustini: Ca. V.

A

**N**ondum nos Mediolano egredi: magnus alter eiusdē urbis habitator finit Augustinus: quem deus Ambrosio malis erroribus infectū: quasi ægrotū filiū docto medico pius pater dedit: ut is eū undis salubribus ablutū curatūq; deo redderet. Ille ergo cum ignarus omnium quæ erga se clam diuina pietas ageret: Mediolanū ueniens ubi tunc sacer florebat Ambrosius: uitam tandē mutare decreuisset: ciuitate relicta: solitudinem ruris appetiit: ut qui cū multis insanierat: solus resipisceret: Caseatū uocat ipse & id manet hæc ruri nomen: Quinetiam ipso die quo primū hoc sancto desiderio exarsit in ciuitate positus inter illas fluctuantis animi pcellas p quas consiliū nauigiū regente deo ad terram uiuētū: & ad portū salutis applicuit: quid egerit qualiter se gesserit: eodē ipso narrante cognouim⁹. Certe non pcessit in publicū: neq; populi contionē classico aduocans qd acturus esset exposuit: sed dimisso socio fidissimo: confurgēs: eo q; ut ipse ait: solitudo sibi ad negociū stendi aptior suggereret & secedens remotius q; ut posset ei onerosa esse etiā tam amici pntia: qd unū loci q̄litas ac t̄pis pmittebat: secretū horti angulū p solitudinē habuit: Vbi amarissime secū loquēs iter singul⁹ & lachrymas: inter uulsū capillū p̄cussāq; frōtē & cōsertis digitis amplexū genu & quacūq; magn⁹ ac sanctus dolor elicit: tādē semel de se statuit unde imperpetuū exultaret. Deniq; p omnē uitam solitarijs & quietis locis atq; inter cætera Pisani mōtis ocio delectat⁹: & illic heremitico habitu traxisse moras credit⁹: & ad loci illius heremitas liber suo qdē præscript⁹ ē noīe. Cæterū de hac re quia nō uacat infinita nūchois illius scripta reuoluere: unico eius qd occurrit breui utiq; sed apto testimonio cōtentus ero. Is ergo euāgeliū Ioannis exponēs: Difficile est inq; in turba uidere Iesum: solitudo quædā necessaria ē mēti nræ: quādā solitudine intentionis uidet⁹ deus: turba strepitū habet: uisio ista secretū desiderat. Audis ut caute uidendo deo necessariā: non q̄libet sed solitudinē dixit intentionis: intelligi uolens dum suas intus turbas tumultusq; suos humana mens habeat: acuēdis ad tantū lumen: purgādīsq; oculis solitudinē corporeā nil pdesse. Iam uero proximis tribus explicitis: nō Mediolano tantū: sed Italia digredi stilum sinam.

B

## De sancto Hieronymo: mirifico solitudinis uenatore: Ca. VI.

A

**S**ileo nūc præconē uitæ hui⁹ Basilii: Sileo magnū uirū Gregoriū naçi angenū: Præclarū hui⁹ uiri discipulū nō sileo: Hieronym⁹ urbe Romana dimissa Romanisq; opibus contemptis: æternæ patriæ spe ac desiderio illect⁹: & ut ipse fatei: ob gehennæ metū. In illam primo uastam solitudinē horridū monachis habitaculū præstantē: quā de uirginitate ad Eustochiū scribēs: Salustiano uerbo usus: solis ab ardorib⁹ exustā dicit sese abdidit: Vbi aliq̄t annis aduersus indomitæ carnis insultus: & conspirātis animæ cōsensum: laboriosa militia exactis: q̄uis uictor nō ex acie Romam quasi iam secur⁹ ad triūphū rediit: sed in Bethleemiticis latebras festinabū dus aufugit.

## De sancta Paula quibusdamq; alijs matronis deuotissimis solitariae uitæ cultricibus: Ca. VII.

A

**I**atuit ibidē Paula sancta & pia & illustis: & ut multa breuiter dicam: uere Romana mulier: summūq; suis t̄pibus fœminæ specimē uirtutis: & ut ad præsepe dñicū mori posset: ubi & qualiter orta esset: oblita est. Cuius etiā præclarā uitam & foelicē exitū Hieronymus ipse tam fulgido pinxit epigramate: ut post eū mihi modest⁹ sit tacere. Quid enī dignū sim dicitur in trāsitu: inq; angusta opusculi mei parte clausurus: ubi ille tāto uir ingenio hæsit: & amore ac dolore dictatib⁹ modū iusti uolumis impleuit: Quis nō defuisse sciā qd Hieronym⁹ ipse nec ignorat nec dissimlat: q; utriusq; ocū liuido dēte momorderit: nec morsū scriptis mādare timuerit. Ita uix ulla uir⁹ t̄ uel alta uel abdita ē ut iuidiæ iaculis nō t̄gāf: sed solidā ueritatē uulgaris aura nō cōcurit. Sane quicqd de sua alijs uisū sit: solitudinē sapientis: idem ipse Hieronym⁹ contra Iouinianū scribens: cōmēdat his uerbis: Sapiens nūc solus esse potest: habet enī secum omēs qui sunt: & q; fuerūt boni: & animū liberū quocūq; uult pferit & ~~uult~~: & qd corpe nō potest: cogitatione complecti. Et si hominum inopia fuerit: loquitur cum deo: nūc minus solus. Quo nam uero nunc uertar: Confundor multitudinē & acie occurrentium in diuersum uocor: sed Paulæ nomen admonuit: ut ante omnia eidem & genti & sexui solitariae gloriæ partem darem: Pauca igitur ex multis excerpam: nec ueerebor ne Romanarum in laudibus matronarum nimius dicar: quib⁹ par esse nō spero. Prætereo Eustochiū Paulæ filiam: præcone Hieronymo insignē &

B

Marcellam & Afellam & Fabiolā & Blesillam: aliasq; clari noīs ygines aut uiduas. Quid autē de te dicam scēminarū optima & gloriosa Melania: Non ego tantas cōciues ac uicinas: quas ætas: patria: christi fides: animi pietas uirtusq; coniūgunt: stilo segregē: iuxta Paulam fedebis. Tu quidē Romani filia consulis: Romani prætoris mater: gen<sup>9</sup>: opes & paternum decus uirtutib<sup>9</sup> supgressa: uiduitatis statū tanto pudicitia studio tātisq; misericordia operibus honestati: ut uirginitatis laudē ppe trāscenderes: oblita sanguinis: oblita pignorū: oblita potentia soliusq; memor christi: utq; illū indueres: exorta soli natalis affectū: exorta nataliū respectū & amorē tuorū & corporis tui curam exosa. Deniq; christi consilio animam tuam in hoc mūdo: ut ī uitam æternā custodires eam: mira sollicitudine sanctos patres in desertis solitudinib<sup>9</sup> quæsiuisti: eosq; etiam ad exiliū psecuta: de labore tuo sanctū illis obsequiū: de facultatib<sup>9</sup> piam alimoniam præbuiisti. Honoratrix sanctorū: reuocatrix errantiū: pegrinorū mater: tuorū in christo trix atq; consultrix. Cum ingētes enī opes imensumq; patrimonium in egētū alimenta foelicissima libertate dispgeres: & quasi quidā inexhaust<sup>9</sup> fons bonorū nulla largitionū exundatiōe deficeres: inq; aliud nihil intenta: septē & triginta annos indeficiēte rerum facultate & indefessa charitate animi pegisses: iam sexagenariā tuorū reuifendorū: non carnale sed diuinū & spiritale desiderium coepit. Itaq; Romam rediēs natum: nurum: neptem: ut noīs hæredem: sic animi ppositiq; tui: Ac ne lōgū faciam: tuos omēs tua p uestigia: distractis patrimonijs in uiam christi & amorē uitæ solitariae direxisti. Stupor est memisse: qđ aurū quod ue argentū: quas sericas uestes: q̄tas pecuniarū sūmas tua illa quocq; neptis egregia & sedula tuarū uiarū obseruatric: ecclesijs ac religiosis ægen<sup>9</sup> tib<sup>9</sup> toto orbe diffuderit: qđ pro christi seruitio: tuorū milia seruorū libertate donauerit: q̄s possessiōes non modo Romæ sed in Aqtania etiā & Gallijs Hispanijsq; uendidit: precio ī misericordiam uerso: & his tantū agris quos intra Campaniā: Sicilia atq; Aphricam possidebat: tam late se fortuna muliebris extēderat: nō ad aliud q̄ ad usum pauperum & iuge pietatis exercitium reseruat. Quia præterea ætate hæc ageret: cum uigesimo scilicet ætatis aīno: tuis accēsa monitis & exēplo sæculoq; renūciās: ipsū (ut ita dicā) p̄pareū uitæ florē & præclarū cōiugiū: & tātas diuitias ac delicias neglexisset. Quarū sanctas intētiōes adiuuatas cœlitus uel hinc patet: qđ illa iunior Melania: ita illud ingens precium e tantis possessiōnibus redactū thesaurūq; suū omnē oportuno tempe dispersit deditq; paupibus: ut si paulū distulisset: ad Alarici man<sup>9</sup> ilico Romā Italiāq; uastantis uenturū omnē fuerit: qđ illa tunc in meliores usus magnis opū pōderib<sup>9</sup> expedita cōuerterat: quasi teipsam suasq; res præreptas lupi faucib<sup>9</sup>: christo libens sub multiplici fœnore largiret: Tu autē foelix anus omnib<sup>9</sup> tandē quæ iter ad cœlum pandūt: non fœminea leuitate transactis & q̄si iam temporis tui cursu ac laborū agone plausibilē cōsumato: nil in terris agendū supesset: ante duos menses ex quo Hierosolymā redieras: relicto ibi monasterio: sinē rerū transeūtiū & beatum uitæ laudabilis exitū inuenisti: Eūq; tibi honorē Christus exhibuit: ut ppter foeminā unam tot uirosq; ac foeminarū milib<sup>9</sup> pepcisse: & decretū seu pmissum supplicium distulisse uideret. Siquidē mox ut patria & rebus humanis excesseras: urbē Romā irruptio illa barbarica & horrēda uastatio consecuta est. O ingens & pio mulier insignis exilio: & nescio quidē an tali uita an morte foelior: Multo certe clarior iaces solitario ī puluere: q̄ si Romæ carēs his meritis: inanib<sup>9</sup> titulis: in sculpto sepulchro marmoreo iacuisses: multoq; ibi gloriosius ædes christi tuis manib<sup>9</sup> fundata conspiciē paupibus seruitura: q̄ Romæ palatium auitū: aut barbaricis flāmis arsurū: aut senio ruiturū. Sed diu fateor me tuæ uirtutis admiratio in hoc sermone detinuit. Et iam satis multa de foeminis deq; trāsmarinis reb<sup>9</sup>: ad uiros & ad patriam redeat stilus.

¶ De sancto Gregorio papa magno solitudinis amatore: Ca. VIII.

Q Vid ergo Gregorius hic noster Romanæ sedis magnus antistes: Nōne magnificas ac frequētes domos in solitaria templa cōuertit: antiquasq; possessiones sibi præripiens: christo dedit: Ita sibi q̄tū licuit in maxima plenissimaq; omniū urbe solitudinē fecit: ut ubi auos attauosq; suos creber obsequētis populi concursus ornauerat: illic ipse suo domino solus obsequeretur: & si famā illum splendor eductum latebrat magno curarum in pelago supremaq; tandem dignitatis arce locauerit: Quem suum ascensum: cum sæpe alibi: tum super Ezechielem scribens: mœsta commemoratiōe conqueritur. Et quidem inquit in monasterio positus ualebam: & ab ociosis linguam restringere: & ī intentione orationis pene continue mentem tenere: At postq; cordis humerum sarcinā pontificali

**B** supposui: colligere se ad semetipsum assidue non potest animus: qui ad multa spargitur. Alia ibi deinceps contra se presentem tunc statum suum loquitur. Sed multo plura in proemio dialogi: quem librum icipitur: secretum locum amicum morori se petijisse testatur: ubi uel modicum a rerum secularium tempestate quiesceret. Illic ergo dilectissimo filio & familiarissimo amico respondens: Infelix inquit animus meus: occupatiois suae pulsatus uulnere meminit qualis aliquando in monasterio fuit: quod ei labentia cuncta subtererant: quibus rebus oibus quae uoluerunt eminebat: quae nulla nisi coelestia cogitare consueuerat: quae etiam retentum corpe: ipsa iam carnis claustra contemplatione transibat: quae mortem quoque quae pene cunctis poena est: uidelicet ut ingressum uitae & laboris sui premium amabat. Quibus commemoratis: ad contraria tristior se conuertens: At nunc inquit ex occasione curae pastoralis secularium hominum negotia patitur: & post tam pulchram quietis suae speciem: terreni actus puluere foedat. Quae sequitur: at texere longum est: & mimes necessarium: Finis est: ut & se recordatione uitae praeteritae torqueri acriter: & in compatione quiete uiuentium miserum fateatur: quorum plurimos in hac de qua loquimur uita secretiore placuisse diffinit. Nec minus & illa supra uacuam sequi: quae in eo libro scripsit: ubi Iob afflictum afflictum exposuit: Propterea quae & uterque puulgat est liber: & haec in utriusque uestibus lo scripta sunt: mitto alia prope flebiliora: ubi ob hunc ipsum suum ascensum & incessantem se ait flere: & amicos orat ut si eum diligant secum fleant: ac pro se deum rogent: ut intelligas suum illum intellexisse periculum: qui quasi genus mortis existimans solitariae uiuere desijisse: amicorum auxilium in eo statu tam suppliciter imploraret. In epistola autem ad Narsetem Paritium de hoc ipso loquens: tanto se morore percussum dicit: ut uix loqui sufficeret. Ex quibus apparet: & pontificatum molesta illi sarcina: sicut est omnibus profecto qui illas iam imaculatam custodiunt: & solitariae uitae dulcem fuisse memoriam: nisi collatione disparium mutati status amaritudinem acerbasset.

De sancto Benedicto singulari ac deuotissimo solitudinis habitatore: Ca. IX.

**A** **S**ed ubi iam dux occidentalium monachorum Benedictus remanet: At quis eum christi fidelium non nouit: quis sanctum iuuenile consilium non audiuit: Qui quis a prima aetate uirtutum hospes: uoluptatum hostis: arduam caeli uiam esset ingressus: ut conpendiosum tamen ac tutum pergeret Romam Nursiamque dimisit: quorum in altera educatus: ortus ex altera: utriusque amoris usum ac naturam contraxerat. Viciniam carnalium affectuum animae cura: petijtque foelix puer non modo solitudinem: sed desertum & illud imane: sed deuotum specus: quod cum uiderunt: uidisse quodammodo paradisi limen credunt: Vbi qualiter uixerit sciens fileo: qui & cuncta nobilium scriptorum fides lateque loquax fama uulgauerit: & iacta illic ingentia praeclearissima religionis fundamenta testentur. Id nunc mihi suffecerit: & solitudines nostras honestasse commemoratione tanti incolae: & propositum meum praesens tali teste firmasse. Longum est enumerare: qui deinceps uiri: & quales huius uestigia secuti: & uel claritate ducis & exempli stimulis: uel inclinatione naturae: uel diuinis oraculis admoniti: Religionum uenerabilium fundatores: uarias solitudines petiere. **B** Indicio nunc etiam sunt sacra coenobia & inter spelaeum syluestria deuotissime domus christi: Cistercium: Maiella: Cartusia: Vallis umbrosa: Camaldulum: innumerabilesque aliae. Quarum religionum riuus: & si coelesti deuotionis augmento postmodum longe lateque diffusi sint: & plana conpleuerint: si tamen ut magnorum fluminum fontes: sic harum quarum origines: ex asperrimis montibus emanasse comperies. Clarum quidem ex oibus & famosum. Benedicti nomen: Cuius historiam uitaeque modum quisquis nosse cupit: non scrutari abdita iubeo: Gregoriani dialogi cuius supra mentio est habita: secundum librum plegat: qui ex illius actibus est totus: & ubi rerum claritas stilo etiam illustratur.

De Solitudine sancti Florentij:

Ca. X.

**A** **I**n oculis serie rerum ductus: intra libri tertij methas excesserit: uidebit illa solitudinis Italiae congesta miracula. Occurret ei Florentius: qui in monasterio solus agens: dum a deo cui cum iugis oratio & multa simplicitas familiarissimum fecerat: aliquod solitariae uitae solacium postulasset: pro tempore eidem ursus astitit: quo deinde feritate deposita ceu pastorem aliquid paucarum ad custodiam pecudum usus est: de quo eiusdem ultione: quem quorundam fratrum liuor occiderat imprecatio irati: dicto citius ad caelum uenit: ut illis mox horrendo supplicio affectis: obstupuerit: seque perpetuo fontem uocans: & tam celeriter exauditu gemens: oia reliqua uita sine lametis & dolore non fuerit. Rogo quare legiones aut quae reges ad hanc potentiam laborando perueniunt: ad quam solitaria humilitas quiescedo: Occurret inde Martinus ille Marsici montis accola: cui de rupe solida fluens pennina aqua tenuis stilla: durae rupis stillantis olim in deserto prodigiū renouauit: Quicquid cum serpente terrifico: sub cuius specie uetus serpens terribilior la-

tebat: uno eodemq; specu continue sine offensa toto trienio uersat<sup>9</sup>: Illo demū mira patientia pcul pulso ipse uictor solus sustitit. Occurret alter sine noīe: sed cuius nomē in cōlo est: Argentarij montis inhabitator: qui cum defuncti faciē puluere fricuisset: incredibile ac stupendū: nisi quia credētī nihil impossibile ē: exangue cadauer & mox futur<sup>9</sup> puluere puluere suscitauit. Occurret solitari<sup>9</sup> Menas: tāta uir innocētiae tantaq; fiducia: ut non solum baros tunc uicina uexantes reuerētia sui noīs fama q; compesceret: sed maximos atq; imanes urfos e sylua ppxima sancti uiri aluearibus insultantes: ferula quam de more gestabat quasi domesticos catulos castigaret trepidatē q; depelleret.

## De Solitudine sancti Francisci:

## Ca. XI.

**O** Perosū fateor cuncta cōplecti: nec ea mihi nūc cura ē: necq; enī scriptur<sup>9</sup> historiā: ad calamū ueni: sed undiq; decerpitur<sup>9</sup> illustria: nec ea quidē oīa: sed quā cōcepti operis seruato calle prāteritēs possem: an uero uel horū aliquem ī patria sua uel Benedictū Nursiā unq; ad id glīa uētū: uel Franciscū seu uolucrū audiētīā: seu seraphicū raptā mēris ardorem: stupendū q; illud insigne sacroꝝ christi stigmatū & uulnus animi membra testātia tantū q; tā breui de paupertatis coniugio genitā sobolis incrementū habuī: credim<sup>9</sup> si mansisset Assisij. Qui licet: ut aiunt: diuinitate cōsulta & reuelatiōe coelitus accepta: p salute multoꝝ inter uitā hominū bella: periculosas non tam sibi q; militib<sup>9</sup> suis excubias elegeret: ipse tamen magnus amator solitudinis heremiq; seētator fuit.

## De triplici solitudine: Capitulū incidens: Et de solitudine Blasij &amp; alioꝝ: XII.

**T** Riplex nēpe si rite complector solitudo est: Loci scilicet de qua maxime mihi nunc sermo susceptus est. Tempis: qualis est noctiū qn etiam ī rostris solitudo silentiū q; est. Animi: qualis est eoꝝ q in pfundissimā cōtēplatiōis abstracti luce media & frequeti foro quid illic gerat nesciūt: qui qtiēs & ubicūq; uoluerint soli sunt. Has quidē simul omēs solitudinū species: nulli q; Francisco magis frequētaras uideo. Lustrabat heremos: ī templis saepe semiritis pnoctabat. Saepe p diem inter turbas a prāsentiū rez sensu rapiebat: Et pulso huc illuc corpusculo collisione hominū: coelestib<sup>9</sup> mens affixa erat. Hinc illa securitas in q; talibet hominū frequētia: quā sibi seruētissim<sup>9</sup> christi amoris: & caro mix: in modum spiritui subiecta prāstabat: unde arbitrator effectū: ut sibi & suis stationē in populis acceptaret: ratus facile futurū oib<sup>9</sup> qd possibile sibi esset: quia enim anima illa sese deiciēdo sublimis & illimis: ac defacata ab omī colluione terrestriū: nullis tumultib<sup>9</sup> a christo separari poterat: qd in se expiebat: id uel multo facilius in alijs prāsuebat: sic illum in iudicio ceteroꝝ ppria fallebat humilitas. Qd ut sic opiner: opinio illa me cogit quā de se uir sanctus habuit: peccatorē se maximū ex oibus: qd cuidā e fratribus pcontanti: quid de se ille sentiret: respondisse legit. Et q; uis hāc ita sint: saepe tamen audiui religione scientia q; prāditos successores suos si patris scita pmitterēt solitariā uitam eximjs prācordijs suspirātes. Ipse etiam ut dixi: q; tū solitudinē semp amauerit: testis est uita eius litteris edita: testis uita regula: quā sibi primū & posteris in monte dictauit: mox pditam: nō nisi in solitudine reformauit. Testis demū sua peculiaris habitatio. Nam ut Bñdicti: sic hui<sup>9</sup> quoq; locus ostenditur unus ex multis: q nō ali<sup>9</sup> fere uspiam remotior Aluerna loco nomē. Vtriq; igitur solitudo calcar incussit acutissimū & ad alta dispositos sollicitauit animos: Itaq; dū latitāt: mundiq; gloriā spernūt: toto illos orbe notissimos atq; clarissimos fecit. Inē eos sane q; nobilitauit herem<sup>9</sup> nec silendus est Blasius martyr quē spelūcis abditum: & uisitātū a feris & ab auib<sup>9</sup> pastum ferūt. Nec Leonardus & Liffardus fratres: ambo monachi: ambo solitarij. Nec Veridimi<sup>9</sup> heremita clarissim<sup>9</sup>: Nec comes ei<sup>9</sup> prātereūdu Egidij qui Athenis regio genere ort<sup>9</sup>: ut phibēt: & gen<sup>9</sup> & patriā: & opes & litteras grācas qb<sup>9</sup> abūde pollebat: galliā canē posthabuit paupertati: studio solitudinis uniuersa cōtemnēt: ubi & miraculis emicuit: & inē cetera blādiētis ceterū lacte nutrit<sup>9</sup>: alūnā suā uenatoroꝝ anib<sup>9</sup> inuolabilē prāstitit: Ita ut miraculo rei tact<sup>9</sup> galliā Rex ad spelūcā uiri sentib<sup>9</sup> obsitā penetraret: non sine multo militū labore: ferro aditū pādētū. Venerādā deniq; uisi senis effigie: & iuxta senē accubantis spectaculo permotus altricis: submotis omib<sup>9</sup> ad eum solo quodam cū prāsule Rex accessit: & talē uirū repperit: ut magnis ei munerib<sup>9</sup> oblati magnifice q; contēptis inq; usus alios uerti iussit: tandem & cōnobiū cōsilio eius extrueret illis in locis usq; nūc celebre: & deinceps ad eum uisitandū saepe submisso fastu regio uentret: quem sibi hominē non originis splendor ac paritas: sed solitariae uitae decor ac sanctitas peperere.

## De Solitudine sancti Remigij:

Ca. XIII.

A

**Q**uid Remigiū loquar? qui ad illā famæ claritatē quæ imaturo æui pontificale pondus imposuit: quæ amplius quæ septuaginta annos sūma uirtute & industria gessisse traditur: Quia francoꝝ & regem & gentem ad christi fidem primus iste conuertit: & calitus: ut aiunt: misso chrismate regem unxit: unde inungēdoꝝ illic regum nata solēntas in sæculū nostrū durat. Ad hæc inquā: & ad hanc altitudinē: unde oro: nisi ab ipsis humilibus uitæ solitaria rudimētis ascēderat: Quid Narcissum Hierosolymoꝝ episcopū uirū clarū atq; mirabilē: quē & psecutiōis indignitas: & secrete uitæ desideriu in solitudinem egeret: ubi multos ānos desertis in locis degens: nō modo psecutorū calūnias declinauit: sed ueri philosophi summū mun⁹ impleuit: Quid Guilhelmū deniq; uirum fortem: & uetustā p̄ sapia: qui ætatis florem ipsum cum terrenæ militiæ dedicasset: in deserto senescere maluit: & mori ultimis uitæ fructib⁹ cœlesti militiæ consecratis: Quid aliū eiusdē & p̄positi & stat⁹ & nominis Guilhelmū: sæculari primū fastu: post aut̄ monastica humilitate conspicuū: qui derelictō sp̄retoꝝ opulento oppido: solitudinē: paupertatē & silentiū exoptauit: Montis enī pessulani dñs cum esset: grandis syluæ monachus factus est: Inq; illo cœnobio tanq; portu iecit ancoram: uitæ tempestatibus ereptus uir magnificus in sæculo: ut uere de illo quidam scribit: sed magnificētior in sæculi fuga.

B

C

D

## De Solitudine beati Bernardi:

Ca. XIII.

A

**Q**uid Bernardū cuius & recentiora & notiora sunt oīa: qui & forma corporis clarus & genere: in ipso adolēctiæ flore: fructum animæ suæ cogitās: solitudinem adijit: sed nō solus: Siquidem qnq; germanos in eiusdē p̄positi uiam traxit: ubi illa relatu digna narrat: Nam & cum Gerardus unus fratru: sed armatæ studio militiæ: a frater nis consilijs abhorrens: meliorib⁹ cœptis & illuderet & obstaret: Ille cœlesti celo concitus prædixit fore: ut post non longū tempus prædurū illud & diuinis monitis in peruiū latus hostilis hasta p̄stringeret: admoto insup ad locum digito ubi uulnus instaret: hic hic inq; ferieris: & cum dolore saltem corporis subintrabit salus animæ. Quæ ut uaticinat⁹ est accidit: & intellectu malis exercito: militaris asperitas in monachalē māuetudinē flexa est: ut mox ultro quæ antea irridebat appeteret. Et fratru alter natu mim⁹: cum fratres oēs in solitudinem p̄gentes cerneret: forte tūc puerilib⁹ intētus ludis: eiq; primogenit⁹ ualefaciēs inf̄ blāditias diceret: Ad te Iunarde frater: Id enī erat puero nomē: totius terræ quæ omniū fuerat puentura possessio ē. Ille supra ætatē: Mime inquit: æqua diuisio: uos cœlum habebitis oēs ego terram: Quæ respōsum breui rebus ipsis impleuit: & ipse nouissim⁹ fratru iter gradiens & tellure dimissa per solitudinē cœlum petens: Ita nullus omniū penitus terris hæsit. Quorum p̄fectuū pia mater haud dubie particeps uideri debet: quæ ab infantia sic natos instituit: ut uictu tenuissimo cōtentos & solitaria religioꝝq; uitæ: quæ urbanis uoluptatib⁹ aptiores uirilī ætas excipet: His morib⁹: his domesticis institutis creuit simillima matri proles: uere nobilis ac sancta familia: & sœcūda uitis generosi palmite: etiam si alibi q̄ inter Alobroges germinassēt. Sane cū omēs feruidi p̄mptiq; omēs ad patriæ cœlestis ascēsum: unus tamen omniū dux Bernardus: qui nascēdi ordine tertius in renascēdi p̄posito prim⁹ fuit: ad postremū & annosum patrē & sororē unicam post se trahens. Huius ego facundia abstinentiæq; omīssis laudib⁹: qm̄ omibus notæ sunt: Illud egregiū ac præclarū dictum & his quæ inter manus habeo ualde consentaneū non silebo. Solebat enī dicere: oēs se quas sciret litteras: quarū nescio an alius sua ætate copiosior fuerit: in syluis & in agris didicisse: non hominū disciplinis: sed meditādo & orando: nec se ullos unq; magistros habuisse præter quercus & fagos. Quæ ideo libenter refero: quia si qd & mihi nosse datū esset: idem de me uere dicere uellē: & nisi fallor possem. Iure: ut arbitror: hūc locū occupauerit Arnulph⁹ territorij Metensis: heremicol⁹ nobilis atq; eiusdē urbis episcop⁹: Nec min⁹ Eucherius q̄ primū claritate sanguinis & senatorij ordinis dignitate cōspiciuus: multū postea religione ac solitudine clarior: spelūcæ horridæ p̄seuerantissim⁹ incola fuit in territorio Lugdunensi: Ad cuius urbis episcopatū & hic demū non suo ambitu neq; humano suffragio: sed cogentib⁹ meritis & angelica gloriose admodū reuelatiōe cōscēdit: Utq; ueracem sanctæ solitudinū terrā scias: h̄sdem in sinib⁹ & Romanus & Domitian⁹ primū solitarij heremita post abbatē celeberrimi claruere: atq; ut trāsmarinas solitudines transalpinis misceam: Vrsacius sæculari primū cognit⁹ militia: illa post reiecta: notior Christi miles apud Nichæā bithyniæ

B

C

Solitariam uitam: non sanctitate tantū: sed miraculis claram egit. Sed iam satis exteras solitudines circūiuiimus: ad Italicas redeundū est.

## De Solitudine Carlomani: Ca. XV.

**Q**uis non ei<sup>9</sup> quem magnū uocant Caroli patruū Carlomanū memores: qui cum Pipino fratre regni particeps: & regno simul & regijs curis cedens: Romā adijt occidendi pposito: atq; ibi monastico habitu assumpto: Siluestri latibulū Soractis montem petijt: ubi cum uotiuā requie bienniu exegisset: Tandem quia crebro & nimis honorifico pegrinorū suā patriā concursu: locus is ut qui Romam petentib<sup>9</sup> secus iter longeq; notus atq; conspectus est: minus indies solitarius uotoq; suo conueniēs uisus erat: ad secretiorem atq; semotiorē Benedīcti domū Cassinēse cōnobiū cōmigrauit: Ibiq; qd optabat & quæbat: fratre iterim ac nepote pro caduca sede laborātib<sup>9</sup>: & quietas latebras & tranquillū uitæ finem habuit.

## De Solitudine Romualdi: Ca. XVI.

**E**quitur hunc alius ætate posterior: merito autem prior Romuadus Rauēnatiū urbis nobilissim<sup>9</sup> incola: & illustri ducum stirpe progenit<sup>9</sup>. Hic ab adolescentia quibus opum & ætatis & generis insolentia tumidus & deuinctus illecebris: animo tamen assurgens: inter illi<sup>9</sup> temporis uoluptates: & iuuenilia studia: sanctam semper solitudinem suspirabat. Itaq; dum uenāti sæpe taciti nemorū recessus occurrerēt: cœlesti mox desiderio percussus hæbat: atq; ad se uersus aiebat: O quæ delectabilis: quæ tranquillū: & quæ deo seruire uolētib<sup>9</sup> oportun<sup>9</sup> locus: quæto melius hic amici dei quæ in urbib<sup>9</sup> habitaret. Itaq; generosæ indolis adolescens ad captādas feras profectus in syluam: captādarū christo negociū animarum: iam florenti necdum matura pietate cogitabat: neq; uero diu inefficax cogitat<sup>9</sup> esse potuit: ut quem spiritus sanctus aleret: assidue & augetet. In ipso igit ætatis flore: gloriam: uoluptates: opes: patrem: patriā: mūdum deniq; & seipsum talem fugiēs: ut se alium inueniret: totū ad heremiticā solitariāq; uitā studiū se cōuertit. Et prim<sup>9</sup> illi quidē e sæculo exiuiti: haud procul a patriā mœnibus ad Clāssense cōnobiū saltus fuit. Inde autem exacto ferme triēnio: fratrum uitij<sup>9</sup> offensus abcessit: & ad marinū quendam solitariū degentē in regione Venetorū: sanctum utiq; simplicemq; hominē quem per famam nouerat: deuotissima raptim humilitate perrexit: eūq; præceptorē ac magistrū fidelem potius quæ discretū patiētissime pertulit: eiusq; non solum uerba: sed uerbera tam æquanimis ac submissus excepit: ut eū ipsum meritum in stuporem cogeret: qui deinde secū magnis & honestis ex causis pro salute aīæ scilicet Petri Vrsoli Venetorū ducis: & ducatū & sæculū his comitib<sup>9</sup> relinquentis: transgressus in gallias: breuiq; post tempore in Romualdo spiritaliū uirtutum incrementa conspiciēs: discipuli tandem sui discipulus fieri non erubuit: & cui pauloante præceperat obedire. Inde autem multo cum dolore gentium illarū inter quas aliquotū tempus exegerat: usq; adeo: ut de eius etiam cede cogitarent: quatenus quem uiuentem tenere nō poterant: mortui saltem corp<sup>9</sup> thesauri in situ ingentis ad præsidium suā patriā retinerent: simulata dementia elapsus: & sic in Italiam non minus iustis reuersus ex causis: quæ abierat: sed aliq;ro etiam iustiorib<sup>9</sup>: ut uidelicet patrem suū Sergium iminenti animæ periculo: tempestiuus eriperet. Ipsum quidem qui in monasterio sancti Seueri prope Rauennam susceptus in monachū fuerat: religioso iugo colla subducere meditantē: ut nūciatū illi erat: & ad sæculum redire properantē repperit: cūq; nil uerbis ac precibus agerēt: non patrē cui subesset: sed monachum cui spiritali præfesset auctoritate considerans: salubribus uinculis pestiferū coercuit appetitum: pie seuerus in parentē: ut eum patris æterni seueritate liberaret successitq; foeliciter. Nam Sergius malis admonit<sup>9</sup>: ad cor redijt: & castigationē non ut filij: sed ut patris amplexus mira compūctiōe propositū immutauit: atq; ita in uirum alterum uersus est: ut mox & lachrymis peccata dilueret & beatifica uisione recreatus: amatū simul pondus corporis: & optatos mundi laqueos uotiuā morte desereret. Longum est deinceps laboriosam uiri militiam sub seruitio Iesu christi deuotosq; discursus: non italicos modo uel transalpinos: sed etiam transmarinos uerbis amplecti: qui tam crebri ac difficiles fuerūt: ut ab illo qui uitam eius descripsit: meruerint excusari: quia scilicet ad hūc uirū ne quicq; latitare cupientē: ubicunq; terrarū esset: innumerabilis deo seruire cupientū turba confluere: nō humiliū modo: sed illustriū: ut quotiens locum unū suis monitū Christo quæsitā familia impleffet: rectore illis imposito: necesse haberet: omnis expers desidia: & quietis inscius: in locum alterum cōmigrare: sanctissim<sup>9</sup> animarū pastor: nouum dño suo



fti negocij curas: Cōtra alij ex ipsa curarum area strepituq; negociorū: ad ociosi silentij pacem trahunt: Vtraq; uitæ huius cōmendatio: seu tanto illum officio dignū fecit: seu ipsa digna uisa est quæ tanto fastigio præferret. Alij rem permiscent: Nam cum exacti<sup>9</sup> uerū quærēs: usq; ad cōnobiū ubi is floruit misissem q; mihi cōperta oīa reportaret: religiosorū loci illius assertione didici: fuisse eū primo qdē solitariū: inde altius euectū: demū ultro ad solitudinē rediisse. Qd si ita est: & indicium eius extremū patet: & in unū exemplum solitudinis geminū decus coit: quæ tales uiros sæculo cōmodat eosdemq; sic recipit: Ita uero esse ut credam: epistola quædam eius hortantur: quas nūc maxime his auditis ad memoriā reuoco: diuersis ille quidem temporib<sup>9</sup> & alio atq; alio uitæ statu æditæ: quarum in alijs ut mihi uideat occupat<sup>9</sup> amissi ocij requiē suspirat: i alijs ociosus transacti negocij i quietudinē recordatur. Huius mihi nūc certior memoria ē. Cæteris igitur quæ extra ppositū sūt omisissis: utiq; in quā Petrus hic: q̄tum ex nouissimis eius scriptis elicio: Romanū cardinem non sine laude possederat: uir haud dignitate clarior q̄ lingua: Quid tamē & hic consilij cōperit iam audies: Si quidem statum illum pompasq; sæculi contribulib<sup>9</sup> suis linquēs: ipse Italiae medio ad sinistrū Apœnini latus: quietissimā solitudinē: de qua multa cōscripsit: & quæ uetus adhuc fontis auellanæ nomen seruat: perituris honoribus præferendā dūxit: ubi non minus gloriose postmodum latuit: q̄ innotuerat primum Romæ: nec dedecori illi fuit alti uerticis rutilum decus: squalenti cilicio permutasse.

De Solitudine Cælestini papæ q; Petrus ante papatū dictus fuit: Ca. XVIII.

**H**uius Petri clarissimū faceret raritas ipsa contemptum: nisi eum Petri alterius Romani pontificis: quem Cælestinū dixerunt: recentior contemptus & clarior obscurasset: qui pontificatu maximo uelut mortifero fasce deposito: in antiquā solitudinem tam cupide repedaui: ut hostili compede liberatū crederes. Qd factum solitarij sanctiq; patris uilitati animi quisquis uolet attribuat: Licet enim in eadem re pro uarietate ingeniorū: non diuersa tantū: sed aduersa sentire: Ego imprimis & sibi utile arbitror & mundo: utriq; enim propter inexpientiā rerum humanarū: quas multa diuinarū contemplatione neglexerat: longumq; solitudinis amorem: periculosa esse: anceps & turbida poterat altitudo. Nam quid christo uisum sit miraculū: qd per eum deus ostēdit die qui post renūciationem primus illuxit indicio ē: qd profectio non fieret: si qd gestū erat diuinitas non probaret. Ego prorsus altissimi cuiusdam & liberrimi & iugum nesciētis ueræq; cœlestis animi factum reor: atq; ita sentio non potuisse id ab homine fieri: nisi qui res humanas iusto precio æstimasset: quiq; tumidum fortunæ caput pedib<sup>9</sup> subiecisset. Ambrosij patrocinio loci eger: ex eo præsertim libro: quo ad ueræ humilitatis obseruantia sacram uirginem Demetriadem cohortat: Non ut dilectores inquit huius sæculi putant parui cordis aut segnīs ē animi: terrenas opes spernere: honores occiduos fastidire: nec ibi gloriam quærere ubi laudatur peccator in desiderijs animæ suæ: & qui iniqua gerit benediciē. Vnde si uere intelligatur contemptus iste rerum præsentium: ad quæ tendat: & qualia concupiscat: nihil hmoi mētibus rectius: nihil inueniet erecti<sup>9</sup>: quæ sacratissimis desiderijs uniuersa transcendūt: neq; ad ullam creaturam: q̄uis potentem atq; mirabilem: sed ad ipsum omnium uisibiliū atq; inuisibiliū ambiunt creatorem: cui appropinq̄re clarescere est: quē timere gaudere est: cui seruire regnare est. Huius præconio laudis quis usquā quæso: seu qs unquā dignior Cælestino: Reliquerunt alij nauiculas suas ac retia: alij possessiūculas: alij telonæū: alij etiā regna uel regnorum spem: secutiq; Christum dominū: facti sunt apostoli: facti sunt sancti & amici dei: Papatū uero quo nihil est altius: rem tam exoptatam tamq; mirabilem: ut ab admiratione ac stupore dictum ferant: Quis ulla ætate: præsertim ex quo tanto in precio esse cœpit: tam mirabili & excelsio animo contempsit: q̄ Cælestinus iste: pristinū & nomen & locum & amicam bonis moribus hægestatem appetens: atq; dum cœlum suspicit: terræ imemor: Quem in statu quolibet æque deo placitum: quis non uidet qui mira eius opera: sed alio digna stilo: trifariam distincta perlegerit: quæ gessit: aut anteq; ascenderet: aut postq; descendit: aut dum sedit: Quid miri autem: si uirtus operum non defuit: cuius & animi tenor unuf: & qua licuit uitæ mutatio nulla fuit: Si quidē in supremo rerum culmine: & intra augustissimū ac papalē thalamū: angustam sibi heremiticāq; cauernulam meditatus: In alto humilis: inter turbas solitarius: inter diuitias pauper uixit. Adde qd & statim ab initio temptauit fugam cum discipulo quodam suo Roberto Salentino tunc iuuenē: sed inopina & subita populi multitudine circūuentus: cum euadendi nulla spes esset: in discipulum uer-

sus quaesivit: an se ad excelsa tractum & coactum sequi uellet: Ille autē qui a magistro didicisset mundū spernere: Christum uero & quibus ad Christum itur uirtutem: pacem: silētiū & solitudinē amare: quāso ait: ut & labori & periculo meo p̄cas: meq; potius cellā in op̄is & tuti oc̄j successorem: q̄ diuitis ac sollicitā gloriā participem uelis: quod & factū est. Substitit enim patre Romam abeunte: cuius non multo post animam e carcere gemino ad sydereas scandentem sedes conspexisse dicitur: ignarus rerum & miraculo stupens atq; interrogās: an se tūc etiā sequi: an qd aliud agere iuberet. Quem ille ut in solitudine perstaret admonuit: & sic cœlum petens inter uerba disparuit. Discipulus autem ille consilij memor: usq; ad tempora nostra perueniēs: & dierum plenus ante hos paucos annos: post magistrū abiit: magna quidem apud suos sanctitatis opinione & mirabiliū fama operum relicta. Sed ad Cælestinū redeo: cuius ascensus q̄ mœstus: q̄q̄ contra animū suū esset: descensus latus & spontaneus declarauit: Audiui narrantes qui uiderunt tanto illum fugisse cum gaudio: ea q; signa læticiā spiritalis oculis ac fronte gestantē: dum a conspectu concilij: iam tandem sibi redditus ac liber abscederet: quasi non humerū blando oneri: sed collū diris securibus subduxisset: utq; ei⁹ in uultu nescio quid angelicum reluceret. Nec imerito: Norat enī qd repeteret: nec qd dimitteret ignorabat. Certe a laborib⁹ ad requiē: ab insanis disceptationib⁹ ad diuina colloquia remeabat: Linquebat urbē: ibat aīo: & nisi successoris factus obfaret: pedibus ibat in montem hispidū fateor ac prærūptū: sed unde sibi planum iter esset ad supos: Cum quo utinā uiuissim⁹. Quod iccirco præcipue de hoc uno in tot solitarios optauerim: q̄a nusq; rei optatæ p̄pinq̄ uotū erat. Neq; enī magno disingimur in uallo: modicūq; uel cūctādū illis: uel nobis accelerandū fuit: ut iter hoc uitæ pariē agerem⁹: qd ille cum patrib⁹ nostris egit. Et q̄ breui spacio tempis: per omnē Italiā tractū usq; ad Alpes quot ab eodē instituti ordinis conuentus sacri: iamq; ut audio Alpes ipsas deuotio p̄pagata transcendit: durat religiosa successio: durabitq; & quos in solitudine genuit uiuūt nati cum in palacio geniti quosq; uel ad ecclesiā cardinem uel ad alios gradus extulit iam pridem omnes obierunt: tanto stabiliora sunt sacre solitudinis fundamenta q̄ sæculi. Irrideāt licet igitur qui uiderūt: quib⁹ præ fulgore auri & purpuræ squalidus opum spretor & paup̄tas sancta sordebat: Nos hominē hūc miremur: interq; rarissimos numeramus: damnūq; uocemus non uidisse: cui⁹ uisio lucrū ingens: exemplūq; clarissimū præstare poterat: altioris uitæ confragosa temptantibus. Cæterū præsens fama consecratūq; uiri nomen: & laudatorib⁹ suis fauent & arguūt insultantes. Gratias autem deo: tam magnanimis facti sum⁹: ut hos duos petros amulis carituros: & pusillanimitatē huiusmodi sine exemplo nostri temporis futurā speremus.

Tractatus quartus digressiuus querulans & deflens amissionē terræ sanctæ: negligentiamq; torporem & ignauiam principum atq; pontificum nostrorum.  
De Petro heremita præcipuo solitudinis cultore: occasione cuius cōmemorata querelæ introducuntur:

## Ca. I.

**A** Ed ecce qd non putabā: rursus uocor in Gallias: dumq; inter solitarios claros uiros trāseo: tertiu quendam Petrū se præteriri non debere: uelut a tergo uociferantē eminus audire mihi uideor cogorq; subsistere. Is est Petrus heremita: qui olim in territorio Ambianēsi solitariā uitam duxit: qualē sane non latuit: dum enī indignari & irasci iam Christus incipet: hæreditatē propriam tamdiu suis & nostris ab hostib⁹ conculcari: nō ulli regum christianorū: pingues somnos in plumis purpuraq; captatiū: non Romano pontifici Urbano: graui licet ornatōq; uiro occupato tamē: sed Petro inopi ociofo solitario & humiliore grabatulo quiescētī: quid fieri uellet aperuit. Primo quidē inspirās: ut trāsmarinæ pegrinationi se festin⁹ accingeret præfenti miseriarū spectaculo pio p̄mptior negotio futur⁹: deinde dū quo iussus fuerat peruenisset: & Symeonis qui tūc patriarcha Hierosolymitan⁹ erat: cæterorūq; fidelīū miserādo seruitio: ac sacrorū tristi ludibrio locoq; cōcussus ac gemens: & oīones uigiliasq; nocturnas agens: tandem supra nudū ecclesiæ pauimentū somno succubuisse: consopito iterū Christ⁹ apparuit: iubens ut ad uindicatā sui nois pastores ac principes catholicos excitaret. Tantam uero legationē tanq; supra uires suas: q̄ deuote susceperit: q̄ impigre: q̄q; fideliter executus sit: Christōq; p̄ijs conatib⁹ aspirante q̄ uotiuue successerit: non est huius tempis exponere: præsertim cum & stilo tolerabili & sermone uulgari duob⁹ non paruis uoluminib⁹ ea

B

res in populis etiam nota sit. Et si de hoc quoque scribentium uarie affectos animos uideam: sed sequor in dubijs quibus potius credendum censeo: & quos res non hominum studio agi reor. Atque utinam qualis exitus: talis euentus: & ut foelix Christi ultio sic perpetua fuisset: neque peccatis hominum e tanto uictoriae successu ad antiquas miseras reditum esset: eo foedius: quo iterum amississe quod nostrum erat: quod non recuperasse deformius nobis hostibusque formosum: & nobis spei minoris illisque maioris aduersum nos uel custodiae ipostere uel crudelitatis occasio est. Nunc uero quod deseam: aut quid querar praesepere: caluariam: busti saxum: oliueti montem: uallibus iudicij: & reliqua dilecta singulariter christi loca: ubi homo factus est & in lucem aditus: ubi natus uagij: ubi infans reptauit: ubi puer lusit: ubi uir docuit: ubi uiuificum nobis spiritum exhalauit: ubi exanimis iacuit surrexitque: unde ad inferos descendit: unde condescendit ad superos: ubi postremo uiuos ac mortuos irretactabili sententia iudicabit: Terram maioribus nostris promissam: nobis ereptam: nobis debitam si uiri essemus: spei nostra sedem: arram patriae aeternae nunc aegyptiacus canis tenet. Heu quid praeter gemitum & querelas relictum est misero: quando & nostri reges nil nisi delicias: & nostri pontifices nil nisi diuitias amant: Populi uero uel serui flent: uel insaniunt liberi: & omnes quae sua sunt quaerunt: quae Christi autem nullus: cuius peculiare patrimonium nobis spectantibus ocio seque sedentibus laceratur. Quid loquor: aut quid omnium occupatissimos ociosos uoco: Immo uero dum fremimur & meditamur inania: dum coeno uoluimur ac libidinibus exercemur & nitimur profugas retinere: dum numeros pauperum numeramus atque abdimus: dum superuacuas & ineptas turres in nouissima Babylone construimus ut caelotenus scandat ruitura superbia: humillimam Christi sedem non est qui tueatur aut uindictet. Denique dum fratribus nostris insidiamur: impijs hostibus incustoditum & in me latus obtulimus adiutumque praebuimus in thalamum regis nostri: crimen ingens & nostrarum frontium pudor aeternus: quibus Christi uexillum impudenter affigimus: ut tam magnifice Christi iniurias ulciscamur: quas ipse nutu quidem posset ulcisci: & fortassis ulciscit secretiore iusticia: ex alto tamen in terra prospiciens fidem nostram.

De reprehensione regum & principum nostrorum: qui somno: uoluptatibus: turpibus lucris: subditorum spoliationibus ac ceteris uitijs incumbunt: & nullus eorum terrae sanctae dispendio mouetur: Ca. II.

**N**os autem uel torpemus uel ardemus aiorum actibus: ecce nunc ut inexplata cupidine & flamma te odio: de prophana seu barbaricae telluris angustijs altercant reges & principes terrae: & esto conueniant in unum: quid inde publicum bonum speres: Nunquam Herodes & Pilatus: nisi aduersus dominum & aduersus Christum eius atque illius iussu conuenient: Quiescent forte somnoque & uoluptatibus incumbunt: turpia luca captabunt: & subiectos quos armati spoliant: togati spoliabunt: dumque necessitas belli est licentia pacis erit. Coniugem ac sobolem omnes diligunt: deum nullus ac proximum: par corporum cura erit & incuriositas animarum. Aurum: gemmas preciosamque suppellectilem aggregabunt: uirtutum ornamenta despiciunt: amabunt proprios agellos: pro his pugnare & digladiari & perire non metuent: nemo erit qui terrae sanctae uniuersali dispendio moueat: Cur quae so nisi quia uerissimum est quod dixi: haec singulorum uidentur esse: illa autem Christi. Ita creatoris ac liberatoris nostri gloriam spernentes: nostram querimus. Nec credit in mentem: his olim moribus caelo cecidisse Luciferum: quibus nos caelum hodie speramus ascendere. Quod si ad credendum uerbis es tardior: utique rebus credes: quae mentiri ut dicitur non solent: Circumspice oro & percurrere prouintias: & quare quid agatur apud nos: Gallus & Britannus litigant. Quinque iam lustra uoluuntur: ex quo non Christus & Maria: sed Mars & Bellona in illos reges regnant: Cunctique iam ferrum utrinque lentescat: nihil ferrei animi molliunt: necdum imber sanguineus tantas iras lenit ardores. Itaque tametsi quod inopinabile apud nos: apud uos ac proauos iauditum erat: hunc modo longe nostrorum regum maximum multo impar hostis in uincula traxerit: nec fortuna amplius tanti regni pondus ferri potuerit: Nullus tamen ideo rerum finis primogenito capti regis arma retentante. Vnde ut uides nunc maxime bellum tonat: nunc ex integro regis coeunt exercitus: & Christo refundendus sanguis inuidiae consecratur. Hispanus ille maior haeres: & per ignauiam sinit intra suos fines fratres pro pudor angustio in scopulo maiestatem Christi nefarie blasphemari. Hic uero qui littora nostri maris incolit: nil praeter aurum Venetorum: at sanguinem Ianuensium sitit & cogitat. Auariciae imperio illorum

satelles: horum hostis. Ab illis auro uinctus: ab his ferro uictus. Ille autem extremus regū sonoris ac refluus Oceani fluctibus obsorduit: ut de tam longinquo suspiria nostra non audiat: & in occidente ultimo sepultus: quid agat oriens non curat.

**De Romanorū Cæsaris & pontificis accusatione: germanos & græcos**

**Adijciendo: Ca. III.**

A

**C**æsar hic noster: raptō diademate: in Germaniam abiit: patrijs latebris & nomine contentus imperij: cuius extrema membra complecti: caput spernēs: quem recuperaturū perdita sperabamus: suum seruare non audet: nulloq; fugiens persequēte: spōsa sacros amplexus & pulchræ faciē horret Italia: tanq̄ sub cœlo aliquid sit pulchrius. Arripuit eum: fateor: illa callēs & temeraria fides mea: quæ summa etiam perflare non metuit: Excusat se & ecclesiæ iurasse: se iurat ne ampli⁹ q̄ unū diem Romæ ageret: O infamē diem: O pudendū fœdus: O superi: En iusiurandū. En religio: En pietas: Romanus pontifex ita Romam suam deseruit: ut eam nolit ab alio frequentari: & de hoc cum Romano impatore pacifici. Quid hic loquar: nescio: & si scirē: tacere consiliū ē: Vnū est qđ me tacito res loq̄tur: Quoniā q̄ habitatorē urbi eripit: aratorem si posset induceret: qđ q̄ iuste uelit uiderit. Germania nil aliud studet q̄ stipendiarios latrones in reipublicæ exitium armare: & e suis nubibus in n̄ras terras iugē ferreū imbrē pluit: dignū non inficior: quia uolentib⁹ accidit. Italia suis ipsa se iurib⁹ cōficit: & si qñ respirat: auri amor: Christi amore potentior animos occupat: & per omnes terras ac maria distrahit. Græcia uel suis erroribus uel nostris auersa superbij: ouile pristinū & pascua nostra contemnit.

B

**Qualiter fides catholica fuerit olim quasi per uniuersum mūdum dilatata: sed nunc negligentia superiorū multum minorata: Ca. III.**

A

**I**am de regibus alijs ac terrarū dñis: deq; pontificib⁹ nostris loqui: supuacuis labor: uulgata sunt omnia. Et hic quidem Europæ stat⁹: piget hinc longius p̄ficisci: Sed attingēda sūt uulnera: quæ q̄ q̄ p̄cula a capite & uitalib⁹ mēbris: situ tñ & longa segnicie putruerūt. Augustin⁹ qđem oriūdus ex Africā: in cōfessionib⁹ suis: Homeri librum sibi difficilē dicit: qđ externis Virgilij facili⁹: qđ suis hoc est latinis litteris script⁹ est: Atqui nūc Africā metire: & a Nili alueo: ad Atlanticū oceanū: uolucris meditatione pambula: Puto nullū ibi reperies: qui litteras nostras norit aut diligit: nisi peregrinus forte uel mercator uel captiuus sit. Hieronym⁹ ad Euandrū scribens: post Gallias atq; Britānias p̄uincias nostri orbis Africā & Persidem & orientem & Indiā: omnēq; barbariē unū Christum adorare cōfirmat: unam seruare regulā ueritatis: Id q̄ uerum hodie sit: ne dici qđem expedit. Sed ut recent⁹ testimoniū nostri dedecoris attingā: Nōne Gregor⁹ quodam loco gratulā & exultat: qđ sua ætate Asia tota iam crederet: Nūc heu ut a læua Tanais usq; ad dexterā Nili ripam: per Eoi littoris amplissimos flexus ambiendo puenias: & quicqd illos longe distantes mūdi terminos nostriq; maris æquor interiacet: siue terrarū siue hominū exortias: q̄uis adhuc forte ibi aliqs sit qui Christi nomē in ore habeat: qui tamē ueram Christi fidē habeat ī corde: nisi ex eodē genere q̄ pegrinatiōe: merce uel carcere teneant: nullus ut arbitror est ibi. Sed ut notissimæ ueritati quartus nūc etiam testis accedat: Certe in hanc ueram Christi religionē suis tempibus concordasse oēs ecclesias: non solum in Hispania & Britannia: ut incipiam⁹ ab ultimis: necnon Gallijs: Italia: Sardinia: Cypro: Creta & Dalmacijs cōstitutis: sed in Cappadocia etiā & Mysia & Macedonia: & uniuersa simul Hællia: Insup & uniuersa Africā: Pamphylia: Lycia: Isauria: & in omni Aegypto: & Libya & Ponto: totoq; oriente: præter paucos Arrij sectatores ad Iouinianū Augustū missa: fidelis Athanasij testatur epistola: non famam sequētis: sed comperta referētis: & ut ipse ait: experimento sententiā omnīū cognoscētis: & litterarū pignus hominūq; noticiam habentis. Sin forte plurib⁹ testib⁹ res eget: Ambrosij secūdo Vocationis omniū gentiū libro: & post eū Augustin⁹ ipse ī psalmo qnto & nonagesimo: Christianæ fidei latiores q̄ Romani imperij fines ponūt: nec puenire potuisse iugum populi ferro regnantis: quo regnātis a ligno puenerit fides Christi. Id si de uero impio loq; eos cōstat: non de isto qđ iam nō impiū: sed imago quædā & impij umbra est: utinā nostris quoq; tempib⁹ uez; esset: Profecto non tota insaniret Africā: nō Persis: nō Syria: nō Aegypt⁹: nō Asia fere oīs: non deniq; qđ est grau⁹ maxima pars Europæ. Romano enī imperio illi antiq; ut præclari testant auctores: nihil omniū defuit nisi modicū oriētis: Nobis heu p̄pe oīa defunt: nisi modicum occidētis.

B

C

Quib<sup>9</sup> cum p se singulis: tum simul oib<sup>9</sup> in hac ipsa querimonia: q̄ta in sit auctoritas ac fi-  
des: neminē tam infidelē tanq̄ hebetē puto esse q̄ nō sentiat. Quicqd tñ hi oēs dicūt: & pluf  
aliquid paucissimis uerbis amplectitur Augustinus libro Veræ religionis: haud procul a  
principio: Per oēs inqt terrarū partes q̄s hoies incolūt: sacra christiana tradūt. Dicitū breue:  
sed flebile nobis: & q̄ facile damni toti<sup>9</sup> cumulū metiare: Q̄q̄ qd testimonijs singulorū ni-  
tor: ecclesiasticæ relegāt historia: q̄t ibi ante ānos mille catholicorū noīa præfulū: a septen-  
trione ultimo uel oriēte uel austro: ad roborandū uulgandūq̄ sacrū Christi dogma coeun-  
tium occurrent: ubi hodie non dicam nullus episcopus: sed ne christian<sup>9</sup> quidem uir inha-  
bitat. Et ut leuiora præteream silēq̄ alias: quib<sup>9</sup> idē principiū par exitus ipsa uenerabilis  
urbs Nicea: ubi apostolicū fidei fundamentū ab illis ueri opificib<sup>9</sup> tot tam sacris senib<sup>9</sup> tan-  
ta rationū calce compactū atq̄ uallatū est: simul & tota Bithynia: cuius illa pars est: ab ho-  
stib<sup>9</sup> fidei possidentē. Ita regimur: ea nostris principibus reipublicæ cura est: sic aliena concu-  
piscimus: ut nostra perdamus. Sed in alijs quidem facile meipsum silentio aut obliuione  
consoler: tibi qd dicam p̄dita ac deserta hierusalem: hoc uulnus assidue recens in oculis &  
in fronte gestam<sup>9</sup>: hoc tegi dissimulariq̄ nullaten<sup>9</sup> potest: aliquantoq̄ facilius damni sar-  
cinam ferimus q̄ pudoris. Cæterū hæc salutis spes: hoc studiū gloria: sic calcant sacra: mē-  
brisq̄ languētib<sup>9</sup> nostrū caput impune nūc ab Aegyptiaco cane discerpiē: & insultāt pedes  
impj̄ sanctuario Iesu Christi: eodē ipso propt̄ nostrū dedecus: uel suas iniurias patiēte: uel  
ut dicitū est forsan occultū uindicāte. Et est in tot tam publicis malis quisq̄ q̄ uetēz Roma-  
norū gloria detrahere: talibusq̄ mēdacijs suū os inqnare audeat. O nos p̄fuis indignos  
quibus tanto cæli fauore tam nullis oīno meritis sit cōsultum: O uere gratuita dei dona:  
Dic enim qñ & æstu doloris & feruore animi rapior: & audax dolor: & indignatio loquax  
est: & opima materia querulæ incidit.

De excellenti uirtute antiquorū Romanorū in comparatione regum  
modernorum: Ca. V.

**D**ic pater: libet eq̄dē p̄cūctari: si hodie Iul<sup>9</sup> Cæsar ab inferis remearet: animū illū po-  
tentiāq̄ suā referēs: & Romæ: hoc ē in patria sua uiuēs: ut haud dubie faceret: Chri-  
sti nomē agnosceret: diuti<sup>9</sup> ne passurū credim<sup>9</sup> q̄ Aegypti<sup>9</sup> latro: & Pelusiaci tam mollis tur-  
ba canopi: ut ait ille: non dicam Hierosolymā & Iudæam & Syriam: sed ipsam Aegyptum  
atq̄ Alexandriā possideret: dum meminisset olim se: non tyrāno impio: sed legitimo q̄dem  
regi: regnū simul & coniugem & uitam abstulisse: terrasq̄ illas ut Cleopatraz dono daret:  
suo periculo domuisse. Nō quæro q̄ id iuste egerit: sed animi uim & acrimoniā illam miror  
ac necessariā temporibus nostris dico: q̄ facile enim fidelis effectus: Christo suum restitue-  
ret: a quo se spiritū accepisse & æternā gloriā accepturū crederet: qui illud adulterij preciū  
donauerat cōcubina. An si Cæsar August<sup>9</sup>: si uēq̄ Scipio Africān<sup>9</sup>: si magn<sup>9</sup> Pompei<sup>9</sup>:  
ut mille alios taceā: eiusdē christianæ fidei sacris initiati: & in eadem urbe reuiuiscerent: pati  
possent: aut prim<sup>9</sup> in Hispania: quā multū ante sæculis fluctuantē: noīs sui maiestate cōpo-  
suit: aut secūd<sup>9</sup> in Africā: quā tributariā alē fecit: alē evertit: aut terti<sup>9</sup> sub arcēto & p̄ oriētē:  
ubi tot colla regū uiculis in exiuit: Christi sui nomē esse cōceptui. Si enī p̄ terrena patria ue-  
ra fidei luce carētes t̄ara sūt ausi: qd nō ausuros Christo duce felicē crediderim p̄ æterna:

Qualiter nostri principes comparantur Mahometho: Ca. VI.

**N**ostri autē principes ac duces elatissimi hoīm: in thalamo leonibus fortiores: in cam-  
po ceruis timidiores: ora uirilia muliebrib<sup>9</sup> animis dehonestant: ad nocturna bel-  
la p̄mptissimi: imbelles ad reliqua: & ad nil aliud animosi q̄ ad luxuriæ studium  
uirtutisq̄ odium: quos imitari nequūt quosq̄ uel uenerari uel mirari saltem taciti debue-  
rant: insectantur ac spernunt. Nihil autem insoliti est: si uirtutis exempla uirtutis hostibus  
sunt molesta: Aut si Mahomethi fautores: ut in multis in hoc quoq̄ secum sentiunt. Ille q̄  
dem: ut scriptū teneo: Mecham ex urbibus ac Hierosolymam benedicēs: Romam & Antio-  
chiam maledixit. Et quoniam iuuat impietatum suarum cogitādo causas quærere. In Me-  
cha equidem & Roma nihil est quo mouear. Quid enī noui est: si Mecham urbem: moxch<sup>9</sup>  
& impurus homo dilexit: prophanū omnis impietatis habitaculum: dignumq̄ commacu-  
lati & incesti sui corporis hospitium. Ibi enim sceleratus & infamis prædo sepultus est: lu-  
porum coruorumq̄ uisceribus dignior: Et iacet ille carnifex in medio gentis suæ: summo  
cultu ac reuerentia prorsus indigna: cum tamen heu dolor: Christi tumulus irreuerenter

**B** ab hoſte poſſeſſus : non ſine graui periculo & infami penſitatione tributi : raro furtim a ſu-  
delibus adeatur. Rurſum uero quid miri eſt ſi nefandæ ſupſtitionis artifex: ſuis artibus in-  
feſtam almam urbem aſperſam ſacro ſanguine martyrū: eminentiſſimāq; arcem religionis  
ac fidei oderit: præcipue metuēs unde potiffimū uenenato dogmati ſuo poſſe ueriſimiliē ex-  
cidiū .puenire: ſimul id recolēs tot inde ruinas & graues caſus: diuerſis iam tempib⁹ Perſis:  
Medis: Aegyptijs & Chaldæis: ac maiorib⁹ ſuis Arabibus .pueniſſe iuſtum pene odium ſi-  
bi conflauerāt metus & dolor: Miror magis ſi nō & Niliacas ſolitudines odio habuit: in q;  
bus audierat Antonios atq; Macharios tot miracula: tot uirtutes: ſolo Chriſti nomie per-  
egiffē. Nec dubito & illas odiſſe eum : magiſtrū uoluptatū: & toti⁹ obſcœnæ libidinis incē-  
torem. Illud animū tangit: unde uel amor Hieroſolymæ uel Antiochiæ odium. Sed iducor  
ut ſuſpicer ciuitatē ubi a duerſariū eius Chriſtū: aduerſariū plane: q̄uis forte de ipſo propē  
maieſtatē & gloriā noīs eius: palam obloqui non auderet: tot contumelias: tot flagella: tam  
crudelem mortem .puliſſe meminerat: & gaudebat amaffe illum quaſi locū odij ſui i Chri-  
ſtum inuidia:q; participem: & ſi amorem quem ferino in corde pepererat: Chriſti mors: ei-  
uſdem reſurrectio extinxiffē debuerit : Sed illam homo inſenſatus & impi⁹ & cæcus regnā-  
di cupidine non uidebat. Antiochiam uero odiſſe: q; illic primo cognomen chriſtianita-  
**C** tis exortum eſſet: qd̄ apoſtolorū actus indicant: & Petrus apoſtolus Chriſti amicus: & chri-  
ſtianæ dux ac ſignifer cohortis: illic primā p̄ditiſij cathedram conſcendiſſet: quaſi harum  
altera q̄tum in ea fuit & Chriſtum & Chriſti nomen oppreſſit: altera Chriſti & nomen &  
uicarium celebri ueneratione ſuſtulerit. Nullum ſane locum odioſiore illi q̄ Bethleem fuiſ-  
ſe coniecto: Tacuiſſe autem nomen illud hominem licet indoctum : natiua tamen ingenij  
calliditate uerſutum: ne nimis apertas odiorum cauſas exprimere uideret . Haſten⁹ gratū  
mihi & lectori non ingratum puto diuerticulū præbuerim.

De deteſtatione catholicorū principum eo q; præcipuam curam patriæ ne-  
gligant: Ca. VII.

**A** **T**empus ē ut unde diſceſſim⁹ reuertamur. Ego itaq; mœſticiæ ſtimulis impuſſus: qd̄  
ſolū potui candenti & ignita litterarū acie: indeliſibilem hęc infamiæ notā populis  
atq; principibus noſtris incuſſerim: qui tot inutilib⁹: immo damnofiſ & impijs cu-  
ris impliciti: honeſtam hanc & debitam præcipuamq; curā patriæ negligūt : patriæ in quā  
æternæ noſtræq; Hieruſalē: non huius quæ in terris: ſed quæ ſurſum eſt in cœlis matris no-  
ſtræ: unde nunc exulamus: cuius imaginem hęc importat: quæ ſi per ſeiſſam extimeſ: nec  
patria eſt noſtra: & meritum caſum paſſa & grauiore odio digna eſt: quippe quæ deum ſu-  
um qui ſub ueſte humili eam ſaluare deſcenderat: multis licet & magnis de nube carnis mi-  
raculorū fulgoribus coruſcantem: aſu ſacrilego & conſenſu nefario crucifixit. Ea q̄uis  
impietas ſibi petilens: mundo utilis foret: dum in crucem actum quaſi de loco altiori ad-  
orandum gentibus demonſtrauit.

Q; non pro omni ſed pro qua patria ſit meritū pugnandū: Ca. VIII.

**A** **N**on pro patria qualibet audenda ſunt omnia: q̄q; qui aſi ſunt: multis ad cœlum  
laudibus efferantur. Laudatur ex noſtris Brutus: laudatur Mutius: laudat̄ Cur-  
tius: laudat̄ur Decij: Fabij: Cornelij: q; ſanguinem ſuū pro patria effuderint. Lau-  
dant̄ur & exteri. Similis enī uirtus: non diſſimilem laudem mereſ. Codrum ac Themifto-  
clen Athenæ laudat̄. Lacedæmon Leonidem: Epaminūdā Thebæ: Carthago Philenes  
fratres: Aliæq; urbes ciues alios: de quibus omnibus ſi quid ſentiā quæris. Cœleſtis amā-  
da reſpublica eſt: quā non tumult⁹ tribunitij: non ſeſſiones plebis: non ſenatus inſolētia:  
non inuidia ſimulatū: non bella ciuilia: non externa perturbant: pro qua quiſquis ſangu-  
nem ſuū dedit: bon⁹ ciuis & præmij cert⁹ ē. Non q; ideo temporalē hanc terrenamq; patriā  
deſerendā rear: pro qua ſi res exigat pugnare etiā iubemur: Sed ita demū: ſi iuſticia regitur  
& legib⁹ æquis uiui: qualē aliquo tpe fuiſſe rēpublicā Romanorū: Saluſti⁹ ac Liui⁹ mul-  
tiq; alij ſcripſere. De quo imprimis acriter copioſeq; diſputat Cicero i his libris quos de re  
publica ſcripſit: quibus facile conſentirem: ut tunc etiam dum toti orbi uim faceret: & ui-  
lentiffima uideret iuſta eſſet: qd̄ hiſiſis q; cogebat̄ expediret cogi: & unū idq; nō niſi opti-  
mū & excellēs rex caput eſſe mundo: licet guſtu aſper: certe neceſſariū foret: niſi qd̄ dicam  
huic ſentiētiæ uæhemēt̄ obſtaret: q; ſcilicet & ſi inē hoies iuſticiam ſeruarent: cuiq; ius ſuū  
tribuēdo: & illis Romanis artib⁹ a poeta deſcriptis: paci morē imponēdo: parcēdo ſubiectiſ

& supbos debellâdo: quous ut præclare ait Cicero idē alibi: Impiū populi Romani bñficijs teneretur: non iniurijs: bella aut pro socijs: aut de imperio gererent: exitus bellorum essent: aut mites aut necessarii regum: populorū: nationū: portus esset & refugium senatus: nostri autem magistratus Impatoresq; ex hac una re maximam laudem carpere studerent: si p̄ uincias: si socios æqtate & fide defendissent: essetq; uerissimū qđ illud patrociniū orbis terrarū uerius q̄ imperium poterat nominari: quous hæc inquā sic erga homines summa iusticia & innocentia Romanorū illius temporis acta consenserim: iniustos tamen in deum fuisse se non ambigitur: cui non leue aliquid: sed seipfos abstulerant fugitiuorū more seruorū sui furtum domino facientes: quodq; grauissimum furti genus cultum illi debitum eius hostibus exhibentes: quæ nimirum iniusticia multo est maior: q̄ si uicino fūdus auitus aut mācipium raperet. Qui locus ab Augustino in suā cœlestis reipublicæ libro excussus curioseq; tractat<sup>9</sup> est. Quid uero si qs nascendo patriam nactus iniustam malis moribus: quales fere nunc omnes uides: num pro tali sanguinem fudisse laudabitur: Nihil minus quippe qui malis uiris: improbis ciuibus impunitatem publicam facinorū: propria morte quæ fieri: Hunc tu mihi laude dignum ac memoria q̄ multis ob hanc causam contigisse quidē legimus: hunc tu mihi per gloriam uiuere dixeris: Ego & uitæ prodigam & bis mortuū dicam: qui simul corpus atq; animam: simul hanc uitam p̄iecerit & æternam. Contra autē ne longius uager: pro cœlesti hierusalem: pro patria illa perpetua quæ beatum nobis spondet habitaculū sine fine: sine labore: sine sollicitudie: sine metu: sine ulla deniq; molestia: In q̄ nil turpe: nil ipiū: nil iustū habitat: qđ nō uel audere uel aggredi iustū esset: si qđ pietatis aut iusticiæ esset in nobis: Iam uere ut Petrus a patria: sic ego longius ab incepto peregrinatus sum: hosq; mihi animos unius solitarij senis occurfus dedit: ut orientale nostrū opprobrium: occidentis principibus ac populis exprobrarem. Qua in re tam efficax utinam de xtera mea sit q̄ illi<sup>9</sup> lingua fuit: qđ frustra me optare certe nescio: uereor magis ne importune nimiū & audacter hæc locutus uidear inter illos quibus libertas animi temeritas: & ueritas furor: & admonitio om̄is iniuria est: Vt cunq; res accepta erit: ego his uerbis & digressione hac leuat<sup>9</sup> graui & molesto fasce quærelarū ad susceptā narratiōis iter alacrior redeo.

Tractatus quintus regressiuus ad alia altiora q̄ solitariorū exempla.

De Solitudine sanctissimi Ioannis baptistæ: atq; beatæ Mariæ magdalenæ: quæ ex hoc forori præfertur:

Ca. I.

**Q**uid uero nunc minoribus imorer: Ille inter natos mulierum maximus Ioannes: sanctus ab utero: quem e summo cœli fastigio uenturus ad terram Christus: ut rex nuncium: ut præconem iudex: ut auroram dies & luciferū sol præmisit: non se tutū credidit nisi deserti antra tenera ætate subiisset. Fecit idem Maria post peccatum: non in populis longum conspici aut habitare in palatijs elegit: sed patriam fugiens in has terras uelut in orbem alterum delata: perseverantē lauit hic in sinem: & pro domo habuit nudā & concuā illam rupem quā uidisse te arbitror. Neq; enim procul hinc abest & locus est sacer quodam horrore uenerabilis: ac uisitari de longinquo etiam non indignus: ubi & sæpe me fuisse & tres olim noctes totidemq; dies non sine uoluptate alia q̄ quæ in urbibus capi solet: exegisse memini. Illic dulcis ac fœlix Christi hospita: non ornatricū seruitio puellarū: sed obsequiū ministerio angelorū uiuēs ac moriens usa est. At nil tale fecit Martha foror: dicat aliquis: & tamen sancta est: Nō inferior id quidem: sed certe multo sanctior Maria quæ id fecit. Iure igitur ab illo summo & infallibili rerum extimatore de optimæ partis electione laudata est: ut si uerum est quod doctorum hominū habet assertio: sub duarum fororū integumēto: præter historiæ ueritatem duplicis etiam uitæ mysterium contineri: nullus dubio relinquaet locus: quin contemplatiua sollicitæ actuosæq; uitæ & christi iudicio prælata sit: & electiōe præsertim Christi fidelium præferenda.

De Solitudine Iesu Christi domini & saluatoris nostri: Ca. II.

**Q**uis ergo miretur si peccator tot circūfessus ab hostibus: tutas cupide fugit in latebras: & imbecillitatis suæ memor: & tot exemplis admonitus non humanis tantū: sed diuinis: Cum enim ualida omnia: tum illud inexpugnabile quod ipse saluator fons omniū salutarium exemplo: q̄ q̄ nec egens solitudinis: nec frequentia metuens: ut doctrinam tamen suam factis astrueret: in montem oraturus ascendit: solus orauit. In solitudine ieiunauit. In solitudine temptantem uicit aduersarium: Post in multitudine licet

uolens ab aduersarijs perimendus. In solitudine bis paruo conuiuio & pauculis panibus paucioribusq; pisciculis inextimabilem ac famelicam turbam pauit: cum saturitate mirabilis: tum ingenti miraculo fragmentorum. In solitudinem tanq; locum consolationis & pacis: audita Ioannis morte se contulit. Deniq; in loco campestri turbas docuit: In excelso mōte trāffigurat<sup>9</sup> est: ubi supra eū uox æterni p̄ris itonuit. In mōte etiā p̄noctauit orans. Et rursus in montem oratur<sup>9</sup> ac moritur<sup>9</sup> ascendit: non content<sup>9</sup> nisi parūper auulsus a suis: orationi prope nouissimā magis magisq; solitariū locum quæreret: factō docēs ut & nos artis in reb<sup>9</sup> solitudinē quærerem<sup>9</sup>. Idem & offerendū regni p̄dus respuēs: solus in montē fugit: etiā nondū tēpestiuā mortis periculū in solitudinē declinauit: ut nos & fortuna blanditias & minas in solitudinē fugere & ex alto contēnere doceremur. Quæ si uera omnia: si testimonijs euangelicis nota sunt: dubitam<sup>9</sup> adhuc christiani homines quid nobis de solitudine sentiendū sit: de qua ita sensisse magistrū & ducem & dominū nostrū scimus: Cuius ut dictum est præcursor ab ipso primordio in solitudine uitam egit: Cuius tot amici idem uitæ genus & prius elegerant & postmodū elegerūt: Cui<sup>9</sup> postremo mater uirgo: deo grauida: confestim in montana prexit: in solitudinē anteq; nasceret<sup>9</sup>: sacri uteri beatissimū pondus ferens: cui p̄fectioni spiritū sanctū ducem fuisse fidelīū nullus hæstauerit.

Ex Epilogatione dictorum uitam solitariam cōmendans: Ca. III.

**A** **H**is autē & si qua sunt eiusmodi: nā neq; cūcta cōcludere uel necessariū fuit uel tam parua licuit papyro: ingens & solitudinis laus est: & ad imitandū stimulus exemplūq;. Profecto enim q̄sq; hæc audiet: si eadē aspirat idem faciet: nec ad unū terminū diuersa feretur uia: præsertim cum neq; rector neq; compendiosior ulla sit. Et nimirū a populis p̄posito atq; opinione distantes: haud absōnū uideri debet: si ut studioq; sic locoq; quoq; distantia uel dissimilitudine separemur: diuersos animos diuersi habitus decent distinctaq; mansiōes: plerūq; contraria in fœliciti miscenē: amanda nobis & in familiaritatē admittenda solitudo est. Idq; non honestatis tantū: sed securitatis causa: Vt enim rarus lusus in syluis: sic in urbib<sup>9</sup> perrara modestia est. Quisnam uero rationi aut uirtuti locus esse potest: ubi & exemplis & consilijs malis est imperiū: ubi opinionibus falsis occupata omnia: & cōsuetudini datū regnū ac præscript<sup>9</sup> error: quasi quicqd delectat & deceat: Vbi nō quæratur quid in re sit: sed quid agi soleat aut quid plurimis uideat<sup>9</sup>: quo fallacius testimonium nullum est: Crede igitur mihi quisquis aut uirtutem sequeris: aut uitū fugis: ut hæc teneas: neue ab illo tenearis: anceps tibi in populis est mora. Quid enim ibi uideas nisi cōtēntiones: adulteria: fraudes: iniurias: furta: rapinas: homicidia: Hæ te artes excipiet primo urbis i limine: hæ rerum imagines circūuolabunt: hæ exempla circumstrepēt: difficillimū erit quin & si alius fueris quales cūctos iueneris: talis fias.

De Dauid rege quibusdāq; patriarchis solitariae uitæ cultorib<sup>9</sup>: Ca. III.

**A** **H**eu tibi nunc forte spes melior blandiæ: quasi uel aliud auditurus uisurusue uel inter lubrica constantiore uestigio mansurus sis: innocētioris æui & altioris uiri exemplo disce quid speres. Dauid certe rex erat & sanctus & sapiens & propheta: & tamē cōtristat<sup>9</sup> & cōturbat<sup>9</sup> & formidine mortis & timore ac tremore obrutus tenebrisq; cōtectus: quid aliud uidit nisi iniquitatē & contradictionē in ciuitate: ut suis utar uerbis: & super muros eius iniquitatem & laborem in medio eius & iniusticiā: & non deficientes de placentis eius usuram & dolū: Propt̄ qd̄ ipse q̄z tātoꝝ rector ac debitor populoz: pro salute p̄pria elongauit fugiens & mansit in solitudine: expectat̄ dominū qui eum a tempestate animi saluum fecit. Nempe meminerat sibi i solitudine diuinit<sup>9</sup> oblatum regnū: seq; nō fratribus tantum suis qui in ciuitate erant maiorib<sup>9</sup> natu: sed regi etiam Israel qui erat in regia diuino iudicio prælatum: eumq; ipsum regē sibi implacabilē aduersantem: i solitudine ac speluncis bis in manus suas traditum ac dimissum: tā manifestis indicijs innocentia suæ ut ora chlamydis hastaq; regia procul ostensis: immitem licet animū beneficio uictum flere compelleret: Reputabat tamē inde secum ut bis in solitudine magni hostis: & qua nulli clarior uictoria bis aut uictor: in Hierusalē uero uict<sup>9</sup> libidine: indignū maiestate regis scelus: turpi adulterio degenerem fraudem & homicidium crudele coniunxerat. Confitebatur cū Isaac solitudine: sortē suā urbanā cogitās: ut illi post diei mediū meditatū gratia in agrū egresso & per uia deambulanti: fœlix castūq; coniugiū: sic sibi post meridianū somnū uoluptuose deambulanti in solario regia domus: aliena coniugia fœdandi uoluntatē impiam ac supbā & occasionē pœnitēdā ac miserā cōtigisse. Iure ergo piculosam & infaustam

urbem fugiēs: tutam ac foelicē in solitudinē pperabat. Quod si de christo dictū accipim⁹: ut quidam uolunt: eo maius ad id de quo agitur argumentum est: quo non modo Dauid: sed omniū maior est christus. Non sine causa eadem ut sermonis illius extrema cum primis iūgam: de ipso Abraham scriptū opinari licet: q̄ eduxit eū dñs foras: & ait illi: Suspice cœlū. Meo nanq̄ iudicio qui cœlū uult suspicere: quiq̄ cœlestia contēplari: educēdus est foras: eo q̄ in urbib⁹ obiectū multarū & malarū rerum mortalis obtundit ac p̄pedit obtuit⁹. Ita dico educēdus foras: sed educēdus a dño: alioqn nuscq̄ tutus piaculis nostris in media nos deserta sequētib⁹ & maria alta tranantib⁹: Vnde est q̄ non ducem deū sed cōcupiscētiā suas secuti quidam in solitudine corruerūt. Nec ignotū habeo ut Loth iust⁹ i Sodomis i monte peccauit: q̄q̄ enī qd fecerit ignorauit: ut ait Hieronym⁹: Et q̄q̄ uolūtas nō sit i crimine: tamen error in culpa est: Hoc est ergo in quo excusari uir in ceteris iustus & integer nō possit: q̄ ita se uino obrui passus est: ut uel ignorans probrū illud admitteret: quod cogitare sciens ac sobrius horruisset: Leuo pede igit̄ ascēdit in montem: melius forte mansur⁹ in Seigor quā imbecillitati suā sedē spōte delegerat. Sane clarior testatiorq̄ res est: q̄ ut tot opē exemplorū flagitet: eos qui cœlo inhiant: non sonoros urbium cōuentus: sed tacita ac tranquillas solitudines optare: ubi deus illis assidue supra uerticem est: mundus atq̄ humana sub pedibus.

Tractatus sextus: De exemplis quorundam a christiana religione alienorū: qui uitam solitariam sectati sunt.

De uita: morib⁹ ac ritu Brachmanarū: & solitudine famosi uiri Calani: Ca. I.

**T**Empus erat ut finem facerē: Nam & destinat⁹ operi modus excedit: & me alia uocat cura. Tu uero iam nimium sermōe hoc: ab officij maioris irētīdē distraheris: Sed tempore mihi nequeo: quo minus aliq̄t exempla ex alio genere hominū attingam: eorum qui aliquā rarioris famā materiā ingenio moliuēt. Si leo autem Gymnosophistas quos per ultimas & umbrosas Indiae solitudines nudos: quod ipsum nomen indicat: ac uagos philosophari solitos serūt. Prætereo Brachmanas: de quib⁹ Ambrosij noīe prænotat⁹ liber a nōnullis ostēdit: qui trans Gangem in orientis extremo: saluberrimis auris & solitaria regione habitāt: quæ q̄tū opinione asseqr̄ haud longe femota ab illis est locus ubi terrestris paradisi esse credit: & ipsi p̄ syluas uagi & nudi: quos dicerē a Gymnosophistis nec secta nec morib⁹ differētes nec re ulla nisi loco forsan aut noīe: nisi Bardafanes uir Babylonius: & ob id saltem uicinitate plagarū fidem merit⁹: Gymnosophistas apud Indos in duo dogmata diuisisset: quorū unū appellat Brachmanas: alterē Samaricos. Cui⁹ cōtra Iouinianū meminit Hieronym⁹: ut appareat generis nomē esse Gymnosophistas: Brachmanas speciei: q̄uis nō me lateat ex his quæ i proemio diuinarū scripturarū Hieronym⁹ idem narrat: longe aliam sententiā nasci posse. Sed ne hic scrupulus cœptū opus impediāt: præteruehar & id potius sequar qd̄ institui. Est itaq̄ Brachmanarū gens: ut aiūt: & continētia & puritate mentis eximia & contēptu diuitiarū & graui multū uenerāda silentio: In quo illis non in fabellis anilib⁹: ut multis: summa aurium uoluptas: id nō hominū clamor aut Symphoniacū carmen obrūpit: sed uel cantus auium uel hymnorū sonus: qd̄ unū linguæ exercitiū habent: omne illis desiderū: omnis spes non nisi in futuri sæculi uita est: Cibis ex herbis aut arborū baccis: uestis ex frondib⁹ si qua tamen est uestis: Postremo tectū ex ramis: lectus ex florib⁹: potus ex fontib⁹: Horū unus Calanus ille fuit cuius ad Alexandrū Macedonē fertur epistola: cui etiam instantē uitā exitū iocando prædixit: cū ipse successa lignorū strue more gentis ad uolūtariā mortem iret: Cui⁹ & græci & nostri scriptores meminerūt. Vir apud nos famosus: infamis in suos: qd̄ quasi disciplinæ seuerioris & moris patrij desertor: ad uerbosam græciæ philosophiā & delitiosam mollicie trāsugisset: In quē acriter quidem omēs: sed acrius cunctis inuehiē ille uenerabilior nudus senex Dandamus coætaneus suus: sed nec externis morib⁹ nec dogmatib⁹ peregrinis infect⁹: Cui⁹ quoq̄ epistolā nescio animosam magis an uerbosam: ad eundem regem in aliorum scriptis ipuenio. Nam Calani epistolam quam dixi: ne quis dubitet: ipse Ambrosius epistolis suis immiscuit: huius uero non epistola: sed cum ipso rege colloquiū extat. Longū quidem & ab omni parte liberrimū: in eo libro quem de Brachmanarū uita suo noīe scriptum: supra retuli: q̄ licet nō plene mihi redoleat Ambrosij stilū: inē Ambrosij tñ libros medi⁹ ē: ingēti qdā & uenerabili & uetusto uolumine librorū eius: qd̄ in Arciuo

Ambrosianæ Mediolanensis ecclesiæ custodit. Q̄tū sane haud fortuitis suspicionib⁹ augu-  
 B  
 ror: non Ambrosij: sed Palladij liber est. Quisquis autem sit Auctor: narrat certe qđ audi-  
 tu forsitan non fuerit iniucundum: detulisse illi regem munera: aurum: argentū: uestes: pa-  
 nes: oleum. Illum omnia præter ultimū contempisse: qđ aurum & argentum diceret: usq̄  
 adeo nullius esse momenti: ut nedū uiri animū capere: sed nec ulla quālibet circūuolitā-  
 tium auicula: ad canendū dulcius possent inducere. Vestes non ut superuacuas modō re-  
 spueret: sed ut impedimentū libertatis ac tūculū abhorreret. Panem ignis quasdam qua-  
 si reliquias irrideret. Sed ne ad unū regalium munerū contempor existeret: sumpsisse ole-  
 um refert: & mox magna lignorū congerie succensa: supfudisse: flammaq̄ clarissima erūm-  
 C  
 pente: pbreuiter quidē ut in omnibus omnipotēti deo gratias egisse: quasi hoc illi sacrificij  
 genus esset. Et de hoc quidem solitario sene hætenus: de quo rursus deq̄ omni ritu gen-  
 tis illius: quid in totum pronūciem ignoro. Nuditas nanq̄ illa non placet: qđ talibet elemē-  
 torum clāmentia: Neq̄ enī tantum frigorib⁹: sed pudori modesti amictus honestate consu-  
 litur: Quāuis ut scriptum est: Genitalia uelare soleant: cætera nudi: Non placet incuriosi-  
 tas baluina: somni cibiq̄ ne dum extremū curiosā uitā fugimus: in contrariū relabamur:  
 Placet hac in re ut in multis Ciceroniana temperies: Adhibenda inq̄t est mūdicia nō odio-  
 sa: neq̄ exquisita nimis: tantūq̄ fugiat a grestem & inhumanā negligentia: Eadē ratio ē ha-  
 benda uestitus: in quo sicut implerisq̄ rebus: mediocritas est optima: Hic inquā mihi uitæ  
 modus placet: Sit somnus breuis: cibus leuis: pot⁹ facilis: humilis toga: modo aliquid inē-  
 habitū ac thorum mensamq̄ hoīs & pecudis intersit. Non quæro tectorum diuites casus:  
 atq̄ aureas ruinas: nō quæro celato argēto & estuātib⁹ epulis graues mēsas. Non imemor  
 adeo mei sum: sed in omnibus modū quæro: non prohibeo interdum humi discūbere aut  
 sopiri: ne familiarem meum improbasse uidear: qui ait in epistolis: Cœna breuis iuuat &  
 prope riuū somnus in herba. Totum uero sub diuo tempus agere: non tam hominū qđ ur-  
 forum iudico: qđuis ille se cœlum pro tecto: terram totam pro lecto habere gloriē: ueq̄ hæc  
 in compatione grauior: leuissima dixeris. Ille peruersus mos mortis anticipādā: ut quasi  
 uita eorum non ab alio qđ ab eis sit: e statidē cōporis iniussū dei abire liceat: cum uelint qđ  
 non solum fides christi detestatur: sed philosophorum quoq̄ clarissimi. Vt uero dementia  
 hoc: sic illud importunæ superbiæ est: quod se peccatū non habere confirmant: seducentes  
 se & mendacem facientes spiritū sanctū: qui per os Ioannis apostoli insolentiam hanc retū-  
 dit: ad confessionē & poenitentiā nos inuitās. Hæc sunt quæ me offendūt in hac secta. Et si ne-  
 scus non sim: senem ipsum qui Alexandro in frōtera multa cum libertate restiterit: & inhi-  
 D  
 si adsit pro sua hæresi magnifice responsurū. Ex diuerso autem placet ille contēpt⁹ mūdi: qđ  
 iusto maior esse non potest: placet solitudo: placet libertas quæ nulli gentiū tanta est: pla-  
 cet silentium: placet ocii: placet quies: placet in tenta cogitatio: placet integritas atq̄ securi-  
 tas: modo temeritas absit: placet animorū æq̄bilis unaq̄ semper frons & nulli⁹ rei timor  
 aut cupiditas: placet syluestris habitatio fontisq̄ uicinitas: quem ut in eo libro scriptū est:  
 quasi uber terræ matris incorruptū atq̄ integrum i os suū mulgere consueuerat. Mouetq̄  
 me fateor collocutio illa grauissima cum Brachmanorū omniū: tū præcipue Dandami: de  
 qua pauloante dicebā: cum Alexandro habita: In qua non illi uni: sed uniuerso propemo-  
 dum generi humano exprobrant scelerum innumerabiliū acerui: noīatim inexplebilis auri  
 fitis: inhumana feritas: odium hominū contēptusq̄ dei: puerilis diuitiarū admiratio: fœ-  
 mineusq̄ marium ornat⁹: tumor animi: tremor mortis: inconsult⁹ appetit⁹ gloria: ad hæc  
 linguæ lapsus: multiloquiū inane: & loquenti sæpe noxiū: philosophia omīs in uerbis: sen-  
 sus in labijs: uitæ sermo contrariis: inconsideratio actionū poenitentia. p̄xima: infinita rerū  
 indigentia per auariciam inuecta: affectuū intestina discordia: & exterior membroꝝ multa  
 rebellio: multa morum pueris: atq̄ ante alia cedis amor ac bellorū studium: domestici  
 quoq̄ uictus enormitas: præceps ebrietas: & gula sui hostis ac perniciēs alūni: ridicula ci-  
 borum conq̄sitio: & imprimis æsus carniū: ubi præmordaci nos non bob⁹ equisq̄ uel cer-  
 uis: sed lupis ac leonibus pares dicit: atq̄ ardentiore cōuitio mortuorū etiam corpm sepul-  
 chra uiuentia. In hoc quoq̄ te sermonis diuersorū chare animo meo pater non inuit⁹ ad-  
 duxerim: qm̄ licet ut audisti: non omnes Brachmanicos mores probem: solitudinē tamen  
 ac solitariam uitam probō: de qua scribens: prætereūdos non credidi quos hac uita singu-  
 lariter præq̄ omnibus gloriari solitos accepissem: Trāseo tamē hinc uelut e regione suspe-  
 cta: ne diutius insistens tam longinquis in reb⁹ ueris forte falsa p̄miscēam.

## De quodam solitario apud Indos:

Ca: II.

**Q**uāuis nūcetiam dum hæc scribo: non desint aliqui ex nostris: quibus nulla natio orbem lustrare curiosior: qui asserant apud Indos esse hominē his moribus incredibili innocentia ac doctrina: ad quem uisendum populi ac reges Indorum plus quā di-  
 possit humiliter atq; suppliciter accedāt: Intercessionē eius apud deum: & responsa in du-  
 bīs ac uitæ consilia poscentes: & quem per omnia prope diuinis uenerent honorib⁹. Cum  
 ille grādæuus: nudus: humi recubans: nec ipsis assurgens regib⁹: uix motis labijs pauca re-  
 spondeat: Cuius uoces pro oraculis exceptæ: magnum omnis casus sint solamen: & lon-  
 gissimarum refrigerium uiarum. Reges ipsos perhibent (quod cum his quæ fecisse Ale-  
 xandrum legimus satis conuenit) cum ad eam quā is inhabitat syluam uenerint: solitos ex  
 equis desilire: purpuream chlamydem euere: diademata & anulis & armillas & sceptrā  
 deponere: dimissisq; satellitib⁹: solos aut cum paucissimis electis uiris ad eum: non sine stu-  
 pore quodam ingredi: atq; ad pedes eius p̄cubuisse uel semel colloquioq; dignatum esse:  
 æternæ gloriæ haberi: Quæpenit⁹ fabulosū suspicari possem: nisi Bardasenes ille cui⁹ pau-  
 lo supra memini: Hieronymusq; post eum dicerēt: quod ab his nisi quia dicitur breui⁹ nō ab-  
 horret esse ibi hosce homines: ad quos cum rex uenerit adorare illos solit⁹ sit: pacemq; p̄-  
 uincia in illorum precibus arbitratur sitam. Qui si olim plures fuerant: quid uetat unum  
 esse hodie? Multa præterea de his dici poterant: quæ persequi longum est.

De solitarijs trans aquilonem montesq; Rhiphæos ac gentem Hyperboream & cæteras insulas existentes: Ca. III.

**S**ed quā iuuat inter singulares solitudinis amicos: solitarias etiam: ut ita dicam: gen-  
 tes attingere: longe alio mundi tractu trans Aquilonē mōtesq; Rhiphæos: ubi exi-  
 gente cœli ratione: non nisi unam toto anno diem atq; unā noctem ferunt: & utrāq;  
 semestrem: Hyperboream gentem esse: isdem prope moribus fama est: nisi quod de nuditate  
 nihil credo propter imitius cœlum: Eadem tamen uoluntariæ mortis consuetudine pessima:  
 sed alio genere moriēdi. Sicur enī Indi in flammæ eunt: sic hi ubi: ut aiūt: nō tædium:  
 sed satietas uitæ & desiderium mortis incesserit: fertis ornati: lætū uelut ad festum ac solenne  
 pergentes: se in proximos fluctus maris ab altissima rupe præcipitant: Hic percelebris uitæ  
 finis: hoc sepulchri genus eximium. Gentem sane in reliquis certè innocentissimā esse iustissi-  
 māq; mortalium: & longioris & beatoris uitæ: belloꝝ expertē: ac nesciam iurgiorū: ocioq;  
 semper pacifico fruentem: & inter lucos ac solitudines habitantem: Cuius gentis & Pom-  
 poni⁹ Melas in Cosmographiæ libris: & multi alij meminere. Addunt Plini⁹ secundus &  
 Solinus curiosissimi talium scrutatores: gentis alterius: sed uicinæ & huic p̄similis mentio-  
 nem: Arimphæos uocant: quib⁹ sedes nemora: alimenta sint bacca: Eam gentem seriam &  
 clamentem dicunt: habitare aut ubi Rhiphæoꝝ montium iuga deficiunt: gentem sacram  
 haberi: cuius auctoritas tanta sit: ut inter tot ferocissimas nationes: nō ipsi solum: sed qui  
 cunq; ad eos confugerint: quasi ad templum aliq; salui inuolatiq; sint: Apud hos coma  
 probrū: sexus uterq; tondetur. Hinc ad occasum uersus trāseo philosophos Gallorū: quo-  
 rum inter scriptores crebra mentio dryidas dixere: solitos in specubus ac remotis in saltib⁹  
 docere nobilissimos gentis sapientiā atq; facundiam & naturas rerum & syderum motus  
 & deorum arcana: & immortalitātē animarū & alterius uitæ statū. Transeo Thilen & Hy-  
 bernē: quarum altera scribentium uarietate famosissima sed ignota est: altera uero notissima.  
 Cuius gentem: opum rerumq; ciuiliū contemptricē: Insuper & agricultura negligētē: pa-  
 sca & syluas incolere compertum habeo. Cui pro delitijs ocium: pro summis opibus sit li-  
 bertas. Fœlicē gentē dicerē: nisi alia si modo uera ē infamia & morū malignitate retrahe-  
 rer. Prætereo fortunatas insulas: quæ extremo sub occidēte: ut nobis & uiciniores & notio-  
 res: sic q̄ longissime uel ab Indis absūt uel ab arcto terra m̄toꝝ: sed imprimis Flacci Iyrico  
 carmine Nobilis cui⁹ peruetusta fama est & recēs: Eo siquidem & patꝝ memoria Ianuēsi-  
 um armata classis penetravit: Et nuper Clemens sextus illi patriæ principem dedit: quem  
 uidimus Hispanorū & Gallorum regum mixto sanguine: generosum quendā uirum: Qui  
 meministi enim dum eo die corona ac sceptro per urbem spectandus incederet: repēte tan-  
 tus cœlo imber effluxit: atq; ita domum madidus redijt: ut omen esset incubuisse illi ue-  
 ræ pluuiæ & aquosæ patriæ principatum. Cui quidem in dominio extra orbem sito:  
 qualiter successerit non noui: Scio tamen quod multa scribunt & ferunt propter quæ non ple-  
 ne fortunatarū cognomini terrarū fortuna conueniat. Cæterum gentem illam præ cūctis

E

ferme mortalib<sup>9</sup> solitudine gaudere: moribus tamen incultam: adeoq<sup>ue</sup> non ab similem b<sup>ea</sup> luis: ut naturæ magis instinctu: q<sup>uam</sup> electiōe sic agentem: nō tam solitaria uiuere: q<sup>uam</sup> in solitu dinibus errare: seu cum feris seu cum gregibus suis dicas. Sed iam fatis curiositate hac longe lateq<sup>ue</sup> distūctos mūdi angulos puagatus sum: Quorū omnīū nō apud me: qui lecta uel audita refero: sed apud auctores rerum primarios fides erit. Ego autem his decursis ad clariora & nobis notiora p<sup>ro</sup>gredior.

**Tractatus septimus: de exemplis philosophorū ac poetarū: quibus uita solitaria placuit.**

**De quibus philosophis & poetis auctor dicere uelit: cum cōmemoratione clarorum philosophorū ad solitudinem confugientium: Ca. I.**

A

**Q**uid ergo philosophi: quid poeta: Philosophos autem dico: nō istos quos qui cathedrarios primū dixit: ille mihi p<sup>ro</sup>prium rei nomen imposuisse uisus est. In cathedris enim philosophant: i actiōib<sup>9</sup> insaniūt: p<sup>re</sup>ciipiūt alijs: p<sup>re</sup>ceptisq<sup>ue</sup> suis primi obstant: primi legib<sup>9</sup> a se latis derogant: & signiferos se p<sup>ro</sup>fessi: primi ordines deserunt: primi uirtutis imperio rebellāt: Nō hos igitur dico: sed illos

B

ueros: qui semper pauci: nūc nescio an penitus nulli sint: qui q<sup>uod</sup> p<sup>ro</sup>fitentē exhibeant amorē studiumq<sup>ue</sup> sapiētīæ. Rursum & poetas intelligo: nō hos q<sup>uibus</sup> cōtexere uersus sit satis: & ut ait Flacc<sup>us</sup>: Versus inopes rerū nugalsq<sup>ue</sup> canoras: quibus usq<sup>ue</sup> ad fastidiū abūdant<sup>ur</sup>: sed eos: qui: si quid Ciceroni credim<sup>9</sup>: fuerūt semp<sup>er</sup> ipsis quoq<sup>ue</sup> philosophis rariores. Poetas in quā ueros: quibus ingeniū sit: ut Flaccus idem ait: & mens diuini<sup>or</sup> atq<sup>ue</sup> os magna sonaturū: & quibus ex merito huius honor nois debeat. Hi tales uel philosophi uel poeta: qualem nec unū digito mōstrare: & si multos possim cogitatiōe mihi fingere: Si quos tamē uel nostra

C

habet ætas uel posteritas habitura est: nōne & urbes fugient: & solitudines sectabunt<sup>ur</sup>: De his enim qui fuerūt: cōstat. Platonem interroga: credo Academiam suam multum laudatis p<sup>re</sup>feret Athenis. Interroga Plotinum iter philosophiæ p<sup>ro</sup>fessores: cum Platone principem: ut Macrobius ait: respōdebit Campanū sibi ocium de toto orbe sufficere: Cuius & si miserabilis finis: tamen electio gloriosa est. Percūctare Pythagoram: dicet se non modo solitudines amœnas: sed uastas etiā & horrēdas & sæpe laboriosissimas pegrinationes: desertris regionib<sup>9</sup>: uestigādæ ueritatis studio quæsiuisse: Nam doctrinæ eius ac nois successores Pythagoreos: uoluptatū p<sup>ro</sup>cellis expositam frequentiam declinātes: in solitudine desertisq<sup>ue</sup> locis habitare solitos: teste q<sup>ui</sup> Hieronymo certū est. Quære a Democrito: fatebit se sibi ociosos eruisse: ut & uideret uerum: & ueri hostem populū non uideret. Sciscitare Parmenidem & Atlāta: iuenies eos noia p<sup>ro</sup>pria his in qb<sup>9</sup> habitauerūt mōtib<sup>9</sup> reliq<sup>ue</sup>re. Ipse Prometheus si ueritas requiritur: non negabit hinc fuisse locum fabulæ: qua in Caucaſo religatus edacisimo uulturi rodendus exponit<sup>ur</sup>: q<sup>uod</sup> magna cum intentione animi incumbens: totus indagine rerum arcanarū: quæ haud dubie studiosum extenuat: montis illius solitudinē usurpasset: Sepe loc<sup>9</sup> ingenio stimulos admouet: Ideo apt<sup>9</sup> & liber optād<sup>9</sup> ē his qui animū reb<sup>9</sup> altis applicuere: quem i populis innumere uanitatū formæ deprimūt atq<sup>ue</sup> discerpūt: & mille uias per fenestras ingressura mors iuenit. Quib<sup>9</sup> rationibus inuitatos multos philosophos: nō modo frequentias urbium reliquisse: apud Hieronymū ipsum lego: quasi primas inquietudinis ac labor<sup>9</sup> sedes: sed hortulos etiam suburbanos quos suspectos scilicet uel eorum nimis culta mollicies uel tumultuosarū urbium uicinitas faciebat. Quāobrem idem quoq<sup>ue</sup> de Socrate deq<sup>ue</sup> Aristotele atq<sup>ue</sup> alijs ut opiner multa me inducūt: nisi q<sup>uod</sup> tum forte uel discipulor<sup>9</sup> maiestas & imperiū: uel rerum publicarū iussus aut necessitas uel casus aliquis solitarijs utcunq<sup>ue</sup> uotis obstitit. Iugam tot ueterib<sup>9</sup> recentiorē unū: nec ualde semotū ab ætate n<sup>ost</sup>ra: q<sup>uod</sup> recte nescio: sed apud quosdā ut audio suspectæ fidei at p<sup>ro</sup>fecto nō hūilis ingenij: Petrū illum cui Abaelardi cognomē est: qui ut in historia suarum calamitatū longa narratione idē ipse meminit: Inuidiæ cedēs: solitudis Trecēsis abdita penetrauit: & si nō sine magno undiq<sup>ue</sup> studiosor<sup>9</sup> conuentu: q<sup>uod</sup> e multis urbib<sup>9</sup> illi solitario discipulos doctrinæ celebris fama contraxerat: sine requie tamen optata: quā sibi radicis tenax liuor odiumq<sup>ue</sup> cōuulserāt. Hinc ad antiquiora rerum studiorūq<sup>ue</sup> gen<sup>9</sup> aliud redeūdum: qb<sup>9</sup> id ipsum quoq<sup>ue</sup> quod intendimus roboretur.

D

De Antiquioribus poetis ſolitudinem eligētib⁹: cum reprehēſiua exceptio-  
ne Quidij Naſonis & eorum quos uel ipſe aut quem illi ſequūtur: Ca. II.

**Q**uid loquar Homerū poetarū patrem: quādo ſupior⁹ Orphei ſcilicet & Lini & Mu-  
ſai: ſiue hos poetas: ſiue muſicos: ſiue ppter artium cognationē: qđ quibusdam  
placet: & muſicos credim⁹ & poetas: ad nos uix noīa nuda perueniūt: Hic uero non  
tantū græcas ſolitudines: ſed Italicas ſic deſcripſit: ut quæ ipſe non uiderit: ſicut ait Cicero:  
cæcus enim traditur fuiſſe: nos ut uiderem⁹ effecerit: utq; illius ingenij nō poeſim: ſed pictu-  
ram quodāmodo uideam⁹. An putamus id eum facere potuiſſe: niſi eadē loca ſollicite an-  
te cæcitatē: ac memoriter obſeruafſet: Quid Virgiliū noſtrū loquar: qui fugiens urbē Ro-  
mam: ubi & ingenij laude & toto orbe regnantis principis amicitia florebat: ac ſolitaria li-  
bertatem petens: mortem quidem imaturam obuiam habuit: quæ omnibus eum talibus  
curis abſolueret: Ille tamen ſic cenſebat ope ſolitudinis opus eſſe: ut diuinū illud ſuū opus  
poſſet abſolui: latinis ingenijs mors inuidit: nocitura amplius niſi pietas mitiſſimi & litte-  
rarum amantiſſimi principis obſtitifſet. Horatius Flaccus nō iam ſibi regiam Romam pla-  
cere palam prædicat: ſed uacū Tybur: aut imbellem Tarētum: quib⁹ in uerbis quid intelli-  
gi uult aliud q̄ ſolitudinem & quietem: utriuſq; contrariū expertus Romæ: cuius urbis ta-  
dia ex populi cōcurſatione naſcentia: ſic diligētē enumerat: ut facile uideas affectum loq;  
Epiſtolarū eius ultima eſt ad Florū ſcripta: quem nō ſemel interrogat de re certa ut expreſ-  
ſior fiat. Ait enim: Romæ ne poemata cenſes Scribere poſſe inē tot curas atq; labores. De-  
inde autem eleganti tadioꝝ narratione interpoſita: Ironice cōcludēs ait: I nūc & uerſus te  
cum meditare canoros. Neq; his contentus: iterū quærit: Tu me inter ſtrepitus nocturnos  
atq; diurnos Vis canere: & contacta ſequi ueſtigia uatū. Necdū ſatis eſt niſi ruruſ interro-  
get: Hic ego rerū fluctib⁹ i medijs & tempeſtatib⁹ urbis: Verba lyræ motura ſonū cōnecte-  
re digner. Ne uero iratis pcontationibus ironiciſq; ſententijs contentū credas: clare de po-  
pulo nihil loqui: breuem quidē ſed uniuerſalē tibi dat regulā: quæ eſt qđ Scriptoꝝ chorus  
omnis amat nemus & fugit urbes. Quē ſecut⁹ ego in epiſtola quadā: eademq; reſtringens  
ad poetas dixi: Sylua placet muſis: urbs eſt inimica poetis. Idem Flaccus & Baſani ſin⁹ te-  
pore cap⁹ & ſyluas ſuas atq; agellū qnq; focus habitatū: multis laudib⁹ accumulās: ama-  
tiq; ruris aspectū inter grauiā & inuiſa negocia ſpirans: urbanā pfecto damnat ac deſpicit  
ſtationē. De hoc cum amico: de hoc ita cum uillico ſeruocq; ſuo litigat: ut ex omib⁹ his nul-  
li ſit dubiū quid ſentiret. In quodam uero ſermone ſui domeſtici ocij mentione facta: Hæc ē  
inqt Vita ſolutoꝝ: miſera ambitioē grauiq;. Quā quāti faceret: i epiſtola expreſſit: Hec enī  
inqt Ocia diuitijs Arabū liberriā muto. Laudat igiſ ſolitudinē: ocij præfert magniſ opi-  
bus: Atq; & ocij ei⁹ opa extāt: & ſolitudis memoriā loc⁹ ſeruat: Camp⁹ Horatij dicif: & tot  
poſſeſſoribus mutatis: adhuc famoſioris domini nomen tenet. Cui quidem hoc in genere  
uix quempiam aduerſantem inuenire poſſe arbitror. Quippe cum fere nullis hominibus  
tam uel neceſſaria uel amica ſolitudo ſit: præter unū Quidiū Naſonē: ſeu qui forte illum ſe-  
quuntur: uel quos ille ſequit. Ille mihi quidē magni uir ingenij uidetur: ſed laſciuī & lubri-  
ci & proruſ mulierofi animi fuiſſe: quem conuent⁹ foemineī delectarēt: uſq; adeo: ut in illis  
foelicitatis ſuæ apicem ſummamq; reponeret. Ita qđ amatoriam artem ſcribens: inſanū op⁹  
& meritam: niſi fallor: exilij ſui cauſam: non modo urbem Romam ſeu matronaꝝ puella-  
rumq; præfertilem querendā docet: ab his qui ad illam inſaniam præter naturalem ſtimu-  
lum: artiſ quoq; cuiuſdam calcar adijciunt: ſed loca etiam urbis & feſta diſtinguit: quibus  
uberior materia ſit furori: ut ſileam uotum illud infame & relatu etiam foedum: ex ore li-  
cet deſperati cuiuſlibet perditiq; hominis: qđ eū ſtilo quoq; non puduit: ad omis æui no-  
ticiam perferre: quo ſcilicet in actu uenereo reſolutum foelicem diſſinire: & in eo ſtatu mor-  
tem laudare auſus: in quo maxime turpis & inutilis uita eſt: hanc eandem ſibi a dijs optat  
loeti cauſam: & hoc utiq; ut idem ait: ſibi ſuæq; uitæ conueniēs: in ſe uero miſerrimum gen⁹  
mortis & ipſa proculdubio peius morte. Qui niſi his morib⁹ & hoc animo fuiſſet: & clari-  
us nomen haberet apud graues uiros: & Ponticum illud exilium atq; Iſtri ſolitudines uel  
non adijſſet uel æquanimius toleraſſet. Sed ad rigidioris ingenij exemplum tranſeo.

## Tractatus octauus: De exemplis Oratorum uitam solitariam amantium.

## De Solitudine Senecæ Cordubensis ciuis ac Senatoris Romani. Ca. I.

A



Seneca ex ciue Cordubensi Romanus iam ciuis ac Senator: & Romæ clarior  
 quæ salutis ratio latendique securitas postulabat: in quadam tragœdia cum ani-  
 mi non parua dulcedine solitudinē Corsicam recordatur: & illam ocioſi exiliij  
 ignominiam præſenti occupatæ gloriæ haud imerito antepōnit. Lege locum il-  
 lum: intelliges ex contrariorū collatione quid tu quoque præferendū cēſeas. De  
 hoc præterea: quid eidem uideret: ſat conſiliū illud Lucillo datum indicat: cui⁹ ſupra memi-  
 ni. In hāc omnino ſententiam tam præceptis ut mihi etiam cui ſolitudo ſemper placuit: ſoli-  
 tudinis conſiliū non placeret. Et quæ quæ uiri huius exitus in re dubium eſſe non ſinat: habet  
 tamen is quem dixi locus tragicus etiam ſtuporē: quæ ille cui deſerta in ſolitudine libertas in-  
 tegra: & imperturbatū philoſophiæ ſtudio: in urbe autem regia: ne uita quidem ab incla-  
 mentia hominū ſalua fuit: caſum ipſe ſuum & ruinam grauem tanto ante præuiderit litte-  
 riſque mandauerit.

B

## De Solitudine Tullij Ciceronis:

## Ca. II.

A

Quid Num hoc in genere Ciceronem uideo: non ſat æquo animo ferre ſolitudinē: quæ  
 contigiſſe arbitror: nō tam ideo quia rem ipſam quam rei cauſam odiſſet: le-  
 gum ac iuſtitiæ interitum: quæ ipſe querelarū ſuarum tenor indicat: accedit quæ præ-  
 philoſophiam oratorū maximus: quodque nec ipſe diſſimulat: de hac ſtudioſæ parte præci-  
 pue gloriā quærens: nuſquam profecto illam niſi in turbis & magno in populo uidebat. Itaque  
 corā Iulio Cæſare Deiotarū regem deſenſurus: querit quæ intra domeſticos parietes & nō  
 corā populo Romano cauſā illā agat. Eſt illud Oratoribus ſingulare & propriū: ut pro ma-  
 gnitudine ingenij: magnis urbibus ac populorū frequentia delectentur: ſolitudines execren-  
 tur: iudiciorūque ſilentiū auerſent atque oderint. Vt ergo minores alij ſuā quiſque: ſic Cicero ur-  
 bem Romam: nō ſolū ut ſuam patriam: ſed ſibi chariorē: quo in eam conſeruandā atque ornā-  
 dam curā plus ac laboris impenderat: eo ut patriā ingenio ſuo parem exoptabat. In quo  
 quidem teſte Seneca uteretur: qui ſolam Ciceronis uocem uere uiuā dicere: quæ quæ id errore ſer-  
 monis publici multis attribuat: ſolū Ciceronis ingenium Romani populi imperio par af-  
 firmare non timuit: niſi quolibet teſte ueracior: euidentiffima rerum fides oſtēderet fuiſſe: ut  
 populo Romano imperij & gloriæ: ſic Ciceroni ingenij & eloquentiæ monarchiā. Cæterū quod  
 eidem licet inuito Ciceroni ſolitudo illa cōtulerit notū eſt: Fecit enī magnū de ſummo ora-  
 tore philoſophū: ex quo quæſtum ſtudijs latinis acceuerit: nemo ſtudioſus eſt qui neſciat.  
 Certe idem de ſe loquēs: cum dixiſſet: Nam & a republica forenſibusque negocijs: armis im-  
 pijs uicque prohibiti: ocioſi perſequimur: & ob eā cauſā urbe relicta: rura peragrantes: ſæpe ſoli ſu-  
 mus: Querelā ſuā tali ſine ſolat⁹ e: Plura em̄ inquit breui tempe uerſa: quæ multis annis ſtā-  
 te republica ſcripſim⁹. Equidem nec ſefellit: Nam quæ præclara ocia uiri hui⁹: & ſolitudines  
 glorioſas explicet atque eſtmet: Arpinatē: Cumanā: Pompeianā: Formianā: Tuſculanā: Ibi  
 fundauit leges: Ibi fallauit Academiā: Ibi armauit oratorem: Ibi deſcripſit officia: Ibi deo-  
 rum formas ac naturas pinxit: Ibi diuinationē radicē errorum multipliciū cōuulſit: Ibi bo-  
 norū ac malorū fines ſtatuit: Ibi ad philoſophiā magnificentiſſime cohortat⁹ e: Quæ libræ ad  
 uitæ imitationē & ad ſtudiū ueri ducē fuiſſe ſibi tant⁹ fidei noſtræ pugil Auguſtin⁹ ingenue  
 profitetur. Poſtremo ne de multis agens: poſt unū amore captus aberrare uidear: Ibidem  
 mortem ſpernere: dolorē corporis patientia uincere: ægritudinē moeſtitiæque animi ratione  
 depellere: extirpare morbos & morborū cauſas: & quæ maxime philoſophiā totā: ut uerbo ei⁹  
 utar: illuſtrat: uirtutē ad bene beatæque uiuendū nullis adminiculis egere: ſed ſeſe eſſe cōten-  
 tam: docuit cōtra ſententiā maximorū hominū. Et quæ alij aride ieiunæque garrivi: id ille co-  
 pioſiſſime florētiffimeque diſſeruit: ut & utilitati delectatio & maieltati regū: quæ boꝝ ſplendor  
 ac dignitas non deeſſent. Accēdit ergo uiri illius ingenij ſolitudo: & quæ miraberis odioſa:  
 Quid putas factura eſſet optata: aut quæſtum putas optanda eſt: quæ uel nolentibus tantum  
 ꝑdeſt: Quodlibet tamē ipſe ſibi uitæ gen⁹ optaret. Certe quod philoſophis ſit optandū in eo  
 libro quo omnis generis hominū officia explicat: exequitur. Ait enī: Multos tranquillitatē  
 appetētes: diſmiſſis publicis negocijs ad ocioſi perſugiſſe: & in his fuiſſe nobiliſſimos philoſo-  
 phorū longeque principes: necnō & quæſdā hoīes ſæueros & graues: ferre populi mores ac prin-  
 cipum nō ualētēs: quorū aliquos in agris uixiſſe ait: ſua re familiari delectatos: atque unum  
 idemque propoſitū habuiſſe quæſ reges: licet nō iſſedē artibus: ne cui⁹ rei egētes: ne cui hominū

B

C

subiecti in libertate uiuerēt. Deinde collatione facta: & si actiuosam uitam reipublicæ fru-  
ctuosiore dicat: qđ nos in parte etiam non negamus: ociosam tamen & faciliorem & tu-  
tiorē & minus alijs grauem aut molestam confitetur. Vnde & eam cum omnibus quib⁹  
aliqua iusta causa est: tum his præcipue permittit qui excellunt ingenio & doctrina: Quis  
Cicero idem primo uitæ huius impatiens ut dixi: eandem multis tandem dolorib⁹: & im-  
primis amantissime filiæ morte deiectus optauerit: & sibi Attico suo scribens: Nunc inquit  
omnia respuo: nec quicquid habeo tolerabili⁹ quæ solitudinē. Et iterū: Mihi inquit solitudo &  
recessus prouincia est: ualde urbem fugio: multas ob causas. Itē nec enim esse in turba pos-  
sum. Et rursus: Nihil hac solitudine iucundius: in qua inquit careo omnium colloquio: cumque  
mane in syluam me obstrusi densam & asperam non exeo inde ante uesperū. Quod uerbum  
quotiens lego: sic assentior ut a me ipso non ab alio dictum putem: ita mihi sæpe idem acci-  
dit. Demum ut iam Ciceroni ualedicam: Idem ipse mox dulci blandiēs amico: Scđm te  
ait: nihil est mihi amicis solitudine. Et adiecit: In ea mihi omnis sermo est cum litteris. Nō  
colligo singula: Ex his enim uidet ut amator ille urbis & fori: & amata oderit: & litteratam  
solitudinem rebus omnibus anteponat.

## De Solitudine Demosthenis. Ca. III.

**Q**ua in re unanimē cum Cicerone Demosthenem fuisse auguror: & nisi forte aliqua  
mutādi quoque cōsiliij ratio inceserit: qđ non legi: idē sensisse illū semp qđ hic no-  
ster aliquē senserit. Nā & p̄fessio eadē amboꝝ: & ē ille leuiculus: qđ Cicero idē ait:  
qui delectare illo muliercularū susurro ut sit a tergo insibilatiū. Hic est ille Demosthenes  
& si cōstet eū oratoriā illam uim quā in urbib⁹ tam potenter exercuit: maxime in solitudi-  
ne didicisse. De quo Quintilian⁹: Idem inquit ille tantus amator secreti Demosthenes in  
littore in quo se maximo cum sono fluctus illideret: meditans consuecebat contionū fre-  
mit⁹ nō expauescere. Nec te moueat qđ supra dictū est: hūc ipsū Demosthenē locū tacitū  
atque undique abditū eligere solitū: hic undisonū patētēque: Ibi eū ingeniū acuebat: hic uocē  
exercebat: utrumque tamen in solitudine faciebat. Discebant soli qđ ī populis uenderēt: me-  
ditabant in syluis: qđ in urbibus ostentarent: excusabatque p̄fessio: quibus intentio una  
esset uel loquēdo uel tacendo rem augere: quod de Cicerone nō memini: Demosthenē cō-  
stat: quod in noctibus atticis scriptū est: precium quoque silentij pepigisse: nobis quibus uena-  
le nihil penitus: nihil ostentui esse debet: sed omnia ad salutem uitæque legem temporalis:  
& æternæ spem in solitudine discendū est: qđ restat in solitudine exercendum: in solitudine  
uiuēdū: ī solitudine moriendū: Quod cupio quidē ualde: & si deus pie nos aspicit spero etiā.

## De Anaxagora alijsque clarissimis uiris uitam solitariam amatib⁹: Ca. III.

**U**t nō ab oratorib⁹ diuersum semper sensisse philosophos credam: & diuersitas mo-  
rum facit: & oīno alius intentionū finis. Illis enim plausum populi captare anim⁹:  
horum labor: ni falsa p̄fessio est: circa noticiam sui reflectendūque ad se animum:  
& circa contemptū inanis gloriæ uersatur: Nam qualem fuisse arbitramur Anaxagoram:  
uel qualem constantia illa abstinētiaque sua Xenocratem sauerissimū philosophoꝝ: ut ait  
Cicero: uel Zenonem Stoicoꝝ patrem: uel laboriosissimū ex omnibus Carneadem: Cui⁹  
exactissimā illam studiosē mentis intentionem quæ ut legimus discumbentē sæpe tibi fecit  
imemorem. An putamus usque post nonagesimū uitæ annum: tam fixam tanque continuam  
inter tumultus & tædia hominū peruenturā fuisse: & non potius in solitudine ubi animū a  
proposito nullus auerteret: Mihi quidē haud facile persuaderet: & si præter coniecturas ni-  
hil habeam: aut horum cuiuspiam: aut Chryssippi domū: aut doliū Diogenis ī platæis ur-  
bium fuisse: cum & illum saluatio hominū: & hunc umbra etiam summi regis offenderet:  
nisi Hieronymus illorum p̄pinquior atati: habitasse Diogenem diceret in portarum ue-  
stibus & porticibus ciuitatum. Quod non cui libet crediturus: ut credam sibi & sua cogit  
auctoritas: ac uaria & multiplex lectio. Tale enim aliquid profecto non scriberet: nisi apud  
idoneum legisset auctorem. Et de his quidem satis est dictum. Ipse autem Solon cuius inē  
illos septē graciæ sapiētes præclarissimū est nomē: etsi primū legifer suaque rei publicæ dux  
moderatorque atate: tamen ultima: ut Timæus indicat Platonis: & alijs se studijs dedit: &  
inter solitarios deputandus est: quando & patriam liquit legibus ornatam suis: & cupidita-  
te descendi ignotas terras adiit peregrinatione delectatus ægyptiaca.

**T**ractatus nonus: De exemplis Imperatorū ac bellorum ducibus: quibus solitudines placuerunt.

**D**e Iulio atq; Augusto Caesaribus: qui solitudinē optabant & amabāt: Ca. I.

A

**Q**uis nam uero mirabit studiosis hominib<sup>9</sup> solitudines placuisse: quæ qd̄ ad mirationem non uacat: Imperatoribus ac bellorum ducibus placuerūt: Transeo Iulium Cæsarem: qui licet admodum iuuenis dum e procellis forensib<sup>9</sup> i ocium Rhodiū secedere decreuisset: atq; ibi litteris operam dare: prohibet<sup>9</sup> tamē

B

tunc incurribus piratarum: & postea hinc ciuiliū: hinc externorum æstib<sup>9</sup> bellorum: implere non potuit qd̄ optabat. Augustum Cæsarem penes quem potētia mortalis & humani fastigij summa est: & si interdum habitantē rure atq; in syluis spaciari solitū iueniam: quia raram tamen: ut auguror: priuati ocij licentiā publici negocij moles dabat: ut solitarijs inferuisse non ausim: sic solitariae uitæ miratorib<sup>9</sup> annumerare nō uerear: Huius enim uitæ requiem semper optauit. Quicqd̄ cogitabat: quicquid loquebat: in ocij desinebat: hoc solamen præsentīū laborum: hæc præteritorū merces: hæc uenturi temporis spes erat: Omnis huic statui collatus diuitiarū honos: omne on<sup>9</sup> imperij seu graue sibi aliquid ac uile fordebat. Deniq; in sūma omniū quæ fortunatissimo homini contingere possunt: bonorū copia defessus: in solo huius uitæ nomine respirabat. Cuius rei & scriptores aliqui meminere: & quæ in manus meas uenit quædam ei<sup>9</sup> ad Senatum epistola est testis. Quæta cum uoluptate igitur eo peruenturum fuisse estimamus: quo tam dulciter oculos mentis intenderat: Nec uero Senatum modo p̄ litteras orauit: ut sibi iam tandem uiuere patiente republica priuatamq; senectutem agere liceret: sed aliqñ etiam præsens Senatu & magistratibus domū accitis rationariū imperij tradidit: ut Tranquillus ait: Siue autem reputās & se priuatum non sine periculo fore & republicam plurium arbitrio temere cōmitti in retinenda pseuerauit: ut eidē placet historico: atq; ita propria simul & publica saluti modestissima uota habuit: Siue ut opinari licet: Senatus ac populi precib<sup>9</sup> id tribuit: quorum quod constat nemo principum fuit amantior: siue nullis omnino precib<sup>9</sup> motum: nullo publico priuatoq; metu ipsa eum rerum natura turbabat: Ab altissimo enim fortunæ culmine: cui mundi dñs ac rector infederat: ad illud humile submissumq; desiderīū prærupt<sup>9</sup>: forte cogitanti animo descensus uidebat: & ut dici solet quædam cerebri uertigo altitudinem tantam metientis inceserat. Itaq; & deliberās & circūspiciens hærebat: nec unq; nisi morte descēdit. Quocirca licet ut dictum est: inter solitarios atq; ocio fruētes: nullus huic occupato magnoq; principi locus esset: quia tamen boni huius quæta dulcedo est: non alio dari<sup>9</sup> teste cognoscit: nō fuit ista tractatib<sup>9</sup> præmittēdus Cæsar: Qui cū omnia dare posset: hoc sibi unum dari optabat: Cunctq; omnibus præisset: solum hoc folio suo altius uidebat.

A

**D**e Diocletiano atq; Antonio Pio uitam solitariam colentibus: Ca. II.

**A**t qd̄ Augustus optauerat: Diocletian<sup>9</sup> impleuit: Ille qui primus ex nostris imperatoribus adorari se ut deum iusserat: Quiq; calciamētis ac uestibus inferens margaritas: & onust<sup>9</sup> gēmis incedens: habitū Cæsareū ex Romano atq; humano Persicū seu diuinū fecisse uidebat: qui captiuus insignib<sup>9</sup> ante currum actis: prælataq; Parthorū præda: paulo ante triūpharet: Postq; fremētis aulae preciosæq; sarcinæ ac satellitū aciei & seruitutis publicæ pertesum est: mutauit repente animū: ut solus & pauper & liber esse concupisceret: interq; fluct<sup>9</sup> impialiū curarum: in portum uitæ humilioris: quasi gubernator nudus e magno naufragio enaret. Et miramur Cælestinū: cū tamen qd̄ propter æternam sanct<sup>9</sup> ille uir fecit: tāt<sup>9</sup> ille peccator pp̄ breuissimas & incertas senectutis reliqas iā fecisset: Qui quietis extremæ desiderio priuatæ fortunæ reddit<sup>9</sup>: non sibi mutatæ sedem uitæ Romanam statuit: ne quis nouam requiem dimissi funus aut odor imperij turbaret: sed anteq; patriam Salonas Dalmatiæ repetijt: Illic quoq; nō intra: sed prope muros patrios in uilla propria morēt: quā id ipsum præcogitās forte construxerat: ut multū trāquillitatis senio additū: sic supremis honorib<sup>9</sup> nil detractū: per solitariā atq; humilem uitam sensit. Solus omnīū priuatus: Eutropio atq; Eusebio testib<sup>9</sup>: relat<sup>9</sup> in numerū deorū. Sane qd̄ post imperiū Diocletian<sup>9</sup> fecit: id ante imperiū Antonius Pius fecerat: quem Iulius Capitolin<sup>9</sup> historicus omni priuata uita in agris frequenissime uixisse: clarumq; locis omnibus fuisse commemorat.

B

**S** De Solitudine Numæ Pompilij ſecūdi Imperatoris Romani: Ca. III.  
 Ed nimiū propero: retrocedēdū eſt: omiſſo autē Quiritio Curio Fabricio Serrha-  
 nos: alioſq; quorū magna pars uitæ in agris acta eſt. Hanc ego uitam iam inde ab  
 initio & ante initium Romanæ reipublicæ prudentiſſimo ac optimo regum placuiſſe mon-  
 ſtrabo. Numa Pompilius illius ordinis: ſi attendas numerū ſecundus: ſi iuſticiam primus  
 peregrinus inſperatum ad imperiū accitus: cum ad ciuiliū ac ſacræ curam legum totū  
 intendiſſet animū: ut ardētem & ferocia primi regis imbutum populū ingenio regeret le-  
 niretq;: pro re ſæpe ſolitariū & opacum locum: quem his oculis ipſe cōſpexi: qundecim aut  
 non multo amplius milibus paſſuum ab urbe diſtātem: fertur petere ſolitus. Eſt illic ari-  
 cino ſub colle cauus & umbroſus lapis: unde perpetuus fons emanat: circūmigrantib⁹ Ilici-  
 bus: deſum nemoſumq; ſilentium. Ibi ergo leges hominū ac ceremonias deorum: rex  
 ea tempeſtate doctiſſimus inuenire: ſeu alibi forſan iuentis auctoritatē dare: artem fecerat.  
 Ibi diu tacitus ſolus ſedens: atq; inde poſt longum tempus ſolus ac meditabūduſ egrediēſ  
 ſcriptas leges efferebat: quibus adhuc rudis & inſolens ſed mox futur⁹ dñator gentium  
 populus teneret: quibus ut novos & indomitos animos religionis laqueo qdā & freno met⁹  
 obſtringeret: imitar⁹: ut aiūt: Minois Cretēſiū regis exemplum: & callidiſſimo cōmēto nō  
 cūrnis ſe deorū congreſſib⁹ alloquioq; frui ſimulans conſilio fidem quæreret. Quā fictio-  
 nem una cū ſacris a ſe repertis i morte dānauit: libris græcis latinifq; æditis: p quos utri-  
 uſq; linguæ doctōrib⁹ ut poterat indicaret: ſe pro tempe ad auxiliū ueri uel patrociniū fal-  
 ſitatis uſum eſſe. Cum uero iam fundamētis ſuis legum a ſe latarū auctoritas ſtaret: nō pla-  
 cere ut populus ſupruacuiſ implicareſ errorib⁹: licet neſcio an quia libros ueræ religionis  
 aduerſus crederet: quā factō cauſam prætediſſe dici: an in qd⁹ prior ſum: quæſito colore:  
 hoc uere autem ne populus metu liber: iugū nobilitatis excuteret: multis poſt ſæculis iuxta  
 ſepulchrū regis inuentos libros exurendos prætor roman⁹ Senatu conſentiēte decreuerit:  
 Quāta uel uanitate uel impietate prætereo: Illud enī nunc innotuiſſe ſuffecerit: multarū op-  
 timarū rerum ſolitudinē fontem eſſe: ex qua Romanarū quoq; legum fluxere primordia.

De Romulo: Achille atq; Hercula: qui ſolitūdinem diligebant: Ca. IIII.

**A** Rdentior atq; acrior ſucceſſore ſuo Romulus: & ipſe tñ in ſyluis inq; paſtorali ca-  
 ſa tantis aſſuefecit animū reb⁹: ut ſummi imperij fundamēto nō niſi ſolitari⁹ archi-  
 tector idone⁹ habereſ. Cogitatu arduum: ſolitudo omniū aſperrima: Regina urbi-  
 um & materiā & nomen & aream præbuit & auctorē. Achillem in ſolitūdine didiciſſe legi-  
 mus: qd⁹ eum mox & urbib⁹ Aſiæ terribilē & græciæ clarū fecit. Ipſe Hercules i ſolitūdine  
 ſanū illud conſiliū uitæ cœpit: cui⁹ libro priore mentionē feci: quādo uelut in biuio diu mul-  
 tumq; hæſitās: ad poſtremū ſpreta uoluptatis uia: ſemitam uirtutis arripuit: quā indefeſſe  
 gradiēſ: nō ad humanæ modo gloriæ uerticē: ſed ad opiniōnē diuinitatis euect⁹ ē: q; libet al-  
 te lateq; ramos porrigat uiri fama: ſi radicē quæras ad ſolitūdinē erit animo recurrentū.

De Scipionib⁹ Africaniſ ſingularib⁹ ſolitūdinis amatorib⁹: tractationeq; illi⁹  
 uerbi magnifici ab altero eorū prolati: Nunq; ſe minus ocioſum q; cū ocioſus:  
 Nec minus ſolum q; cum ſolus eſſet: cū reprehentione Ambroſij: dictum illud  
 ad prophetas tranſferentis: Ca. V.

**D** Vos autē illos longe ducū maximos ubi dimittimus Africanōſ: Vere duo fulmina  
 belli: ut Maro ait: qd⁹ a quibuſdā de alijs intellectū miror. Quorū prim⁹ ex quo ui-  
 rilem togam ſumpſit: ut eſt apud Liuiū: nullo die prius ullam publicā priuatāq; rē  
 egit q; in capitoliū iret. Ingreſſuſq; ædem confederet: & plærūq; tēpus ſolus in ſecretū ibi  
 tereret: Hic moſ per omnē uitā ſeruabatur. Ita uir ille unicus: neq; græcorū fabulis ac ſu-  
 perſtitionib⁹ ſed Romanis iudicijs celebrat⁹: & ipſe quoq; uirtutis admiratiōe diuinæ ſtir-  
 pis opiniōnē conſecut⁹: principia gerendarū rerum a religioſe poſcebat: religioni ſedem op-  
 timam ſolitūdinē deputabat. Inde quicqd id eſſet aggredi conſuetus: pluſq; humana fidu-  
 cia & aſperrimos ſibi ac ſuis cœptorū exit⁹ polliceri: ita ut nūq; falleret. Cæterū ne tā iun-  
 ctos & tam pares ſeparē: hos eoſdē duos ſuis quicq; tempib⁹: ut uirtutis: ſic ſolitūdinis ama-  
 tores fuiſſe nota res ē: Et poſt ſudores bellicos: poſt uictorias: poſt triūphos uel Litternum  
 uel Formias uel Caietā ſolitō cōmigrare: ibiq; cū ſingulis amicis ſoloſ cōquieſcere. O præ-  
 clarū ſpectaculū: quodq; omniū regū pompas & ſceptra trāſcēderet: cernere tales uiros ſer-  
 uatores reipublicæ: libérateſ ciuū: deſenſores Italia: domitatoſ gentium: foelicif rebus  
 geſtis: dimiſſo in libertate & laticia populo uictore: relictiſ Romæ ſtipatorib⁹ lateſ ſuorū:

deposito habitu triūphali: ac præcupide restitutus insignib<sup>9</sup> dignitatū: solos: ociosos & humiliū nescios curarū: p colles & littora uagari: & sæpe cōchulas littoreosq; lapillos interlegere uarios: candidulos ac nigellos. Deniq; qđ uerecūde admodū reuerenterq; scriptū apud Ciceronē uideo. incredibiliter reperiscere solitos: cū rus ab urbe tanq; euinculis euolassent. Sed illam pfecto solitudine cogitatioēs pulcherrimæ sequebant: & i illo ocio semp grande aliquid gerebat. Itaq; Cicero ipse: ubi suam luget: ibidem Africani superioris solitudinē admiratur: uocēq; illius: ut ipse ait: magnificā: & magno ac sapiente uiro dignam ponit: Cato ne coætaneo illius atq; amulo teste frat<sup>9</sup>: Nunq; se min<sup>9</sup> ociosum q̄ cum ociosus: nec min<sup>9</sup> solū q̄ cū solus esset. Cuius rei gloriā Ambrosius: mirū dictū: conciuui suo temptat eripere: nec ubi unq; Romanū genus ciuilibus bellis uacet: ipsius in libris pugnant. Ecce enī Cicero officio: tertio hanc Africano laudem tribuit: Ambrosius i officijs suis: ubi cum in multis: tum in noīe ac numero libror; Ciceronē sequit: ut apte obuiet eodem libro eademq; libri parte: hoc est in ipso principio libri tertij: eam laudem Scipioni Africano ereptā: ad pphetas dñi Moysen & Heliam atq; Helisā: oposa nitit disputatiōe trāsferre: quos fuisse uult ante Africanū diu: & in ocio negociosos: & in solitudine comitatos. Non obluetor Ambrosio: Nam & uera loqui illū scio: & si nescirem: multo ille potēt<sup>9</sup> q̄ Ciceronē Plato ipsa auctoritate me frangeret. Magna est enī apud me: nec īmerito eius auctoritas: cuius ore loqui spm̄ sanctū credo. Quomodo ego Moysen unq; fuisse solū suspicari ausim: qui nō ipse secū tantū qđ ipsum sapiētis doctiq; uiri est: sed cum quo de<sup>9</sup> facie ad faciē loquebat quasi amicus cum amico: Quomodo ociosum: q̄ tacit<sup>9</sup> & iermis sedens & clamabat ad dñm: & usq; in cœlum audiebat: alteriusq; uix auxilio fessas man<sup>9</sup> attollens un<sup>9</sup> tot præualidas man<sup>9</sup> hostiū uincebat: qđ sine eo armata nō poterat legiōes: Quomodo solū putem Heliā cum quo deus itidem & angeli loquebāt: Aut quō ociosum: qui pluuia imperat: & mulieri hospita famis interitū metuenti indeficiētē farinae hydriā & inexhaustū olei uasculū uerbo facit: ingentiq; nisu fidei defunctum illi filium uiuum reddit: Quomodo solum dicam discipulum eius Helisā: qui pauenti hostem puero ministro inuisibiles alijs auxiliares curus & equos atq; acies ostendit angelicas: Quomodo ociosum qui filium hospita Sunamiti ex marito sene pollicit<sup>9</sup> & dedit & reddidit: natum scilicet & primis annis extinctum suscitans: ut puer unus pphetica uel fidei uel potentia argumentū esset: Quid magni autē si uiuēs suscitatur: qui solo contactu sacri corporis mortuos suscitasse noscitur: Quis præterea hunc æstimet ociosum: qui in ipso sedens ocio: conat<sup>9</sup> omnes absentū & cogitatus atq; consilia hostium: quasi præsens nouerat: suis cuncta denūcians: Quo cognito iussu regis Syriae toto circū uallat<sup>9</sup> exercitu: legiones obsidentū se linguæ solius imperio i caritatem captiuitatēq; pductas: uerbo etiam liberauit. Imperiosi ocij sunt hæc & solitudinis præpotētis. Sed sit sane penes pphetas antiqor rerū gloria: quos uel atate uel merito primos constat: An ideo minor Africani laus est q̄ eum aliquis eodem in generē laudis antecefferit: præsertim cum ut mihi cert<sup>9</sup> uideor: nulla prorsus interueniēte noticia: omnis celsit imitatio quā de reb<sup>9</sup> humanis laudū fama q; pticulā deliberare atq; decerpere solitā nō nego. Profecto autem quisquis in partem rerum uenerit: dictum illud unde post tantū interuallum ad hæc pphetarū noīa redij: qđ ipse mihi nō neget Ambrosius unius est primū ac proprium Africani.

Ex sententia dicti superioris Africani declarans de quali solitudine quoue ocio auctor loqui intendat: **Ca. VI.**

A

**C**uius dicti sententia: quid tot uelim uerbis admonet: Volo solitudinē non solam ocium: non iners nec inutile: sed qđ e solitudine profit multis. Qui enim ociosi p̄sus languidi & segnes & soli sunt: eos mœstos semper miserofq; consentio: Quib<sup>9</sup> nec honesti actus exercitiū nec nobiliū studior; illustriūq; nominū possit esse cōmertū. Hæc igitur summa est: Admitto ad ocium: nō hæc uento mobiliora sed mansura negocia: quor; finis est non labor: nō quæst<sup>9</sup> & dedecus: sed delectatio & uirtus & gloria: Corpori non animo ferias indico: ueto in ocio ingenium quiescere: nisi ut assurgat & intermissione fœcūdi fiat: Solet enī ut aruis: sic ingenijs intermissio pdesse. Rursus & generofas curas in solitudinē non tantum recipio sed arcesso: quarum comitatu nullus oīno facilior: nullus amœnior fingi potest: & sine quo misera uita est æque uel in urbib<sup>9</sup> uel in syluis. Libros præterea diuersi generis & simul per quos aut de quib<sup>9</sup> scripti sūt: comites gratos & assiduos & prom

ptos uel in publicū prodire uel ad arculam redire: cum iusseris paratosq; semp uel tacere, uel loqui: & esse domi & cōdicari in nemora & peregrinari & rusticari & confabulari & iocari & hortari & solare & monere & arguere & cōsulere & docere secreta reꝝ: monimēta gestoz: uitā regulā mortisq; contēptū: modestiā ī prosperis: fortitudinē in aduersis: æquabilitatē in actionibꝫ atq; cōstantiā. Comites latos: doctos: humiles ac faciēdos: sine tædio: sine impēdio: sine querela: sine murmure: sine iuidia: sine dolo: Inter quæ tot cōmoda: nullo cibo iterim: nullo potu & ueste inopi & angusta domus parte contentos: cum ipsi potius hostibus suis inæstimabiles animi diuitias: amplas domꝫ: fulgidas uestes: & iucūda cōuiuia ac suauissimos cibos parent. Admitto & in solitudinē amicos: dulce genus: de quo multa præmissimus: sine quibus truncam ac debilitatā uitam & quasi luminibus captam puto. Quotiensq; sub noctē: ut assolet: fores nostras amica manus impulit: Ac mihi seu longum post tempus uenerit hospes: Siue operum uacuo gratꝫ conuiuia per imbrem (Quos mihi uersiculos e profunda grati conuiuē experientia: & ex ipso naturæ gremio uidetur Flaccꝫ elicuisse) Quoties ergo tale aliquid & mihi accidit hospes: sed post longum tempus gratus conuiuas: sed uacuo opes: ne me forte uel frequētibus cōuiuijꝫ uel impedimētis operum delectari credas: tūc ego nō aliū iuenisse: sed meipsum quodāmodō geminatū censeo: Nō penitꝫ duo sunt quorum unus est animus. Nouit amor e duobus unū facere: Alioq; impossibilem rem iuberet Pythagoras: ut in amicitia scilicet unus fiat ex pluribus. Quæ cum ita sit: sequitur ut quisquis unius: idem & duorum capax amicorum locus sit. Nulla igit solitudo tam profunda: nulla tam parua domus: nullum tam obstrusum limen: ut non pateat amico.

**Tractatus decimus:** Exhortatiuus eius ad quem auctor scribit: ut uitam solitariam amplectetur remouensq; impedimenta ac repellens argumenta eorum qui huic uitæ aduersantur: cum præclara solitudinis cōmendatione.

**Tam ob uirtutes eius ad quem scribit: q̄ ob comites quos illi ad solitariæ uitæ solatium fors dedit: ad solitudinem suadens:** Ca. I.

**T**ibi pater: si teipsum: si tua bona noueris: nihil deest quod gratam solitudinem & dulce ociū possit efficere. Adest animus bonus & adeo bene institutꝫ ætate: nō negligēt excultus multarq; artiu ac rerū noticia instrutꝫ animꝫ hūanorum actuum dux ac rector: totiusq; uitæ nostræ gubernaculū tenēs: ut iam tibi gubernatiōe nauigatio nisi fœlix esse non debeat: uiros claros & insignes quæ fuerunt nosti: uellem dicere posse qui sunt: sed ut res eunt uides. Si qui tamen uspiam sup sunt: haud ignoti nūc etiā sunt tibi: cum quibus non potes aliter animo uersare q̄ genꝫ tibi nō maria nec montes eripient: cum quibus potes & corpore abundas pluribus fortasse: q̄ huiuscemodi rei nunq; magna copia fuit: nunc inopia summa est: sed unū nomen honoris causa huic loco inferendū credidi: Eorum quos tibi ad solitariæ uitæ solatium fors dedit: Pontius Samsonis est: q̄ a te secūdū ornamentū habet ecclesia tua. De hoc enī ut quem a prima ætate familiarissime cognitum: nunc quoq; certius nosse mihi uidear: fidentius loquar. Huic ego non temere: sed e re natum Samsonis cognomē obtigisse crediderim: q̄ q̄tus hebræus ille corporeis: tantꝫ iste sit animi uiribus: hūanitate: prudētia: Ad hæc & litterarū non mediocri noticia: eaq; morum suauitate: quæ facile si quid habet solitudo asperum lenire queat. Illum ut facis: tota mente cōplectere: Illū in ocij solitarij partem uoca: Nisi enim fallor augurio sequetur uolens: & fessus urbanarū rerū: fugam urbium non horrebit. Sed o ubi Socratem nostrum linquo: Fallor ne: Hūc linquo equidem: Nā cum reliqui comites: ille pars nostri ē. Itaq; cum cæteri euocandi sint: hunc nobis inseparabilē amor præstat. Nosti hominem quem & stabilis amicitia fides earum & musarum multa familiaritas clarum facit: Cum quo ita gaudium uitæq; iucunditas aderit: ut cōsiliū non absit: Ita ut uis ingenij uigorq; animi: ut qui his nōnūq; iungi solet: mœsticia nulla nubes inueniat: sed ea sp̄ lætæ frōtis uniformitas: quā in Socrate illo sene & mirari solemꝫ & laudare: In hoc & cōspicimꝫ & amamꝫ. Proinde nec nēm sileo Guidonē: cuiꝫ aīo nihil ē puriꝫ nihilq; cādidiꝫ: nihil īgenio acriꝫ: nihil iudicio grauiꝫ: nihil cōuersatiōe suauis: Qui si nō septimus: ut cognomē eiꝫ spondet: sed qntꝫ accesserit: nō intelligo qd hoc dulciꝫ comitatu. Quāq; nec alij qdē desint & uoto pares & studio: nisi illos nobis aut statꝫ iparitas aut oīno difficultas

C

quædam: & inenodabilis humanarū rerum perplexitas iuideret. Sed & hi satis multi sunt & illis aīo frui nec ipsa uetuerit fortuna. Hi igit̄ tales uiri aderūt: ut neq̄ ualido aspa neq̄ urgens occupatio neq̄ cōmigrandi incidens necessitas ita nos distrahat: qn unus nostrum assidue tecum sit. Et quid singula enumerē: Nihil deerit omniū uolūtas una non desit. Assunt qdē mime graues: sed agiles expeditæq̄ diuitiæ: Siue ut aliū idem dicam: Adest paupertas non mœsta nec sordida: sed honesta & læta: etsi uerum fateri uolum⁹ multis inuidiosa: Adest librorū bona copia legēdi dulcis ardor intelligēdi memorādiq̄ facultas data cælit⁹ & studio aucta puigili. Qd̄ sequi siluissim (Sic enī pudor hortabat̄ ni scirem pro utētis affectu precium rebus accedere) Et ipse igitur adero: & mea quā diligis nunq̄ aberit papyr⁹: no ui aliquid afferens indies: cui⁹ æstimationē tu mihi fateor ante alios inexplēbili illo tuo legēdi desiderio geminasses: nisi qd̄ a principio dixeram & uetus est uerbū: ludicio fauor ficeret. Repeto enim quotiēs illam: ne dicam alijs: sed certe Platonis ac Ciceronianis codicibus prætulisti: dum tibi Bibliotheca mea limen ingresso: q̄ sæpe non ut episcopus: sed ut amicus facis legendi: quæ nunq̄ in te sitis extinguit. Ego diuina illa opera coelestium ingeniorū obtulissim: Tu autem manu obiecta frontem auertēs tantū nostra deposceres. In qd̄ ne quid tuū ratione careat: inclinasse te potuit: uel ueterū perfectā cognitio repetitæ lectionis iam nō egēs: uel hinc nostrorū amor: hinc nouitas: & si enī in scriptis uetustatis auctoritas maior: & illud Flacci uerū sit: q̄ meliora dies ut uiua poemata reddit: habet tñ & nouitas gratiam suam & forte iuuat experiri q̄tū uiuendo p̄fecerim: Nil enī impius: nil experienti⁹ est amante. Quicquid autem causā est: tuū fateor: hūc ardorē ipse coram sæpe mirat⁹ sum: sæpe absens uillici mei uerbis agnouī q̄ assidue redeunt̄ his me lamētis aggredit̄: Cur nescio quā papyrū: quā tu hāc inuisens domū solā petere soleas: abstulerim. Rideo & miror uel patris affectionē uel custodis fidem: uel uillici puritatē. Itaq̄ aliquñ abiēs: & cum sene meo ludens: papyrū illi uacuum dedi: quasi illa esset quā quæsisset. Quo facto se illusum reuertenti: iterū grauiter questus totaq̄ demū res i iocos & in risum desijt.

D

De illis quæ solitarius debeat semper desiderare: & de loco habitationis eiusdem: Ca. II.

A

 Ad redeo ad ordinē. Adest ergo tibi præterea sine quo uita: ne dicam fœlix: sed ne uita quidem est: malarum rerum naturale odium & bonarum amor: uirtutum cultus: bonæ famæ pulchra cupiditas: honesti studium: contemptus supuacui. Qd̄ si unū ē solitariæ uitæ fundamentis dixerō: uerum dixisse me dicam. Adest corpus laboribus obeundis idoneū: nondū fragile iam maturū. Adest ætas adhuc uirens: sed iam adolescentiæ malis explicita: quæ optima uitæ pars: nec expers actuum: nec consilij inops est: & ad magnas res audendas aggrediēdasq̄ sufficiēs. Adest deniq̄ patria: ubi ciuis ac præsul hinc amoris in populo: hinc reuerētiæ arcē tenes. Illud tibi natura præstat: hoc dignitas: utrūq̄ uirtus ac meritum. Eam quoq̄ sortitus es patriam: quā licet episcopatus tuus: ciuitatis appellatione nobilitet: ea tamen præter uetustatē & nomen de ciuitate nihil habet: non luxū: non frequentia: non tumultum: singula ad eam uitam de qua loquor aptissima. Cui⁹ ego si rite computo: annis circiter qnquaginta ante domini aduētum lulto Cæsare Britāniam oppugnante in Autēticijs scriptis: inter antiquas iam tunc urbes memoriā inuenio.

B

Aspectus loci talis est: ut nō ineleganē idem ipse Socrates noster: quotiēs illic ad te uisendū conuenimus dicere soleat: En ciuitas illa parua quidem sed honesta: quā Abagar⁹ rex Iesu saluatori obtulisse legitur in Ecclesiasticis historijs. Illius i medio tibi solitudinē facere si uelis potes: non egēs ad hanc rem peregrinatiōe longinqua: ad quā multi eorū confugerūt q̄s supra cōmemorauī: ea locorum cōditio est: ut in patria tua inq̄ tuorum gremio solitarius esse possis: haud spernenda quidem oportunitas: domi habes qd̄ multi trans maria quæsiere. Sinaūt tibi nidus tuus sonlet: aut quid forte liberi⁹ petis: euolare licet in p̄pinquū rimum: & supra uicinū fontem amœnissima & quietissima statiōe consistere. Adest tibi tuus Gorgia rex fontium: ad cuius tibi murmur hæc scribo. Adest liberrimū gratissimūq̄ perfluum clausæ uallis. Sic enim uocant incolæ: sic uocari uoluit natura: quādo illam circumductis collibus abdedit extra omne iter: omnemq̄ concursum: uideriq̄ nisi ab incolis non permisit. Hic tu quoq̄ qd̄ rarū & liber & dominus & præsul & solitarius esse potes. Poteris ne tuum locum spernere qui aduenis & reuerētiā inijcit & stuporem. Si quis specus inqt Seneca saxis penit⁹ exesis montē suspēderit: nō manu factis sed naturalib⁹ caulis in tāā laxitatem excauatus: animū tuum quadam religionis suspitiōe pcutiet. Si hoc uerum est:

C

ubi quæso religiosior usquã speret: Et si quod sequitur est uerum: Magnorum enim inquit fluminum capita ueneramur: ubi maior ueneratio: Flumina quidem maiora longæ uia: spacio & congestu aquarum multarum nouimus: fontem nullum. Rursus si tertium est uerum: Subita inquit ex abdito uasti amnis eruptio aras habet: ubi oro dignius aræ fuerint: Quas ego iam pridem christum testor: si qua uoto facultas affulserit: illic in hortulo meo qui fontibus iminet ac rupibus subiacet: erigere meditor: non nymphis: ut Seneca sentiebat: neque ullis fontium fluminumque numinibus: sed Mariæ cuius proptus ineffabilis & fecunda uirginitas: omnes deorum aras ac templa subuertit. Aderit ipsa fortassis: ut quod diu iam & nisi fallor pie cupio: aliquando proficiam. Nunc coeptum sequor: Poteris ne igitur tuum locum spernere quem alienigenæ uenerant: Locum libertati & quieti & ocio & scientiæ & uirtuti: ac ne in singulis imorer: ad summam omnibus quibus studes amicissimum locum: ut cætera sileam: tãto olim & tibi tam culto habitatore dignatum. Scis quod Veranus tuus: christi confessor eximius: qui sedem tuam nunc solito duriorem: nescio quotus ante te tenuit: quærēs locum pacis: hic demum substitit pulsoque hinc dracone terribili: sanctam ac solitariam uitam his duxit in locis. Cuius nomen in famosæ solitudinis amicos: non præteritum sed dilatatum est: ut in extremo positum tenacius haberet memoriæ: non tam tuæ: unde illud auelli commemoratio quotidiana non sinit: & præsens semper uana sub oculis fidei tuæ testis in quam preciosis sancti uiri reliquijs exequendam: omne tuum studium: omnes opes ut dici solet uentre fraudato: omne denique quod tibi usque erat argentum atque aurum uirum optime contulisti quæ cæterorum qui fortassis hæc legent. Hic equidem habitauit ille dum uixit: priusque ad statum curæ pontificalis inuitum spectata uirtus attolleret: hic uelut in terra hostili: sed a sepe domita ac pacata & cultui hominum acquisita christo cuius auspicijs signoque uicerat: Trophæum erexit titulo uirginis genitricis insigne templum exiguum: sed decorum & ualidum. Hunc ipse montem peruium fecit: & hæc montanam præduramque silicem perforauit suis: ut aiunt: manibus: opus feruoris atque ocij ingentis: hic in ripa cellam habuit: christo diues atque hortulo contentus & flumine. Postremo procul hinc moriens: huc refertur: atque hic sepeliri uoluit: ut nosti: tam claro stupendoque miraculo ut quod olim in transitu maris rubri uiuētis Moyses uirga potuerat: hoc si qua fides in transitu fluminum ueram pallium posset extincti. Hæc hæc tenent: Nam de reliquis ruris tui laudibus multa dici possunt: sed & multa sæpe diximus: & hodierno colloquio dandus est finis.

Qui deo seruire uelit: siue artibus bonis ingenium excolere: siue aliquid aliud boni facere: fugiat ne dum opem ferre alijs uideatur ipse obruatur: Et quod in alio reprehendat ipse ne committat. Ca. III.

**S**ic itaque deo seruire uolumus: quæ una libertas est atque una felicitas: siue artibus bonis ingenium excolere: qui proximus egregius labor est: siue aliquid meditando & scribendo nostri memoriæ posteris relinquere: atque ita dierum fugam sistere & hoc breuissimum quod uita tempus extendere: siue simul hæc omnia præstare propositum est nobis: fugiamus oro iam tandem & id est tutum cum quod superest in solitudine transigamus: omni studio cauētes ne dum opem ferre naufragis uideamur: ipsi res humanarum fluctibus obruamur: res humanarum scopulis allidamur. Denique quod probamus id agamus: ne quod morbum est publicum: quod quod in alijs sæpe reprehedimus: committamus: & iudicia sermonesque nostri ab actionibus discrepent.

Non debeamus amplas opes expetere: non enim adiuuant sed impediunt. Ca. III.

**N**emo uero nos fallat: nemo nobis persuadeat in hoc amplas opes expetendas: Non adiuuant sed impediunt: premuntque: non subleuant. Ad hanc uitam ascensus est: Nemo in altum ascensurus superuacuis sponte ponderibus aut laqueis implicatur. Nihil auro grauius nihilque tenacius: id nisi quoad necessitati subuenit: nec optandum nec amandum quod dem. Vbi enim auariciæ obsequitur: nihil est quod ferentem magis incuruet ac deiciat & in terram cogat. Neque id mirum: si a terra ortum ad eandem suo pondere fertur. Non conuenit animam coelestis originis terrestrium cauernularum sarcinis obrui: facibus inquinari. Prefert quidem splendorem & lenitatem sensibus illudentem: animo autem affert tenebras & spinas & tribulos curarum tristitiam ac pungentem: & quo purgatius uidetur: eo abditis malis infectum est. Nunc quod sola ueniunt diuitiarum: multa & uaria mala secum ueniunt & innumeros labores causasque discriminum. Si mihi non satis est fidei: quare ab his quos felices uocant: & adiura ut ueri nihil

occultet: iuenies eorū uitā supplicij plenā suis: ut quā mirabaris exhorreas aut cōtēnas:  
 & intelligas huic uitā ad quam te hortor: magnas diuitias nil prodesse: sape autem obesse  
 q̄ plurimū: ut nedum non tanto studio conquirenda sint: sed abijcienda potius si ultro ades-  
 sent: donec ad eum quem natura & uirtus statuit modū: more nauarū graui tempestate  
 laborantiū: iactu damnoq; rerum salua puppe: puentū esset. Mira res nūc animū subit: ut  
 te pater meq; tecum rogem & obtester: ut unius pueri consiliū uni datum seni duobus esse  
 C utile patiamur. Is puer Alcibiades fuit postea uir & forma notus & ingenio alternatimq; for-  
 tunā clarissimum exemplum: Huic auūculus Pericles fuit: uir & ipse raris annumerandus:  
 Imprimis eloquio potēs: & cui ad magnū imperiū fuerat lingua p gladio: Ad hūc ergo cū  
 puer Alcibiades ex more ueniens: senem solito tristiore offendisset: motus q̄ non solitis  
 forte blanditijs exceptus esset: pconatus fertur quā causa tristitia seu quid incidisset nouit:  
 & cū senex puerili reor ingenio delectat: ueram rei causam nō celasset: dixissetq; se imēsam  
 pecuniā expendisse in usus reipublicæ: cuius impensæ rationem qualiē redderet non posset  
 apud se cogitādo repire: Tum puer supra ætatem: Tu uero inquit cogita potius qualiē non  
 reddas. Callidum nempe consiliū: uel si a sene datum esset magnūq; & euident plenum  
 præfagiū ætatis. Quo frātus auūculus: cōcitato externo bello ciuilem difficultatē reddendā  
 rationis euasit. Sed ad consiliū reuertor: in quo laudare soleo: non facti iniusticiā: sed  
 acumen ingenij & celeritatē: hoc est illud pueri senile consiliū: qd̄ in usos nros uertere mo-  
 D neo: sed in alios terminos ante uersum. Ecce enī ueniens qui uiam nobis ad magnas diui-  
 tias ostendant: qd̄ nihil ē aliud q̄ auariciā docere: Pestilens sane schola & operosa admo-  
 dum difficilisq; doctrina multo uigiliæ ac laborū impendio discēda: & uel effectu caritura  
 uel nocitura successib⁹. In his cogitationib⁹ occupato animo dicamus: Cogita potius qua-  
 liter ista nō cupias: Ea enim utilior & certe facilior ars est: ad quā si adhuc lentus & indoci-  
 lis est anim⁹ additis urgēdus ē stimulis: Ostendam⁹ ei præter mala diuitiarū de quib⁹ & a no-  
 bis modo aliqd̄: & multa q̄tidie dicūt a multis: esse artē hāc in manib⁹ nostris: illam alte-  
 ram ī arbitrio fortunæ. Spernere opes potest quisq; consequi non ita: scitūq; est illud ami-  
 ci: Quare inquit potius a fortuna impetrem ut det q̄ a me ne petam? Itaq; rem difficilem  
 & euentus ambigui: puto præstat intentatam linquere: quā & si certe utilis foret: esset ta-  
 men intempestiua & sera. Ecce enim sudabimus: anhelabim⁹: torquebimur ne desint uitæ  
 breuis ac fragilis alimenta: quæ ut dixi: iam pridem cumulate & usq; ad inuidiam ac deli-  
 tias assunt: Verum esto: desit aliquid: Quis est enim regum cui nō aliqd̄ desit: Hic magno  
 nisu assurgendū dicit aliquis: ut omnem prorsus indigentiam futuri dijs similes: propella-  
 mus: quæ nec penitus pelli potest: & ad tempus pulsa redit acrior.

Quæ anxia uita atq; in crastinum prominens non est uita: sed uitæ meditatio:  
 Et q̄ auaricia sit uincenda: & iter ad ueras diuitias condiscenda: Ca. V.

A **C**icero quidē ad Germanum scribens: Quæ me inqt sicut sape antea cohortaris ad  
 ambitionem & laborem: faciam equidem sed quando uiuemus. O breuis quæstio  
 sed efficax: Hinc uero q̄sq; erit hortatori nostro apte ne satis & graui⁹ respōderi po-  
 test: Placet amice qd̄ suggeris si modo possibile ē: sed quando uiuere incipiem⁹. Oro te q̄s  
 scilicet nō modo uiuere sed uixisse iam deceat: Nam hæc semper anxia atq; in crastinū pro-  
 minens: non est uita: sed uitæ meditatio nunq; forte uenturæ: & quod constat ambigua.  
 Inter multa quidem hoc a plebæio poeta non ignorabilē dictū tenes: Crede mihi nō est sa-  
 piētis dicere: Viuā: Sera nimis uita ē crastina: uiue hodie. Est uero cōsiliū illud Alcibiadis  
 late patens & ad multa uersabile: Vltio stimulat: gula sollicitat: suspendit ambitio: incendit  
 amor difficillima exequēdo cōtemnēdoq; facillima. Hæc animū doceam⁹: ut anceps & pe-  
 riculosa ad nocendum uia: itaq; sape dum ulcisci uolens iniuriam aceruabis: ut uilis gu-  
 læ seruitus & solliciti apparatus turpissim⁹ exitus: ut uentosa semper ambitio supplicandū  
 populo: quo nihil est durius: ut improbus supbusq; amor seruicandū mulierculis: quo nihil  
 indignius uiro forti: ridendū inaniter lugendūq; & sape nō min⁹ lætis q̄ mœstis euetib⁹:  
 tanta uanitas rei est: horum omniū una est regula. Siquidem huius implendis cogitatio im-  
 B peditur: nunq; deerunt mœsticiæ mortales & malorū causa: ut euadas hinc & ut lætus ac li-  
 ber sis: contemptus ipse præstabit. Hoc potius cogitandum est igitur qualiter difficulta-  
 tes has effugas: q̄ qualiter explices: Vide in q̄ uirilem sententiam: puerile dictum tra-  
 hi potest. Sed ommissis alijs: quod nunc unum agitur auariciam hoc artificio uincamus:  
 necessarias nobis ad hoc ocium magnas opes ostentantem: & spernendo mortalia frenan-

doq; cupidines: & naturæ modestiam æstimando: compediariū iter ad ueras diuitias cō-  
discamus. Re enim uera cum omnibus ad uirtutem nitētibus: tum uel maxime proposito  
nostro inimica cupiditas est: Nam nec finem habet ullum: & cumulando superuacua: im-  
pedimentum quærīt huic uitæ: cui præsidium pollicetur: quā non onustam sed expeditam  
atq; agilem esse oportet. Nemp̄ cum constat multis qui oīa posse uidebant: ne hoc unum  
possent: opum potentiaq; magnitudinē obstitisse. Tibi nil obstat nisi qđ mīme suspicor: ip-  
se tibi obstes: potes equidem: potes modo non singulos nodos soluere: qđ simul omnes am-  
putare malueris: Aduersus hydrā res est nobis: nullus erit finis nisi repullulātia capita in-  
genio præcidam? Herculeo. Ego solus esse non tantū possum: sed iam cœpi facile p̄seueratu-  
rus: si tant? mihi uiā solitaria dux & comes accesserit. Non modo enim meæ quietis adiu-  
tor: sed ut qđ in animo est quōlibet enūciem: Ipse quies mea: nec tantū solitudinis solamē:  
sed ipse quodāmodo solitudo mea eris: tunc uere plārūq; solitarius uidebor dum tecum  
ero. Præcessi ego te: temptauiq; uadam: sequere saltē: qui præcedere debuisti. En quasi du-  
bio torrēte trāsmisso ripa clamās ad aduersa ut intrepide transeas edico: Nihil oīno pericu-  
li ē: & ubi primo pedes tenui strupea oīa atq; suspecta: hic amœna oīa & secura denūcio. Si  
dubitas: si cūctaris ipse retrāseō & uestigia retro obseruata sequor: ut Virgili? ait: ut scilicet  
manu prehensum ad hæc te loca p̄ducam: quibus cū assueueris: regū thalamos p̄tificūq;  
aulas carceres & molestos laqueos ducas.

De Remedijs contra pigrum progressum ad solitudinem Ca. VI.

**Q**uod si forte omnia quæ animos tenēt abdicare nōdū possum? Id enī unū ē ex eo-  
rum genere quæ prius incipiūt hoīes docere qđ discere: at saltem amicam nobis soli-  
tudinem faciam? qđ nullo uetante p̄mittimus: inq; illam cum omnib? fortunarū  
nostrarū farcinulis cōmigrem? quib? cū fortiter carere posse cœperim? tamē demū plena  
libertas erit & securū gaudiū. Interea ut res tuis: nūsq; certe quieti? uicuri sum? Neq; enī  
uel quia diffidā tam obnixē ago uel tanto uerborū nisu quicq; tibi durum aut graue sua-  
deo: cum & altitudinē animi tui norim: & siue hui? siue artioris uiæ clarissimi tibiq; notissi-  
mi duces sint. Nam & Martin? cui multum fidis: & cui qđ p̄grinationes sermōesq; tui in-  
dicāt: inter christi amicos amicissimū te notaui: hūc uitæ modū: ut ex superiorib? liquet im-  
pleuit: simul & solitarij requiē amplex?: & episcopi dignitatē retinēs: ut iure suo Gennadi-  
us & monachū & episcopū illum uocet. Nemp̄ qui prius ante baptismū: qđ difficilius est  
impleisset in adolescētia: inq; ipsa militia utraq; religiosis aduersa cōsilijs sic uiuens: ut iam  
tunc sic ut in uita ei? scriptum est: non miles sed monachus putaret. Et alter Menas: cui na-  
talis idem qui Martino est: terrenā cœlesti militia: non in urbe sed in heremo pmutauit. Et  
huc quoq; de industria dilat? Gregorius naçiançen?: ut Hieronym? testat: Immo se episco-  
pum in loco suo ordinans ruri uitam monachi exercuit: Cuius uitæ qđ illi semp̄ amor fue-  
rit: hinc elicit: qđ iam ante subrecentē ex Atheniēsi auditorio digressū: Basiliū Cæsariēsem  
famosum compatriotā & collegam: atq; ut famā secut?: Augustin? ait: etiā carne germanū  
suū e cathedra magisterij detractū: ubi ille rhetoricā florētissime docebat: iniecta manu ad  
solitudinē & ad meliora studia insigni quadā amoris fiducia & auctoritate deduxerat.

De repulsiōe argumētōrū illorū qui uitæ solitariae aduersantur: Ca. VII.

**A**vdio autem e trāuerso qđ aduersus hæc rursus obstrepi solet. Nā primo de scri-  
pturis sacris nobis facere nitunt inuidiam. Vā soli quia cū ceciderit non habet sub-  
leuantem se. Et melius est duos simul esse qđ unū: habent enī emolimentū societatis  
sua: Et quæ sunt id genus plurima. Qđ oīno nō dicerēt si quid ego sentia & qđ loquar at-  
tenderent. Deinde Aristotelicū illud obijciūt: ubi ait: uel qđ naturalit? sociale animal ē ho-  
mo: uel qđ qui alijs non cōmunicat: aut bestia est aut deus: quasi ego uel odium indicā uel  
societatē omnīū hominū interdica: uel anceps sit electio quid esse malim: an bestia an de-  
us: hoc ē bestialis homo an diuin? uir. Ciceronianū præterea illud nobis imurmurāt: ubi  
non a necessitate qđ quibusdam uisum esset: sed a natura profectam hominū societate: nō  
semel deseruisse contentus: rei huius argumentū attulit optimū: quemq; licet omnib? co-  
pijs suffultum & omnis necessitatis expertem: tamen & solitudinem fugiturū & socium stu-  
dij quesiturum. Quibus satis ut arbitror libro superiore respōsum est: Nam nec ego nisi in  
hoc mihi plene cum Tullio cōuenire: solitudinis ac studij socium: imo uel socios & quærē-  
dos dicerē & colēdos. Et hæc igi? & quæ ad obuiādū nobis sisia trahi solēt teneo: & deserta  
solitudine Aphratē cui? supra meminim?: & Iulianū illū famosissimū heremitā Antiochiā:

& famosiorē Antoniiū Alexandriam urbemq̄ alias petiisse non sum nescius: uerum id non motu p̄prio seu leui qualibet ex causa: sed p̄ graui necessitate summoq̄ fidei discrimine gestum noui. Sic enim scriptum est: Sciebant illi sacratissimi uiri quid temporis uniuersis congrueret: & quādo esset op̄ frui quiete: & quā necessariū solitudini praeponere ciuitates. Iam id properidicūlū qd̄ p̄missis accumulans: quodq̄ p̄senti mihi sapius obiectum scio. Quid enim fiet inquit: si passim omnibus p̄suadere potueris qd̄ intendis: aut quis tandem in urbibus residerebit: Vide ergo ne contra rempublicā loquaris. Quibus plane res ipsa respōdeat: Si quidem omnes inde migrauerint: certam esse mutandae sententiae rationē solitudines deferendas: quae iam solitudines non erūt: eoq̄ protinus redeundū: unde omnis tādij pater inquit popellus abcesserit. Sed bñ habet: non hi sūt hominū mores: neq̄ tam patulas uulgas aut tam faciles honestis consilijs aures praebet: paucis utinam p̄suaserim. Nec uero par est omnib⁹ unam uitam & praesertim solitariā suadere: nec ego loquor omnibus: sed tibi: sed mihi: & his paucis quib⁹ haec rara conueniūt. Nobis certe si nō uulgi uoces: sed naturam nostram sequimur: nihil est aptius.

De hortatione ad solitudinē: Et q̄ urbes relinquendae sint occupatis in saeculo: Ca. VIII.

A

**I**nquamus urbem non redeūdi animo: ne posita ad aratrū manu respiciam⁹ retro: sed precemur potius: ne unq̄ ad ingrātū deq̄ omnibus bonis male meritum populū reuertamur. Qd̄ fecisse Lentulus tradit: is q̄ sub obtētū p̄fectōis honestae: aeternū exiliū elegit: quē ut imitari uellem⁹: & si non quietis amor ac saltē turbā odiū p̄suasisse debuerat. Quāq̄ nō desit exēplū minus notū sed deuotū magis Chronij phoenicis monachi: q̄ solitudinē ingressus orauit ne unq̄ inde discederet: mltaq̄ p̄seuerantia sibi praestitit ne irritae preces essent. Extirpandae sollicitudinū causae sunt: frangēdiq̄ quos tenent unci: rumpendusq̄ pons a tergo ne qua fugae uel reditus spes supsit. Dicam enim tibi: nō qd̄ Palladius exemplot⁹ talium historicus dixisse sibi Ioannem scribit Aegyptiū heremitam illū cui⁹ supra mentio est habita: Episcopus enim inquit es futur⁹: plurimūq̄ tribulationū habiturus ac labor⁹: Si igit̄ ista uis fugere: noli relinquere solitudines nostras: Nullus enī te in desertis degentem locis episcopū faciet. Haec Palladio: Ioānes. Ego autem tibi de episcopatu nihil: Iam enī es qui ille cauendū p̄amonebat: nec iam tibi possibile est Episcopū nō fuisse: ad quem statū ante annos matura te uirtus erexit. Sed quid huic proximū est dicā: Episcopatus enī tuus talis est: ī quo & honore summis: in libertate mediocrib⁹ atq̄ infimis par sis. Qd̄ si maioris episcopij pondus times: solitudines nostras ama: Et si labor⁹ īmortalium nexibus uis absolui: hanc requiē quaere: Ut enī a militiā labore rediens: ait Romanus ille Centurio: hic optime manebim⁹: qd̄ si fortuito prolatū: ad omnē tanti impij tractum est:

B

ex p̄posito dictū nō spernā. Surge: ueni: p̄pera: linquam⁹ urbem mercatorib⁹: aduocatis: profenetis: foeneratorib⁹: publicanis: tabellioib⁹: medicis: unguetarijs: lanionib⁹: cocis: pictorib⁹: atq̄ factorib⁹: alchimijs: fullonib⁹: fabris: textorib⁹: architectis: statuarijs: pictorib⁹: mimis: saltatorib⁹: citharedis: circulatorib⁹: lenonib⁹: furib⁹: maleficis: adulteris: parasitis: hospitib⁹: circūscriptorib⁹ ac scurris: edacib⁹ odorem fori uigili nare captantib⁹: quib⁹ ea felicitas una est: illi inhiant: Nullus autem nidor in montib⁹ & solitis ac placitis caruif se suppliciū. Sine illos: nō sunt nostri generis: Permite diuitib⁹ nūmos suos numerare: & ī hoc Arithmeticae praesidio uti: nos diuitias n̄as sine studio: sine arte numerabim⁹. Nihil est qd̄ illis iudeam⁹: nisi nūc etiam: qd̄ absit: pueri sim⁹: quos ficta adūbrata suspēdant. Demi phaleras equis uenalib⁹ uet⁹ est cautela. Nemo sanus puellā deformē q̄ bene uestita esset ī cōiugiū optauit: Nos si phaleras: imo laruas his purpuratis foelicib⁹ detraham⁹: clare uidebim⁹ esse miserrimos: Suas sibi diuitias habeāt: suos mores: suas uoluptates. Ne pe q̄s aeternas uellent diuitiae abibūt: & q̄s manu retrahūt uoluptates fugient: At quib⁹ caruisse cupiēt mores stabūt & comitabūt iuitos. Cūcta haec quae illos uulgo mirabiles ostēdūt: momēto t̄p̄is euanescēt. Sub impio fortunae uiuūt: si illa peccerit: mors nō parcat. Qui preciosissima res habent: si tñ dicēdi sunt habere quib⁹ seruiunt: ipsi mox a uilissimis habebunt. Et a qb⁹ inquit habebit diuitias ingratus haeres & forsā hostis inuisus: Corpa uermes & upuā: Tartar⁹ animas: Nomen: obliuio sempiterna. Contra quibus pauper hic fuerit: In memoria aeterna erit iustus. Non nos igitur ad emulationē prouocet falsa prosperitas uera miseria: sequestrē a nobis molles & eneruati diuites. Illis Thermae: fornices: atria: popinae: nobis syluae: mōtes: prata: fōtes placeāt. Illi carnis desideria & lucra undecūq̄ ueni-


C

ens: nos studia liberalia & honesta sectemur: & si quid mechanicum miscere iuuat: sit agrici cultura uenatioq: Cui quis inesse clamorū aliquid & nostro proposito dissonū uideat: de uenatione uetusq: sit uerbū: In uenando multā uerborum esse iacturam: uenationē tamē & meditationi & studijs oportunam: magnis quibusdam ingenijs uisum scio: propter solitudinem scilicet & nemorum latebras silentiumq: retia ipsa seruantium. Quod tunc maxime uerum fiet: dum præter numerū: hoc est non uenator sed spectator in syluam eas abiturus ex commodo sine ullo uenantium commeatu: ea forte uel clericis præcipue inter syluas agentibus permissa licentia est: nec huius generis interdicta uenatio: rara quidem & modesta & exercitio corporis indulta non luxui: quæq: illi cognatæ sunt piscatio aucupiumq: hæ sunt ruris artes. Deniq: illi semper pendeant ac uoluantur: nos ad petram pressis uestigijs insistam. Illi semper hæreant: nos aliquā progrediamur. Illi semper dubij cōsultēt: nos iam tandem salutare consiliū exequamur. Postremo illi mūdum fugientē amplexent teneantq: si possint: nos dñm & quæramus dum inueniri potest: & inuocem⁹ dum prope est: quin & dum corpora nostra pegrinant ab urbibus: pegrinent a corpibus animi: præmittamus illos ad cœlum cum temp⁹ aduenerit (qđ philosophi nō sperarūt.) & corporib⁹ secuturi.


## De præclara solitudinis commedatione: Ca. IX.

**E**N quo imper⁹ calamū tulit: qđ multa dixim⁹ de re parua: ut uulg⁹ existimat: ut ego sentio pmaxima & mihi eadem tam iucūda: ut cum i hoc corporeo carcere diu uinctum me fuisse meminerim: uixisse non ampli⁹ mihi uidear nisi qđ diu solus & ociosus uixi. Quāq: o si usurpare audeā præclarū illud singularis & egregij ducis dictū: nec impertunā detur insolentiæ gloriandi par in tanta imparitate licētia: Ego quoq: non modo nunq: minus ociosus qđ cum ociosus: minus ue solus qđ cum solus: sed semper ociosus nisi dum ociosus: semper solus nisi dum solus fui. Et si non sim dubius: qđ sæpe iam dixi: magno strepitu populū his omnib⁹ occursum: Sed ueritas intrepida & inuicta est: Nec uanos horret strepit⁹: ut descriptor generosi cornipedis Maro ait: Illi ardua ceruix argutūq: caput: Cuius qđem non assertor adhuc magis audax qđ sollicit⁹ inquisitor sim. Ad quā licet enī studio semper aspirem: uereor tamē neqñ mihi uel illius latebræ uel meæ curæ uel tarditas quædam obster ingenij: ut sæpe res quærens opinionib⁹ implicer. Hæc ergo nō diffinitor sed scrutator uestigatorq: tractauerim: Nam & diffinire sapiētis est proprium: & ego nec sapiens nec pxiimus sapiens: sed ut Ciceronis uerbo utar: magn⁹ sum opinator. Contra autem paucos quibus loquor: affuturos scio præter numer⁹ superiores rebus oibus atq: uictores: Ego iam hinc iudicij tui arram teneo: satis est quid alijs iudicēt: p se quisq: uiderit dū uagas fluctuatēsq: sentētias nulla necessitas ad uerum cogit. Certe cum uenerit inuictabilis dies: & urgere animā hinc cœperit ineluctabilis mortis hora: quādo non in porticib⁹ aut compitis populi digito monstratū esse: nō regem aut pontificē fuisse: non pecunia: non gratia: nō delitijs affluxisse: sed cæste: sed pie: sed innocentē uixisse: p fuerit: Tūc ut spero fatebitur qui nūc negat trāquillū hoc saltem fuisse consiliū. Ita q: tantus ardor: tantus materiæ amor est: ut cū multa dixerim plura se offerāt: sed studio consulendū est. Putabā enī epistolā scribere: lib⁹ scripsi: quē diuisur⁹ nō fuerā: quo scilicet solitaria uita solitari⁹ liber esset: nisi quia i mētē redijt eam me solitudinē laudasse: nō quæ unū etiam: sed quæ turbas fugit: Simul illa me cogitatio pposito emouit: ut onustū fessumq: uia medio lectorē partitio releuaret: Vnū igit i duos secui. Dulce aut mihi fuit præter morē ueterum: quos in multis se qui soleo his q̄libuscūq: litterulis meis sæpe sacrum & gloriosum christi nomē inserere: qđ si fecissent prisci illi nostrorū ingeniorū duces: & eloq: hūano uim scintillarū cœlestiū miscuissent: Delectant fateor: sed multo ampli⁹ delectarēt: Nūc mulcet eloquentiæ prima frons clara uerborū luce: sed sentētiarū ueris orba luminibus: cū diu aures delinierit neq: quietat animū nec pducit ad illā supremā stabiliēq: dulcedinē ac pacē intellectuē: Ad quā qđ infelatici & supbi hoies contēnūt: nisi p ipsam christi humilitatē nō est adit⁹. Hæc tibi autē sic affecto animo dictaui: ut oīs impulsarū uento frondiū fragor: & oīs circa nascentiū sonit⁹ aq: hoc unū dicere uiderent: Bene suades: Recte consulis: Verum dicis.

Francisci Petrarchæ Poetæ Laureati: de Vita solitaria: Secūdus Liber Explicit.



Franciscus Petrarca de Re/  
medijs utriusq; Fortunæ.



Insignis ac plurimum cōsolatiui operis Francisci Petrarchæ Poetæ atq; Oratoris Clarissimi: de Remedijs utriusq; fortunæ ad Azonem: duos libros dialogis ducētis quinquagintaquattuor distinctos cōtinentis: Dialogorū libri primi de Remedijs prosperæ Fortunæ: collecta: ordinata: enumerataq; Annotatio.

De etate florida & spe uitæ longioris: Dialogus Primus.	De supellectili p̄ciosa: Dia. xxxvj.
De forma corporis eximia: Dia. ij.	De gemis & margaritis: Di. xxxvij.
De ualitudine prospera: Dia. iij.	De gēmaꝝ poculis. Dia. xxxviij.
De sanitate restituta: Dia. iiii.	De gemmarū signis: Dia. xxxix.
De uiribus corporis: Dia. v.	De tabulis pictis: Dialogus. xl.
De uelocitate corporea: Dia. vj.	De statuīs: Dia. xli.
De ingenio: Dia. viij.	De uasis corinthijs: Dia. xliij.
De memoria: Dia. viij.	De librorum copia: Dial. xliij.
De eloquentia: Dia. ix.	De scriptorum fama: Dia. xliij.
De uirtute: Dial. x.	De magisterio: Dia. xlv.
De uirtutis opinione: Dia. xi.	De uarijs titulis studioꝝ: Dia. xlvj.
De sapientia: Dia. xij.	De titulis negociorū: Dia. xlvij.
De religione: Dia. xiiij.	De titulis bellorum: militia & ducatu: Dialogus. xlvij.
De libertate: Dia. xiiij.	De amicitijs regum: Dia. xlix.
De patria gloriosa: Dia. xv.	De amicorū abundātia: Dia. l.
De origine generosa: Dia. xvj.	De amicis incognitis nisi per famam: Dialogus. li.
De origine fortunata: Dia. xvij.	De amico unico & fideli: Dia. liij.
De lauto uictu: Dia. xviiij.	De diuitiarum copia: Dia. liij.
De conuiujs: Dia. xix.	De inuētionē aurifodinæ: Dia. liiij.
De uestitu cultuq; corporis insigni: Dialogus. xx.	De inuētionē thesauri: Dia. liij.
De ocio & quiete: Dia. xxj.	De fœnore: Dia. liij.
De suauī odore: Dia. xxij.	De agro fertili & exulto: Dia. liij.
De cātu & dulcedine a musica: Dialogus. xxij.	De uiridarijs: Dia. liiij.
De choreis & tripudijs: Dia. xxiiij.	De gregibus & armētis: Dia. lix.
De pilæ ludo: Dia. xxv.	De elephātibꝰ & camelis: Dia. lx.
De ludo aleæ & calculorum: Dialogus. xxvj.	De simijs & ludicribus animalibus: Dialogus. lxj.
De ludo taxilloꝝ p̄spo: Dia. xxvij.	De pauonibus: pullis: gallinis: apibus & columbis: Dialogus. lxij.
De bistrionū iocis: Dia. xxviij.	De piscinis: Dialogus. lxiiij.
De ludis palæstricis: Dia. xxix.	De auarijs auiibusq; loquacibus & canoris: Dialogus. lxiiij.
De uarijs spectaculis: Dia. xxx.	De cōiugij claritate: Dia. lxvj.
De equis: Dia. xxxj.	De formosa uxore: Dia. lxvj.
De uenatu & aucupio: Dia. xxxij.	De uxore fœcunda & facūda: Dialogus. xvij.
De nūeroso famulatu: Dia. xxxiiij.	De optima dote: Dia. lxviij.
De magnificētia ædiū: Dia. xxxiiij.	
De arcibus ualidis & munitis: Dialogus. xxxvj.	

## Annotatio

De gratis amoribus:	Dia. lxxix.
De ortu filiorum:	Dia. lxx.
De filio infante festiuo:	Dia. lxxj.
De insigni natoꝝ forma:	Dia. lxxij.
De filij fortitudine ac magnanimitate:	Dialogus lxxiij.
De filia castitate:	Dia. lxxiiij.
De optimo genero:	Dia. lxxv.
De secundis nuptijs:	Dia. lxxvj.
De natorum cōiugio:	Dia. lxxvij.
De nepotibus:	Dia. lxxviij.
De filijs adoptiuis & præuignis:	Dialogus. lxxix.
De excellēti præceptore:	Dia. lxxx
De insigni discipulo:	Dia. lxxxj.
De patre bono:	Dia. lxxxij.
De matre amantissima:	Dia. lxxxij.
De fratribus bonis p̄isq; sororibus ac formosis:	Dia. lxxxiiij.
De bono domino:	Dia. lxxxv.
De serenitate aeris:	Dia. lxxxvj.
De p̄spera nauigatiōe:	Dia. lxxxvij.
De uotiuā portus apprehensione:	Dialogus lxxxviij.
De carceris exitu:	Dia. lxxxix.
De tranquillo statu:	Dia. xc.
De potentia:	Dial. xcj.
De gloria:	Dia. xcij.
De beneficijs in multos collatis:	Dialogus xcij.
De amore populi:	Dia. xciiij.
De occupata tyrannide:	Dia. xcvi.
De regno & Imperio:	Dia. xcviij.
De exercitū armato:	Dia. xcviij.
De classe instructa:	Dia. xcviij.
De machinis & balistis:	Dia. xcix.
De thesauro reposito:	Dia. c.
De uindicta:	Dia. c. j.
De spe uincendi:	Dia. c. ij.
De uictoria:	Dia. c. iij.
De inimici morte:	Dia. c. iij.
De spe pacis.	Dial. cv.
De pace & indutijs:	Dia. cvj.
De pontificatu.	Dia. cvij.
De foelicitate:	Dial. cvij.
De spe bona:	Dia. cix.

## Dialogorū.

De hæreditatis expectatione:	Dialogus. cx.
De alchimia:	Dia. cxj.
De promissis aruspici:	Dial. cxij.
De lato rumore:	Dial. cxij.
De expectatione filij uel amici uel uillici uel uxoris:	Dia. cxiiij.
De expectatione meliorum temporum:	Dialogus. cxvj.
De sperato Principis aduentu:	Dialogus. cxvj.
De famæ spe post obitum:	Dialogus. cxvij.
De gloria ex ædificijs sperata:	Dialogus. cxvij.
De sperata gloria ex conuictu:	Dialogus. cxix.
De multiplici spe:	Dia. cxx.
De pace animi sperata:	Dia. cxxj.
De spe uitæ æternæ:	Dia. cxxij.

Finis Annotationū primi libri.

## Epistolaris Præfatio.

Francisci Petrarchæ poetæ oratorisq; Clarissimi: in operis sui de Remedijs utriusq; fortunæ librū primum: quo de Prospera disputatur fortuna: Epistolaris Præfatio.

**C** Vm res fortunæq; hominum cogito: incertosq; & subitos reꝝ motus: nihil ferme fragilius mortalium uita: nihil inquietius inuenio. Ita cunctis animâibus naturam miro remedij genere consuluisse uideo: ignorantia quadam sui: nobis solis memoriam: intellectum: prouidentiam: diuinas ac præclaras animi nostri dotes in perniciem & laborem uersas. Tam superuacuis em̄ semper nec inutilibus modo: sed dānosus atq; pestiferis curis obnoxij & præsentis torquemur & præterito futuroq; angimur: ut nil magis metuere uideamur q̄ ne quādo forte paꝝ miseri simus: Tāto studio miseriarū causas & dolorū alimenta conquirimus: quibus uitā: quæ si rite ageret fœlicissima prorsus ac iucūdiissima reꝝ erat: miserandū ac triste negocium efficimus: cuius initium cæcitas & obliuio possidet: progressum labor: dolor exitū: error omnia. Quod ita esse quisquis uitæ suæ cursu acri iudicio remetiet: intelliget. Quem quietum quæso: quē trāquillum: quem nō laboriosum magis atq; anxium diem egimus? Quod unq; tam securum aut tam lætum mane uidim⁹: ut nō ante crepusculum sollicitudo mœrorq; surriperet? Cuius mali & si ipsis in reb⁹ multa insit occasio: nisi tamē nos fallat amor: nostri causa maior: siue ut ingenue fateamur: culpa om̄is in nobis est. Ut uero sileam reliqua quibus undiq; truditur: quod illud est bellū q̄q; perpetuū: quod cum fortuna gerimus: cuius nos facere poterat uirtus sola uictores: Nos ab illa uolentes scientesq; desiuimus. Soli igiꝛ imbecilles exarmati non æquo Marte cum implacabili hoste congregimur: quos illa uicissim ceu leue aliquid attollit ac deijcit & in gyrum rotat: ac de nobis ludit: uinci tolerabilius foret: nūc ludibrio etiā habemur. Id uero quid aliud q̄ leuitas ac mollicies nostra fecit: Idonei uisi sumus: qui pilæ in morē huc illuc tam facile iactaremur: animalia æui breuissimi: sollicitudinis infinita: quibus inscijs: cui puppim litori: cui animū consilio applicemus: pro cōsilio interim sit p̄dere: ac præter præsens malum & a tergo qd̄ doleat & ante oculos semper habere qd̄ terreat: Quod præter hominē animâtium nulli accidit: quibus præsentia euasisse plenissimam securitatem tribuit: Nobis ob ingeniū & acumē animi semp̄ quasi cū Cerbero tricipiti hoste luctandum est: ut ratione caruisse prope melius in nosmetipsos: ætherea naturæ præstantioris arma uertentibus huic malo obstare subdifficile est: uetustate iam & consuetudine radicato. Enitendū tamen in quā rem præter generosi animi conatū: cui nihil est arduū: nihil inexpugnabile: & sapientum hominū crebra colloquia: q̄uis id genus iam rarescat: & multo maxime iugis lectio ac peruigil scriptorūq; nobilium monumenta profuerunt: modo salubribus monitis consensus animi non desit: quem unum in terris sani consilij uiuū fontem asseuerare non uerear. Quobrem si uel plæbeis scriptoribus pro affectu nudo gratiam aliquādo habitam scimus: siue pro eo qd̄ iter aperuisse sequentibus uisi erāt: quāta: oro te: gratia claris ac probatis scriptoribus est habenda: qui multis ante nos sæculis in terram uersi: diuinis ingenijs institutisq; sanctissimis nobiscum uiuunt: cohabitant: colloquuntur: Interq; perpetuos animorum fluctus: ceu totidem lucida sydera & firmamento ueritatis affixa: ceu totidē suauis ac fœlices auræ: totidē industres ac experti nautæ & portū nobis quietis ostēdunt: & eo uoluntatū nostrarū lenta carbasa pmouent: & fluitantis animæ gubernaculū regūt: quoad tātis pcellis agitata cōsilia tandē sistat ac tēperet: Hæc est em̄ ꝑa philosophia: non quæ fallacibus alis attollit & steriliū disputationū uentosa iactantia per inane circumuoluit: sed quæ certis & modestis gradibus cōpendio ad salutē pergit. In hoc te studiū hortari: amicū forte: sed pfecto necessariū nō est. Naturā te uariæ lectionis multiplicisq; noticiæ audidum fecerat: fortuna quæ: ut aiunt: magnæ rerum partis imperium tenet: turbido quodam ac profundo negociorū & curarū pelago iactandū dedit. Cæterum nō ut legēdi ocium: sic noscēdi desiderij eripuit: quo minus semper litteratorū hominū delectatus amicitia & conuictū: & occupatissimis diebus ociosas horas quotiēs licuit furatus: quotidie instructior: q̄tidie reꝝ memorabiliū doctior fieri uelles: Vbi illa qua nulli cedis memoria: sæpe te pro libris uti solitū: ipse tibi sum testis. In quod si ab ineunte ætate pronus eras: eo nūc putandus es pronior: quo serotinus matutino uiatore feruentior atq; animo saltē prompti

A

B

C

D

or esse solet: quãdoquidẽ hæc uulgaris est querela: Crescere iter diũq; decrescere: Qd̄ utiq; nobis in hoc uitaẽ tramite accidit: ad uesperam propinquantibus: & uitaẽ multũ superesse cernentibus. Nõ mihi igit̄ es hortandus ut facias qd̄ semp̄ audidissime fecisti: admonuisse suffecerit: ut intendas animũ ne qua te hinc humanarũ rerũ cura dimoueat: quã plerõsq; mortalium post egregios labores in ipsa cõsumatione maximõq; operũ auertit: Hoc adiecto: ut quia simul omnia uel legere uel audire & meminisse non potes: utilissimis quidẽ: & quoniã breuitas est amica memoria: breuissimis quoq; te fulcias. Nõ q̄ ego suadeã operosiora illa & maiora sapientiã cõsulta negligere: quibus te in ordinario: ut ita dicã: fortunaẽ certamine tueare: sed ut his interim breuib; ac præcisiss̄ sententijs quasi quibusdã expeditis atq; cõtinctus. Duplex em̄ nobis est duellũ cũ fortuna: & utrobicq; qdãmodo par discriminẽ: Cui⁹ nõ nisi partem unicam uulgus nouit: eam sc̄; quã uocat̄ aduersitas: Philosophi & si utrãq; nouerint: hæc tamẽ ipsam difficiliorẽ arbitrant̄. Itaq; notũ illud Aristotelis in æthicis suo iure diffinientis: Difficilius esse tristitia sustinere: q̄ delectabilibus abstinere. Quẽ secutus Seneca ad Lucillũ scribẽs: Maius est inquit̄ difficilia perfringere: q̄ læta moderari. Quid dicã Ausim ne tãtos inter uiros hiscerẽ? Duarũ quidẽ & temeritatis parata suspicio nouo homini uetusta tangenti. Hinc auctoritate igitur: hinc ætate permoueor: Sed alterius magni cuiusdam & antiqui uiri succurrit auctoritas: Neq; em̄ impetrari potest: quin quale quicq; uideatur ei talem quisq; de illo opinionẽ habeat: Marci Bruti uerba sunt scribẽtis ad Atticũ: quibus uix aliquid uerũ dici reor. Quid em̄ de re qualibet iudicare possum nisi qd̄ sentio? Nisi forte cõpellar ut iudicio iudicẽ alieno: qd̄ qui facit: iam nõ ipse iudicat sed iudicata cõmemorat. Ego itaq; reuerenter tantõq; hoim̄ omniũq; sic sentientiũ iudicia præteruectus: si de pprio loq; uelim: Scio quidẽ alias uarie de uirtutibus disputatũ: neq; sp̄ difficilioribus principatũ dari: neq; fortuito ultimũ inter yrtutes locũ obtinuisse modestiã: siue eam temperantiam dici mauius: Quantũ tamẽ ad id de quo agitur attinet: difficilior prosperã fortunã regimẽ existimo q̄ aduersã: aliquãtoq; fateor apud me formidolosior: & qd̄ cõstat insidiosior est fortuna blanda q̄ minax. Quod ut sic opiner: nõ me scribentium fama: non uerborum laquei nodiq; sophismatum: sed rerũ experimẽta uitãq; huius adigunt exempla: & magnũ difficultatis argumentũ raritas: Nam qui damna: qui pauperiem: qui exilium: qui carcerem: qui supplicium: qui mortẽ & peiores morte graues morbos æquo animo tulerint: multos uidi: qui diuitias: qui honores: qui potentiã: nullum. Ita sæpenumero me spectante contra omnẽ aduersã fortunã uiolentiã inuictos ludo facili prosperior strauit: humaniq; robur animi qd̄ minã non fregerant: inflexere blãditia. Nescio em̄ quõ mox ut mitior cõsp̄erit esse fortuna: incipit mēs emollita tumidior fieri & suã sortis obliuionẽ adiũcta prosperitate concipere. Neq; de nihilo dictũ est: iamq; apud nostros hoies in prouerbiũ uenit: Magni laboris esse: ferre prosperitatem. Neq; casu Flaccus ait: Bene ferre magnã disce fortunã: Difficile nemp̄ cõsuebat artẽ quã nisi studio adhibito nesciretur. Cæterũ Seneca ipsã fortunã partem illam quã sibi difficilior uisa erat: & est haud dubie prima frõte rigidior: breui admodũ sermone perstrinxerat. Is libellus passim in manib⁹ est uulgi: Cui ego nil addere nil detrachere meditor: quod & magno ingenio cõflatum opus nostram dedignatur limã: & mihi meis rebus intento nec comere aliena nec carpere est animus. Sed quoniã & uirtus & ueritas publicã sunt: neq; studiũ antiq̄tatis obesse debet posteritatis industria: cui excitãdã atq; adiuuãdã noscĩ institutũ. De hoc ipso loqui tecũ aliquid: quodq; ille tũ Gallioni suo præstitit: id Asoni meo nunc quãtum hoc defesso iam & occupato semper ingenio dabitur præstare propositum est mihi: Insuper & partem alterã ab illo seu obliuione seu iudicio prætermittam attingere. Vtriq; autẽ sciens pauca permiscui: non fortunã cuiuspiam: sed uirtutis aut uirtũ excellẽtiã aut defectus: Quod & si extra propositum ipsa quidem effectu ramen haud dissimili: & lætos quoq; inuestosq; animos factura uiderentur: Quibus in rebus quo me gesserim ingenio: tu censebis: occupationum memor ac temporis: qui paucissimis diebus coeptum perfectumq; opus admirans uideris. Ego solius fidei iudex sum: Studui Hercle nõ ut unum quodq; mihi speciosius: sed ut tibi atq; alijs: si tamẽ alius quisq; hæc attigerit: utilius uisum est cõquirere. Deniq; finis meus is qui semper in hoc genere studiorum fuit: non tam scribentis laus q̄ legentis utilitas: si qua ex me percipi aut sperari potest: ad id maxime respexi: ne armarium euoluere ad omnem hostis suspicionem ac strepitũ sit necesse: quin

E

F

G

H

# Deprospera Fortuna: Epistolaris Præfatio.

mali omnis & nocentis boni: atq; utriusq; fortunæ remedium breue: sed amica confectum manu: quasi duplicis morbi: ut non inefficax antidotum in exigua pixide omnibus locis atq; temporibus ad manum: ut aiunt: & in promptu habeas. Nam ut dixi utraq; fortunæ facies metuenda: uerum tamen utraq; toleranda est: & hæc quidē freno indiget: illa solatio: hic animi elatio reprimenda: illic refouenda ac subleuanda fatigatio. Hanc ergo uarietatem cogitanti mihi: non modo cum de hoc uellem aliquid scribere: tu occurrebas dignus eo munere: quo uterq; nostrum communiter uteretur: ut ait Cicero: sed etiam tu me solus ut scriberem excitabas: non quidem uerbo: ut qui cœptorum mihi conscius sis tãtorum: sed rebus ipsis: & in utranq; partem abundante materia: multos in eculeo fortunæ habitos: multos in delictijs scimus: multos magno impetu rotatos: nec scandentium desunt exempla: nec ruentium: nec sum nescius quosdam ex altiore fastigio prolapsos. Quot Romani Imperatores: quot externi reges uel hostium uel suorum manibus e summo folio detracti: uitam simul & imperium amiserit? An ne omnia a uetustate mutuemur: & exules nuper & captiuos & in acie cæcos & domi capite truncos: quodq; durissimum relatu est: & laqueo enectos fœdeq; lania: tos reges nouimus? Tibi cui cor regium natura dederat: nec dedit regnum fortuna: nec abstulit. At quem in cæteris illa tam uarie egerit: uix quod sciam nostra ætas inueniet. Iã imprimis ualitudine prosperrima & corporis uiribus dudum frætus: usq; ad stuporem omnium qui tenorant: intra non multos annos ter desperatus a medicis: ter uitam ac salutem tuam in solo medici cœlestis auxilio posuisti: Sic ab illo tãdem sanitati redditus: ut penitus tuum illud pristinum robur amiseris: non inferiore miraculo dexteritatis eximix atq; isolita grauitatis: ut qui olim pene æripes fueris: nunc accliuis aut seruorum manibus equi tergo impofitus: aut humeris nixus lentis terram passibus metiaris: Patria tua uno prope tempore te dominum uidit atq; exulem: Ita tamē ut nihil obscurior exilio uiderere. Nulli fere nostrorum hominum par principum fauor: nulli par fuit iniuria: ut cum paulo ante certatim i amicitiam tuam niterentur: Idem ipsi de nulla alia re concordēs in tuum mox exitium quasi cõmunicato consilio conspirarent. Et pars quidem tuum caput insidijs peteret: auro prius ac gemmis largifluisq; muneribus tot per annos propitiæ ac fauentis fortunæ: & quæ his omnibus grauior iactura est: amicis atq; clientibus: uniuersaq; familia duris quidem sed diuersis tormentorum ac mortium generibus spoliatum. Pars quæ clamentior fuit: illud ingens patrimonium: terras: homines: domos: oppida inuaderet: ut qui modo te uiderant: mox e summis opibus ad inopiam redactum: ceu aliquod fortunæ prodigium mirarentur. Amicorum: ut dixi: pars perijt. In superstitibus perijt fides: fugitq; quod assolet: cum prosperitate fauor hominum: ut dubitare posses an amicorum prius an fidei fieres interitum. Accessit in medio rerum æstu ægritudo pene ultima: & tam morti proxima: ut quem uiuere amplius non posse persuasum esset: extinctum fama uulgaret. Et hic morbus: hæc paupertas: hic laborum cumulus: pulsus patria: procul domo: in alienis terris ac laribus circumtonante bello semiobsessum oppresserāt: ne quid omnino interim tibi cum his amicis si quos aut uirtus fecerat: aut fortuna dimiserat: seu colloquij: seu litterarum posset esse commercium. Nihil omnium præter carcerem defuit ac mortem: quæ uis nec carcer defuerit: dū fidissima coniunx: & pars tuorum uiscerum nati omnes natæq; ab hostibus capti essent: nullo prorsus tibi relicto solatio tãtæ prolis. Nec mors quidem: dum & tu secum assidue luctareris: & unus ex filijs iam tunc teneram & infentem animam in carcere posuisset. Quid multa? Impletum in te uno uidimus: quod de duobus summis uiris Caio Mario: magnoq; Pompeio legimus: quid boni scilicet & quid mali possit: haud unq; læta tristibus miscentem in te tuisq; pignoribus secretim explicuisse fortunam: Cuius olim cum blanditias non tam insolenter ut plaricq; foelicium: tum uero minas nuper atq; impetum: tam fortitanq; inuicto animo tulisti: ut uel ob hoc unum multis qui antea tuum nomen oderant: te amandum mirandumq; præbueris. Habet enim hoc proprium uirtus: ut in amore sui bonos erigat: in stuporem malos. Idq; cum omnis uirtus habeat: tum præcipue fortitudo: cuius inter fortunæ turbines ac tenebras rerum terribilium: & tranquillitas gratior: & lux ipsa conspectior est. Mihi uero non solum ad antiquum tui amorem: quod impossibile factu rebar: multum noua beniuolentiæ adieceris: sed alio festinantem calamum ad hæc non suo tempore scribenda deflexeris: ut & in scriptis meis animi tui uultum tuum uelut in speculo cõtempleris: Et si quid ibi minus excultum apparuerit: quod bona fide displiceat: ad hunc modum formes: atq; ita

I

K

L

M

## Præfatio.

te instituas: ut seu solitis: seu nouis artibus: quæ innumerabiles ei sunt tecum posthac fortuna uariauerit: nulla te species rerum turbet: Sed paratus ad omnia: promptus ad singula: dulcia pariter & amara despicias: Fidentissime ab aduerso Maronianum illud exclamans: Non ulla laborum O uirgo noua mi facies inopina ue surgit: Omnia percepi: atq; animo mecum ante peregi. Nec me fallit: ut in corpibus hominum: sic in animis multiplici passione affectis: medicamenta uerborum multis inefficacia uisum iri. Sed nec illud quoq; me præterit: ut inuisibiles animorum morbos: sic inuisibilia esse remedia falsis opinionibus circumuenti: ueris sententijs liberandi sunt: ut qui audiendo ceciderant: audiendo consurgant. Ad hæc qui quod habuit egenti libens obtulit amico: quantulumcunq; est pleno amicitia functus est munere: Animum enim spectat amicitia non rem quæ parua licet magni amoris indicium esse potest. Ego quidem: ut magnificum quodq; tibi opto: sic quid aptius hoc tempore largiar: nō habeo. Quod si ualidum senseris: ipsa quæ precium rebus facit utilitas commendabit. Sin inualidum: excusabit amor nostri. Sic autem ad legendum uenies: quasi quattuor illæ famosiores & cōsanguineæ passiōes animi: Spes seu Cupiditas & Gaudiū: Metus & Dolor: quas duæ sorores æquis partibus prosperitas & aduersitas peperere: hinc illinc humano animo insultēt: Quæ uero arci præsidet Ratio: his omnibus una respōdeat: clypeoq; & galea: suisq; artibus & ppria ui: sed cœlesti magis auxilio circūfremmentia hostium tela discutiatur: Ea mihi de tuo ingenio spes est: ut unde uictoria stet facile iudices. Non te diutius traham: sed ut propositum meum noscas: index operis epistola præmittenda erat: Quam si ascribendam duxeris: utrunq; metiens uideto: ne longior præfatio libellum breuem non aliter q̄ prægrande caput exiguum corpus præmat: Nihil est enim sine mensura ac partium proportione formosum.

Explicit Epistolæ Præfatio.

Frācis̄ci Petrar̄chæ Poetæ Oratorisq; Clarissimī: cōsolatiui operis sui ad Azonem de Remedijs utriusq; fortunæ: Liber primus de Fortuna p̄spera disputās: foeliciter incipit.

De Aetate florida & spe uitæ lōgioris: Dia. I. ¶ Gau. Spes & Ratio.

**A** Etas florida est: multum superest uita. ¶ Rō. En prima mortaliū uana spes quæ multa hoīm milia & fefellit: & fallit. ¶ Gaudium & Spes. Florida est ætas. ¶ Rō. Inane gaudium & breue: flos iste dū loquimur arefcit. ¶ Gaudium & Spes. Aetas integra est. ¶ Rō. Quis integre uocet cui multū deest: & quātulū sit quod restat incertū est: ¶ Gau. & Spes. Atqui lex est certa uiuendi. ¶ Rō. Quis hanc legem tulit: aut qđ istud legitimū tempus est uitæ? Iniquissima uero lex: quæ non om̄ibus una est: Immo tam uaria ut nihil incertius in hominū uita: q̄ ipsius uitæ modus sit. ¶ Gau. & Spes. Est tamen & modus aliq; & uitæ metha quam sapientes statuerunt uiri. ¶ Rō. Metham uitæ statuere: nō qui accipit: sed qui dat illam deus potest. Intellego autē septuagesimū: aut si natura potentior est: octogesimalum cogitatis annū: atq; ibi metham figitis: quo prouectos maneāt labor & dolor: nisi fortelōgius spem promouit is qui ait: Numerus dieꝝ hominū ut multū cētum anni: Quo q̄ rari ueniant: uideamus: Sed ut sit omniū qđ paucoꝝ est: quātulū tamē nōc etiam si id est? ¶ Gau. & Spes. Multū sane: Est em̄ iuuenū uita securior: & a senectute remotior & a morte. ¶ Rō. Falleris. Et si nō: tutū homini: illa tamen piculosior uitæ pars: quam securitas nimia reddit incautam. Nil est alteri uicinius q̄ mors uitæ: Cum distantissime uideantē: contiguæ sunt. Semper illa præterlabitur: Semper hæc instat. Quocunq; fugjeritis præsto est & ceruicibus imminet. ¶ Gau. & Spes. Iuuenta nunc saltem præsens est & senectus absens. ¶ Rō. Nihil mobilius iuuetā: nihil insidiosius senectute. Illa nō stat mulcendoꝝ fugiēs abit: ista per tenebras atq; silentium pedetentim subiens improuidos ferit: & dum lōginqua fingit: in foribus est. ¶ Gau. & Spes. Aetas in ascensu est. Rō. Insidiosissimæ rei fides. Ascensus iste descēsus est: uita breuis: tempus instabile: furtim nullo pedum strepitu inter somnum & iocōs effluit: Et O si hæc tempoꝝ celeritas uitæq; breuitas: ut i fine: sic in principio nota esset: Nunc intransibibus infinitū quiddā: exeuntibus nihil & quot sæcula uidebant: uix totidē sūt momēta. Sicutum demū fraus noscitur dum uitari nequit. Vnde est: qđ sæpe frustra huic cōsulitur ætati: incredula simul & inexperta est: & contemptrix alieni cōsilij: inops sui. Itaq; iuueniles errores licet innumerabiles & immensos his ipsis tamē occultos & incognitos quorum sunt: nil melius q̄ senectus detegit: & dissimulantū cōuiuientumq; luminibus ingerit: nec prius qđ esse debuistis aduertitis: q̄ qđ esse uoluistis effecti estis fieriq; iā aliud nō potestis. Quod si quis in tempore aut per semetipsum intelligere posset aut docēti credere: ille mihi unus ex milibus præclarus ac foelix surgeret adolefcens: nec tam multis anfractibꝝ ageeret uitam: cuius unica: tuta & recta per uirtutē uia est. ¶ Gau. & Spes. Aetas indecerpta est. ¶ Rō. Quomodo indecerpta est: quæ ex quo esse coeperit: assidue carpit: & quæ minutissimis portiunculis dum datur eripitur: Siquidem motu perpetuo cœlum rotat: momēta horas: horæ diem rapiunt: Is alium diem trudit: Isq; alium: & nunq; quies: Sic mēsēs præterunt: sic anni: sic & ætas currit & pperat: & ut Cicero ait: Volat. Quodq; ait Maro: Celeres neq; commouet alas. Ita ceu nauis iter agentibus nec sentientibus qui uehuntur: sæpe nec cogitantibus finis adest. ¶ Gau. & Spes. Aetas incipiens ab extremo procul abest. ¶ Rō. Intra breuis uitæ spaciū nihil est procul. ¶ Gau. & Spes. At nulla pars a fine distantiō q̄ principium. ¶ Rō. Nulla quidem. Sed tunc recte diceretur: quādo omnes æquis spacijs uiuerent: nunc pluribus uis & sapius prima ætas in mortem incidit: Quo fit ut plarumq; uicinior sit extremo: qui remotior uidebatur. ¶ Gau. & Spes. Certe florentissima est ætas. ¶ Rō. Et si ad hoc pauci animum aduertāt: tamen ex quo loq; coepimus: mutatio aliqua incessit: & modo per singulos syllabarum tractus uitæ aliquid excidit: aliquid de caduco ætatis flore subtrahitur. Quid autem quæso plus habet hic mollis & nitidus adolefcēs: q̄ ille durꝝ & squamosus senex: præter hūc quē loq; mur ætatis breuem & caducū: imo assidue cadentē florē? Vbi quid tam dulce: tam iucundū nō intelligo: cū sciat dicto citius se futurū quod ille nūc est: uel si nescit insaniat: Nisi forte e duobus capitali simul supplicio ad dictis: ille foelicior ē habēdus q̄ nouissime iussus ē dare colla securibꝝ: qui mihi quodāmodo ipsa dilatiōe miserior uideat: q̄ q̄ nō est par hoꝝ cōditio & illoꝝ: huic em̄ interuenire aliqd potest unde collegæ supplicij euadat & uiuat: Iuuenē senio eripe sola mors potest. Ad summam: paruo t̄pis in spacio nō stat magna foelicitas: & ingētibus aīs breue nihil optabile est.

## De Forma Corporis eximia: Dialogus. II.

Expergiscimini cōsopiti: tempus est: caligantesq; oculos aperite. Assuscite iam tandē aterna cogitare & amare & optare: simul autē peritura cōtemnere. Cōdiscite ab his sponte discere quæ uobiscū diu esse nō pūt: & aīo illa relinquere anteq; relinq̄mini. ¶ Gau. & Spes. Aetas est stabilis uirēsq;. ¶ Crō. Mentiuñt qui nescio quā ætatem stabilem dicunt. Nil uolubilius tēpore: tēpus yō uehiculū est ætatū oīm: hoc stabile fingitis: O uanitas: nihil est stabile: nunc maxime raperis.

De forma corporis eximia: Dia. II. ¶ Gau.

A

**F**orma corporis eximia est. ¶ Crō. Nihilō firmior est illa q̄ tempus: cū eo ueniēs cū eodē fugit. Siste si potes tempus: poterit forsan & forma consistere. ¶ Gau. Forma corporis egregia est. ¶ Crō. Fragili niteris fundamēto. Corpus ipsum umbrā ī mo rem præterit: tu momentaneū corpis accidens tibi mansuē: spōdes: Ruere queūt accidentia stante subiecto: nequeunt illo ruente non ruere. At qui cunctis ex qualitatibus quæ mortali cū corpe fugiūt: nulla uelocior q̄ forma: quæ mox ut amoenū flosculum ostēderit: ipsos inter oculos mirātū atq; laudātū euanescit: breuis hunc pruina pufferit: leuis hunc aura de cusserrit: subito uſiimicā man<sup>9</sup> ungue decerpit: uſi præterētis morbi calce deprimit. Deniq; gloriare & exulta ut libet: uenit certe magnis passibus quæ te uelo tenui latentem detegat: Quāti esset forma uiui hoīs mors ostendit: nec mors sola sed senectus & paucorū spacium annoꝝ: imo uel unius lucis repētina febricula: Postremo ut nihil externum incidat: per sese stando durandoq; consumit & in nihilū redit: neq; tantum gaudij ueniens tulit: q̄tū fugiēs fert dolor. Hæc ni fallor exptus erāt aliqñ formosus ille Roman<sup>9</sup> princeps Domician<sup>9</sup> qui amico scribēs: Scias inquit nec grati<sup>9</sup> q̄cōq; decore nec breui<sup>9</sup>: q̄uis etiā si durable ppetuūq; naturæ donū esset: nō itelligo qd tātopere expetendū habeat iste nō solidus nec in ipso hoīe nisi supficietenus fulgēs decor: multaq; foeda cōtegens & horrēda leuissimōq; cutis obtētū sensibus blandiens & illudens. Veris igit ac mansuris bonis delectari cōuenit: nō falsis atq; labentibus. ¶ Gau. Forma corporis elegantissima est. ¶ Crō. Habes uelum oculis: laqueū pedibus: alis uiscū: haud facile seu uera discernere: seu uirtutē sequi poteris: seu in altū euolare animo: multos em̄ ad honesta pergētes forma detinuit detorsitq; cōtrariā in ptē. ¶ Gau. Forma corpis mira ē. ¶ Crō. Bene ais mira. Nā quid hac uanitate mirabili<sup>9</sup>? Quot delectabilibus abstinet formosi iuuenes: Quos suscipiūt labores: Quanta sibi inferūt supplicia ut formosiores nō sint quidem sed appareant: unius formæ studio & ualitudinis & uoluptatis imemores: Q̄tū uero inter cōmodū tempus effundit: quot honesta iterim: q̄t utilia: q̄t postremo necessaria negligunt: Tuum igit breue caducumq; bonū & iane gaudium: sine inuidia tibi habeto. Habes hostē tuum domi: qd̄q; est peius delectabilem ac blandum: habes raptorē quietis ac temporis ppetuūq; tortorē: habes & materiā laboris uberrimā: discriminum causas: fomenta libidinū: nec minorē quærendi odij q̄ amoris aditū. Fies mulierculis forsan amabilis: odiosus uiris aut forte suspectus. Nulla re magis q̄ forma corpea coniu galis zelus accendit. Nulla em̄ res ardētius appetitur q̄ forma: Nulla animū mouere potentior: atq; ideo nulla suspectior. ¶ Gau. Forma corporis magna est. ¶ Crō. Solet hæc stultos adolescentes quo nō expedit urgere: dum bono suo ut libitū: sicutitum frui putant: neq; qd deceat attendūt: quæ sæpe iam multis acerbi ac turpis iterit<sup>9</sup> causa fuit. ¶ Gau. Forma corporis rata est. ¶ Crō. At breuissimū tēpus erit qñ oris habitus hic colorq; mutabit. Cadet flaua cæsarū: reliquæ albescēt: teneras genas & serenā frontem squalentes arabunt rugæ: Iatas oculos: faces & lucida sydera moesta teget nubes: leue dentū ebur ac candidū scaber situs obducat atq; atteret ut non colore tm̄ sed tenore alio sint: recta ceruix atq; agiles humeri curuescēt: guttur leue crispabit: aridas manus & recuruos pedes suspiceris tuos nō fuisse. Quid multa: Veniet dies quo te in speculo nō agnoscas: & hæc om̄ia quæ abesse multū extimas: ne qd iprouisis mōstris attonit<sup>9</sup>: nō prædictū dicas: hinc iā tibi si uiuis dicto citi<sup>9</sup> euentura denūcio: q si mihi nūc credis: tūc te parci<sup>9</sup> miraberis transformātū. ¶ Gau. Forma interī clara est. ¶ Crō. Quid hic dicā breui<sup>9</sup> q̄ illud Apuleij madauren. Expecta paulisp; & nō erit. ¶ Gau. Forma corpis hæcten<sup>9</sup> excellēs ē. ¶ Crō. Q̄ mallē formā aīa excellentē: Est enī & sua animæ pulchritudo mltō suauior certiorq; q̄ corpi: & ipsa q̄ suis legib<sup>9</sup> decore ordinis atq; apta suarum partium dispositione subsistens: Illam optare: illi operam impendere dignum erat: quam nec dies longa deterreret: nec morbus extingueret nec mors ipsa. Nunc caduca miramini. ¶ Gau. Certe nūc saltem insolita forma est. ¶ Crō. In hac ut in alijs multis optāda mediocritas: Sin hac tali forma nec tibi placueris: nec nisi qua decet alijs placere curaueris: uſusq; fueris caste: sobrie: modeste: non exigua tuæ laudis accessio est futura. ¶ Gau.

B

C

D

Præclara facies aîm honestat. **CRõ.** Immo qđdē exprobrat: & sapi⁹ ī piculū trahit. Quid v̄o attinet gloriari eo qđ neq; tuū sit neq; diutius seruare possis: qđ habuisse nulli: picuisse multis gloriosū fuit: Mitto alios: spurina nō naturalis forma nobilitat: sed accersita deformitas. **CGau.** Vt uirtus animi: corporis formā iūcta sit studeo. **CRõ.** Si id effeceris: tū demū v̄e mihi: tūc uideb̄ fortunat⁹ fueris: formaq; clarior uidebit̄ & uirt⁹ gratior. Quis em̄ errare sibi uisum eē: qui ait: Grati⁹ est pulchro ueniēs e corpe uirt⁹: scribat Seneca: mihi tñ iure repr̄ hēs uiderē si dixisset maior aut p̄fectior aut altior: nūc quia dicēdo gratior nō rem ipsam sed spectatiū iudicia respicit: nō mihi uisus est errare Virgili⁹ qui hoc ait: Et ad summā ut n̄hil in se solidū habet formæ gr̄a: nihil optabile: sic si ultro obuenerit v̄tuti addita neq; utri⁹ usq; de precio error sit: hāc ill⁹ ornamentū dici patiar nō inamœnū uisui breue tñ ac fragile: solā uero pōdus animæ dixerim atq; infaustum tristis insigne ludibrij.

De Valitudine prospera: Dialogus. III. **CGau.**

**V**id qđ ualitudo p̄spa ē: **CRõ.** Quicqđ qđ forma mō dixim⁹: repetitū puta. **CGau.** Valitudo corporis firma est. **CRõ.** En senect⁹ ab aduerso mille morboꝝ armata generib⁹: cōtra ualitudinē interea uoluptas militat: familiare certamē. **CGau.** Valitudo corporis læta est. **CRõ.** Incōsulta iucūditas quæq; negligētis & incautos facere solet possessores suos: & sæpe morbos accessere quos ualitudini propriæ diffidētis intentio declinasset. **CGau.** Valitudo corporis bona est. **CRõ.** Bene utere: alioquin leue bonum: quū & graue malū si ut solita est culpæ cuiuspiā causa sit: Multis periculosa & pestilēs sanitas fuit: q̄ tutius ægrotassent. **CGau.** Valitudo corporis optima est. **CRõ.** Res pergrata multūq; utilis seu corpe quid agendum seu animo est: Sed ut quarundā radicibus herbarū inest uis ueneni: quæ dū aliāz reꝝ īmixtione purgata est: salubre poculū e pluribus fit qđ ex uno pestiferum fuisset: sic corporea sanitas ne noxia sit habenti non aliē q̄ adiuncta animi prospera ualitudine temptanda est. Nusq; peius q̄ sano in corpore æger animus habitat.

De Sanitate restituta Dialogus. IIII. **CGau.**

**I**onga ægritudine liberatus gaudeo. **CRõ.** Gratiorem fateor sanitatem redditā q̄ retētam. Ingratissimi mortales bona uestra uix aliter q̄ pdēdo cognoscitis: & perditā ergo uos cruciāt & recuperata lætificāt. **CGau.** Grauissima febris me destituit. **CRõ.** Grauissimas febres medici dicunt: quæ ipsis in ossibus & medullis æstuāt: quāto illæ sunt grauiores quæ in anima intus latent: his te maxime liberatū uelim. **CGau.** Aegritudo abiit. **CRõ.** Aegritudo præsens sæpe p̄fuit: dū debilitatis uiribus corporis animæ sanitatē perit: Cōsequēter igit̄ & digressa nocuit & animæ lumē īminuit: & corporis auxit insolētiam: q̄uis mala: q̄uis pessima ægritudo uideat̄: optabile malū tamē qđ mali remediū sit maioris. **CGau.** Tādē ægritudo lōgior finē habet. **CRõ.** O stultissime sic tu reris mortē effugisse: ad quā curris assidue: Nūc p̄pinq̄uor morti es q̄ dū illi contiguus uidebaris. Irreueabile uobis est iter: neq; ulla eius in pte subsistitur: neq; diuersoriū: neq; lētior usq; gressus: & somnus: & uigilia: & labor: & requies: & morbus: & sanitas æqui sunt grad⁹ ad mortē. **CGau.** Ancipiti ægritudine absolutus sum. **CRõ.** Creditricē habes infallibilē: dilata dies solutio nis est: sed non cassa ratio: Habes ægrotari itēz & mori.

De Viribus Corporis: Dialogus. V. **CGau.**

**V**irium satis imo multū cōtigit. **CRõ.** Quæ de forma ac ualitudie dicta sunt relege: Similiū similis disciplina est. **CGau.** Multū est uiriū. **CRõ.** Vide ne quid aggredi are uiriū fiducia quo imbecillis appareas. **CGau.** Abūde ē uiriū. **CRõ.** Taurina gloria ē. **CGau.** Plurimū ē uiriū. **CRõ.** Plusculū elephātī. **CGau.** Viriū nimīū est. **CRõ.** Facile crediderim id qđem: sup̄ excessus aut̄ ī uitiū uergit seu ipsum est uitiū. **CGau.** Nimis est uiriū. **CRõ.** Nimietas hæc si ad mediocritatē redeat bene erit: quid si ad defectū trāseat: qđ si hoc robur fragilitas īsignis excipiat: Crede mihi nullæ citæ usq; corporū uires quæ uel labore ī modico us morbo acri uel cūcta uincēte senio nō frāgāt: infatigabil̄ & iuicta uis ai ē. **CGau.** Ingēs robur corporis ē. **CRõ.** Nemo Milone robustior: clari⁹ morbus multi. **CGau.** Vastū & præualidū corp⁹ ē. **CRõ.** Præstātissima reꝝ v̄t⁹ mole corpea nō eget in aîs habitās. **CGau.** Nihil his uirib⁹ difficile. **CRõ.** Immo īpossibilia p̄multa: atq; illd̄ īprimis: ut q̄ in corpe sp̄e posuit: in altū scādāt. **CGau.** Iā sup̄ hoīem uires sunt. **CRõ.** Hac in re qui superior cūctis hoīb⁹ euaserit: mult⁹ tñ aīantib⁹ īferior erit. **CGau.** Nihil his uirib⁹ metuēdū. **CRõ.** Immo nūc maxie. In magnā em̄ uiriū fiduciā magnis uirib⁹ accēgit fortūa: & in dū ex æq; cōgredi idignās: ut oñdat qđ fragile aīal ē hō: dū sibi etiā robustissim⁹ uideat̄: gigāteos uiros le

ui pralio confecit: Herculem ab omnibus inuictum uis latētis mali uicit: Milonē ipsum cū  
ctis celebratum & cognitū palæstris: arbor una detinuit lacerandumq; feris obtulit: Sic ro-  
bur illud eximium corporis sine exemplo fissæ quercus robori impar inuentū est: Tu uirib<sup>9</sup>  
tuis fids: ¶ Gau. Vires immensæ suppetūt. ¶ Ratio. Omne immensum laborat mole sui.  
C ¶ Gau. Vires in augmēto sunt. ¶ Rō. Natura ferme reꝝ oīm hæc est: ut cū ad sumā perue-  
nerint descendant: Idq; non æquo gressū: Ascensus em̄ lentior: descensus præceps. Hæc q; ui-  
res cum crescere desierint non consistent: & primo quidem clanculum: post apertius tādē  
ruent. Omnes res mortalium præter animū solum æque fugiunt: sed nō æque omniū fugæ  
uestigia apparent: nisi forte minus eūt animalia quæ uel tenebris uel tacito repunt nisu uel  
quoniā id quoq; traditur itineris indicium caudis premunt. ¶ Gau. Corporis mei uiribus  
D gloriōr. ¶ Rō. Quid faceres tuis: Cogita ꝑo quantax: ipse sis uirium: Iste em̄ non tua sunt  
sed hospitij: imo carceris tui uires: Vanū ē autem cum ipse sis fragilis forti habitaculo: dicā  
melius: forti aduersario gloriari. ¶ Gau. Viribus meis lætor. ¶ Ratio. Quid hic dicam nisi  
Poeticum illud: Non longum lætare in que laticiaꝝ locum uenient querelæ. Meministi ut  
is ipse tā ualidus quēbis modo memorauit de suis uiribus in fenestrate conueris.

## De Velocitate corporea: Dialogus. VI. ¶ Gau.

A **S**ed pernicitas multa est. ¶ Rō. Refert quo nam cursus intendaꝝ: multos sua uelo-  
citas in exitium tulit. ¶ Gau. Pernicitas mira est. ¶ Rō. Currite mortales ut libet:  
coeli uelocitas uos præcurrit & ad senium & ad mortem applicat. Illud uobis cur-  
sum eripiet: motū illa. ¶ Gau. Pernicitas summa est. ¶ Rō. Eo tendit ubi desinat. ¶ Gau.  
Pernicitas inaudita est. ¶ Rō. Illo properat ubi tarditas multa erit. ¶ Gau. Pernicitas in-  
finita est. ¶ Rō. Sit quanta libet ubi se exerceat non habebit: siquidem puncti uicem terra  
B omnis obtinuit. ¶ Gaudium. Pernicitas inextimabilis est. ¶ Rō. Hæc ingenij laus est: cui  
maria & cœlum & æternitas & naturæ spacia recessusq; & arcana reꝝ oīm patent. Corpus  
puncti momentiq; ambitu circumscriptū: quo sua pernicitas latura atq; ubi depositura est:  
Nonne em̄ ut latissime pateat hoc spacium seu temporæ seu locorū: nihilominus quocūq; se  
se flexerit ad sepulchrum currit: Illæ saltē angustiaꝝ sine uilis aut astrologicis coniecturis aut  
geometricis demōstrationibus notæ sunt: ita eo currit ubi profecto nō currit. ¶ Gau. Incre-  
dibilis modo mihi pernicitas est. ¶ Rō. Cum oēs homies excefferis: lepusculū nō æquabis.  
C ¶ Gau. Pernicitas stupenda est. ¶ Rō. Hæc plarōsq; pendentibus & præruptis locis comi-  
tata plano calle desituit: quosdā per ppugnacula turriū: per antēnas nauium: per confraga-  
mentiū innocue uolitantes: post leui pedis offendiculo in uia publica prolapsos extinctosq;  
nouit ætas nostra: Anceps est cōtraq; naturā insueta grauiū corporū hæc leuitas uolucrēq;  
hominē non diu factura: Nam & si inoffensa processerit: fessa tamen cito desinet: breue ro-  
bur hominis: breuior pernicitas. ¶ Gau. Valde nunc agilis sum. ¶ Rō. Et asellus agilis iu-  
uenta: & senio piger pard<sup>9</sup>. Spacio leuitas igrauescit. Prima ætas stimulos habet: frenos ulti-  
ma: quicq; des nō eris diu: & si esse cupis cura ut sis bonus: seniu ꝑtus sola nō metuit.

## De ingenio: Dialogus. VII. ¶ Gau.

A **A** ingenium uelox est. ¶ Rō. Ad uirtutes utinā: alioquin quo uelocius eo propius  
ruinæ. ¶ Gau. Ingenium expeditum est. ¶ Rō. Si & bonis artibus applicabile præ-  
ciosa animi supellex: si minus onerosa: periculosa: laboriosa. ¶ Gau. Ingeniū per-  
acutum est. ¶ Rō. Ingenij non acumē sed æquabilitas atq; cōstantia uerā laudē atq; perpe-  
tuā merent: quorundā acumen tenui cuspide fragiꝝ primoq; molimine deficiet: ualidissima  
etiā si ad ultimū extenuent infirma sunt: sic robur oē tenuitas atterit. ¶ Gau. Acutissimū in-  
B geniū ē mihi. ¶ Rō. Nihil sapiæ odiosū acumē nimio: nihil ꝑo philosophātī molestū q; so-  
phista: Ideo iuisam Palladi sinxere ueteres araneā: cuiꝝ subtile op<sup>9</sup> ac tenues telæ sūt sed fragi-  
les nulliq; usui. Vt mucrōis g: sic ingenij acies sit: nō penetret mō sed subsistat. ¶ Gau. Prom-  
ptum ac uersabile ingenium est. ¶ Rō. Hoc Marco Catoni censorio tributū est: q; litteris sit  
atq; armis bellicisq; oibus & urbanis ac rusticis artibus æque foret idone<sup>9</sup>: qd ex pte græ-  
ci suo tribuit Epaminūdæ: Persæ autē Cyro: Tuū hoc uersabile quo nā uergat neu uersutum  
sit: neue aliqd nō agile sed leue poti<sup>9</sup> & inconstās habeat cauetō. Aliud est em̄ nō posse consi-  
C stere: aliud facile ire posse quo uelis. ¶ Gau. Ingeniū est excellens. ¶ Rō. Multū refert quo  
in genere excellas: Huius em̄ q; uerbi significatio uaga est: uerūq; est: ubi intenderis ingeniū  
ualere. Malo igiꝝ ingeniū bonū q; excellēs: qd illud in malū flecti neq;: hoc in diuersa uolu-  
bile est: Nā & Crispus Luciū Catilinā magna ui animi fuisse ait: sed ingenio malo prauoq;.

¶ Gau. Ingeniū magnū est. ¶ Rō. Bonū cupio & modestū: magnitudo sola suspecta ē. Sæpe magnum ingenium magnorū initium malorum fuit: Raro autem magni errores nisi ex magnis ingenijs prodire.

## De Memoria: Dialogus. VIII.

¶ Gau.

A  
Ap. formosag.

**M**emoria ingēs data est. ¶ Ratio. Ampla ergo domus tædij & atrij fumosarū imaginum: ubi multa displiceāt. ¶ Gau. Memoria est multarū rerū. ¶ Rō. Multis in rebus pauca delectant: plurima cruciāt: & sæpe delectabiliū mœsta recordatio est.

¶ Gau. Rerū adest uariarū memoria. ¶ Rō. Si bonarū: bene. Si malarū: quid hinc gaudere? Pārē nē triste ē ut tulisse mala uel uidisse: nisi ut quæ die recurrent uel sub oculis sint spēs. ¶ Gau. Memoria diuersarū rerū suppetit. ¶ Rō. Et culparū & delictorū & scelearū & ignominiarū & repulsarū & dolorū & laborū atq; discriminū: quibus huic ultīa uoluptas quædā: ut aiūt: sit adiūcta memoria: In quo tamē intelligit nō tā præteritorū malorū cogitatio: quā pñtis boni delectatio iucunda esse. Itaq; neminem laboris ac periculi meminisse iuuat: nisi quietū aut securum: Paupertatē læte meminit sed diues: morbū sed incolumis: seruitutem sed liber: carcerem sed solutus: exiliū sed reuersus: sola ignominīæ memoria ī medijs licet honoribus triftis est: adeo nihil delicatius uel incurabilius est quā fama. ¶ Gau. Memoria multiformis est & multorū temporū. ¶ Rō. In recordatione multiplici multiplex molestia: Quædā nempe conscientia uellicat: quædā pungūt: quædam uulnerāt: Alia confundūt: alia exterrēt: alia deijciūt: Vnde fit ut memoranti ora: rubor pallorq; uicissim in silentio occupent: quæ pessimis hoīm plarūq; accidit: icesusq; sit uari?: uox incerta: & quæ sunt eiusmodi animi memoria laborātis indicia. ¶ Gau. Memoria prompta est. ¶ Rō. Mallem uolūtas pia: castumq; desiderij: & honesta cōsilia & actus innocui & uita pbri nescia. ¶ Gau. Memoria apprime tenax est. ¶ Rō. Vnde hæc igiē obliuio cœlestiū præceptorū: quæ tam pauca sunt numero: unde obliuio dei unī: unde obliuio suimet: ¶ Gau. Memoria admodū tenax ē. ¶ Rō. Terrenarū & inutilium rerū credo: Quo nā pro & quæ uaga hæc uolatiliscq; memoria: quæ cū cœlū terramq; peragrauerit in seipsam nesciens reuerti: quæ unū necessarium ac salubre erat obliuiscitur: In qua & si forte aliquid delectatiōis interdū: sæpe tamē anxietatis est plurimum.

B

Nec imerito Themistocles cum ei quidā memorandi artem a Simone tunc inuentū polliceretur: Malle se ait obliuionis artem quā memoriæ discere. Et licet hoc ille suo quōdā iure respōdisse uideat: ut qui naturæ dono illo supra fidem excelleret: cuiusq; memoriā innumere quidē rerū atq; uerborū imagines prægrauarēt: fere tamen omnibus cōuenit: Ita oēs & de discēda discitis & discēda dediscitis. In his tantū quorū utilis esset obliuio memoriā exercētes: inq; id naturæ finibus nō cōtenti: infaniā arte laxatis. ¶ Gau. Memoria omnipotēs est.

C

¶ Rō. Titulus hic uni suus est deo: multipotēs dicere uoluiti: si quæ tamen insignis memoriæ uis est: quæ omni curiositate melius fuerit damnosa rejiciat: stringat utilia: neq; tam sedulo quæ delectēt aggreget quæ p̄sint. ¶ Gau. Memoria optima est. ¶ Rō. Optimo nihil est melius: Quæ si fidē dicto quaris: ut in optimis te memorē præbeas oportet: memento peccati tui ut doleas: memento mortis ut desinas: memento diuinæ iusticiæ ut timeas: memento misericordiæ ne desperes.

D

## De Eloquentia: Dialogus. IX.

¶ Gau.

**A**t præclarū est eloquiū. ¶ Rō. Magnū fateor instrumētum gloriæ: sed anceps cuspide gemina: & hoc quoq; qualiter uti scias: refert plurimū. ¶ Gau. Eloquiū torrens est & rapidum. ¶ Rō. Haud iēpte quidā: stulti atq; improbi eloquentiā furiosi gladio æquiparāt: utrūq; em̄ publicæ expedit inermē cē. ¶ Gau. Eloquiū clarū ē. ¶ Rō.

A

Clarū aliqd uarie dicit: clarus sol: clarū incendiū. ¶ Gau. Præfulgidū eloquiū est. ¶ Rō. Et lugubres cometae & infesti gladij & hostiles galeæ fulgēt: ut fulgor eloquentiæ gloriosus sit: sanctitate & sapientiā tempere. ¶ Gau. Copia eloquij ingēs est. ¶ Rō. Siquidē iūcta modestia magnum aliquid supraq; cōmunē hominū mensurā non inficior: alioquin mutū esse præstabat. ¶ Gau. Eloquētiæ satis est. ¶ Rō. Satis eloquentiæ parū sapientiæ fuisse in hoīe illo scelestissimo apud Crispum legis: neq; is quidē gloriā eloquentiæ quæsiuit ullam: quæ altiore iudicio non eloquentia sed loquacitas illa fuit. Verus enim orator: hoc est eloquētiæ magister: nisi uir bonus esse non potest. Quæ si bonus & sapiens putabas ad oratorias laudes perfectumq; munus eloquentiæ: hunc uerborū impetū qui sæpe procacibus atq; inuerecūdis uberior est: siue hanc ipsam dicendi peritiā satis esse: fallebaris: linguæ uolubilitas & uerborum copia atq; etiam ars quædam sceleratis pijsq; cōmunia esse possunt. Id quæ quaris.

B

## De Virtute: Dialogus. X.

bonorum est: non omnium quidem sed paucissimorum: ita ut mali omnes huius laudis ex-  
 ortes sint: ad quã scz animi bona quibus carent uirtus ac sapientia requirunt. Quod ut sic  
 esse nõ intelligas dicã: Sed memineris duarũ de quibus loquor rerũ diffinitiones in mētem  
 redeant: quaz̃ altera Catonis: Ciceronis est altera. Ille ait: Orator est uir bonus dicendi pe-  
 ritus. Ille aut̃: Nihil est inquit aliud eloquentia nisi copiose loquens sapientia. Ex his uides  
 ad oratoris atq; eloquentiæ essentiã & bonitatẽ & sapientiã exigi: nec tamen sufficere nisi &  
 peritia adsit & copia: Ita ut primã illã duã uirũ bonũ sapientemq; dũtaxat: hæc aut̃ solã nec  
 bonũ nec sapientẽ nec eloquentẽ quidem efficiant sed loquacem: omes uero cõiunctã persi-  
 ciant oratorem eiusq; artificium: quod profecto rarius atq; altius est q̃ putent qui in mul-  
 tiloquio situm sperant: Tu ergo si oratoris nomen & eloquentiã ueram laudem quãris: uir-  
 tuti & sapientiã primũ stude. ¶ Gau. Eloquentia plena atq; p̃fecta est. ¶ Rõ. Plenõ atq;  
 p̃fecto nihil deest: deerit aut̃ multũ si præmissa defuerint. Ante igit̃ q̃ de uniuerso p̃nũcies  
 hoc unũ tacit̃ tecũ uolue. ¶ Gau. Eloquentia summa est. ¶ Rõ. Supra summũ nihil est: His  
 ergo cessantibus iã sũma non erit: sed caducũ quiddã & informe: cui fundamentũ fastigiũq;  
 detraxeris. ¶ Gau. Eloquentia dulcis & ornata est. ¶ Rõ. Dulcedo & ornatus iste nescio qd  
 blandum seu dolosum: non uirile nec sincerum præfert: sed nõ pluri est apud rectos iudices  
 suauis & compta uiri fallacis oratio: q̃ uel meretricis fuc̃ uel mellitum uirus uel phrenetici  
 robur uel auari aurũ: quicquid est q̃ uis appareat ac mulceat si præcipuũ essentiale defuerit:  
 nihil penitus aut nihilo proximũ uideri debet. ¶ Gau. Eloquentiã fiducia magna est. ¶ Rõ.  
 Magna sæpe fiducia magnis periculis uiam fecit: ut animũ attollat atq; adiuuet frenũ acci-  
 piat: sese norit qd̃ agendũ instat: examinet: absit insolentia pariter & cõtempus: Sin p̃gres-  
 sa liberius uirium obliuisci cõperit: nõ iam fiducia sed temeritas & audacia est: quo nihil est  
 a sapiẽte remotius. Hæc in rebus om̃ibus agẽdis ut aspectu speciosior: sic effectũ piculosior  
 ignauia est. Illa em̃ domi pigros & inglorios tenet: hæc impellit ardentel: & quos æstimaba-  
 tur p̃motura præcipitat: hæc sæpe bellacissimos uiros ostẽdit imbelles: cautissimos proba-  
 uit incautos: utq; ad te redeã qui disertissimi uidebant̃ infantissimos patefecit. ¶ Gau. Elo-  
 quentiã ingens est. ¶ Rõ. Ut sit fides historico: inter uitia infinita eloquentiam habitasse: ue-  
 ricq; locũ teneat auctoritas: Neq; dubium sit qd̃ eloquentiã princeps in rhetoricis scribit: Elo-  
 quentiã sine sapientia esse posse: quã ut liquet superioribus aduersant̃: Ista tamen qlibet mo-  
 do sumpta eloquentia: certe quo maior eo damnosior funestiorq; si sola est. ¶ Gau. Eloquẽ-  
 tia singularis est. ¶ Rõ. Hæc est quã singulares uiros & gracoꝝ & nostros in perniciem tra-  
 xit: qd̃ ita esse Demosthenes & Cicero & Antoniõ nõ negabũt. ¶ Gau. Eloquentia plausi-  
 bilis est. ¶ Rõ. Si innocẽter & absq; iactantiã utare: uix ulla re citius multitudinis amorem  
 tibi concilies & gloriã quãras: si quo nisi merã uirtutis artificio quari potest: Sin arrogan-  
 ter atq; improbe: persfacile tibi discrimẽ & multoꝝ odia conflaueris. Sapientis dictũ est  
 cuiusdam: Mors & uita in manu linguã. Nõ unius uero tantũ hois sed multoꝝ: quorũdam  
 linguã totas euertere republicas euerteretq; pessimũ nocentissimũq; mali hois membrum  
 lingua est: nil hac molliõ: nil hac durius. ¶ Gau. Eloquentia sonora est. ¶ Rõ. Et sonoriũ ful-  
 men. ¶ Gau. Eloquentia florida est. ¶ Rõ. Et floridũ attonitũ: Deniq; uersa ut libet & reuer-  
 sa: & gloriã uiam habes arduam & inuidiã pronã ualde.

### De Virtute: Dialogus. X.

¶ Gau.

**A** **N**unquid nõ saltem de ỹtute licet gloriari: ¶ Rõ. Ut liceat: in illo tantũ licet qui uir-  
 tutis & om̃is boni auctor solus atq; largitor est. ¶ Gau. Magna est animi uirtus.  
 ¶ Rõ. Vide aut̃ ne quo maior credit̃: minor sit. ¶ Gau. Spectata ỹt̃ in rebus du-  
 bijs est. ¶ Rõ. Propriũ est ỹtutis nõ quid actũ sed qd̃ agendũ sit: nec quid adsit sibi sed quid  
 desit attẽdere: Vnde est ut sæpe illã nõ de quãsito gloriantẽ: sed de quarendo sollicitã uide-  
 amus. Dicerem si liceret: auarã aut certe auariciã similẽ esse ỹtutẽ: Iugiter sitit: q̃tidie inarde-  
 scit: quo plus quãsierit: eo sibi pauperior uideẽt̃ & plus appetit: Nullõ illi desiderij modus est:  
 nullus sat magnus cumulus meritoꝝ. ¶ Gau. Virtus supra humanũ morem est. ¶ Rõ. Ve-  
 reor ne superbiã sit ista p̃fessio nõ uirtutis. ¶ Gau. Virtus longe clarissima est. ¶ Rõ. Fun-  
 damentum uerã uirtutis humilitas: nec tãta claritas ulla est quã elatio nõ obscuret. Scit ille  
 qui clarissimus creatus scq; ipsum efferens: nõ obscurus tantũ: sed princeps fieri meruit te-  
 nebrarum: Quod si illi accidit: quid alij de se sperent? ¶ Gau. Virtus eximia est. ¶ Ratio.  
 Nõ solet uirtus esse iactatrix aut miratrix sui: sed imitatrix alieni. Itaq; semp̃ anhelans sem-  
 perq; altius aspirans dũ se cõparat paruipẽdit. ¶ Gau. Virtus consummata est. ¶ Rõ. Nũq;

**B**

## De Virtutis opinione: Dialogus XI.

hoc uirtus de se iudicat: non confidit: nihil arrogat: Scit hoc tempus esse militia: non triu-  
phi: atq; ideo nunq̄ torpet & semper in actu est: Semper quasi nunc incipiēs accingit: quæ  
omnia perfecisse seq; undiq; consummatā credit. Crede mihi: non est uirtus: error est uirtu-  
ti obuius atq; aduersus. Quisquis ad summā puenisse se credit: in hoc primū fallitur q̄ ubi  
credit esse non est: Deinde q̄ illuc ferentem uiam aberrando deseruit: dumq; quod non ha-  
bet anticipat: quod habere potuisset sp̄ote sua negligit. Si quidem nil tam profectui aduer-  
sum q̄ perfectionis opinio. Nemo studet agere quod peregrisse se putat. Error hic sæpe ma-  
gna parantibus obsistit iamq; alta pensantibus. ¶ Gau. Virtus pro humana capacitate  
& cogitatuū rationē a teipso exigis incorruptus reꝝ arbiter tuar; uidebis quātum uacui in  
anima sit: quantū uitia occupent. ¶ Gau. At saltē cōmunis & mediocris est uirtus. ¶ CRō.  
In rebus altissimis uix mediocritas locum habet. Verū habeat: non tamen hæc gaudij ma-  
teria sed laboris ac studij est: Nam quod ad summā disponitur donec eo peruenit non qui-  
escet. ¶ Gau. Aliqua est uirtus. ¶ CRō. Huius quoq; iudicium linque alijs. Et si qua est uir-  
tus: non ibi finis gaudij: sed in illo ad quem uera per arduū uirtus ducit. Eam nēpe philoso-  
phiam profitemur quæ nō fruendū uirtutibus sed utendum docet. Nondum plene igitur  
gaudendi tēpus est: tot nunc etiā uitæ periculis circūfusus sed optandi potius sperādīq;. Ga-  
uisurum te sperare potes: sic tamen ut metuas dolitūq;. ¶ Gau. Si quid boni est sentio un-  
de sit & in illo gaudeo: quicquid aut̄ deest scio unde poscendū sit & de illo spero. ¶ CRō. Hæc  
est uirtus & iam tutum iter ad ueꝝ gaudiū inuenisti.

### De Virtutis opinione: Dialogus XI.

¶ Gau.

**Q**uisquis ego sum: opinio de me hominū bona est. ¶ CRō. Opinio rem non mutat.  
¶ Gau. Bonū me cōis habet opinio. ¶ CRō. Quid si mal⁹ tu: nōne opinio falsa ē?  
Scientē certe falso gaudere: dementia est. ¶ Gau. Opinione uulgari bonus dicor.  
¶ CRō. Nihil est qd̄ nō sibi fingere possit opinio: Bonū aut̄ seu malū quod in animis habi-  
tat: neq; diuersis opinionibus: neq; sermunculis uariatur. Non si cuncti igitur te mortales  
bonū dixerint: bonus fies. ¶ Gau. Bonū mihi saltem est nomen. ¶ CRō. Melius esse nomen  
bonū q̄ diuitias multas: Hebræor; sapiens ait. Idemq; alibi: Melius est nomē bonū q̄ un-  
guenta preciosa: Et ualorem boni nominis: & odorem famæ his uerbis expræssit compara-  
tione scilicet auri & unguenti: Quomodo aut̄ seu nomen seu aliud quicq; esse potest bonū  
si sit falsum: Qualecūq; igitur sit nomē impij: non fit ideo minor impietas. Non inani igit̄  
nomine gloriatur: sed illud eiusdem Sapientis audiat: Nomen inquit impior; putrescet. Et  
illud alterius: Gloria nostra hæc est: testimoniū conscientiæ nostræ. Illa si intus tibi obstre-  
pit: quid tibi proderunt adulantium susurri: quid blanditijs aut fictionibus partū nomē?  
E radice mala nihil boni orit̄. Neq; hinc igit̄ ortū nomen bonū dixeris cum ueꝝ dicere non  
possis. ¶ Gau. Bene de me sentiant ciues mei. ¶ CRō. Non refert quid de te alijs sentiant: sed  
quid tu. ¶ Gau. Bene de me loquuntur ciues. ¶ CRō. Noli credere: quid loquātur nesciunt:  
& cupide mentiuntur: pruritu quodā linguæ in utranq; partem nimio & consuetudine in  
naturam uersa. ¶ Gau. Bene de me plurimi loquuntur. ¶ CRō. Ignorantibus credere quid  
est aliud q̄ uolentem falli: ¶ Gau. Bene de me loquitur uicinia. ¶ CRō. Dulciloquio: forsan  
aut muneribus delinita: aut de te aliquid sperans: Nunq̄ uel amanti credideris uel sperāti.  
¶ Gau. Vicini mei nomen meum celebrant. ¶ CRō. Alter alter; decipit: omnes te. ¶ Gau.  
Bonū mihi testimonium ciues dāt. ¶ CRō. Est intus in anima testis incorruptior certiorq;.  
Conscientiam tuam interroga: illi crede. ¶ Gau. Bene de me homines opinantur. ¶ CRō.  
Opinio ambigua nomen est rei: certissima res est uirtus. Ego ipse mihi uir bon⁹ ui-  
deor. ¶ CRō. Ergo es malus. Boni enim sibi displicent: seq; accusant. ¶ Gau. Et mihi uide-  
or & alijs bonus. ¶ CRō. Quid si tu malus: illi autem stulti. ¶ Gau. Bene de me sperant ci-  
ues. ¶ CRō. Cura ne spes ciuium falsa sit. Turpe est de se sperātes cum possis aliud frustra-  
ri. ¶ Gau. Credo sim de quo non frustra sperent multi. ¶ CRō. Si id esses id nō crederes. Ma-  
lum est alios: pessimū autē seipsum fallere. ¶ Gau. Omnes me uiz; bonum putant. ¶ CRō.  
Quid si tu contrariū scis? ¶ Gau. Oēs me uiz; bonū dicūt. ¶ CRō. Et tu credis oibus? Nū-  
te aut̄ dici pudet qd̄ nō es: sed est hoc uobis insitū inter cūcta mirabile: de uobis uestrisq; de  
rebus q̄uis occultis plus cuiuncq; q̄ uobis credere: Iuxtaq; Flacci sententiā: & mendacē ti-  
mere infamiā & falsa gloria delectari. ¶ Gau. Totū uulg⁹ una uoce me laudat. ¶ CRō. Nul-  
la pronior ad errorē atq; ad præcipitium uia est q̄ p uulgi uestigia. Quicquid pene uulgus

## De Sapientia: Dialogus XII.

laudat: vituperio dignum est. **Gau.** Cunctis hominibus placeo. **Rō.** Placentes hominibus deus spernit: & placere hominibus displicere est deo: contraria contrarijs gaudent. **Gau.** Viri boni nomen habeo. **Rō.** Vitæ constantia & honestate seruandum est: Alioquin facile euanesceat: uetus est enim. **Gau.** Multæ sunt in populo laudes meæ. **Rō.** Seruisti in agro arido arbores caducas. **Gau.** Magnæ inter doctos etiam laudes meæ sunt. **Rō.** Si ueræ: durabunt: Et ut ait Cicero: radices agent & propagabuntur. At si fictæ: celeriter tanquam flosculi decident. **Gau.** Omnes uno ore meam prædicant uirtutem. **Rō.** Non in hominum flatu neque in propria uirtute quis uera: sed in ipso uirtutum omnium auctore gloriamur. Qui contrarium facit: non modo non assequitur assertionem hominum quod non habet: sed id ipsum quod habet uel imminuit: uel amittit. **Gau.** Vulgus omne me prædicat. **Rō.** Dixi & repeto: quicquid uulgus cogitat uanum est: quicquid loquitur falsum est: quicquid improbat bonum est: quicquid approbat malum est: quicquid prædicat infame est: quicquid agit stultum est: In nunc insanorum sermunculis gloriari.

### De Sapientia: Dialogus XII.

**Gau.**

**A** **S**apientiam consecutus sum. **Rō.** Rem magnam: si uera esset: & inseparabilem a uirtute. Si illam igitur approbasses: hæc probata esset: sed utraq; opinio aliquando facilius est quam re. **Gau.** Sapiens sum. **Rō.** Crede autem mihi: nunquam si uere esses hoc diceres: Sapiens enim quantum est quod sibi desit: intelligit: non gloriae itaque sed suspirat. **Gau.** Sapientem me profiteor. **Rō.** Bene uent res si tot essent sapientes quot sapientiae professores: Nunc illud perdifficile est: hoc uero facillimum. **Gau.** Sum sapiens. **Rō.** Si uere sapiens esse uis: noli id quidem opinari. Credere se sapientem primus ad stulticiam gradus est: proximus profiteri. **Gau.** Studio ad sapientiam perueni. **Rō.** Utique sic ad illam peruenitur: sed an tu peruenieris recogita: Non est enim res studij breuis egens aliquot annorum ut reliquæ artes: tota uel longissima opus est uita. Si quis: ut aiunt: tota die currere peruenit ad uesperam satis est: Notum est illud Platoni: ut alia multa: præclarissimum: quod Cicero ni placet & mihi: Beatum cui etiam in senectute contigerit ut sapientiam uerasque opiniones assequi possit. Has tu an calle medio obuias habueris an nescio quo pennato equo uectus ante tempus attigeris: incertum: tam cito sapiens euasisti. **Gau.** Sapientiae perfectionem coelitus accepi. **Rō.** Est fateor coeleste donum sapientia: sed magnus certe uir erat & coeli amicus qui dicebat: Non quod iam acceperim aut profectus sim. **Gau.** Sapientiam cupida mente comprehendi. **Rō.** Ut pecuniarum rerumque multarum mala: sic sapientiae cupiditas bona est: Sed an tu tantæ rei capax sis uidebo. Certe ille idem: Ego me inquit non arbitror comprehensisse. Et ille quoque permagnus erat qui cum deo de seipso loquens sic aiebat: Imperfectum meum uiderunt oculi tui. Hoc est proprium sapientis: imperfectionem suam nosse ac faceri. **Gau.** Sapiens dicor. **Rō.** Non te tua neque aliena unquam uoces sapientem fecerunt sed res ipsa. **Gau.** Sapiens uulgo dicor. **Rō.** Vulgus insanos sapientes dicere & sapientes insanos iure suo didicit: quod est ut falsa pro ueris ueraque pro falsis habeat. Nihil est a uirtute uel a ueritate remotius quam uulgaris opinio. **Gau.** Omnes prædicant me sapientem. **Rō.** Ad famam fortasse aliquid: ad sapientiam nihil omnino. Sentio autem superscriptis omnibus inniteris litterarum: quibus nihil est liberalius: non satis est facere sapientes qui non sunt: sed egregios & insignes faciunt ac uerecundos: serenissimos insuper & illustres: ut iam simplex sapientiae titulus sit pudori: qui quam paucis conueniat stupor est: obsoleuit tamen inter titulos clariores quos qui scribendo sic accumulunt: sciunt se metiri: sed urbani uel mendacio fieri uolunt: Vos qui legitis non ueros modo: sed citra uerum sistere illos rati: publico errore fallimini. Nemo est qui de suis rebus interroget: Omnes alij de se credunt. Vis autem noscere quam sis sapiens: uerte oculos retro: recordare quotiens in hoc uita cursu cespitaueris: quotiens oberraueris: quotiens offensus pede cecideris: quot pudenda: quot dolenda: quot poenitenda commiseris: tunc si audes: te dicito sapientem: credo autem non audebis. **Gau.** Scio me sapientem. **Rō.** Litteratum forsan uis dicere: Sunt enim plane litterati aliqui uere licet pauci: Sapientes autem pene nulli. Aliud est sapienter loqui: aliud sapienter uiuere: aliud dici: aliud esse sapientem. Fuere qui dicerent sapientem nullum: Id quam uerum falsum uel sit non disputo: Certe nimis prærupta sententia est & ad desperationem prona & studio aduersa sapientiae. Hebraei sapientem Salomonem suum prædicant: qui quam sapiens esset: turba coniugum pellicumque testat: multoque maxime deus alienis cultibus exhibitus. Romani sapientem Lelium & Catonem. Græcia ipsa dum floruit septem habuisse dicitur sapientes: Hi quoque hoc titulo indigni sequentibus uisi erant:

Qui excusant: dicunt non eos illum sibi titulū assumpsisse: sed ab errantibus populis traditum possedisse. Vnus tantū fuit sua professione suoq; sapiens iudicio: stultissimus omnium Epicurus. Quē titulū cū Metrodoro picipare uoluit: nec honorificū amici donū ille respuit: sed etiā sapientē dici æquanimitē tulit: ut sua illa qualis gloria: error esset alterius. Vnus quoq; sapiens Socrates oraculo dictus Apollinis: forsan ideo ut uirū illū sapiētī proximū: falso testimonio falsus deus ad amentiam atq; insolentiā irritaret. Hæc de antiquis sapientibus dixerim. Fœlicior ætas nostra: quæ nō unū duos uel septem: sed in singulis urbibus ceu pecudum greges numerat sapientū. Nec mirum sane multos esse: qui tam facile fiant. Venit iuuenis stultus ad templum: præceptores illum sui prædicant: celebrant seu amore seu errore: tumet ille: uulgi stupet: plaudunt affines & amici. Ipse iussus in cathedrā scādit: cuncta iam ex alto despiciens: & nescio quid cōfusum murmurans: Tunc maiores certatim ceu diuina locutum: laudibus ad cœlum tollunt: tinniunt interim campanæ: strepunt tubæ: uolant anuli: signū ofcula: uertici rotundus & niger pannus imprimi. His peractis descendit sapiens qui stultus ascenderat: Mira prorsus transformatio: nec Nasoni cognita. Sic fiūt hodie sapientes: Verus sapiens fit aliter. ¶ Gau. Sapiens sum. ¶ Rō. Solēt qui de se magnifice sentiunt prædenter maiora uiribus ea aggredi: inq; nisu medio prolapsi suo uel periculo uel pudore condiscere: q̄ iusti reg; æstimatores fuerint suar;. Præstat igit (mihi crede) falsas opiniones abijcere: insolentiā deponere: insipientiam circūspicere & optare: ne qua experiendæ sapientiæ necessitas incidat: quæ declaret te de nihilo gloriatū. Hæc rectior tutiorq; quarendæ sapientiæ uia est. ¶ Gau. Credo ego ad sapientiā peruenisse. ¶ Rō. At si mihi obsequeris: ad illam potius assurgēdo nitendoq; puenies q̄ credendo: Nihil altius ascendit q̄ humilitas operosa.

## De Religione: Dialogus. XIII.

¶ Gau.

**R**eligione glorior perfecta. ¶ Rō. Religio optima ac perfecta una est: supra Christi nomen: supraq; petram firmissimā fundata: Reliquæ omnes superstitiones uanæ & deua & errores sunt: quibus est iter ad tartarū atq; ad mortem: non hanc momentaneam sed æternam. Et quot putas quanti q; uiri huius ueræ religionis inopiā miserabilē passi sunt: cunctis in rebus alijs altiores: Habent illi qd̄ æternū gemāt: habes tu unde gloriēris & gaudeas: non in te quidē sed in eo qui te summa in re tanto maioribus præferre dignatus est: qua nil maius: nil meli<sup>9</sup> tibi tribui poterat in hac uita. De qua loqui aliquid uerius non grauaret: ni res ipsa cœlesti lumine pene iam om̄ibus nota esset. ¶ Gau. Pijs sacris initiatus sum. ¶ Rō. Pia sacra religiōis huius sunt tātūmodo: reliquar; omniū sunt furores ritusq; sacrilegi. Neq; tamen initiatum esse sufficit: Maius est forte q̄ putas deuoto licet animo dulce negocium. Nō em̄ deum nosse satis est: quod & dæmōes faciūt qui oderūt: Amor & cultus exigitur: his ex rebus constans: quæ utinā tam bene implerent ab hoībus q̄ sciuntur. ¶ Gau. De uera religione mihi placeo. ¶ Rō. Placere sibi superbire est. Hæc aut uera religio: quæ te deo & deū tibi religat: humilitatem pijs mentibus inserit: insolentiā extirpat. Sic tibi igitur gaudere permissum: ut quanto lætior quātōq; religiosior: tanto sis humilior & operibus bonis affluentior: Illi gratias agens: qui tibi ex hac mortalitate rectū iter ostendit ad æternam uitā. ¶ Gau. Veram religionem (deo gratias) sum adeptus. ¶ Rō. Bene ais: deo gratias. Custodi aut illam bene ab erroribus: a negligentia: a peccatis: & sic habe si hanc affecutus es: & in ea te exerceas ut dignū est: cessare cōtrouersiā: de qua modo litigauimus: cum sit scriptum sacris in litteris: Pietas est sapientia: Et per aliū: Initiū sapientiæ est timor domini. Neq; id ipsum tacitū in prophanis: Cuius rei Lactantius meminit: Institutionū secundo. Affirmat inquit Hermes eos qui cognouerūt deū: non tantū ab incurribus dæmonū tutos esse: ueretiā ne fato quidem teneri. Vna inquit custodia pietas: Eteṃ pi<sup>9</sup> homo neq; dæmoni pessimo: neq; fato subiacet. Deus em̄ liberat piū ab om̄i malo: Nanq; unicum atq; solum bonū est hominibus pietas. Quid sit autem pietas: ostendit alio loco his uerbis: Pietas em̄ scientia est dei. Eandemq; sententiam Asclepium in sermōe quodam regio latius explicasse cōfirmat. Vides ut obstinatissimi duo pagani nostrā circumuelant ueritatem. Tāta est ueri uis: ut linguas sape hostium ad se trahat.

## De Libertate: Dialogus. XIII.

¶ Gau.

**L**ibertate natus sum. ¶ Rō. Nō qui nascitur liber: sed qui moritur liber est. Multum fortunæ licet in nascētem: in extinctum nihil. Expugnat urbes munitissimas: Armatos fundit exercitus: Potētissima regna subuertit. Inexpugnabilis arx sepul-

b

De Patria Gloriosa: Dialogus XV.

chrom. Illic regnū uermibus: non fortunæ. Itaq; limen illud ingressi soli mortalium uitæ huius ab insultibus tuti sunt. Tu te liberum iactas & ignoras: nō dico ad sepulchræ: sed an liber hodie in cubiculū sis iturus. Libertas uestra tenuissimo nitens filo: sicut alia quibus fiditis omnia: tremula semp & caduca est. **C** Gau. Liber sum. **C** Rō. Iceireo te: ut reor: libere dicis: quia dominū nullū habes: sed Anneū audi Senecā: Bona inquit ætas est: forsitan habebis: Nescis qua ætate Hecuba seruire cœpit: qua Crœsus: qua Darij mater: q̄ Plato: qua Diodogenes: His ille te admonet exemplis. Multa sunt alia uel tacita Senecæ uel ignota. Nūquid non Attiliū Regulū meministi: indignū prorsus hoc ludibriō: passum tamen: Nunquid tibi recētior annis Valerianus excidit: Quorū ille modo dux: hic autē princeps populi Romani: moxq; ille Carthaginensiū: hic Persarū seruus. Ille truci supplicio perēptus: hic lōga & misera cōtabuit seruitute. Quid Macedonia Numidiæq; reges: Hinc Persen: hinc Syphacē memorem atq; Iugurthā: regni omnes e culmine Romana lapsos in uincula: Mitto ueteres regum casus: Ætas tua quosdā e regia trahit i carcerem: eundēq; una hora: & primū regem & ultimū seruū uidit. Si quidem eo quisq; inferior seruus est: quo fœlicior liber fuit. Noli igitur libertate tumescere: quoniā nō ex liberis modo: sed ex regibus tā subito serui fiūt. Nec miraberis: cum secundū Platonis sententiā: nō minus ex seruis etiā reges fiant. Mutanē assidue res humanæ: Nihil sub cœlo stabile. Quis in tanta uertigine firmū aliquid ac mansurū speret: Neq; uero te libere hinc dixeris: q̄ esse dominū tibi non uidet: q̄ parentibus ortus ingenuis: nec in acie captus: nec uenundatus sis: Sunt uobis inuisibiles animorū domini: & in ipsa hominū origine latens pestis est. Nascendi genus obnoxiiū peccato: qua nulla grauior seruitus fingi potest: Sunt occulti hostes & bella clandestina: Sunt quæ miseras animas nūdiuentur: quas: heu: uili precio uenditis uoluptates fœdissimæ dominaarū: iæ uos inenodabili laqueo uinctos tenent. Ite nunc & libertate gloriamini. Sed uos cæci: nihil nisi corporeū uidetis. Vnde eum qui unī mortali subest domino: seruū dicitis: Illum uero qui mille imortalibus tyrannis opprimī libere iudicatis: eleganter ut reliqua. Profecto autē libere nō facit fortuna sed uirtus. **C** Gau. Liber sum. **C** Rō. Plane si prudens es: si iustus: si fortis: si modestus: si innocens: si pius. Horum si quid abfuerit: pro ea te parte seruū scito. **C** Gau. In libera patria natus sum. **C** Rō. Urbes quoq; tu liberae tua ætate pro exiguo flexu rerum: post paululum seruas nosti. Q̄ si uel notiora uel clariora sunt uetera: Lacedæmon & Athenæ liberrimæ urbes ciuile primū: mox externū passa sūt iugū. Hierosolyma sancta urbs & libertatis æternæ mater: tēporaliter & Romanis seruiuit & Assyrijs: nūc seruit Aegyptijs. Roma ipsa nō solum libera: sed domina gentiū: suorū primū ciuium: post etiā uilissimorū hominū serua fuit: ut nemo unq; libertati: nemo uel imperio suo fidat.

De Patria gloriosa: Dial. XV.

**C** Gau.

**A** **G**loriosa in patria natus sum. **C** Rō. Plus negocij habes ut in lucē uenias. Fulgent minutiora etiā astra p̄ noctem: & Bootes ad solis radios hebet & lucifer. **C** Gau. Clarissima patriæ ciuis sum. **C** Rō. Bene si uirtutū hospes: uicioꝝ hostis. Fortunæ enī est illud: hoc tuū ē. **C** Gau. Patria mihi fœlix ac nobilis est. **C** Rō. Refert qua nobilitate: Hāc numerus incolarū: hanc insignis opum magnitudo: hanc spectata fertilitas: hanc situs ipse nobilitat: Salubris aer: clari fontes: mare proximum: tuti portus: oportuni amnes: Nobilis patria uulgo dicitur uini ferax: olei: frumenti: frequens armentis ac gregibus: auri scatebris & argenti: Bonam terram dicitis ubi fortes equi: ubi pingues boues: ubi teneri hedi: ubi dulcia demum poma nascuntur: Vbi autem boni uiri: id nec quaeritis quidem: nec quaesitu dignum ducitis æstimatores egregij. Atqui summa patriæ laus: sola uirtus est ciuium. Recte ergo Virgilius gloriā ac fœlicitatem cum describeret Romanā: nihil horum ad quæ sola respicitis dignatus attingere: unam urbis & imperij magnitudinem atq; altitudinem attigit animorum. Fœlicem deniq; pole uirum dixit: Ea est enim uera urbium fœlicitas: uera nobilitas. **C** Gau. Præclara ciuibus bonis patria est. **C** Rō. Quid si tu obscurus: Quid si claritas ipsa te prodet: eq; latebris eruet & in apertum trahet: promptius in luce notaberis. **C** Gau. Famossima est patria. **C** Rō. Non tam infamis esset Catilina: nisi tam famosa in patria natus esset. Caio etiam & Neroni alter infamiæ acruus imperium accessit: & mundi natos in uertice fortunæ fauor extulit: quo latius noscerentur. **C** Gau. Nobilissima in patria uiuo. **C** Rō. Multorum aut contemptui patēs: aut inuidiæ. Sine altero in magna urbe uix uiuif. Illud tutius: hoc clarius malum: Vtriusq; autem hæc ipsa quam prædicas natalis soli nobilitas causa est: Tot inter oculos mille sunt latebræ. **C** Gau. Notissima ex patria sum. **C** Rō.

**B**

## De Patria Gloriosa: DIALOGUS XV.

Malim per te patria quæ tu propter patriam notus sis. Nisi uero per te fuisset: quid tibi lux patriæ præter tenebras allatura est? Multos habuit claritas magnæ urbis obscuros: quos abunde claros parui ruris obscuritas habuisset. ¶ Gau. Indlyta mihi patria est. ¶ Crō. Est quæ suas sibi laudes habeat tuasque participet: quicquid bene gesseris: prima quodammodo patriæ laus erit. Fuit qui Themistoclis gloriâ Athenis ascribere niteret: qui plane pergrauiter & ut talè uiræ decuit: rñdit: Cū enī sibi Seriphi angustæ & ignobilis insulæ quidā icola inter iurgia obiecisset: nō eū sua sed patriæ glia claræ esse: Neque Herclæ ait: aut ego obscurus si Seriphius: aut tu si Atheniēsis clarus esses: Nō splēdori patriæ: sed uirtuti ppriæ fidebar. Virilius plane quæ Plato: maior licet ille philosophus. Sed existūt interdū in magnis etiā ingenijs magni & mirabiles errores. Is ergo inter cætera magnæ suæ fœlicitati claritatē patriæ ascribebat. Vt enim totū noris hac in parte excellentis uiri animum: Aiebat Plato: se pro multis gratias agere. Recte id quidem modo intelligat: cui quibusue pro donis gratiæ sint agēdæ. Ille uero naturæ gratias agebat: Primū quod hominē eum & nō mutum animal: quod marem & non fœminam: quod Græcum & non Barbarum: quod Atheniensem & non Thebanum. Denique quod ætate Socratis non alio tempore genuisset: ut scilicet esset a quo doceri posset atque instrui. Vides inter gratulandi gloriantique causas: ut Atheniensem quoque ponat originem. Quid hic dicam: forsan expectas? Ego uero & si de hoc uno sermo sit institutus: quando tamē tantum uiri mentio incidit: quid de hoc toto illius sermone & alijs sit uisum: & mihi etiam uideat: dicam simul. Scio quosdam claros ac disertos uiros incunctanter asserere: nihil unquam ab alio quo esse dictum delirius: quorum in sententiam: quin: ut dici solet: eam pedibus passim abest. Nam quid quæro attinet his gaudere? Quæro enī quid si barbarus: quid si mulier natus esset? An non multi barbari multis græcis & uirtute & ingenio meliores extiterunt? An non fœminæ aliquæ: & rerum gloria: & inuentione artium quibusdā uiris optabiliores? Quid denique si bos: quid si asinus nasceretur? Quid ad hūc ipsum de quo loquimur Platonē: qui iā non Plato esset: sed id potius quod natura parēs edidisset: Nisi forte Pythagoricæ credebatur infantiæ: e corpore in corpus animas commigrare: quo nihil unquam certe stultius: nihil impudentius: non dicam a philosopho: sed ab homine dictum fuit: nihil magis ueritati dissonum ac pietati: nihil demum a quo religiosæ aures magis abhorreant. Quid deinde: an Atheniensem nasci claræ adeo: ut non æque clarum esse posset alibi Thebis etiā natū esse? An non Homerus & Pythagoras ipse & Democritus & Anaxagoras & Aristoteles & mille alij alibi quæ Athenis nati clarique habiti: nō minus quæ qui nati sunt Athenis? Ac ne a Thebis abeā: quas spernere Graij solent: An non si ingenium quæretur: Thebis natus est Pindarus: quæ imitatione prorsus inaccessibilē Flaccus ait: Si res claritas gestarum: Liber pater atque Hercules tam famosi: ut Alexander Macedo cōtempitor omnium ferme mortalium: illos duos ut altissimū atque ultimum signum gloriæ sibi proponeret imitandos. Sin utrumque: Nōne recentī memoria & pene ante oculos erat Thebanus Epaminundas summus philosophus: summus dux: græcorumque omnium recto sub iudice omnis æui princeps? Hic est qui Lacedæmones pene funditus euertit: & Athenienses Platonis sic exterruit ut eo mortuo quasi summo terrore liberati: illico se in luxum ignauitatemque resolerent. Quo adhuc etiā apud Thebas florēte: quot Athenis inertium & stultorum milia fuerint: quis facile animo metiatur? Non igitur quod Athenis sed quod talis natus esset ac genitus: hoc est tali ingenio: tali que animo: tali denique & parentū indulgentia & rerum temporalium facultate ut erudiri posset & ad omne bonū opus institui: gratias agere decuit tam anxie doctum uirum: illi deo qui hæc ei dederat: Nō Socrates: non Athenæ: cuius in schola & in qua urbe quot & iniqui fuerint & indocti: opinari promptius sit quæ noscere. Et ut urbem sileam: habuit schola illa iter multos Alcibiadem & Critiam: illū patriæ hostem: hūc sœuissimum tyrannorum: quibus quid præceptor Socrates cōtulerit: Plato ipse respōdeat: uel sic intelligēs: quæ inane est quod terreni doctrina præceptoris discipulorum auribus instrepit: nisi gratia magistrī cœlestis aspiret: sine qua nihil omnino Socratē potuisse: quæque dei mendacis oraculo: ut prædictum est: sapientissimum iudicatum: inter duas tamē simul uxores procacissimas anus: ipse uel alius quantumlibet eum excuset ineptissime conuersatum. Sed hæc & reliqua incidēt: præter unum illud: quo Platonem talem uirum hac eadem uanitate gloriosæ patriæ implicitum fuisse cognoscere: non ut magni comitis clypeo tuum tegas errorem: sed ut accuratius illum uites: cui succubuisse summa etiam cernis ingenia. ¶ Gau. Ampla in patria uitam ago. ¶ Crō. Multa sūt amplæ urbis incommoda: Distat

## De Origine Generosa: Dial. XVI.

templum: distat forū. Illud animo nocet: hoc corpori. Distant opifices atq̄ amici: qua qui-  
dem nulla durior distantia: quos laboriosum uisere: negligere inhumanū. Audis ut de hoc  
queritur Flacc⁹: Cubat hic in colle quirini: hic extremo in auentino: uisendus uterq̄. Quo-  
cunq̄ ire decreueris: ceu peregre p̄fecturus domui tuæ dispone: quando: & an redeas incer-  
tum: & ipse reditus cum labore est. Sæpe etiam cum errore: ferro ac magnete iter agitur: hac  
eas facilius: hac rectius: hac curiam: hac theatrum uites: hac balneum effugias: hac macellū.  
Hi & mille alij sunt urbium scopuli: inter quos nauigans domum tuam quasi alterum ora-  
bem petis: uix te ad illam peruerturum sperans. Et hoc quoq̄ apud ipsum Flaccum legis: Vt  
Philippus orator: Domum dum redit foro nimium distare carinas. Iam grandis natu quæ-  
ritur. Hæ paruo in oppido molestiæ cessant omnes: Quicquid quæritur iuxta est. ¶ Gau. ¶  
paruo oppido in immensam urbem commigraui. ¶ CRō. E tranquillo portu procellosum  
sponte pelagus ingredi temeritas est: Nec minor: ideo: quia loci euentus. Fecit hoc tamen &  
gens Claudia e Sabinis Romā petens: e Tusculo Marcus Cato: ex Arpino Marius ac Cice-  
ro successitq̄ foeliciter. Sed ubi nam tales uiri: Nō tuto quidem in exemplum trahit̄ quicq̄  
raris & summis ingenijs atemptatum est. Post q̄ tamē soluiti funem omni studio: inter dis-  
cultates enitere: Inter alta consurge: consilio coeptum regens: quod hic boni dixerim: plures  
erunt ad uirtutes stimuli. Erūt forte quos ad gloriam sequi uelis: Erit ubi te exerceas: ubi cū  
paribus possis de laude contendere: pudebitq̄ testium tātorum. Multis sæpe quod uis ani-  
mi non dabat: contulit uis pudoris: & ad ignauiam profligandam sæpe plus spectator ua-  
luit q̄ uirtus. Et hi Hercle quorum proxime memini: & accitus curribus Numa Pompilius:  
Corduba profectus Seneca: Leptiq̄ ueniēs Seuerus: multiq̄ alij ex alijs locis: ubiq̄ futuri  
magni uiri: ut aliquanto maiores Romæ essent: æmulatio uirtutis & illustrium copia exem-  
plorum præstitit. Stude ergo q̄ unicum bonum est in hac tua cōmigratione ne pereat: neu  
nil aliud migrando quæsieris: q̄ ut te corā pluribus nouæ patriæ fulgor nudet.

### De Origine generosa: Dial. XVI.

¶ Gau.

**A** **O** Rigo generosa est. ¶ CRō. Rursum mihi redis ad ineptias: quid ad te? ¶ Gau. Pro-  
pago uetus & gloriosa est. ¶ CRō. Alieno gloriari ridiculosa iactātia: Auorum me-  
rita nepotum degenerātium nota sunt: nec aliud magis posterorum maculas aper-  
rit: q̄ maiorum splendor ac gloria. Sæpe alteri commodum uirtus alterius tulit: Verā lau-  
dem nisi de proprio sumpseris: ab alio non expectes. ¶ Gau. Magna est nobilitas antiquo-  
rum meorum. ¶ CRō. Mallem per te alij q̄ tu per alios noscereris. Verum age aliquid & tu  
unde sis nobilis: Nam & illi nisi aliquid egissent laude dignū: nūq̄ nobiles fuissent. ¶ Gau.  
Multa sanguinis est claritas. ¶ CRō. Omnis propemodum sanguis est concolor: Sicubi forte  
alter altero clarior inuentus sit: non id nobilitas efficit sed sanitas. ¶ Gau. Magna est clari-  
tas parentum. ¶ CRō. Quid si maior obscuritas tua est: Corpus semper: & patrimonium sæ-  
pe a parentibus accipitis: claritatem & qui habet raro in filium transfert: & qui non habet:  
aliquotiens in filio illam uidet. Quantum patre clarior Cæsar: Quātum obscurior Africa-  
ni filius: qui si per manus tradi claritas posset: q̄ clarus futurus esset: intelligis. Sed amare  
illum potuit pater: illustrare non potuit. Infinitam suæ lucis eclypsim passus in filio: Sic q̄  
preciosissimum habet hæreditas: iudicio testantis eximitur: nec nisi de uilissimis rerum est tā-  
ta illa solennitas testamēti. Mille ego nūc tales clarissimorum hominum obscurissimos hæ-  
redes enumerem: si uacet & si expediat: summam tenes. ¶ Gau. Ingens claritas gentis est.  
¶ CRō. Nil tibi amplius ea claritas præstabit: q̄ ut latere nequeas si uelis. Ita imprimis iucū-  
dissimum tibi uitæ latibulum & secretus rerum trames eripitur: Quicquid ages erit uulgi  
fabula: Qualiter domi uiuas: & quid cœnes nosse uicinorum studium: & ueluti explorato-  
res ad te pater auusq̄ remisissent: sic torum reifamiliaris arcanum & quotidiani uict⁹ ratio:  
Quid cum filijs: quid cum seruis: quid deniq̄ cum uxore: & ad unum actus omnes: ac uer-  
ba de rebus licet minimis inquirētur quoq̄ altius stomacheris ab his maxime quorum ni-  
hilo intererit. Hic igitur tuæ claritatis est fructus: utq̄ si uel modicum aberres: dedecus gen-  
tis & monstrati defertor itineris longe inexcusabilis habere: Hoc est enim suum ac perpetu-  
um gentilitiæ claritatis: reliqua illa communia undecunq̄ partum decus infestant: quoniā  
difficile est clara recondere. ¶ Gau. Clarissime natus sum. ¶ CRō. Stulte: claritas non nascē-  
do quæritur: sed uiuendo: sæpe etiam quod miraberis moriendo. ¶ Gau. In multa luce na-  
tus sum. ¶ CRō. Turpitudinem caue quæ obiectu lucis insignior fit atq̄ conspectior. Id ni fe-

## De Origine Fortunata: Dialogus XVII.

ceris: in tenebris natum fuisse melius foret. Adulteri & fures & omnis turpium cohors tenebras quarunt: sola lucem non refugit foeda hæc & falsa nobilitas cognoscitur appetit: cui unum uitandæ infamiæ consilium sit nesciri. **Gau.** Antiqua nobilitas est generis. **Rō.** Antiqua igitur uirtus fuit: sine qua uera nobilitas non est. **Gau.** Peruetusta nobilitas est. **Rō.** Vetustas nimia claritatem rebus eripit & parit obliuionem. Quot fuerunt nobiles familiæ: quarum hodie memoria nulla est: Quot tu ipse florentissimas uidisti: quæ paucis annis ferme ad nihilum rediere: Vnde præfagium facias de his modo florentibus: de quibus nunc primum erumpentibus caputque tollentibus. Omnia tempus imminuit consumitque. Senescunt non modo familiæ sed urbes: mundus ipse: nisi fallimur: ad extremum uergit. Tu qui uetustate gloriaris: uide ne gloriam ipsam uetustas extinxerit: ne iam radix aruerit: cuius floribus uis ornari. Omne quod in tempore oritur: cum tempore occidit: Vestra quoque nobilitas tempore incipit: tempore desinit: Et quæ longa dies peperit longiorque auxerit: longissima subruit. Fieri potest: ut quo te nobilem fingis esse desieris: esses forte nobilior si serius inceperisses. **Gau.** Inueterata nobilitas est. **Rō.** Inanis ambitio: nec suo merito: sed aliorum obliuione subnixæ. Confusa nempe sunt omnia & perplexa successionum series: hæc inter tibi accidit non nobilior ut esses sed ignotior. Origo cumque eorum una est: Vnus parens humani generis: unus fons uniuersorum: qui uicissim modo turbidus: modo nitidus ad unum quemque uestrum peruenit: Ea lege: ut quod paulo ante clarum erat: mox obscurum fiat: & quod obscurum: clarum. Ita non de fonte dubitatio est: sed quibus alueolis hæc clari sanguinis: ut dicitis: ad uos unda profluxerit. Hinc est: ut qui heri arabat hodie militet: & qui per urbes medias ardentem cornipedem aureis habenis regere solitus super incesse: per squalentem campum pigros boues humili pugione sollicitet: Verumque Platonice illud: Libet opinari neminem regem non ex seruis oriundum: neminem seruum non ex regibus. Ita uero uicissitudo hæc & conditio statuum humanorum uariabilis atque inconstans est: Ut iterabilis quoque sit semel & pluries: ne mireris: si uel arator ad militiam: uel miles redeat ad aratrum. Ingens rerum mortalium rota est: Et quia tractus est longior: breuis hunc uita non percipit: Quod nisi sic esset & ligones regum & agrestium diademata cernerentur: Nunc hominum memoriam occupatam intentamque alijs tempus fallit. Et hæc est illa tota uestra nobilitas: quam tumidi elatique inceditis uanum genus. **Gau.** Auorum clara profapia est. **Rō.** Quousque uagaberis: de te agis. Tu mihi nescio quos in tuum locum substituere niteris: qui pro se forte aliquid: pro te nihil: nisi ipse tuis testibus causam instruxeris responsuri sint. Proinde aui isti uel pro aui clari fuerint: tum scilicet dum e uulgari acie uirtutum sese alis attollere cœperant: Ea nobilitas radix ultima: Sed perge altius: exquire acrius: pauorum atque obscurorum inuenies & ignotos. Ad summam hæc nominum atque imaginum claritas & per breuis est: & quantalacumque est: tua certe non est. Desine igitur tuum nomen alienis obumbrare uirtutibus: ne unoquoque suum reposcente: nudus ipse de proprio rideat. **Gau.** Nobilis sum. **Rō.** Quantum sit nobilior rusticus uir fortis quam ignauus nobilis: scies cum libraueris. Quamto sit melius nobilitatem fundare quam euertere: si exemplis egesset: domi militiæque affluunt passimque legentibus occurrunt: ut per te ipsum mentor censorque reliquos fias: Ex omnibus duorum aduersarios: Aulum & Clodium constitue: quo examen uergat & quantum Roma cedat Arpino: quis tam cæcus ut non uideat? **Gau.** Nobilis natus sum. **Rō.** Iam dixi: Verus nobilis non nascitur: sed fit. **Gau.** Insignis nobilitas saltem ista uulgaris a parentibus est relicta. **Rō.** Ipsa claritas non nascendo quaritur sed uiuendo. Vnum hic quoque bonum uideo: Familiaria uirtutum exempla non deerunt & domestici duces: quorum pudeat deseruisse uestigia. Id si tibi labi sinis: quid nisi famosum & difficile malum est nobilitas: Nescio autem quomodo difficilior est suorum imitatio quam exterorum: Forte ne uideat hereditarium bonum uirtus. Non libens dico: sed res ipsa loquitur: Raro excellentis uiri filius excellens fuit.

### De Origine fortunata: Dialogus XVII. **Gau.**

**I**n magna genitus sum fortuna. **Rō.** Vitam ab inquietudine auspicas es: Haud equidem improprie tempestatem fortunam uocant nautæ. Magna ergo fortuna magna est tempestatas: magna uero tempestatas & consilijs magnis eget & uiribus. Habes non laticia materiam sed curam. **Gau.** In amplissima fortuna natus sum. **Rō.** Tunc forte foelicius cæses magno in mari quam exiguo in flumine natum esse. Quod si nemo sanus dixerit: quid perinde facilius habet nasci in palatio quam in casa: Vbique ortos terra parat excipit.

## De Lauto Victu: Dialogus XVIII.

**B** **C** **Gau.** In magna fortuna natus sum. **CRō.** Aduerso sydere soluisti funem: q̄ si in tempestate dies acta est: cura ut nox te inueniat in portu. **C** **Gau.** In alto natus sum. **CRō.** Turbinibus rerum pates: latitandi spe prærepta. Scitum est illud Lyrici poetæ: Sæpius uetis agitur ingēs pinus. Et celsæ grauiore casu decidunt turres. Feriuntq̄ summos fulgura montes. Vt clarum fatear: in alto nasci nec tranquillum certe nec tutum est. Altitudo quantalibet humana per seipsam inquieta est perpetuoq̄ fremens tonitru. Vnde miror quid ita displiceat Senecæ Mecænatis illud: Ipsa enim altitudo attonat summa: Nam cum alij hoc uerbo usi sint: cur solus ille reprehenditur: Nil præterea tam altum quod non & sollicitudini & labori & inuidiæ & pauori & mœrori & in finem morti peruium sit: Et sane omnem fastum eminentiamq̄ mortalium sola mors in planum redigit. **C** **Gau.** Alto & magno in statu natus sum. **CRō.** Iamprimum ex alto graues lapsus & magno rara quies in pelago est: Nec in imo præcipitium metuas: nec naufragium in sicco. **C** **Gau.** Principium fortunatum fuit. **CRō.** Finem respice: ut reliquis: sic fortunæ suo multū licet in regno. Quo fortunat⁹ principium: eo finis est incertior. Nonne uides ut res hominum turbinis more uoluūtur: Vt qui etum mare: tempestas turbida: lucidum mane: nubilus uesper insequitur: ut inter initia planum iter in confragosum desinit: sic prosperitatis insolentiam improuisa calamitas: & latissimæ cursum uitæ mœsta mors claudit: & sæpe primordio dissimillimus finis est. **C** **Gau.** In alto cœpi. **CRō.** Vide ubi desinas. Vita om̄is a fine describitur: & finem plane senties qui principium non sensisti. **C** **Gau.** In summa fortuna editus sum. **CRō.** Et seruoꝝ filios in solio uidimus: & filios regum in ergastulis.

### De Lauto Victu: Dial. XVIII.

**C** **Gau.**

**A** **I** **N** lautissima educor familia. **CRō.** Multū tibi hoc uidetur: Parum est: Eritq̄ mox nihil. An ideo magis tibi q̄ duro agricolæ uermes parcent: an cibo molliore uescitur auidius: Non iocor tecum nec te terreo: Scis. Et si forte dissimules te illi cōuiuio præparatam escam: & forte iam cœnæ tempus instare: certe autem longius abesse iam non posse: Nam & breuis est lux: famelic⁹ conuiuia: & quæ mēsam instruit mors impigra: quid tibi nunc lauticiæ istæ profutura sint uideris. **C** **Gau.** Lautissime ab infantia educatus sum. **CRō.** O pessima pueritiæ rudimenta: neglectis bonis artibus: exquisitis cibis & peregrinis poculis assuefactus a puero præclarissimam in spem adoleuisti: Sapores atq̄ odores nosse mirariq̄ doctus eximie: opiparas mensas & uasa aurea uenerari: neq̄ sero: ut uiuorum fortium mos fuit: famem sitimq̄ communibus lenire: sed ambitiosa semper nausea: & damnosis stomachi sarcinis mane illis occurrere: cum tot in heremo sancti uiri esurierint: tot in castris gloriosi duces parce: sobrie atq̄ aspere uixerint. An si tibi gemmis atq̄ epulis obfesso: hinc Curius Fabritius Coruncianus: lecta suis manibus olera cœnantes fictilibus: atq̄ arantes ad uesperam ieiuni: Quintius ac Seranus: aut post hos Cato Censorius consul in Hispaniā nauigans unde triumphator redijt: non alio q̄ quo remiges uino usus: omnes notissimi hostes uoluptatis occurrerent: Illinc Paulus atq̄ Antonius fontis ad ripā missum cœlitus partientes panem: non uerecundia ac dolore faucibus hæreret iners cibus: & attoniti gustus tiritillatio illa lentesceret: cogitares ab his uiris uictu tam tenui tamq̄ humili: labore gaudentibus: & seruatam patriam: subactosq̄ nobilissimos reges ac populos: & quæ uictoriarum difficillima est: carnem propriam ac mundum: & inuisibiles hostes animæ debellatos: te inter amplas dapes ac superbam requiem uili perdomitum uoluptate: **C** **Gau.** Lautissimus uict⁹ est. **CRō.** Sentio: oē studiū in eo est ut ad fundū miserix curiositas foeda perueniat: Nihil est actum cibi ac potus elegātia: nisi accedat & copia: immo uero redundantia atq̄ fastidium. Nec succurrit: ut August⁹ Cæsar: qui fortassis paululum te lautior esse potuerat: Cibi: sic enim de illo tradit: minimi fuit: & uulgaris fere. Sileo quibus uesci solitus: ne quasi rusticanus paterfamilias contemptui tibi sit: interq̄ fastianos & ficedulas ac pauones tuos illius principis secundinus panis & caseus bubalus & minuti pisciculi rideantur. At quāto meli⁹ fastiani isti uestri & mensarū decus eximium: & gulæ summa foelicitas: apud Colchon semper & Phasidem latuissent: q̄ huc ad corrupendum orbem nostrum: & irritandas illecebras aduolassent. Quanto fuit honestior ætas illa: de qua Naso ait: Piscis adhuc illis populis sine fraude natabat: Ostreaq̄ i cōchis tuta fuere suis. Nec Latiū norat quā præbet loonia diues. Nec quæ pygmæo sanguine gaudet auis. **C** **Gau.** Vino fruor electissimo. **CRō.** Male: sed pprie ais fruor: hic em̄ est finis uester: ad hoc nati estis. Q̄to aut̄ tutius sitim uestrā uinū debile: uel lymphis debilitatū: siue pur⁹ etiā riuus extingueret. Certe princeps ille de q̄

## De Conuiujs: Dialogus XIX.

nunc loquebar: uini quoq; parcissimus: Nam & id scribitur: Fuit ter nō amplius sup̄ cœnā bibens dū in castris esset: uos ter decies ante cœnā bibitis: & in cœna cēties: nec numero quā-  
 titas cedit: & castra ipsi uinosa sunt urbibus: Nulla nisi ab ebrjs uel expeditio uel certame-  
 men. Nō bibebat ille inter diu: uos dieb⁹ & noctib⁹ nō cessatis. Ille si sitis urgeret: p̄ potione  
 perfusum aqua frigida panem uel lactucula tirsū: uel succosi pomi mortuum: uel frustum  
 cucumeris capiebat: at uos sitim omni lenocinio aucupātes: illā uinis ardētibus & bibendo  
 aliam sitim parituri extinguitis: dicā uerius: accenditis. Nec in animū uenit bibere: uos san-  
 guinem terrā ac uenenū cicutaē dū sic uinū bibitis: Vt Alexādro Macedoni scripsit Andro-  
 cides. Quibus si ille praeceptis obtēperauisset: p̄fecto amicos in temulentia nō interemisset:  
 ut ait Plinius: nec ipse insuper tādē in temulentia perisset. Hęc eadē cibi indifferentis ac  
 potus parcitas: in cunctis fere claris ducibus atq; principibus fuit: & in Iulio Cæsare singu-  
 laris: Quā quātum uestra sit praeferēda libidini: somnus uester illoꝝ industriae & gestarū re-  
 rum gloriā collatus iudicio est. ¶ Gau. Lautissimo frvor uictu. ¶ Rō. Si honestis etiā reb⁹  
 frui uetūtū: quātomagis in honestis ac turpibus. Nec te pudet in eo qd̄ ad caduci corpis ser-  
 uitium spectat: immortalis animā fructū ponis Epicureū dogma: sed ifame olim reiectūq;  
 deniq; cunctis ex uoluptatibus quā corporeis sensibus obrepunt animā illas esse foedissī-  
 mas diffinitum est: quā tactū gustūq; sese ingerūt: qd̄ illā maxime uobis cū beluis sint com-  
 munes: & in beluinos mores rationale aīal incurruent: quo nihil abiecius humana fors pa-  
 titur. ¶ Gau. Lautis & uarijs cibus delector. ¶ Rō. Et delectare & frueri: si nil melius nosti:  
 si nil peius: pudeat more pecudis pabulo gaudere: aut reconditoriū ferculoꝝ fieri & suū do-  
 lio munus eripere. Deniq; sic habeto non posse te hanc quā probas uitā diu pati: fastidio est  
 uicina satietas: ieiuniū cibos condit. Nil nisi dulce ac sapidū gustat fames: Nil tam lautū qd̄  
 non nausea reddat inspidū ac sordidū. Ipsi etiā qui delectationi huic intendunt: appetitu &  
 raritate illā acui fatent: ut reliquas copia frequētiaq; contundi & in nihilū sape & cōtrariū  
 uerti. Ipse demū p̄fessor uoluptatis Epicurus: tenuem uictū quasi unicum suā p̄fessionis au-  
 xiliū & laudauit & coluit: Qd̄q; sobrietati ac modestiā tribuūt honesti uiri: hoc ille tribu-  
 it uoluptati. Vt quālibet uiuēdi uia eligas: diuersis finib⁹ unū callē cōuenire noueris: uno ui-  
 ctu utendū tenui semp ac modico: nisi quē honestis ex causis rara sorte licentia sed illa sa so-  
 brietate laxauerit. Victus hic siccos & ualidos & aspectu placidos facit: & odore corporis nec  
 sibi nec alijs molesto: Cōfer his madidos astuātes tremulos olētes: & ut Ciceronis utar uer-  
 bis: confer & sudantes & ructantes: tunc uidebis quid inter frugalitatē intersit & crapulam.  
 Et si nō uirtus: aspectus ipse mōstrabit: recta quonā uergat electio: ut uix sit quispiā tam gu-  
 lā seruus: qui acriter re discussa non sobrietatē longe illi praeferendā fateat. Si hęc spernis  
 ut leuia: nunquid & morbos etiā hinc nascentes mortēq; contēnes? Quā licet per seipsam  
 magnis animis contēnenda sit naturaliter atq; honeste seu certe nō turpiter inuecta: sic tur-  
 pibus causis accersita morte nil foedius nilq; formidabilius. An uero nō audis Ecclesiasticū  
 consultorē: Noli auidus esse inquit in omni epulatione: & nō te effundas sup̄ omnē escam.  
 In multis enī escis erit infirmitas: & auiditas appropinquabit usq; ad cholera. Propter cra-  
 pulam multi perierunt: Qui autē abstīnēs est: adijciet uitam. ¶ Gau. Lautis & multiplicib⁹  
 uitor cibus. ¶ Rō. Asellum tuum si nimis presseris opprimes: si mollius paucis: calcitrabit:  
 Vēter uero depositarius malā fidei est: non inefficax consiliū uidet ad oēs: & praesertim gu-  
 lā illecebras comprimendas exitum contemplari.

### De Conuiujs: Dialogus XIX.

¶ Gau.

**C**onuiujs glorior. ¶ Rō. Lautus uictus uoluptatis: cōuiuia sunt furoris. Quid em̄  
 nisi potpaticus furor est? Multos diuites a negocijs honestiorib⁹ fortassis abstra-  
 ctos: honorifico tædio unū in locū cogere: & multos uētres aut uacuos melius mā-  
 furos: aut suo grati⁹ implēdos arbitrio: exquisitis & nociuis cibus infartire: ubi ut uni morē  
 gesseris palato: multū tædio fuerit atq; fastidio. Raro em̄ iter cōuiuas cōsen⁹ cōuenit: uerūq;  
 deprehendit qd̄ ait ille: Tres mihi cōuiuia p̄pe dissentire uident: Poscentes uario multū di-  
 uersa palato. Quid dem: quid nō dem: quid des Flaccus? Seu quid facias: nisi ut penitus nihil  
 des: Et hęc curā illis linquas: quibus nulla cura altior est. Agāt quid libet: qui agere nil ali-  
 ud sciūt. Nā si tres discordāt: quid centū faciēt aut mille? Vix sine tacitis saltē abeūt lamētis:  
 Hoc male sapuit: illud male oluit: hoc praeferendū fuit: illud gelidū: illud in tempestiuū: hoc  
 moesto oblatū: hoc irato uultu: Crudū illud: hoc laceꝝ: Ille famulus segnis: hic praiceps: hic  
 surdaster: hic cōtumax: hic clamore offendit: hic silentio: ille illotis uasis aquā tepidā: hic ui-

num molle porrexit. His querelis non tam aulæ quæ uia resonat & plateæ. Nec immerito: nã quid attinet iucundius domui suæ præfuros precibus fatigare: aut quorsum & sumptus inutilis & superuacuus labor atque unum in atrium turba conueniens: nisi ut te uicinæ ostentes: & quasi de conuiujs tuis pedester agas uoluptarium triumphum. Sic tubis cymbala cõcrepant: utque appareat pompæ oia tribui: charitati nihil. Finge postredie unum aliquem conuiuam tantulo egere quanti sua constitit parapsis: nunquam id a conuiuio domino impetrabit: neque ne id illi præstitum: sed sibi. Quæ quis ita esse non sit dubium: solent tamen ubi ad mensam ebrj deierant affirmatque aliquid: percussis epulis: his ferme uerbis uti: Per hanc inquit unquam simul facimus charitatem. Quibus rite respõdeatur: Immo uero per hanc ebrietatem & hæc crapulam. Vera enim charitas demum esset: si ieiuni & sicci: quæ in uestram perniciem effunditis: in usum pauperum uerteretis: tunc charitatem nõ improprie iuraretis: Nunc ad uestra conuiuia fastidiosi diuites coguntur: famelici pauperes excluduntur: uobis scilicet æstimantibus gloriosum claris hospitibus abundare. Nec deest præter uulgus fontem omnium erroris auctor insignis. Est enim ut mihi uidetur: ait Cicero: ualde decoque patere domos hominum illustrium hospitibus illustribus. Plane uir egregie: qui referre uicem ualeant: sed egentibus clausas esse. Qua in re haud indigne forsitan notatum a Lactantio Ciceronem nouimus: qui profecto illud melius alibi: sed eodem libro: Hoc maxime inquit officium est: ut quisque maxime opis indigeat: ita ei potissimum opitulari. Quod contra fit a plarisque: A quo enim plurimum sperant: etiam si ille his nõ eget: tamẽ ei potissimum inseruiunt. Bene nunc ais Cicero & uere: nam & ita fieri debet: & a plurimis contrafit. Sed ut ad rem redeam: si querelis ac fastidio conuiuam uis carere: conuiujs abstine. Habent utcumque fortassis qui conuiuio interfuere que arguant: que grauentur: qui hoc ipsum arguit que conuiuio non intersit: non iam ille conuiuia est: sed impudentissimus parasiticus: cuius lingua non pluris extimanda quam gula est. Quæ non modo non metuenda est sed optanda: nonnunquam dicente Satyrico: Nam quæ comœdia mimus: quis melior plorante gula? Tales aliqui apud Comicos describunt: lætisque risum excitant: quid nisi coram auditi queant facere? Hæc denique summa est: conuiuia lætissimam non conuiuando euaseris: parasiticos morsus ac rabiem ridendo & contemnendo fugaueris: non est alia ad quietem uia. ¶ Gau. Conuiujs uaco. ¶ Rõ. Pulchrum tibi studium elegisti. Quid huic gustui conueniat: quid illi: quibus aut compescenda fames ferculis: aut irritanda falsamentis: En præclaram utilemque philosophiæ partem: quis primus: quis secundus & quis tertius ingratum stomachum cibus premat: quis uini fumus cerebro gratiores nebulas effundat. ¶ Gau. Conuiujs delector. ¶ Rõ. Si sic accipiat: ut uerbum sonat: & ut fenserunt maiores nostri: nominis huius auctores nõ modo nõ arguam sed laudabo. Dulce est enim & optabile & honestum amicis conuiuere: sed comestationem conuiuium appellatis: turpissimamque rei pulcherrimum nomen imponitis: quasi uero non possit cum amicis uiui aliter quam comedendo & bibendo: & non melius cogitando & loquendo: cum & docto homini & erudito: ut ait Cicero ipse: uiuere sit cogitare: & nil profecto sit dulcius noto ac fido colloquio amicorum. Nolite ergo rem scdam pulchro uelo tegere: Translucet enim & quod conuiuium dicitur: comestatio esse cognoscitur. Audite potius apostolum Paulum clara uoce a malis uos: inter cætera a comestationibus & ebrietatibus dehortantem: & uidete ne ad turpia nominum splendore rapiamini. ¶ Gau. Conuiuia me delectant. ¶ Rõ. Dic que est comestatio: potatio: epulatio: uisatio. Hæc si delectat accipe: uil tu: uilis rei debitor. At si dare: stultus tu: stultæ sollicitudinis seruus. ¶ Gau. Conuiujs gloriã quero. ¶ Rõ. Mos eue esse querere ibi: ubi quod queritis nõ est. ¶ Gau. Spero gloriam conuiujs. ¶ Rõ. Falsa est gloria: uerus error. Alexandri Macedonem conuiujs indulisse usque ad funestam ebrietatem legimus: Lucium uerum usque ad perfluuiam amem ipensam flebilemque Imperij iacturam. Quæro alios duos: Quem mihi sanum principem: quem sobrium regem his intentum dabis? Nã philosophos ac poetas egregios memorare necessarium nõ est: multoque minus sanctos uiros: & oio omnes gratie aliqd piue animo agitantes: quibus omnibus haud dubie tota ea res infamis & inuisa est. ¶ Gau. Gloria mihi apud uulgos & multorum gratia ex conuiujs parta est. ¶ Rõ. Vilissimæ mercis ingens precium: coquum fieri ut gulam complaceas alienam. Credo autem: sunt quos gula urget: frenat inopia: his nihil est gratius: quam aliena cura & impensa freno illo absolui: quodque per se nequeunt: per alios adipsi. Qui hoc eis præstât: clari apud illos dum id faciât & famosi sunt. Finge desinere: simul desinent clari esse. Tandem ut ego quoque iam desinam: hæc summa est: Conuiuam: conuiuia delicata est & querula longaque difficilis: De palitis breuem accipe regulam: dum illos affatim paueris rodere:

B

C

D

## De Vestitu Cultuq; Corporis: Dial. XX.

arridebunt: plaudent manibus: laudabunt uirū optimū: liberalē deniq; patriæ patrem dicent: Nihil ad ultimum graiæ adulationis omiserint: de qua Satyricus loquens: adulandi gentem prudentissimam & comædam nationem asseruit: & reliqua pueris quoq; notissima. Sin aliquando cessaueris: siquidem sponte auarum: sordidum: miserum diffamabunt. Sin inopia: homunculum non malum certe sed stolidum & ineptum: teq; tuāq; domum fuerit ut scopulum: Tunc intelliges illud Flacci: Diffugiunt cadis cum face siccatis amici: De his quidem loquitur amicis. Veri enim maxime in aduersis hærent: & illas domos audius frequentant: quas fortuna deseruit. His ineptijs hisq; difficultatibus ut occurras in tempore & conuiuas tumidos & scurras aridos horumq; omnium uoces & sententias disce cōtemnere: & sic habeto nihil loci recto esse iudicio ubi totum uoluptati tribuit nil uirtuti. Cadu cum deniq; malis artibus partum nomen: eamq; uulgo quæ gloria dicitur: apud doctos infamiam esse non gloriam.

### De Vestitu cultuq; Corporis: Dial. XX. C. Gau.

**A** Tegregie uestior. C. Rō. Quæ pura sunt: nuda uideri amant. Mos est: fœda coloribus abdere. C. Gau. Exquisitissime induor. C. Rō. Pudebit cultus exterioris: quatiens quid eo tegatur cogitabis. Insana enim ambitio est finum tegere purpura. C. Gau. Mundissime uestior. C. Rō. Non audisti quid ille uir fortissimus apud Crispum dicat: Munditias mulieribus: laborem uiris conuenire. C. Gau. Vestitus insignis ac mollis est. C. Ratio. Superbiæ uexillum: nidusq; luxuriæ. C. Gau. Vestis singularis ac insolita est. C. Rō. Non obijciam tibi sacros pauperes seminudos & rigidis atq; hirsutis togis hibernū frigus arcentes: Scio quidem q; peccatrix opulentiā sanctam spernit inopiam: Ille idem ditissimus hominum: cuius altercatione retro tertia memini: ueste non temere alia q; domestica usus est: ab uxore & sorore & filia neptibusq; confecta: Nam & hoc quoq; de illo scriptū est: Sic ille cunctorum dominus: paucas quidem sibiq; iunctissimas fœminas fatigabat: Tu fortassis aliorum seruus disūctissimas fatigas gentes. Tibi nent: tibi pectunt: tibi texūt Belgæ: tibi Persæ: tibi Seres: tibi Indi: tibi Tyrius murex natat: tibi fragrans bacca hispidis pedet arbusculis: tibi oues albicant Britanica: tibi Indica sandix rubet: uterq; tibi sudat oceanus: Augusto autem uxor & filia sororq; cum neptibus: Eousq; decreuit uirtus creuitq; superbia: Sic cōtrario delectatis: exempla modestiæ uiluerunt. In uictu igitur ac uestitu multo optimo principum contempto: post pessimos abiere: Ga ium dico & reliquos: quorum neutri a tergo nec ciuilibus unq; nec uirilibus nec Romanus certe nec hūanus: sed infanus & nūc fœmineus nunc diuinus: ab omni autem parte profusus atq; monstrificus cultus fuit. C. Gau. Exquisitissime induor. C. Rō. Operosior ornatus & suspitione curæ ingentis: formosis formæ gratiam imminuit: & fulgore suo deformium mendas prodit: oculosq; prætereuntium ad spectandum excitat. Itaq; nulla re peius sibi consulit deformis homo: q; dum formosus uult uideri. Vestis insignior cultusq; corporis qui ad formā quæritur: risus mouet. C. Gau. Electissimis coloribus exornor. C. Rō. Natura rerum humana arte non uincitur: Sæpe etiam quasi indignans se temptari: quo maiore nisu præmitur tegiturq;: eo magis ac magis atollitur eminetq;: natiuam mortalis corpusculi fœditatem nec colores alterant nec odores: quin aut magis conspectam efficiunt aut suspectam. C. Gau. Preciosis ac uarijs ornamentis ambior. C. Rō. Pone in pheretro aureo pallidum cadauer: gemmis illud ostroq; circumdatus: quo plus ornatus: & plus erit horrois. Neu quod loquor ad iniuriā trahas: origo nominis inquirenda est. Siquidem a cadendo dicitur cadauer: cur non ut mortui: sic uiuentis recte dicitur: Nempe illud cecidit: hoc casurum est caditq; continue. C. Gau. Nouus & insolitus cultus est mihi. C. Rō. Non est locus ut desleam utq; execrer ludibria hæc habituum externorum quos uobis ab extremis mundi finibus furibunda præsens atas intulit: Sed dñs hominesq; male oderint has beluas humana effigie: ferino animo: lingua latina barbaricoue habitu compto fœmineam ad mollitiem capillo: moribus ad aprinam duriciem horridis atq; incultis: hinc obscœna corporum impudentissime detegentes: Illinc mentium leuitatem uano uertice: uolucrum plumis extantibus apertissime designantes: In uero tam uigiles magistri: an tam dociles discipuli plus odij mereantur in dubio est: quorum ingenijs effectum uides: ut inter mimos ducesq;: inter scorta & matronas prope iam nil iter sit aspectu: Nec dū sistit: sed indies serpens crefcit & uariatur insania.

### De Ocio & Quietē: Dial. XXI.

C. Gau.

## De Ocio & Quiete: Dialogus XXI.

- A** **O** Cū quies ue a laboribus obtigit. **CRō.** Duo humanā uitā bona gratissima: nisi usus imodicus mala illa grauissima fecerit: qđ multis fecit: & totidē corpis atq; animi pestes: tumorē corpi pariētes aīoq; rubiginē. **Gau.** Ocio fruor iucū diffi- mo. **CRō.** Vtor dic. Nulla hic re fruendum: sed utēdum multis: habet doctrina salubrior. **Gau.** Delectabile ociū est mihi. **CRō.** Refert multū hoc ipsū ociū q̄le sit. Duas nēpe spe- cies ociū diffiniunt. Operosi alteram atq; ipsa in requie laborātis ac circa honesta studia sol- liciti: quo nil est dulcius. Alteram inertis & languidi & solam requiem complexi: quo nil fo- dius: nil similius est sepulchro. De primo igitur sæpe magna quædam opera & mūdo utilia & suis auctoris gloriosa proueniunt. De secundo autem nihil unq; nisi inglorius torpor ac marcidus. Primum illud rite philosophantibus: hoc secundum pigris uentri somnoq; de- ditis peropportunum ubi nullo interpellante edant licenter ac dormiant. **Gau.** Oportata perfruor quiete. **CRō.** Quies illa qua perfruendum erit nullum finem habitura: nō est hic. Vide ergo qua gaudeas quiete. **Gau.** Quietem optatam repperi. **CRō.** Quietem dicis: an accubitum uis dicere: an somnum quem mortis cōsanguineum poetæ quidam: alij mor- tis imaginem dixere: utriq; perproprie. **Gau.** Dormio & quiesco. **CRō.** Atqui & euntes sæpe animo quiescunt: & sedentes iacentesq; animo laborant. Et somnus ipse animalū qui- es dictus: suos habet abditos dolores uisionūq; ac phantasmatum turbidos tumultus atq; horribiles: de quo deum familiariter alloquēs sanctus & afflictus uir ille queritur. **Gau.** Ociofus in thalamo requiesco. **CRō.** Vter quæso putas dulcius quiesceret: an Vacua suo in rure dormiens: an Scipio in Africa cum hostibus pugnans: Cato cum anguibus: Regulus cum utriq;: Nec quies sine gaudio: nec sine uirtute uerum gaudium esse potest. **Gau.** Re- iectis laboribus grato recreor sopore. **CRō.** Labor est materia uirtutis & gloriæ: hunc qui reijcit illas reijcit. Cōtra: uitij & infamiæ materia sopor est nimius: qui multos ad perpetuū soporem urget atq; præcipitat: Fouet ille libidinem: corpora prægrauat: eneruat animos: fuscet ingenia: scientiam minuit: memoriam extinguit: parit obliuionem. Non sine causa in- somnes industrij q; laudantur: Somno nō laudatos cernimus sed inflatos. Proinde: ut som- num quidam mortem dicunt: sic uitam alij dixere uigiliam. Inter mortem uero & uitam: uis de quid eligas: uigilādum certe: quod sapientibus placet: ad hoc saltem ut longior uita sit. **Gau.** Longo & mīme interrupto fruor somno. **CRō.** Bene si nō curis mordacibus: aua- ricia: ambitione: metu: mœrore aut amore impio. Male autem si non honesti studij cura cui- iuspiā sopor abrūpit. Profecto populis stertētib<sup>9</sup> uigilāt reges: sopitoq; duces uigilant exer- citu: qđ & res docet: & Ilias probat Homericā. Nobiliorib<sup>9</sup> animis curā uigiles impēdent: sed sobriæ ac salubres. Augustum Cæsarē principum maximum atq; optimum somni bre- uis accepimus: eiusq; etiam crebrius interrupti: Tu contrario gloriaris. **Gau.** Profunde dormio. **CRō.** Et gulosi & libidinosi & iracundi: brutis animantibus uiuis tamen: somno- lenti ac sopiti dumtaxat mortuis comparantur: Et quod ad illam partem temporis attinet nihil differre foelices a miseris philosophicam scis esse sententiam. Iure igitur ut pars illa pro uiribus euitanda: quæ solam inter homines differentiam somnorum linquit: sic secūda cō- traria est nil difficultatis allatura uolentibus. Si pro leui enim gloria aut lucro exiguo & bel- latores & mercatores & nauatæ totis sub diuo noctibus peruigilant: Illi quidem inter hostiū insidias: hi quolibet hoste peiores inter fluctus ac scopulos: Tu propter uerā gloriā lucrūq; ingens inter dei laudes ac libellos tuos partem noctium uigilare non poteris. **Gau.** Vigi- ljs defessus somno totus incubui. **CRō.** Sic est: Non mutatis stilum: Cuncta fere uo mo- do agitis: & quæ deus ipse uel natura: uel ars aliqua uobis ad obsequium dedit: in uestrum dedecus damnumq; conuertitis: potum cibumq; ad ebrietatem & crapulam: ociū & qui- etem ad somnolentiam & marem: ualitudinem ad uoluptates: formam corporis ad libi- dinem: robur ad iniurias: ingenium ad fraudes: scientiam ad superbiam: eloquentiā ad dis- crimen: domicilium ac uestitum ad pompam inanemq; iactantiam: Opes ad auariciam & luxum: prolem & coniugium ad metum & sollicitudinem immortalem. Ite nunc stupete & querimini de fortuna: & malis uestris ingemiscite: de bonis mala facitis: deq; cœlestibus do- nis compedes uobis ac laqueos & uincula animæ conflatis. **Gau.** Somno placido dele- ctor. **CRō.** At non modo reges & duces & principes & philosophi & poetæ: Insuper & fa- miliarum patres uigilant ac nocte consurgunt: quod ad sanitatē atq; œconomiam & phi- losophiam utile ait Aristoteles: sed fures etiam & insidiatores: quodq; est mirabilius: infanti etiā amatores: quos suarū muliercularum memoria & desiderium excitat: Tu uero non uir

De Suauī Odore: Dialogus XXII.

tutis amore somnum oderis uitijis amicum: utq; elegāter ait Flaccus: Vt iugulent homines  
furgunt de nocte latrones: ut teipsum serues non expergisceris: Pudeat semper tantum i uo-  
bis posse turpes causas & nil posse pulcherrimas. ¶ Gau. Nullo usq; interpellante totis no-  
ctibus quiesco. ¶ Rō. Videtur quidem Aristoteles: quod superius attigi: ita uitam hominis  
partiri: ut dimidiam partem somno tribuat dimidiamq; uigilia: dum pro parte dimidia nō  
differre studiosi uitam ait a stulti uita: Et siquidem pro somno noctem pro uigilia diem uult  
intelligi: Recta fateor ac uera est diuisio: æquis enim partibus tempus inter sese diuidunt.  
At si sic accipitur: æquas spacio inter partes: differentia certe alia ingens est. Nulla enim acri-  
or: nulla altior cogitatio est q̄ nocturna: nulla pars temporis studentibus aptior. Si autem  
somnum ipsum dimidiam temporis partem dicit: mirabile dictum est: ex ore tam studiosi  
& tam docti hominis. Absit enim ab anima bene instituta & studijs intenta: dimidium tem-  
poris dormire: cum quartum suffecerit quibusdam: & tertium uoluptuosis quoq; sufficiat.  
Noctu quidem surgere qualibet anni parte consilium est. Absit ut noctem non hibernā mo-  
do: sed æstiuam totam dormiant: qui grande aliquid moliantur. Cæterum semel illam fre-  
gisse sufficiet fortassis: quodq; uigiliarum anticipatum erit: breuissimi res poscat meridiana ui-  
cissitudine restaurari potest: Ac brumalis horæ noctis sapius rumpendæ: psallendū: studen-  
dum: legendum: scribendum: cogitandum: contemplandum: quærendum: ingenio noui ali-  
quid semper: & quod studio quæsitum fuerit memoria repetendū. Audiēdus quoq; est Hie-  
ronymus ad Eustochium scribēs: Noctibus bis terq; surgendum inquit: reuoluenda de scri-  
pturis: quæ memoriter retinemus. Deniq; his studijs fatigati oculi alterno sopore recreādi:  
& breui quiete recreati alterno exercitio fatigandi erunt: ne totis noctibus dormiendo: cul-  
citra incumbendo sepulta cadauera uideamini: motu crebro atq; honesto uos uiuos & uir-  
tuti deditos comprobate.

De Suauī odore: Dialogus XXII.

¶ Gau.

**S**uauibus delector odoribus. ¶ Rō. Hi uel uicini uel uestitui subseruiunt: de quib⁹  
quid sentiam audiisti. ¶ Gau. Odoribus studeo. ¶ Rō. Odorum alij gulam: alij  
libidinem irritant: Horum appetitus incontinentia: notam subit: & præsertim uæ-  
hemens. Alij propter seipsos expetuntur: Horū studium non turpitudinis nempe sed uanita-  
tis arguitur. Vnde est ut muliebrium unguetorū odor aut dapiū: q̄ florum turpior aut po-  
morum sit: eadem ratio est earum delectationum quæ auribus oculisq; percipiunt: Si unq̄  
æthicus applicuisti animum nosti hæc: neq; te nunc doceo: sed notæ ueritatis ad memoriam  
retraho: ut huius generis oblectamenta uideas uel fœda esse uel leuia. ¶ Gau. Odoribus  
operam do. ¶ Rō. Bonæ utinam famæ: cuius odor bonus quoq; dicit: malusq; maior mul-  
to: latiusq; sensibilis q̄ aromatū si terantur: aut sulphur: si crement. De his odoribus nō na-  
res sed mens iudicat. ¶ Gau. Bonis odoribus delector. ¶ Rō. Si sensui pares & uoluptati  
inhias: ut dictum est: aut obscœnum aut inane. Si ualitudinis curam geris: excusabile mo-  
do condimentum reꝝ omniū modus adsit. Confortat em̄ tabescētem spiritum odor leuis:  
Sed ad om̄ia ualet illud comicum: Ne quid nimis. Est autem ut i multis in hoc quoq; natu-  
rarū uarietas infinita: non solum inter hominem atq; hominē: sed inter gentē etiā ac gētem.  
Siquidem uera fama est quāq; magni non respuunt auctores: gens quæ gangis fontē acco-  
lit: om̄is cibi expers solo mali syluestris odore alitur: peregre profecturi nil nisi benum illud  
malum ac uitale circumferunt: tam fetoris impatientes: ut sicut eos purus nutrit: sic infectus  
odor interimit. Delicata complexio: quæ sic uiuat & pereat. Hinc gens om̄is ad ortum solis  
obuersa coeliq; mollicie delimita: ut ciborū negligentior: sic egentior atq; appetētiore odor-  
rum: & inde nimirum hæc primū curiositas uos inuasit. Assyrij: Arabes & Sabei uestris ar-  
mis edomiti suis uos odoribus domuere: quibus aliq̄ diu rigida patrum & inuicta sobrie-  
tas obstitit: usq; adeo ut quingentesimo & sexagesimo quinto anno urbis cōditæ graui edi-  
cto a censoribus cauere: ne quis in urbem ipsam ungueta externa conueheret: Non multo  
aut post modernorū uitijis: ut affolet: uetere scita rūpentib⁹ in senatū ipsum edicti talis aucto-  
rē uictrix lasciuiā penetrauit. ¶ Gau. Libēter bene oleo. ¶ Rō. Peregrini odores atq; oē artū  
ficiū bene olendi pprii naturalis nō boni odoris argumēta & latētū sunt signa defectuū:  
Ob hoc ipsū atq; ob illā: nedū uiro: sed ne honesta qdē foemia dignā curā solita sensū uiri for-  
tis offendere. Meministi adolescētis illius: qui dū ut erat ungueto illi⁹ p collata præfectura.  
Vespasiano principi gratias actur⁹ ante eū stare: ille hausto mox odore: sub stomachās acri  
supcilio: uoce aspa: Mallē inqt aliū oboleuisses: sic icrepitū sine honore: inhibitis seu rescissis

H

A

B

C

iam concessa gratia litteris bene olidum dimisit. Ita cum semper dedecori sint odores huiusmodi: interdum etiam damno sunt: maxime ubi morum grauis ac masculus censor sit. Quibus quibusdam fuisse periculo: Nam & illud nosti: Vt Plantius senatorij uir ordinis triumuirali proscrizione metu mortis Salernitanis latebris abditus: unguenti proditus odore: sibi quidem perniciem: proscriptoribus aut suis excusatione sauitia quassuit. Nam quis non iure caesum diceret eum: qui eo tempore rei. P. tatoque in suo priuato discrimine unguenta etiam nunc oleret?

**D** **Gau.** Artificiois odoribus assueui. **CRo.** Desuesce si consiliu meum uis: Turpius est enim artificiosis quam simplicibus assueuisse. Omne quod turpe est: quo artificiosius: eo fit turpius. Honestatis ornamento ars: inhonestatis est cumulus. Adde quod & foedi hodie quam olim: Quis enim Roma: ut dixi: & quam Graecorum Romam prope dixerim: Lacedaemon: huic pesti ex Asia uenienti: quasi armata hostium legioni ferreis moribus atque edictis obstiterint: ad extremum tamen mollis unguentorum simulque uitiorum acies sefellit: excubias in Europam transijt & fortissimas gentes uicit. Et quoniam singula prosequi longum est: ex unius asperrimi atque laboriosissimi uiri mollitia duritia: de reliquis coniecturam facito. Si quidem in medio bellorum astu: Ille inuictus ac barbarus cruento cum exercitu unctus est Hannibal: penetrabilia unguenta: sed penetrabilia ora sunt uitia. Itaque enervati ducis ac militum quorum: tam stupenda primordia fuerant: qualem decuit exitus fuit: Quo effectum est: ut cum multum Africani semper uirtutibus Hannibalis tamen unguentis aliquid deberetis: expediebat illis ut sicci essent: uobis ut ungerentur. Ex illo sane multis saeculis sic iste mos inualuit: ut labor stuporque sit legere quae de hac re in utriusque litteris scripta sunt. Et quid plurimum morer? Visque ad illius pedes: quo nil altius unguentum uenit: quod ipse qui omnem molliciem animorum atque omnes illecebras uoluptatum extincturus aduenerat: passus est: non unguento quidem sed pietate delectatus ac lachrymis offerentis. Iam uero pedetentim usus hic abiit: ut cum in multis aetas uestra maiorum gloria impar sit: in hoc excellere uideatur quam unguentaria non est: & qui his capere non communi temporum sed proprio quodam animi uitio laborat.

**E** **Gau.** Bonis odoribus illicior & delector. **CRo.** Fieri non potest quin quae delectabilia sunt natura & illiciant: & dum praesentia sint delectent. Sapiens Hebraei dictum est: Unguento & uarijs odoribus delectat cor: quibus unguento quidem non tam mihi delectatio uideatur inesse quam fastidium. Sed ut insit odoribus: meo certe consilio: absentibus resistendum contemptu & obliuione: praesentibus utendum modice: neque ullum his studium impendendum: ne te uel tacitus ultimae uiliumque rerum mancipium fateare: Ne ue hunc articulum longius traham inhonestis odoribus: ut rebus omnibus uirilem effeminatibus animu uitetis ac seculis: In reliquis Augustini sententiam amplector: De illecebra odorum inquit: non satago nimis: cum absint non requiro: cum adsint non respo: paratus eis semper carere. Idem fac: ne quibus bonis odoribus male oleas: aut odiosis munditij odiosus sis.

De Cantu & Dulcedine a Musica: Dia. XXIII. **Gau.**

**A** **C** Antu delector ac fidibus. **CRo.** Ah quanto melius lachrymis atque suspirijs. Praestat enim flendo ad gaudium quam gaudendo ad gemitum puenire. **Gau.** Cantibus sonisque permulceor. **CRo.** Et feram cantu fallunt & uolucres. Illud mirabilius: musica quoque dulcedine pisces tangi: Nota tibi Arionis ac delphinis est fabella: tam pro uero habita: ut ipsis annalibus sit inserta. Multi quidem scriptorum illustrium meminere miraculi: elegantius nemo quam Herodotus graeciae pater historiae. Astipulantur imagines aeneae illic ubi e tanto periculo incolumis primum terris appulsus est natantis piscis tergo insidens fidicen: Ad haec si renes cantu fallere creditum: Illud uero non creditum sed uocertum: ut quotidie blandis uerbis homo hominem fallit: & ad summam nihil ad fallendum uocertum aptius. **Gau.** Musica suauitate delinior. **CRo.** Et aranea: ut aiunt: antequam mordeat: & medicus linat antequam feriat: & auceps: & mulier quem fallere uult delinit: & praedo quem perimit: & polypus quem demergit amplectitur. Et quidam pessimi hominum nunquam quam terribiliores sunt quam dum se gestu & uoce leuissimos ostendunt: quod imprimis de Domitiano principe lectum est. Vix ulla est sine suspitione delinitio.

**B** **Gau.** Cantu gaudeo & exaltor. **CRo.** Caue: nam scriptum est: Extrema gaudij lucis occupat. Et rursus: Ante ruinam exaltabit spiritus. **Gau.** Cano dulciter. **CRo.** Nescis an ultimum. Ipse praedulciter morti proximus olor canit. Plures enim gaudio quam tristitia perire: Solito dulcius canentem inter ipsa soni suspiria expirasse recens fama est. **Gau.** Cantu ac tibijs delector. **CRo.** Non immerito quidem. Singuli enim dies te & horae & momenta ad sepulchra uehunt: quo cum cantu ferri uester etiam nunc mos est: Antiqui & tibijs efferebant: Vnde illud Statij Pampinij: Tibia cui teneros suetum producere manes: Tibi utraque funeris popa pla-

## De Choreis: Dialogus XXIII.

C
 cet: Illuc te licet ire non sentias absq̄ ulla requie properanti. **¶ Gau.** Cantu moueor. **¶ Rō.**  
 At quid refert. Est haud dubie in animis hominū generosis maxime potentissima musica:  
 Sed effectus supra fidem uarij: Vtq̄ omittā quib⁹ res nō eget: hos ad laticia inanē: hos ad  
 sanctum & deuotū gaudiū piasq̄ nōnunq̄ lachrymas mouet. Quā uarietas ī diuersas sen-  
 tentias magna traxit ingenia: Nēpe Athanasius uanitates fugitans: canēdi usum in ecclesijs  
 iterdixit: Ambrosius pietatis exercitiū appetēs ut canerēt īstituit: Augustin⁹ utrūq̄ se passū  
 & difficile hinc sibi negociū dubietatis exortum: inter cōfessiones suas pie meminit. **¶ Gau.**  
D
 Delectat canere. **¶ Rō.** Graia olim delectatio: nunc & uestra. Apud illos quidē cantus ac fi-  
 dium ignarus quiquis esset indoctus habebat: quod Themistocli Attico græcorū clarissi-  
 mo eo q̄ lyram in epulis recusasset accidisse. Epaminundā uero Thebanū hāc fortassis infā-  
 miam declinantem: præclare fidibus cecinisse: auctor est Cicero. Mirum & Socrates talis se-  
 nex fidibus operā dedit: Ne miremur Alcibiadem ab auunculo Pericle tibia studio traditū  
 apud illos honestissimo: ut inter liberales artes hanc quoq̄ condisceret. Sed uerecundū pu-  
 eri laudem⁹ ingenii: q̄ cū ab insigni tibicinā ad idipsū accito oblatas tibia ori applicuisset:  
 & collecto spiritu genas inflasset: animaduersa deformitate uultus erubuit: atq̄ obiectas ti-  
 bias aspernatus fregit: meruitq̄ licet tenera ætas exēplo esse: ut totius populi consensu ex tūc  
 Athenis tibiaꝝ usus obsolesceret: Ad uos si non illud ardens musicæ studiū puenerit: om-  
 nium principum mētes occupaturū: occupauit tamen aliquorū animos pessimorū maxime.  
 Gaius quippe cātandi studiosissimus saltandiq̄ fuit. Nero q̄rum citharæ studio deditus fu-  
 erit: & quantā curam uocis habuerit: incredibile dictu est: Id em̄ ꝑe stultū penitusq̄ ridiculū  
 q̄ nocte illa quæ sibi uitæ ultima: mundo aut respirandi uel modicum prima fuit inter que  
 relas quas uicina mors & præsens metus dolorq̄ dictabāt: illud crebrius atq̄ miserabilius  
 defleuit: non q̄ tantus princeps sed q̄ tātus musicus periret. Mitto alios: ad hāc uestrā quæ  
 nunc agitur ætatē: licet parcior: uenit tamē auriū uoluptas: qua caste ac sobrie delectari hu-  
 manitas quædā: capi autē & molliter iuiscari uanitas multa est. **¶ Gau.** Suauibus uocū mo-  
E
 dis cum delectatiōe detineor. **¶ Rō.** O si audires sanctorū suspiria: O si hinc aures tuas dā-  
 natorum gemitus & lamenta præcellerent: Hinc beatorū iubilis & cantus angelici atq̄ illa  
 cœlestis harmonia quam Pythagoras ponit: Aristoteles euerit: Cicero noster īstaurat: tibi  
 autē pietas fidelisq̄ suggerit: esse ibi perpetuas ac prædulces uoces: & si non cœlorū ac cœlesti-  
 um incolarū primam illam & æternam causam sine fine landantium: Si hęc inq̄ omnia tuis  
 auribus inferrētur: q̄ clare discerneres quis concentus dulcior: quis ue salubrior: Nunc sur-  
 do sensui soni iudiciū cōmittis: de quo hactenus parua quidem res nōnullis forte uidebitur:  
 magnos tamē uiros exercuit. Nec sine causa diuini Plato uir ingenij: musicam arbitratus est  
 ad statum siue correctionem morū reipublicæ pertinere.

### De Choreis: Dial. XXIII.

**¶ Gau.**

A
C
 Choreis gaudeo. **¶ Rō.** Mirābar nisi fidium cantus & tibia choreas suscitarent: &  
 præscripto de more uanitatē: uanitas sequeretur: uerum maior multoq̄ deformi-  
 or. Ex cantu em̄ dulcedo aliqua & sæpe utilis ac sancta percipitur: Ex choreis nihil  
 unq̄ nisi libidinosum ac inane spectāculum: honestis inuisum oculis uiro indignū. **¶ Gau.**  
 Choreis cupide intersum. **¶ Rō.** Corpus animū tegit ac detegit manuum iactatio: pes mo-  
 bilis: oculus uagus ac petulans tale aliquid arguunt in animo esse qui non carnit. Itaq̄ ca-  
 uendum ualde est modestiæ cultoribus: ne quid effœminatū agāt aut loquant. Occulti em̄  
 affectus & pectorū latebræ: sæpe paruis indicijs patescūt. Motus: sessio: accubitus: gestus: ri-  
 sus: incessus: sermo: signa sunt animi. **¶ Gau.** Dulcedinem quandam ex choreis capio. **¶**  
B
**¶ Rō.** O dulcedo ridicula: Finge enim tē choream cernere: neq̄ tibicinem audire: atq̄ ita stul-  
 tas mulierculas & uiros mulierculis molliores in silentio circumferri: redire: ineptire: quid  
 quæso unq̄ absurdius aut delyrātius uidisti: Nunc motus in d̄ditos lyræ sonus aut tibia:  
 hoc est amētia una aliam tegit. **¶ Gau.** Choreis delector. **¶ Rō.** Nō tam ibi delectatio præ-  
 sens est q̄ speratā delectatiōis auspiciū. Veneris præludiū illud quidē: sono stupidas ac mi-  
 sellas circūducere atq̄ urgere & stringere ac specie urbanitatis atterere: liberæ ibi man⁹: libe-  
 ri oculi: liberæ uolant uoces: pedum strepitus: & multorū cātus dissoni: & tubarū clāgor: con-  
 cursatio & puluis: & quæ sæpe ludis addit: hostis pudicitia & amica scelex: nox ipsa. Hęc  
 sunt quæ timorē ac pudorē pellūt: hi sunt libidinū stimuli: hęc laxamēta licētiæ. Et hęc ē ne-  
 me falli facile putes: illa delectatio: quā simplicit̄ & uelut inocue chorearū appellatiōe pro-  
 fitemini & ludi tegmine crimē obnubitis. Et si em̄ solos inter uiros: seu solas inter fœminas

C

hæc nonnunquã fiant: illic tamen separatim exercētur: quid ue cōgressi iteꝝ acturi sint simul discunt: ceu discipuli qui magistro absente: quid eo reuerso loqui debeant meditant. Tolle radicitus hæc spēm ingeniosam atq; improbā: tolle libidinē: sustuleris & choreā. Crede mihi cum Dauid rege: nemo ante dominū saltabit: ne quē forte sua uxor irrideat: cū tamē nullus irrideatur ante dominū saltās siue etiā pandurigans. ¶ Gau. Delectabiles sunt choreæ. ¶ Crō. Sententiam meā tenes: Si delectant propter aliud delectāt: p se em̄ tota quidē insulsa res est: & plus tædij allatura q̄ gaudij. Nā quid omnino est aliud in gyꝝ uolui: q̄ excire uertiginem: & sine termino uia ire inter locales septē motus: quos Plato dinumerat: hos sc̄ ante: retro: dextrorsum: sinistrorsum: sursum: deorsum ac circuitū: Solus septim⁹ infinitus est: atq; hunc ideo quæ ppetua sunt: hoc est cœlū seruati & sydera: hunc in terris ppetuus hoīm agit furor in cūctis fere actibus atq; cōsilijs: Nec ullus Orpheus Isoniā rotā listit: sed uisibi libus in choreis ubi animoꝝ uolubilitas corpa secum uoluit. Et iccirco cum de omnibus dici possit: de his p proprie dicit q̄ scriptum est: In circuitu impj̄ ambulat. Hic ludus multoꝝ dedecorꝝ causa fuit. Sæpe ibi matrona diu seruatum decus pdidit: sæpe infœlix uirguncula ipso nuptiali die didicit: q̄ melius ignorasset. ¶ Gau. Honesto tripudio libenter exerceor. ¶ Crō. Vellē aliud genus exercitiij delegisses. Sed quō p̄gas & quid uelis uideo: Interdictum tolli: ueniā dari normāq; præscribi. Quādo igit̄ sic affectus es: seu is morbus: seu consuetudo est: qua mala nihil peius: bona nihil est melius: ea tibi in his oibus lex erit: ut quibus carere penitus nō potes: modestissime utaris ac rarissime: ne quid ulla in re molle uel fœmineum agas: sed ubiq; nō suis etiā in sinibus uiril̄ rigor emineat: sitq; tripudiū uel quisq; erit is ludus fatigati animi relaxatio & exercitiū corpis: nō uoluptas eneruatrix mentiū. Exēplo libētius abstinuissē: Summoꝝ uiroꝝ imitatio nō oibus tuta est. Nō em̄ om̄e pennatū aial aquilā sequi potest. Imitatoꝝ alij contrariū faciūt: alij uero aliud: nōnulli idem aliter: pauci ad plenū q̄ imitant̄ effingunt. Cato hic ultimus reipub. curis pressum animū uino leuare solitus ferē. Fecit idē apud græcos Solon. Hos aliquis sequi uolēs: unū semp̄ officiū ager: bibet: q̄ illis modicū ac rarū: huic imensum & cōtinuū: quod illis remediū: huic erit ebrietas. Facile idem in rebus alijs posset ostendi: sed hoc uno intelligis quid est q̄ nūc tecū ue rear. Ex quo tamē damnata rei patrociniū: ut suscipere coegisti: summi uiri exemplū q̄ uel non sequaris uel nō mutes accipe his ipsis quibus apud Senecam est uerbis in eo libro quo tranquillitatē animi stilo inquirat. Scipio inquit triumphale illud & militare corpus mouet ad numeros: nō molliter se infringens: ut nunc mos est: etiam incessu ipso ultra muliebrem molliciem fluentibus: sed ut antiqui illi uiri solebāt inter lusum ac festa tēpora: uirilē ī modū tripudiare: nō facturi detrimentū etiā si ab hostibus suis spectarent. Quibus in uerbis quid de sua iam tūc ætate sentiret p̄spicis: Fœlix qui nō uidit tuā. Quis aut̄ ille & tripudij & uini remissionē p̄bet: ueniendūq; nōnunquã usq; ad ebrietatē dicat: q̄ a tam rigido ingenio dictum miror. Si fideli consilio uti uis: uino parce utere: tripudio abstine: Alia sunt honestiora remissionum genera: quibus fastidienti fessq; animo medeare. In omnibus tamen optimū fuerit q̄ hic ultimū dixit attendere: & quacūq; ages ita agere tanq; te hostes tui uideant atq; obseruēt. Multo quidē est satius sic uiuere ut abstinentiā & grauitatē tuā inimici stupeant: q̄ ut lasciuia amici excusent. Clarior fama est: cui nec ueꝝ crimen obijcere quisq; potest nec falsum audet: q̄ cui obijci sed purgat. Accusatorē p̄fecta uirtus exterret: mediocris irriat quod ad sobrietatē attinet. Malim te Cæsari simile: quē uini parcissimū ne inimici quidē negauerint: ut trāquillus ait: q̄ Catoni: nō Censoriū illū senē loqr: de cuius sobrietate iam diximus: sed hunc ultimū cui obiectā ebrietatē Seneca sic refellit: ut dicat facilius effecturum quisquis obiecit crimen honestū: q̄ turpē Catonē. Quod ad id uero de quo agit̄ nullo mō tripudies malim: q̄ ut Scipio. Quod si te illuc urget animus: quo nolim: his te saltē ducib⁹ uti uelim: ut si penitus tibi insedit illud lyricū: Nūc est bibendū: nūc pede libero pulsanda tell⁹. Sic uinū bibas ut Cato: sic terrā pede pulsēs ut Scipio.

## De Pilæ ludo: Dialogus XXV.

¶ Gau.

A

**A**T delectat pilæ ludus. ¶ Crō. En aliud clamādi ludibriū saltādiq;. ¶ Gau. Libēter pilā lusito. ¶ Crō. Odiosa uobis ut uideat̄ est requies: undiq; labores aucupamini: decoros utinā. Nā si exercitio ludus hic quærit̄: utq; precor honestiorē fatigationē furibunda iactatio: in qua nihil aīo geri potest: an ābulatio trāquilla præstaret: ubi & membroꝝ motus utilis & ingenij agitatio honesta est: Quē morē philosophoꝝ quidā sic fecerūt suū: ut hinc sc̄cta famosissima nomē sūperit. An tu uero Dionysiū Syraculū q̄ Stragyritē

Deludo Alexæ: Dial. XXVI. Deludo Taxillorū: Dial. XXVII.

Aristotelem sequi mauiſ: quando ut ſtudioſa deambulatione philoſophū: ſic tyrannū ludo hoc turbido delectari ſolitū accepim⁹: q̄uiſ & modeſtos iterdū aiō uoluptas hæc cœperit: Itaq; & Quintus Mutius Scauola ille augur elegãtiſſime hoc ipſum fecit: & diuus Auguſt⁹ poſt finē ciuiliū belloꝝ ab exercitijs cãpeſtribus ad pilam trãſiit: & Marcus Aurelius Anto- nius: ut de eo ſcribit⁹: pila luſit apprime. Nec tamē uel quia ille diuini atq; humani iuriſ perit- iſſim⁹: uel hi doctiſſimi atq; optimi principes fuerãt: ideo ludus præcept⁹ & clamorūſ plã- cet. Siquidem motus omniſ uahementior: præſertim ſi clamore permixtus ſit: honeſtum dedecet ingenium.

Deludo Alexæ & Calculoꝝ: Dial. XXVI. ¶ Gau.

**A**lexæ ludus & calculoꝝ placet. ¶ Rō. Damnoſum illud: hoc inane: utroq; tamē idē ille Scauola: quodq; eſt altius Auguſtus Caſar altero uti ſolitus fert. Neq; rur- ſus: ideo: q̄ ille a cerimonijs deoꝝ atq; hoim legib⁹ quas excellētiſſime calluit: iſte a curiſ ſummi imperij quod diutiſſime atq; optime rexit: tale ſibi interdū laboriſ diuerticu- lum elegiſſet: hoc in te probauerim. Sunt em̄ & doctiſ ac magniſ uiriſ appetit⁹ quidã pere- grini & ſui: quoꝝ ſi ut in doctriſ: ſic in morib⁹ imitator fueriſ: facile labi queaſ: neq; em̄ omniū qui laudãtur: laude digna ſunt omnia. ¶ Gau. Alexæ ludo delectoꝝ. ¶ Rō. Quiſ nō delectetur ſup pictam tabulã conſignat⁹ numeris oſſiū quadraturæ criſpãti: cubito iacta- re: quã ille direxerit trepidantib⁹ digitiſ rotū das in aciem tabellaſ mittere: Glorioſū ex- ercitiū & præclãꝝ nomen & curruſ & laureaſ merituruſ. ¶ Gau. Calculiſ libenſ ludo. ¶ Rō. O puerile ſtudiū: O perditū temp⁹: O curã ſupuacua: O ineptiſſimi clamoreſ: ſulta gaudiã: irãq; ridicula: delyroſ ſeneſ impendere alueo & pauculiſ ligniſ uagiſ ac fur- tim inſidiantib⁹ atq; latrocinantib⁹: Vnde latrūculariſ luduſ apud ueterē dicebatur: Quo luſiſſe ſimiam auctō eſt Plin⁹. Mirariſ: At qui propriã luduſ eſt ſimiam miſcere calcu- loſ ac trãſſerre: & poſt illidere: raptim iactare man⁹ ac retrahere: inſultare aduerſario & col- liſiſ dentibuſ minari: irãſci: altercari: fremere: uiciſſimq; interim: ut Flacci uerbo utar: caput ſcalpere: ungueſ rodere: & ad ſummã omnia facere: quã prætereūtib⁹ riſum excutiãt. Nū- quid em̄ hoꝝ aliquid aut ullum penit⁹ amentiaꝝ genuſ omittitiſ: Nonne ita torquemini: quaſi uel ueſtra uel publica ſaluſ in dubio ſit: Multi credo prælio uiciſſent: ſi quã ligneiſ aut eburneiſ impenderunt curam: ueriſ militibuſ impēdiſſent: Vix rei ulli⁹ tam intēſum: tãq; ineptuſ ſtudiū iueniaſ. Sed hoc eſt in regnō ſulticiaꝝ cōmune: ut quãꝝ reꝝ minor eſt fru- ctuſ: & cupiditaſ & delectatio maior ſit. ¶ Gau. Alexæ delectoꝝ. ¶ Rō. Oſtendã tibi ſi cōſilio uti uoleſ: generoſam atq; honeſtã alexam: qua olim Atheniſ docti homiēſ uſi ſunt: ut feſtiſ ſcilicet diebuſ: in conſilio amicoꝝ quiſq; de litteriſ aliquid in mediū proferat: nō ſophiſma lubricuſ ut illi: ſed ſolidū pro ingenio proferetiſ ad uirtutē aut beatã uitã ptinenſ. Dehinc collatione factã: ſine inuidia: ſine ira: qui inferioꝝ doctioꝝ iudicio uſi erunt: faciliſ quidem multētur pecunia: Hæc in philoſophicaſ uertaſ coenas. Sic reſ una cōuiuio: ſumptū exerci- tiū ſtudio: calcar i genio miniſtrabit: qđ hinc uictōſ excitet: hinc uictōꝝ. Hoc alexæ genere quo antiqui ſaturnalia: uoſ pia feſta: & quo illi Athicaſ: uoſ Romanas nocteſ inſtruite. Ha- beſ ludū quo & ludere iuuet & luſiſſe non pudeat.

De ludo Taxillorum proſpero: Dial. XXVII. ¶ Gau.

**T**uat ad taxilloſ ludere. ¶ Rō. O uorago ingēſ inexplebilis: O patrimoniōꝝ flux⁹ triſtiſ ac ſubituſ: O animi tēpeſtaſ & famaꝝ nubeſ & ſceleꝝ ſtimuluſ & ad deſperã- dum uia. Superioꝝ utcunq; ludi ſunt: hic meruſ eſt dolor. ¶ Gau. At mihi proſp- ludi huiuſ euentuſ fuit. ¶ Rō. Taxilloꝝ nulluſ euentuſ proſp: mali oēſ & miſeri: Nã & qui perdit affligit⁹: & qui uicit illici⁹ inq; inſidias p̄trahit. ¶ Gau. Proſpere luſi. ¶ Rō. Præſenſ ſape p̄ſperitaſ futuraꝝ calamitatiſ aſpiciūſ fuit. Et ſuaſ hæc peſtiſ habet illecebraſ: Si qui taliſ ludit oēſ perderēt: nemo unq; luderet: nūc lucrantē aliquiſ: ſed lucꝝ illud arra eſt dam- ni. ¶ Gau. Luſi & uici. ¶ Rō. Bene: niſi in campū rediſ: Alioquin nulluſ cãpuſ planior: nul- lo in campo uolubilior eſt fortuna. ¶ Gau. Luſi & uici. ¶ Rō. Luſeſ iteruſ & perdeſ. Qđ uiciſti aut hinc atq; illinc mille diripient: qđ pdideriſ nemo reſtituet. Adde qđ ſi qđ eſt iuſti- cia: qđ uincit nō ſit tuum: at qđ pdiſ eſti nō fiat alteri⁹: tuū tamē eſſe deſinit. Multa ſunt undiq; quã ab hac inſania bonã mentē dehortenē ac retrahãt: niſi uoſ ipet⁹ quidã: auaricia pulſuſ urget. ¶ Gau. Vici in ludo taxilloꝝ. ¶ Rō. Scito aut te ab exactōꝝ impio ſcen⁹ cẽ- reſimū accepit⁹: reſtitueſ qđ uiciſti: & de tuo adijciēſ ut nō ſit qui repetat: p̄ ſeipſū euanue- rit: tuq; in ſōniſ ſœlix eē deſeriſ. ¶ Gau. Vici & ditior factuſ ſū. ¶ Rō. Cã nulla ſit ſtabiliſ

## De Histrionibus Dialogus XXVIII.

pecunia: sed sua potius rotunditate uersatilis: tum præcipue quæ taxillis quærit: Taxillorū ludus nihil ulli donat: eorū maxime qui familiarius illum colūt: sed mutuat aliquid & extorquet: eo sp̄ immitior: quo blādior uisus erat. Nulla em̄ amarior est iactura q̄m lucri dulcedinē degustare orso. **Gau.** Lusi & lucratus sum. **CRō.** Gaudere lucro taxilloꝝ tale est: ac si dulci gaudeas ueneno. Vtrūq; mox per uenas erumpet. **Gau.** Ludo prospero delectat̄ sum. **CRō.** Peior est delectatio peccati q̄m peccatū ipsum. Sunt qui mala consuetudine pene coacti peccant: neq; post peccatum gaudent sed tristant: & si fieri possit: nō peccasse maluerint. Quosdā uidimus inter ipsas libidinū flammās: quandā uelut glaciem doloris ac pœnitentiæ sentire: & si dici liceat: uelle simul ac nolle: peiorem licet ī partē malī usus quadā ui detortos: quos haud improbe quis speret usu excusso ad meliōrē semitā posse cōuertī. At qui de peccato exultant: quid de his oro reliquū spei est? **Gau.** Delector taxilloꝝ ludo. **CRō.** Spero fore ne semp̄ neu diu etiam delecteris: uoluitur assidue fundatā status urbīū. Tu stabilem taxillos putas: Crede mihi uoluent: & secum in lachrymas gaudium tuū uoluent: Neq; enī sic uoluent ut uidisti: tunc inane tibi gaudium: nunc ueros gemitus parabūt. **Gau.** Delectat ludere. **CRō.** Delectatio funesta & turpis corruptiq; animi: Ira em̄ & conuictio dignus es. Nam quis quæso ingenuus: seu quis homo & non potius trux belua delectari queat ludi nomīe abūdante nequitia atq; impietate fœdissima? Vbi præter hoīm uultus nil humanum sit: uultusq; ipsi iracundia ac mœre oblitī confusisq; clamoribus efferati: nec iam sint humani: Vbi non decor morum: nō modestia sit uerborū: non amor erga homines: non erga deum reuerētia: sed iurgia: & rancores: & doli: & periuria: & rapinæ: uulnera ad extremū & homicidia: quo q; nil in deum s̄uius potest humana temeritas diuini noīs blasphemix: quibus ante omnes sceleg; officinas ille ludus infœlix scetet. Vbi si quos forte tacitos pudor tenet: crebro tamen suspectantes: quid labijs cordis agant: sciunt ipsi. Quis hunc ludum uerus homo: nō dicā tractare manibus: sed spectare oculis possit & non angī prorsus fugariq; scelesti spectaculi fœditate? **Gau.** Delector tamen hoc ludo. **CRō.** Vide ne Cretensiu imprecatio in tuū caput inciderit: Mala consuetudine delectari: quo nil dictū leuius: nil euentu grauius propiusq; exitio est. **Gau.** Delector taxilloꝝ ludo. **CRō.** Abijcienda est delectatio inhonesta: & si non uirtutis: at saltem famæ studio & pudoris cura: Nam uix aliud ī actibus hominū inuenias: ubi tam clare mores ac uitia detegant. Vidisti alacriter in præliū descensuros: in hoc ludo tremere atq; orare flebiliter & suum numeq; iuocare. Quosdam alibi magnanimos ac trāquillos: illic p̄ parua pecunia & precari & irasci & in finē furere. Quanta pro paucis nūmis sæpe ibi fecerunt uiri fortes: quæ pro ingenti thesauro alibi nō fecissent. Ibi em̄ uitiorum omniū: sed imprimis iræ atq; auariciæ regnū est. Meministi ut Naso ī eo libro quo inhonestam quidē ac superuacūā artem docet: utile tamen interdum aliquid interserit: Amatrices monet ut ob animi uitia celandā: ludo hoc aut simili abstineāt: ne cōspecta ira tumidā: aut auariciæ exhaustā amatoribus displiceant suis: Quāto id uiris dignius præcipitur: ne non modo hominū sed dei oculos omnia uidentis: & bonos animos moresq; ingenuos amātis offendāt. **Gau.** Lusi: uici: gaudeo. **CRō.** Ludus turpis: dānosa uictoria: gaudium inane. **Gau.** Vici gaudeo. **CRō.** Omne de suo malo gaudiū stultū est. Proinde tartareus quispiā ludi huius inuentor fuit: Cuius inscīj ludibrio ac noxæ: sciētes uero miraculo subiaceāt ac stupori. Nam quid mirabilius q̄ qd̄ ueteri prouerbio uulgatū: uerumq; iugi experientia deprehenditur: Omnes huiusce ludi magistros nudos esse atq; inopes & egenos.

### De Histrionū iocis: Dialogus XXVIII. **Gau.**

**A** **D** Delector histrionū iocis. **CRō.** Nobilior multo delectatio illa est quæ de modulatiōe musica: liberali scz quadā arte percipit: hæc soli<sup>9</sup> uanitatis & ipudentiæ plena est. **Gau.** Histrionibus delector. **CRō.** Malim pauperibus: malim amicis humilibus: malim tandem solitudine delecteris. **Gau.** Histriones mihi risum mouent. **CRō.** Quid tu illis: quotiens de se dominū ridentē risit histrio: quotiens se mirantis amentia admiratus finxit aliquid: q̄ falso illū: uere se aut delectaret? **Gau.** Histriones doctos habeo. **CRō.** Habes de quib<sup>9</sup> rideas: quiq; te rideant & te rodāt. Pestis diuitum puetusta: quæ ab Ethruscis orta Romæ creuit: adeo eorū fiducia est euecta: ut Aesopus hinc quæsitū patrimonium incredibile atq; imensum filio dimiserit: & Roscius uagā sparsamq; rē arte collegerit: de histrionica libz scribēs: ī quo artē suā oratoriæ: seq; p̄inde Ciceroni æquare nō erubuit: eam scz ob causam q̄ affectus animi conceptusq; abditos: quos Cicero uerbis ornatis uarie

## De ludo Palæstrarum: DIALOGUS XXIX.

pronūciaret: ipse alio modo: sed effectu pari gestibus aptis exprimeret. Et sane fuit ille mirus artifex: nec scio quid tam durū esse uel tam triste potuerit: quod non facile lenisset: non dico qui facillimi atq; mitissimi Ciceronis amicitiam ingenio meruit: dignusq; pro quo tātus orator uerba faceret: & de quo scriptum opus memoriæ posterorū traderet: est habitus: sed qui tetricum ac superbum Syllæ animū inflexit: & ab illo omnium contemptore admissus in gratiam: anuloq; aureo donatus est: qui tot graues ac seueros senes senatumq; illum per quē frena orbis agebantur: quotiens uoluit ad risum ac læticiam coegit. Qui populū Romanū tantum & tam uarium sic illexit: ut diurnū salarium de publico mille denarios sine gregalibus ac ministris solus ipse perciperet: Magna merces: quæ uis exigua fingat moneta: non sine mirā quadā & insolita agilitate animi hoc fieri posse consenserim: ut si quis usq; Roscius affuerit non tibi forte sit uetitū: quod Ciceroni licitū fuit: non solum ludis interdū sed familiaritate eius & ingenio uti. Est enim ingenij inter se quæ studio & professione distantibus multa cognatio: ubi uero hūc quarimus: multum breui tempore nobilissime artium retro cessere: ne dicam histrioniam: quæ eo redijt ut nūc illi deditos corrupto gustu falsoq; iudicio esse nō sit dubiū. Profecto enim consequens est: ut quibus mala bene sapiūt: bona illis ignota sint: & curis nobilibus infuetos esse: qui uilibus delectant. **Gau.** Multi quotidie me frequentant histriones. **Rō.** Frequentare te desinent: cum tu diues aut largus: dicam rectius: cū tu stultus & prodigus esse desieris. **Gau.** Magna mihi acies histriōnū est. **Rō.** Immo muscæ: quæ te unctum comitentē siccūq; destituant: nec destituisse suffecerit nisi hunc plausum par sequatur infamia. Sunt linguæ quibus quies ac silentiū pœna est: nūquā uero nisi de alijs loqui iuuat: aut falso laudat: aut liuide detrahunt: Et quorū nequeunt mordere diuitias: famā mordēt. Vna est histriōnū atq; parasitorū lex: utriq; blāditijs armati: post fortunā eunt. Verum illis uentrem implese satis est: his alia fames cibi mentio iniuriæ genus est implenda cupiditas fundo carens.

### De ludis Palæstricis: DIALOGUS XXIX. **Gau.**

**P**alæstricis delector ludis. **Rō.** Si spectator uan⁹: si luctator insanus. **Gau.** Palæstricis exercitijs uaco. **Rō.** In singulis vobis cuius domini mācipiū sis apparet. Nempe hæc ut supiora corpori seruiūt: quod ut paulo ante cōmemini & aliquanto honestius sine impetu & sine strepitu fieri potest. Et est agitatio quædā animi nobilior: quā si nosces hos corporeos conatus & sperneres: & odisses: sed uos animū quasi hospitem degerem atq; inuisum corp⁹ ut dominū generosum ac dilectū colitis: illi seritis: illi metitis: illi aratis. Iure id quidem: illud iustius quod eo omnia refertis: curaq; animi posthabita noctes illi insomnes agitis: illi suspiratis: uota illi facitis: ingenuasq; artes illi discitis: illi demū obsequimini ac seruitis sumptuosissimo dñorum oīm atq; ingratisimo: cui nec unquā satis aliqd: nec si quid aliquādo defuerit: ulla unquā memoria sit accepti: huic tamē tali domino quicquid iusserit paretis: atq; esuriente animo huic uni non tantū necessaria: sed supuacua undiq; ac nocitura conuehitis: Neq; ea solū quæ ad uictū pertinēt ac uestitū: de quibus suo egimus loco: sed quæ ad ludos etiā uariamq; libidinem: non uidentes quæ uestris aduersa consilij ipsa sit ueritas: quæ disertissimo Ciceronis ore loquit: unde appareat: quod qui corpus negligit: nō se ille: sed fragile caducūq; domiciliū: at qui anim⁹: ille sese uere negligit: Neq; enim ait: Tu is es quæ fortuna ista declarat: sed mens cuiusq; is est quisq; nō ea figura quæ digito demonstrari potest. **Gau.** Palæstræ delector exercitio. **Rō.** Quadrigarū feruor: & equorū strepit⁹: & ardentes rotæ p̄ angustias inoffensæ: & luctantiū plausus atq; collisio: oleū: sudor: puluis mirabilis: seu illa quidē oculorū seu auriū seu nariū uoluptas hebetatq; sensus: indicium ingens: quod si san⁹ integerq; esset: nō clamorū atq; tumultuū officinæ quas palæstras uocāt: sed obseruatio diligēs palæstræ huius: quā nascentes ingrediunt: quā uiuētes atterūt: unde digrediunt obeuntes: atq; utilior quædā honestiorq; suauitas delectaret. **Gau.** Studio delectus sum palæstrico. **Rō.** Fuit hæc quidē apud ueteres nō ultima gloria: sed tam magna ut seni illi Rhodio Diagoræ: quod & ipse palæstrita insignis fuerat: cū duos uno die filios palæstricis insignitos uictorij cōspexisset: quasi nihil clarius iam restaret quo aspirare posset in uita: Amicus alter Lacedæmoni⁹ senex diceret: morere Diagora: Nō enim in coelū ascēsurus es: Tā magnū tanq; altū cēsebat: tres simul unius familiaria palæstritas esse. Leuicula prorsus & græcula ueræ laudis extimatio: sed cōmunis adeo: ut magna etiā turbaret ingenia. Vnde & Plato tātus philosoph⁹ Olympionices clar⁹ fuit: inq; hac arte multis notus euctibus: adolescens tamē. Amplitudo quidē: unde Platonis nomē ortū putant: roburq; corpis & atatis

feruor: iuuenilem animū impulerāt ad experimentū uirium ubi cum summis quoque par eēt: accessu temporis: cognito quid ageret: ad meliora se transtulit Socraticus similis fieri maluit quam Miloni: Et sane multa ætas excusat: Facile teneris annis ignoscit: Vanitatis excusatio nulla est uiro. **Gau.** Palæstræ studiū delectat. **CRō.** In hoc sæpe uilissim⁹ omnium superior fuit: & corporea mole animi virtus est oppressa. Quem tu mihi ducū uel heroum proferes: quē Milo ille nō superet: qui ad stadiū bouē uiuū gestans humeris cucurrit: eūdemque nudæ ictu manus occisum uno die solus haud grauat⁹ integrum comedit: Mira res dictu: sed apud historicos uulgata. Quis huic igitur in palæstrā suā regno par occurrerit? Atque nihil indigni⁹ quam generosos spiritus tali beluæ succumbentes cernere: & iccirco nobiles animis bene sibi fidetibus summopere prouidendū est: ne sua sponte descendāt ubi ab ignauissimis uinci queant: Quia tu si cōtentionibus gaudeas: id tibi sume certamē: in quo semper fere superior quam melior: non de corpore uiribus aut omnino de re ulla ubi peior idem esse possit & uictor: Nō de opibus ergo: non de dignitate: non de potentia: sed de sciētia ac uirtute cōtende: Idque eo animo: non ut cuiusque famæ obstrepas: sed ut alienæ laudis æmulatio tibi sit calcar ad gloriam: Nulla tibi sint penitus partes inuidiæ: sed virtutis. Habes & hic exemplū Catonis huius ultimi: de quo Crispus: Non diuitiis inquit cum diuite: neque factione cum factioso: sed cū strenuo uirtute: cum modesto pudore: cum innocente abstinentia certabat. Honestissimū hoc palæstræ gen⁹ quo te exerceas: nō tantū olympiæ: sed ubique: nō minus in thalamo quam in foro: nec minus in ocio quam in actu: neque cū presentibus modo sed cū absentibus quoque: cūque ætatum omnium ac terrarū uiris illustribus. Semper enim memorabile ac magnificū illud Scipionis apud Liuium iudicauit: Maximo inquit cuique id accidere animo certū habeo: ut se non cum presentibus modo: sed cum omnis æui claris uiris cōparet. Tu quoque uel de grege presentium si occurrat quod uix spero: uel ex omni memoria uetustatis quē libet tibi parem delige: cum quo non uicis aut castibus: sed ingenio ac uirtute luctabere: sine metu periculi: sed immercescibilis spe coronæ. Hoc de palæstris consiliū: hæc sententia mea est.

De Varijs Spectaculis: Dial. XXX. **Gau.**

**A** **D** Elector uarijs spectaculis. **CRō.** Circo forsitan ac theatro: quæ duo loca bonis semper aduersa moribus fuisse notissimū: quo quisquis malus ierit: redibit pessimus. Nā bonis iter illud ignotū est: qui si casu aliquo ignari adeant: cōtagio non carebunt. **Gau.** Circo delector atque harena. **CRō.** Atqui delectationes aliæ: uanū seu libidinosum aliquid habuere: hæc utrumque supradictaque sæuitiā & inhumanitatē habet: bonis animis rē indignā. Neque excusat que hispidis Romani olim: flos hominum delectati sunt: Recto namque iudicio urbs illa alioquin abundantissima bonorum omnium atque illustrium exemplorum: nihil omnino reprehensibilium habuit reliquisque deformi⁹ sibi que inuicē: que hinc discordiarum ciuiliū: hinc ludorum studiū immodicum: quasi nō sufficeret bellorum cruor: domi militiarumque: nisi cruenta pax eēt cruetaque etiam uoluptates: Nisi circo fortassis honestius quis theatrum dixerit: cui pariter inhiātes uideas nō modo populū sed senatū atque ipsos mundi dominos Imperatores Romanorum: sic spectaculis capiebant illi etiā qui hūano generi spectaculū facti erāt. Rē mirabilē dicā: sed cognitā uulgatamque. Sic cunctorum aīos theatralis furor ille puaserat: ut nō modo cōiuges Casarum aut filias: sed uirgines que uestales in publicū atque in turbas educeret: quarum pudicitia nihil exactius: nihil fama tenerius: nihil cōuersatione secretius: usque adeo ut in eis oīs motus: omnis cultus: omnis sermo lastiuior nota dignus ac supplicio haberet: & tamē hispidis in teatro locū assignasse legi: non quicūque sed sumus atque optimus principū August⁹ Casar: Neque minor est ideo error is quo magni errāt: sed maior potius atque cōspectior. **Gau.** Libet scænicos ludos spectro. **CRō.** Rem quæ nec honeste gerit nec honeste cernit: nec facile dictu est an lusor infamior: an spectator: & an scæna sit turpior: an orchestra: nisi que in illā sæpe quidē paupertas: in hanc uero spes uanitas trahit. In omni sane delicto plurimū interest: utque inopia: an libidine seu superbia que delinquat. **Gau.** Amphitheatris spectaculis oblector. **CRō.** Damnosa undique & publice priuati que nocens delectatio: Quod facile colliges si in animum redeat ex historijs rei huius initium progressusque. Quanto publici census impendio: quantaque infania proxima ductū cura: quanto demū populi studio ac labore cōstitit: Equidē & tot uana dinumerare difficile est: & tā uulgata: supfluū: mille si gladiatorum paria nō ludo tamen satis multa sed prælio elephantorum tigridūque & leonū ac pardorum greges: onagrorum que equorumque ferociū atque aliorum diuersissimi generis e toto orbe transmissos: omnium terrarum syluis omnique gentium uenatibus Romano famulātibus teatro: Adde illā adificandi luxuriam exemplo carentē: non imitatione cari-

turam: cōuectas terra pelagoq; marmoreas columnas in ludorū usum: & artificū summis ingenijs expolitas & uerticibus supbas: auro rutilante frondentibus: Cuius princeps insanīa nomināndus est Scaurus: is qui aedilis in theatri scānā opus dierū paucorū: & qđ paucis lignis ac funibus attolli poterat: suffecturū oculis populi talibus gaudētis trecentarū sexaginta taliū columnarum monstra intulit: Fecitq; opus: ut scriptū tenes: maximū oīm quae unq; fere humana manu facta: nō temporanea mora: uerum etiam aeternitatis destinatione: quo promeruit ut uerissime diceret: prosc̄ptione primū graui ciues idem post aedilitate leuissimi mores bonos in exiliū pepulisse: ut qui multi perditī temporis inani plābeculae multarumq; inutiliū impensarū reip. auctor & exemplū fuit. Sed o mirū dictū: mox furorē hunc uicere sequentium furores: quibus effectū est: ut miraculo ope: ac numero fateri oporteat: Prater Romā nihil mirandum fuisse in toto orbe terrarū. Nam & hoc itidē scriptum uides: Penetrata terrae intima: perfossa silices: egestae rupes abdita: auersi amnes & in fistulas coacti: inclusi aut exclusum molibus iratū aequor: suspēsa iuga montiū: temptatiq; mariū recessus: Deniq; stratum late signatumq; nepotibus iter insanīendi: & impleta in uobis spes auorū: nūq; scilicet defuturā esse luxuriā. Et ut cumulatiū malū sit publicis damnis: accedit calamitas priuatorū: qui spectandi cupidine cōpediti: & quotidiani interim quāstus imemores: neq; diem labi sentiūt: neq; armatā tergoq; instantē respiciūt aegestatem: Sic uicissim & priuata in publicam: & publica perniciēs in priuatā uertit. Neq; uero patrimoniorū iactura grauior: q̄ morū: ubi libido discit: humanitasq; dediscit. Proinde quid de spectaculis speraretis: iam inde ab exordio primus regū uestrorū Romulus omen fuit: qui in his rigidā tetricamq; illam Sabinarū pudicitia circūuenit. Et si utcunq; matrimonij honor texit iniuriā: at q̄ multis hoc postmodū non ad cōiugiū sed ad stuprū uagāq; licentiā fuit uia: Ad summā eñ hoc teneat uelim: Pudicitia spectaculis saepe stratā: semp̄ impulsam uidim⁹. Et ut fileā uiros: quib⁹ is scelex furor est: ut pene iā adulterio glorient: Multarū ibi fama perijt pudorq;: multa inde domū impudicā: plures ambiguae rediere: castior aut nulla. Iam uero quae corporum clades: ne quid prorsus desit infortunij: quae ue nō singulorū modo: sed populorum strages indicio sunt: & risus subito uersus in gemitū elataq; funera e theatris & plaudētium choris mixtae lugentiū cohortes. Audisti ut Cūrio is qui ciuili bello pro Caesaris partib⁹ in Africa occubuit: ut Scaurum quē opib⁹ aequare nō poterat: ingenio superaret: nō marmoreum: ut ille: sed ligneū theatrū: duplex tamen ac pensile meditatus: populū uictorem gentium ludis uictum: & periculis plaudentē suis: mira arte suspēdit: ut ridentēs interius stupentesq; ipsi exterius: spectatorib⁹ risu fierent ac stupori: Et miramur imperij spe obiecta unius licet magni exulis animū flectere potuisse: q̄ oculorū leui breuiq; uoluptate pposita tot milia ciuium uolubili spectaculo circūuoluit. At nemo ibi perijt: dicit aliq;: sed perire potuere: & periēre alibi innumerī. Neue attingam nouas simul ac ueteres ruinas quibus saepe multi mortem simul ac tumulū inuenere: sub Tyberio principe celebri spectaculo apud Fidenam urbem: amphitheatri lapsū oppressa uiginti hoīm milia meministi. Hic spectaculo: fruq;: hi sunt exitus. ¶ Gau. Spectaculis cum uoluptate detineor. ¶ Rō. Aut fictis amoribus: aut ueris odijs. Primū equidē non est uiri: secundū uero nec hoīs spectare. Quis ferrum iugulo laetus exceperit: Quis feruido uulnere plus cruoris effuderit: Quis minus conspecta morte palluerit: Quid crudelitatis ad scholam ire iuuat: Nō egetis praceptoribus: nimis dociles malorū estis. Plura p uos domi discitis q̄ necesse est. Quid si tam promptis ingenijs artifices scelex ac magistrā errorū plābs accesserint: Multos quos natura mites fecerat sauitiā spectacula docuere. Mens hominis ī uitiū prona: nō urgenda utiq; sed frenanda est. Si sibi liquitur aegre stabit: si impellitur praecipit ruet. Multū mali auribus inuehiēt: sed multo pl⁹ oculis: Illis quasi fenestris bipatientibus in animā mors irrumpit: nil potentius in memoriā descendit: q̄ qđ uisu subit: facile audita prateruolant: cōspectarū imagines rerū haerent etiā in uitis: nec se tamē nisi uolentibus ingerūt nisi praro atq; ocuis abiturae. Quo p̄gis igit: Quis te rapit impetus: ut ad horā gaudeas unde semp̄ doleas: ut uideas semel quod uidisse millies poeniteat: Iugulari ferro hoīem: aut ferarū dētibus unguibusq; discerpi: aut tale aliqd qđ & uigilē turbet & sopitum terreat: nescio quid hic dulce seu quid non potius amarae ac triste sentitis: nec ullum in uobis maius insanīae argumentū uideo q̄ qđ quotidie uos ad mortē miseris delinimētis illectos: & uelut stygio sopore dimerfos: dulcedo amara: & delectatio in amœna praecipitat. Vna est enim uobis lex rerū ferme omnium: Quicquid cupitis: quicquid molimini: quicquid agitis contra uos est.

A

**Q**uo agili delector. **CRō.** Ferocissimo & inquietissimo animante in somniq; & in expleta uoragine. **C Gau.** Equo libens circumuector. **CRō.** Non multo est peius mari turbido q̄ frementi equo rapi. Nullū animal insolētius domino suo est: Nec inepte iam equorum domitoribus in prouerbiū uenit: bis equum male facere: quāuis hinc humile: hinc superbum sit: qui illis uiribus eaq; pernicitate: pro uili cibo fieri alterius domariq; duris stringi fascijs: nodosoq; fune uinciri: freno frenari: ferro calciari: ptusa clauis ungula ferro urgeri: ferratum ferre uectorem: turpem carcerem ac graue seruitium pati possit: Inde autem quasi indomitus: non tantum pro libero sese gerat: sed ut domini sui hostis agit omnia: Si currendum est stimulos non audit: si subsistendum frena mordicus rapit: si frementum torpet: si latendum fremit: Obsequiosum illud ut perhibent fidumq; aīal de quo tam multa iacentur fabulā: animal nobile: regium: optabile: colendumq;: dignum quod enormi precio comparetur: anxia nutriatur cura: Immo uero animal: q; si conferant cū obsequijs tadia nemo sapiēs emat: nemo diligēs pascat: Aīal & ocij impatientēs & laboris: Illo tumidū: hoc deiectū: nūc impetuosum animal: nūc ignauū: nūc audax: nunc trepidū: nūc uolatile: nunc caducū: hinc culicū metuens atq; umbrā: hinc dñm suū spernens: diuersisq; illū uijs in discrimen trahens. Quis cōtumaciā: quis morsus aut calces explicet? Quis hinnit? & ascensoris impatientiā ac sessoris: Equidē quot equoꝝ more: totidē equitū cōstat esse pericula. **C Gau.** Equoꝝ studio detineor. **CRō.** Mirarer nisi ingentes uiros usq; ad ludibriū captos hoc studio meminissem. Quis Alexandrū Macedonē nō audiuit: amato equo tumulum erexisse: urbēq; de equi noīe appellatā: Sed nihil i illo mirabile uiuente impetus & animi feruor fecit: Mirabilior i Augusto q̄ uis minor ineptia: neq; em urbē equo ille suo instituit: sed sepulchrum: Idq; ipsum illi grauitati atq; ingenio impar fuit. Nā diui Iulij mōstrosus sonipes: an ab ipso: an ab alio ante ædem Veneris marmorea sit cōsecratus effigie dubitari potest. Minor multo uel ætate uel gloria: ueꝝ opibus ac Cæsareo noīe pene æqualis Antonius uerus: ut sileā quē uictū quēue amictū equo quē imodice amabat exhibuit: certe & uiuenti simulachꝝ aureū fieri fecit: & mortuo sepulturā: quo grauiꝝ stomachemur: i uaticano extrui: tot inter sacra ossa ibi cōdita & condēda: Vix credibilia loquimur: ꝑa tamē horū similitumq; conscius uates heroū aias apud inferos q̄ equoꝝ studio deditas facit: nec minor ideo: sed maior est uanitas quæ tam magnos ad se animos trahere potēs est. Ne ue quis priscam tantū nō modernā amentia suspicet: redeat ad memoriā: nec longe seu loco seu tempore requirēdus: Adhuc em uiuit nec dum senuit: & in terra Italica uobiscū degit is quē nominare non est necesse: Fortunæ utiq; uir ingentis: nec parui ingenij consiliq; uir: alioquin magni animi nec insulsi ubi quid serio agendū incidit: qui tamen ægrotanti equo quē amabat aureum puluinar ac sericum cubile substrauit. Cūq; ipse interim podagra uinctus atq; immobilis medicorꝝ legibus regeret: nihilominus tamē aut seruoꝝ uectus manibus aut equo altero uix iniectus & suos medicos secū ducēs: equum agrum suū bis terq; quotidie uisitabat: illi suspirās atq; anxius assidebat: illū leniter manu tractans blādo murmure solabat. Quid multa? Nullū medicinæ genus intemptatū: nil languētī amico debitū pratermissum fuit. Fabulā fortasse posteritas uocet: uera res & magno in populo nota est. Sic uir fortis curam equi gessit ut propriā: sic extinctū luxit ut filium. **C Gau.** Delectat equitare. **CRō.** Est id quidē utile iterdū & celeritati adminiculū & fatigationi remediū & nobilitatis isigne: Nec inficior gloriosum uulgo extantē: insigni equo uehi: & cunctis excellere: nec uertice solo sed humeris: & toto pene corpore supra esse. Cōtra uero laboriosissimꝝ & sæpe dño suo pestifer immitis equus: Optes iter pedibus agere: tã nulla est respirandi uel minimū facultas equestre periculū pedestri luto seu puluere pmutatū uelis: Proīde multos media de morte rapuerunt equi: multos i mortē impulerūt aut alliserūt aut corpibus oppresserūt. Quid q; nō ulatimū belli semē equi sūt? Tolle eqs pegrinos terris: icursus partēq; pmaximā bellicæ cladis abstulerūt. Vt qđ de uētis i natura: qđq; de Iulio Cæsare i historia ē qua sitū: expediēs ne fuerit aut flare uentos aut Cæsare nasci: Et de equis similiꝝ queri possit: tã multa sunt utrimq; cōtraria. Nec i merito Thesalia quæ prima eqs repperit domuitq;: prima aureū argenteūq; nummū cudit: prima pelagus rate tētrauit: Martis seminariū uisa est: qđ nō semel: tot post sæculis multo clarioꝝ sanguine patuit. **C Gau.** Q̄ me putas iuuet poeta noster ubi nobilis equi spiritū moreq; descripsit: **CRō.** Nec te terret Hebræoꝝ uates ubi ait: Ab increpatiōe

D

tua deus Iacob dormitauerunt qui ascenderunt equos. Excute singula: non tam illud leue q̄ hoc asperum.

## De Venatu &amp; Aucupio: Dialogus XXXII. ¶ Gau.

**A** Te canibus gaudeo. ¶ Ratio. Nunc intelligo adoleſcētis imberbis gaudiū: de quo Flaccus: Gaudet equis: canibus & aprici gramine cāpi. Vide aut̄ ne & q̄ sequitur sis: Cæreus in uitū fleſti monitoribus asper. Vtiliū tardus, puifor prodigus aris. Sublimis: cupidus: & amata relinquere pernix. Hunc te em̄ esse metuo: qui gaudiū tuum in fugacissimis rebus loces. ¶ Gau. Canibus ac uolucris delector. ¶ Rō. Hoc insanīæ deerat: non satis est currere ac uagari: uolare etiā instituis. ¶ Gau. Rides me: nō uolabo equidem: sed uolantibus delector. ¶ Rō. At illā delectationem tuā despicient abeuntes: nec te noscent: & ingrata se uocanti surdas exhibebunt: quid implumis facies: alata uoluptas tua est. Finge redeāt: damnosa redit occupatio: iteꝝ clamabis & oblitus melioris negocij diem perdes: Iterum retro accliuif & oculos fixus in nubem post auiculā tuā flebis: quasi nil necesſarij operis uita ferat: ex cōmodo ociosi & lenti: uos uolucrum seruos esse gloriamini. Natura uobis duas manus fecerat: uos hanc freno curuis: hāc unguibus occupatis. Sic iutiles uidiq; & uolandi studio manci effecti: ne nihil agere uideamini: multo cum strepitu ante diem surgitis: & quasi sint hostes in limine præcipitater erumpitis: tota dehinc luce iactamini stagnis: syluis ac uepribus: implentes cuncta clamoribus dissonis & incōdite ululatu: Inq; hoc spiritum nulli maiori rei habilem effundentes: spiritum quo maiores ueſtri bello terrebant hostes: pace iusticiam defendebāt. Sero aut̄ re ueluti bene gesta: domi sedetis altercantes q̄ bene uel auis hęc uolauerit uel illa digesserit: quot sint caudæ: quot alarū plumæ supstites: quot emissæ. Nonne hęc omnis scientia ueſtra est: hic amor: hęc foelicitas: & hoc totum q̄ creatori deo: quod altrici patriæ: quod parentib; quod amicis redditis: accipitres: aut erodios ueſtros sonantes in nubibus: & lanīata prædæ paululum: & sudorem: & puluerem: & nocturnam perditæ lucis historiam. In hac em̄ indefessi semper & ualidi: Delicati aut̄ & imbecilles ad seria Liuij historias: & Ciceronis oratiōes sacrasq; nec pudet lras plixitatis arguitis. Quis hęc inoffensis auribus audiat? Quis uos ferat ad aliud natos in his uiuere: si modo uiuitis hęc agentes. ¶ Gau. Canibus atq; aibus delector. ¶ Rō. Atqui ducum & illustrium multos equis: quosdam canib; delectari solitos audiuiuis: eousq; ut Hadrian; Imperator: non equis solum: sic ut hi quos supra memorauī: sed canibus quoq; busta construxerit: oppidūq; insuper eo loci ubi ursam prospera uenatione premerat manu sua sape & maſtare solitus & leonem: aibus nullū fere: unde & irrisum ferūt a Virgilio Marcellinū Augusti nepotem: q̄ dare his operā adoleſcentulus uideret. ¶ Gau. Venatu libenter exerceor. ¶ Rō. Fuit hęc quōdam latinorū: nunc galloꝝ ars propria est: quod & res probat: & illoꝝ scriptores aliq; gloriant. Itaq; ut sileā reges quoꝝ tota uita uenatio est: Sūmus apud illos regū quantū ab armis ocij fuit: uenatu ut uides assiduo semp exercitus: ad extremum morti proximus: uenatu etiam lassitudinem senectutis atq; incōmoda refouet. Mirum dictu: in rege præsertim litterato: nec a studijs meliorib; abhorrēte: sed gentiliciū hoc illi erat: ut perhibent: sitq; gentiliciū: sinite. Neq; hanc gloriā Gallis Itali eripiant: neq; uelit de uanitate contendere. Nā & si errore seposito in rem ipsam figis oculos: seminobilium ultimi ordinis exercitium hoc uidebis: quos a rebus arduis corpor quidam & ignauīa comes diffidentia: ab humilibus aut̄ pudor ac superbia dehortantur ac retrahunt. Ad honestum igitur nihil idonei syluas colunt: non uitam solitariam acturi: cui non minus q̄ politicæ se ineptos sciunt: sed feris ac canibus & uolucris conuicturi: quod non facerēt nisi illis similitudine aliqua iuncti essent: qui si ex hoc uoluptatē quandam seu solam temporis fugam quærunt: utcūq; stulti uoti compotes forsan euaserint. Sin: nescio quā seu ingenij seu magnificentīæ gloriā aucupār: errāt. Quænā quæſo nō principib; mō sed ingenuis ē glia moechanic: imo & seruilib; delectari artib; atq; negocijs: Vna hoꝝ excusatio: Nā qui liberalib; studijs: quæ maiores coluerūt sui: atq; oīno lris indixerūt bellū: quonā poti; q̄ ad hostilia castra trāsturgerēt: Sed pudebit forsītā si ad antiq̄a respiciāt seq; cū maiorib; metianē ac cōparēt. Sæpe qdem legere potuerūt & Platonē philosophantē: & Homeꝝ poetantē: & Tulliu orantē: & Casarem triumphantem: uenantem puto nō legerint.

## De numeroſo Famulatu: Dial. XXXIII. ¶ Gau.

**M**agno circū uehor famulatu. ¶ Rō. Obsideor dicere uoluisti. ¶ Gau. Magnus circūstat ordo famuloꝝ. ¶ Rō. Dic q̄ hostiū: a quibus q̄ nihil est duri: nequeas ca

uere: q̄ latebras dom⁹ introspeciāt: prodātq; cōsilia: quæ nouerint ut effundāt: quiq; præter furta cōtinua: q̄ nulli unq; accidit obfesso: uestiēdi tibi iterim pascēdiq; sint: inq; ipsis penētralibus habendi: Durum ac dubium belli genus: pace carens & inducjs: ubi sub tuis signis hostilis muros habet exercitus. **C** Gau. Serui mihi multi sunt. **C** Rō. Multi serui: multa lires: multaq; discordia: multa deniq; bella domestica: quoq; uel spectator foed⁹ uel laboriosus cōpositor sis oportet: Interq; reos & accusatores medius seruis tuis seruias: iudex factus ex domino. **C** Gau. Multos seruos habeo. **C** Rō. Curiosissimū aīal seruus ad inquirendū negligentissimū ad obsequēdum. Quid agas & quid cogites nosce uult: qd iubeas ignorare. **C** Gau. Seruos multos habeo. **C** Rō. Melius pauci seruiunt q̄ multi: siue ideo q̄ gratū obsequiū turbam uitat: siue q̄ ubi multi sunt: alter alterius aspiciens manus quiescit: laborem fugere ut industrijs pudor: sic inertibus gloria ē: q̄ ita esse norunt oēs: nullus consulit: Nemo est qui non multitudine delectetur. **C** Gau. Mihi multi serui domi sunt. **C** Rō. Vbi serui multi: multus strepitus: pauca seruitia: & secretū nullū. Quot seruoꝝ linguæ: tot præconum tubæ: Quot seruoꝝ aures atq; oculi: tot domoꝝ rimulæ: quibus illa etiā quæ ī fundo sunt facile dilubant. Pertusum uas ac futile: seruilis animus: nihil cōtinet: quicquid infuderis mox effluet. **C** Gau. Multos seruos domi habeo. **C** Rō. Multos sibilos: linguas uiperas domesticæq; pacis uirus abditum: multos q; profundos & capaces uentres ac lubrica guttura: procellā aula: thalamo dedec⁹: pestē penu uoraginēq; perpetuā. Paucos seruos bene regere difficile est: multos ipossibile. **C** Gau. Multi mihi serui domi sūt. **C** Rō. Melius solitudo tibi esset: Nihil est peius q̄ dū malæ qualitātē reꝝ quātitas adiuuat aut numeroꝝ: Pauci serui mali: multi aut pessimi. **C** Gau. Multi mihi seruiūt. **C** Rō. Recte quidē si pmissio & res ipsa quæ promittē unū essent. Nunc inter utrāq; quid intersit: sentiunt expti. Promittunt fateor: promissiq; deos testes uocant: ne soli scilicet solos fallāt. Exige aut pmissi si dem: nulla erit. Multum esset & abunde fidei satisfactū: modo ne uiolarent: neue afficerētur iniurijs: quibus est obsequiū promissum: Nunc pmississe sat est: quid q̄ præter seruiendi uotum omniū q; noticiā profitent: ubi ad experiētiā uentū est norunt paucissima: uolūt nihil nisi quod ueter soporq; suaserit ac libido. Nil humilius nilq; abiectius horum ingressu: nil insolentius nilq; infidius pgressū: nil inimicitius demū nil odiosius eoꝝ egressu. Durum est cogitare ne dicam pati: ut p dominorꝝ domos inflati elatiq; ambulāt: seruitiūq; polliciti dominiū usurpāt exercētq; tyrannidē: & quasi ad uastādum cōducti: nō tantū deuorant uniuersa: sed spargūt gulāq; largitionibus adiuuant: de alieno prodigi: auarissimi ad rapinam. Quos si quādo ad se pudor aut necessitas reflectit: ut se seruos esse meminert: q̄ superbe q̄ querule quātoq; cū murmure seruiant: quis ignorat: ut merito possit non precio emptū modo: sed gratuitū quoq; seruitiū huiusmodi fastidiri. Ad extremū qui clādestinas domi agebant: ubi limen excesserint cū inuisis dominis apertas inimicitias linguis agūt: armis si liceat acūri. Et si quis hoꝝ fortasse conuictijs abstinet: nō id prioris amor domini: sed sequētis timor efficit: cui ob hoc uilis suspectusq; fieri meruit de se similia coniectanti: Quibus ex rebus nisi oculos timor obstrueret: sole clari⁹ cerneretis quāto sit sati⁹ omī tali seruitio caruisse. **C** Gau. Vtrumq; mihi latus serui ambiūt. **C** Rō. Serui noīe: re ut dixi hostes acerrimi atq; impij: & absq; his uiuere superbia uestra nō potest: Inq; hoc ut in multis malo uestro miseri gaudetis: In hoc maxime diuitias opratis: In hoc terras & maria pererratis: In hoc aurum & cumulatis & spargitis: ut acies hostium uestroꝝ dēsior sit indies atq; munitior. An fortasse non ita est: an aliud concors diuitum habet opinio: Nulla fere alia re mediocris fortunæ bene institutam domū opulentissimæ Persarum aut Lydorum regiæ cedere: cum in multis excedat: q̄ q̄ illa plures pascit & lautius. **C** Gau. Seruorum me circumfusa tegit cohors. **C** Rō. Immo sub obtētū seruitij urget & cōprimit sonorisq; cōpedibus uincū trahit: ut & tibi iure optio dici possit: Quid fecisti miser: ut tot custodib⁹ idigeres: **C** Gau. Serui me undiq; circumuallant. **C** Rō. Nulla fugæ nulla spes igitur est salutis. Malo quidē suo pertinaciter delectari: desperatæ demētix est. Atqui ob hoc unū & optāda pauptas & amāda erat: ut cum certis opum malis nexibus: tū uel maxime te seruoꝝ dolis ac fastidio liberaret.

## De Magnificentia Aedium: Dial. XXXIII.

**C** Gau.**A**

Magnificentissimæ mihi sunt ædes. **C** Rō. Quid hic dicam nisi Tullianū illud: Ornanda est dignitas domo: non ex domo tota quæreda: nec domo dñs: sed dño domus honestada. **C** Gau. Ornatissimæ ædes sūt. **C** Rō. Quid hinc tumes: Architecti laus est nō tua. **C** Gau. Aedib⁹ aplissimis habito. **C** Rō. Vbi fures latitēt: tu uageris: serui

ui luxuriē: uulg<sup>9</sup> hæreat: liguriāt pasiti: multiplicē tādij capax loc<sup>9</sup>. ¶ Gau. Maximis ædi-  
 b<sup>9</sup> habito. ¶ Rō. Vna ē urbiū & domoꝝ lex: Nō statim mel<sup>9</sup> habitat q̄ lat<sup>9</sup>: neq̄ em̄ q̄ la-  
 te habitas: sed q̄ læte requirit ad beatā uitā. Sæpe uel in palatijs regiū labor dolorq̄ habi-  
 tāt: uel in tugurijs inopū quies & gaudiū: q̄ si amplitudo domus aut forma præstaret: no-  
 bilissima artiū esset architectura. ¶ Gau. Regijs ædib<sup>9</sup> habito. ¶ Rō. Quali ōo curas mor-  
 bosq̄ locus arceat: siue adprehendenda turrium fastigia mors egeat scalis. Nonne in regia  
 Tullus hostilius habitabat quando ictus est fulmine: In regia quoq̄ Tarquinius Prisc<sup>9</sup> qm̄  
 percussus est ferro: In regia deniq̄ superbus: quādo pulsus est regno: Nullus locus piculis  
 inaccessus: nullum limen morti clausum. ¶ Gau. Habitatio mihi propria atq̄ perpetua est.  
 ¶ Rō. Immo uero parui temporis incolat<sup>9</sup>: Instat dies cōmigrandi: Ciuem fingis: aduena  
 es: conductoq̄ habitas: Veniet qui te nudum laribus his exturbet. ¶ Gau. Clara quidē &  
 angusta dom<sup>9</sup> est. ¶ Rō. Hinc digresso fusca erit & angusta: Sed & nunc si uerē domum tu-  
 am respicias: obscura & arta illa prorsus & caduca est: quæq̄ indies tantis adminiculis uix  
 sulca subsistat: assidue fatiscens casusq̄ sui nuncia: & quæ certe nec a ruina ultima longe sit:  
 nec interim generosum incolam deleat ut dom<sup>9</sup>: sed angat ut carceri ubi moras oderit: un-  
 de optet absolui. In nunc ergo uel alienis ædibus: uel tuo carcere gloriare.

## De Arcibus ualidis &amp; munitis: Dial. XXXV. ¶ Gau.

**M**unitissimis arcibus habito. ¶ Ratio. In ædibus aliquid boni est: In arcibus mali  
 multum. Illæ protegunt ab æstibus: a uentis: ab imbribus: hæ animum possiden-  
 tis sollicitudinum procellis obijciunt & securitati politicae curas afferunt & pa-  
 uores. ¶ Gau. Arx mihi praua ualidis mœnibus cinctā est. ¶ Rō. An excidit illud Spartani  
 dictum: qui amico patriæ muros ostentant: Si hos inquit fœminis extruxistis: recte quidē:  
 at si uiril turpiter. ¶ Arcem hæbeo fortissimam. ¶ Rō. Quid nisi impatientia & superbia &  
 auaricia uestra fecit ut arcibus opus esset: Quanto esset honestius æquo iure cum hominib<sup>9</sup>  
 uiuere: & in plano cultisq̄ in agellis habitare quietos carpentē somnos: q̄ te rupibus hispi-  
 dis inclusisse: nocturnis excubijs ululante: teq̄ tua miseria suspectū & iuidiosū oibus reddi-  
 disse: An & Publicolæ factū excidit: qui q̄uis inter primos urbem Romam seruitio regio  
 liberasset: sentiens tamen se situ ædium suspectum plæbi: ut seipsum licet indigna suspiti-  
 one liberaret: domum suā de mōte deposuit. ¶ Gau. Arx inexpugnabilis est mihi. ¶ Rō.  
 An illud uetus prouerbium nō audisti: Nullum inexpugnabilem locum esse: in quem asel-  
 lus onustus auro possit ascendere: Trahit oppugnationem arx munita nō impedit. Restitit  
 aliquantulū Senonū insultibus arx Tarpeia: Pœnoꝝ Tarentina: donec utriq̄ oportuno re-  
 medio succursum est. Illi Camillus affuit: huic Fabius. Sed an gemina arx Locrensis ab ip-  
 so defendi quiuit Hānibales: Profecto nec Iliion ipsum: nec Byrsa defendi potuit: nec Corin-  
 thus: quæ una peruetustam inexpugnabilis famā habuerat: sed hæc sibi Mumius uictor eri-  
 puit. Nōne ante hos septuaginta annos Prænestina arx: qua nescio an ulla usq̄ fortior esset  
 atq̄ munitior: ab illo magno hoste: quia armis non poterat: blanditijs ac pmissis fallacib<sup>9</sup>  
 capta fuit ac diruta: & uix tandem uelut e longæua febre fragilior resurrexit. Ad summā nil  
 inexpugnabile: tutum nihil ab humanis fraudibus est. ¶ Gau. Arce subnix<sup>9</sup> munitissima  
 nil timeo. ¶ Rō. Arces pestiferam multis confidentiam præbuere. Multi qui tuti sine arcib<sup>9</sup>  
 in pace uixissent: arcium fidutiā ausi sunt: unde ipsi in arcibus periere: ut illic potissimū au-  
 dacia domaretur unde orta erat. Non sunt ad audendum irritandi animi sed frenandi. Oīs  
 magna securitas: nisi quæ de deo orit<sup>9</sup>: stulta est. ¶ Gau. Habito in arce munitissima. ¶ Rō.  
 Ut sit aliquid arx hæc tua: quid est aliud quæso q̄ refugiū quoddā: & degeneres latebræ ad  
 perferendā obsidionem: quod ut ait Liuius: miserrimū est in bello. Quando unq̄ audiuiti:  
 ubi unq̄ legisti Iulium Cæsare: utrūq̄ Africanū: magnū Pompeium: Marium: Alexandꝝ:  
 Pyrrhum: Hannibalem: aliosq̄ uiros magni nominis sese arcibus continentes: & non poti-  
 us arcibus insultates: Arces scito non receptacula fortium sed inertium esse latibula. Certe  
 hac ætate Stephanus Columnensis æui omnis illustribus uiris par: cum in eius auxiliū ad  
 famā sui nominis uenisset nobilis quidā uir externus & incognitus: essentq̄ die quadā gra-  
 ui & ancipiti prælio & ingenti turba hostiū circūuenti. Ille periculū uidēs accessit prop<sup>9</sup>: &  
 ubi inquit O Stephane arx tua est: Ille subridēs: ut qui nec domū p̄priā quidē Romæ habe-  
 ret: manu ad pectus apposita: Hæc quidē inquit arx mea est: Vocē suo auctore dignissimā.  
 Sic est autē: Sacti & deuoti uiri oēm spem ī deo habēt: Iusti ac politici in ōtute: Fortes & bel-  
 licosi in armis: Timidi & ignaui in muris atq̄ arcibus.

## De Supellectili preciosa: Dialogus XXXVI. ¶ Gau.

**A** **I** Nampla domo supellex eximia est. ¶ Rō. Superuacuo in spacio pōdus inutile. In la furibus latebras dabit: hæc prædā: Vtraq; periculū tibi: alimentū incēdio atq; liuori. ¶ Gau. In domo speciosa supellex copiosa est. ¶ Rō. Illa cum te loco moueris deserenda est: hæc si uti uolueris sæpissime transferēda est: & plus difficultatis allatura q̄ uoluptatis: & pl<sup>9</sup> oneris q̄ honoris. ¶ Gau. Multa mihi uarij generis supellex domi est. ¶ Rō. Iuge bellū: nō cū furib<sup>9</sup> mō: sed cū murib<sup>9</sup> tineisq; & aranæ: & rubigo fumusq; & puluis & imber in uos dimicāt: O diuites delicati quibus armis hos hostes arcebitis: ¶ Gau. Preciosissima est supellex. ¶ Rō. Nō rei preciū sed contēptus diuitē facit: Alioqn & quærēdo cupiditas crescit & paup̄tas cupiendo: Ita fit ut nihil magis inopem faciat q̄ auari opes: quarū si æstimatio exacta ueriq; iudicij sequax contēptus accesserit: ea demū ueris diuitijs ꝑa est uia. Ego te diuitē dū uana miraberis nō putabo: q̄uis aurea stellantiq; gēmis ardentibus tectū omē supellectili opertū refertūq; tibi uideam. ¶ Gau. Inuidiosa supellex & præfulgida est. ¶ Rō. Pro captu oculorū seu forsitan aiorū: uere autē onerosa rez; colluuias ac turbida: Sed auaricia nihil usq; ieiunius: nihilq; miserius: cuius famē & quærēda excitant & quærēda non sapiūt: dū quæ sperata fulgebāt: possessa sordescunt: Ita q; sæpe diuitias dū quærēda putaueris: sollicitudinē & nausēa quærēda. Hæc nūc tibi charæ sarcinæ: si uel chariores aliæ se ostēderint uel stuporē assiduitas dempserit: uiles erunt. Esto autē charæ sint & maneat stupor: nō ne etiā error manet: isq; difficilis atq; ppetuus: Siquidē quærēdi studiū unū fuit: seruādū labor est multiplex: Nūq; deerit qd̄ reuisas: quod numeres: qd̄ cōplices: qd̄ excutias: qd̄ abstergas: qd̄ oculos simul & mulceat & offendat. ¶ Gau. Supellex immēsa est. ¶ Rō. O hominem qui impedimentorum suorū magnitudine delectat.

## De Gemmis &amp; Margaritis: Dialogus XXXVII. ¶ Gau.

**A** **G**emma: fulgor & species delectant. ¶ Rō. Rerum fateor terrestriū & mortaliū uanitatis pars nō ultima: exiguo in lapillo patrimonia magna claudentiū: cui<sup>9</sup> precium instabile & incertū q̄t dieq; uariū: qd̄ & sola mercantiū fama & diuitū insanorum credulitate dependeat: unde diu spreta inopinis precijs attollunt: & gemmarū famosissimæ subita premunt ifamia: Nescio quibus notis erūpētibus: nō tā ipsis de quibus agit in rebus: q̄ in opinione hoim ista callentiū. Præclara quidē illa prudentia: quæ neglecto cultu dei atq; animi: & utriusq; noticia inter noscēdis lapidū uenis inuigilat. Sed sic est mos. Neq; nunc primū in precio sunt: qui his precia uafre fingunt: Vera em̄ precia uel nulla sunt penit<sup>9</sup> uel ignota. ¶ Q̄ uero piculosa uanitas: q̄ tremulū: q̄q; anceps iudiciū: ipsos inter artifices facile est iudiciū: memoria repetentis id qd̄ nuper accidit: ut perbreuē gemmā: Carbūculus is erat: decem milibus aureorum ille uir fortunæ maioris q̄ ingenij: cum emisset: diu se cūctatum fuisse iactabat q̄ naturalem & communem modum fulgor excedens suspitionem faceret: eius artificij peritissimo cuidam: cuius consilio utebatur: nō ueram gemmam esse: sed uitrum aliquod seu quiduis aliud in eam speciem: non natura genitum: sed nescio qua supernaturali & mira quadam arte confectum. Quæ quidem hæsitatio: quid nisi confessio quædam erat uitrum tale uisui pulchrius esse q̄ gemmam: q̄uis forsan illa solidior sit: De hoc tamē ipsi iudicent: qui uel in hoc quæstu pecunias alio uertendas honestius: uel in hoc cognitu melioribus debitum tempus perdunt. ¶ Q̄ si dicta cūctatio iusta fuerit: quid hinc sequitur: quis non uidet: quænam scilicet ambitio: & quanta sit cæcitas non rei formam ac substantiam: sed nudum nomen tanta mercede captantium: ¶ Gau. Nil mihi gemmis est charius. ¶ Rō. Credo Hercle: non uirtus: non fama: non patria: non uita ipsa: Vtq; illa duo sileam quibus uobis nihil est uilius: Duo hæc ultima: cumq; his diuitias ingentes & quicquid preciosissimum iudicatis: unius gemmæ precio atq; amori succubuisse monstrabo: & exilio illā & inopia: & si ita res tulisset morte seruata. Cui enim quæso nō est notum Nonij cōsiliū: Romanus hic Senator fuit: uir locupletissimus: gemmamq; habuit uiginti milibus æstimatam: gemmæ nomē Opalus. Mittit hunc India: colorum pene omniū uarietate præfulgidū. Huius fama excitata accēsusq; cupidine Antonius triūuir: homo oim supbissim<sup>9</sup> atq; auarissim<sup>9</sup>: & cui qd̄ natura libitū: fortuna licitū fecisset: cū iusto gēmā desiderio: ut sit: crudele possessoris odiū cōcepit: hinc in illo publico pscriptōis incēdio: q̄ tot patriæ lumina perire: Nonij nomē arsurū cū reliqs; ob hoc unū crimē: q̄ formosæ tyrānoq; placitæ dñs rei eēt: insertū est. Ille autē cui pōtic<sup>9</sup> saltē fiber exēplo eēt: ut pnciosæ iactura sarcinulæ libertatē redimeret: ac salutē illā ipsā sibi ut auguror pnti discriminē chariorē sic amplex<sup>9</sup> aufugit: ut ea sal

## De Gemmis: DIALOGUS XXVII.

ua: nulla sibi uel patrimonij uel patriæ cura eēt: cū illa paratus exulare & mendicare & ad extremū mori: Quis non magni æstimet ad quā uir senatori⁹ sic affect⁹ sit: Et pfecto fatendū altæ: aut magni precij eā fuisse: aut pui animi possessorē. Sed qd horū uerius: ut diffiniā nō expectas. Et si autē huius ac reliquorū simile iudiciū seu contagiū animorū late serpens uulgi mores infecerit: magna tamen ingenia nec nūmis delectari: nec omnino alia q̄ uirtutis pulchritudine tangi decet: nisi ut p hęc breuia quæ delectant oculos: expecta mens in amorem ac desiderij æternæ pulchritudinis rapiat: quo de fonte quicqd est pulchre prodit. ¶ Gau. Excellētibus gēmis allucior. ¶ CRō. Hanc excellentiam nō natura fecit sed opinio: quæ apud quosdā Carbūculo palmā dedit: apud alios Adamāti. Illa uulgo ac plarisq̄ gēmarijs aui huius æstimatio: Ista ueteribus quibusdā reꝝ scriptoribus p̄batur: scđm quos non modo gēmar: sed reꝝ omniū terrenarū preciosissimus Adamas: regū olim atq; nō omniū sed præcellentium gēma fuit: hodie quia nullius rei tantū & tam uelox q̄ luxuriæ ac supbiæ incrementum est: multorū nō regū etiā esse cœpit: & iam plabis in digitos sessum uenit. Huc proximam Indicā atq; Arabicā Margaritā locāt: & huic itidē Smaragdū: nescio quidē qua ordinis iniuria: Nam si illorum rubor pallorq; gratus est: cur non æque horum cādor uiroꝝ oculis blādiat: iustiorq; nūc etiā Saphyri quærela: quo uix aliud terra parit celo similis serenoꝝ Verꝝ: ut dixi: furor hic hominū nō natura nobilitat: diuitū nugæ inanes: atq; ociosorum fabulæ: qui facile ista contemnerent: si quo unq̄ honestiore pacis aut belli negotio tenerentur. ¶ Gau. Fulgidæ animū mouēt gēmæ & suauiter candidæ margaritæ. ¶ CRō. Mouent ais: imo sternunt: calcant: molliunt: & eneruāt. Qua de re: si pergā uiroꝝ ac mulierū exemplā cōgerere: non te doceam sed obtundā. Vnū ex omnibus & id maximū attingā: ut intelligas q̄ piculosus iste furor sit infirmioribus animis: qui eminentissimos fortissimosq; peruaferit. Magnus Pompeius continentissim⁹ Romanorū ducum: horū dico nouissimorū: qui quantū magnitudine gestarū reꝝ ceteris antecellūt: tantū modestia uiroꝝ uitæq; frugalitate maioribus cedunt suis: uictor ab hispania pacato rediens occidente: compressisq; prædonibus & in unū coactis locū: cui conuenarū nomen ob hoc inditū in sæculū id durat. Illic Pyreneis in montibus locorum forsan asperitate modestia adiuuante atq; ætatis uictoriaq; superbiā compefcente: masculuū trophæum purāq; & rigidā sui oris imaginem erexit: uere tunc magnus atq; magnificus: q̄uis adolescens annis: moribus senex maturusq; animi. Idē postea captis piratis: & oriente perdomito: quasi cū loco mutatus ac tempore æque alia parte orbis ipse alius reuersus: non militarē sed foemincum seu diuinū potius in morē uultus suos iam uiriles ac solito molliores: nō ære fictos aut marmore: sed insuetis atq; exquisitissimis margaritis in triumpho tulit. Exprobratio non leuis: eoi fastus unū in caput expositi: nō sine insultatione quadā uictoris omniū populi atq; excusatione principum sequentiū. Quid non em̄ a tyrannis Roma iam serua pateret: quæ libera ciuis amantissimi talē hanc insolentiam aspexisset: Neq; reliqua triūphi illius humilia magis aut sobria: non arma & equi domitarum gentium: ut mos erat: non captiui memorant aut currus aut phalera: qđ uilissimum in eo legimus: aurum fuit: gemmæ omnia & margaritæ. Inter multa alueus ingēs ibi: & ingentium thesaurorum ordo bicolor: ita ut singulæ gemmis e singulis cōstarent: & uasa aurea & uestes & statua: quin & luna quædam solido ex auro immensi ponderis lectiq; aurei & coronæ plurimæ magnis & cādidis margaritis intextæ. Deniq; mons aureus illic fuit: formæ illæ mirabiles in quadrum ductæ: ceruis ac leonibus & figuris uarijs animantium frequens: necnon arboribus atq; omni pomorum genere confitus ramos aureos gentibus margaritis montis in uertice: hisdem ex rebus horologium artificio ubiq; uincente materiā uolebat: mirabile prorsus ostentū his qui mirari inania didicerunt. ¶ Gau. At his rebus maxime delector. ¶ CRō. Credo id quidē: teq; hunc triumphū & cupide spectaturū reor: & cupidius ducturū: & cupidissime possessurum: id tibi passionati status animi suadet. Crede autem & tu mihi: hęc quæ uisum usq; adeo delectant: semper animæ & sæpe corpori nocuerunt. Illius certe quem loquimur triumphantis gloriæ nil unq̄ magis obfuit: non Thefalicus dies: non Aegyptia calamitas. Ibi enim fortunæ succubuit nō totus: hic uitio totus. Ibi aliena uis: aliena perfidia: hic sua fragilitas sua fuit ambitio. Illic ergo potentiam & uitā: hic animi popularis modestiaq; insignis famam magnisq; laboribus partū magni nomen imminuit. Mirum dictū: tanto uictoriosior contra hispanos bellicosam gentem: q̄ cōtra imbelles & inermes Asiaticos apparuit: eoq; mirabilius q̄ in ipsa quoq; Asia aliquandiu integer atq; inuictus: cum se in templo Hierosolymæ omnium opulentissimo uere erectū atq;

C

D

E

abstinentissimum præbuisse. Ad ultimum urgēti uitio nō restitit: neq; iam amplius uir singularis atq; unicus: ut semp fuerat: sed quasi unus ex multis captus deiectusq; est. Is gēmarū fulgor: ea uis margaritarū: idq; auri pōdus fuit. Vicerat iā ante pari pralio Alexandrē Asia: Sed parū est uitij uictū suis uincere: Illud magnū uicisse uictorē sui. Post quē nullus ferme ducum stetit inter Asiā delicias: quæ in orbem Latium transuectæ: uestra uos in patria uicerunt. Nempe si fateri uerū uultis: ubiq; gentium uictores: Asiatica uictoria uicti estis. In nūc & amicas oculos: animorū hostes & uictrices uiroꝝ fortium gemmas cole. ¶ Gau. Gemmis delector ardentibus. ¶ Rō. At hic uarijs: ille pallētibus: multiplex appetitus: una uanitas. Audisti ut Pyrrho illi qui cum Romanis bellū gessit: Achatē fuit lapis olim preciosissimus hominū iudicio: nūc eodem quo precia rebus fiunt uariante uilissimus: In quo quidē species rerum diuersarū repræsentari solere oculis fama est hoīm: iumētōꝝ: fluminū: nemorū: uolucrum: ferarumq;: nulla penitus manu artificis sed naturæ. In illo sane regio: ut Solini uerbo utar: non impressis sed ingenitis figuris musæ nouē: & Apollo erat choræ nobilis citharista: sparsis ita nexiq; inuicem gēmarū notis: ut tot imaginū in tam paruo spacio unaquaq; suis discerneret insignibus præclaris ut res erant anulus: addiditq; gratiæ regis nomē: Pluris em̄ fuit res illustriū. Sed quid oro illi cōtulit Achatē suus: an bello inuictū: an nō dicam morti: non hostili gladio: sed saxo qđ fœminea etiā torsit manus: exemptū fecit: Quid inq; uel hunc Pyrrho p̄fuit habuisse: uel hoc nouit caruisse Fabritio Curioq;: quibus ille uictus atq; Italia pulsus est ducibus: Affirmare aulim neutri horū unq; sessurū animo fuisse: ut horrentem galeam rigidumq;: nec auro nec gēmis insignem gladiū anulo regio p̄mutaret: Sic mollia quæq; despiciūt uiri fortes. Quomodo uero anulū regis ambirēt: qui sola uirtutis fidentia regem ipsum: & regias opes regnūq; contemplerant: Cōtra autē uos animorū diffidentia cuncta miramini: & quasi beatos factura cōcupiscitis: uirtus sola cōtemnit. Est & gēmarū alterius fama uetustior: quā Samiorū tyrannus Polycrates habuit: ferunt fuisse Sardonicē. Is lapillus inter multa preciosa ditissimi hoīs preciosissim⁹ habitus: q̄ obrem qui nihil unq; sensisset aduersi: palam obsequentis & clanculū insidiantis fortunæ inuidiā placaturus: nauigio in altum prodijt: anulūq; ipsum in quo gemma erat: manu p̄pria demersit: uel sic saltem semel doliturus in uita uisus sibi callide transegisse cum fortuna: si tot lætis hoc unum triste pensaret. Illa uero nec falli facilis nec mulceri: mala bonis æqua lance componēs: plusculum exigebat pro diuturno fauore breue quidē sed prædurū: ut qui p̄ omnē uitā fœlicissimus sibi atq; alijs uisus esset: in morte miserrimus uideret̄ essetq; miserrimus: hinc uitij: hinc supplicij om̄ibus unū caput urgētibus. Itaq; uelut oblatū respuēs: O fortunæ ludos: Pisce quodam internuncio qui tūc ore anulum excipiens captusq; ilico mensæq; eius appositus fuerat: anulum illi suū sine quodā spectantiū stupore restituit. Eam gemmā multis post sæculis Augustus Cæsar & precio tact⁹ & miraculo: insertam aureæ coronæ ad ædē Cōcordiæ dedicasse fertur. Hic rursus interrogo: quid hoc uel tyranno profuit habuisse patriam affligenti: uel Pythagoræ obfuit caruisse cōmunem sibi cum illo patriam & domū propriam: & amicos morum eius odio relinquenti: Nempe tyrannus ille patibulo affixus omnium iudicio: cum summū supplicium pateretur: maiore etiam dignus erat. Iste philosoph⁹ in pace obiens pro deo cultus: domus eius pro templo habita est. Tantū inter illius gēmam atq; huius pallium interfuit. Neq; uero seu Polycrati tunc Sardonicus ille ne morsu uolucrū semelus in cruce marcesceret: Seu mō Ioāni Gallinarū regi: ne acie uict⁹ in man⁹ hostiū pueniret: su⁹ ualuit præstare Carbūcul⁹: quē die illa i digito ei⁹ inuentū ereptūq; sibi: & post an nos ab amico quodā orbe alio redēptū remissūq; cernere fuit ac tãgere rē precij ifiniti. Sed null⁹ efficaciam nulliusq; operæ: nisi cui⁹ & reliquæ id gen⁹. Gēmas em̄ lucidas nō nego ne sen sui contradicā. Nego utiles: nego ullā uim habere: nisi illā quæ uulgo etiā ferē: Possunt seras auarorū q; diuitū cōfringere atq; arculas exhaurire. ¶ Gau. Vtūq; in precio sunt gemmæ: hæc animū delectant. ¶ Rō. Atqui dementiæ summæ est multā curā reb⁹ impēdere: quæ & si aliquid uideatur: in se nihil sunt. Hoc est enim errore oculorum ac præstygio delectari. Quid in his laboras: quæ: non dico fœlicitati non conferunt: sed nec miseriæ detrahūt præsentēs neq; contrariō abeuntēs. Et si multa equidem hic a multis & mirabilia scripta sint: non ueritati rerum neq; utilitati legentium: sed stupori operam dantibus: precipueq; a magis qui his nugis libros integros implere: tantum erat ocj; potuerunt. Mihi tamen hac in parte cum Plinio secundo plane conuenit & scripsisse eos: Ego quoq; non sine contemptu & risu generis humani: arbitror: ut & stultam credulitatem uanis opinionibus implicarent

F

G

& seipfos nostris ineptijs oblectarent. ¶ Gau. Delector gēmis quibus credibile est aliquam uim inesse. ¶ Rō. Quā illa sit audisti: ut si alia: quantula tamen illa: est mercatorū ac scriptorum collata mendacijs: non graia tantum arte confictis: sed uestra etiā assensione auctis atq; firmatis: quæ multo est satius uel prudenter arguere uel magnifice cōtemnere: q̄ calle re omnia gemmarū precia uirtutesq; & uitia. Hic em̄ a Plinio: cuius multa placent: ualde dis sentio. Ille quidem falsas deprehendendi artes seu noticiā quandā pollicet: quādo inquit etiā luxuriam aduersus fraudē muniri decet: Mea uero sententia nō munierida neq; armāda luxuria est: sed inermis & sola circulatorū inter armatas acies deserēda: ut circūuenta sapius & illusa: q̄n aliter nō potest saltē damnis & fraudibus castiget.

## De Gemmarum poculis: Dial. XXXVIII. ¶ Gau.

**I**uat gemmis bibere. ¶ Rō. Cauari gemmas ad pocula: luxuria uetus est: Non uirum modo rem fragilem ac profecto pulcherrimā mundissimāq; despiciens: sed argentum ipsumq; auz; humanæ olim cupiditatis ultimam metham: Inuentūq; aliquid quo auariciā luxus excederet: non sat digna magni mali causa. Vidit hoc Poeta: dū diceret: Hic petit excidijs urbem miserōq; penates. Malum ingens nec iusticiæ tantū sed hu manitati obuium. Et ut scires unde ortū: addidit: ut gēma bibat. En ciuiliū par furorum causa: ut cum calix argenteus diuino cultui satis esset: aureus humano uisui par sit: nisi pre cium faciente periculo: gemmæ etiam peregrino artificio excauent: quibus bibat infelix ho muntio: & polluta mendacijs atq; spurcitijs labra iucundius applicet: res & potui incōmo da uoluptate interpellante metu & apparatus operosa: & custodia difficilis & saluti anceps & uenenis aptissima. Veꝛ; nanq; est illud alterius poetæ: Nulla aconita bibuntur fictilibus. Tunc illa time cumi pocula sumes gēmata. ¶ Gau. Gemma bibere gloriosum reor. ¶ Rō. Superbia dum se attollat: nec descensum cogitat nec ruinā. Chare libētius bibitis q̄ se cure: ambitiose q̄ sapide. Sic uitia uitijs uincuntur: & gulam parcius aliquanto sollicitat uini sa por: q̄ insolentiā cyphi color. Obstupescitis ad gēmarū radios: hunc stuporē nullo non pre cio æstimandū arbitramini: non tantū pecuniæ sed uirtutis. Nōne em̄ ille Virgilianus euer for patriæ: hociuso de quo loquor precio gemmam quarit: Iusticia seꝛ; & pietate properās: his amissis illam adipisci: & ut gemma bibat ciuem atq; hominē obliuisci. ¶ Gau. Libēter gemmatis utor poculis. ¶ Rō. Est fortasse alia desiderij tam Intensi radix: neq; solus fulgor allicit sed aliqua latens uirtus. Nam quis omnes gemmarū uires atq; uirtutes explicet: Ita dico: si omnī quæ de his dicunt aut scribunt: pars septima uera esset: sed nec septuagesima uera est: neq; profecto centesima. Q; si ut Plinius ait: nulla fraus uitæ lucrosior: quis miret si & nulla numerosior: Nō q; gemmarū q; cæterarū reꝛ; crebrior sit contractus: quippe quas raritas preciosas facit: sed q; nusq; rarior est ueritas: neq; enim alicubi uel experiendi minor copia: uel maior licentia mentiendi: uel mendacij fructus uberior: uel ipudentia liberior: uel consuetudo frequentior. Q; si quid prorsus ex omnibus uerum est: an illud forsitan uerum erit: quod & magorū auctoritas: & super illā fundata uulgi habet opinio: Ebrietati resistere Amethistos: Parum ne igitur causæ sit: cur ebriosorū poculis hæc gemma deseruiat: Ludo tecum. Sæpe ira iocos parit: Nempe ut hoc uni tribuant: quid aliæ meruere: nisi q; uoluptatis ingenium fuit: ut cum gustu bibentis delectet uisus: atq; hinc illinc sensibus delinitis am bitiosior lætiorq; sit ebrietas. Hæc ni fallor & uerior rei huius & certior causa ē: cū in reliq; tum in hac ipsa quæ aduersus ebrietatem quasi belli dux eligitur: de qua triumphare sobrietas sola potest: Vti uino modico: iuxta illius cōsultoris optimi sententiam: eoq; ipso nō ad uoluptatem sed ad utilitatem & stomachi ægritudines depellendas: Vino inq; exiguo & fragili lymphisq; pdomito: Meri aut potētis icendiū atq; impetū: seu fuga euadere: seu aquarū diluio extinguere ac frenare: Scire & meminisse in uino magno ac feruido potuq; crebro & nimio: multam pudoris ac doloris poenitentiaq; materiā inesse: eā quocunq; te uerteris oculis ingeri: neq; a quoq; sanæ mentis posse dissimulari. Hæc sunt arma contra monstrum illud utilia. Quis hic Amethisto seu gemmis omnino ullus est locus: Mentiti sunt id magi: fuerūtq; qui crederēt: ut hoc spōsore sobrietatis itrepidi biberēt. Perfide quidē magi atq; impudenter ut plurima: stulte credulum uulgus ut omnia. Summa igitur rerum est: nihil aliud uobis hanc reliquaq; conciliat: q̄ uoluptas difficultatibus excita & incensa: sed multo maxime supbia & cōditionis obliuio: timorq; animi lætifer: quo cū nil peius sit hominum uitæ: miror quid ita nil gratius: nō dico uirtus bonū ingens uestro uili iudicio: sed nec uita ipsa nec salus: nō securitas: nō opes: nō deniq; uoluptates: hsdē uobis extimatorib; sūmū

A

B

C

## De Gemmarum signis: Dialogus XXXIX.

bonum. Cuncta hæc uni cessere superbia: Hæc præter cætera uos gemmarum cupidos fecit: quæ semper inutiles: sæpe damnosæ sunt: necessariæ uero nunquam. Hac hortate igitur effectum est: ut occupati semper ac trepidi sed exculsi domorum: mensas templorum instar altarium habeatis aut reas atque gemmatas: hostiæ ipsæ purpureæ ac uittatæ: auariciæ luxuriæque ambitiois atque superbiam cultus expositæ: quæ in uos omnes ac singula sæuiunt: primas sibi partes: ut est dictum: uendicante superbia. Auaricia quippe quod nomen sonat: ut cunctis fortassis auro contenta quiesceret: Luxuria epulis & uoluptatibus suis: Sola superbia non quiescit quod diu aliquid supra se uidet: ut quæ ab initio rebus deo par esse temptauit: hæc eadem uos cogit laboriose gemmas querere studiosèque uel necere uel cauare: ut prodeuntes sedentesque in foro inque conuiuio radiantes ac stellati: cælo semper inuidiam faciatis. Hac duce igitur: ut ad rem redeam: in habitaculo & in ueste ciboque & potu: & rebus omnibus quæ humanæ necessitati seu iucunditati inueterant: speciosum aliquod fulgidumque periculum miscuistis: eoque crescendo malum prodijt: ut ex gemmis: non modo iam pocula: sed pelues ac lebetes & mortaria & athena conspiciamus: **V**icitrix plaude superbia: gemmea pocula requirebas: Omne tibi ex eadem materia uasorum genus tui offerunt ministri. Neque iam minus est commune: gemmam hos in usus que in usum frugum terram fodere: sic consuetudo facta est uobis: quæ luxuria maioribus uestris fuit. **G**au. Crystallinis poculis libens utor. **C**Rō. Parco iam gemmis: concreta illas glacies excusat. Nescio quid plus uitro habens: æque enim frangit & sartiri nequit: nisi quod quasi uero difficilius: & uel de longinquo ueniens: uel quæ propinqua est inter alpium scopulos rupesque inuias & argentes tenui fune pedetibus eruenda: ob eamque rem charior uestrisque cupiditates irritare potestior. Itaque Neronem legis infelici percitum amore: seu damnis ex omnibus crystallinos duos calices forte elisos grauissime doluisse: seu quod alter puto uerior historiae sensus habet: ira feruidum præcipiti: & ætati suæ infensum & posteris inuidentem: ne quis unquam ex his biberet: manu propria collisisse. En fortunæ durioris expiatio: nil inuentum in quo grauius sæuitiæ magister iracundiam exerceret: in crystallum sæuit: qua nullæ tunc sibi delitiæ chariores. Excusatio minus: dicat aliquis imitari principem: sed Neronem sequi nemo bono optauerit. **G**au. Crystallinis gaudeo. **C**Rō. Nec attendis que caduca que fragilis delectatio tua sit: Sed hic mos est uester: naturæ propriæ similia exoptatis cum & imbecillitas uestra firmum aliquid cui hæreret & uestri melior pars cælestis altum aliquid quod spectaret & optare & querere debuisset: utriusque debilia atque ima queritis. Bene autem habet quod murina hodie laucicis excessere. **V**eterum furor incredibilis: eadem illa uictoria quæ peregrina multa uobis intulit: Ipso de quo diximus: triumphante Pompeio in Italia: inque urbem Romam transuectus: ex Asia semel inuile: sed terræ creditu præfertili colonisque impigris. Itaque in breui auctum usque adeo ut murini uisus precium septuaginta uideas talenta: calcisque illius ab amate quodam cupide conuulsis dentibus labæ: & miri amoris mirabilior exitum: ut cicatrix illa nobilitas uasculum: & fama eius: & precij esset augmentum. Non igitur hac in parte luxuria: qua nulli ceditis ætati: neque superbia minor est uestra que maioribus: Sed utriusque subducta materia est murinis: non solum usui uestro deficientibus: sed ignotis pro quibus noua luxuriæ species inuasit. Auellanæ radix ad pocula generosum lignum: ipsumque cicatricibus honestandum: furor nunc præcipuus gallicarum: uenerunt hos in usus nuper arbores aliæ peregrinis nominibus aduenis & notis: alijs atque alijs: sed eadem uanitate ueniuntque: nec ullus erit nouitatum modus: donec uestris poculis murinorum iactantia uicta sit. In uno plane fateor auorum cessistis insaniam: quod illi lucinos nullo usu sola: sed habendi libidine mirabantur: interque delicias numerabant. Unde & Nero ipse non principum modo: sed hominum sauius male dilecte & peius occisæ coniugis: flauos crines hoc sub nomine ceu titulum meditatatus eximium adoptasse legitur carmine edito. Fuit namque quod stupeas trux illud ingenium amicis musis: in quo illos quod aurei uiderentur lucinos suos dixit. O feroces atque infausta blanditiæ decorumque & laudatum caput calce impia ad inferos detrudendum. At uos lucinos & habetis & spernitis: aut certe modestius colitis & parcius aestimatis.

### De Gemmarum signis: Dial. XXXIX.

**G**Gau.

**A**

**I**gnis gemma expressis mulceor. **C**Rō. Accessit: non inficior ad naturæ decus quidam artis ornatus & minutos in uultus inque signorum usum gemmas sculpi: subtiliora quidem iter ingenij opera numeratū: ubi & Amethistos inter lapides uel impresioni facilis uel successu prosper: ut perhibent: & inter artifices primū sibi Pyrgoteles supersit nomen: eo quod unus e cunctis sui generis idoneus Alexandro uisus est sculpedæ sui oris ima

gini: qua postmodum diuus Augustus usus est: cum gēma illa qua erat uti solitus in iocos hominū abijisset ut sphinx ænigmatica diceret: ita ut præter exactiōnū difficultates: ipsa q̄ signi perplexitas uerecundissimo principi parere uideret inuidiā. Huic proximus uel ingenio uel ætate Apollonides fuit & Eronius. Post hos magni nomis in hac arte Discors fuit: cuius cum opus exprimeret: nomē siluisse Pliniū miror. Hic est em̄ qui ipsius diui Augusti sculpsit effigiem: qua ad extremū & ipse dum uixit & post eū multi principū usi sunt: ea uel Cæsarei oris ueneratio uel admiratio fuit artificis. Et nunc ego tanto de gemmis habito sermone: quas seu natura integras solidasq̄ uoluptatibus uestris exhibet: seu ars causas: Quæro ex te: quāto amplius delectare animū deberet sine precio aut labore parabilis splendor æthereus: Immo ne is equidē sed qui huius & illius fons ac principū lucis est: Rutili Carbunculi: uirides Smaragdi: fereni Sapphyri: candidæ Margaritæ sic alliciūt: nec solis fulgor aut syderū: nec terræ uiror aut arborū: nec serenitas aeris: nec cædor nitidus tãgit aurore: Stupetis facies manu hominū gemmis insculpas: nec artificis stupetis ingeniū: imo uero neq̄ illū ueneramini: totq̄ tã claris ad uestrū uis agnoscitis: qui gēmas ipsas: quiq̄ ingeniū: qui manus: quiq̄ oculos fecit quibus hæc cernerent atq̄ intelligerent & fieret. O semper uilū imitatores rerum: semperq̄ nobilium contemptores.

## De Tabulis Pictis: Dialogus. XL.

CGau.

**P**ictis tabulis delector. CRō. Inanis delectatio: nec minor uanitas q̄ magnorū hominū sæpe fuit: nec tolerabilior q̄ antiqua. Si quidē oē malū exemplū tūc fit pessimum: quando illi uel auctorū pondus adiūgit uel annorū: Vnde cūq̄ ortæ consuetudinis robur ingens cōsenerit: & ut bona in melius: sic mala in peius ætas prouehit. Sed o utinā qui maiores uestros uanis in rebus facile uincitis: eosdē in serijs æquaretis & utremq̄ cum illis & gloriā miraremini cū quibus pictas tabulas sine fine miramini. CGau. Valde utiq̄ pictas tabulas miror. CRō. O mirus humani furor animi omnia mirantis nisi se: quo inter cuncta non solum artis sed naturæ opera nullū mirabilius. CGau. Pictæ delectant tabulæ. CRō. Quid de hoc sentiam ex iam dictis intelligere potuisti. Omnis quidem terrena delectatio: si consilio regeret: ad amorem celestis erigeret & originis admoneret. Nam quis unq̄ quæso riuī appetens fontem odit: At uos graues humi accliuēs affixiq̄ cœlū suspicere non audetis: & oblitū opificem illū: solis ac lunæ tanta cū uoluptate tenuissimas picturas aspicitis: atq̄ unde transitus erat ad alta disponitis: illic methā figitis intellectus. CGau. Pictis tabulis delector unice. CRō. Pennicillo & coloribus delectaris: in quibus & preciū & ars placet ac uarietas & curiosa dispersio: Sic exanguis uiui gestus atq̄ immobilis motus imaginum: & postibus erumpentes effigies ac uultuū spirantium liniamenta suspendūt: ut hinc erupturas paulominus præstoleris uoces: & est hac in re periculū qd̄ his magna maxime capiuntur ingenia. Itaq̄ ubi agrestis læto & breui stupore prætereat: illic ingeniosus suspirans ac uenerabundus inhæreat. Operosum sane neq̄ tamen huius est opis ab initio artis originem atq̄ incrementa retexere: & miracula operū & artificū industrias: & principū infanias: & enormia precia: quibus hæc trās maria mercati: Romæ in rēplis deorū: aut Cæsarū i thalamis: inq̄ publicis platæis ac porticibus cōsecrarūt. Neq̄ id satis nisi ipsi huic arti dextras atq̄ aios maiori exercitio debitos applicarēt: qd̄ iam ante nobilissimi philosophorū græciæ fecerant: Vnde effectū ut pictura diu quidē apud uos ut naturæ consuetior: ante omnes mechanicas in precio esset: Apud Graios uero: si quid Plinio creditis: in primo gradu liberaliū haberetur. Mitto hæc: quoniā & intentæ breuitati & præsentis pposito quodāmodo sunt aduersa: Videri em̄ possunt morbū ipsum cuius remediū pollicebar alere: & reꝝ claritas stupentis amentia excusare. Sed iam dixi: nihil errori detrahit errantiū magnitudo: Immo hæc quidē ideo attigerim: ut liqueret mali huius quāta uis esset: ad quā tot tantisq̄ sit ingenijs cōspiratum: cui & uulgi errorū princeps & consuetudinū genitrix longa dies cumulūq̄ ingēs omnium malorū semp̄ auctoritas accesserint: ut uoluptas stuporq̄ aios ab altiore furtim cōtemplatione dimoueat distrahataq̄. Tu aut̄ si hæc ficta & adūbrata fucis inanibus usq̄ adeo delectant: attolle oculos ad illum qui os humanum sensibus: animam intellectu: cœlum astris: floribus terrā pinxit: spernes quos mirabar̄is artifices.

## De Statuis: Dialogus XLI.

CGau.

**A**T delector statuis. CRō. Artes uariæ: furor idē: ipsarūq̄ fons unus artium: un⁹ finis: diuersa materia. CGau. Delectat̄ statua. CRō. Accedūt hæc qd̄ ad naturā propius q̄ picturæ. Illæ em̄ uident̄ tantū: hæc aut̄ & tangunt̄ integrūq̄ ac solidū eorū.

d

perennius corpus habent: Quam ob causam picturæ veteræ nullæ usq̃: cū adhuc innumera-  
biles super sint statuarū. Vnde hæc ætas ut in multis erronea picturæ inuentrix uult uideri: siue  
q̃ inuentioni proximū elegatissima cōsumatrix limatrixq̃: cū in genere quolibet sculpturæ:  
cūq̃ in oibus signis ac statusi lōge imparē se negare temeraria q̃uis impudēsq̃ nō audeat:  
Cū præterea pene ars una uel si plures: unus ut diximus fons artū graphidē dico: atq̃ ipsæ  
pculdubio sint coarūa pariterq̃ floruerint: Si quidē una ætas & Apellen: & Pyrgotelem: &  
Lysippū habuit: quod hinc patet: quia hos simul ex oibus Alexātri magni tumor maxim⁹  
delegit: quorū primus cū pingeret: secūdus sculperet: tertius fingeret atq̃ i statuā excuderet:  
edictō uetitū uniuersis qualibet ingenij artiscq̃ fidutia faciem regis attingere: Nec minor hic  
ideo furor q̃ reliqui: Immo uero om̃is morb⁹ eo funestior: quo stabiliore materia subnix⁹.

**B** **C** Gau. At me statuarū delectant. **C** Rō. Nō te solū aut plæbeis comitibus errantem putes:  
quanta olim dignitas statuarū: q̃tum ue apud antiquos clarissimosq̃ hoīm studiū deside-  
riumq̃ rei huius fuerit & Augusti & Vespasiani: ac reliquorū: de quibus dicere nūc longū es-  
set & impertinēs: Cæsarū ac regū uiuorumq̃ secundi ordinis illustriū sollers inquisitio & re-  
pertarum cultus & custodia & cōsecratio inditio sunt. Accedit artificū fama ingens: nō uul-  
go aut mutis dumtaxat operibus: sed late sonātibus scriptorū litteris celebrata: quæ tã mag-  
na utiq̃ parua de radice nasci posse nō uidet. Non sit de nihilo magnū nomē: magnū esse uel  
uideri oportet de quo serio magni tractāt. Sed his oibus supra respōsum est: Eo aut̃ spectāt  
ut intelligas q̃to nisu obstandū tam uetusto & tã ualido sit errori. **C** Gau. Varijs delector  
status. **C** Rō. Hæc quippe artium manu naturā imitantū una est quā plasticē dixere: Hæc  
gypso & cæris operatur ac tenaci argilla: quæ cognatis licet artibus cunctis amicitior sit uir-  
tuti: aut certe minus inimica modestiæ imprimis & frugalitati: quæ magis fictiles q̃ aureas  
deorū atq̃ hominum formas pbant: quid hic tamē delectabile: quid quo cæreos aut terre-  
os uultus ames nō intelligo. **C** Gau. Nobilibus status delector. **C** Rō. Auariciæ cōsiliū  
agnosco: preciū ut auguror nō ars placet. Vnā tu aurē artificij mediocris multil æneis atq̃  
marmoreis multoq̃ maxime plasticis præferendam duxeris: haud infulse quidē ut se habet  
existimatio reꝝ præsens: hoc est aut̃ aurē amare nō statuam: quæ ut ex uili materia nobilis:  
sic puro rudis ex auro fieri potest. Quāti uero tu statuam extimares: siue illā regis Assyrij ex  
auro sexaginta cubitorū: quā nō adorasse capitale fuit: quāq̃ hodie multi ultro suā ut face-  
rent adoraret: siue illā cubitorū quattuor quā ex ingenti topacio: mirū dictū: regmæ ægyptiæ  
factam legis: puto non anxie quæreres cuius esset artificis contentus de materia quæsiuisse.

**C** **C** Gau. Artificiosæ oculos delectant statuarū. **C** Rō. Fuere aliquando statuarū insignia uirtu-  
rum: nunc sunt illecebræ oclorum. Ponebantur his qui magna gessissent: aut mortem pro  
republica obijissent: Quales decretæ sunt legatis a rege Vehientium interfectis: Quales libe-  
ratori Italiæ Africano: qual illius magnitudo animi ac spectata modestia nō recepit: quasq̃  
post obitū recufare non potuit. Ponebant ingeniosis ac doctis uiris: qualē positam legimus  
Victorino: Nūc ponuntur diuitib⁹ magno precio marmora peregrina mercatibus. **C** Gau.

**D** **C** Gau. Artificiosæ placent statuarū. **C** Rō. Artificiū fere om̃is recipit materia: Sentio aut̃ ut tua hæc  
delectatio plena sit ingenij materiæq̃ nobilitas iuncta perficiet: Neq̃ hic tamen aurē q̃uis  
Phidialq̃ cōuenerint: uera delectatio ulla est aut uera nobilitas: fax terra licet rutila: incus:  
mallei: forcipes: carbonēs: ingenij laborq̃ moechanici: quid hinc uero optabile uereq̃ ma-  
gnificum fieri possit cogita. **C** Gau. Nō delectari status nō possum. **C** Rō. Delectari hoīm  
ingenijs si modeste fiat tolerabile: his præsertim qui ingenio excellunt: Nisi em̃ obstet liuor:  
facile quisq̃ qd̃ in se amat in alio uenerat. Delectari q̃z sacris imaginibus: quæ spectantes  
beneficij cœlestis admoneāt: piū sæpe excitandiscq̃ animis utile. Prophanæ aut̃ & si interdū  
moueāt atq̃ erigāt ad uirtutē: dū tepentes animi reꝝ nobiliū memoria recalescūt: amādæ  
tamē aut colendæ æquo amplius non sunt: ne aut stulticiæ testes: aut auariciæ ministræ: aut  
fidei sint rebelles: ac religioni ueræ & præcepto illi famosissimo: Custodite uos a simula-  
chris. Profecto aut̃ si hic q̃z illū aspici qui solidā terrā: fretū mobile: uolubile celum fecit:  
quiq̃ nō fictos sed ueros uiuosq̃ homines & quadrupedes terræ: pisces mari: cœlo uolucres  
dedit: puto ut Protogenē atq̃ Apellen: sic etiā Polycleterū spernes & Phidiam.

**E** **C** Gau. De Vasis Corinthijs: Dialogus XLII. **C** Gau.  
Vem nō moueant uasa corinthia: **C** Rō. Assuetū cœlestibus: terrena non quatiūt:  
sic collata illis modicū: sic nihil: sic deniq̃ tædiū atq̃ fastidiū graue sunt. Quomo-  
do aut̃ anim⁹ memor originis: cauernis terrestribus inhiet: aut magnificiat qd̃ ex illis effo-

**A** **Q**uem nō moueant uasa corinthia: **C** Rō. Assuetū cœlestibus: terrena non quatiūt:  
sic collata illis modicū: sic nihil: sic deniq̃ tædiū atq̃ fastidiū graue sunt. Quomo-  
do aut̃ anim⁹ memor originis: cauernis terrestribus inhiet: aut magnificiat qd̃ ex illis effo-

## De Vasis Corinthijs: Dial. XLII.

ditur: dum coelum solemq; ac stellas & seipsum uidet: supremūq; horū omnium artificem con-  
templatur: ¶ Gau. Corinthijs delector. ¶ Rō. Nescis te non gelido tantū & exanimi ter-  
ræ partu: sed officinæ nigrantis ac squalentis fabri opere: ad postremū Romanæ prædæ reli-  
quijs delectari: Ad historias redi: Mūmius dum Corinthū armis captam direptāq; flāmis  
absumeret: aureis simulq; argenteis atq; æneis quæcunq; uictorū forte manus euaserāt sta-  
tuis: quæ abūdatissima olim illa urbs fuit: pari incēdio liquefactis: omnium metalloꝝ uenæ  
uno ibi torrente fluxerunt: unoq; ex oibus iam nobiliore metallo & preciosioribus uasis ex-  
ordiū: & a clade urbis nomē luxuriæ partum fuit: non q; is furor in ea urbe cōfurgeret quæ  
ruebat: sed uenturo furori materia parabat. Ad hunc modū tunc Corinthus huius fons fu-  
it insanix: nūc Damascus: Inde hodie uasa mittunt uestros captura oculos aiosq;. ¶ Gau.  
Vasis Corinthijs delector. ¶ Rō. Mirarer magis: nisi Augustū modestissimū licet atq; gra-  
uissimum principē: lectū esset apud egregios scriptores: delectatione hac usq; adeo correptū  
præcipitēq; actū: ut p̄scriptione Triumuirali cōdemnasse aliquos: nullā aliā ob causam nisi  
huiusmodi uasorū desiderio putaret: atq; ei⁹ ad statuā famoso epigrāmate apposito ad æter-  
nā laudati ducis infamiā Corinthiari⁹ dicere: Qd̄ si credim⁹: inter hūc optimū pessimūq;  
omniū Antoniū hac in parte quid interfit: nisi q; hūc ad iniuriā causa mouit humilior: Et  
est omne peccatū eo maius quod & maior qui peccat & minor causa peccandi: Nec peccantis  
magnitudo atq; imperiū linguæ uel calami uulnus euadunt iudicijsq; hoīm eximunt: illos  
magis in se acuunt atq; irritant. Nō parcat regū maculis uulgus loquax: & si palam metuit:  
clam libertate utitur: in cauernis sibilat: gannit in tenebris dubias uoces in nubibus: acres  
uersus in triujs serit: subscribit statuis: nutu loquit: silentio exclamat: minaturq; oculis: lin-  
gua ferit. Sic sæpe leuib⁹ ex causis graues cōtrahunt infamiæ: & clavis quoq; noibus obse-  
ra cognomina. Idq; si principū maximo euenire potuit: quid priuati sperent: quibus esse de-  
beat amica mediocritas: inimica luxuria: ¶ Gau. Corinthijs delector. ¶ Rō. At si peccus  
erroribus oculiq; fulgoribus clauderent: liquido appareret q̄tum fictilia præferēda corin-  
thijs: q̄tum uel paratu faciliora uel iucundiora usu uel securiora seruiatu uel diuinis huma-  
nisq; cultibus aptiora. Certe qd̄ ad securitatē attinet: si uera hæc Cæsaris nota est: p̄scripti  
illi securius uixissent si corinthijs caruissent. At quod ad diuinū cultum: tum propitiā magis  
hominibus fuisse diuinitatē: dum fictilibus coleret: nec mihi dubiū nec Senecæ. Quod uero  
ad humanū usum fictilia Tiberonis: q̄uis ut probæ graue apud populū cæcis domino no-  
cuisse suffragijs certū sit: & præturæ repulsam peperisse: maximoq; Valerio factū populi po-  
pulariter excusanti indigna fuisse publico munere uideant: Ego tamen hic quoq; cū Senecæ  
sentio apud quem illa multis laudibus efferunt: Sūt em̄ parsimoniæ antiquæ & Romanæ  
aptissima moribus: quibus ut modesti patrifamilias priuata domus: sic bene instituta ur-  
bis honesta respublica regi debet: ut frenato gressu metham teneat eius qui in terris est com-  
positi ac tranquillī status. Itaq; si Helius Tubero fictilibus suis ante cellam Iouis expositis  
quibus ille frugalitatē atq; sobrietatē: utq; ait Seneca: paupertatem in capitolio consecrabat:  
oculos populi iam lasciuientis offendit: non est ciuis egregij culpa sed temporū: iam tunc res  
ab illa prisca seueritate ad hanc molliem inclinabat: quæ primum pateras cyphosq; aure-  
os: gemmatos: discum argenteū corymbiatū: lancē pampinatā: paterā hederatā mirari cœ-  
pit: & reliqua quæ Galien⁹ impator Claudio misit impatori p̄st futuro. Deinde alias atq;  
alias furoꝝ species: quæ magnificentix tribuunt. Nouissime aut̄ his diebus nō hederas mo-  
do uel pampinos uel corymbos: sed ipsas cū incolis suis syluas omne genus arborū ac fera-  
rum & uolucꝝ & hominum uultus: & quæcunq; uel oculus uidit audiuitq; auris: uel mens  
finxit in auro expressa uel argento longa iam consuetudine non mirat̄ gemmis inhians: de  
quibus paulo ante tractauimus. Quid multa: Ipsum iam uilescit aurū crescente supbia. Pri-  
dem uero quæ laudas corinthia uiluerunt: contemptusq; de uera reꝝ uiliū extimatione lau-  
dabilis futurus: de falsa nobiliū admiratione damnabilis factus est. ¶ Gau. Ego uero corin-  
thia nunc etiam miror. ¶ Rō. Corinthus uestris uita facibus: suo uos ussit incendio: & mu-  
rorum excidiū suorū in uestros animos ultra est. Neq; id nouū: sæpenumero uictores bellorū  
externorū simul externis uictijs uicti estis. Sic uos Scipio Asiatic⁹ & Manili⁹ Volscō Asia uic-  
tores Asiaticis delitijs lectisq; purpureis atq; aureis uestibus exquisitāq; supellectili: qd̄q;  
uiliissimū: epulis cocisq; pessundedit: Sic Pompeius gemis ac margaritis: sic uos Mūmius ta-  
bulis pictis atq; corinthijs subiugauit: ut dum de hostib⁹ duces uestri: & de uobis uestrisq;  
de moribus hostilia triumpharent. ¶ Gau. Cupide corinthijs uasis utor. ¶ Rō. Neq; uasa

B

C

D

## De Librorum copia: Dial. XLIII.

Corinthia: neq̄ aurea meliorem cibum faciunt: neq̄ famia peiorem: neq̄ omnino de qualitate reꝝ: sed ex morbo animi hæc uestra cupiditas orta est: seu ipsa poti⁹ morbus est animi: Cui ut consulens cōualefcas: pro inutilium tot uasoz̄ curis: unā arripe utilem ac salubrē: ut scias ipse tuum uas in sanctificatione & honore: sicut scriptum est: non in passione desiderij possidere.

### De Librorum copia: Dial. XLIII.

¶ Gau.

A

**L**ibroz̄ copia magna est. ¶ Rō. Oportune admodū de his sermo ori⁹. Nā ut quidā disciplinā: sic alij uoluptati & iactantiæ libros quærunt. Sūt qui hac parte supelletilis exornent thalamos: quæ animis exornandis inuenta est: neq̄ aliter his utantur q̄ corinthijs uasis aut tabulis pictis ac statuis cæterisq̄ de quibus proxime disputatum est. Sunt qui obtentu libroz̄ auariciæ inseruiant: pessimi omnium: non librorum uera precia: sed quasi mercium æstimantes. Pestis mala sed recens: & quæ nuper diuitum studijs obrepisse uideatur: qua unū concupiscentiæ instrumentū atq̄ una ars accesserit. ¶ Gau. Librorū larga copia est. ¶ Rō. Operosa: sed delectabilis sarcina & animi iucunda distractio. ¶ Gau. Ingens est copia librorum. ¶ Rō. Ingens simul & laboris copia & quietis inopia: huc illuc circumagendū ingenium: his atq̄ illis prægrauāda memoria. Quid uis dicā: Libri quosdā ad sciam: q̄sdā ad insaniā deduxere: dū pl⁹ hauriūt q̄ digerūt: ut stomachis: sic igenijs nauisæ sapius nocuit q̄ fames: Atq̄ ut ciboz̄: sic libroz̄ usus pro utētis qualitate limitādus est. In rebus omnibus quod huic par: illi est nimium. Itaq̄ sapiens non copiam sed sufficientiā rerum uult. Illa em̄ sæpe pestilens: hæc semper est utilis. ¶ Gau. Immensa copia librorū est.

B

¶ Rō. Immenſum dicimus quod mensura caret: sine qua humanis quid in rebus rectum si bicq̄ conueniens tu metire. Est in his etiam quæ optima iudicantur: immensitas atq̄ immoderatio fugienda: semperq̄ præ oculis habēdum illud Comicū: Ne quid nimis. ¶ Gau. Librorum inæstimabilis multitudo est. ¶ Rō. Maior ne tibi q̄ Ptolemæo Philadelpho regi Aegypti: quæ Alexandrinæ bibliothecæ quadraginta libroz̄ milia coaceruasse compertum est: qui tamen diuersis ex locis diu magno studio quæsi: simul omnes arserūt: Quod elegantiæ regum curæq̄ opus egregium fuisse ait Liuius: quem Seneca reprehendit: non id elegantiæ curæq̄ regiæ opus dicens: sed studiosæ luxuriæ: immo ne id quidem: sed seipsam cōquiritis spectaculis inaniter ostentātis. Et Liuij tamen dictum: & Ptolemæi factū: utrunq̄ forsitan regiæ opes excusent: & in longum publicis usibus prospiciens: regis intentio in hoc certe laudabilis q̄ sacras litteras mundo non utiles modo sed necessarias summa diligentia atq̄ impensa per electos ad tantum opus uiros in græcam linguam ex hebraico fonte trāssudit.

C

At quid facias priuatis nō æquantibus sed superantibus apparatus regio: Sereno equidē Sammonico: doctrinæ uiro ingentis: sed maioris curæ plurimarū litterarū: sed plurimum uoluminum: duo & sexaginta milia librorum fuisse legimus: quos omnes Gordiano iuniori cui⁹ patri fuisset amicissimus ille moriens reliquit: magna profus hæreditas & multis suffectura ingenijs: unum uero quis dubitet oppressura: Quid hic aut̄ quæso si nil aliud egisset in uita: nullū illi uel scribendi studiū fuisset: uel quærendi labor: nihil oīm tot uoluminibus cōprehensoz̄ legere atq̄ intelligere laborasset: At non satis habuit negocij libros ipsos ac librorū titulos & auctoz̄ nomina & libroz̄ formas numerūq̄ cognoscere: Pulchra uero ars: quæ de philosopho librariū facit. Crede mihi nō est hoc nutrire scriptis ingenium: sed necare mole rez̄ atq̄ obruere: uel fortasse medijs in undis more Tātaleo siti aiām torquere reb⁹ attonitā degustantē nihil atq̄ oibus inhiantē. ¶ Gau. Libri innumerabiles sunt mihi. ¶ Rō. Et errores innumeri: quidā ab impijs: alij ab indoctis editi. Illi quidē religioni ac pietati & diuinis scrijs: hi naturæ ac iusticiæ moribusq̄ & liberalib⁹ disciplinis seu historiæ rerūq̄ gestarū fidei: oēs aut̄ uero aduersi: inq̄ oibus & præsertim primis ubi maiorib⁹ agit de reb⁹ & uera falsis imixta sunt: p̄difficilis ac piculosa discretio est. Utq̄ ad plenū auctoz̄ cōstet integritas: quis scriptoz̄ inscitia inertiaq̄ medebit̄ corrupēti oīa miscētisq̄: cui⁹ metu multa iā: ut auguror: a magnis opib⁹ clara igenia reflexerūt: meritoq̄ id patiē ignauissima ætas hæc: culinā sollicita: sraḡ negligēs: & coquos examinās nō scriptores. Quisq̄ itaq̄ pingere aliqd in mēbris manuq̄ calamū ysare didicerit: scriptor habebit̄ doctrinā oīs ignar⁹: expers ingenij: artus egēs. Nō quæro iā nec queror orthographiā: quæ pridē interijt: q̄litercūq̄ utinā scriberēt q̄ iubenē: appareret scriptoris infantia: rez̄ substantia nō lateret: Nūc cōsulis exemplarib⁹ & lexēplis: unū scribere polliciti: sic aliud scribūt: ut q̄ ipse dictaueris nō agnoscas. An si reat Cicero aut Liuius multiq̄ alij uetoz̄ illustriū: ante omnes Plinius secūdus: sua scripta

D

## De Scriptorum fama: Dial. XLIII.

relegentes: intelligent & non passim hæsitantes: nunc aliena credent esse: nunc barbara. Inter humanarum inuentionum tot ruinas litterarum sacrarum stant: cum maiore hominum studio: tum uel maxime protegente sua sancta poemata: suas sanctas historias diuinalque suas leges: auctore illarum deo suamque perennitatem suis inuentionibus largiente. Reliquarum nobilissimarum pereunt: & iam magna ex parte perire: sic ingentis damni nullum est remedium: quia nullus est sensus: neque id nouum hac in re: & uirtutum & morum damna ingentia negligunt: cum tanto studio minoribus occurrat: litterarum iacturam inter minimas numeratis: Sunt qui numerent inter lucra. Fuit nuper non in agris aut in syluis sed in maxima florentissimaque: & quod stupens urbe Italiae: neque is pastor arator uel: sed uir nobilis magnique apud suos ciues loci: qui iuraret se magno pretio empturum: ne quis unquam suam patriam litteratus incoleret aut intraret: O uox saxei pectoris. Ferunt tale aliquid sensisse Licinius infestus litteris: ut scriptum est: quas uirus ac pestem publicam nominabat. Sed origo illum rustica forsan excuset: Et si enim usque ad Casarem nomen ascendisset: naturam tamen non exuerat. Verum est enim illud Flacci: Fortuna non mutat genus. Sed quid de nobilibus uestris dicam: qui non modo perire litteras patiuntur: sed exoptant uotis. Equidem hic rei pulcherrimam contemptus atque odium: breui uos in profundum ignorantiae demerserint. Accedent: ne a proposito deerremus: & scriptores nulla frenati lege: nullo probati examine: nullo iudicio electi: Non fabris: non agricolis: non textoribus: non ulli fere artium tanta licentia est: cum sit in alijs leue periculum: in hac graue: sine delectu tamen ad scribendum ruunt omnes & cum ea uastantibus certa sunt premia. Nec uero hæc scriptorum magis humano more lucra captantium quam studioforum publicorum rebus presidentium culpa est: quibus nulla unquam rei huius cura fuit: oblitus quid Eusebio Palæstinae Constantinus iniurauerit: ut libri scilicet non nisi ab artificibus ipsorum antiquarijs & perfecte artem scientibus scriberentur. ¶ Gau. Librorum bona copia est. ¶ Crō. Quid si capax animus non est? Meministi Sabinum illum apud Senecam: seruum suorum scientiam gloriantem: Quid inter te atque illum interest: nisi quod aliquanto tu stultior: uterque equidem alieno: uerum ille seruum & certe suorum: ac tu librorum nil ad te pertinentium ingenio gloriaris? Sunt qui quicquid in libris scriptum domi habent: nosse sibi uideantur: Cumque ulla de re mentio incidit: hic liber inquit in armario meo est: hoc tantum idque sufficere opinantes: quasi simul in pectore sit: elato supercilio conticescunt: ridiculum genus. ¶ Gau. Libris affluo. ¶ Crō. Quod mallem ingenio & eloquentia & doctrina: multoque maxime innocentia & uirtute. Sed hæc uenalia non habentur ut libri: & si haberent nescio an emptores totidem reperturi: quot libri. Illi enim muros uestiunt: hæc animos: qui quando oculis non uidentur ab hominibus negligunt. At profecto si librorum copia doctos faceret aut bonos: doctissimi omnium atque optimi sapere esse possent qui ditissimi: cuius sapere contrarium uidemus. ¶ Gau. Admicula ad discendum libros habeo. ¶ Crō. Vide autem ne impedimenta sint potius: ut nonnullis ad uincendum multitudo bellatorum: sic librorum multitudo multis ad discendum nocuit: & ex copia: ut fit: inopia orta est: qui si ultro adsint: non abijciendi equidem sed sequestrandi erunt: utendumque melioribus: & cauendum ne qui forsan in tempore profuturi essent intempestiui obsint. ¶ Gau. Multi & uarij mihi sunt libri. ¶ Crō. Fallit sapere uariarum multiplicitas uiatorem: & qui uno calle certus ibat: hæsit in biuio: multoque maior est triuij error aut quadriuij: Sic sapere qui librum unum efficaciter elegisset: inutiliter multos aperuit euoluitque. Multa sunt onerosa discantibus: doctis pauca sufficiunt: nimia utrisque sunt importuna: sed fortioribus humeris subuectantur agilius. ¶ Gau. Librorum nobilium magnum numerum contraxi. ¶ Crō. Librorum numero nemo qui nunc occurrat: præter regem illum ægyptium nobilitas est: neque id sibi tam numerus dedit quam famosa translatio. Haud dubie mixtum opus tot ingeniorum: nisi unius post ingenij miraculum maius esset: Calle alio niti oportet: ut ex libris gloria quaras: non habendi sed noscendi: neque bibliothecarum sed memoriae committendi cerebrorum non armario concludendi sunt: alioquin uel librario publico uel armario ipso gloriosior nemo erit. ¶ Gau. Egregios multos libros seruo. ¶ Crō. Multos in uinculis tenet: qui si forsan erumperent & loqui possent: ad iudicium te priuati carceris euocarent: Nunc flent taciti: multa quidem noxiatim illud quod psape unus iners affluit auarus: quibus multi egeant studiosi.

### De Scriptorum fama: Dialogus XLIII.

¶ Gau.

**Q**uid quod ipse libros scribo? ¶ Crō. Morbus publicus: contagiosus: insanabilis. Omnes sibi usurpant scribendi officium: quod paucorum est: unus hoc correptus malorum multos inficit. Aemulari enim prouum: imitari arduum: unde indies crescit ægrotantium numerus simulque uis ægritudinis ingrauescit: quotidie plures: quotidie peius scribunt: quoniam sequi facilius quam assequi. Scitum reque comperitum & cum tempore clarius est illud.

**B** sapientis Hebræorū: Faciēdi plures libros nullus est finis. **¶** Gau. Scribo. **¶** CRō. Suis uti-  
nam se finibus tenerēt hoīes: rerūq; ordo constaret qui mortaliū temeritate confundit: Scri-  
berent qui sciunt & qui possunt: alij legerent uel audirent. Ita ne parua em animi uoluptas  
intelligere est: nisi manus ad calamū præsumptuosa festinet: & quisquis libri particulā intel-  
lexit seu intellexisse uisus est sibi: ilico libros scribere uideat idoneus: Hæreret utinā memo-  
ria unum Ciceronis nostri dictū in Tusculani sui uestibulo: ne quē lateat claro scilicet ac pa-  
tenti loco positū: Fieri em̄ iquit potest ut recte quis sentiat: & id quod sentit eloqui polite nō  
possit. Et sequit̄: Sed mandare quenq; cogitationes suas lris: qui eas nec disponere nec illu-  
strare possit nec delectatione aliqua allicere lectorē: hominis est intemperanter abutentis &  
ocio & litteris. Sunt quidē Ciceroniana ista uerissima: sed ea iam usq; adeo uulgaris abusus  
est: ut nemo non sibi uni dictū putet: quod illi olim sacratissimo exuli: qui non de arescenti-  
bus riuulis: sed de ipso ueri fonte potauerat quæ scribebat: dictum est & sapius repetitū: scri-  
be. Cui præcepto contemptores præceptorū omniū omnes obediūt: oēs scribunt: Qd̄ si in  
his qui alienos scribunt libros magni diximus esse periculi: quanti putas in his qui proprios  
regentesq; quibus dubias atq; damnatas mūdo inuehūt disciplinas: seu qd̄ in his malum  
est leuissimū: stilo obtūdunt incondito & agresti: sic ut cui uis desit ingenij: iactura saltē tem-  
poris laborq; aurium tādūq; non deerit: Hic uestraq; hodie non alius fructus inuentionū:  
aut inficere: aut afficere: reficere aut̄ aut nunq; aut perraro. Omnes tamen assidue libros scri-  
bunt: nec ulli ætati tāta uel scribentiū uel differentiū copia: tanta scientium atq; eloquentiū  
fuit inopia. Horū de libris accidit qd̄ ibidē Cicero idem ait: Itaq; suos libros inquit ipsi le-  
gunt cum suis: nec quisq; attingit præter eos qui eandē scribēdi licentiā sibi permitti uolūt.  
Quod quidem Ciceronis ætate rarum fuit: nunc cōmune est. Oēs igit̄ attingūt: quia scilicet  
eandē licentiā uolūt omnes: Sic se mutuo cohortant̄: impellūtq; scribētes inania & laudātes:  
laudemq; similiū falsis de laudibus aucupantes. Hinc illa igit̄ scribentiū audacia rerūq; cō-  
fusio: ne tu ualde tibi placeas scribens. **¶** Gau. Scribo libros. **¶** CRō. Melius fortassis  
illos legeres: optie aut̄ in uitā regulā lecta cōuerteres. Tunc em̄ est utilis noticia litterarū dū  
in actum transit: seq; ipsam rebus approbat non uerbis: alioquin uerū sæpe deprehenditur  
quod scriptum est: sciētia inflare. Clare uelociterq; intelligere: multa simul & grādia: eadēq;  
tenaciter meminisse & ornate eloqui & artificiose scribere & pronūciare suauiter: Hæc omnia  
nisi ad uitā referant̄: quid sunt aliud q̄ inanis instrumenta iactantia: inutilisq; labor ac stre-  
pitus. **¶** Gau. Libros scribo. **¶** CRō. Forfan utilius arares campum: gregem pasceres: telam  
texeres: maria nauigares. Multi quos natura mœchanicos fecerat: illa inuita atq; oblectan-  
te philosophātur. Cōtra: aliquos philosophiæ aptos: natos in aruis: aut pascuis: in scamnis  
opificum: aut nauarū trāstris fortuna detinuit. Vnde effectū q̄ mirent̄ causas: inficij: ut ī ma-  
ri medio aut rure: in syluis: inq; officinis acria & erecta reperiant̄ ingenia: cū in scholis exan-  
guia ac deiecta sint: Difficile em̄ uincitur natura si uincit̄. **¶** Gau. Scribo ardēter. **¶** Ratio.  
Q̄to ardentius olim multi: quorum ardor sic extinctus est: ut scripsisse illos nisi id alij scri-  
berēt nesciret̄: Nullum opus humanū semper durat: & mortalis labor nihil efficit imortale.  
**¶** Gau. Scribo multa. **¶** CRō. Quanto plura alij: Quis Ciceronis libros aut Varronis enu-  
meret: Quis Titi Liuij: aut Plinij opa metiat̄: Græcorū unus: sex milia librorū ædidisse tra-  
ditur. O ardentem spiritū si uera res est: O longū ocium ac tranquillū. Certe si unū duos ue-  
aut omnino paucos libros bene scribere multi negocium est laboris: tot unū milia scripsisse  
non tam facile est credere q̄ mirari. Sūmi tamē attestant̄ auctores quibus non credere durū  
sit: quiq; hunc numerum nō auditu sibi: nec uisu solo sed eorū librorū lectione cōpertū dicāt:  
Quos si unū oēs legere potuissent mirabile: quāto mirabili⁹ est scripsisse: Longū est enumera-  
re qui uiri apud uos: qui uero apud græcos: & quæ scripserint: quorum nullus ad plenum  
studiū fortunatus fuit: sed hōrū aliqua: illoꝝ aut magna pars: quorundam omnia periere:  
Tu de tuis quid præfagial uideto. **¶** Gau. Scribo: & ea mihi interim uoluptas unica. **¶** CRō.  
Si ut ingenium exerceas scribendoq; alijs te doceas: si ut obliuiscaris tēporū præteritūq; me-  
moriam præsens tedium effugias: excuso: si ut scribendi morbo quidem occulto & insanabili  
medeare: misereor. Sunt nanq; si nescis: qui non scribunt nisi quia nequeunt desinere: & ue-  
lut ex præcipiti decurrentes nolentesq; subsistere rapiuntur. **¶** Gau. Scribendi impetus in-  
gens est. **¶** CRō. Melancholiæ species infinitas ferunt. Alij lapides iactant: alij libros scribūt:  
huic scribere furoris initium est: huic exitus. **¶** Gau. Scripsi multa & scribo. **¶** CRō. Si postea  
ris profuturus: nihil satius: si tibi nudum nomē quæsiturus: nihil uanius. **¶** Gau. Multa scri-

# De Magisterio: Dial. XLV. Deuarijs titulis Studiorū: Dial. XLVI.

psi. **CRō.** O præclaram infaniam: & miramur si membranæ solito chariores sint. **C Gau.** Scribo & hinc famam spero. **CRō.** Dixi iam: melius forsità arares aut foderes messem sperans: Humi enim tutius quàm in uento seritur. Atqui famæ studium & pertinax scribendi opas: ut quosdam claros: sic innumerabiles stultos atque inopes in senium misit: nudosque & loquaces spectaculum uulgo fecit. Ecce dum scribitis: melioribus curis idoneum tempus elabitur: Extra uos rapti sopiti que non aduertitis donec sero uos senectus excitet ac paupertas. **C Gau.** Scribo tamen famæ cupidus. **CRō.** Mirum studium de labore uentum quærere: Certe ego uentos optare nauticum putabam.

## De Magisterio: Dialogus XLV.

**C Gau.**

**A** **T** magisterio insignitus sum. **CRō.** Mallem fateor disciplina: magisterio enim indisciplinato & rudi nihil est turpius. **C Gau.** Magister ex merito factus sum. **CRō.** Ut magister digne sis: non nisi discipulus meruisti: obsequentem atque humilem te docilemque præbueris oportet: alioquin aberrasti in uia quæ ad magisterium ducebat: Et si non ignorem quosdam sine magistro ad scientiæ gradum altissimum conscendisse: idque de se ipsis uiros magni nominis prædicasse litterisque mandasse: Sed his labor: & ingenium: & discendi ardor: & intentio: & assiduitas: & perseverantia pro magistro fuit: nec internus in silentio magister defuit. At nunc mihi de communibus sermo est. **C Gau.** Magister dicor. **CRō.** Multis ne magistri ueri essent: magisterij falsum nomen obstitit: dumque de se plus omnibus quàm sibi: dumque quod dicebantur sed non erant esse crediderunt: quod esse poterant non fuerunt. **C Gau.** Magisterio clarus sum. **CRō.** Vidisti uini acidi tabernam picturis aut floribus uernis insignem: ubi sitiens uiator falli possit. Sed nunquid & caupo suis fallit artibus: Sunt certe aliqui sic fallacis affuefacti: ut longo usu fallendi alios: ad extremum & se fallere incipiunt: quodque diu suasere alijs: aliquando persuadeant sibi: & quod falsum sciuerint uerum credant: Tu ut libet magisterio gloriare: quod si digno obtigir nihil noui: Sin indigno: duo hæc mala secum attulit: ut & discere pudeat & notior ignorantia tua sit.

## De Varijs titulis Studiorum: Dialogus XLVI.

**C Gau.**

**A** **T**itulis multis ac uarijs exornor. **CRō.** Fœcunda frondiū est uanitas: sed inanis fructuū. **C Gau.** Titulū multis abūdo. **CRō.** Si ueris: grauis sarcina: Sin falsis: & fœda & pudēda. Quid opus est & titulis quibus aut labor inest aut dedecus: Virtus uno seu potius nullo titulo cōtenta: ipsa sibi est titulus. **C Gau.** Theologiæ titulū sum adeptus. **CRō.** Erant olim huius scientiæ professores: hodie: quod indignans dico: sacrū nomē prophani & loquaces dialectici dehonestant: quod nisi sic esset: non hæc tanta tã subito pululasset seges inutiliū mgōꝝ. **C Gau.** Philosophiæ magisteriū merui. **CRō.** Philosophia non sapientiam sed amorem sapientiæ pollicet: Quisquis hanc igitur uult: amādo cōsequitur. Non est ut quidam putant: operosus aut difficilis hic titulus: modo uerus amor sit: & uera quam ames sapientia: philosophus uerus eris. Veram sane sapientiā non nisi purgata piæque animæ uel intelligere possunt uel amare. Ad id ergo res redit: quod est scriptū: Pietas est sapientia. Philosophi autem uestri huius sententiæ contemptores aut ignari: ut de theologis nunc dicebam: ad uerbosam nudamque dialecticam sunt redacti. Itaque de deo illi: hi autē de natura temerarie fabulantes. Illi omnipotentissimā maiestatem uentosis sophismatibus circumscribunt: & subsannanti ridenti que deo suæ insolentis inscitia leges ponūt: Isti uero de naturæ arcanis ita disputant: quasi e coelo ueniant consilioque dei omnipotentis interfuerint: obliti quod scriptum est: Sensum domini quis nouit: aut quis consiliarius eius fuit: Neque nostrum audientes Ambrosium: qui sæpe id multis ac ualidis argumentis: Eo autem libro in quo fratris obitum luget: præcise admodum breuiterque: Philosophi inquit de coelo disputantes: quid loquantur ignorant. **C Gau.** Artes profiteor multas. **CRō.** Facillimum id quidem: multas nosse difficilium: melior sane tutiorque cōfessio quàm p̄fessio est. Illa enim humilitatis & poenitentia: hæc leuitatis & insolentia plena est: Multo certe facilius indulgentiā cōfessi quarunt quàm scientiam professi. **C Gau.** Diuinæ atque humanæ sapientiæ titulū consecutus sum. **CRō.** Sapiētia titulū nō eget: p̄ seipsam clara est. Quis lucernā quæso unquam soli ut uideret adhibuit: Multi & cū his titulis obscuri: & absque his clarissimi euasere. Sæpe nullū bonis: clauis malis mercibus signū fuit. **C Gau.** Quid que poetica laurea comā strinxit. **CRō.** Superior unquam labor: ueque quærere: sed hic duplex: quærere & ornare: atque ad aurium oblectationē fingere magna res est: ardua: difficilis: eoque rarissima. Veri nēpe poetæ utriusque operā dant: cōmunes uero primū negligūt cōtenti phaleris. **C Gau.** Rarum laureæ partum decus. **CRō.**

## De Titulis Negociorum: Dial. XLVII.

Quæsitum unde rempublicam remq; familiarē uni posthabeas curæ: quæsitum iter ad inopiam: ni sedenti ultro prodiga tibi opes conuehat fortuna: quæsitum unde alijs amens: alijs insolens uideare. ¶ **G**audiū. Mihi ipse lauream decerpsi. ¶ **R**atio. Virentissima arbor si decerpitur: confestim nisi ingenio uberi uigiliq; studio rigetur aruerit. ¶ **G**au. Parta mihi laurea. ¶ **R**ō. Parr<sup>9</sup> labor: partus liuor seu illa studioꝝ seu armoꝝ merces est. Tener ille ramulus animo tuo nihil omnino signū uertici præbuit inane: ostendēs q; te multis quos meli<sup>9</sup> lauiſſes. Quid aliud q̄ te morſibus obiecit inuidiæ: Pace belloq; multis insignia nocuere. ¶ **E** Gau. Artem oratoriam sum professus. ¶ **R**ō. Mirum audio. Ea nempe in defuetudinē abijſſe iam pridē uifa erat ut quæ imenſis & innumerabilibus rebus conſtat: unde fit ut oratores ipſis etiam uatibus rarioreſ ſemp fuerint. Proinde fuere qui dicerent: Oratoris propriū de omni re copioſe ornateq; poſſe dicere. Quis ea ſentētia uelut arrogātiſſima ſit reiecta: q̄tis ſane de rebus: & ſi non de oibus dicere habeat orator: adhibita in ſingulis artiſcioſa & dulci q̄dā eloquētia: quæ p̄ ſeiſam magna res eſt: æqua ſi lāce libraueris: obſtupeſces: teq; fortaiſſe profeſſionis temerariæ pœnitebit: ut caueas nedum ſcire: uel infinita uel omnia uiſi deri: nihil ſcire uidearis: & quod ſæpe accidit ſub ſcientiæ p̄feſſione multiplicis: ignorātia deliteſcens neceſſario in apertum exeat. ¶ **G**au. Liberaliū ſum profeſſor artium. ¶ **R**ō. Sæpe etiam plus habet ea res audaciæ q̄ doctrinæ. Ad unāquanq; artiū breuis eſt uita: unus tu ſufficis oibus: Vna ars uni ingenio ſatis eſt ut ad ſumū aſtuādo & anhelādo pueniat: Multas deguſtaſſe quantū cœpti neceſſitas expoſcit: Idq; ipſum noſſe q̄ p̄feſſum eſſe modeſtius. Addā quod doctiſſimis uiſum eſt: unā ipſam omni ex parte cognoſcere: nulli etiā illuſtrium contigiſſe: De ſola nempe rhetorica notū illud Senecæ: Magna inquit & uaria res eſt eloquētia: nec adhuc ulli ſic indulſit ut tota contigerit: Satis ſœlix eſt qui in aliquā eius partē receptus eſt. Id ſane quibus uiris & quātis teſtibus uerū probet audiſti. Qd̄ cum ita ſit: qd̄ agāt & quid audeant: cogitent agmina profeſſoꝝ pene iam uulguſ æquātia tam ruditate q̄ numero: quæ nō una quidē parte ſed nec una arte cōtenta: ex æquo omēſ inuadunt. O fiducia ingens ſed iam publica. ¶ **G**au. Quid de medicinæ tandem Iuriūq; p̄feſſione dictura eſt? ¶ **R**ō. Ad hoc ægri tui clientēſq; reſpondeant. Quid illis unq; ad ſalutem corporis uictoriæ amq; cauſarū tituluſ iſte profuerit: tibi ad lucrum forſitan ſæpe p̄fuit: In hoc artes ſiue artiū noīa quæritis: & qd̄ ſcientiæ defuerit: ſupplet tituliſ atq; habituſ: Verūq; fit illud Satyriciſ: Purpura uēdit cauſidicū: uēdūt amethiſtina. Nec id min<sup>9</sup>: Vt redeāt ueteres: Ciceroni nemo ducētoſ Nūc dederit mūmoſ niſi fullerit anuluſ ingēſ. Poſtremo hæc tibi hoꝝ oīm ſūma erit: eē q̄dā raroſ q̄ꝝ ſolida & hōeſta ſint ſtudia: hoꝝ finiſ eſt yitas ac ytuſ: Hæc ē reꝝ noticia morumq; correctio: & uel uitæ mortalitū ornamentū uel æternæ adituſ. Reliquoꝝ uero quæ ingentit turba eſt: parſ gloriā petit: premiū inane ſed fulgidū: Maiori autē parti unus fulgor pecuniæ finiſ eſt: premiū nō exiguū modo ſed ſordidū & labori impar: nec ingenuo dignum niſu: Hiſq; oibus tituluſ & ut dixi habituſ nō ſpernēduſ quidē: ad id em̄ qd̄ intendūt ualeat: nempe oīm pene mortalium: & præfertim uulgi horum ope egentit animuſ iudiciūq; umbril eludiſ. Magna parſ rerum opinionibus agit: At uirtuti deditoſ tituliſ gloriari alienū proſuſ atq; abſonū: imo uero ne poſſibile quidē reor. ¶ **G**au. Multa profiteor. ¶ **R**ō. Præſtat unum benefacere q̄ multa promittere. Bene irent autē reſ humanæ: ſi qd̄ profitenē homineſ id eſſent.

### De Titulis Negociorum: Dialogus XLVII. ¶ **G**au.

**A** **P**rocurator regis ſum. ¶ **R**atio. Ergo hoſtitit populit. ¶ **G**au. Procurator ſiſci ſum. ¶ **R**ō. Et reipublicæ inimicuſ. ¶ **G**au. Negociorum geſtor regiuſ ſum. ¶ **R**ō. Sua negocia gerere laborioſum eſt: quid cenſeas aliena: præcipueq; potentium: quiſ bus placuiſſe perpetua ſeruituſ: diſplicuiſſe diſcrimen: ſuperciliuſ graue paratumq; pro leui etiam offeſſione ſuppliciuſ? ¶ **G**au. Negocia regit ago. ¶ **R**ō. Rationem duro ſub iudice reddituruſ: niſi oīm ſpoliſ tuoꝝ odio & crimine uix implendam. ¶ **G**au. Regit negocia procuro. ¶ **R**ō. Vide ne cum p̄curatio ipſa difficilil: tum difficilior ſit ratio tanq; inextricabilil: ut quod de multis uidimus: patrimoniū: famam: tuūq; caput implicet. ¶ **G**au. Regiuſ procurator ſum. ¶ **R**ō. Diſplicendū multil: ad extremum domino: quodq; periculoliuſ deo: proq; leuiſ regit emolimento grauia regni mala & ingentia damna populorum uel diſſimulanda uel perpetranda. ¶ **G**au. Procurator regiuſ factuſ ſum. ¶ **R**ō. Quo primum die inuiſum hoc officiuſ domuſ tuæ limen attigit: tibi uiuere deſiſti: libertaſ inde & quieſ & iucunditaſ abiere. Pro hiſ ſeruituſ: labor: occupatio: metuſ: dolor: afflicto & mordaceſ

# De titulis bellorū: Militia & Ducatu: Dialogus XLVIII.

subierunt curæ: iam nō uiuis & si spires: occupatorum enim uita mors est: qui cum miserī omnes sint: illi sunt omnium miserrimi: qui pro alijs maximeq; pro regibus aut tyrannis seu quibuscunq; potentibus occupātur. ¶ Gau. At sum iudex. ¶ Crō. Sic iudica quasi mox ab alio iudicādus. Vnus est omnium iudex: unum tribunal incorruptum. Ante illud stabitis mortales: quid falsi corio iudicis sella iudiciariæ impresso: & barbarica admonitione iusticiæ opus est: Ea in sella quisquis iudicūm sedet: ubi si iniuste iudicabit: nec pecunia nec grā nec falsi testes nec indignæ preces nec inanes minæ nec diserti proderūt patroni. ¶ Gau. Consul patriæ meæ sum. ¶ Crō. Difficillima gloria. Rarum est quidē sic consulere ut prosis & placeas: Ut sit em̄ in uerbo ueritas: in consilio fides: in cōmisso silētium: in oratione suauitas: euentum fortuna moderabit: is consilio precium dabit. ¶ Gau. Præfectus urbis sum. ¶ Crō. Bæluam indomitam: utq; ait Flaccus: capita multorū tenui frenas loro: atq; immensam solus agitatam magnis fluctibus puppim regis. Parua domus ægre regit: magnæ urbif q̄ difficile sit regimē uideto: Paḡ ne tibi curarū domi erat qui publicas adoptasti: Quid qđ nō difficile modo iam officiū: sed uile est: præfectum urbis uillicū Satyricus uocat: statū notans tempore illo: qui si tunc uillicus: quid nisi nunc syluicus seu syluanus sit: Cœperat ea ætate uilla esse Roma: iam sylua est. ¶ Gau. Sum præfes provincie. ¶ Crō. Honorato exilio damnatus: ocium domesticū externa sollicitudine pmutasti: Dulce nihil aut tranquillū spes res: amara & turbida præfidentū fors: festis diebus ludisq; & cōuiujs arcem munerib; clausum limen & apertum litibus: tectū iocis uacuum: plenū querimonijs ac iurgijs. Quicquid languidum: quicquid ægrū: quicquid marcidū in provincie uisceribus latet: totum tibi tractandum curandumq; obtrigit: durū opus: quanti nempe negocij sit multos corrigere: hinc patet qđ sese corrigunt paucissimi.

## De titulis bellorum: Militia & Ducatu. Dial. XLVIII. ¶ Gau.

**M**ilitari cingulo exornatus sum. ¶ Crō. Pauca ne tibi uita mala uisa erant: nisi militiam addidisses: qua uel inquietus semp uel inglorius uel periculo expositus uel cōtemptui sis oportet. ¶ Gau. Militia sum professus. ¶ Crō. Hanc nascendo uel te mini: quid professione alia opus erat: Hic ferro corpus: hic animum dolis: hic argutjs linguam armat. Nemo uestre est iermis: hic ferit: hic ædificat: hic declamat: ille causas orat: hic pedibus: ille equo seu carpento uehitur: hic currit: hic nauigat: hic paret: ille imperat. Nemo uestre ociosus: Quanam hæc noua militia est: Hic in castris: hic in rostris: hic in scholis: hic in nemore: hic in agro: hic in pelago: hic in palatio: hic domi: hic peregre uitam agit: Omnes militant: neq; hoies modo: sed militare in syluis catulū Flaccus ait. Et militantiū quidem multa sunt genera: Militia una est: uita hominis sup terrā: quā q militia diffiniuit: ille mihi demum uero & acri iudicio rem liberauit: modo militia præliū addidisset. ¶ Gau. Armata militia sum ascriptus. ¶ Crō. Quid armaris exterioris: Intus in anima bellum est: Illam uitia obsident atq; oppugnāt. Quis hic ferro locus: nisi illud ad ornatū corporis: non ad animæ tutelam induit: Sūt em̄ qui dicāt nihil pulchrius uiro armato: Ego: quid pectus & quid caput ferreum pulchrius habeat qđ pacificum & inerme: non uideo. Quādo aut hæc uoluptas tibi est: age: ferro mēbra cōstringito: imbrem solēq; galea excipēs ferro indutus clypeo opere rirē: humi dormiēs classico excitabere: adeptus tibi magnū aliquid uidebare: sed errabas: anceps & cruentū officiū elegisti. Multæ sunt aut fraudes spei: multæ sūt fateor catenæ: quæ aios boni illius qđ oia appetūt incōsulte auidos i exitiū trahūt. Neq; ificior qđsdā militia ad aplissimas opes siue etiā ad sumū imperiū puenisse: Crede aut mihi: plures ad iopiā: ad carcerē: ad seruitutē: ad uiolentā subitāq; mortē eodē tramite puenērūt. Tu: exq; militiā psteri anim⁹ fuit: nisi dehonestare artificij tuū uis: sp̄ aiām in numerato habeas oportet: sp̄q; aures tuas Cæsarea uox illa circūtonet: Disce ferire: Disce mori. Syllaba una breuis: aut longior tua facta uariabit: uel occides: ad utrūlibet horis locisq; qbus te patū exhibe. Hæ artes delitiæ tuæ erūt. Sine x̄o Satyricū loq; præmia militia numerātē: innumerabilia equidē præfat⁹ uix paucissima colligit: i qbus prima & sūma licētia ē peccadi. Premiū Hercle nō tā iustis uirt⁹ optabile qđ armatis legib⁹: ut aiūt: iter arma silētib⁹. ¶ Gau. Militiæ filiū ascripti. ¶ Crō. Est id ferme usitatū: ut militis filij miles sit. Nō pōt em̄ nisi quā hz hæreditatē filio p̄ dare: Arcū scutū: gladiū & bellū: & qđ ludū cōficit auro tincta calcaria. Sed qđ p̄i dixim⁹: sibi filij dictū sciat. ¶ Gau. Belli dux uictorijs clar⁹ sum. ¶ Crō. Qto meli⁹ pacis dux x̄tutibus clar⁹ esses. ¶ Gau. Multa bella cōfeci. ¶ Crō. Quietē tibi atq; alijs abstulisti: clar⁹ op⁹: ¶ Gau. Victorijs ac triūphis not⁹ sū. ¶ Crō. Sæpe malū bono not⁹: & atra tēpestas serenitate famosior. Deniq; parasti busto titulos: uulgo fabulā: tibi nihil.

## De Amicitij Regum: Dialogus XLIX. ¶ Gau.

- A** **Q** Vasiui mihi regum amicitias. ¶ Rō. Hominū uera amicitia rara est: tu tibi regum fingis amicitias: quos fortuna splendor tumorq; animi omniū impariū cōtempores facit. ¶ Gau. Regibus charus sum. ¶ Rō. Vilis ergo tibi est anima: ytus: fama: quies: ocium: securitas: Notus est mos regū: uix diligunt nisi qui his omibus neglectis & abiectis illorū se sauitiā ac libidinis & auariciā seruū fecit. Si ergo charus es regibus: nō est qd̄ amplius de te querā: uilis es tibi. ¶ Gau. Ego aut̄ bonitate ac uirtute sum charus regibus. ¶ Rō. Quid respōdes Crispo? Nam regibus inquit boni q̄ mali suspectiores sunt: semp̄q; his aliena uirtus formidolosa est. ¶ Gau. Regi meo bonis artibus sum charus. ¶ Rō. Quibus quāso: aucupio an uenatu? Horū em̄ studiosū in præcedēti quodā colloquio te notauī. An uero militia: de qua p̄xime disputatū est: quā nisi largo sanguine magnisq; piculis honestetur: non militiā sed militaris ignauiā nomē tenet: non regum modo iudicio: sed uulgi. ¶ Gau. Bonis artibus regi charus sum. ¶ Rō. Vanitate an piculo: an criminibus fortassis: homicidio: ueneficio: lenocinio: proditione: blanditijs atq; mendacijs: mala peste sed publica: quāq; usus excuset & cōmendat urbanitas. Hæ sunt quidē artes pro merendis regib; apertiores: quibus inimicitius nihil est q̄ uirtus & litterā. In his igit̄ nulla spes ad amicitias regum: odij potius causa sunt: Sic inter sapientiā ac fortunā rara est pax. ¶ Gau. Magnus apud regem sum. ¶ Rō. Maior ne q̄ apud Alexandr; Lysimachus: apud Tiberiū Scian; Vtriusq; magnitudinē & ruinā nosti. Et si de primo uariant scriptores: linquo alios longa est historia. ¶ Gau. Charus sum regi meo. ¶ Rō. Melius esses incognitus: melius forsitan odiosus: fugeres em̄ qd̄ nūc sequeris discrimē. Peior est auib; inuitantis aucupis blanda modulatio: q̄ uillici sonitus deterrentis. ¶ Gau. Meo sum charus regi. ¶ Rō. Sūt quorū dubites periculosior ne sit charitas an odiū: sed peiores serpētibus: quibus insunt ueneni mixta remedia: his uero nil nisi pestilēs ac nociuū inest: seu oderint seu diligāt. p̄pe par malū: nisi q̄ odiū fugat: amor detinet. Et ad summā: regū amicitij præter regna ipsa nil ulq; inquieti; nilq; periculosius: Et si hoc periculū nō ignorem: frustra sæpe multis optatū: sæpe magnis emptū quasi tumq; piculis: Sic est usus hominū: sic piculis emitt̄ periculū: multis unū: magnis maximū.
- D** Mira res: bonū ingens sperniē gratuitū: magnis malis maius malum quærī. ¶ Gau. Spero me regi meo charū. ¶ Rō. Id de quo speras: quale sit cogita fundamentū fragile: tremulum: caducū: crebræ notæq; regū indicāt ruinā: uertex nubilosus: turbidus: inquietus: quod sic esse uita regū p̄bat: tristis: occupata: difficilis. Vide ergo ubi struxeris: ut fortuna: sic uolūtas regū uaria & inconstās ac semp̄ incerta: q̄q; nec stātibus illis boni aliquid ista res habeat: mali multū. ¶ Gau. Amicitia regis mei multis periculis ac sudore promerui. ¶ Rō. Heu quanto tutius quātoq; facilius regis omniū amicitia meruisses.

## De Amicorū abundantia: Dial. L. ¶ Gau.

- A** **A** micitij abundo. ¶ Rō. Mirum tibi uni rei huius abundantia esse: cuius quidē cūctis hoibus penuria tanta sit: ut ex omnibus sæculis uix paucissima memorentur amicorū paria. ¶ Gau. Mihi amicitia multæ sunt. ¶ Rō. Fucata igit̄: uerā em̄ amicitia rarum bonum usq; adeo: ut qui unam lōga licet in ætate quæserit: negociator rerū talium sat industrius habeatur. ¶ Gau. Amicitij scælix sum. ¶ Rō. Hoc scire non potes: nisi rebus alijs sis infælix. Verum enī est illud: Fœlix se nescit amari. ¶ Gau. Amicitia certæ sūt. ¶ Rō. Ergo & aduersitas certa est. Verū est enim illud quoq; Amicus certus in re incerta certus nitur. ¶ Gau. Amicitia multæ sunt. ¶ Rō. Huius rei iudiciū experiētiā cōmitte: non famæ multa mentiri solitā: Pauciores erunt fortassis q̄ reris. ¶ Gau. Amicitiarum nimis magna copia est. ¶ Rō. Mitte supuacua: In rebus omibus qui qd̄ satis est habet: amplius nō requirat. ¶ Gau. Amicorū satis magna copia est. ¶ Rō. At id ipsum neq; populo Romano tum dum maxime floreret: neq; ulli mortalium cōtigisse apud illustrem legis historicū. ¶ Gau. Amicitia multæ sunt. ¶ Rō. Dixi iam: fictæ igit̄ aut equidem imperfectæ: ut philosophis placet: quoniā fieri potest ut uno tempore cum altero amicorum sit gaudendum flendūq; cum altero: aut inter illos orto odio: uel hinc fidem uel illinc uel utrimq; deserere sit necesse. ¶ Gau. Copia est utiliū ac delectabilium amicorū. ¶ Rō. Sentio ad uulgares amicitias de seendis: quæ tamen ipsæ simul plures esse uix possunt: quod multis retribuere familiariterq; conuiuere operosissimum sit: animo præsertim in executione cuiuspiam difficilis atq; ingenij operis occupato. ¶ Gau. Gaudiū. Amicos qui prosint & delectent habeo. ¶ Ratio. Caducæ amicitia quarum delectatio uel utilitas fundamentum est: Nam & stantibus illis tre-

## De Amicis incognitis nisi per famā: Dial. LI.

munt: & cedentibus ruunt: Id non possibile tantum sed perfacile: immo uero prope necessarium quod hæc plarumque uel fortunam sequuntur uel ætatem formæque gratiam: quibus nihil incertius: At quæ in uirtute fundantur imortales sunt: eo quod uirtus ipsa quiddam stabile firmumque sit: & ut uerbo utar Aristotelis: mansurumque quam mori nequit. Ideo quos propter honestum dileximus: diligimus uel extinguitos. ¶ Gau. Amicos ni fallor fidos habeo. ¶ CRō. Vide autem ne fallaris: ne uel experiri cupias. Nam sæpe cuius fuerat dulcis opinio: amara fuit experimentum. ¶ Gau. Amicos puto bonos habeo. ¶ CRō. Unde id putes etiam atque etiam examina: atque illud imprimis quantum ipse ames. Sunt enim qui non amant & amari putant: quo nihil est stultius: Isque communis error est diuitum: amoris precio emi credunt qui mutuo quarunt amore. Generosissima res est bonus animus: non herbis neque carminibus magicis mouetur: non auro aut gemmis: non ad extremum ferro flectitur: amando uincit colendoque. Estque hæc Ecatonis graeci philosophi amatorium notissimum: quod Seneca placuit & mihi: Si uis amari amara: quodque & hoc ipsum sæpe frustra est: Tam multa tamque imscrutabiles ac profunda sunt peccatorum cauerna: tam uenere nos atque inhumani & implacabiles quorundam animi: ut & culti spernant & amati oderint: nec contenti nullam pio affectui uicem reddere: quod nec baluis quidem nisi atrocissimis accidit: exasperant obsequio: & si credi potest: amore ad odium irritant: quod periculosissimum & inter uitæ mala grauissimum humana simplicitas experit. ¶ Gau. Credo amicos optimos habere. ¶ CRō. Est hoc quidem amicitiae perpetuum epitheton: quod & si lingua absit: adest intellectu. Idque breuius loqui potes: Dic amicos: una optimos dixeris. ¶ Gau. Habere amicos credo. ¶ CRō. Caue ne falsum credas: ne quando te aliter credere ipsa res cogat. Abyssum animi metiri non est hominis: nunc amicos uobis uina conciliant: lachrymae autem probant: & quod debuit primum esse nouissimum est. ¶ Gau. Amici in hoc statu reus multi sunt. ¶ CRō. Reus credo foelicium. Ita enim ferme accidit ut & si fortuna omnis amicitias egeat: illi tamen amicos copia maior sit: cui rerum ceterarum indigentia minor est: Sic inopia semper inopia: copiamque comitem copia. Crescat siue adueniat egestas: decrescant seu abibunt seu uerius detegentur amicitiae. Qui amici tui fuerunt: qui fortunæ: illa uidebitur abeunte. Te tui sequentur: illam sui. Hæc melior: illa densior caterua. Nec est quod mirari debeat: uase exhausto illos abscedere qui solam uini dulcedinem sequebantur: aduersitas simulatorum abigit: factus poterit. ¶ Gau. Innumerabiles habere uideor amicos. ¶ CRō. Bene ais uideor. Unde tibi autem hæc opinio: cum omnium ueræ amicitiae raræ sint: innumerabiles tuas esse: Persuasum autem debet esse imprimis: nisi inter bonos amicitias non constare: hinc iam certius æstimabis: quot non dicam tibi: sed humano generi amicitiae puræ sint: cum numerare coeperis: quot sint boni. ¶ Gau. Amicos habeo copulures. ¶ CRō. Notos dic: Idque quod ueraciter sis dicturus in dubio est. Nullum enim animal: nulla merx difficilius cognitur quam homo. ¶ Gau. Amici multi sunt mihi. ¶ CRō. Contubernales forsitan aut conuiuia. Hi enim nisi epulae defuerint non deerunt: amici autem semper pauci: sæpe nulli: sæpe quod iniquissimum est amici nomen domesticus hostis tenet: & sub uelo fidei beniuolentiae familiares insidiae delitescunt. ¶ Gau. Supra necessitatem sunt amici. ¶ CRō. Apprime necessarius fere omnibus maximeque potentibus deest semper qui scilicet inter tot assentatores mædacia uerba loqui audeat & uelit: qua in re multis amico utilior hostis fuit. ¶ Gau. Multos habeo amicos. ¶ CRō. Crede mihi pluribus indiges: sanctiorque esset orbis terrarum & quietior si tot essent amicitiae quot feruntur. ¶ Gau. Amicum habeo. ¶ CRō. Multum est. Nil amico charius: nil rarius.

### De Amicis incognitis nisi per famā: Dialogus LI. ¶ Gau.

**A**ma praesens absentes mihi peperit amicos. ¶ CRō. Est id quidem aliquando uisum ut non solum incognitos sed hostes quoque fama faciat amicos. Fecit Masanissam Scipioni: ut qui in omni Carthaginiensium equitatu primus esse consueuerat: in omni Romanorum equitatu aduersus Carthaginem primus esset: neque hostes tantum proprios: sed praedones qui publici omnium mortalium hostes sunt. Eidem illi fama splendor attraxit: qui Linthemi ad eum in exilio habitantem: facto agmine uenientes: sic ut primo aspectu terribiles uiderentur: ubi se suspectos intellexerunt: positis minis atque armis: & dimissis satellitibus insuetam mansuetudinem induti: soli praedonum principes accesserunt: eumque ceu nomen aliquod domumque eius ut templum deuotissimum uenerati: dextra illa uictoriosa multis oculis fatigata: affixisque muneribus domum in limine: quælia deorum aris affigi mos tunc erat: quasi ingenti lucro auctumque uirum illum conspexissent: & tanquam coelesti uisione alacres abierunt. Hoc illi uni contigit: quare alium: ubi eum quaeso reperies: Vt tamen alijs accidat: & nominis claritas

- absentem conciliet amicum: Multum enim in rebus: non inficior: potest fama. Nunquid tam  
 men non uerendum erit: ne quod ait quidā: Minuit praesentia famā: Quae multi quos absen-  
 tes stupuerant: coram positos contempserunt: Tenuera res est iudicium humanū: facile flecti-  
 tur. ¶ Gau. Fama mihi amicos trans alpes & trans maria quaesuit. ¶ Rō. Vestra fere om-  
 nia friuola aequae & inania sunt. Nam quis usus: aut quis fructus fuerit illius: a quo nec usus  
 nec uidendus: quae uenec uideris nec uisus unquam sis: Vitia uestra praesentes quoque amicitias  
 iutiles faciunt & infidas: quae uis non sint illae quidē sed dicantur amicitiae: Quid nunc igitur de his tuis  
 amicitijs speres: Vide: Obsequium amicos parere: ait Comus: imo Hercle ueri amici uix mul-  
 tis obsequijs pariunt: tu credis amicū paucis: forte & ne tuis quidē uerbis quaesuisse bonae  
 spei es. ¶ Gau. Fama ab extremo terrae mihi attulit amicum. ¶ Rō. Fama contraria illū tibi  
 auferet: eoque facilius quo patentiores malis quam bonis rebus aures sunt. ¶ Gau. Fama  
 mihi bonū peperit amicū. ¶ Rō. Vnde scis quae bonas sit quae nunquam uideris: rogo: cum illi ipsi  
 quos quotidie uides atque alloqueris: quales sint tanto in tempore nondum scias: Sape uos  
 credulitas uestra circumuenit: libenter creditis quae operatis. Multum fidei famae tribuistis me  
 daci. Speras eius animū uidere: cuius nunquam frontē uideris: cum sint inter notissimos quoque  
 tot pectorum diuerforia: tot latebrae. Difficile est enim amicum nisi in magna aduersitate cog-  
 noscere: operosius est illū noscere quam quærere. Vna saepe hora paucis uerbis quaerit: qui uix  
 multis annis atque experimentis agnoscitur. Voco autem amicum ut uulgus: uerus enim non an-  
 te quaeritur quam probetur. Nec amicum probant aliorum uerba: certe nec propria sed experta cha-  
 ritas fidelis. ¶ Gau. Amicū mihi de longinquo fecit fama. ¶ Rō. De te aliquid mentiendo  
 quispiam tibi amicum dedit: de te uera loquendo uel forsitan mentiendo itidem tibi hūc ipsū  
 alter eripiet. Quibus uis sunt crescuntque omnia: eisdem facile resoluunt. Et natura uult: ut  
 cito aucta cito desinant.

## De Amico unico &amp; fidelī: Dialogus LII.

¶ Gau.

- A** Micum unū fidum & expertum habeo. ¶ Rō. Sape in experiendo uestra errat acu-  
 men: & dum uos ipsos peritissimos iudicatis: in hoc ipso ac perinde ceterarum rerum in  
 aestimatione fallimini. ¶ Gau. Scio ego: non aestimo amicum mihi esse fidelissimū.  
 ¶ Rō. Et quot putas idem credentes: imo ut sibi uidebant & scientes cum ad artificissimū uen-  
 tum esset examen: sese lufos inuenerunt: Vnde uero tot quotidie de amicis prodeunt querelae:  
 nisi quia quos fidissimos habebatis inuenistis infidos: Nullius rei tam difficilis quam humani  
 animi coniectura extimatioque est. ¶ Gau. Nihil conicio: nihil extimo ut dixi: sed scio amicū  
 uerissimū me habere. ¶ Rō. Habes rem aut optimā aut pessimā errorem. ¶ Gau. Nullū rei  
 huius errorē habeo: sed amicū multis ac magnis expertū casibus. ¶ Rō. Habes ergo rem dul-  
 cissimam sanctissimamque: qua una post uirtutem solam nihil homini melius in hac uita seu  
 natura seu casus aliquis seu labor ac studiū dedit. Dulces fateor parentes: dulces filij: dul-  
 ces fratres: possunt tamen amarefcere: nec parentes ideo nec fratres quidē deserunt esse nec  
 filij cum dulces esse deserint: at amicus solus dum sit uerus: dulcis & charus esse non desinit.  
 Chari inquam sunt parentes: Nōne autem Iuppiter Saturnū regno patrem expulit: Nicomedes  
 Prusiam Bithyniae regem: suū patrem consilia licet necandi filij agitantem uita priuauit: Et  
 Ptolemaeus hinc Philopater dictus: patre ac matre insuper & fratre occisis: ad ultimū & ux-  
 ore Eurydice interfecta: regnum Aegypti scortorum sic rexit arbitrio: ut nihil in regno prop-  
 rium haberet praeter nudum & inane regis nomen: Nōne & Orestes Clytemnestra matrem:  
 Agrippinā Nero: Antipater Thesalonicens iterfecit: Chari filij: Nōne Theseus Hippolytū  
 castissimū: Philippus rex Macedoniae Demetriū filiū adolescentē optimū iussit occidi: Nō-  
 ne & Ptolemaeus alter aduersum pietati nomen & ipse quoque fidissimus rex Aegypti duos:  
 Et Herodes rex Iudae unū: Et Constantinus Romanorum Imperator unū quoque Crispū filiū  
 interemit: Nōne Maleus dux Carthagenensium Carthalonē filiū crucifixit: Quin & matres  
 quae amor hinc intensior: hinc mitior sexus: in filios sauiuerunt. Nota oibus Medea. Quid  
 Laodice Cappadociaeque regina: quae regnandi cupidine filios quinq; mafauit: Chari inquam  
 parētes: repeto enim: chari filij: chari fratres. At ut uno exemplo omnis claudat impietas: Phra-  
 tes rex Parthorum omnium regum scelestissimus: omniumque mortaliū regnandi non cupiditate sed ra-  
 bie furisque actus Orodem senem & afflictum patrem: ad haec & triginta fratres suos dicti re-  
 gis filios: suumque insuper filiū occidit: ne quis superesset in Parthia qui regnaret. Sed uetusta  
 haec: Nunquid non & recentiore memoria inter patrem & filium de regno in Britania certa-  
 tum audiuimus: & nudius tertius inter fratres in Hispania decertari uidimus: Quaeque talium odi-

orum & maxime fraternorū crebra adeo & noua & uetera sint exempla: ut pene laboriosius sit exquirere qui amici fratres fuerint: quā qui hostes. Vtrūq; postponimus: Remedia em̄ nūc non exempla colligimus: Quid præterea: an non chari coniuges: chara uxores: Sed interro gabis Agamemnonē ac Deiphobū: & de uestris Claudiū Cæsare ac minorē percunctaberis Africanum. Hi tibi quā chari fuerint uxoribus suis dicēt. Cōtra uero O cōtūā sciscitare & Ar sinoen: quid illa de Nerone suo: hæc de suo sentiat Ptolemæo. Illa de adoptiuo: hæc de naturali fratre: utraq; de marito. Illa quidē in seipsa: hæc in filijs experta testabitur. Eminentia ut uides & clara decerpimus: uulguſ & urbes & cōmunem uitam hominū his plenam querimonijs præterimus. Quibus ita se habentib⁹: cum in omni genere illorum qui charissimi uideantur: odijs sæpe latentibus: sæpe etiam manifestis multa insit amaritudo: sola amicitia odijs uacat: nemo unquā non dicā occidit aut perdidit amicū: sed ne læsit quidem uolens. Quobrem si amicum uerū qualem prædicas inuenisti: magnas te diuitias inuenisse credito: Illud uide ne: ut magna pars hominū rebus dedita uilibus nobiliūq; contemprix & agris aut mercibus quā amicitijs ac uirtutibus colēdis intentior: quod optimū nactus es negligas. Si tātam curā impēditis custodiā auri & argenti atq; orientaliū lapilloꝝ: quæ sunt terræ fæces & pelagi purgamenta: quāta diligentia amici cultui impendenda est rei preciosissimæ ac diuinæ: Ne qua unquā re offensus: ne quo unquā uerbo alienat⁹ effugiat: serumq; audias illud Ecclesiasticū: Sicut qui dimittit auem de manu sua: sic reliquisti proximū tuū & non eum capies: Nō illū sequeris: quoniā longe abest. Effugit em̄ sicut caprea de laqueo: quoniam uulnerata est anima eius: ultra eum nō poteris colligare. Proinde ingens bonū habes ac suauis: operosum tamen ac difficile: quæ sita in quō operosum & custodia. Magnus thesaurus est amicus: sed magna seruādus cura: magno si pereat lugendus fletu.

## De Diuitiarum copia: Dial. LIII.

Gau.

**S**ed abūdo opibus. Rō. Iā nō miror si & amicitijs abūdare uisus eras. Nō est nouū neq; insolitū: locupletū limina uulgarib⁹ amicitijs & simulatis obsequijs frequētari. **A**  
**G**au. Opū magna uis est mihi. **C**Rō. Anceps & onerosa foelicitas: & quæ plus inuidiæ sit habitura quā gaudij. **G**au. Diuitiæ exundantes sunt. **C**Rō. Nō statim ideo exundans quies exundansq; iucunditas: Vix diuitē inuenias qui nō sibi melius fuisse in mediocritate uel honesta etiā paupertate fateat. **G**au. Multi mihi accreuerunt diuitiæ. **C**Ratio. Securitas: gaudiū: tranquillitas decreuere: quæ si cum illis crescerent: nō amari tantū diuitias pateret sed hortaret. **G**au. Opes multas habeo. **C**Rō. Habes rem quæ sita difficilem: custoditu anxiam: amissu flebilem. **G**au. Magnæ mihi diuitiæ sunt. **C**Rō. Sparsæ si fuerint decrefcent: seruata nō te diuitē sed occupatū: non dominū facient sed custodē. **C**Gau. Diuitias habeo ingentes. **C**Rō. Vide ne potius habere: hoc est ne non diuitiæ tuæ sint sed tu illarū: neq; illæ tibi seruiāt sed tu ipsis. Nam si nescis: plures multo sunt qui habent quā qui habent: multoq; crebriores: quos propheticus sermo notat: Viri diuitiarū quā diuitiæ uiuorum: Sic uos uestra cupiditas uilitasq; animi de dominis seruos facit. Vfus quidē pecuniæ nō est: ut naturæ necessaria cōparent: Pauca simul & exigua longeq; facilia: quicquid excesserit graue est: nec iam diuitiæ sed uincula: sed cōpedes: nec iam corporis ornāmēta: sed impedimenta animi & sollicitudinū atq; formidinū acerui. **C**Gau. Diuitijs plenus sum. **C**Rō. Caue ne te rumpant: Omnis em̄ plenitudo quærit exitum. Multis mortem attulere diuitiæ: requiem fere omnibus abstulere. **C**Gau. Opes habeo immensas. **C**Rō. Bonis morib⁹ rem aduersam. Nimia opes non modo singuloꝝ hoīm: sed populi Romani corruerunt mores miramq; illā & eximiā fregere uirtutē: qui tam diu clarus & tam diu iustus atq; integer: quā diu pauper fuit. In ægestate uictor gētium: & quod est gloriosius: uictor sui domitorq; uitioꝝ: a diuitijs uictus est atq; pessundatus: Nota loquor: Quid nūc tibi de diuitijs sit sperandum uides. **C**Gau. Diuitijs affluo. **C**Rō. Quætu mallē ytuꝝ bus abūdares. **C**Gau. In diuitijs requiesco. **C**Rō. Consopiti estis in uepribus miseri. Grauis sopor qui non sentit aculeos. Venit ecce quæ uos excitet: & exponat luce clarius id quod scriptū est: Dormierūt somnum suū & nihil inuenerūt oēs uiri diuitiarū in manibus suis.

## De Inuentione Aurifodinæ: Dialogus LIIII.

Gau.

**A**urifodinam inueni. **C**Rō. Hæc spes opum: multis inopia: nōnullis exitij causa fuerit: dum neglectis oibus alijs curis huic unī deditis & laboris plurimū & lucri modicū res habuit: dū ad hanc auri cupidinē: cœlo & sole derelictō in tenebris æuū agere didicerūt: cæco & noxio ante tempus uapore cōsumpti. **C**Gau. Aurifodinam casus obtu

e

**B** lit. **CR**ō. Vt auerſus a contemplatione cœleſtium terreſtribus inhies: neq; tantūmodo hu-  
mi accliuſ ſed ſub terra merſus infœlicius uiuas & breuius. **CG**au. Aurifodinam ingredi-  
or. **CR**ō. Nero Caſar ſuprema illa ſua nocte terribili & miſera: ſed ſibi debita: ut quoddā  
ſpecus ingrediēs ignominioſam mortem & ludibria populī perſequeētis euaderet: a ſuis ad-  
monitus negauit: uicū ſub terrā ſe iturū: Tu nullo metu impellente ſed auaricia rapiente ui-  
uus iſ ſub terrā: neq; te hinc alium cœli lumen retinet: illinc atrā telluris horror excludit.  
**C** Quid mirum ſi per oēs terras quærēdā diuitiā hoīes fatigātur: quādo & ſub terra quæſitā  
& effoſſā tartareos exagitāt manes: Vtq; ait Naſo: Itum eſt i uiscera terræ: Quæſq; recedī-  
derat ſtygijſq; admouerat umbris: Effodiunt opes irratamēta maloꝝ. **CG**au. Aurifodinā  
inueni. **CR**ō. Vetus eſt uerbū: Sæpe unus leporē mouet: alter capit. Inueniſti prædā quam  
plurimi cōcupiſcāt: unus rapiat: & tu ille forſitan unus nō ſis. Circū oprabilia ſit cōcurſus:  
& periculū eſt inueniſſe unū: quod cupiāt multi: nullus partiri uelit. Hæc eſt cauſa cur cum  
Italia: ut ait Plinius: metalloꝝ oīm fertilitate nullis cedat terris: interdicitū id uetere cōſulto  
patꝝ atq; occultatū eſt ut Italia parcereſ. **CG**au. Auriferā terrā fodio. **CR**ō. Labor ceſtꝝ:  
euētus ambiguus. Quid ſi multū fodias: nihil inuenias? Quid ſi multū iuenias ſed nō tibi?  
Quid ſi tibi inueniſſe peius ſit: & nihil inueniſſe erat melius? Humano ſæpe gaudio mœror  
eſt proximus. **CG**au. In aurifodinam descendi. **CR**ō. Inter hoīes quæri ſolet quod inuen-  
tum mergat in tartara: Tu apud tartarū quæris quod te tollat ad ſuperos: **CG**au. Aurifo-  
dinam repperi. **CR**ō. Pronum iter ad inferos inueniſti.

De Inuentione Theſauri: Dialogus LV. **CG**au.

**A** **T**heſaurꝝ repperi. **CR**ō. Cauē dolos & inſidias fortuna. Hamis eſca prætenditur:  
uiſcus & laquei blandū aliquid præ ſe ferunt. **CG**au. Theſaurum inueni. **CR**ō.  
Multis theſaurus mors fuit: Vt nullū corpori piculū ſit: diſcimē eſt ingēs animæ.  
Nō ſatiāt opes deſideriū: imo nec mitigant ſed accendunt: humana cupiditas ſucceſſibus in-  
ardescit: & creſcente auro creſcit auri ſitis & quærendi ſtadium: minuiturq; uirtus: quæ una  
mors animæ eſt. **CG**au. Theſaurꝝ mihi ſors obtulit. **CR**ō. Pōdus inſeſtū cōtrariumq; mo-  
deſtiæ. Nil ſibi non arrogat quē repens fortuna beauerit. **CG**au. Inſcius in theſaurꝝ incidi.  
**B** **CR**ō. Tutius forſan in colubꝝ incidiffes. Cū em̄ diuitiā auri & argētī uirtutū inopiā affer-  
re ſoleant: idq; ſit omnibus propriū: tum præcipue repentinis: q; aliæ ſi ſenſim nocent: dum  
& uero aliquid detrahūt indies: & opinionibus falſis robur adſciunt: hæ ſubitū pariūt ſtu-  
porem: improuiſoq; impetu mentē turbāt. **CG**au. Theſaurꝝ inuentū domi abdidi. **CR**ō.  
Qd̄ in hac tua læticia ſummū eſt: inueniſti grauē & inutilē terræ facē: pudeat cœleſtis natu-  
ræ animū huiſ attolli. **CG**au. Theſaurus inſperatus obtigit repente. **CR**ō. Hūc manſurum  
credis & repente deſinet: Quæcunq; ſere cito creſcunt cito occidunt. Subitæ opes qualiſ ſœli-  
citas ſomniantis.

## De Fœnore: Dial. LVI.

**CG**au.

**A** **P**ecuniam in tūto fœnore poſui. **CR**ō. Eſt & qui bene iuentis male utit: & qui male  
iuentis peius & peſſime: Tu pecuniā inueniſti nō ut diues fieres ſed ut malus: non  
tam malus: ut auguror: futurꝝ ni pecuniā inueniſſes. Sūt em̄ qui ſucceſſibus nequi-  
ores fiunt: nō dei munus agnoſcentes: neq; illi ſaltē ſimiles: de quo ſcriptū eſt: Cōſitebit tibi  
cū benefeceris ei: ſed apertā ſibi cœlitus nequitia ſemitā extimātes. Inueniſti ergo pecuniam  
qua dedecus mercareris: & exanime metallū animæ tuæ ſarcinā faceres infœlix. **CG**au. Fœ-  
nus bene poſui. **CR**ō. Malū nō bene poni dixeris ſed deponi. Si quidē malū pōdus excuſſe-  
ris bene erit: alioquin ubicunq; poſueris: dū ad te pertinēat: malū eſſe non deſinet. **CG**au.  
Fœnus optimū bene collocaui. **CR**ō. Quomodo bene collocē malū uideris. Sane quāto  
opinū malum: tātō & peius. Notū illud Dauidicū: Prodiſt qualiſ ex adipe iniquitas eorꝝ.  
**B** Quāto ergo ditior fœnerator: tātō & nequior: tātō maior auaricia: maior impietas. **CG**au.  
Fœnori ſtudeo. **CR**ō. An nulla artium erat cui meliꝝ ſtuderē? An erāt multa: ſed huic ap-  
tius erat ingeniū? An quid rei eſt ut huic uni ſtudio animū applicares: q; neſcio an aliud uſq;  
fœdus inuenire potueris aut uilius: aut tam miſeri proſus & deiecti animi tanq; inertis in-  
diciū? Tot undiq; patēt artes: tot uiuēdi uia: peſſimā oīm elegiſti: q; quietior uiſa eſt: ſedere  
ſq; & numerare dies ac uelociffimi ſinē mēſis expectare: nō intelligens tibi q; horas dieſq; &  
mēſes & ānos currere: & ut nexiſ tuis: ſic & tibi terminū iſtare: ſicut inq; illis ut tibi: ſic tibi ut  
naturæ debitū ſoluas: turpiꝝ parta deſtituēs & incere. Extorques ergo a paupibꝝ q; ignotos  
dites: & futuri ſp̄ metuēs iudicij: & obſcœnæ interim nō dñs ſed cuſtos pauidꝝ rapinæ: fame

# De Agro fertilī & exculto: Dial. LVII.

pressus & infamia. Mirarer in urbibus politicis huic flagitio locū esse: nisi esset & reliquis. Itaq; cū pauloante hoc tēpus foeneratores ut leprosi a cōfortio hoīm segregati agerent: nec tantū ad eos nullus accederet nisi egenus: sed etiā ut male olētes atq; cōtagiosi ab obuijs uisarentur: nunc iam nō modo cū populo: sed cū principibus cōuersant & matrimonia cōtrahunt & dignitates adipiscunt. Tanta est uis auri: imo quidē qđ pro monstro audias: ipsi: q̄s deus om̄ipotens male perdat: principes foenerant: tam leuis animā samāq; iactura: tā sua uis undecūq; quāsitā pecuniā odor est. ¶ Gau. Foenerari iuuat. ¶ Rō. Turpis delectatio & misera. ¶ Gau. Foenerari solitū sum. ¶ Rō. Si Catoni credim⁹: hoīem occidisti. ¶ Gau. Foenerator sum: artificū aliud nō didici. ¶ Rō. Hic auariciā clypeus: hęc causa pratendit: qđ si discere uolenti quoq; difficile est: quid discat inuitus. ¶ Gau. Sēper foenerabor. ¶ Rō. Sēper igitur miser eris: sēper cupidus: sēper inops.

## De Agro fertilī & exculto: Dialogus LVII.

¶ Gau.

**F**ertilis ager est mihi. ¶ Rō. Vim foecundatoris intellige: donisq; cœlestib⁹ sic utere ne displiceas largienti: qđ ita demū rite facies: si & sobrietatē & modestiā fertilitas non excludet: & ubertas in partem egeni ueniet atq; amici: Nil soli dulce: nil sapidum. ¶ Gau. Agrum fertilem exquisitissime colo. ¶ Rō. Nō homo terrā: sed terra homini seruire debuerat: hominū culpis effectū est: ne terra possessori suo sine labore respondeat: Inculca messē horridam: lappas & tribulos paritura: Hanc ferro sollicitare mirisq; blādicis mollire: mortalis coegit indigētia. Hinc agriculturā fluxit initiū sanctissimā & innocentissimā quondā uitā: nunc uni ex multis & prisco labori & nouis uitijs obnoxia: postq; nihil inuidia atq; auariciā inaccessum: rusticas etiam casas urbana piacula peruaferē. Certe ultimos hominū rusticos malos fuisse conuenit: Vnde illud poeticū: Extrema pillos iusticia excedens terris uestigia fecit. Sed uerendū ne qui mali fuerant nouissimi: primi sint: ut si unq; forte esset ad uirtutē reditus & ad priscos mores: in hoc q̄s sint ultimi. Nūc ad ipsam agriculturā artem redeo: quā magnis olim tractata uiris atq; ingenijs in precio fuit: In qua ut multis in rebus altū locum Cato Cēforius tenet: de quo cū uerissime scriptū sit: Optimus Senator: optimus Orator: optimus Imperator: tandē laudis ad cumulum illud est additum: sine æmulo: siue sine exemplo sui temporis agricola. Quē puderet igit cū Catone terram colere? Quis om̄ino sibi turpe aliquid duceret: qđ pulchrē ille sibi duxisset: qui prater corporis atq; animi uirtutes: rerūq; gestarū gloriā etiā de Hispania triūphasset? Quis sollicitare atq; hortari boues erubesceret: quos in sulcū urgeret illa uox: quā tot magnos exercitus in prælium accendisset: tot ancipites causas disertissime perorasset? Quis rastarū atq; aratarū fastidiret: qđ illa triumphalis ac philosophica manus attingeret: quā insignes de tot hostibus uictorias peperisset: tot de rebus optimis præclaros libros scripisset: siue ad philosophiā: siue ad historiam: siue ad usum uitā spectantibus: quales sunt quos de hoc ipso quod nūc loquimur scripsit: Primus equidē apud uos colendi arui præcepta collegit in formā artis ac redegit in litteras: Secutiq; illū multi alij: quorū quidā humile illud ac depressum artificū nobilissimis atq; altissimis uersibus extulerūt: q̄s nūc memorās nec humanā imemor necessitatis agriculturam certe non improbo. Nunq; tamē aut scriptorū claritas aut inopiā metus coget: ut liberalibus & honestis artibus præferendā censēā nec æquandā quidē: q̄uis em̄ eosdem duces simul illustres & agricolas primū illud imperij tempus habuerit: mutata iam spacio res est. Neq; ut fragilior nunc natura est: ad res tam uarias ingenia uestra sufficiunt: Hac ætate igitur excellentibus uiris agriculturā operam dare: non pro arte uel negotio: sed pro ocio & curarum alternatione permiserim: utq; interdū teneros ramos pubescentibus gemmis inserere: luxuriantia folia curua falce compescere: lasciuos palmites prolis in spem scrobibus cauis infodere: sitientibus pratibus querulos riuos pronō calle diuertere: Illos si nam sic fodere pertinaciter atq; arare: totoq; animo incumbere terris nisi necessitas cogat: indecorum atq; indecens docto fortiq; uiro arbitror: cui nobilioris exercitij deesse materia uix possit. Natura parens optima: dum multas mortalibus artes daret: ipsa etiam distinxit ingenia: ut cui quisq; erit aptissimus: illi insistat. Videbis aliquem qui mediocri ingenio tam solleter aut arua sulcet aut maria: ut hac in re cuiusuis acumen philosophi nulla sibi conferri possit industria: stultum & inglorium fuerit cum alio: non in tua sed illius arte contendere: ubi toto maior uertice minor appareas: & uictor in maximis multis ac paruis in rebus facile uinci queas. ¶ Gau. Ager hac mihi ætate præfertilis fuit. ¶ Rō. Proximā operire: præsens sæpe fertilitas uenturā sterilitatis arra est. Rara quidem sine intermissione prosperitas. ¶ Gau. Dili-

genter agrū colui. **CRō.** Bene: si nil melius quod faceres fuit. **CGau.** Colui uineā exquisi-  
te. **CRō.** Lætam cum illa forte uindemiam pactus: an & cum pruina aut etiam cum grandi-  
ne pepigisti. **CGau.** Solito largius aruum seui. **CRō.** Plures pasces grues rure: plures do-  
mi mures: uolucrum hospes ac uernium: lolij excussor: aræ compactor: horrei architectus:  
metentium seruus ac terentium. **CGau.** Seui agrum largiter. **CRō.** Esto in spe bona: me-  
res quod seuisi triticum atq; sollicitudinem: nisi illud est uerius q̄ triticum plurimorū: sed  
anxietas tua est: & ut proprie dixerim: ager ipse est animus: cultus intentio: semen cura: mes-  
sis labor: hanc uberrimā percipies. **CGau.** Rus optime colui. **CRō.** Dicam qd̄ mireris. Il-  
li ipsi antiqui agricolæ: uiri fortes: quibus gloriæ fuit agricultura: colēdum bene cēserunt:  
sed non optime: Incredibile primo forsan auditu: at experientiæ comprobatione uerissimū:  
uix eī fertilitas sumptum æquat: estq; apud ipsos ueteres: hominis atq; agri cōparatio nō  
inepta: ut uterq; si sumptuosus fuerit: q̄uis & quæstuosus: reliqui nihil aut modicum sit:  
neutrum magni igitur existimandum. **CGau.** Summo studio terram colo. **CRatio.** Tete  
mallem coleres: sed terrestre animal terrā amas: nec multū cum tu illam quā nunc percolis  
impinguabis. Cole agrorum atq; arborū q̄tum uis: neq; multos terræ pedes ad ultimū oc-  
cupabis: neq; ut ait Flaccus: harum quas colis arborū te præter inuisas cupressos ulla breuē  
dominum sequetur.

## De Viridarijs: Dialogus LVIII.

**CGau.****A**

**A** Mœna mihi sunt uiridaria. **CRō.** Habent hæc interdum fateor honestæ aliqd̄ uo-  
luptatis: nōnunq̄ etiā inhonestæ. Aequè igitur studiosos ac uoluptuosos uideas  
umbrosis secessibus delectari: Nam & ingenū locus excitat & ad pœnitentiā quos-  
dam: alios ad incontinentiā & lasciuia exhortatur. Nec de nihilo est q̄ summus orator dū  
infesto reo adulteriū obijceret: amœna in quibus in cōmissum esset loca descripsit: quasi ad  
flagitiū stimulos: Nō locis ergo sed animo gaudendū est: si talis obrigit qui bene locis om-  
nibus uti norit. **CGau.** Secretis uiretis affluo. **CRō.** Secretum Tiberij uiretū: & secessum  
capræ quis ignorat: Pudet pigetq; exequi quæ itidem omnibus nota sunt. Ille senex hirci-  
nus loca ipsa seposita: quibus probris infecerit: Quāto autem gloriosius arido in rure exul  
Scipio Africanus uixerat: q̄ suis in uoluptatibus princeps ille Romanus: Repeto igit: nō  
in locis: neq; ullis præter animū in rebus habitat om̄is uestra fœlicitas. Vnde & qui solitari-  
am uitam recessusq; abditos laudarunt: sic intelligi uoluerunt: si his animus uti sciret & non  
aliter. Proinde quē tu de uiretis tuis fructū colligere expectandū erit: at tum demū quid pro-  
nunciem uideo: Nam si locis tantū gloriaris: quæ tua nudius tertius nō erāt & loca forsitan  
cras non erunt: ac si rite cōsideres: tua etiā nūc nō sunt: alieno proculdubio gloriaris. Quis  
hic gloriæ tuæ locus: Quid ad te si gelidæ per ætatem alpes: si olympus nubibus altior: si  
ramosus ac frondifer apennius: Quid si lucidus Ticinus: si amœnus Athesis: si sonorus  
Sorga: Hæc si laudes sunt: certe nō sunt hoīm sed locorū: tuū sit: expedit q̄ lauderis. **CGau.**  
Decoris spacios uiretis. **CRō.** Refert quæ nam curæ interim tuo in pectore spaciens: Nam  
quid iuuat arcula in eburnea unguenta olida cōdidisse: Quid pulchris in locis turpem ani-  
mum: Quot in rupibus horridis sanctissimi floruerūt uiri: Quot i pratis uirentibus turpes  
adulteri marcuerūt: Adde q̄ nō animis solū: sed corporibus uitæq; hoīm interdum loca hu-  
iusmodi nocuisse compertū est: non tantū haustu aeris imodico: sed ferro etiā occultoq; im-  
petu. Quis non legit apud Curtium: amœnissimos nemoꝝ recessus & uireta illa Medorum  
manu cōsita: regū ac satraparū curā & præcipuā: ut perhibēt: uoluptatem: Atqui i illis iussu  
ebrij ac uesani regis adolescentis: interfectus est Parmenio clarus senex: & ni fallor: Macedo-  
num primus ducum. Quis non nouit Caietam littoris flexū illū quo nullus sub cœlo pul-  
chrior: nullus amœnior: illic iussu temulenti & crudelis Antonij occisus est Cicero: Et pote-  
rat utcūq; tanto uiro locus conuenire: ut postq̄ scilicet Romæ mori fato uetitum erat: flori-  
do in rure moreretur florentissimus oratorum uirq; optimus: sed & modus & auctor mor-  
tis profus indignus fuit. Spaciabatur illis forte tunc in locis Cicero urbanas fugiens pro-  
cellas: & uel ad philosophiam uitæq; cultū suo more noui aliquid cogitabat: uel rēpublicā  
miseratus de statu patriæ conceptū dolorē animi: oculoꝝ oblectatione leniebat: quādo ab  
illo omnis hoste uirtutis immissi carnifices talē uirū abstulerūt mūdo: qualē: ut auguror: fœ-  
cula nulla restituent. Sic est igitur: loca delectabilia sæpe insidijs oportuna sunt: dū licentius  
ibi laxiusq; degit: auersisq; magis sensibus a circūspectione periculi: Nā & laqueo densis in  
syluis feræ: & uisco uolucres facilius in ramis uiridib⁹ capiunt. **CGau.** Lætus in uiridarijs

**C**

& curarum uacuus dego. CRō. Læticia curarumq̄ uacuitas cautioni semper aduerſa eſt. Dū ſua nempe quiſq̄ picula: dū cōmunem humani generis ſtatum omnes acriter cogitant: uix aut lætus ualde aut curarum uacuus quiſq̄ uiuet: neq̄ locorum ſpecies: neq̄ opū ſpes obliuionē attulerit impendentium malorum. CGau. Libenter in uiridarijs meis uerſor. CRō. Non Hercle libenter q̄ apri & urſi. Nō reſert autem ubi ſis: ſed quid ibi agas. Nūq̄ te locus nobilitauerit ſed tu locū: neq̄ id aliter q̄ præclare ibi & inſigne aliquid moliedo.

De Gregibus & Armentis: Dial. LIX. CGau.

**A** Audeo gregibus & armentis. CRō. Brutinū gaudiū. CGau. Armentis ac gregibus abūdo. CRō. Baluina ꝑſperitas quā bæluæ peperere. CGau. Amo greges & armenta. CRō. In omni amore amanti & amati ſimilitudo ſuſpecta eſt. CGau. Armenta gregesq̄ amo. CRō. Amatis omnia: niſi uos inuicem ac uirtutem: quæ imprimis erant amanda negligitis: & quæ negligenda diligitis. CGau. Amo armēta gregesq̄. CRō. O miſeri reꝝ: uilium amatores oſoreſq̄ nobiliū: amatis quæ nec ſe amari ſentiūt: nec amantiſ ſibus uicem reddunt. Cū interea nec uos uicē reddatis amātibus: totūq̄ hoc malū facit auaricia: ut nō modo ſeruū ingenuo ſed pecus homini præferendū exiſtinetis. CGau. Armentorum gregūq̄ ingens copia eſt. CRō. Si ꝑ teipſum illos paueris: quid niſi occupatiſſim⁹ paſtor eris: Officiū uile: laudatum licet a multis: ante alios a Carullo Veronenſi. Sin ꝑ alioſ: non tu paſtor ſed paſtoꝝ ſeruus paſtorūq̄ dolis expoſitus. Nunc uicinus obſuerit: nunc præcipitiū: nūc morbus: nunc abactōr: quotidie demū aliquid fingendū: unde damnū tibi dolorq̄ & illuſio: Magna uero pars mali fuerit illuſor rudis. CGau. Armentis ac gregibus diues ſum. CRō. Laudatæ diuitiæ ſed incertæ & caſibus multis obnoxia: fraudibus: rapiſ nis: peſtibus: quæ tam crebræ tamq̄ ualida: ſunt ut ſæpe totos greges totaq̄ lacerent armēta: Nota peſtis: quā Lucretus: quāq̄ illū ſequēs Maro deſcripſit. Et q̄ multas putas famoſas minus ſcriptoꝝ: penuria ſed damnosa: æque. CGau. Diues ſum gregibus & armentis. CRō. Vagæ patentefq̄ diuitiæ: quæ nō dicā: arcuſa ut aurum: ut gemmæ: ſed ne domo licet ampliffima claudi poſſint: iam nec a ſeruſ: nec a furibus: nec a feris atrocioribus tutus es: omnibus in tuas diuitias datum ius. CGau. Gregibus & armentis gaudeo. CRō. Gau des ſemel: doliturus millies: Nullus dies ſine rumoribus mœſtus ibit: nunc irruerint Sabei tulerintq̄ omnia: nec non pueros gladio percufferint: ut pecuoſo illi quōdā nunciatū ſemi eſt: Nūc bos cornu fregerit: nunc crus equus: nūc uagantem lupus agnū: nūc infectum gregem mors inuaſerit. Non ſat miſeri ueſtris malis & mortalitate propria uiſi eſtis: niſi mortes q̄ brutorum animalium lugeretis.

De Elephantibus & Camelis: Dialogus LX. Gau.

**A** Vnt mihi elephātes. CRō. Cui quaſo uſui: pacis ne an belli: His duo illi notiſſimi hoſtes Italiaꝝ Pyrrhus & Hannibal quibus Romanas dum turbare acies ſperāt: ſuas turbauere: Animal graue ꝑſus & enorme: quodq̄: ut ex hiſtorijs noſtris: ſæpe ſuis exitio fuit: Aſpectu mirū & mole & ſpecie & odore & ſtridore terribile: effectū autē inutile: procuracione difficile. CGau. Eſt mihi ingens elephas. CRō. Fuerunt olim in Italia elephātes: non uenatu quaſiti illi quidem: ſed ab hoſtibus capti & in triūpho ducti: quiq̄ prima fronte terruerant equos Italos uictōres in capitolium ſecuti: erepti autē Pyrrho: Carthagineſibus uero non erepti tantū ſed etiā interdici. Sic em̄ in conditionibus pacis: quā uicti petierant nominatim cautum: ut & quos haberent domitos traderent & alios nō domarent: ita ſenſim obſoleuit uſus elephanti: non ſolū in Italia ubi lōge adueniæ utq̄ aduecti erāt: ſed in Africa etiā & Aegypto: quæ illorū ſunt uiciniores origini. Ita q̄ in Italia auorū memoria unicū Frederico Romanoꝝ: principi fuiſſe: & nūc Aegypto tyrāno nō niſi unicū eſſe fama eſt: Vtrūq̄ uero ad ſpectaculum potius q̄ ad uſum: Sic in India atq̄ Aethiopia exterarū: taꝝ dio gentium liberati: ſyluas patrias incolunt elephantes. Tu quis es: qui elephante gloriari uideriſ: Alter ne Hannibal: q̄ uno uectus elephāte: unoq̄ frātus oculo Italiā fatigauit: Ego hanc bæluā & ſi humani æmulam intellectuſ ab auctōribus proditam: & moribus miris inſignem habendo tamē inutilem & ineptam: & regiaꝝ potius luxuriaꝝ q̄ priuataꝝ fortunaꝝ habilem dico: quæ domū impleat: horreū exhauriat. CGau. At Camelos habeo. CRō. Vna eſt pene ratio utrorumq̄: niſi q̄ elephas turribus: camelus ſarcinis ferēdis idoneus: eoq̄ uti lior aptiorq̄ ſi conſilium petis utere bæluas: quas hiſ ubi uitam agis mundi partibus genuit natura parens prudentiſſima: quæ & bæluas & alia ſuis quæq̄ climatibus aptiora diſtribuit. CGau. Camelum habeo. CRō. Tria milia habuit & amiſit Iob: & morbi & raptōres

& infecta pascua & ruina & mille casus uestra undiq; armēta circumfident: Campi & colles & mœnia perduntur assidue: quid his facias quæ non stant: Bona uestra fere omnia in perpetuo motu sunt: & quam insita uirtute animi deberetis famam quærere: peregrinorū animantium nouitate sectamini.

De Simijs & Ludicribus animalibus: Dial. LXI. ¶ Gau.

A **S**imia delectabilis est mihi. ¶ Crō. Fœdum animal aspectu: triste animal effectu: de quo quid aliud q̄: tædium speres: Quicquid domi reperit aut corrumpet aut sparget: Si his atq; huiusmodi delectaris: utiq; delectabilis simia tua est. Monstrosam bæluam uocat Cicero: nec minus aliquid mirum dicit q̄: urnam sortium euertisse: idq; pro ostento græcorū in historijs scriptū esse iure optimo doctissimus uir irridet: cum uere mirum potius uideri debeat: si nō omnia uertat ac dissipet. ¶ Gau. Ludicris animantibus abūdo. ¶ Crō. Turpe simul & ludicrum esse aliquid non potest. Quis em̄ in turpitudine ludus est: Quinimo ab omni quod oculos auresq; & nares & animū afficiat fugiendū est: corrupti gustus est amara diligere. Sed hic uester est mos turpibus delectari: neq; uero turpia & inepta tantū animalia: sed quo nihil est fœdus: obscœnos etiā homines linguaq; & moribus odiosos in delitijs habetis: Et ad summā: quanto quicq; deformius: tātō uobis acceptius chariusq;: hæc in rebus omnibus uniformis est regula: hic amor: hæc indoles: hoc studium: hæc uestri iudicij laus est.

De Pauonibus: Pullis: Gallinis: Apibus & Colūbis: Dial. LXII. ¶ Gau.

A **P**auonibus affluo. ¶ Crō. Ex illoꝝ caudis argi oculos reperisse consiliū fuerit: ne pedibus noceat notissima regularum pestis. ¶ Gau. Pauones multos habeo. ¶ Crō. Auem uisu pulchram nō inficior atq; amœnā: sed hæc uoluptas oculoꝝ multo aurium tædio pensanda est: quibus contra illū tartareæ uocis horrorē uel fugæ uel Vlyxæ periculis auxilio opus sit: ut sileā omni peius tædio uicinoꝝ odiū ac lamenta: uos uero dum imperiose: & nihil inemptatū relinquenti gulæ parcatis: nec aliena nec uestra incōmoda cogitatis: oblitū hanc uiris olim fortissimis sollicitudinem non fuisse: quādo intacti pisces & feræ & uolucres tutæ erāt: & preter pēnas nil in pauone placeat: ut Naso ait. Neq; nūc sane qd̄ i hac aue tantopere placeat inuenio præter nobilitatem carniū: quæ nō putrescere dicunt longum etiam in tempus si seruent: quod & tibi licitū experiri & expertū se asserit Augustinus. Ita uestram famē nisi adsit ambitio nec cib⁹ satiat nec uoluptas. Pauonem certe cibi gratia Romæ primus occidisse fertur Hortēsius orator: uir eloquio clarus: moribus delicatus & mollis ut fœmia: Sed qui moꝝ plurimos: eloquiū aut̄ raros habet imitatores. ¶ Gau. Pullos nutrio. ¶ Crō. Impedimētū domui: efcā uulpibus: aræ suffossores: quoꝝ unguis & puluerē solū semper & nunq; sup̄ficies æqua sit. ¶ Gau. Gallinaz; magnus est numer⁹. ¶ Crō. Ut cessent tædia pene par fructus & impensa erit: magno precio longisq; clangoribus exigū ouū constat. ¶ Gau. Sed abundo apibus. ¶ Crō. Non mortalis modo: sed uolatus & fugitiua fœlicitas tua est. ¶ Gau. Aluearia multa sunt mihi. ¶ Crō. Non minus in quolibet q̄ uel in magna urbe negotij uel in castris strepitus est. Nunc examina fugient: nūc pugnabūt reges: nūc tinnitu æris: nunc iactu pulueris res egebit ut salua sit. Sæpe omnia expertus nil profeceris: qui cū ditior esse credideris: nudus sis: proinde si seruādū studiū cū melle cōtuleris: mel amarum uoces. ¶ Gau. Sed columbis affluo. ¶ Crō. Atqui apū in thalamis siletur per noctem: ut Virgili⁹ ait: in colūbario aut̄ nūq;: uix ē animal in quietibus columbo. ¶ Gau. Plena mihi sunt columbaria. ¶ Crō. Sūt qui litigent & qui gemant: qui diebus domū fœdent: noctibus somnum frangant: En magni gaudiij materia.

De Piscinis: Dialogus LXIII. ¶ Gau.

A **P**iscinas mihi extruxisse gaudeo. ¶ Crō. Nō puto fœlici⁹ extruxeris q̄ Salomō. Cū te ergo cōuerteris ad uniuersa opa quæ fecerint manus tuæ & ad labores in quib⁹ frustra sudaueris: uidebis in omnibus uanitatē & afflictionē animi: ut unde gaudius fueris fortasse doleas: iacturā existimās & t̄pis & imp̄fæ. ¶ Gau. Feci mihi piscinas. ¶ Crō. Non satis est gulæ omnes terras lustrare: aquæ etiā temptanē: & in regno suo piscibus carcer erigit. ¶ Gau. Piscinas impleui. ¶ Crō. Libertatē piscibus abstulisti ac naturā domū q̄sq; illa sanos fecerat ærotare docuisti. ¶ Gau. Coegi aquas in piscinam. ¶ Crō. Vim aq̄s intulisse in Iulio Cæsare tātō illo quidē uiro notatū & sup̄bia datū uides: Quid in te igit̄ speres: ¶ Gau. Pisces i uiuario cōclusi. ¶ Crō. Pēnatas uolucres uinculis & imperio coerctis: quid mir⁹ si pigris q̄z piscibus imperatis: Oia prorsus in uestra potestate & uestris subiecta

sunt pedibus: laboriosi & cupidi mortales: præter unum animū quē regere & frenare uel nō potestis: uel quod est uerius: nō curatis. Itaq; uagus & indomitus ille uos agitat: & in omne uanitatū genus ac sceleꝝ impellit: qui si uobis: imo si rationi subditus atq; obediens esset: ad meliore finē rectiori calle uos duceret: præstaretq; ut multa quæ cupitis sperneretis. ¶ Gau. Pisces inclusos in piscinis habeo. ¶ Crō. Cum oīa subdita sint uobis: uide q̄ decorū sit esse uos subditos uoluptati: rei omniū uilissimæ: rerū nobilissimos omniū: quæ sub cœlo sunt. Sed sic est: omnibus imperare uultis: ut libidini seruiatis. Neq; uero nouus hic error nec plæbeius: sed antiqu⁹ & illustriū: piscinas ac uiuaria ostreæ: primus instituit Sergius Orata baiano in littore: Sub idem tempus reliquorū pisciū uiuaria inceptit Licini⁹ Murana: uterq; cognomen seu illud agnomen a pisce sortitus. En præclare agnominū causā: q̄ ille sc̄z oratam appetijt: hic muranā. En q̄ Africani & Macedonici titulos mereant: & forsitan nō curarum minus hi suis in piscibus capiendis & condiendis inq; suis uiuarijs extruendis susceperant: q̄ Scipio & Paulus in liberanda atq; ornanda patria suisq; uictorijs ac triumphis. Ita penitus ueꝝ fit: quod quidā dicūt: quātitate curas hoīm pene pares: qualitate uero longe impares. Atq; ut mala semp̄ exempla imitatorū turbis affluunt: secuti sunt Liciniū hunc nobiles uiri Philippus: Hortensius: ac Lucullus uir alioquin memorabilis: qui uiuario simplici nō contentus illic prope Neapolim montem scindi fecit: nō minori sumptu q̄ quo sibi uillam erexerat: requiem captis piscib⁹ meditatus: fluctu æquoreo scissæ rupis claustris: instar trāquilli portus immisso. Q̄ obrem magnus Pompeius: ut qui non uiuaria sed imperia cogitaret: haud illepe hunc Lucullum Xerxen togatum: hoc est montiū effosorem nūcupabat. Quid de alijs: Muranæ uiuaria primus fecit Curus quidam: nescio quis: Nā cum omib⁹ muranis suis adhuc male noscitur: quæ illa copia tanta fuit: ut earū sex millibus triūphalē cœnam Iulij Cæsaris adornaret. Ut hic quoq; suos imitatores habuit: nominatim Hortensium oratorem: de quo supra dixim⁹: uirum qui nunq; molli defuit exemplo: Ita uestræ litteræ sæpe nihil detrahunt insanix: Nonnunq; uero: quod mireris: adijciunt: dum licere sibi omnia existimant qui litteras didicerunt: & multa sibi arrogant: quæ sine litteris non audeant: Et hic ergo uiuarium habuisse dicī baiani tractus i littore: ibiq; iter cæteros pisces sic muranam unam dilexisse: ut extinctam luxerit. En amor egregi⁹: en docto grauiq; uiro dignus fletus: qui nec sui temporis bella domestica: neq; proscriptiones acciuiū mortes fleuisse legitur: nec Cannēsem: si suū in tempus icidisset fleturus fuerit ruinā: muranæ obitū fleuit. Tāta hæc leuitas facit: ut iuniori uenia debeat. Antonix ætas ac sexus excusabiliorē reddidit ineptiam: quæ muranā suam: tamē nō defunctā genuisse: sed uiuentē aureis in auribus coluisse traditur: Sicut Baulos: id erat uillæ nomen: ipsis Baianis in finibus multos spectaculi nouitate cōtraheret. Fuerūt & uiuaria cochlearū: & aliæ pisciū uanitates: atq; imprimis lupus tyberinus: inter duos præcipue pontes captus. Sed satis multa de alienis errorib⁹: Tu quo plures his implicitos uides: eo diligentius caue ne similibus impliceris: neq; tibi nunc usum pisciū: sed nimis magnā curā rerum ignobilium interdico.

De Auarijs auibusq; loquacibus & canoris: Dial. LXIII. ¶ Gau.

**A**ves uarias in auario conclusi. ¶ Crō. Iam pisciū minus mirer ergastula. Sūt & uolucrum quibus latior ac liberior patria cœlum erat: inuenit gula uenationē: inuenit piscationē: iuenit aucupiū: nec cœpisse satis est: quas liberas natura creauerat: nisi etiam afferentur. At quanto erat honestius gulam cogere parabilibus atq; facilib⁹ cōtentari: & syluas feris: maria piscibus: ac remq; uolucris linq̄ere: q̄ in his tantū studij ponere: q̄ tum si captādif in uirtutibus ponere: illas pridē: nam minime sunt fugaces: optimo studio quæsitæ intra animi habitum clausissetis: unde nec effugere possent nec auferri. ¶ Gau. Auibus auarium impleui. ¶ Crō. Rem nequa q̄ necessariā: & quæsitu nec min⁹ custodia difficilem: peruetustam tamē: cuius ante mille quadringentos annos Romæ auctor fuit Lelius quidā cognomento strabo uir equester: Non ille quidem Lelius sapiens habitus: qui si auaria repperisset: nomē sapientiæ pdidisset. Quædā sunt inuentu: ut uident utilia ac iucūda: quæ tamē ingenia alta deceant: Qui piscinali: qui auaria inuenerūt: quid aliud q̄ gula studiū habuerūt: q̄ uirtutis cultoribus alienū est. ¶ Gau. Inclusi pingues turdos & turtures. ¶ Crō. Sed non tardos tortores: tot illecebris irritata gula: supplicia exigit stomachi laborantis. An non Satyricū illud audistis: Pœna tamē præfens cū tu deponis amictus. Turgidus & crudū pauonē in balnea portas. De Pauone loquit: Formosa etem & famosa est auis: sed nō sola quæ præcipitē gulā plestat. Gula quidem oblectatio: gustus breuis: ipse

D

quoq; mox in nauseam uersurus: ni coereas: Pœna aut longa: cruditas indigestibilis morbi: sape etiã & mors. I nunc turdis pinguib; ac turturibus gloriare. ¶ Gau. Habeo loquaces coruos ac picas & psitacos. ¶ Rō. Latatus his Augustus Cæsar eos magnis emit precibus: qui uictorẽ ac triũphatorẽ Cæsarẽ salutarent. Cũq; subinde alij atq; alij ingererent: satis se salutariẽ taliũ domi habere respōdit: ponēs illi methã uanitati: nisi coru; ipse nouissim; ioco illo mirabili pluris se q̄ ceteros redimi coegisset. Et hæc quidẽ in Saturnalib; leguntur. Quid in naturali uicini nostri Veronensis historia: Coruus ille tam docilis e sutrina ubi impense alebat: in publicũ euolare solit; & Tiberiũ Cæsarẽ: Druſũq; & Germanicũ nominatim: totũ deniq; Romanũ populũ salutare: tãta plãbis gratia: tãtoq; oĩm fauore: ut cũ eum uicinus uel iuidia uel ira percitus occidisset: ingēti oĩm mœrore occisor ipse ex ea uicinia pulsus primũ: deinde etiã a populo interfect; sit. Coruus aut operosus exequijs & solenni funere elatus ac traditus sepulturã. O ineffabilis populor; semper insania: in illa urbe fletũ & sepultum coruũ: & eius interfectorẽ Romanũ ciuẽ morte multatũ: in qua nec Africanus maior sepulch; habuit: nec minor ultorẽ: quia si dñs placet coruus hic populum salutabat ut diximus: Illi aut nō salutabant sed salutẽ populo gloriãq; contulerãt: adeo gratior uox coruor; q̄ uiroꝝ uirtus illustriũ. Neget nũc aliquis tutũ sese populũ cōsensisse iudicio: q̄q; ueris æstimatoribus nō sit mirus publicus hic uiroꝝ fortĩũ cōtemptus: cum ab his coruor; uolucrũq; loquaciũ miratoribus & diuinã uoces & cœlestia spernant; oracula. ¶ Gau. Formosus est mihi psitacus. ¶ Rō. Solus nempe omniũ torque aureo insignis: nisi Phœnix & ipse etiã auum torquatus: & præterea suã unicus speciei. Ver; psitacus saluator magnus: & præsertim principũ: plane q̄li adulatorẽ illũ fecerit natura. Vnde Distichon illud innotuit: Psitacus a uobis alioꝝ noĩa discã: Hoc didici p me dicere Cæsar aue. ¶ Gau. Est mihi pica disertissima. ¶ Rō. Cũ perrari sint hoies diserti: tibi disertissima pica est: Loquax fateor & saluatrix e; fedula. Vñ & illud: Pica loquax certa dominũ te uoce saluto: Si me nō uideas eẽ negabis auẽ. Certe de huius auis intentione discēdiq; studio mira nescio an uera narrant. Illud imprimis uix credibile: propositũ ei uerbũ si oblita sit: angĩ illã grauiter & affigi: molestiaq; animi tacita meditatione testari: si ipsum ei uerbũ ad memoriam reducat; miris modis hilarescere. At si p̄sus seu uerbi difficultate seu memoriã imbecillitate uincat;: p̄ dolore etiam interdũ mori: ut iam minus mira Homeri mors poetã sit habēda: si tamen illa etiã uera est. Neq; uero picis oĩb; hæc docilitas dat;: sed his tãtũ: & quã glãde cibũ nomenq; percipiũt: & apud uos uulgo glandaria uocantur. Pica; species & forma insignis & ingenio. ¶ Gau. Dulcior nam canoramq; lusciniã nactus sum. ¶ Rō. Et hanc quoq; & sturnũ grãci latinicq; sermõis dociles inueniri: & turdũ insup sua ætate sermones humanos imitantẽ Romã fuisse auctor est Plin; secũdus: Quod de sturno nup publice notũ fuit: quẽ seriatim plurima uerba proferentem humanis accentibus: sape in ipsius Plinij patria & audire tibi cōtigĩt & mirari. Nã de psitaco tam trita res est: ut mirabilis iam esse desierit. Quotiẽs hũc audisti cibos unũ atq; alteꝝ: clara uoce poscentẽ: Quotiẽs nutritorẽ suũ proprio noĩe uocantẽ: atq; ut persuaderet multa illi gestuũ ac uerboꝝ dulcedine blandientem: Quotiẽs sic ridentẽ: ut astãtes i risum cogeret: nec omnino alitis sed ueri risus hominis crederetur: Quã q̄uis ita sint: tamẽ hi omnes: lusciniã præsertim multo melius: mihi credite: suis in ramis canerent: q̄ uestris i caueis: nisi quia uestra cupiditas nihil extimat: nisi quod sibi propriũ fecit. Cum natura fecerit cuncta cõmunia: sic ultra suos fines atq; ultra suum nomen tendit auaricia. ¶ Gau. Aues innumeras congregaui. ¶ Rō. Vt multas siue ut omnes habeas: phœnix puto deerit: siue un;: siue est nullus: siue illud in fidem recepimus quod quidã tradidere anno urbis octingētesimo: auem hanc ex Arabia in Aegyptum euolasse: captãq; ibi & Romam delatam atq; in Comitio spectaculo populũ expositam: supremam tandem ut crebibile est mortem obiisse: quod ultimum falsum esse non dubitant: qui de primis magni dubitant auctores. Ita cum omnes aues habueris: mirabilem pulcherrimamq; omnium non habebis. Dolens & indignans iocor: Vt qd enim semper pueri inanibus gaudijs exultatis: Vtq; ait Salomon: Vsq; quo paruuli diligitis infantiam; Quin aliquãdo conuertimini ad correctionẽ meam: ut idem ait. Si quidem ipsa eadem sunt quã loquor: Sinite o cæci aues in syluis agere: nidificare & pasci & canere & errare: Vos inertis plumas animi ad cœlũ pandite: atq; humo uos attollite: enitimini non uolucres captare sed uolucres fieri. Tuq; his omiſsis: de quibus loqui pudet: si quid habes quo latari uirum deceat profer.

E

F

G

**U**Xorem duxi nobilem. **CRō.** Mallem tibi non tantū picas ac psitacos sed bubo-  
 nes strigelq; domi esse. Illi canerēt: ista iurgabiēt. Illi aliquid nunciarent: hæc peraz-  
 get. Illos excludere liceret: hæc nō licet. **CGau.** Claro cōiugio ornat<sup>9</sup> sum. **CRō.**  
 Speciosa uinctus es catena: unde te sola mors liberet. **CGau.** Claro coniugio foelix sum.  
**CRō.** Casto foelicio: foelicissim<sup>9</sup> coelibatu. **CGau.** Pulchro cōiugio illustrat<sup>9</sup> sum. **CRō.**  
 Anceps uxoris electio: deformis facile fastidiē: formosa difficile custodiē: ea lege qua inter  
 formam corporis atq; animi castitatē lis prope perpetua ē. Sed ut qd<sup>9</sup> rarissimū est cōtingat  
 & formæ pudicitia iūcta sit: uberius tecū agam. Accedant & foemineæ dotes aliæ: nobilitas:  
 sensus: opulentia: foecunditas atq; facundia: famæ integritas: mox candor: Scito tuū limen  
 his immixtā subintrasse superbiā: ut iure Satyricus uideat: malle Venusinam q̄ Corneliā  
 Gracchoꝝ matrē Africani filiā paternis triumphis ac gloria insolentē. **CGau.** Nobile cōiug-  
 ium & honestū obtigit. **CRō.** Quid de fastu fastidioq; ais: Pax ne foemine mores notis  
 Disce seruire: disce pati: disce charos perdere: uni cōiugio uacandum est: amicitiaꝝ scopulus  
 uxor imperiosa & uiri affectuum moderatrix. **CGau.** Generosa mihi uxor obuenit. **CRō.**  
 Grauis sarcina: dura compedes: liberos humeros atq; olim liberos pedes prement. Dux  
 dictu: duru cogitatu: durissimūq; perpeffu: nō unius lucis sed totius uitæ hospes: forsitanq;  
 hostis uacuā præsidis inuasit domū. Vnde illam: ut dixi: ueteris repudij spe sublata: sola sci  
 licet mors excludat. **CGau.** Cōiugem gratam duxi. **CRō.** Erras: Illa te duxit: diu nimium  
 fueras tuus: accessit sponsa domina: carnifex præuignis: amula socru: familiæ iugū: coqui-  
 næ labor: onus penui: sumptus arcuæ: ornamentū aulæ: diurnū spectaculū fenestræ: lis no-  
 cturna cubiculo. **CGau.** Vxor mihi uenit amantissima. **CRō.** Cū amore: nescis zelus &  
 suspitiones & querelæ subeunt: immortale duellum domi habes: ipsis ex uoluptatibus & io-  
 cis inimicitia erumpent: nec ad mensam: nec in thalamo tutus crī: nullū tempus litigio ua-  
 cabit: media nocte pugnabitur. **CGau.** Exoptatas nuptias contraxi. **CRō.** Cum coniuge  
 nuptias: cum pace diuortiū. **CGau.** Vxor contigit cui unice placeo. **CRō.** Melius forsitan  
 displiceres: non te amando premeret atq; attereret: & cogitare & res tuas agere & somnū car-  
 pere sineret: nunc uxori placens: nil quod tibi placeat præter illā spes: totū sibi te uendicat:  
 nec sufficies totus. Si quo forte ire uelis: fugere te fugaq; causas fingere: si quid agas oblitū  
 sui: si quid cogites iratū sibi: si cibo abstineas sordere res suas tibi: si fomho cesseris externa te  
 uenere fessum dicet. Deniq; ut uxori placidus: tibi atq; alijs inutilis sis oportet. **CGau.** Vx-  
 orem habeo quæ me ardēter amat. **CRō.** Melius amaret caste: pie & sobrie ac uerecūde: Ar-  
 dens em amor quid nisi incendiū est anima: qua ardente quis nā ibi modestiæ: quis reuerē-  
 tiæ coniugali: quis trāquillitati locus aut quietis: Ardēter te amat uxor: nisi uicissim se amari  
 senserit tepescet: amorēq; odio mutabit: Sin æquandus tibi est amor: & tu ardeas necesse est:  
 uniq; deditus sis amāti: Zelotypæ coniugis uir insomnis: nūc blādicijs: nūc querelis fictisq;  
 criminibus excitādu exercēduq; per noctē: Seu licētius oculū deflexeris: seu ridēti lentius  
 arriseris: seu uicinā saluaueris: seu formam alterius laudaueris: seu domū seri<sup>9</sup> redieris: Po-  
 stremo aliquid feceris aut dixeris q̄ suspectus læsiq; reus sis amoris: quæ si uita dici debet:  
 quæ nā mors dicēda sit nescio. Et hæc quidē de ardēti tuo amore sentētia nostra ē. **CGau.**  
 Est mihi ppetua thori cōsors. **CRō.** Et somni ppetuū exiliū. Maritalis lecti rar<sup>9</sup> ac tenuis so-  
 por est: hinc uoluptas: hinc iurgia: quies nuscq;. **CGau.** Habeo uxore fidelissimā. **CRō.** Fu-  
 isse fidelē aliq; nō nego usq; etiā ad mortē. Et pfecto homi q̄ hoc uitæ gen<sup>9</sup> elegerit: magnæ  
 diuitiæ cōiunx bona & fidelis: maior tñ est acies aduersa: Nēpe etiā illustriū multi dolo cō-  
 iugū periere. Sileo Danai truces & cruētas nuptias & infamē noctē miserāq; tot sil iuuenū  
 fragē. Nō hoc illi quoz; supra meminim<sup>9</sup> grauis Agamemnon: nō Phrix Deiphob<sup>9</sup> neget:  
 nō ex uestris Africanus minor: nō postremo recētior Alboin<sup>9</sup> rex: cui<sup>9</sup> ab ipudica & saua fu-  
 sus cōiuge nitidi Athesis rippā sanguis infecit. **CGau.** Vxorem nobilē: castā: mansuetā: hu-  
 milem & obsequiosam: piā: fidam repperi. **CRō.** Mirus auceps: cornicē candidā inueni-  
 sti. Vix est tamen qui inuenisse se fuscā putet.

## De Vxore formosa: Dialogus LXVI.

**CGau.**

**F**ormosa mihi uxor obuenit. **CRō.** Difficilem prouinciam nactus es: uigila: dixi  
 iam durum custodire quod a multis appetitur. **CGaudiū.** Forma ē uxoris excel-  
 lens. **CRatio.** Solet forma corporis ut multa alia paritate gaudere: imparitatem  
 ac dissimilitudinem aspernari. Si par igitur tibi forma est exerceberis: alioquin cō-  
 temneris: utrumq; laboriosum. **CGaudiū.** Forma coniugis magna est. **CRatio.** Et mag-

na superbia: Vix est aliquid quod æque animum tumefaciat & extollat. ¶ Gaudium. Forma uxoris est maxima. ¶ CRō. Vide ne castitas parua sit. Scitum est illud Satyricum: Rara adeo est concordia formæ atq; pudicitia: ut hæc constet: mox insolentiā quis ferat & quotidiana fastidia. ¶ Gau. Formosissima est uxor. ¶ CRō. Habes domi idolum sumptuosum: operosum: uidebis indes peregrinos nouosq; habitus: lauda hinc corporis habitudinē quā omnia deceāt: hinc ingenii inuentricis ad cūcta uersatile: tum iacturā patrimonij lucy uoca. ¶ Gau. Habeo uxore formosissimā. ¶ CRō. Habes idolū litigiosum insolens: qd affusus colas: qd extra te raptus stupeas: qd adores: unde tot⁹ pendeas. Submitte collū iugo & cōtentus forma cōiugis: curasq; alias & propriā libertatē præcul abijce. Dicebā modo: caue ne quando aliam præter illam laudes: ne quando oculos ab illius fronte diuerteris: ne solito parcus blandiaris: solito minus infans quicquid respueris capitale erit: om̄is sanitas defectio. Viue deniq; ad uxoris edictū: & nutū dominæ suspēsus obserua mancipiū nō maritus: Hæc facito: si tanti existimas aliq; diu formosam thori sociā amplecti: leniq; ad tempus cute gaudere: & candido natos ex utero tanq; poma nobiliora pulchro de uase suscipe. ¶ Gau. Vxorem habeo formosam. ¶ CRō. Venenū dulce: cōpedes aureas: splendidam seruitutem. ¶ Gau. Forma delector uxoris. ¶ CRō. Vana breuisq; delectatio. Nil forma fugaci⁹ & præsertim fœminea: Qui uxore ppter formā diligit: cito illā oderit.

## De Vxore fœcunda &amp; facunda: Dialogus LXVII. ¶ Gau.

**A** **F**œcunda mihi uxor est. ¶ CRō. Multas tibi curas: multos pariet labores uxor sterilis unica tantū: at fœcunda quidē sarcina domus est multiplex. Notum est illud Comicū: Vxorē duxi: quā nō ibi miserā uidi: nati filij alia cura. ¶ Gau. Non fœcunda tantū uxor sed facunda est. ¶ CRō. Hinc filij & nutrices aderunt: hinc sales & vba nō deerunt. Habes cū qua disputes ac declames: & Satyricū nō audisti ubi ait: Nō habeat matrona tibi quæ iūcta recumbit: Dicēdi genus: nec curtū sermōe rotato Torqueat enthymema: nec historias sciat om̄es. Cōiugē quærebas magistrā inuenisti: iamq; aliquid impolitū: cōmune aliquid loqui: sine cōiugis censura & irrisione nō poteris: frustra q; eiusdē Satyricū illud optaueris: Solœcismū liceat fecisse marito. Inter mundi tædia: nullū importunū pro caci fœmina & tacere nescia.

## De opīma Dote: Dialogus LXVIII. ¶ Gau.

**A** **D**ote auctus sum opima. ¶ CRō. Et opima tyrannide: malū malo additū. Superbia coniugalis duo stimuli: dos & forma. ¶ Gau. Multum dotata uxor est mihi. ¶ CRō. Multū dotata uxore nihil est importunius: nihil intractabilius: nil sibi nō licitum arbitrat: quæ suas opes mariti comparat ægestati: quæ uirū pascit: dominā se putat esse nō sociā. ¶ Gau. Magna dos meū subijt limen. ¶ CRō. Vnde dos ingredit: inde libertas egredit: Quod bñ prouiderat Lycurgus: cuius lege cautū fuit: ut indotata nuberet: Et adiecta ratio: ut uxores eligerent: nō pecuniæ: saueriusq; matrimonia sua uiri coererent: cū nullis frenis dotis tenerent. Vtrūq; sapienter: Nam & uere multis in domibus non uiro uxor: sed pecunia nubit avariciæ: & est utiq; magna dos licentia cōiugis frenū uiri. ¶ Gau. Ingēs cum uxore dos obuenit. ¶ CRō. Muta ordinē: imo em̄ cū ingenti dote uxor subijt: quā libentius exclusisses si sola posset excludi. Plane coniugiū obscœnū: ubi nō spe prolis ad cubiculum uiri uirgo: sed ad arculā avariciæ impulsu dos concupita deducit. ¶ Gau. Magnā mihi dotē uxor attulit. ¶ CRō. Dic ueri⁹: magnū preciū libertatis tuæ: quæ si tibi chara esset: ut decuit: nullo eā precio uendidisses. ¶ Gau. Dirissima mihi uxor obtigit. ¶ CRō. De moribus nihil narras: Nempe nihil ut reor de moribus cogitasti: deq; optimis fœminæ dotibus fide: uerecundia: castitate: modestia. Sūt uobis ista cōtemptui: & solū in nuptijs uestris attendit dos & forma: hæc est avaricia & libido: pronuba matrimonij his cōdignæ. ¶ Gau. Pecuniosissima est coniunx. ¶ CRō. Vide an non Themistocleū illud consilium quo diffinit: Male se uirum pecunia: q̄ pecuniam uiro indigentem: recte etiam ad fœminas trahi possit. ¶ Gau. Vxor mihi prædiues est. ¶ CRō. Quanto melius erat cum inopi requiescere: q̄ laborare cum superba: melius esurire cū pauperula humili: q̄ cū insolenti diuite litigare. ¶ Gau. Coniugis dos immēsa est. ¶ CRō. Consequēs est ut elatio animi sit imensa: timor autem uiri null⁹. Nō audebis uitia reprehendere dū respicies dotē: nō præsumes hūiliare illā p quā te memineras supbire: nec fastidia dūtaxat ac tædia: sed pbra etiā & iurias tolerabis. An forte nō Aurelij Antonij præcipis memisti: illi⁹ q philosophi cognomē ob impiū nō omisit: q cū uxo

# De gratis Amoribus: DIALOGUS LXIX.

ris nosceret adulteria: & amici ut eā uel occideret uel saltē dimitteret hortarent: respōdebat: Si uxore dimittim⁹ reddam⁹ & dotē: dos autē erat imperiū. Vides ut ingētis uiri aīm dos frenabat: tuū forsitan nō frenabit. ¶ Gau. Dos pmaxia infinita iextimabilis est. ¶ CRō. Dos matrimoniū onerib⁹ supportādis: nō auariciæ æstib⁹ irritādis inuēta est. Itaq; q̄ magis illā exaggeras: magis infamas: ut quæ utrimq; mole sua noceat: & hinc dātis impudentiā: hinc concupiscentiā accipientis auētura sit. ¶ Gau. Est mihi maxima dos uxoris. ¶ CRō. Nō q̄ta sit dos: sed qualis sit uxor refert: & in dote ipsa nō quantitas certe sed qualitas existimāda ē: unde sc; pfecta: quibus parta modis: multæ magnæ dotes malis artibus sunt quæsita. Helipolitanum & punicum morem nosti: quo; nuptis non pietate patria sed stupris ac dedecore dos constabat.

## De gratis Amoribus: Dial. LXIX.

¶ Gau.

**G**ratias fruor amorib⁹. ¶ CRō. Gratis insidijs opprimēd⁹. ¶ Gau. Gratis uror amoribus. ¶ CRō. Bene ais uror. Est em̄ amor latens ignis: gratū uulnus: sapidū uenenum: dulcis amaritudo: delectabilis morbus: iucundum suppliciū: blanda mors. ¶ Gau. Amo & uicissim amor. ¶ CRō. Primū nosse potes: secundū in ambiguo est: nisi forte nocturnum mulierculæ tuæ murmur in testimonium trahis. ¶ Gau. Amor haud dubie. ¶ CRō. Persuasit ut uideo: nec magnū persuadere uolentibus: om̄s amās cæcus & credulus. Quod si fidem iuramento amatorio uis inesse: scriptum ab amāte chirographum tenera in glacie: testib⁹ austris ī mediū pfer. Sed o insane nihil unq; ipudicæ præsertim credas foemina: sexus: ardor: leuitas: consuetudo mentiendi: fallēdi studiū fructusq; fallaciæ: hæc singula multoq; maxime hæc omnia: quicquid illius ore prodierit suspectū faciūt. ¶ Gau. Amo quod iure animū delectet & dulciter ardeat. ¶ CRō. Credis ex me audire quod ille magister amor; ait: ut feliciter ardens gaudeas & uento tuo nauiges uoluptatis: Id quidē nō consiliū est: Ego uero: quo suauius arderis: eo cautius ex incendio fugiēdum consulo. Tūc sunt mala periculosissima cū delectant: Sæpe suauitatē hanc durissimus finis exasperat. ¶ Gau. Amo amorq;. ¶ CRō. Ut sit ita: quid nisi duplex nodus: nexus artior: graue discrimen: melius de te sperarem si amares tantū: non etiam amareris: Et si em̄ facilitatem amoris atq; difficultatem æque nociuam quidam dicant: q̄ facilitate animus capiatur cum difficultate cōtendat: Ego tamen ita sentio: nihil ad amandū efficacius q̄ amari: cōtraq; nihil esse qd̄ magis ab amando deterreat q̄ scire se nō amari: nec amatū iri credere: q̄ uis id non facile creditura sit cæca & cupida mens amantis: qui unus est ex illo grege de quo scribitur: q̄ qui amant ipsi sibi somnia fingunt. ¶ Gau. Amo ego cum gaudio. ¶ CRō. Qui q̄ male sibi est non sentit obtorpuit: qui malo suo gaudet insanit. ¶ Gau. Apud me fateor delectabile est amare. ¶ CRō. Odiosum mallem ac molestum: quo & fuga mali promptior foret & propinquior spes salutis: nunc delectatio morbum alit: sanus enim fieri respuit quem delectat ægrotare. ¶ Gau. Ut libet apud me quidem ingenium est amare. ¶ CRō. Ut quisq; sapit & loquitur: apud me uero seruire prorsus & languidum: & q̄ fortissimos etiam uiros emolliat eneruetq; dicam q̄ nemo est qui nesciat: nemo erit qui audiens non miretur: sic magnarum rerū recordatio: uel scientibus admiranda est. Neue omnia sequar: quod nec necessarium puto nec possibile: duarum toto orbe clarissimarum gentium duos longe præstantissimos duces ad memoriā reuoca. Iulius Cæsar uictor in Gallijs: in Germania: in Britānia: in Hispanijs: in Italia: in Thesalia: in Aegypto: Idemq; mox in Armenia: in Ponto: in Africa: & rursus in Hispania supremo Marte uicturus: In medio tantarum uictoriarum ab amore regio: interim apud Alexandriam uictus est. Hānibal apud Ticinum: apud Trebiam: apud Trasimenum: apud Cānas uictor: ac demum ī patria uincendus sua: prius apud Salapiam Apuliæ oppidū: quo inexcusabilior sit meretricio amore subactus est. Quanta tibi uideēt mali uis quæ tam duros animos: tam rigida pectora leui frangat incursum: tam rapidos pedes: tam fortia brachia fragilibus uinculis liget. In quo fabulosa & uetera nimis: In bæluas transformatū Iouem ridiculis: Martem uinculis implicitum duris: nentem pensa digitis Herculem: ad hæc & Leandrum fluctib⁹: Biblida lachrymis: Prochryni telis uiri: ppria cuspidē Pyramum: Hyphin laqueo pereuntē: qd̄ q̄ est certū atq; sonātius: & græcor; duces de amore certātes: & notis Troiam flāmis ardentē: absq; his oibus & mille similibus: satis duo illi q̄s præmissim⁹ ad pbandum de quo agit: uel magnitudine nominum: uel historiæ fide sufficiunt. ¶ Gau. Amo: quid de odio dices: si amorē damnas. ¶ CRō. Ut tu accipis: utrumq; damnabo: neq; ideo bonū aliquid dicam: quod aduersum malo sit. Duo em̄ extrema sibi inuicē aduersa piterq; a medio:

D

A

B

C

D

## De gratis Amoribus: DIALOGUS LXIX.

hoc ē a virtute distātia: paritē mala sunt. ¶ Gau. Ergo malū est amare. ¶ Rō. Hoc ego fateor. ¶ Gau. Malo hoc nihil meli⁹ iuenio. ¶ Rō. Credo Hercle ut ē anim⁹: sed tua opinio rē mutat. ¶ Gau. Oderint quos delectat ego amabo. ¶ Rō. Odiū atq; amorē in differentia dixerim: Nam ut odisse uitium: & amare uirtutē æque laudabile est: sic seu uirtutis odiū seu uitij amorē æque damnabile. Et ad summā: uix inuenies qđ per seipsum sic laude uel infamia dignum sit: quin paucis additis: laus ac uituperatio altera locū sumat alterius: Tu quid ames uideris. ¶ Gau. Quid amem nisi quod cæteri? ¶ Rō. Non omnes idem amant. Fuerūt qui amarent deum tam enixe: ut pro amore hoc omnia quidē & seipso uitāq; suā piccisse lucrū ducerēt. Fuerunt qui nō altius aspirantes pro nuda uirtute aut pro patria idē facerent. Numerarem nisi innumerabiles essent. ¶ Gau. Ego nec in cœlo fui unq;: nec uirtutem uidi: amo quæ cerni possunt. ¶ Rō. Si nihil amas nisi quid cerni potest: nihil igit̃ magnū amas: quid qđ directe obuias præcepto illi uulgatissimo: Nolite amare quæ uidentur sed quæ non uidentur: quæ em̃ uidentē temporalia sunt: quæ autē non uidentē æterna: Vos autē cæci animo deditiq; oculis: æternū nihil nō dicam amare sed nec itelligere nec cogitare quidē idonei: uobiscum peritura sectamini: & pudendos affectus honesto tegentes uelo libidinē dicitis amorem: Illum colitis: illū fandi licentia deum facitis: ut probra uestra: quæ uix cœlum tegit excuset. Quid enim deo auctore fit perperam? Ite iam erigite deo uestro aras ac thura porrigite: ille uos ad cœlū euehet: Immo uero cœli deus illū & uos trudet in tartarū. ¶ Gau. Iuueniles ludos in calumniā trahis: amo: da ueniam. ¶ Rō. Si ab offenso poscenda est uenia: ipse tibi ignosce: neq; em̃ alium qđ te lædis: & ah miser quos inter scopulos fragilem cymbā agis? ¶ Gau. Iuuat ita uiuere: nec intelligo quid nam uetere? ¶ Rō. Miserum est peccare: miserius delectari: miserrimū excusare atq; amare peccatū: & tum demū consummata materia est: cum ad studiū uoluptatis opinio. quædam honestatis accesserit. ¶ Gau. Amo: nec possum aliter nec uolo. ¶ Rō. Posses nempe si uelles & forsan adhuc uoluentibus annis uoles. Siquidem cum in multis: tunc præcipue in hoc morbo euenit ut sæpe uirtuti temptatū frustra remediū ultro dies longior afferat. ¶ Gau. Nulla me dies non amantē uiderit. ¶ Rō. Age igit̃: lude: infani somno lætare: experrectus flebis. ¶ Gau. Ego uere non flebo sed canam: meq; ipsum more amantium carminib⁹ consolabor. ¶ Rō. Est hoc quidem de quo multa dici possunt: & quando huc me trahis in istam. Inter multas fateor mira hæc amantiū amentia: non solum apud uulgos ubi consuetudine in naturā uersa furor om̃is excusabilis: sed apud utriusq; linguæ doctissimos: Nam & poetas graiorū & uestros quædā de alienis multa de suis amorib⁹ plausibiliter cōscripsisse compertū est: atq; unde morū infamiā merebant: eloquentia gloriā cōsecutos: Tolerabilior apud illos Sappho: ætas: sexus: animi leuitas: puellam excusant. Sed qđ Anacreonti facias: quid Alcæo: quorū uterq; nō poeta modo insignis: sed uir fortis & rebus gestis in sua republica clar⁹ fuit: Seu quid ex uestris Ouidio: Catullo: Propertio: Tibullo: quorū nullū ferme nisi amatorij est poema: qđ qđ poeta: quib⁹ nescio: unde maior licentia data est: & nō potius uitæ duces arguam philosophos: Vbi Hercle gaudeas: grauitatis multo plus uestris fuisse qđ graecis: uix em̃ occurret horū aliq; tam perditus: qui: non dicam: tale aliquid fecerit: sed non libere: totum hoc uanitatis genus irriserit atq; damnauerit: Apud illos tamē nō cōmunes quosq; sed sæuerissimos philosophorū stoicorū ipsūq;: qđ miraberis: Platonē: in hoc errore uersatos scimus. Amaturū quidē sapiētē uolunt stoici: & sane si de amore conueniat non falluntur. Amabit enim deum sapiēs: ut dixi: amabit & proximum: amabit uirtutem: sapientiam: patriam: parentes: filios: fratres & amicos: & si uerus sapiēs fuerit: etiā inimicos amabit: non propter illos: fateor: sed propter eū qui hoc iubet. In his omnibus: oro te: quis locus est pulchritudini? Sic em̃ Ciceronis Tusculano diffinitū legitimus: amorem ipsum conatum esse amicitia faciendæ ex pulchritudinis specie. Quis tam cæcus: ut nō uideat: quid sibi ualeat hæc pulchritudo? Recte ergo querit illic Cicero: Quis est enim inquit iste amor amicitia? Cur non deformem adolescētē quisq; amat neq; formosam anum: ni mirum ætas & forma cum delinimentis suis sunt huius amicitia fundamēta: quæ honestius sic dicitur: qđ libido: quid sit tamē apertis sanisq; oculis facile cernitur. Itaq; tota res eo redeat: ut si sit amor quisq; in rerum natura sine sollicitudine turpiq; desiderio: sine suspitio & ardenti cura: sit hic sane permissus sapienti: Vacat em̃ omni libidine: ut Cicero idem ait: omniq; tumultu atq; angore animi: quæ maxime uitāda sunt sapientibus. Cæterum non ut fando rerum facies uelari: sic mutari ueritas rerum potest: sermo autem nobis nunc non nisi de libidinoso amore susceptus est: qui his multisq; alijs magnis malis ua-

# De Ortu Filiorum: Dialogus LXX.

care nullo potest modo: Et hæc quidem Stoicis. Ad Platonem uenio: qui philosophorum princeps: immo: ut aiunt: philosophorum deus: Et si in hoc multi litigent: in omni autem quaestione: non pluriū sed maior: meliorumque iudicio standū est. Plato in quibus utique summus uir de amoribus suis etiā turpibus: quibus uero philosopho nulla libido non turpis & inconcessa sit: pace tanti uiri dixerim: multa licentius scripsit: quibus Platonici nomen scribendū esset: Scripsit tamē: & quod nollē: scripta extant: neque tam celebris fama notā: neque iudiciū posteritatis erubuit: curam hanc metūque omnē uincētē impetu passionis animū urgentis stilique dulcedine calamū excitantis: quæ uel in turpi pudendaque materia tanta illi est: ut Epicureis magis quibus Platonici in rebus: quasi solis in luto Platonici radios cernas ingenij: & hanc ipsam post Platonē multis uideo causam fuisse ut scripta relinquerent: quæ uel honestius non scripsissent: uel consultius deleuissent: multis ut idem faciant futurā esse consilio sed famosiorē attigi. Proinde quod ad reprehensionē attinet insanix talis & aliqua diximus: ac multa & uaria dici possunt: quod ad remediū uero non pauca: Nam ad illā quā dicis consolationem mali huius: quā tibi de carminibus prouenturā fingis: breuissimū Flacci carmen ac percunctatio illa pro respōso sit: Hiscine uersiculis speras tibi posse dolores: Atque æstus curasque graues e pectore pelli: Loquendo: canendoque amor alitur: accenditurque: non extinguit nec lenit: ut quos memoras cantus & carmina: tuorum non fomenta sed irritamēta sint uulnere. **Gau.** Credere iam tandem admonitus & expertus incipio: quāobrem si libet ommissis alijs: ad remedia stilū uerte. **CRō.** Multi olim ista conquirere nisi sunt: in quibus Naso mirus medicus morbi amantior quibus salutis: cuius quædā leuia: quædā foeda uel inefficacia: tamē est aduerte. Scripsere alij: inter quos Cicero breuiter potenterque: ad summam pauca hæc sunt quæ de multis electa probauerim: loci mutatio: quæ ut corpori: sic animo ægro tātī salubris interdū est: Euitatio omnium fugaque diligēs quibus amati uultus in memoriā retraharis: occupatio que traductioque animi ad alias curas nouasque sollicitudines: quibus morbi ueteris uestigia delantur: Cogitatio uehemens & assidua: que turpe: que triste: que miserę: Postremo que breue: que labile: que nihil sit omnino quod difficultatibus tantis appetitur: que facile: que totoque melius: uel impleri aliter alijsque uis uel contemni penitus possit atque abijci: interque rerum uilissima deputari. Multos præterea curauit pudor: quod maxime generosis animis accidit: dum obuersa infamia irrisioque: dum se digito signari uulgique fabulam fieri dolent: dum sub oculis redit rei foeditas: fructu uacua: plena dedecore: plena periculis: plena doloribus ac penitentiæ causis. Ad extremū proderit excusationibus ac falsis opinionibus reiectis: ueras induere: Nihil hic naturam: nihil fatū: nihil stellas agere: nihil denique nisi solā animi leuitatē atque libere iudiciū. Est em̄ in ægrotantis arbitrio: ut sanus fiat: mox ut bona fide uelle coeperit: & blandæ consuetudinis nexus dulces abruperit: laboriosum certe sed uolenti possibile. Est quidē ut grauissime ait Cicero: illud quod in omni perturbatione dicitur demonstrandum: nullam esse nisi opinabilem: nisi iudicio susceptā: nisi uolūtariam: Etenim si amor naturalis esset: & amarent omnes: & semper amarent: & idem amarent: neque alium pudor: alium cogitatio: alium satietas deterret. Nempe hoc ultimum satietas a quibusdam inter remedia ponit: ab alijs autē amor nouus: quo ut censent: uetus amor quasi clauo clauus pellitur: Quod quis Artaxerxi Perfarum regi: quem Assuerum sacra uocant litteræ: & suggestum ab amicis: & effectū utile deprehensum: auctor expressior sit Iosephus: de euentu quidem non litigo: de electione pronuncio. Itaque duo hæc utilia fortassis interdū: semper certe periculosa crediderim: si neque horum aliquo neque omnibus conualescas: ad morbi causas animo recurrendum erit. Hæc uero: ni fallor: primæ omnium ac maxime sunt ualitudo & forma elegans: opes: ocium: iuuenta. Ut corporis ergo: sic animi morbis contraria optime medebuntur ægritudo: deformitas: inopia: graue negocium: senectus errorum iuuenilium castigatrix eximia: Hæc mihi sunt ultima dura quidem: sed pro magnitudine pestis opranda remedia.

## De Ortu Filiorum: Dialogus LXX.

**Gau.**

**A** Ati mihi sunt filij. **CRō.** Geminatum malum pondusque domesticum. **Gau.** Filij mihi sunt nati. **CRō.** Laboriosa uxor: laboriosior amita: laboriosissima demū puellæ. **Gau.** Nati filij. **CRō.** Dulcedo amarissima & fel melle circumlitū. **Gau.** Nata mihi dulcis ē soboles. **CRō.** Fontē tibi grauiū curarū dominatū credito. Nunquid sine metu atque angoribus uitā ages. **Gaudiū.** Filios genui. **Ratio.** Nec timere nec sperare nec uota facere noueras: En discēs tuo periculo: discēs & parentes orbos miserari: discēs & in breui uita longas curas texere teque longiora negocia ordiri: discēs his qui nihil ad te perti-

H

A

B

**C** neant torqueri: quæ uisurus nunq̄ sis disponere: Ad postremum disces amare plus alium q̄ te: disces ardentissime diligere: tepidissime diligi: duras artes. ¶ Gaudium. Filios habeo. ¶ CRō. Nunc primū intelligere incipis: quid ipse debeas parētibus tuis. ¶ Gau. Filios p̄cre/ aui. ¶ CRō. Seuisti arborē in exhausto percolendā studio: quæ te dū uiuas exerceat: cui⁹ nul/ los forsitan aut seros & fortasse post obitum fructus legas. ¶ Gau. Filij mihi sunt. ¶ CRō. Si boni iugis timor: sin mali sempiternus dolor: Interim solamē ambiguū: certa cura. ¶ Gau. Habeo filios. ¶ CRō. Habes unde uiuus doleas: mortuus agnoscaris: habes & unde sapius mori possis. ¶ Gau. Pater filioꝝ sum bonoꝝ. ¶ CRō. Quanto meliores filij: tāto periculosi/ or conditio tua est. Nescis quā dolendi materiā gignendo quæseris: quos lachrymis aditus in tuam domū patefeceris: q̄tum in te ius morti miseriacq̄ præbueris: O matres miseræ: ait Horatius: O patres miseri dico ego. ¶ Gau. Optimoꝝ pater filioꝝ sum. ¶ CRō. Optanda mors tibi integro est: ne forte uiuus esse desinat quod delectat: & aliquādo cum Nestore a so/ cjis quæras cur tam diu uixeris. ¶ Gau. Votiuæ foelix lætufq̄ sum sobole. ¶ CRō. Fœlicitas anxia: sollicitū gaudiū: & sæpe mœstū gaudium fœlicitas misera. Posses multos illustrium p̄ferre: quoꝝ fœlicitati nihil magis obstitit: q̄ q̄ filios habuerunt.

## De Filio infante festiuo: Dial. LXXI. ¶ Gau.

**D** **Gau.** Laboraui en quiesco. **Rō.** Omnes quidē id speratis: sed erratis in hoc oēs. Stili<sup>9</sup> em̄ uitæ alius multumq; finis a proposito diuersus. Hæc tua requies aut breuis aut falsa est: aut quod est uerius utrunq; quid hic requiem somnatis? Sic catenis uinctus libertatē: æger sanitatem somniat: sic sopitus esuriens opimas dapas: sed en dies ultimus aderit isq; confestim discussurus hæc somnia. Nolite aut falli somnijs atq; opinionib<sup>9</sup> falsis: quibus ã plena uita mortalis: Nolite uobis hic requiem spondere: Credite mihi tota quies hoim post laborem mors. **Gau.** Omnia quæ in rem uisa sunt suppetūt. **Rō.** Supuacua in rebus plura sunt q̄ necessaria: sed hic humani animi mos est: ut professus ascensum cœli tãto studio se oneret: quãto uix exonerare debuerat: Itaq; peregrino fasce curuatus: dū in altū niti uult ruat: & pro cœlo illi terra est. **Gau.** Cumulata sunt omnia: iam ī portu sunt. **Rō.** Navigationis in fine igit̄. Est em̄ præsens uita simillima procelloso mari. Illius finis in littore: huius in morte: uterq; portus recte dicit̄. Profecto aut magna pars mortaliū aceruandis uitæ adminiculis anxia: inter ipsos apparatus rez̄ morit̄: nilq; iam usitatum q̄ ut uitæ studiū mors præuertat: paucis accidit ut ad optata perueniant: hisq; ipsis tam cito diuturni quæstus usus eripitur: ut gaudiij breuitas quædam uelut accessio sit doloris: de quo multos in morte queri solitos notū est. **Gau.** Iam peractis laboribus securus uiuo. **Rō.** Et inter uiscū ac laqueos secreta auis uolitat: piscis inter hamos ludit: inter plagas fera. Sæpe ubi periculi pl<sup>9</sup> est & pavoris minus: ars fortunæ est ut licentius feriat: metū demit. **Gau.** Per omnē uitam laboraui ut ī finem quiescerē securus. **Rō.** Securitatē & quietē tuā in præcipiti collocaisti: & uixisti moxstus ut lætus morereris: non insulsum uitæ mortisq; consiliū: modo de securitatis & quietis & tristitiæ & gaudiij qualitate cōueniat. **Gau.** Omnia undiq; cōquisiui: quibus instructior uita esset. **Rō.** Immo uero quibus mors molestior: Egisti plane negocium medicorū: iam frequentes aderūt stratūq; circūstrepent: Aderunt captatores testamentarij: Erunt & qui gaudiū premant: & qui fletū simulent: & qui tenacē spiritū: serā mortē taciti increpent: & qui crism seruent: & qui pronosticis inhient: & qui cadauer aureū præstolentur: tot hæc tibi cōquisita: undiq; uitæ conferūt instrumenta: nō ut melius uiuas: sed ut comitator moriaris. Nō penit<sup>9</sup> operā perdidisti: Iam & comites languenti: & libidine sumptus: & fureris pompa non deerūt. **Gau.** Cōquisita sunt oia: quiescendū est. **Rō.** Iam dixi: uitæ regem & solaciū quærebas: laborē mortis ac tædiū inuenisti. **Gau.** Cūcta disposui: prosperitas parta est. **Rō.** Congessisti fallacissimæ ac fugacissimæ spei nidū: quæ ubi primum adoleuerit euolet: moxstū & uacū cor relinquens sæpe uel in plumis pereat. **Gau.** Lōgo succedit quies labori. **Rō.** Breuis ipsa adeo fortassis ut nulla potius dici possit. Multorū sæpe studiū annoꝝ in momēto excidit: imo cum semp̄ fere gradarij sint p̄gressus: raro non repentini exitus rez̄ sūt. **Gau.** Per longas curas ad securitatis initia uentū est. **Rō.** Sollicita multū de principijs humana curiositas: finē cæca non prospicit. Densa uenturi caligo temporis mortalis aciem frustra uit obtuitus: deliberatio utiq; nostra sit cōsumatio fortunæ: Dicam melius: dei est: cuius in manib<sup>9</sup> sortes sunt hominū: non quas ipsi uobis opinione uestra. speq; improba fingit̄: sed quas ille præsciētia sua uidet. Eius est aut illa uox: Stulte: hac nocte animā tuam repetunt a te: quæ aut parasti cuius erunt? Cōminatio horrenda: quæ nisi spes somnosq; mortaliū interrūpat: obforduistis haud dubie.

## De Potentia: Dialogus XCI.

**Gau.**

**A** **P**otentia magna sum. **Ratio.** Ergo & inuidia. **Gaudium.** Potētia multa sum. **Ratio.** Et in periculis multis. **Gaudium.** Potentia sum ingenti. **Ratio.** Et laboribus infinitis & inextricabilibus curis. **Gau.** Multa possum. **Rō.** Quo plus in alios potes: & plus alij in te. **Gaudium.** Potentiæ est plurimum. **Rō.** Quo potentia magis: eo maius in illam imperium fortunæ tepide se exercet in paruis: uberem eligit materiam. In magna lignorum mole: crepitanus sæuit incēdium: magna prosperitas: magna uiam facit aduersitati. Nec quenq; facile plane miserum uidebis: qui non ualde foelix habitus fuerit. Non potest ignoti hominis: nota esse calamitas. **Gau.** Quod uolo & possum. **Rō.** Cura ergo ne quid mali uelis: & scito quo potentia plus: eo plus esse negocij minus uel licentiæ. **Gau.** Potētia ingens sum. **Rō.** Quid scis an diuturna? Piget exequi qui potentes breui ad impotētiam: seu qui reges ad infamiæ seruitiū sunt redacti. Vepricosi & lubrici sunt humanorū grad<sup>9</sup> ascēsuū: tremul<sup>9</sup> uertex: præcipitiū horrendū: ægre cōscenditur ad eminentē statū: anxie ibi cōsistit̄: graui<sup>9</sup> inde & repēte descēdit̄: Id sic eē nō singuli tm̄ reges aut populi: sed maxima etiam testant̄ imperia. **Gau.** Armis atq; opib<sup>9</sup> potēs sum.

## De Gloria: Dialogus XCII.

**CRō.** Vera & firma potentia in uirtute fundata est: Fundamētum si detraxeris: quo maior: eo periculosior structura. Quid implere opibus domos iuuat: arua lignonibus: maria classi- bus: si intus interea domestici hostes animum oppugnant atq; expugnant: Vis ut te poten- tem fatear: illos doma finibusq; tuis pelle: uince iram: uince cupiditatem: uince libidinē: uin- ce teipsum famā atq; animā hostem tuā. Quanam ista potentia est: uincere alios: passioni- bus suis uincere. **CGau.** Fundata in solido potentia est. **CRō.** Quo pacto cum uita ipsa mu- tetur assidue: O quid times imbecillum animal: de potentia disputas: de anima interim pe- riclitaris: quam dicto citius uel naturā uis occultior: uel exigui morsus animantis: uel extre- mi contēptissimiq; homines saepe potentissimis abstulere. **CGau.** Potentia egregie stabili- ta est. **CRō.** Vbi quāso: In harenis ac fluctibus: an in uento: an in ipsa: ut perhibent: fortu- nā rota: quin tu amice: male susceptam pone fiduciam. Nulla hic stabilis potentia: utq; uel improprie exprimam qđ sentio: nulla potentia potens est.

### De Gloria: Dialogus XCII.

**CGau.**

**S**ed inueni magnam gloriam. **CRō.** Magna in exiguo qualiter expliciter non in- telligo. Si temporum: si locorum angustias metiare: magnam hic gloriam nō esse fateberis. Non ingeram tibi ut terra omnis punctus est: cuius ipsius partem maxi- mam natura fecit inhabitabilem atq; inaccessibleē fortuna: ut tēpus præsens pū- cto minus: idq; ipsum semper instabile fugāq; tam rapidā: ut uix illam animo sequi possis: Duā reliquā tēpis partes semp absentes: ita ut altera nos lubrica memoria: altera expectati- one anxia fatiget: ut omne simul tēpus: aut diluuijs: aut aestu nimio: aut peste aliqua: aut cœli inclamētia uel terrarū: aut deniq; per seipsum lapsu proprio ita discerptum atq; cōsumum sit ut una saepe ætas prope nil habeat cōmune cum altera: Neq; minus in tēpibus q̄ in locis uideat exiguo interuallo notissimū nō agnosci. Hęc inq; & quā sunt id genus plurima trās- eo. Vulgata sunt omnia: quibus liquido cernit̄ quānā hęc mortalis ac terrena gloria ma- gnitudo est. **CGau.** Quā conditio mea fert gloriam sum adeptus. **CRō.** Si indignā: breuē Hercle: At si dignam gaude: non qđ habeas sed qđ meritis sis. **CGau.** Gloriam quāsiui. **CRō.** Gloria uera nisi bonis artibus non quærit: Vnde tibi partum nomen uide: sic intelli- ges an gloria uera sit: famam si casus dedit: eripiet. **CGau.** Multum est gloria. **CRō.** Caue ne quā gloriam ueram putas: imago falsa sit gloria. In rebus hoīm multa regnat illusio. **CGau.** Plurimum est gloria. **CRō.** Ut nemo pauper magnā pecuniā famā quærit nisi ut fal- lat: Sic nemo ignauus magnā uirtutis opinionē: Vterq; tamen sibi conscius quicquid de se alij loquātur: q̄tum uel pecuniæ in arcua: uel uirtutis in animo sit. **CGau.** Insignis est glo- ria. **CRō.** Si ex merito: modeste utere ne superbiā illi notā applicueris: Si minus: fac ne diu- populum fallas. **CGau.** Præfulgens est gloria. **CRō.** Vel mereri stude: uel graue non tuū indumentum exue: Inglorū esse præstiterit: qđ mendacio gloriosum. Vera etiam gloria cum labore seruatur: quid de falsa speres: Cum omis fictio difficilis sit: tum difficillima est quā multi undiq; obseruāt. Rari nempe sunt gloriosi: hos propter dissimilitudinem obscu- rum atq; inuidum uulgus odit. Graue est inter tot hostium insidias latere: præstringere om- nium oculos non potes in te tanto studio defixos. **CGau.** Gloriosus appareo. **CRō.** Meli- us forsitan lateres & certe tutius. Hoc grauer dixit is qui multa leuiter: Bñ qui latuit: bene uixit. **CGau.** Clarus lateq; notus sum: longeq; conspicuus. **CRō.** Liuor abdita penetrat rimaturq;: putas conspecta prætereat: Quid qđ pauci sunt quibus expediat apparere & cō- spici: pauci quorum famā non noceat ad plenum nosci. Notissimum Claudiani dictum: Minuit præsentia famam: Quantomagis illam minuit noticia: Raro sunt homines qđ ui- dentur. **CGau.** Gloriosus uideor. **CRō.** Caua nube circumdatus delitescis: Si parumper emerferis: quo plus gloriae falsæ fuit: eo uerā plus erit infamiæ. **CGau.** At gloria uera est. **CRō.** Id nemo te melius nouit: Ira demum si externi iudicis incorruptum animum tuis in rebus assumpseris: gloria quidem: ut sapiētibus placet: quasi quædam umbra uirtutis est: Illam comitatur: illam sequitur: quandoq; etiam antecedit: Quod in adolescentibus clarā indolis uidemus: quos ante perfectam uirtutem præconcepta de illis spes hominum claros facit: quæ quibusdam uelut stimulis generosos modestosq; animos excitat atq; erigit & im- pellit ad æquandam spem ciuium suorum: stultos aut tumidosq; præcipitat. Hinc transfor- matio illa ridicula clarorum adolescentium in obscuros senes. Laus quidem sapienti utilis: stulto nocet. Ex his uides umbrā per seipsam esse non posse: rei cuiuspiam sit oportet. Vis ne igitur gloriam ueram esse: fac ut uera & solida uirtus sit.

## De Beneficijs in multos collatis: Dial. XCIII.

C Gau.

A

B

Beneficia in multos contulisse gaudeo. CRō. Multos ingratos experiens dolebis. C Gau. Beneficia in multos effudi. CRō. Recte ais: Nam si accipientiu aios intue are: beneficiorū magna pars perdit. C Gau. Multi meis beneficijs sunt obstricti. CRō. Quidam se obliuione relaxabunt: alij forsan iniurijs beneficia pensabūt: ut cessent iniuria: non cessabunt querimoniā: q̄ multi de benefactoribus querunt suis: Iniquū fateor: sed cōmune adeo: ut non tam crebre de hostibus sint querelā. Audisti apud Lucanū de Pōpeio querentem Photinū: apud Senecam uero Sabinū de Augusto. Quid uero te ad litteras aut antiquitatem uoco: Vrbes medias contemplare: Vici oēs lamentis talibus pleni sunt. Omnis autē ingratitudinis triplex: nisi fallor: causa ē. Inuidia sc̄ quā dum impensa alijs beneficia suas ducit iniurias in se collata nō aspicit. Superbia quā uel se maiorib⁹ dignam censet: uel praferri sibi aliquē indignā. Cupiditas quā munerib⁹ nō lenit sed accendit: & dū quā uel inhiat quā sita non meminit. Possem breuius: totius mali causam stulticiam dicere: Ea uero non huius tātū: sed malorū omniū causa est ignorātia ueri boni opintonūq; peruersitas: Hic nimirū pestes animi prodeūt: supbia imprimis & cupiditas: quib⁹ nullū obsequiū non contumax: nulla largitas non angusta est. C Gau. Beneficus fui in multos. CRō. Aristotelica quādam magnanimitas fert meminisse collati: accepti autē beneficij obliuisci: quā sententia & si colore non careat: apud me tamē uerus magnanimus contēptor mediocrium atq; humiliū est rex: atq; ideo quacūq; egerit: magna q̄ uis iudicio plurimorū: parua sunt animo maiora quaedā & rariora uolenti: Cōtra si quid acceperit quo alteri fiat obnoxius: q̄ uis exigū: graue est libertatem amanti atq; ad excellentiā aspirāti quoue q̄ primū solui leuariq; uelit. De hac iḡ re Annei Senecā dictū probo: Beneficium inquit qui dedit taceat: narret qui accipit. Elegāter nempe duo beneficentiaē seu uenena: seu uulnera sunt. Hinc exprobratio largientis: hinc recipientis obliuio: utraq; mater igratitudinis ac beneficij nouerca. Illa ingratitudinē parit in altero: hāc in se. Illa q̄ beneficiū in se extinguit: hāc in altero. His tot malis aptissime illo Senecā cōsilio medeare. C Gau. Multis benefici. CRō. At pluribus nō fecisti: qui se spreto & cōtemptos dolent. Est autē: nescio quidē unde: firmior offensarum q̄ beneficiorū tenaciōq; memoria. Sape singulis beneficijs aut nullos aut singulos amicos obliuiosos & tepidos: hostes autē tibi multos feceris memores ac feruentes. C Gau. Multis multa ac magna contuli. CRō. Sunt multi quibus p̄fuisse periculū sit: quidā paruo amicū: magno hostē beneficio quāsiere: quod & exigui debitū leue retributio prona est: magna autē & debere pudet & piget reddere: & nihil est tertiū nisi ut desinat esse cui debeat qui inuitus debet. Ita dū debentē pudor bñficij exptos dolor agit: inter Scyllā & Charybdim fertur cymba benefici: effectūq; ut multos qui parce atq; illiberaliter tuti uixissent liberalitas insignis in discrimen traxerit. Siquidē inter malos impune bonū esse non licet: durū dictū: sed dicendū tamē: Animal ingratius hoīe nullū est. C Gau. Late me beneficū praebui. CRō. Quidā sunt benefici: nec tamē beniuoli: quos magnitudo status atq; hoīm necessitas multa largiri cogit: His etiā quos nō modo non diligūt sed nec noscūt quidē: quibus si se ob beneficia charos sperant: ualde eos fallit opinio. Nemo facile nō amantē amat. Mutuus nexu animorū ac reciprocus est amor. Munera saepe necessitati: amor uero iudicio tribuit. Ut ergo beneficia bene collata: & laeta fronte pioq; animo dignis exhibita nunq; gloriosa negauerim: sic multa: imo uero partem maximā seu hāc dantiū seu accipientiū culpa est perdit ac profici: nemo usq; est qui dubitet: Et est facilior breuiorq; ac rector: q̄ supra tibi ostendimus: amando sc̄ ad amorem uia: qua pergenti ueq; q̄ si benefici nomē accesserit: clare te supraq; fidem multis amabilē efficiet. C Gau. Multa & magna cōtuli. CRō. In reb⁹ nō quid sed qualiter quoue aīo fiat: refert apud deū atq; hoies: & magna saepe inuisa & modica grata sunt: nudū pra oibus cor agendi: & sacrificio paupis probatur & munere.

C

D

## De Amore Populi: Dialogus XCIII.

C Gau.

A

P

Opulus me amat. CRō. Subsiste paululum mox oderit. C Gau. Populus me diligit. CRō. Ne propera: nondum finis: ut dies unus: sic uita omnis a fine describit. C Gau. Populo charus sum. CRō. Quis illi Scipionibus charior: quis Camillo: quis Rutilio ac Metello: Quid Themistoclem loquar aut Milciadem: quid hoc genitum Cimonem aut Aristidem: quid Thesea: quid Solonem: quid Hannibalem: quid Lycurgū: qui ciues oro te: q̄ quisq; q̄ breuiter populo suo charus: oīm not⁹ finis: & uel in cōtemptū:

De Occupata tyrannide: Dialogus XCV.

uel in odium uersus amor atq; indigna rebus premia: fori labor: accusatio: mors: exiliū: ca-  
 tena. ¶ Gau. Multis in populo charus sum. ¶ CRō. Malis igit: pauci em̄ boni: atqui malorū  
 malis artibus quāri amorē cōstat. Si uero similitudo quādā parit amicitias: ut prudētibus  
 placet: qui sis astitima: qui multis i populo charus sis. ¶ Gau. Populus me amat. ¶ CRō. Se-  
 renum hybernū: adra aestiua: quies maris: lunæ statuf: amor populi: paria hæc si conferantē  
 mobilitatis ultimo palmā do. ¶ Gau. Populus me honorat. ¶ CRō. Labijs credo: cor autē  
 eorū longe ē a te: nō est em̄ tibi fidelior q̄ deo: Raro quicq; ex animo facit uulgus nisi tumul-  
 tuari & furere & sæuire. ¶ Gau. Populus me ueretur. ¶ CRō. Non faciet diu. Facile em̄ ruit  
 quod non certo iudicio stabilitū est. ¶ Gau. Ardens in me populi fauor est. ¶ CRō. Ardenti  
 principio sæpe medium tepens: finis algidus fuit: quod haud crebrius ulla in re q̄ in studijs  
 populorū cernas. ¶ Gau. Populus me laudat. ¶ CRō. Stultorū laus apud doctos infamia ē.  
 ¶ Gau. Populus me suspicit. ¶ CRō. Leui reꝝ alternatione despiciet: semper em̄ alteꝝ extre-  
 morum tener: mediū uero nunq;: ut qui habitantē ibi hostē metuat. ¶ Gau. Popul<sup>9</sup> me co-  
 lit. ¶ CRō. Mirabor si tam inculto cultore fructifices. ¶ Gau. Populus bene de me sentit. ¶  
 CRō. Sine ullo delectu iudicare solitus utranq; in partē: Itaq; uulgi sententia ueros inter iudi-  
 ces contrarij argumentū est. ¶ Gau. Populus bene de me aestimat. ¶ CRō. Suspecta sanis in-  
 genijs aestimatio infanorū: Mallem te populo incognitū q̄ probatū. ¶ Gau. Populus mul-  
 ta de me loquit. ¶ CRō. Et tu ergo popularibus auribus fidis atq; ageris: quod licet magnis  
 olim uiris euenisse noueris: non minor tñ est uanitas gaudere statu tenui & incerto. ¶ Gau.  
 Populus me mirat. ¶ CRō. Et ego te miror qui hoc in gloriā tuā trahas. ¶ Gau. Popul<sup>9</sup> me  
 amat. ¶ CRō. Non hæc laus sed fortuna est tua: populi mos est ut sæpe amet indignos: sed a  
 quibus indigni amoris sæpe dignissimam fert mercedem.

De Occupata Tyrannide: Dial. XCV. ¶ Gau.

**T**uasi tyrannidem in ciues meos. ¶ CRō. Rependisti dignam uicem stultis amanti-  
 bus. Illi te æquo altius extulerunt: illos tu iniquo iugo seruitij depressisti. ¶ Gau.  
 Tyrannidem arripui. ¶ Ratio. Abstulisti libertatē alijs: securitatem tibi: requiem  
 utrisq;. ¶ Gau. Tyrannidē consecutus sum. ¶ CRō. Statum certi laboris euentus ambigui:  
 sed ut plurimū infelicis. Non te ad historias ueteres atq; externas mittā: Quis Phærai Ale-  
 xandri exit<sup>9</sup>: Quis Dionysij Syracusij: Quis Agrigentini Phalaridis: Quis Annonis Pœ-  
 ni: Quis Elearchi Heracleēsis: Quis Ephyrensis Aristotinis: Quis Lacedæmonij Nabidif:  
 Quis Hipparchi deniq; Atheniēsis: quē occidisse imortalis gloria interfectoꝝ fuit. Nō ad  
 recentiores atq; domesticas: Cassium Meliumq; & Manlium Romanos ciues: Catilinam  
 quoq; & Gracchos: & Apuleum: non tyrannos quidem: sed tyrānidem affectantes: inq; im-  
 pijs conatibus deprehenso: cœptoq; prohibito atq; oppresso. Nō postremo ad illos: qui  
 maiores non meliores iusti uelo imperij trucem texere tryānidem atq; iniustam: Caium sci-  
 licet ac Neronem: Domitianum & Commodum ac Bassianum: reliquosq; eius ordinis: so-  
 lonomie principes: quorum mens tyrannica ac tyrānicus finis fuit: Sed ad alios quos auo-  
 rum patrumq; memoria: seu etiam quos ætas ac regio præsens uidit: Hos ego ne distantib<sup>9</sup>  
 te fatigem: circumspicere & contemplari iubeo: uidebis usitatum: & cōmunem tyrannorum  
 exitum: aut gladium: aut uenenū: uereq; illud a Satyrico dictum dices: Ad generum cereris  
 sine cæde & uulnere pauci Descendunt reges & sicca morte tyranni. ¶ Gau. Tyrannidem in  
 ciues exerceo. ¶ CRō. Prædam atq; carnificinam auro implēdus & sanguine auri sitiens mo-  
 nedula tenaxq;: nec missura cutem nisi plena cruoris hirudo. Sed qua fronte: quoue animo  
 seu sanguinē illum fundis: pro quo seruando si homo esses: sanguis tuus ultro tibi fundēdus  
 erat: seu ciuibus tuis aurum rapis: quod diris prædonibus largiaris: spoliāns qui tuis pascē-  
 di opibus fuissent: ditansq; a quibus omni ingenio extorquēdum legis: sic maiorum uel ex-  
 empla: uel monita uiluerunt. Sed hoc pessimum habet tyrannorum uita: ut quibus fidendū  
 est metuant semper: fidantq; quibus fidei nihil est: totumq; hoc malum: hinc immeritis irro-  
 gata iniuriæ faciunt: hinc indignis erogata beneficia: & ambitione turbatus ordo rerū: ami-  
 ci ex hostib<sup>9</sup>: hostes ex ciuibus. ¶ Gau. Tyrannus patriæ meæ sum. ¶ CRō. Nunquid id es-  
 ses si illā tuā eē patriā meminisses: Si obuersare<sup>9</sup> aīo publicæ matris effigies: nūq; frēs lace-  
 rares tuos: cū qb<sup>9</sup> æquā puericiā atq; adolescentiā egisses: eodē cælo usus: ijsdē aq;: ijsdē atq;  
 sacris: ijsdē festis dieb<sup>9</sup>: ijsdē ludis & luctib<sup>9</sup>: q̄ nūc mēte de illoꝝ tergo potes ludere: atq; illis  
 flētib<sup>9</sup> gaudere: q̄ postremo ipudētia in ea urbe uiuis in q̄ uitā tuā oib<sup>9</sup> scis inuisā: mortē cū-  
 ctis optabile: ubi esse neminē cert<sup>9</sup> es q̄ nō male pditū te uelit lupū mitti de grege sauisimū<sup>9</sup>

## De Regno & Imperio: Dialogus XCVI.

**D** **C**Gau. Tyrannidem accepi. **C**Rō. Si præterito præsens tempus confers: duram te ac miseram subijisse sarcinam intelliges: Tutam agebas & quietam uitam: dehinc nisi sceleri iungis amentiam: Nulla tibi sine metu ac tumultu animi dies: nulla nox ibit: nullus non suspectus cibus: nullus sopor imperterritus: dum ubiq; ceruicibus impendentem uideris mucronem: quem amico opes fortunaq; suas miranti: nõ inepte monstrasse tradit Dionysius: tyrānus quidem: sed tyrannidis æstimator acutissimus. **C**Gau. Ferro mihi tyrannidem acquisiui. **C**Rō. Ferro quæsitam: ferro etiam seruaturus: ferro forsitā amissurus. Præclaras plane diuitias comparasti esse omnibus odiosum atq; terrificum: quodq; hinc sequit̃ tibi te ppetuo grauem metu. Vt enim periculi nihil sit: quod ī quibusdam urbibus natura ciuium præstat apta seruitio: quando tamen pavor aberit animo recolenti: quid ille huius q̃ legitimi nomē habet impij metator ac fundator primus audiuit a Laberio Romano equite: Necessē est inquit multos timeat quem multi timent. Cuius dicti ratio illa est: quam posuit Naso: Quia quem metuuit quisq; perire cupit: Positam prius ab Ennio: ubi ait: Quem metuūt oderunt: quem quisq; odisse expetit. Vt tamen & periculum & metus etiam omnis cesset: quod nonnullos tyrannorū uel nutrita publicis malis audacia: uel nota ciuium spondet ignauia: An non saltem ullus est pudor his præesse quibus te subesse sit dignius: præter iniustā uim rebus omnibus imparem? **C**Gau. Tyrānidem indui. **C**Rō. Humanitatē ergo & iusticiam exuisti: simul & procellosam uitā & cruentam aut certe dubiam mortem elegisti. Infœlix de quo sola patria quæ te genuit atq; aluit mortem speret: An uero non ille sat miser est quem miserum uolunt omnes: An non ille miserrimus: qui tam miser esse non possit: quin sit dignus esse miserior? **C**Gau. Habeo summū inter ciues locum. **C**Rō. Habes in ciuibus tyrannidem: in arenis domum: in uepribus stratum: in prærupto sedem: in rapinis inopiā: in miserijs inuidiam.

### De Regno & Imperio: Dial. XCVI.

**C**Gau.

**A** **C**Cce autem iure rex sum. **C**Rō. Id em̃ uero occultum diu esse non poterit: quid interfit inter regem tyrannūq; iam diximus. Quid aut̃ iuuat dici regem si tyrannus es: Nõ in specioso cognomine sed in uera iusticia regis regniq; salus sita est. Minus mali reor in quæsitū dominiū reformare: teq; de reliquo sic agere ut rex uerus appareas: q̃ regnum iure partum: in quo iuste successeris parenti tyrannica uexatione diripere: Plus enim ueræ laudis in progressu ac fine q̃ in principio reꝝ est. **C**Gau. Rex sum. **C**Rō. Melius sub iusto rege ageres atq; tranquillius q̃ rex ipse. **C**Gau. Regni solium conscendi. **C**Rō. Locū late conspectum patentemq; omniū indicijs: eoq; periculosum ignauia: laboriosum ꝑo difficultemq; uirtuti. Bonus em̃ rex seruus est publicꝝ. **C**Gau. Regni solio euectus sum. **C**Rō. Vt meritis uideare: tuas res teq; ipsum obliuiscere: populū tuū & rempublicā cogita: Quo die primum rex fuisti: tibi moriēs: alijs uiuere incepisti: quodq; durissimū est ingratis & iniquis æstimatoribus laboris tui. **C**Gau. In regiam ueni. **C**Rō. Aliquid ibi forsan peritura gloriæ reperturus: sed quietis nihil. **C**Gau. Iuste regno. **C**Rō. Bene agis gratissimāq; rem deo. Scito aut̃ seruire te querulis: & uix tibi ante obitū gratiam relaturis. Raro tam iustus quisq; regum fuit: ut nõ charior populo successor foret: Is cū uenerit alter optabitur. Hi sunt uulgi mores: odisse præsentia: uentura cupere: præterita celebrare. Quando ergo defuerint querelæ: si omne præsens bonum sordet: nilq; omniū placet: nisi quod cruciat seu perditum seu speratum. **C**Gau. Sceptrum & diadema sortitus sum. **C**Rō. Fulgidas compedes: claramq; miseriam: quæ si plene omnibus nota esset: crede mihi non totiens uno de solio litigarent duo: sed plura essent regna q̃ reges. **C**Gau. Purpuram indutus sum. **C**Rō. Non cultus exterior: sed internus habitus & mens regia regem facit. Alexandri Romani principis dictum fuit: Imperiū in uirtute non in decore consistere. **C**Gau. Ad regnū prouehor. **C**Rō. Nūc in dubio uertitur subiectorū status: an foelices ea quæ hic fingit̃ foelicitas: an miseri sint. Nēpe mortalis regni foelicitas rex bonus: te in dubio labor manet & graue negociū. **C**Gau. Rex sum: nil non licet regi. **C**Rō. Nulli minus: Immo uero quod olim licuit iam nõ licet. Et forte si de regno licentiam aucuparis: non te regem noueris sed tyrannū. **C**Gau. Rex sum atq; omnia possum. **C**Rō. Immo nihil nisi qd̃ decet regem: cuius ut dixi: minor licentia q̃ priuati est. Sin hoc calle uoluptatem petis: falleris: & tota: ut aiunt: erras uia. Voluptas a tergo longe est: hac ad laborem itur & ad gloriam. **C**Gau. Rex sum eritq; mihi iam certa tranquillitas. **C**Rō. Immo si qua olim fuit perijt: Stultus nauta qui relicto portu in altum uela facit: tranquillitatem quærens. **C**Gau. At Romanus Imperator factus sum. **C**Rō. Claris

# De Regno & Imperio: Dialogus XCVI.

simū nomē: sed durissimū officiū. Magna seruare difficile ē: quid collapsa erigere: sparsa colligere: recuperare pdita: deformia reformare & deserti culturam ruris multiq; diu neglectā suscepisti: multis egent dura arua lignonibus: multis prata riuis arenia: æstuandū algēdūq; tibi est si successerit: Tu hinc laudem: reliqua successor tuus metet: Illi seueris: sera est messis: multas poscit ætates. ¶ Gau. Ascendi ad imperiū: iam quiescā & securus uiuā. ¶ Crō. Falsa te habet opinio: nunq; min⁹: tu ne in excelsum montē ut uentos & fulmina euaderes ascen/disti: Nō legisti Horatianū illud: Sæpius uentis agitat⁹ ingens pinus: Et celsæ grauiore casu Decidūt turres: ferūtq; sūmos fulgura mōtes: Et quāto aliter de hac status eminētia sentiebant experti principes: Augustus & Diocletianus: quorū alter: ut legimus: de dimittēdo imperio cogitauit: alter aut dimisit imperiū: nec reuocatus assēsū dedit. Quāto aliter Marc⁹ Aurelius & Pertinax: q̄rū primus adoptione ad spem imperij euocatus: solito tristior effect⁹ mirātibus amicis: multa de malis imperij disputasse: alter imperator effectus semp imperium horruisse memorat⁹. Magnus est ad imperium ascēsus: magni in imperio labores: magni q; cū ascēderis ex alto casus. Si mihi nō credis: Iuliū Cæsare interrogā: Caiū q; Caligulā: & Claudiu: & Neronē: & Galbā: Othonē: Vitelliū: Domitianū: Cōmodū: Pertinacē de quo proxime dictū est: Bassianū præterea & Macrinū cū filio Diadumeno: foedissimūq; oim Helio gabalum: lōgeq; dissimilē moribus Alexandrē: utriusq; etiā qd mireris cū filio matrem: Maximos q; & Maximianos: & Maximos: & Gordianos, Præterea & Philippos: & Deciū: Gallumq; & Volusianū: & Valerianū insigni calamitate notabilē: & contemptorē paternæ miseriz Galienū: Aurelianū deniq; & Probū: Iulianū: & Liciniū: & Cōstantiū: & Valentē: & Gratianū: Valentinianū: Ac: ne ad fastidiū cūcta cōplectar: totā illā tyrānorū sim⁹ & principum seriem p̄cunctare: uno tibi ore oēs respōsum dabūt: Eodē se calle ad ruinā atq; imperium ascendisse: & tu illic tibi requiē fingis ad securā uitā: ubi oēs periculū & laborem: multi miserabilē uitæ exitū inuenere: Nō hoc sibi fingeant illi quattuor: q̄s ab initio noiaui: Nō Antonini p̄j p̄cipis maternus auus Arius Antonius homo sanctus: ut historiz loquunt⁹: ut ego fateor: uir prudens Neruā miseratus q̄ Imperiū accepisset. Vere em̄ frustra principes premit iuidia: cū illis pot⁹ miseratio debeat. ¶ Gau. Sū Imperator & ulcisci possum. ¶ Crō. In hostes publicos affectib⁹ pietas publica frenū stringet. Nō potes hui⁹ aut illi⁹ hostis esse: ex q̄ pater oim eē meruisti. Id in ciues principi iuris est: qd in filios patri. Iustus princeps pater patriæ est: Nullū ex oibus titulis hoc grati⁹ sūmus ille principū August⁹ accepit: ut qui cōpresso adolescētiz impetu: patris nomē implere decreuerat: Tibi ergo qui hostes fuerāt iam filij sunt. ¶ Gau. Imperator sum ulcisci potero. ¶ Crō. Vti hac potētia nō debebis: & sic habere: summi imperij p̄tatem excellētib⁹ & fortunæ parib⁹ animis: esse ueniz materiā non uindictæ: cui⁹ eo audior quisq;: q̄ uilior infirmiorq; animi ac uiriū est: Quā re meminisse, p̄fuerit illud Hadriani p̄cipis: qui ut scriptū est: uni quē capitalē habuerat: fact⁹ impator dixit: Euasisti: generosū plane ybū ac magnificū uereq; Cæsareū. ¶ Gau. Impator sum: eritq; iā thesaur⁹ par impēfæ. ¶ Crō. Ad rapinā uox hæc spectat: ē ut aliæq; rez: sic sūptuū flux⁹ qdā à uorago: cui nihil est satis. Longū est mortaliū hac in pte: sed imprimis Romanorū principum furores stilo æquare: Paucos tñ ex oibus eorūq; ipsorū pauca de multis attingā. Conspēctissim⁹ ille qdē Caij furor: baias atq; puteolos p̄te iungētis atq; illū tumidi maris sinū primū equis: mox quadrigis triūphalif p̄meantis: qd aceto liquefactas memorē margaritas: precij ingētis: appositosq; cōuiujs panes aureos atq; aureas dapes: quib⁹ nō famē cōpescere cōuiuaz: ut mos est: p̄positū illi eēt: sed imperij opes spargere: atq; illoz auariciā irritare. Adde effusos in plābē nūmos turbidoq; & p̄fundo mari iactas moles: durissimas rupes scissas: cāpos æquatos mōtib⁹: & cāpis iuga montiū: terra illic addita: hinc detracta: tā subito ut naturæ miraculū uim passæ cū celeritate certaret: Nōpe cū dilati precii⁹ opis mors esset: quib⁹ prædecessoris sui Tiberij thesauro ingenti diuitijsq; oibus imperij intra anni spacium exhaustis: ad inopiā foedissimāq; rapinas est cōpulsus. Illud inter ista nō numero: q̄ Corinthiū montē Isthmum perfodi aīo destinarat: & si sumptuosissimū opus: tamē ut perhibent nauigātib⁹ utile: quo duo maria iungerent⁹: & a Brundisio Athenas: aut Chalcidē Byçatiūq; petētib⁹ flex⁹ ingens remitteret Achaiz. Hui⁹ comes ac uictor amentiz seq̄ Nero: cuius enormiū impensaz nullus est modus: in ædificando præsertim: in quo omnes prodigos & seipsum uicit. Nulla alia in re damnosior: ut de illo scribitur: Vnus ex mille furoribus attingendus est: domus a palatino ad esquilinum collem porrecta: & magnam partem

E

F

G

## De Regno & Imperio: DIALOGUS XCVI.

urbis occupans: ut non immerito inter conuitia: quibus liberrima plaribus indignatiōe pro-  
 scissus est: illud quoq; iactatū sit: Roma dom<sup>9</sup> fiet: uehios migrate qrites: si nō & uehios oc-  
 cupat ista domus. Hanc aureā dici uoluit: non inepte quidē signans noīe precium: auro em̄  
 & gemmis crustata ac stellata domus fuit: tātā altitudinis ut in uestibulo colossus centum  
 uiginti pedū staret. Intus porticus atq; aulae laquearibus aureis atq; eburneis tabulatis: &  
 conuexa demorę cœli instar ui propria sese sensim diebus ac noctibus sine intermissione uol-  
 uentia. Stagnū quoq; maris æmulū ædificijsq; circumdatū littore urbis in morē: Rura præ-  
 terea & pascua & uineta & syluæ oīm generibus aialium refertæ. In hac domo quantū con-  
 iecturis ad uerę uia est: illud qđ colosseū uulgo dicit mediū fuit: cuius nunc etiā ruina stu-  
 pore spectantibus afferunt: & hæc oīa: dum qđ miraculū rei auget: Romæ medio consū-  
 masset. Ita nō dicā excessisse: sed nec implese quidē imperatoriæ domus modū uisus est sibi  
 ut dedicās domū ipsam nō amplius miraret̄ qđ ut hoc solū diceret: Iam tandē quasi hō habi-  
 tare incipio. Mitto illa leuia: qđ uestē nullā bis induit: nullū iter minus mille carucis egit: cal-  
 ceatis argento usus mulis: aureo rete piscatus est: Purpureis atq; coccineis funibus: ac reliq;  
 fidem excedentia simul & tædiū paritura. Sed quis illa nō stupens legit: stupetiorq; aspicit:  
 Vestigia em̄ extant: pisciū illā cœptā a Miseno mōte: uenturāq; usq; ad auernū lacū miris  
 circumseptā cōtectāq; porticibus: fossamq; illā ab auerno usq; hostiā: per tantū uia spacii-  
 um: totq; obuios montes: ut inducto mari sine maritimis calibus nauigās & terræ laborē  
 & pelagi fastidiū declinaret: Lōgitudō quidē: ut nunc incolæ metiunt: nota oībus: ut Tran-  
 quillus numerat: millia passuū centū sexaginta. Latitudo autē duar; capax quinq; remium  
 ex aduerso iter agentū neq; se impediētū cōcursu: Qđ opus si expleset: Italiam omnemq;  
 rempublicā exhaustisset: tantis autē mundi malis mors sola consuluit. Hunc sequit̄ Aurelius  
 Verus: qui: ut omittā cætera: cœnā illā fecit: cui si par prandiū facere uoluisset: nescio an Ro-  
 mana res sufficere potuisset. Quo audito frater eius Marcus Aurelius: tam modestiæ amic<sup>9</sup>  
 qđ hic hostis: ingemuisse fert: reipublicæ miser<sup>9</sup> & imperio collabenti. Linquo alios: Nimis  
 multi sunt em̄: nec me fallit posse ex uobis lōgiuscula hæc uideri remedia breuiora pollicitis:  
 Sed delectat interdū doctū seu doctrinā deditū frugiq; hoīem stultor; insanias audire: quæ  
 illi quasi pro cōtrario signo sint: unde sibi: ut aiunt: remis ueloc; fugiendū sciat. Hæc autē eo  
 spectat: ut recogites quid est qđ thesaur; impēsæ parem sperat: Vt em̄ frugalitati & modestiæ  
 haud sane magnis thesauris est opus: sic prodigalitati & luxuriæ neq; thesauri neq; imperia  
 ipsa sufficiunt. Et hæc causa: nō tantū mediocris fortunæ hoīes: sed principes q; pene omēs:  
 eos dico: qui nepotino uictū operā dedere: necessario in rapinas & prædā misit: quæ multis  
 festinatæ miseræq; mortis occasio fuit. ¶ Gau. Nunquid unius hoīs impensā: tot urbes nō  
 sufficiant: ¶ CRō. Hi tibi respōdeant: de quibus multa diximus: innumerabilesq; alij: q; par-  
 pestis pari dedit exitio. Ad summā uero pfundissimū hoc sumptuū: ut sic dicā: specus: qua-  
 si illud olim Curtij non opibus expleri ullis: sed uirtutibus ante alias modestia cohiberi cō-  
 stringiq; potest. In qđ maxime proderit meminisse: alienū esse qđ prodigis: & hic q; unum  
 aliud Hadriani uerbū sæpe ad memoriā reuocasse: qđ sæpe ille & in contione & in senatu le-  
 gitur dixisse: Ita se rempublicā gestur; ut sciret populi rem esse nō propriā: optimo p̄cipe  
 dignū uerbū. ¶ Gau. Regno & ultio mea est. ¶ CRō. Tua quidē minime: neq; em̄ mentis is  
 qui ait: Mea ē ultio. Profecto autē si uerus es rex: nihil tuū minus est qđ ultio: nihil maius qđ  
 clamentia. Natura utinā: ut apum: sic hoīm reges aculeo exarmasset: Nūc libero animali ex-  
 emplū dedit: nō eripuit libertatē: Meū est: quod illa nō cogit hortari. Respice paruum illud  
 sed diuinū animal: pone & tu nō in uulnere sed ante uulnus aculeū. Plabeū em̄ illud: hoc re-  
 giū: Alioqn ut sine iusticia: sic sine clamentia rex nō eris ac ne homo quidē: sed qđ i fabulis  
 dici solet: coronatus leo. ¶ Gau. Imperator sum Romanus. ¶ CRō. Habes Augustū: habes  
 & Neronem & Vitelliū quem equaris. Ad hos tres tota nō modo omniū principū sed ho-  
 minū turba restringit̄. Hinc ergo tibi ducē elige. Si recetioribus delectaris: habes eiusdē or-  
 dinis Traianū: Deciū: Galienū. ¶ Gau. Sum Romanus Imperator mūdi dominus. ¶ CRō.  
 Fuit quādo id dici prope ueraciter poterat: quorsum uero redierint res uides: ut intelligi deē  
 qđ sit tutū stultis & ignauis magna cōmittere: quanta prouidentia: quantū in furorē: quan-  
 tus labor: quātāq; diligētia: quantū in torporē incidit. Non est amplius gaudij materia Ro-  
 manū imperiū sed humanæ fragilitatis & fortunæ uariantis indicium. ¶ Gau. Imperio clarus  
 sum. ¶ CRō. Clara noīa: res obscuræ: mūdi fraudes: humana credulitas: hi sunt unci: quib<sup>9</sup>  
 huc illuc faciles animi trahunt̄. Pulchr; imperij: pulchr; regni nomē: sed imperiū & regnum

H

I

K

## De Exercitu armato: DIALOGUS XCVII.

difficillima omnium officia si rite gerantur: Alioquin & periculosa prorsus & mortifera: neque de nihilo dictum illud regium laudat: Diadema nobile potius quam felicem pannum: plenum curis periculisque & miseris multis: quem cognoscens nemo non ambiat modo aut parto gaudeat: sed nec oblatum ultro recipiat aut abiectum humo leuet. Proinde expurgemini aliquando mortales: aperite oculos: neue semper fallis caligante fulgoribus vestra metimini atque aestimate corpuscula: circumspicite quibus septi estis angustis: nolite geometras ac philosophos contemnere: terra omnis punctus est: uos caduci ac fragilis & incerti exitus: & cum iuuenes & cum sani estis cum morte luctamini: & cum ascendere creditis: descenditis: & cum stare uidemini tum maxime ruitis: nec ullum aial magis suarum uirium obliuiscit: Ac sapientius uermes semimortui regna & imperia somniantis: Memoretote uos punctum perexiguum: seu uerius punctum: ut sic dixerim: puncti breuis: imo ne misericordiam quidem puncti partem possidere. Hac superbi incolae praemittis: mox praemediti: neque amplius ex uniuerso possessuri: quam quod frigidibus membris ac pallidis occupatis. Item nunc caeci & infanti elatoque uultu tumidi: quod natura angustat laxate animis: & uincti imensa & moribundi immortalia cogitate: inque hoc nihilo ridiculosas & insanas insolentia ad momentum rapidi temporis: hic rapinas: hic iniurias: hic uindictas: hic spes anxias: hic honores uarios: hic cupiditates inexpletas: hic furores demum uestros: hic regna: principatus & imperia: hic classes: hic acies: hic bella molimini. Cum multum insanieritis: siue Imperatores fueritis: siue aratores: seu diuites: seu mendici: corpus uestre putris terra: uita uestra fumus leuis: magno flatu pulsus fuerit: & uix tandem fero quidem cognoscetis uiam hanc fuisse non patriam: totumque hoc regni & imperii falsum nomen. ¶ Gau. Imperator factus sum. ¶ Rō. Stulti cum Imperatores sunt: homines se esse non recolunt aut fuisse. Quale est illud Tiberij Caesaris: qui amicum uolentem eum commemoratōe quorundam actuum in memoria pristinae familiaritatis adducere: cum uix aperto ore: hoc unum uerbum emisisset: meministi: praueuientem interrupit: nec passus est explere quod coeperat: sed repente ait: Quid fuerim non memini: uocem improbam ac superbam: nec amicitiam: modo sed totius humanitatis immemorem. ¶ Gau. Ad Romanum imperium ascendi. ¶ Rō. Quid hinc gaudes & in euleum ascendis & in crucem. Contra pro & in lectulum & in sedile descendis: & sapientius in imo quies habitat. Nonnullis opprobrium: multis supplicium: omnibus labor est scandere.

### De Exercitu armato: DIALOGUS XCVII. ¶ Gau.

**E**xercitum armatum habeo. ¶ Rō. Mirabar nisi regnum atque imperium exercitus: hoc est miseria miseriam sequeret. Atqui Seneca Scipionem Africanum caelo tenentem attollit: non quia magnos duxit exercitus: quos & furiosi nocentesque duxerunt: sed ob egregiam moderationem: quam nunquam certe dat exercitus: saepe eripit: saepe minuit: Quae enim tam solida uirtus est: quam tot sceleratorum: totque carnisficium cruentorumque conuersatio explemque non deterreat. ¶ Gau. Magni habeo exercitus. ¶ Rō. Habes unde in capis uitam agas. Neque enim aut urbes exercituum sunt capaces: aut bene ciues togati militesque cohabitant armati. ¶ Gau. Fortissimum habeo exercitum. ¶ Rō. Habes belli materiam: pacis excidium: Si hinc gaudes: ad caelestem certe non pertinet ciuitatem. ¶ Gau. Habeo exercitum ingentem. ¶ Rō. Habes utrumque ad latus hostes armatos: quos nec murus a te separat nec uallum: anceps profecto negocium & graue. ¶ Gau. Mihi multae sunt & ualidae legiones. ¶ Rō. Harum raudia nemo facile atque molestias insolentiaque dinumeret: sed tu omnia experiendo condiscas: Et quanto sit satius solum uiuere quam cum multis legionibus: profecto nullae iniuriae: nulla perfidia: nulla crudelitas castrensiu moribus comparanda sunt. Intelliges per teipsum quam sit uerus pueris quoque notissimum ille uersiculus: Nulla fides pietasque uiris qui castra sequuntur. ¶ Gau. Magni dominus ac rector exercitus sum. ¶ Rō. Tutius pastor tigrisum forsitan ac ursos esses. Possunt mansuefieri corda ferarum: at quorundam hominum non possunt: Et minantur antequam feriant ferae: O dia hominum improuiso erumpunt: hi quos tuos reris: qui te dominum uocant heu quam paruo precio uenale genus & instabile: quam leuibus ex causis mutabuntur: & ex militibus hostes fient. Bladi uultus in horrore dataeque tibi dextrae: tua forsitan in perniciem conuertentur: neque si fiat nouum erit aut insolitum. Ad Placentiam fuit motus ille terribilis: quoniam aduersus Iulium Caesarem suus exercitus insurrexit: de quo dictum est: Quae non ille ducem potuit terrere tumultus: Caesar autem illa incredibili sua constantia ac uirtute motum omnem compressit & punitis auctoribus quietauit exercitum atque ad obsequium reduxit. Fecit idem ad Antiochiam Alexander ille Romanus princeps successitque magnifice. Sed procede paululum: breui idem non ab alio quam a suis militibus interfecit est. Eodem modo iam Pertinax ante perierat: Sic duo postmodum Maximi pater & filius: Sic Balbinus & Maximus: sic Probus dux clarissimus: sic Gratianus & Valentinianus iunior: optimi fratres. Ille a suis legionibus: hic a suo comite proditus: Sic innumerabi-

les alij a suis hostibus inuicti: suis exercitibus periere: & quos milites appellabant: inuenere carnifices. Vide ergo quo gaudeas: Tuus hic exercitus trux imitatus: ut ait ille: balua multorum est capitum: nihil non aulura: ira illam uel inopia uel auaricia irritate. ¶ Gau. Mihi exercitus ingens est. ¶ CRō. Pompeio quidem Thessalico praelio: ut ait Florus: nihil magis exitio fuit quam ipsa exercitus magnitudo: & ferme in omnibus bellis maior semper exercitus succubuit minor uicit.

## De Classe instructa: Dial. XCVIII.

¶ Gau.

A

**C**lassem habeo instructam. ¶ CRō. Et instructos aer uentos: instructos æquor fluctus & instructos scopulos: terrestre aial quid tibi cum pelagor. ¶ Gau. Instructa est classis. ¶ CRō. Instructæ tēpestates: instructa naufragia: periculis tuis gaudes & laboribus & impensis: quare nullus est modus: Vestraque omnia infania: sumptuosissima est classis. ¶ Gau. Classis instructa est. ¶ CRō. Hæc cœli & maris ira disijciet: & quolibet instructam sparget ac destruet iopina tēpestas: de qua non cogitare dum nauiges stulti est. ¶ Gau. Classem habeo in mari. ¶ CRō. Pax ne terra uobis discriminum attulerat: nisi maria etiam uexaret. Non satis est terras: unde nocens ferre: quod Naso ait: ferroque nocentius aure eruat effodere: Ipsa que horrida & quæ primi homines tantummodo mirabantur maria penetrastis: ubique labor: ubique periculum conquirentes: Inque hoc unum uigiles atque solliciti: segnes ad reliqua. ¶ Gau. Magna cum classe maria sum ingressus. ¶ CRō. De regressu cogita: ingredi nepe per facile est. Solet æquor intrantibus planum esse: progressis sæpe monstruosum ac difficile: tamē inter homines natus inter delphines ac tritones uitam age: mira uasti animi uoluptas. ¶ Gau. Magna mihi classis & ualida est. ¶ CRō. At fortassis utilius tutiusque uel breui in scalino uel sicco de littore insidias piscibus tetēdisse: quam classe armata uim gentibus intulisse. Multis quidem classis eximia noxiam dedit audaciam: eoque impulit ubi optaret domi esse. Hoc & Graij Troia reduces Caphareum ad montem: notatim uero Lacedæmones Arginusis: Syracusio Athenienses in littore: & Carthagenenses ad Egates insulas didicere. Multa sunt classibus pericula: non ab hostibus tantum sed ab ipso mari. Denique cum moriendi genera plura essent: hoc unum genus est additum. O cæci uitæque quam maxime diligitis prodigi: mortem undique quam super omnia timetis arcessitis.

## De Machinis &amp; Balistis: Dialogus XCIX.

¶ Gau.

A

**O**mnis generis machinas habeo. ¶ CRō. Et hic que furor regis habere unde multis nocuas cum uelis: quos beneficentissimos hominem esse oportuit. Et ob hoc unum regnis impositi & reges dicti sunt ut regant homines atque ab eis ceu parentes colantur amenturque. Quidam etiam patres patriæ appellati: cum contra in contrarium agunt: ut ceu tortores ac prædones publici cum ceteris formidabiles atque inuisi sint. ¶ Gau. Abundo machinis ad euerendas urbes idoneis. ¶ CRō. Quanto melius extruendas seruandasque. Tu fortasse gloriosius putas euertere: & uideri uicis tui temporis policertes: sed non semper urbes machinis euertunt. Cæsar quidem bello gallico cum aduersus hadriaticos turres maximas erexisset: primum contempit hostibus fuit: quam si rem impossibilem humanis uiribus moliret: ubi autem moueri & moenibus applicari illas uideret: e contempit in stupore ac pauore uersi: omnia defensione ad demotionem confugere: Ac ciuili bello ipsius Cæsaris dux Brutus ad Massiliam æque erectis atque admotis parē stupore obsessis iniecerat: sed non parem metum: Itaque noctu egressi turres & machinas incenderunt. ¶ Gau. Abundo machinis & balistis. ¶ CRō. Omnia fere quibus gloriaris ad iniuriam alienam potius quam ad tuum decus spectant. Quanto erat honestius atque homine dignius abudare misericordiam instrumentis quam saeuitiam: habere quibus hospitalis & amicis & egenis esse posses: quam quibus urbes immeritas oppugnando quietem publicam perturbares. ¶ Gau. Habeo machinas ingentia saxa torquentes. ¶ CRō. Saxa torquere furiosum est. ¶ Gau. Habeo machinas & balistas innumeras. ¶ CRō. Mixta nisi & glandes æneas: quæ flammis iniectis horrissono tonitru faciuntur: Non erat satis de cœlo tonantis ira dei immortalis hominum. O crudelitas iuncta superbia. De terra etiam tonisset non imitabile fulmen: ut Maro ait: humana rabies imitata est: & quod e nubibus mitti solet ligneo quidem: sed tartareo mitti instrumento: quod ab Archimede inuentum quidam putant: eo tempore quo Marcellus Syracusas obsidebat. Verum ille hoc ut suorum ciuium libertatem tueretur excogitauit: patriæque excidium uel auerteret uel differet: quo uos ut liberos populos uel iugo uel excidio præmatis utimini. Erat hæc pestis nuper rara: ut cum ingenti miraculo cerneret: nunc ut res pessimæ dociles sunt animi: ita communis est ut unum quodlibet genus armorum. ¶ Gau. Balistis affluo. ¶ CRō. Melius belli odio & studio pacis afflueres: Cum cætera quidem arma inquieti animi: hæc & degeneris signa sunt: nec pacificis quidem grata: & bellatoribus inuisa magnanimis. Denique sic habeto: Qui balistam primus inuenit

E

De Thesauro reposito: Dial. C. De Vindicta: Dial. CI.

ille aut pauidus fuit aut proditor & nocendi audius & metuens hostes: itaq; cogitauit: qđ Lucanus ait: Longe tendere neruos. Et quo ferre uelint committere uulnera uentis. Idq; de omni genere missiliū puta. Fortis bellator cōgressum hostis exoptat: quē sagittari<sup>9</sup> uitat.

De Thesauro reposito: Dial. C. ¶ Gau.

**T**hesaur<sup>9</sup> in bella reposui. ¶ Rō. Rem malam in usus pessimos. Quanto tibi & alijs erat utilius hūc & amicoꝝ & patriæ usibus aceruisse: maximeq; necessitatib<sup>9</sup> indigentium. Ille demū thesaurus uerus esset: & thesauri preciū cōlestis: hunc precium est inferni. ¶ Gau. Thesaurus suppetit in usum belli. ¶ Rō. Thesaurus animi uires extenuat: bellū uiros: utrūq; pestifery. ¶ Gau. Magno thesauro subnixus in bellū sum. ¶ Rō. Solut iste thesaur<sup>9</sup> possessori suo perdēdi metū afferre: hostibus lucri spem & bellandi simul audaciā: Quis nō alacer id in bellum eat: quo quærere multū possit nihil amittere: Pugnassee quidē feruide inopē ac uicisse: eundēq; mox diuitē refrixisse: apud Flaccū legis: Et profecto si ad clarissima reꝝ exempla inflecteris: uidebis Romanos dū fuere paupes oīm gentiū fuisse uictores: tum uinci cōpisse dū diuites facti sunt: ita ad aduentū diuitiarū discessere uictoria ac uirtutes: simulq; opū comites delitiæ ac libidines subiere: ut nō immerito scriptores quidē tempoꝝ illoꝝ Romanæ paupertatis interitū quæsti sint. Virtutum nutritrix optima est paupertas: opulentiæ uitioꝝ. Victoriā de thesauro tuo speras: hinc potius metuendū: multos pauidos & imbelles: oēs tumidos ac supbos: nullū penit<sup>9</sup> uirū fortē fecere diuitiā. ¶ Gau. Magnū mihi thesaur<sup>9</sup> aggregaui. ¶ Rō. Tibi curas & inuidiam: hostibus stimulos: furibus sollicitudinē addidisti.

De Vindicta: Dialogus CI. ¶ Gau.

**H**ostis ī man<sup>9</sup> uenit: ultiois oblata est facultas. ¶ Rō. Immo experimētū tui: an irā mancipiū: an clamētia sis amicus: Quod nisi ad utranq; ferri posses: incertū esset. Multi em̄ esse credūt qđ nō sūt: experti aut qđ sint: sciūt. ¶ Gau. Est mihi hostis in manibus: ulcisci possum. ¶ Rō. Alij potētia fines sunt: decoris alijs: nō quid possis: sed quid deceat æstimandū est: nesi quantū potes uelis: nil posse sit melius. ¶ Gau. Ulcisci possum: nil dulcius est uindictā. ¶ Rō. Ira nihil amari<sup>9</sup>: quā cur quidā dulcē dixerit mirari soleo: sin dulce aliquid inesse cōsenseris: dulcedo effera uiro indigna ac propria bæluarū: earumq; nō omnīū: sed præmordaciū atq; ferociū: Nil humanū min<sup>9</sup> qđ sæuitia & feritas: Contraq; nil hominī suum magis qđ misericordia & lenitas: quibus nihil tam cōtrariū qđ uindicta est: & quicquid animi impetu homo in hoīem cōmittit asperius. Qz si oīno uindictæ nomē dulce est: ostendā tibi qđ multa cū gloria uti possis: Nobilissimū uindictæ gen<sup>9</sup> est parcere. ¶ Gau. Ulcisci licet. ¶ Rō. Multo est satius: multoq; formosius obliuisci iniuriā qđ ulcisci: Generosior nulla est obliuio qđ offēsa: Hęc summ<sup>9</sup> orator: summo duci summæ laudi tribuit: qđ seꝝ nil soleret nisi iniurias obliuisci. Nihil aut phibet un<sup>9</sup> laudē illi nō ereptā ad plurimos peruenire. Hoc inter multa præcipuū præ cūctis opibus habēt animi bona: nō decrescūt sparsa: nec pereūt. Sume igit & tu tibi nobilissimā hęc opinionē Cæsareā: quæ te multo faciet clariorē qđ cyneā tarmadāq; memoria sua. Illa em̄ naturæ fuerit: hęc uirtutis. ¶ Gau. Ulcisci iuuat. ¶ Rō. Ultionis momentanea delectatio est: misericordiæ sempiterna. Duog; nēpe delectabiliū: illud præferendū qđ diutius delectat. Fac tu hodie quo ppetuo delecteris. Nulla uero maior: nulla firmior delectatio est qđ quæ de puritate cōscientiæ: & reꝝ bene gestarū recordatione oriē. ¶ Gau. Honestū est ulcisci. ¶ Rō. Honestius misereri. Multos clamētia honestauit: nullū ultio: Nihil tam necessariū inter mortales: nihil tā cōe qđ uenia: Nemo ē em̄ qđ nō peccet: Nemo cui nō misericordiā opus sit: qua negata: quis tā multos criminū & culpārum extricabit nodos: aut dissutū diruptūq; societatis humanæ fœdus sartiet? Semp̄ inter sese hoīes: sempq; in illos decertabit ira dei: Nullus erit aut litiū aut pœnarū finis: nec cessabunt arma nec fulmina. Parce igit: miserere & cōpescē aīm: Fac tu hoī qđ tibi ab hoīe fieri uelles: qđ a deo uis. Impudēter a dño ueniā petit: qđ cōseruo illā suę negat. Ecclesiastic<sup>9</sup> doctor clamat indignā: Hō hoī iram seruat: & a deo quærit medelam: In hoīem sibi similit nō habet misericordiā: & de peccatis suis deprecatur. ¶ Gau. Non infero iniuriam sed ulciscor. ¶ Rō. Quid refert: primus pecces: an ultimus? Nō est æquū ut quod in alio improbas: in te probes. Vis ne sæuitiam in hoste damnatam sequi: fieriq; illi similis moribus: cui dissimilis animo sis: quodq; ille pessimū habet: tuū facere? ¶ Gau. Volo quidē & licitum est ulcisci. ¶ Rō. Nec debes uelle: nec ulla id licitum lege est: ut defensio licita sit: ultio uetita: Scriptū est: Qui uindicari uult: a deo inueniet uindictam. Et rursus: ut pauloante dixi: Mea est ultio: &

A

B

A

B

C

D

## De Spe uincendi: Dialogus CII.

ego retribuam eis in tempore dixit dominus. Illud tempus expecta: sine ille te uindictet qui & offendentis est dñs & offensi. Solet inter seruos domini cōmunis esse cognitio: Si quid in genui habes: si qua tibi p̄fectionis habitus cura est: opta potius atq̄ ora ne ille quidem uindictet: Sic hostis crimen in tuam uerteris salutem. ¶ Gau. Ulcisci est animus. ¶ CRō. Da irā spacium: da consilio tempus: frena impetū: differ: aut desinet aut lētescet. Breuis hora sedat iratum æquor. ¶ Gau. Ulciscar. ¶ CRō. Vno actu multos offendes: Vna iniuria sæpe innumerabiles hostes fecit. ¶ Gau. Ulciscar. ¶ CRō. Plus te ipsum læseris q̄ hostem. Illi corpus forsitan aut opes: tibi animā famamq̄ corruperis. ¶ Gau. Ulciscar. ¶ CRō. Quotiēs ulciscēdi studio iniuria geminata est: læso sæpe unicum dissimulasse remediū: sæpe uel quæstū esse: uel nutu tacito sensum iniuriæ prærendisse periculum fuit. ¶ Gau. Perdere hostem possum. ¶ CRō. Melius est amicum quærere q̄ hostē tollere: sed utrūq̄ simul optimū: quod nulla arte melius q̄ parcendo fit cum ulcisci possis: Aptissimū tollendis hostibus instrumentum est lenitas: In quo si creditū esset Herennio seni sapiētissimo: nec Sannitum exercitus modo uictor collo iugum Romanū: nec iugum primo cū reliquis mox securim solus imperator Pōtius pertulisset. ¶ Gau. Ulciscendi pungor aculeis. ¶ CRō. Resiste cogitationibus pijs exemplisq̄ omnibus quæ leniorem in partē inclinare animū possunt: & imprimis memoria uitæ breuis & ambigua. Hæc em̄ Senecæ cui assentior efficacissima uidet̄ de iracundia lenienda. Cui is ipse quē memorauit doctor accedit. Nam quid aliud sentiebat: ubi ait: Memento nouissimorū & desine inimicari: Sic est enim nilq̄ inimicitias magis alit q̄ conditionis obliuio. Siquidem iste cuius mortem sitis: ne dubita moritur⁹ haud dubie est: & id ipsum cito: fortasse hodie: tuq̄ illū forsitan quod nō cogitas præcurfurus. Expecta paululū: subsiste: fiet quod fieri optas: & quod metuis fiet. Cæteræ mors quā hosti paras: sine tuo illi scelere præparata est. Quid iuuat fati cursum properatis impellere: & morituri sanguine morituras man⁹ inficere: non scelestum modo: sed superuacū est impietate tua proximū: ac festinans tēpus arcessere: quod si ualde uelis: nulla possis pietate repellere aut differre: quanto tranquillius atq̄ honestius ille integer & illæsus: tu sicus & innocens: q̄ uterq̄ crucietur: & tu noxius hinc abibis. ¶ Gau. Vrgeor ulciscendi stimulis. ¶ CRō. Caue ne cesseris: sed oppone eis memoriā eorum: qui non tantū mites hostib⁹: sed fauentes ac benefici fuere: Contraq̄ illos tibi p̄pone: qui membratim cæsis hostib⁹ adhuc rabiem spirantes: nec quicq̄ in nō sensura cadauera sauiuerunt. Dehinc tecum elige: quorum similis esse malis: neq̄ actus solos sed & uerba cōfer. Pars enim non parua crudelitatis in uerbis est. Crudelis pes: crudelior manus: crudelissima lingua est. Sæpe animi sauitiā quā manus nō æquauerat: lingua transcendit. Illa uero optima: ut crudelitatis: sic clamētiæ testis est. Sonet igitur ad aurem tibi illa: cuius nō multo ante meminimus Hadrjani uox: simulq̄ illa Tiberij: de quo scriptū est: q̄ cum audisset unum e reis Carmilium noīe anticipasse mortē: exclamauit Carmilius me euasit. O uox ferox: & si dici potest ipso uocis auctore ferocior: quid usitati supplicij cogitabat: quē se in uinculis manu sua perimēs euasisset: Ecce duo igitur unius status sed mentiū diuersarū: uno & eodē uerbo q̄ uarie usi sunt. Ille ad præsentē hostem: euasisti ait: hic de absente: euasisti inquit. Ille suo hosti uitā donauit: hic inuidit mortem. Elige quid horū pot⁹ a te dictū uelis dici: an trāquillum illud ueræ principis: an illud alteræ immane carnificis: Nec ignoro q̄ sit promptius iube: re ista q̄ facere: & quid his obijci possit intelligo: Difficilius in suis q̄ in alienis iniurijs mitē esse: difficile fateor: sed bonum. De bono autem ac difficili omnem esse uirtutē: nec tu neges. Virtutis amatoribus sunt cuncta facilia. ¶ Gau. Fixum est ulcisci. ¶ CRō. Vincit pars deterior: obsta illi dum adhuc potes: uictoriāq̄ illi priusq̄ ea uti cœperit eripe: stratāq̄ mansuetudinem attolle. Memento te hominē: multos quidē uindicasse pœnituit: neminē pepercisse. ¶ Gau. Uirtus sum. ¶ CRō. Vinci ab hoste præstabat: hostis uictorē uicit ira.

### De Spe uincendi: Dialogus CII.

¶ Gau.

**A** **B**ello uictoriam spero. ¶ CRō. Cum fallax ubilibet: tum in bello fallacissima spes est. Nihil ex præmeditato agi: Inopine eunt oīa. Prudētissimus atq̄ exercitatissimus militariū rerum fuit: qui dixisse fertur: nusq̄ minus q̄ in bello euentus respondere. ¶ Gau. Victoriā spero. ¶ CRō. Pacem haberes utilius: eiusdem ducis uerbum memorabile traditur. Melior tutiorq̄ est certa pax: q̄ sperata uictoria. ¶ Gau. Bello uictor ero. ¶ CRō. Quid si uictus? Hæc spes multos in exitiū egit sine uictoriæ spe: Nemo uolens in aciem descendit. ¶ Gau. Bello superior euadam. ¶ CRō. Futuri uerbum temporis. Omnis em̄ de futuro spes: & futura omnia semper ambigua. ¶ Gau. Bello uictor remeabo. ¶ CRō. O spes ho

# De Victoria: Dial. CIII. De Inimici morte: Dial. CIIII.

minum inanes: nec uictor fortasse: nec uictus remeabis: sic tibi reditum spondes: apertumq; inter gladios iter acri deuotum classico Marti caput. ¶ Gau. Esse uictor spero. ¶ Rō. Est qui contrarium speret: uel falli uel utrunq; uel alterut; sit necesse. Potest uel alter uel uterq; dux partium: seu alter seu mutuis uulneribus simul occumbere: quod & sæpe credo alibi: Et qd̄ nūc meminere: Thebis ultio inter fratres impios congressu: & Romæ primo post exactos reges accidisse proditum est bello: ut Superbi regis filium Brutus cōsul ad inferos ꝑsecutus est: Amisso aut̄ spiritu iam uictoria nulla est: quo seruato: sæpe tamē ex acie pari Marte discessum tenes. Vtrobicq; igitur ambos duces spe uictoriæ fraudatos constat. Vnū nempe fraudari tam cōmune: tamq; quotidianū est q̄ in aciem proficisci: Quid scis aut̄: an unus ille tuus: hac qua tibi blandiris uictoriæ spe fraudādu: ¶ Gau. Bello uincam. ¶ Rō. Ut anceps semper: sic sæpe tristis & sanguinolenta uictoria est. Non habetur gratis: quod uitæ discrimine quaritur: chare emitur: cuius sanguis est precium: charius cuius mors fieri potest: ut pars uictrix ducem perdat: ita tuis uincens uinci potest. Quid de uictoriæ sceleribus dicā: Nō sunt tot uicti miseræ: quot sunt peccata uictoris. Q; si peccato miserius nihil est: nec uictus eo q̄ uincit uictore miserior: sed eo minus miser quo minor; re; damnis afficitur. ¶ Gau. Vincam. ¶ Rō. Ut ad summam redigam: & an uincas: & an melius sit uicisse: si uiceris in dubio est.

## De Victoria: Dialogus CIII.

¶ Gau.

**A** Tu uici. ¶ Rō. Caue ne te uincat ira: superbia: crudelitas: furor: rabies: Hi sunt enim uictoriæ comites & uictor; hostes inuisibiles & horrendi: a quibus sæpe clarissimi uictores turpissime uicti sunt. Nondū te uocat ad calculū fortuna: Id̄ga & perplexa rationum series: creditrix uiolenta & pertinax: cum qua tibi nunc quoq; negocij multum restat: mutuū reposcere solita ē magno cum fōnore. ¶ Gau. Magno prælio uici. ¶ Rō. Uictor prælio: sæpe uictus est bello. ¶ Gau. Vici autem. ¶ Rō. Quotiens uicere Carthaginenses: quotiens Galli: gentesq; aliæ: quotiens aut̄ uicti sunt Romani: sed specādu est rerum finis: eaz; maxime quæ uoluntur & stare nesciunt. ¶ Gau. Vici certe. ¶ Rō. Et si certus belli exitus: adhuc euentus est dubi;: & de lætis tristitia & læta de tristibus erumpunt. ¶ Gau. Magnam uictoriam quæsiui. ¶ Rō. Nil tam magnū ut nō nimio quæri possit. Est ubi plus uulnerum ac funez; uictoriosa pars cōputat: Si non credis: Xerxem atq; Thermopylas in terroga. ¶ Gau. Magnæ uictoriæ sors fuit. ¶ Rō. Vix potest magna uictoria paruo precio cōstare. De bello omnium maximo: omnium maximus historicus dum ageret: A deo inquit uaria fortuna ancepsq; Mars fuit: ut ꝑpius periculo fuerint qui uicerūt. ¶ Gau. Plene uici. ¶ Rō. Non est plena uictoria ubi armatus hostis supest: q̄q; & si hunc oppresseris alij renascētur: quasdam nempe uictorias ceu sementē dicas esse belloz;: sic odia ferro trunca repullulāt de santurq; & rediuiui in aciem redeunt bellatores: non ut fortassis imaginatio uahemēs olim Cassio a se cæsi hostis imaginem supremo illo suo die obuā dedit: tam tremendo aspectu ut audacissimum uir;: qui uiuentē illum non timuerat: defuncti spēs in fugā uerteret: sed ita ut pro uno multi redditi ueris manibus uez; ferrū moueant in illos qui uicisse uidebantur. ¶ Gau. Vici: iam securus sine hoste sum. ¶ Rō. Stulte: dum erūt homines nō deerunt hostes: Tu Romanæ urbi post innumeros triumphos: edomitūq; orbē: nō defuisse hostē legis: & tibi defuturū speras: quiescenti forsā hostis deerit: at pugnanti nunq;. ¶ Gau. Victor sum. ¶ Rō. Caue ne sis frustra: uti scientib; uictoria fructuosa est: uti aut̄ dico: nō eo modo: quo Maharbal Hannibali: sed quo Hanno uir melior suæ reipublicæ consuluerat: Nam ꝑfecto usus fructusq; uictoriæ optimus pax est: neq; ad alium q̄ ad pacis finē iusta bella suscipiuntur. ¶ Gau. Victoria mecum est. ¶ Rō. Vide ne uolet: alata est.

## De Inimici Morte: Dial. CIIII.

¶ Gau.

**A** De inimici morte lætus sum. ¶ Rō. Sperare de inimici morte aliquid: seu cuiuspiam hois uel gaudere: illi forsitan sit ꝑmissum si quis usq; esset immortalis: Sperare autē alterius mortē quæ tibi possit ante cōtingere: uel gaudere id hosti euenisse qd̄ tibi necessario euentuz; sit: stulta spes: inane gaudiū. ¶ Gau. Gaudeo de inimici morte. ¶ Rō. De tua alius mox gaudebit. ¶ Gau. De inimici morte gaudeo. ¶ Rō. Si quā uestræ cōditionis memoriā haberetis: nūq; hō de morte hois gauderet. Qñ em̄ quæso duoz; qui simul ad supplicium ducerent: alter alterius de morte gaudiū ccepit: sciens sibi idē supplicij genus instare: & nō potius in illius morte suā cogitans ingemuit. ¶ Gau. De inimici morte gaudiū sensī. ¶ Rō. Quotiens putas optata mors hoim uoti compotes torferit: & optare uitā frustra cō-

perint: qui nō frustra mortē prius optauerint: dū intelligere incipiūt in suā se p̄niciem optaf-  
 ser: Sed precipites sunt affect⁹ uestri: quicquid uultis ualde uultis: qđ de Marco Bruto di-  
 xisse Iulius Cæsar fert: Immo uero nimiū uultis: nec feruēs desiderii moras fert. Itaq; quic-  
 qđ uultis statim uultis: hinc nō modo uota impia sed uenena sed cædes: & qcqđ hō in homi-  
 nē struit nocentissimū animal in suā speciem. Multa uero optatis quæ si in consiliū ratio eēt:  
 admissa timeretis: & uarietas uotoꝝ malæ electionis argumentū est: nec prius ad rectum re-  
 dit impetus q̄ inconfulti affectus infaustis castigentur effectibus. ¶ Gau. De morte hostis  
 gaudeo. ¶ CRō. Si est hostis inglorius: de ipsius morte gaudere turpe est & dolere superfluū:  
 Sin illustis: honestus piusq; est dolor: & si nō propter hoīem: at p̄pter uirtutem quæ indies  
 rariora habet hospitia: Sic Metellus Macedonicus Africani iunioris: sic Cæsar Pompeij: sic  
 Alexander Darij mortē fleuit. ¶ Gau. Gaudeo de inimici morte. ¶ CRō. Quō de illius mor-  
 te gaudeas: quē diligere iubearis: nō ut hostē sed ut proximū eiusdem opus opificis: ¶ Gau.  
 De inimici morte gaudeo. ¶ CRō. Nō audis forsitan an contēnis consiliū notissimū Sapiētis:  
 Noli inquit de inimico tuo mortuo gaudere: sciens quoniam omnes morimur & in gaudiū  
 uolumus uenire: Sanū prorsus seu consiliū seu preceptum.

## De Spe Pacis: Dialogus CV.

¶ Spes.

- A** **P**ero pacem. ¶ CRō. Melius est pacē seruare q̄ sperare. Stulti em̄ est fastidire res cer-  
 tas: ambiguas spes amplecti. ¶ Spes. Pacē spero. ¶ CRō. Tenuisses eā artius: nec  
 abire sineres q̄ sperares. Quid em̄ si ad hanc spem impatientia te duxit tua: ut spe-  
 rando angī eligeres: quo gaudento uti poterat: ¶ Spes. Pacē spero. ¶ CRō. Spes pacis mul-  
 tos perdidit: sperataq; paci succedēs insperata calamitas incautos obruit sopitosq;: q̄s exp-  
 tos inueniens nō lassisset. ¶ Spes. Spero pacē. ¶ CRō. Quid tamdiu speras qđ mox assequi  
 in tua sitū manu est: Rari sunt qui pacē nō inueniant: si bona fide uelle cœperint: Sed hi ipsi  
 quibus dulce nomē pacis: pax amara est. Pacē itaq; petentes: paci obstāt. Quattuor uobis-  
 cum habitat pacis hostes: Auaricia: Inuidia: Ira: Superbia: Has in externum exiliū pellite:  
 pax aeterna erit. ¶ Spes. Spes pacis haud dubia est. ¶ CRō. Inter spem pacis & pacem multa  
 incidunt: lene uerbū: gestus facilis: compositā sæpe turbauit pacē: Ipsi tractatus pacificiq;  
 sermones ferro sæpe frangunt: aīosq; acuit: bellūq; asperat pacis spes: Sic amicitia mentio-  
 nem irritā quasi cotē dixeris odiorū. ¶ Spes. De pace agit: pax erit. ¶ CRō. De pace crebro  
 ne quicq; agit: nōnunq; uero periculose de pace agebāt atq; egerant & Galloꝝ & Pœnorū  
 duces: qñ illos Camillus oppressit: hos Scipio. ¶ Spes. Post belli finē pax firmabit. ¶ CRō.  
 Quanto firmata esset utilius ante belli principiū: Quot damnis ac mortib⁹ tēpestiua pace ef-  
 fet occursum: Sed uos pueri contumaces ac discholi: sine uerberib⁹ nō sapitis: In pace bellū:  
 in bello pacē quaritis: neq; unq; nisi bello afflictū pacē uel noscere incipitis uel amare: eāq;  
 ut perditam stetis: sic mox redditā pari leuitate cōtemnitis: donec uos iteꝝ atq; iteꝝ amissa  
 perdoceat bona uestra nō spernere: mala uestra non cupere: deniq; nō ineptire: nō furere: qđ  
 anteq; assequamini pudeat. Sæpissime idē uobis audiendū: nec audisse sat est: sæpissime ui-  
 dendum & experiendū dicā p̄prie: ut discatis aliquid sæpissime uapulandū est. ¶ Spes. Bel-  
 lū pax sequet. ¶ CRō. Melius præcessisset bello iter obstructura: nihil insanius q̄ spe remedij  
 ultro uulneri sese offerre: auxiliū non causam dant fomēta uulnerib⁹: ægro salutē optare na-  
 tura est: sano ægritudinē spe salutis insania. ¶ Spes. Pax futura est. ¶ CRō. Solet pax urbib⁹  
 mutationē reꝝ afferre pestiferā: optia quidē ipsa: sed pessimis circūuoluta comitibus: iniqs  
 legibus: fluxis moribus: occultis odijs: apta tyrānide. Recordare quid ciuili olim bello præ-  
 sagus ille dixit nec sefellit: Supos quid p̄dest poscere pacem: Cum dño pax ista uenit. Meli-  
 or est aut bellicosa libertas uiris fortibus q̄ pacifica seruitus. ¶ Spes. Pacem habeo. ¶ CRō.  
 Interim bellum habes.

## De Pace &amp; Inducijs: Dial. CVI.

¶ Gau.

- A** **P**acem habeo. ¶ CRō. Bonū ingēs si sincer⁹ esset atq; perpetuū: neutꝝ sane est: Nam  
 neq; nouū est sed cōe nimisq; q̄tidianū est: ut sub umbra pacis bellū lateat: neq; pa-  
 cem q̄uis purā diurnā sinit aīoꝝ instabilitas: secū assidue nō min⁹ q̄ cū hoste pu-  
 gnantiū. ¶ Gau. Pax quæsita est. ¶ CRō. Sed amissa ē cautio & disciplina militaris: fida ur-  
 bium tutela: quæsita aut lenta segnicies: & sp̄ piculosa securitas: cū in multis nēpe sit melior  
 bello pax: in hoc uno bellū mel⁹ q̄ cauti⁹ atq; expienti⁹. Nūq; Romana yfus abijisset si bel-  
 lum Carthaginēse māssisset. Pax punica Romanæ urbis excidiū fuit: urbib⁹ q̄ alijs documē-  
 tum sempiternū: nō semp̄ populis atq; imperijs optimam pacē esse: Idq; uir optim⁹ Nafica

## De Pontificatu: Dialogns CVII.

male non sibi creditū iurabit: & uera locutū docti oēs fatebunt. **¶ Gau.** Pacē habeo. **¶ CRō.** Modeste utere. Bello quolibet funestior pax supba & negligens. Sæpe armati inter gladios tuti: mox togati in gladios inciderūt: & seris uotis optauere bellū. Quid ruinā moræ atq; ipsius humanitatis interitū loquar? Quot iā bello uiri optimi: pace pessimi euasere: quasi cum armis oēm penitus exuti uirtutē: mox cū toga uitia oīa induissent: Sic interior habitus cum exteriorē mutatus est. Cuius quidē rei: & si multa milia hoīm in testimoniū trahi possunt: tū abunde suffecerint testes duo: Sylla & Marius: quorū primū: ut de illo scribit: neq; laudare: neq; uitupare quisq; satil digne potest: quia dū quærit uictorias: Scipionē se populo Romano: dū exercet sæuitiā: Hannibalē representauit. Secūdus ꝑo uir fuit ut de illo itidē scriptū est: cuius si examinenē cū uirtutibus uitia: haud facile sit dictū utrū bello melior an pace perniciosior fuerit: adeo q̄ rēpublicā armat⁹ seruauit eā primo togat⁹ omī genere fraudis: postremo armis hostiliter euerit. **¶ Gau.** Pacē patriæ partā lætor. **¶ CRō.** Quid si pax interdū qd̄ in hoīe optimū est extinguit: nutritq; qd̄ est pessimū? Notū est illud Satyrici: qui cū de causis prisçæ illius Romanæ uirtutis multa dixisset: inter quas est: & pximus urbi Hānibal: ad extremū intulit: Nūc patimur lōgæ pacis mala. Sæuior armis luxuria incubuit uicūq; ulciscitur urbē. Est ne autē: oro te: ulla pax tāti: ut nō odiosa sit uiris egregijs comitātē luxuria? Certe altius cogitanti: depositis licet armis pax uideri nequit: ubi bello domestico uitiorē in/ sidiosissimo & carēte inducīs oppugnant animi: boni mores in exilium pellunt: uoluptates imperāt: uirtus opprimē. **¶ Gau.** Pax firma est. **¶ CRō.** Et pacis comites licētia ac libido: & ut dixi: discrimina nec pauciora nec minora q̄ belli. Illa em̄ corpibus: hæc animis pestē ferunt: sæpe etiā corpibus. Itaq; multis lorica foelicior q̄ toga: cāpusq; securior q̄ thalam⁹: turba q̄ tibiā: sol q̄ umbra. Sūt quibus nil tutius bello sit: qd̄ Iuliu Cæsare prædicantē de se suisq; militibus audisti: pacē ꝑo si sine uitijs ueniret: & cœlestē munus: & secū dū nulli bonū fateor: Raro autē sine uitijs uenit. **¶ Gau.** Sed feci inducias. **¶ CRō.** Dediti hosti spacium ad colligēdas uires quib⁹ fortius te feriret. **¶ Gau.** Inducias habeo. **¶ CRō.** Cognatæ inducīs insidiæ sunt. Multa ꝑ insidias hostiliter fieri uides: plura etiā facta legis: ut nil aliud belli cō/ silia licētius agitant: liberius contrahunt auxilia: quosdam bello inuictos induciæ cōfecere. **¶ Gau.** Sūt mihi cū hostib⁹ induciæ. **¶ CRō.** Ignaui tēp⁹: nec pace lætū: nec bellis exercitū: sed dubijs inter utrūq; pulsū fluctib⁹: ubi & tumor paci obstat: & timor bello: nescio an sit grauius pēdere q̄ ruere. Respirādi tempus optare fatigati est: miseri autē & insani est nec pacem pati posse nec bellum.

### De Pontificatu: Dialogus CVII.

**¶ Gau.**

**A** Pontificatū ueni. **¶ CRō.** E tempestate in portū fugi solet: tu e portu in tēpestatē spēte fugis: tu mirus nauta. **¶ Gau.** Pontificiū sum adeptus. **¶ CRō.** Pax: ne diffidēs: pax grauis unius animæ tibi cura uidebat: nisi oīm curas in te unū atq; oīm sarcinas trāstulisses: Fortes humeri: an fortis ambitio eo aīos cogēs ubi male sibi futurū sciunt. **¶ Gau.** Ad pontificium ascēdi. **¶ CRō.** Quo tramite uideris. Duplex est em̄ uia: utraq; ad laborē: altera ꝑo etiā ad miseriā ducit: quacunq; prexeris uel te miserē: uel ut optie cesserit ex libero seruū scito: Sic qui ascēdisse diceris: descēdisti: un⁹ iā illoꝝ: quib⁹ canit̄ ꝑpheti/ cum illud: Qui descendūt in mare nauib⁹ faciētes opationē in aquis multis: Qui ascendunt usq; ad cœlos et descendūt usq; ad abyssos: quorū aīa in eis tabescēte: ꝑpter negotioꝝ multipliciū ꝑcellā: Turbati sunt & moti sicut ebrius: & oīs sapia eoꝝ deuorata est. **¶ Gau.** Sūmi soliū pōtificat⁹ ascēdi. **¶ CRō.** Quo mare altius: & uētī plures & piculosior tempestas. **¶ Gau.** Roman⁹ pōtifex fact⁹ sum. **¶ CRō.** Quo maior urbib⁹ Roma est: eo maior te laborē moles manet: Erūt q; te colāt: qui adorēt: qui obsideāt ac circūstent: qui tibi serico terrā ster nant: auro niueos frenent eqs: qui uina dapesq; instruāt ac prælambāt: prisçis pōtificib⁹ in/ auditū obsequij gen⁹: Ex diuerso erūt: q; omisissis ꝑprijs reb⁹ in te figāt oculos: te notēt: de te iudicēt: & q̄ iuste de⁹ uiderit: qui deniq; mores tuos arguāt: ꝑba distorqueāt: famā lacerēt: uitā carpāt: quicqd̄ usq; mali erit: quasi e fonte unico malorū ex te ꝑdixisse dicēt: populi discordiæq; scelerūq; oīm un⁹ tu causa uocaberis: quō inquit sanū erit ecclesiæ corp⁹ cū aggr̄ ac languidū sit caput? Est ne oro te tanti uel aureū poculū uel cubile purpureū uel gēmatu uertex: ut quietil & famæ precio quari uelit? **¶ Gau.** In summū pontificē sum elect⁹. **¶ CRō.** Verfa ut libet hac i re tā expetita hodie: qd̄ est totū uel inane uel durū est: ut nō īmerito quidam summi pōtifices tædio reb⁹ uicti: nō supplicii aliud q̄ foelicitatē illā hostib⁹ suis optauerint. Nā ut paucis expediā: sūmus pōtificat⁹: si rite gerit̄: summ⁹ est honor: summū onus:

## De Fœlicitate: Dialogus CVIII.

**D** summa seruitus: summus labor. At si male: summū animæ periculum: summū malū: summa miseria: summus pudor: anceps ex omni parte negociū. ¶ Gau. Sūmi pontificatus sedē teneo. ¶ Rō. Non tenebis diu. Breuis est hoīm uita: regū breuior: pōtificūq; breuissima: eo qđ propť pondus uasfaticū curarū: ætas ipsa pōtificis Romani tempus angustat: quæ ad hoc culmē nisi admodū fessa uix peruenit. ¶ Gau. Sūmi pōtificatus in uertice sedeo. ¶ Rō. Quo sublimior sedes: eo grauior casus: uix ex alto sine periculo aut labore descendit. Cura ut descēdas sobrie: ne in illo grege reperiaris: de quo dictū est: Tollunt in altū ut lapsu grauiore ruant. Ex omni quidē mortali fastigio descendendum nemo dubitat: sed hoc interest: qđ iustorū ac sapientū descēsus: reliquorum uero præcipitiū ac ruina est. Ideoq; pœnus ille dux moriens qui dixisse ferē: Finis ad alta leuatis est ruere: non improprie ait ut iniustus. ¶ Gau. Sūmi pōtificatus arcē rego. ¶ Rō. Solebāt primi ex hoc statu ad martyriū peti: nunc ad delitias uocari credunt: ideoq; certatim hic locus appetit: & huc oīm ferme mortaliū uota suspirant: Quis autē uel Romanū uel quēcunq; pontificatū aliā cupit ob causam: nisi quo potentior ac ditior sit: Cōtra iusticiæ præceptū præesse quærīt nō pdesse: quodq; sacrilegium pudendūq; uel dictū est: magnis sæpe muneribus: quin & pactis & sponsonibus spes emittit sacerdotij pinguioris. O uertigo morū pessima: ad qđ olim consueuerāt & deberēt cogi homines: inde nūc retrahi nō possunt: & tam præceps feruet ambitio: ut nō christianus pudor ac modestia uideat: sed ardor & peruicacia paganorū: quā in huiusmodi petitionibus tantā fuisse didicimus: ut de Iulio Cæsare lectū sit: qđ pontificatū maximū petijt nō sine p̄fusissima largitiōe: in qua reputās magnitudinē aris alieni: cū mane ad comitia descēderet prædixisse matri osculanti fertur: Domū se nisi pontificē nō reuersurū: Nec se fellit: Pōtifex est reuersus. Liqueat autē quo impetu illud ambierit: quo nō impetrato: uel moriēdū sibi certe uel exulandum eē decreuisset: Hoc illi autē utrūq; licuerit: cui a prima ætate propositum sit regnare: Ita ut iuriā suam putet: si qua est: hoc orbe potestas altera q̄ Cæsar: si tellus ulla duorū est. At Christiano homini cui propositū sit seruire: dñiq; sui iugū ferre: pontificatū quō liceat ambire non uideo: nō modo largitione profusissima: sed qđ nō multo minus est turpe blandicijs atq; mendacijs indignis uiro artibus: sed cōibus adeo ut hæc fere iam unica sit in altū uia.

**F** ¶ Gau. Romanus pōtifex sum. ¶ Rō. Seruorū seruus diceris: Caue ne dominorum dominus fieri uelis. Memēto p̄fessionis: memēto debiti: memēto dñi: qui merito nulli magis q̄ uicarius læsus irascitur.

## De Fœlicitate: Dial. CVIII.

¶ Gau.

**A** **V**m fœlix. ¶ Rō. Pontificatu forsan aut Imperio aut omnino potētia atq; opibus fœlicē fieri credis: Falleris: Nō fœlicē faciūt ista uel miseræ: sed detegūt atq; ostēdūt: & si quid facerent: miseræ potius q̄ fœlicē facerent: sunt em̄ plena periculis: quibus humanarū est affixa miseriæ radix. ¶ Gau. Fœlix sum. ¶ Rō. O miser qui in tot malis te fœlicē speres. ¶ Gau. Sū fœlix. ¶ Rō. Opinione fortassis tua: quæ qm̄ falsa ē: fœlicitati nihil addiderit: sed miseriæ multū. Si quidē ppriā nō nosse miseriā: miseria sūma ē. ¶ Gau. Fœlix sum. ¶ Rō. Hoc inter carnificum gladios magnus ille Pompeius de se prædicat: qđ tamē si profundius uerū fodis: nunq; fuerat: ne tū quidem dū florentissimo in statu fœlicissimus uideret. ¶ Gau. Sum fœlix. ¶ Rō. Fœlixes & unus uiator infolitus: mirus cursor: qui in hoc serupeo & difficili calle sis fœlix: inter mille pericula raptatus iugiter: & ignorans: quo si quidem hic es fœlix: quod nemo unq; fuit: nemo erit: ut auguro: Nam quis quæso hominum fœlix in miserijs: Nemo igitur fœlix priusq; ex hac miseriæ ualle migrauerit. Duos quidē e cunctis mortalibus colligunt fœlices: in quibus opinatissimus est Quintus Metellus: & apud scriptores rerum & uulgo etiam fœlix. Sed huic tamen q̄uis latæ iactatum fœlicitatis nomen in quibusdam exactioribus scriptis ereptum scio iniurijs aliquando grauissimis: & quod dolorem ingeminat: uili ab auctore susceptis. Iam reliquorū falsa fœlicitas in apto est. Sylla fœlix tantū dictus est: infœlicem tamen uitæ illum ac mortis atrocitas probat. Alexāndri Macedonis: ac Iulij Cæsaris: & si fortuna prosperrima: uita tamē in quieta semper ac turbida: atq; ideo nunq; fœlix: Vtriusq; mors rapida. Ille in medio belloꝝ cursu: hic post uictoriam repēte. Ille ueneno perijt: hic ferro. Scipionū bellicā fœlicitatē: alterius indignū exiliū: indigna quoq; alterius & inulta mors minuit. Lōgum est euoluere singuloꝝ fortunas: Ad supremū uenio. Vnus omniū fere oibus fœlix uisus est Augustus Cæsar Monarchia omniū altissima: diuturna pace: uitæ spacio ac sine suauissimo: qđ q̄ oīa superat: morū atq; animi tranquillitate perpetua: Quis hunc fœlicissimum negauerit: Sed fœlicē negāt: quibus hæc

**B**

## De Spe bona: DIALOGUS CIX.

serutandi studium fuit. Obstat em̄ extrinsecis fulgoribus interioris ac domesticæ uitæ fat⁹:  
 & fortuna longe alia: naturalis ac uirilīs sobolis defectus: adoptiuorū ac nepotum immatu-  
 rā mortēs: & quorundā morte peior contumacia. Ad hæc & uilissimorū quorū hominū insi-  
 diæ: & suorū in se crebræ cōspirationes: & dilectissimæ atq; unicæ filiæ ac neptis adulteria cre-  
 briora: deniq; nō suus hæres: successorq; non placitus: & necessitate magis q̄ iudicio elect⁹:  
 nec om̄ino se dign⁹ nec imperio. Si horū ergo nemo fœlix: uel fœlicē aliū da mihi cū quo fœ-  
 lix sis: uel sine consorte fœlix esto: uel iam tandem ueriori sententiæ aurem præbe: scđm quā  
 dico iteq; Ante mortem nemo hominū fœlix. ¶ Gau. Ego animo fœlix sum. ¶ CRō. Sentio  
 quam fœlicitatem dicis: aut fœlix igit̄ errore tuo es: ut ait ille: quæ fœlicitas: ut dixi: miseria  
 est: aut uirtute animi fœlix: quæ nec ipsa fœlicitas plena est: q̄uis sit ad fœlicitatē uia. Ad po-  
 stemum cuncta discutiens: me mirari non dissimulo: quā mihi fœlicitatem quidam somni-  
 ant promittuntq; alijs: acutissimi homines in multis: hac in parte cœcissimi: Nam siue om-  
 nium cumulus honorū: ad fœlicitatem isq; indeficiēs ac stabilis requiritur: & q̄ multa desint  
 homini uitæ studiū hoc agenti: pro se quisq; sentit: & hæc ipsa quæ adsunt q̄ incerta: q̄q; la-  
 bilia sint agnoscit: siue quod alijs uidetur: sola uirtus hoc præstat certe ipsi: qui scđm uirtu-  
 tem uitam agūt: quos diffiniunt fœlices: quosq; fœlicitati proximos nō nego: uitam ipsam  
 perpetuis temptationū prælijs patiunt̄ infestam: periculis semper multis & grauib⁹ expo-  
 siti: nec unq; ante exitum securi: quod siue nesciūt siue sciunt: æque miseri sunt habēdi. Nulla  
 enim cū errore: nulla sine securitate fœlicitas. ¶ Gau. Fœlix mihi ipse uideor. ¶ CRō. Iam re-  
 sponsum habes: Si fœlicē error faceret: paucissimi non fœlices essent: Falsa ergo fœlicitas tua  
 est & eaisa perbreuis. Nulli errore diu cōtigit gaudere: Sola quidē ueritas solida est. Error  
 tenue quiddam & inane: quod inter amplexentiū manus quasi fumus aut umbra dissiliat.  
 Veniet quæ umbras abigat: falsaq; gaudia in apertū protrahat: quæ fœlicitati humanæ ue-  
 rum præciū somnijs ponat. Quære interim ab hisipsis quorū proxime mētio est habita: quæ-  
 re ab oibus qui fœlices uel sibi uel alijs uisi sunt: Vbi nā gentiū: quoue nunc in statu sint: de  
 sua illa breui fœlicitate: quid sentiant: Tacebūt ipsi: sed loquetur ueritas testabiturq; habi-  
 tos fœlices fuisse miserrimos.

## De Spe bona: DIALOGUS CIX.

¶ CSpes.

**Q** Vicquid in re sit: spem mihi nullus eripiat. ¶ CRō. Hanc auferre potest nemo: ipsa  
 sese sensim eripit: & inopinis euentibus sæpe lusa consumitur. ¶ CSpes. Spero multa.  
 ¶ CRō. Et multa metuas oportet: Sine metu em̄ spes nō habitat. ¶ CSpes. Spero  
 bona. ¶ CRō. Mala igitur times: ut enim opposita spes timori est: sic aduerso de fonte oritur:  
 & necesse est quod sperare cœperis: eius contrarium ut formides. ¶ CSpes. Spero læta. ¶ CRō.  
 Sed incerta: quorū studio certa negligere dementia certa est: Qui equidem quod non habet  
 sperat: quod habet obliuiscitur. ¶ CSpes. Sperare meliora non prohibeor. ¶ Ratio. Quid  
 si difficilia: quid si impossibilia: uenturaq; nunq;: quid si peiora: si pessima sunt quæ spe-  
 ras: & meliora tibi fingis. ¶ CSpes. Iuuat in spe uiuere. ¶ CRō. Dic uerius in spe mori: Nam  
 & futura cogitantibus præsentia dilabuntur: & qui longinqua prospiciunt: quæ sub oculis  
 sunt non uident: & qui cras uiuere destinant: hodie non uiuunt. Nondum est cuius initium  
 speratur: Ita cum spes omnis boni absentis expectatio sit: consequens est sperantem pro ea  
 saltem parte qua sperat: mali aliquid pati. ¶ CSpes. Dulce est sperare. ¶ Ratio. Audio qui-  
 dem multos hoc dicere: sed hanc ego dulcedinem nō agnosco: Nam si sperare & optato car-  
 cere etiam dulce est: quod qui dixerit haud dubie gustu caret. ¶ CSpes. Sperare delectabile  
 est. ¶ Ratio. Ergo & pendere & affici & torqueri: spes est: & longi supplicij longa spes est:  
 nil sic animum fatigat: nil sic senium præcipitat. Itaq; sæpe uir sapiens spem perditam: lucrū  
 uocat: seq; infinita cupidine liberatum ab expectationibus uanis ad gaudendum bonis su-  
 is cogi gaudet. ¶ CSpes. De euentu fors uiderit: ego i spe gaudeo. ¶ CRō. Vide autēne quan-  
 do forsan in re doleas: & optasse & sperasse & sperata consecutum esse pœniteat. Multos q̄s  
 suspensa diu torserat ad exitum spes ducta pessumdedit: Multi uotiuus & ualde licet nō sat se-  
 ris longæ spei piere successib⁹. ¶ CSpes. Nemo mihi tollat spē. ¶ CRō. Nemo tibi tollat tædiū  
 ac laborē ai. Audisti uetere dici solitū puerbio: Magn⁹ labor expectare. ¶ CSpes. Rei bonæ  
 expectatio blāda ē. ¶ CRō. Sed & fallax & anceps & anxia. Si hoc negas: nūq; aliqd expecta-  
 sti: sed se fallentiū iextimab⁹ turba ē: qbus ad id qđ agūt nihil pr̄sus inefficax sese offert: ni-  
 hil respuit: nulli se negat: flecti facit & falli p̄na credulitas. Argumētū ȳo leuitat⁹ ingēs atq;

- C** amentia dixerim: passim obuias spes amplecti: & his ilico certis ut bonis pasci: ad quas docti omnes & experti res tardi sunt. **C** Spes. Bonā interim spem habeo. **C** Rō. Interim dicis. Credo dū te illa fefellerit: hic est em mos inuiti spem deponitis: nūq̄ illā relicturi nisi uos illa relinqueret: quin cū uos sæpe reliquerit: mirū dictū: iteq̄ atq̄ iteq̄ redeuntē cupide semp̄ excipitis: p̄gressiq̄ obuiā quasi obliuē uetere nouis armatā dolis inclusi totiens cordis arce reponitis. **C** Spes. Spem bonā usq̄ ad ultimū nō deserā. **C** Rō. Quid si diu añ illa te deseruit? An ne illā retrahes: an sequaris: an expectabis ut redeat? Age aūt spera: quādo nihil est dulcius q̄ falli. Nō ego tibi spem quā mordicus tenes eripiā: tantū illud admoneo: nō esse spem bonā quā tu reris. Nō est spes bona: quæ bonū sibi proposuit sed quæ bene. Bonū quidem sperare scelestissimi q̄ hoies possunt: imo & solēt: Vere itaq̄ bona spes est quæ de uero bono rite cōcepta est: Hæc qui habet stringat: teneat: neq̄ abire eā uel in ultimis sinat: sororesq̄ illi suas iūgat: charitatē: fidem. Hæc spes læta: dulcis: uerax: foelix est: quæq̄ nec sperantem fallit nec cōfundit: sed ad optimū prouehit: animūq̄ interim sperati boni anticipatione latificat. At uos seu ueræ bonū male meriti speratis: seu malis ueris falsum boni nomē imponitis: Iure igit̄ uestra expectatio anteq̄ ueniat mœsta est mœstiorq̄ cū uenerit. **C** Spes. Humanum sapio: & de his loquor quæ hoies uocāt bona. **C** Rō. Huius nois doctos olim inter homies longa lis fuit: quæ adhuc pendet pendebitq̄ æuū in om̄e: his unū in rebus: cōtra aūt illis bona multa ponētibus. **C** Spes. Linquamus ista philosophis: ego quæ uulgus dicit bona spero. **C** Rō. Malū igit̄ tuū speras: q̄ uel dilatiōe te cruciet: uel fasce opprimat exoptato. Fac: succedat em̄ q̄ ad corpus attinet: hosti arma paraueris: q̄ ad fortunā: uariā & imitis domina subieris iugū: q̄ ad aīm ꝑo ipsum magna etiā ps in cladē ac p̄niciem uerti queat: qm̄ quæ delectāt animū: sæpe & lædūt. **C** Spes. Ieci ego spei bonæ anchorā nec mouebo. **C** Rō. At qui solēt nauatē tempestate orta nauis anchoram præcidere si diuelli nequit: relictaq̄ illa fugā capere: nō em̄ quod trāquillo mari apud poetā: Dēte tenaci anchora fundabat naues: In magnis q̄ pelagi motibus accidit: ubi nō naues fundat illa sed alligat: & naufragio uinctas tradit: Nec Hercle aliter in̄ procellas humanarū res spes affixa & tenax multos in exitium traxit: qui abscissa utiq̄ & abiecta spe incolumes euassissent. Sæpe igit̄ subtrahēda spei anchora: uel si hæreat euellēda. Si ne id quidē liceat: abscindenda rerūq̄ sub fluctibus relinquenda est: ut liberā uitā prorā gubernaculo prouidentia dirigas ad salutis portū. **C** Spes. Bene spero. **C** Rō. Bene sperādo & male habēdo transit uita mortalū.

## De Hæreditatis expectatione: Dialogus CX.

**C** Spes.

- A** **H**æreditatem orbi senis expecto. **C** Rō. Modo te tranquillū prædicabas: ipse tibi ne cōtrarius sis atredē: nunq̄ expectatio trāquillitasq̄ cohabitāt: uix ullum uitæ tædiū expectatione molestius. **C** Spes. Expecto senis hæreditatē. **C** Rō. Nescis qd̄ ille forsan expectet: Est ea quidē inter hoies uulgaris infania: ut fere oēs nō cōuix tantū: sed iunioribus q̄ diutius se uicturos sperēt. Inuiti sua de morte cogitāt mortales: de aliena autē libenter: cū tamē contrariū agere esset utilius. **C** Spes. Senis hæreditatē spero. **C** Rō. Quid si ille interim tuam sperat: Falli alterutrum est necesse. Quot autem senes inuenias mortem iuuenem expectantes: Et sane nemo tam senex qui non possit annum uiuere: Nemo tam iuuenis qui non possit hodie mori. **C** Spes. Hæreditatem orbi senis spero. **C** Rō. Iustius hæc sperabat filius. Iuniorē iustior spes elusit. **C** Spes. Hæreditas orbi senis ad me uenit. **C** Rō. Quid scis: an ad illum tuæ? Gaio Claudius: Neroni Galba: Domitiano Nerua: Cōmodo Pertinax successit: & successionum talium plena est hominum uita. **C** Spes. Orbi senis hæreditas me manet. **C** Rō. Quem non fallere possit uolens: qui quem noluit fefellerit: cui superuiuere nequeat qui filio superuixit. **C** Spes. Orbi iā senis elogio scriptus hæres sum. **C** Rō. An tabellis forsan adamātinis: unde nō facile delearis? An ignoras q̄ leuib⁹ causis testamēta mutant senes? Multis in ipso uitæ exitu: quod per oēm uitam uoluere displicuit. **C** Spes. Hæredem me uult orbi senex. **C** Rō. Atqui pōt nolle. Nihil est aūt indignanti⁹ orbi senis ac diuite: ubi sua diligi seq̄ sperni senserit: actum est. **C** Spes. Hæreditas orbi senis promissa est. **C** Rō. Ea utinam innocentia atq̄ ea mortalibus fides esset: ut & nunq̄ nisi honesta promitterent: & semper promissa seruarent: Nunc nec promittendi modus: nec promissa frāgendi pudor ullus: quod in hæreditate potissimū licere sibi homies putant. Itaq̄ uoluntate testatoris ambulatoriā leges uocant. Non te exēplis præmam: nota res est. Legisti: credo: quibus hoc accidit: non solum ut uiuentis promitteretur hæreditas: sed supremo etiam morientis amplexu & osculo anulisq̄ aureis donarentur: quod apud illos indubie successionis

## De Alchimia: Dialogus CXI.

indiciū erat: cum interim & hæredes alij: & eorum mentio penitus nulla esset in tabulis testamenti: tantum media de morte perfidia ausa est: Te ne igitur uiuorum fraudibus immunem reris: cū dolis morientium circūuentos legas summos etiā & illustres uiros: Nam ne singulis immorer: genus hoc ludibrij passus est Lucius Lucullus uir amplissimus: qđ qđ est altius: Augustus Cæsar: horrenda longeq̃ mirabilis libido fallendi: quæ nefarias aias nec in morte destituat: sed sic est mos & tu promissa in hæreditate spem defigis quā frustrari possit: & uita longior testantis & breuior fides: qđ qđ his cessantibus: mutādi causa p̃positi possit esse iustissima: suus hæres: noua seni oriens p̃genies. Siquidē octogenario maior Cato filiū genuit: nonagenario iam propior Mafanissa. Idq̃ hac etiā nunc ætate uestris senibus euenit: qui utinā priscis illis: ut gignēdi ui: sic uigore animi pares essent. Quæ cū ita sint: hæres certe legitimus captatori obstat atq̃ improbā spem præcidit. ¶ **Spes.** Iam testamento senis hæres sum. ¶ **CRō.** Sed uiuentis forsitan & uicturi. Testamēta aut̃ in uita fiunt: in morte firmātur: funus & cadauer cogitas: lupus quidē expectatione lassandus & inedia. ¶ **Spes.** Hæreditas ad me recto calle uētura est. ¶ **CRō.** Quid qđ ut testator: sic hæreditas casibus subiacet: ut neq̃ semp̃ quē uelis habeas hæredē: & sæpe nil aliud qđ inane nomē sit hæreditas: Quid qđ interim uasto precio parua res emitt̃: dū credulū senē & obsequiū submissū: & indignā uiro blanditiæ p̃merent̃: Nulla est tāta utilitas quæ decoris impendio æstimāda sit. ¶ **Spes.** Nullo legū aut fortunæ obice hæreditas ad me uenit. ¶ **CRō.** Vnde id nosti: cū sit scitū illud Marci Catonis sapientissimi senis dictū: Sæpe inquit audiui inter os atq̃ offam multa iteruenire posse. Esto aut̃ nihil interueniat: sed ad te sperata pueniat hæreditas: nō manebit tecū sed a te rursus ad alios migrabit. Volubilia sunt bona mortaliū: rotūdā nūmi præcipue formam dicunt: ut perpetuo rotei motu. Quæsiuisti hæreditatē successori tuo: mœstus forsitan gauisuro: sollicitus ociofo & sperasti de alio: p̃pter quod idē alij de te sperēt.

### De Alchimia: Dial. CXI.

¶ **Spes.**

**S**pero alchimia prosperos exitus. ¶ **CRō.** Mix̃ unde id speres qđ nec tibi unq̃ uere accidit: nec cuiq̃: & si accidisse nōnullis fama fuerit: ab his ficta quibus id credi expedit. ¶ **Spes.** Spero alchimia successum. ¶ **CRō.** Et quē quæso præter fumū: cinerem: sudorē: suspiria: uerba: dolos: ignominia: Hi sunt em̃ alchimia successus: quib⁹ inopē nunq̃ ad diuitias euectū: multos a diuitijs ad inopiā redactos sæpe uidimus. Nō tamē illd̃ attenditis: tam blandū est sperare & falli: huc agit uos auariciæ stimulus impulsa dementia: ut ueræ opinemini quod optatis: falsumq̃ qđ cernitis. Notasti ne aliquos prudētes in reliquis hac insania laborare: quosdā opulētissimos hac uanitate cōsumptos: dū qđ opulētiores fieri student & fœdo quæstui inhiant: bene parta prodigere censuq̃ omni in supuacuis effuso: tandē necessarijs etiā destitutos: alios ciuilitate deposita mœstus semp̃ atq̃ anxios: dum nec cogitare aliud qđ folles & forcipes & carbones: nec alijs qđ suæ hæresis conuiuere didicerunt: in syluestres pene hoies euasisse: Nonnullos deniq̃ amissis primū animi luminibus in hoc exercitiū corporeos insup̃ oculos amisisse. ¶ **Spes.** Promissum ab artifice aurum spero. ¶ **CRō.** Refert cuius artis artifex quid promittat. Sūt quibus p̃mittētib⁹ nihil credi possit: eoq̃ min⁹ si p̃missum iurisiurādi religione firmauerint. Sed o cæci: par̃ ne erat ueris in metallis quæ terra fert furere: nisi uos mendacio defossa torquerēt: Parum ne a uirtutibus aberrasse: nisi errori damnum: damno labor: & labori pudor accresceret: Hic qui tibi aurū suū spondet: cum tuo auro improuissus aufugiet. Noui nihil narro: mos est publicus: & q̃uis igne commissa fraus sæpe igne purgetur: nihilominus tu delusus deceptoris tui supplicio: non indemnior sed notior remanebis digitoq̃ monstraberis auarus ac stolidus flādo exhaustus flammis afflatus aspersusq̃ fuligine. ¶ **Spes.** Magna mihi promittit alchimista. ¶ **CRō.** Dic ut ea sibi præstet quæ promittit alijs: primumq̃ suam pellat inopiam. Est enim fere mendicum genus hominū: cunq̃ se pauperes fateantur: ditare alios uolūt: quasi aliena illis qđ propria molestior sit paupertas: Sic ut miseri se alios miserari dicere soleant impudenter: & ignotis etiam interdum magna promittere: O turpis p̃missio: & o stulta credulitas. ¶ **Spes.** Alchimia artem didici: diues fiam. ¶ **Ratio.** Immo quidem si fuisti: esse desines. Ars nempe quam memoras nullā esse nisi mentiendi artem dicimus ac fallendi. Age autem quando ita fert anim⁹ & incube: prædico aut̃ tibi qđ te lucr⁹ ex hac arte maneat. Dom⁹ tua miris hospitib⁹ ac miris erit ipedimētis plena. Erūt ibi efores & potores: idq̃ haud i merito: q̃s ignis excicat & cupiditas. Erūt sufflatores: deceptores: derisores: oīs angul⁹ hēbit pelues & lebetes & phialas olentiū aquarū. Herbas præterea pegrinas & externos sales & sulphur & distilla

## De promissis Aruspiciū: Dialogus CXII.

toria & caminos: Deq̄ his omnibus tibi in finē curas inutiles: & stulticiā cordis: oris obscœ-  
 nitatem & squalorē & caliginē oculoꝝ ac sollicitā cōflaueris paupertatē: qđ q̄ his oibus pe-  
 ne peius dixerim: circulatoris nomē: & nocturnis in tenebris atq̄ infames inter latebras fugi-  
 uitam. **D** **C**Spes. Spero effectū propositi uotiuū. **C**Rō. Sperare hinc forsitan & gestire dabit  
 non gaudere. **C**Spes. Ad propositi terminū propinquo. **C**Rō. An mercuriū cōgelasti: An  
 quid aliud uanitatis: Nūc maxime a proposito longe es: semper rebus aliquid defuerit: do-  
 lis nihil.

### De promissis Aruspiciū: Dial. CXII. **C**Spes.

**A** **A**ruspices mihi multa pollicent. **C**Rō. Inuenisti ecce aliud genus hominū: cui si cre-  
 das semp̄ pēdeas: sp̄ speres: Nā neq̄ res unq̄ aderūt pmissa: neq̄ em̄ unq̄ deerūt  
 promissores: sic res hinc profugas captans: hinc promissis impulsus Isionio semper  
 more rotaberis. **C**Spes. Spem bonā mihi tribuūt aruspices. **C**Rō. Nō maius spem est cre-  
 dulo q̄ metū pauido inferre: constātes animi neutrā in partē facile inclināt. **C**Spes. Multa  
 undiq̄ mihi p̄mittūt mathematici. **C**Rō. Nihil promptius q̄ pmissis affluere ijs qui care-  
 ant pudore: q̄s mentiri aut̄ pudet: ad p̄mittendū tardi sunt. **C**Spes. Lata spondent mathe-  
 matici. **C**Rō. Sponsors quare alios seu pignus: promissi fragile genus est: nudo uerbo ma-  
 le crediē. **C**Spes. Multa promittūt mathematici. **C**Rō. Quare qui p̄missum impleat: Sa-  
 tis est spem dedisse: non potest unus dare oīa. **C**Spes. Promissis aruspiciū experrectus sum.  
**C**Rō. Cōsopieris euetibus: nihil eueniet pmissoz. **C**Spes. Magna iubeor sperare. **C**Rō.  
 Mirū ut anim⁹ hoīs qui uirtuti cōtumax est: uanitati uero nimis obediēs. Vnū aliquid idq̄  
 optimū iubeat illa: cōtemniē: quicquid hęc iusserit difficile licet ac pessimū: pareē. **C**Spes.  
**B** Mathematici lata pronūciant. **C**Rō. Miri hoies: futura sola qui nouerint prateritoꝝ atq̄  
 præsentiū ignari: & quæ in cœlo fiunt ita nuncient quasi cōsilio cœlestiū interfuerint recen-  
 tiq̄ nunc inde ueniant memoria: cū tamē interim quid ī terris: quid in patria: quid ī domo:  
 quid in thalamo suo fiat nesciāt: Sic penitus ueꝝ est qđ apud Tulliū legis: qđ est añ pedes  
 nemo spectat: cœli scrutantē plagas. **C**Spes. Magna nūciat mathematicus insignis & uerax.  
**C**Rō. Quo diuinus insignior: & mētīēdi libertas maior: & fides pronior mendacio est. Sa-  
 pe quidē mirari soleo: nosterq̄ nō īmerito miratus est Cicero: quid hoc in genere nouū in-  
 suetumq̄ accidit: ut cū in cunctis hoibus multa uera memorabili uno mēdacio obscurētur:  
 & suspecta fides in postez loquentis fiat: in his cōtra grauibus mille mendacijs una leuis ac  
 fortuita ueritas: uelū quoddā & mendaci publico fidem quærit: si quādo uel semel: quoniā  
 nemo tam mendax unq̄ fuit: quin qñq̄ ueꝝ diceret: nolens etiam aut ignarus: uni hoz̄ ueri  
 forte aliquid effluerit: actum est: si casura hodie de cœlo astra denūciet: credeē. Deniq̄ sine  
 ulla suspitione mendaciū mētiri potest oīa: quisquis semel potuit non mentiri. Vnū em̄ illud  
 memorat p̄æces in futurū prominēs: & prateritis sic oblitā credulitas ac deceptoribus suis  
 fauens. **C**Spes. Diuinis lata nunciātibz credo. **C**Rō. Furētibus credere furor est. Certe  
**C** q̄uis hic Cicero uideat̄ sensisse aliter: conuenientius huic rei nomē a græcis inditum q̄ a ue-  
 stris iudico. Latini em̄ a diuis seu a diuinitate diuinationē: Illi aut̄ quod est manticen a fu-  
 rore dixerint. Vos fortassis ornatius: at illi ueri⁹. Hęc sacri doctores uno oēs ore cōdemnāt:  
 Ambrosius: Augustinus: ceteriq̄ qui si forte qñ inter multos hic quoq̄ mos pestifer inua-  
 luit: ut inter hos garrulos in quæstione ueri ob ipsum p̄fessionis suæ nomē suspecti habeantur:  
 ueræ fidei professores auditi non erunt: cum omnibus idem sentientibus: qui sunt innu-  
 meri: Et q̄uis diuinationem improbent diuini uiri: quid tandem causæ est: quid ue suspitio-  
 nis: ut non audiendus unus & in multis primus: ac maximus illoꝝ Cicero uideat̄: Certe is  
 totum hoc illusionū ac fallaciaꝝ genus damnat: ridet ac despicit. Et ad summā: omissis quæ  
 locus iste non capit: omnis non tantum pia religio: sed uera quoq̄ philosophia: & quæ illā  
 calle suo sequitur poesis: nec sancti modo sed etiam docti omnes hanc respuunt uanitatem:  
 prater illos solos qui uel hinc uiuunt: uel ab his seducti in eoz̄ tendiculas lapsi sunt: quorū  
 damnis atq̄ erroribus iucq̄ sibi atq̄ artē faciūt: in qua illud summū ac præcipuū obscurita-  
 te fraudē tegere: & sic biceps ambiguq̄ respōsum dare: ut prædictū uideri possit quicquid  
 euenierit: qđ oibus futuri noticiā p̄fessis in cōe p̄uisum est: qua in re nō ars ipsa: quæ nulla  
 est: nō ingeniuū: qđ sine l̄ris rerūq̄ noticiā nudū est: sed illoꝝ calliditas & audacia & ipuden-  
 tia ipsa mirabilē. Vnde qđ festiue admodū ait Cato ille rigid⁹: mirari se qđ nō rideret aruspex  
 aruspiciē cū uidisset: Id ad oēs æquæ augures: aruspices: sortilegos: cōiectores: chaldæosq̄ &  
 mathematicos: ac totā quā dixi mātīcē trahi pōt: tā icertū ē an illoꝝ fraus turpior an ridicu-

## De læto Rumore: Dialogus CXIII.

Iosior uestra dementia: Illoꝝ tamē argutijs atqꝫ ratiunculis respōdere facile: sed prolixum est  
 notumqꝫ adeo tanqꝫ a notis ac illustribus agitātū: ut nō supuacua tantū repetitio: sed teme-  
 raria uideat̃. Vestra autē ineptissima uanitati: quid aliud dici potest: nisi dignos uos qui ab  
 hominibus non terrestribus modo sed luteis & nullius nisi qua stultos ludant noticiā artis  
 habentibus scientiā insignis obtentu: & cœlo insup auctore fallamini. ¶ **Spes.** Persuasum  
 est mihi prospera instare: quoꝝ expectatio dulcis: læta & tranquilla est. ¶ **Rō.** Immo quidē  
 amara: tristis: turbida: sed uos sensu pdito de obiecto sensuū iudicatis. Persuasū sane nullo  
 negocio crediderim. Promptū est persuadere uolētibꝫ: quibusdā p̃uasor necessarius nō est:  
 Ipsi sibi sūt uates & occurfus animantium uolatusqꝫ auisū & garritus lætū in auguriū dicūt.  
 At si quotiēs te ista sefellerint recogitas: si de hac re uicinos interrogas: nisi uel tu ultro te fal-  
 lis: uel illi participes erroris quarūt: facile deprehēdes: quorsum his præstygijs credendū sit:  
 nisi tres illi summi hoīm rerūqꝫ moderatores Pompeius: Crassus & Cæsar iurati forte con-  
 trarium dicturi sint: quibus qđ cōstat magno omniūqꝫ familiarissimo teste Marco  
 Tullio: Chaldæi oēs aruspicesqꝫ p̃ miserāt: qꝫ præclaro sine oēs beati senes ī patria morerentur:  
 Idqꝫ qđ ueꝝ fuerit non expectas audire: ferro oēs: duo miserabilius q̃p̃lōgissime ab Itali-  
 co Romanoqꝫ orbe sectis fœdoqꝫ ludibrio reconditis: ueneratis illis totoqꝫ diu formidatis  
 orbe capitibꝫ: reliqua inhumati feraꝫqꝫ & pisciū morsibus ac uolucꝫ rostris expositi: cæsi &  
 laceri: miserandū fortunæ spectaculū iacuerunt. I nūc diuinosqꝫ uates nega: qui tam certa præ-  
 nunciāt. ¶ **Spes.** Gratū auguriū notauī. ¶ **Rō.** O amentia importunā: miser hō successuū  
 noticiam suozꝫ: quæ sibi nulla est a uolucribꝫ sperat: Quid hoc stultius fieri potest? Quia si  
 dijs placet & Deiotazꝫ regē uisa aquila impendenti præripuit ruinæ: & Agrippæ hebræo in-  
 stare carceris exitū: finēqꝫ miserix ac prosperitatis initiū nunciauit supra uerticē sedens bubo  
 auis: alioquin infamis cuiusqꝫ Virgilij carmine carmen ferale describit̃. ¶ **Spes.** Lætū omen  
 incidit. ¶ **Rō.** Omen ab hoīe dictū nomē humanæ dementiae argumentū est: quo aliqd sp̃  
 non externaꝫ modo rezꝫ sed eazꝫ quoqꝫ quæ in uobis sunt animos in errorē trahat: ne deli-  
 ramentis anilibus ulla pars rezꝫ uacet: Itaqꝫ & sternutamenta seruoꝝ & natoꝝ fortuito lap-  
 sas uoces eo trahitis: nō quo uis illazꝫ sed quo uestra cupiditas uocat: scilicet quia Centurio  
 ille dixit: Hic optime manebimꝫ: ne mundi caput trāfferet̃: causa fuit: Aut quia Persam peri-  
 isse flens infantula profecturo in bellū nunciauit patri uinci Macedonū regē consequēs iudi-  
 catū est: O humana mens ebria & mirabunda: q̃p̃ facili impulsu erroris in foueam ruis: ¶  
**Spes.** Læta aderant consopito. ¶ **Rō.** Mœsta aderunt experrecto. ¶ **Spes.** Læta dormiens  
 uidebam. ¶ **Rō.** Mœsta uigilans uidebis. ¶ **Spes.** Fœlix eram per quietē. ¶ **Rō.** Miser eris  
 per laborē. Sæpe nihil somnia denūciant & sæpe contrariū. ¶ **Spes.** Sæpe uera uidentur in  
 somnijs. ¶ **Rō.** Quanto sapius falsa. Par est aut huius & reliquazꝫ huiusmodi uanitatū ra-  
 tio: unū casu incidēs ueꝝ: innumeris falsis astipulat̃: uenturoqꝫ inhians præteritū mens nō  
 uidet. ¶ **Spes.** Multa nunciant diuini. ¶ **Rō.** Impostores ego hos non miror: qui de more  
 suo pascunt̃ artificio: sed uos stupeo qui illoꝝ uētri aias & ingenia uestra submittitis: proin-  
 de quid tu teneas uideris: si me sequi uoles expectabis æquanimis & tranquillus: non quid  
 astra de te sed quid astroꝝ creator ac regnator sanxerit: agens aliquid indies ardentius quo  
 illius amore fias dignior. De euentu non tibi ueniat in animū sollicitare istos quibus igno-  
 rior est ueritas q̃p̃ tibi: Deniqꝫ sic habebis: futura nosse duꝫ homini: nec licere si expediat: nec  
 expedire si liceat.

### De læto Rumore: Dialogus CXIII.

¶ **Spes.**

**I**ætus rumor insonuit. ¶ **Rō.** Noli famæ credere: mēdax est. ¶ **Spes.** Multi lætos  
 nūciāt rumores. ¶ **Rō.** Sæpe tutiꝫ uni credit̃ q̃p̃ multis. ¶ **Spes.** Qđ tot nūcijs as-  
 ferēt falsum penit̃ esse nō pōt. ¶ **Rō.** Mos famæ uulgaris notus ē: ueris falsa misce-  
 re. Paucis ueris multa mēdacia cōdiunt̃: Oīa mētiēti nihil credit̃. ¶ **Spes.** Rumoris auctor  
 primꝫ uerax est. ¶ **Rō.** At nemo quantū audierit aut uiderit referre cōtenꝫ est: nihil est actū  
 nisi p̃ se quisqꝫ aliqd auditis adiecerit aut uisis: qđ cū multi fecerint: auctū breui mēdacioꝝ  
 uideas aceruū: sic p̃ manꝫ: ut aiūt: traditū inē manꝫ etiā crescit malū: qđqꝫ ait eximiꝫ Poeta:  
 Mobilitate uiget: uiresqꝫ acquirit eūdo. ¶ **Spes.** Hactenus lætissima fama est. ¶ **Rō.** Quid  
 si mulcet ut feriat: Sæpe lætū rumorē mœsta clades sequit̃: creber hic fortunæ stilꝫ: ut p̃fun-  
 dius uulneret: sp̃e p̃mittit cuspidēqꝫ uulnicā læti cuiuspiā rumoris illitā dulcedine iugulo  
 gaudētis īstigit: Qđ uir doctꝫ intelligēs: lætis nūcijs nō quatit̃: hæretqꝫ imobilꝫ: secū uoluēs  
 uel cōtrariū eē: uel idipsum qđ tā faustū uideat̃ in cōtrariū yti posse. ¶ **Spes.** Læto rumore

# De expectatiōe filij amici uel uillici uel uxoris: Dial. CXIII.

moueor. ¶ Rō. Expecta saltem dū & certus sit: tunc q̄z uirilē aīm rumusculis agi turpe est licet ueris: falsis uero turpissimum. Multos gauisos esse puduit: uerūq; moerorem auxit falsi gaudij memoria.

## De expectatiōe filij uel amici uel uillici uel uxoris: Dial. CXIII. Spes.

A

¶ Pero filij reditū. ¶ Rō. Speras gaudiū sollicitū & propinquū metū. ¶ Spes. Spero amicum reuidere. ¶ Rō. Rem prædulcē speras sed fallacē: fragili res hoīm statū tremūt: forsitan quē expectas iam nūc obiit: potes hoc p̄basse si uixisti. Impedimētorum mille sunt genera: unū cōe oibus mors. ¶ Spes. Amici conspectū exoptatum spero. ¶ Rō. Sūt hæc fere cōiuncta optare: & sperare: sed multis assidue casib; disiungunt: Quos credimus fuisse Romæ: q̄z cupidis animis Marci Marcelli huius ultimi reditū expectantes: Cōtra autē uisæ medio hostis illū crudelissimus expectabat: cuius potētior fuit imanitas q̄ uictoris clamētia aduersarium ab exilio reuocantis. Potuit igit̄ Cæsar precibus senatus Marcello ueniam dare: Nō potuit Marcelli cliens graue maius pati: ut is Cæsaris beneficio uterē.

B

¶ Spes. Spero amicū & expecto hoste quolibet carentem. ¶ Rō. Quis est hic hoīm hoste carens: ut sit aliquis priuator; expers: an publicis inimicitijs quisq; uacat: sicario; dico & prædonū: qui auaricia duce bellū humano generi indixere. Finge aliquod tā benignū sydus: ut hæc pestis terris exulet: alias quis arcebit uehiculo; & equo; lapsus: fluuio; ac torrentium insultus: & ruinas pontiū ac tecto;: æquorea; & aereas tēpestates: Adde ferocium incurfus aialiū: quibus nō singulos tm̄ hoies: Dicæarchus curiosissimus indagator rerum talium: sed quædā hoīm genera docet occubuisse. Et ad summā: quot sunt casus humanarum re;: quo; nullus est numerus: tot sunt hoīm hostes: qui spem tuā: nō dicā retardare possint sed extingere. Vt nihil interueniat: Mors quā dixi & stātibus ubiq; cōtigua est: nisi itinerātibus eo fortasse uicinior: & quo iter & uectatio & locorum cōmutatio pluribus casuum generibus uidetur exposita.

C

¶ Spes. Spero amicū p̄spero exactio negotio reuersurum. ¶ Rō. Q̄ gloriose q̄ prospere res gesserat Drusus Nero diui Augusti præuignus: ut om̄ibus etiā hostibus domitis charus esset: ita ut eū paulominus adorarēt: quo; mirificos affectus erga illius memoriā usq; ad hæc tempora: si unq; Germano; inter proceres fuisset: se sentire arbitror potuisse. Certe illa gesserat quib; uere gloriaretur: quod Romanis in faxis primis aliquot syllabis casu aliquo deiectis: nūc etiā sculptū uiget his uersiculis: Ad diuorcia Rheni quasi hostiles depopulatus agros: Dū tibi Roma decus æterna; sudotrophæa. Hister pacatus leuio; ibit aquis. Talē hunc iuuenem qualiter expectabat mūdi domin; Augustus: qui eum sibi filium fecerat amādo: Qualiter Liuia Augusta: cui natura illum char; fecerat: chariorem uirtus: charissimū reor fratris ignauia: Qualiter deinde frater ipse: qualiscūq; erga alios tanti certe fratris amātissimus: Ad postremū qualiter Roma ipsa atq; uniuersa respublica quæ de nullo tunc hoīm sic pendebat: Quid ergo? Quis tam multiplicis spei finis: expectatū Drusum: inexpectata mors abstulit: morbo quod constat rapt; & quod magni sunt auctores ex fractura cruris equo superlabente suscepta: qui uiuus uictor reuersurus sperabat in patriam examinis est reuectus: Quid filium huius loquor Germanicum: Nullius credo unq; hominis expectatio maior fuit: Non hunc pater: non Augustus: ambo iam defuncti: sed Roma omnis expectabat tanto desiderio: quasi totius urbis unus animus: isq; & uiduæ: & non nisi unicum habentis filium matris esset. Itaq; ad primū ægritudinis suæ nūcium attonita penitus ac deiecta ciuitas uultusq; omnium atq; habitus mutati & mœstum tota urbe silentium fuit. Vbi autem latior fama incertis licet auctoribus superuenit: conualuisse illum & uiuere: subitus clamor atq; foelicissimus undiq; sublatus: ipsū quoq; Tiberium excitauit: concursusq; in capitolium ingens factus: & pene conuulsæ templorum fores ad persoluenda uota agendasq; dñs gratias: uicta nocte luminibus: fractoq; uocibus silentio gratulando canentium: Salua Roma: salua patria: saluus est Germanicus. Quis uero tandem rei exitus: Is nempe qui humanis ī rebus est creberrimus: uenit nuncius certior obiisse Germanicū: hinc publicus dolor ac gemitus: non edictis aut diebus festis: aut ullis om̄ino consolationibus coerceri quiuit. Nota est historia libro Cæsarum. iij.

D

¶ Spes. Spero iuuenem filium reuersurum. ¶ Rō. An hi parum iuuenes de quibus dixi: accipe iniuriam: Marcellinus eiisdē diui Augusti nepos ex sorore: quantū putas expectarē ab auūculo: qui eū sic dilexit: ut Virgilianū illud carmē nobilissimū: q̄ sūmus uates adolescētis illius pene pueri memoriā honestauit: sine lachrymis audire nō posset: & auctori silentiū imparet. Quō mat̄ Octauiæ quæ illū sic amauit: ut usq; ad ultimū uitæ suæ finē q̄si tūc extinctū con-

tinuo deploraret: oēm q̄ cōsolatorē: nō tantū cōtemneret sed odisset. Quid hæc aut̄ & quid putas nisi qđ cæteri: nō redijt sed relatus est: & Drusum quidē nō qualē accepit Germania Romæ: Antiochia Germanicū: Marcellinū Baiana restituit: uestraz̄ expectationū fors cōmunis: tu tibi nūc aliā fingis: & fors uēiet quē expectas: q̄ cū uenerit fortassis ut abeat & sperare incipiēs & optare. ¶ Spes. Amici absentis aduentū spero. ¶ CRō. Quis miret expectari uiuos: cū mortui expectent̄ ut perhibēt: qđ nisi inter fatuos ueri faciē nō habet: Arthulsum Britones expectare fama est: Neronē principem mūdi sub sine redituz̄ quidā somniāt. Vita uestra ab initio ad extremū nō mō uanis expectationib⁹ plena: sed ipsa expectatio uana ē. Id sic esse si non uides: aut modicū uixisti aut nimium: quid hic agit̄ neglexisti. ¶ Spes. Expecto uillicū rure uentuz̄. ¶ CRō. Aut domus arserit: aut messis euanuerit: aut pratū exaruerit: aut bos obierit: aut uites grādo percusserit: arbores turbo cōuulserit: arua torrētibus iundarint aut apes auolauerint: locustæ satis insultauerint: colūbos corui & mures: pullos uulpecula: agnos lupus inuaserit. Hi fere rustici sunt rumores. ¶ Spes. Vxor̄is aduentū spero. ¶ CRō. Si hoc speras: qđ iā metuas ignoro. Sic est tñ: Sunt & qui expectēt cōiugē: & qui febrē.

## De expectatione melioꝝ tempoꝝ: Dial. CXV. ¶ Spes

**P**ero tēpora meliora. ¶ CRō. Oīa fere tēpora æque bona sunt: quia creator tempoꝝ æque bon⁹ est sp̄: sed uos t̄pibus bonis male sp̄ utimini: Inq̄ hoc ut in alijs culpas uestras rebus ascribitis. Fac ut hoīes boni sint & tēpora bona erūt. ¶ Spes. Tēpora hæc stare nequeūt: lætiora succedēt. ¶ CRō. Nullū tēpus stat cuncta prætereūt: cūq̄ transierint: nō redeūt: ȳtute & industria bonaz̄q̄ artiū studijs frenari possunt: nō quin fugiant: sed ne pereant: nihil est aut̄ dulcius bene impensi t̄pis memoria. Sed uos nulla re uti sciētes: ut oportet: ubi oēm uitā: uel in somnū ac desidiā: uel in sollicitudinē atq̄ usus pessimos effuditis: tēpus innoxii accusatis. Nūqd̄ mētiō: infantia ac puericiā in uanos ludos: adoleſcētiā ac iuuetam in libidinē atq̄ auariciā: senectam & seniū in querelas ac lamēta consumistis: Quānā hæc tēpoꝝ culpa est: Fluūt illa: fateor: hæc natura ē: Vos illa dū daſ occupare negligitis: nō est natura ista sed culpa. Vos naturā culpatis: culpā excusatis: res nō noua. ¶ Spes. Spero lætiora tempora. ¶ CRō. Læticia seu tristitia tempoꝝ: ut dixi: non in tēporibus sed in uobis est. Eo aut̄: quo intelligis nō modo lætiora tibi speranda esse sed tristiora perpēdes si ad ætatē ipse tuā respicias: quæ nō dies tristior: ut a poeta describit̄: & plarisq̄ in senibus inuenit̄: & sane si oculos i terga reflexeris & numerare atq̄ æstimare annos tuos coepis: simul incipies despare qđ speras. Nō est cur mutari cursum rez̄ speres: nō meliora instant tēpora: uereor pot⁹ ne peiora. Cur quæso: nisi quia peiores erūt hoīes: qđ & magni diuinarūt uiri: & apertis indicijs res declarat: nisi uos mortales bone sp̄ spei magnū aliquid de uestra nobili ac modesta iuuetate cōcipitis: a qua ego quidē opinione lōge absūm: nihil em̄ boni penit⁹ mens præfagit: sic in uitū ac ruinā prona sunt oīa. ¶ Spes. Mala sunt tēpora: meliora uenient. ¶ CRō. Oēm ætatē de moribus suis quæstā inquit Seneca. Addo ego oēm habuisse qđ quererēt: habiturāq̄ oēm cūctis sæculis qđ queraſ. ¶ Spes. Spero lætiora tēpora. ¶ CRō. Vna est ad hoc uia qua lætiora si habeas nō expectes: Fac ipse tibi lætiorē aim: qđ sine ȳtute fieri nequit: ubi hoc feceris: læta erunt oīa: triste nihil. ¶ Spes. Meliora tēpora expecto. ¶ CRō. Ut ueniant: qđ est dubiū: certe illis uenientibus tu recedis. Quāto est tutius rite uti præsentibus: q̄ anxie expectare quæ uel forte nō ueniāt: uel minime sis uisurus.

## De sperato Principis aduentu: Dial. CXVI. ¶ Spes.

**P**incipis aduentum spero. ¶ CRō. Ut multa timentur quæ optanda: sic multa sperantur quæ timenda sunt: Vtranz̄ in partem penuria iudicij multa est. ¶ Spes. Spero principis aduentum. ¶ CRō. Quanto sperares honestius libertatem: Nam profecto qui dominū sperat: seruitutem sperat. ¶ Spes. Spero principem uenturum. ¶ CRō. Et illius cōmune omniū malū speras. Fuit em̄ quando & principes imperium & principem populi poterant sperare: nūc imperiū principi labor est: princeps populi perniciēs. ¶ Spes. Principem uentuz̄ ego & respublicā speramus. ¶ CRō. Tu uero quid priuatim speres uideris: in quo ipso facile falli potes: spes hæc reipublicæ stulta est. Quis em̄ nisi amēs speret: aut cupiat: quod pestifex: toties sit exptul: ¶ Spes. Spero principē uentuz̄. ¶ CRō. Et secū simul motus rez̄ uarios: mutationes urbiū: noxias nouitates: famem: pestē: bella: discordias: hæc uel uniuersa uel singula modernis cū principib⁹ uenire sunt solita. Si hæc placēt: Principē spera: Ut nil horū formidabile sit: ipsū certe iane iā iperij nomē est plenū famæ & rumorū: Boni

aũt omnis effectũ & solius umbræ uetustatis innixũ. ¶ **Spes.** Spero uerũ principẽ. ¶ **CRõ.** Ego te ꝑo munitũ uelim: ut q̄tiens aduẽtantẽ audieris: credas te tonitruũ aliquid præambulũ fulminis audire: nec sperare incipias sed timere poti⁹ si etiã alterẽ labi oportet. Timere em̄ aduersã & si cõtrariũ sit ꝑtuti: cõsentaneũ est natura: Sperare aũt mala: & natura est op̄positum & ꝑtuti. ¶ **Spes.** Spero mox principẽ affuturũ. ¶ **CRõ.** Cũ p̄ntem uideris: scito te in faustũ reipublicæ sydus aspiciere: uel memoriã ipse tuã: uel parentes iterroga tuosq; auos & ꝑauos: ita eẽ reperies ut dico: idq; tu filijs & nepotib⁹ tuis annũcia: ne ipsi q̄ aduentũ principis stulti sperãt. Dic em̄ quãso q̄n unq; uel minutã leonisa aduentũ ferã: uel affuturã aquilã auiculã sperauerint: Liceat ueꝑ loq; stultissimũ & mali sui semp̄ auidissimũ aial est hõ: cãteris capiendis esca opus est: homo folis famã sibilis capit.

**A** De Spe famæ Post obitũ: Dialogus CXVII. ¶ **Spes.**  
**M**eritis post obitũ famã spero. ¶ **CRõ.** Multi famã se mereri sperãt cũ infamiã mereantur: & ceu uiatores erronei dũ accedere æstimãt retrocedũt. ¶ **Spes.** Famofus sum i uita: famosiorq; post mortẽ ero. ¶ **CRõ.** Est hoc fateor i nõnullis ueꝑ: unde & **Anneus Seneca** in ep̄la quadã: habitũ se gratiã apud posteros uaticinaẽ: Et **Stadius Pãpinius** p̄ntem famã: benignũ iter suo opi ad futuros strauisse ait. Et **Ouidi⁹ Naso**: sibi nomẽ in debile futurũ: seq; ore populi legẽdũ: ꝑ quã oĩa sacra fama uictũ præagat. Neq; **Hercle** ullus horũ fallit. Sed q̄ multos putas idẽ sperãtes suã sefelligisse spem: Multi hoc idẽ de seipsis crediderunt forsitan & scripserũt: nec qd; sibi ꝑmiserãt impleuerũt. ¶ **Spes.** Si famofus sum dũ uiuo: cur nõ famosior sum post mortẽ? ¶ **CRõ.** Quia hoc q̄tidianũ & uulgare est: ut multi i uita famosi & clari: post obitũ sint incogniti & obscuri. **Miraris**: Causa rei hui⁹ in promptu est affabilitas quãdã: sermo compr⁹ ac lepidus: blãdũ supciliũ: clara frons: benigna salutatio: beneficia in uicinos: ꝑtectio in clientes: hospitalitas in externos: in cũctos urbanitas. Hęc & his similia uiuẽtib⁹ famã quærũt: ea ꝑo mox ut hinc abierint nõ durãt: nisi forsitan q̄ diu q̄ illos nouerãt supsũt: qd; ipsũ q̄ breue sit cõspicis: Quõ aũt durarẽt nõ in solido radicata: naturalẽ eũt fũdata debilitẽ lenieq; auẽta breuiẽ dilabant: Vt sit fama durabilẽ aut uitã scẽtas aut gestorũ claritas aut insignis scriptorũ præstabit elegãtia. **Raz; dec⁹**: loquaces isti & urbani qui togati ac gemati populorũ digitis ostẽdunt: nõ nisi q̄tũ loqui poterũt: aut paulo amplius cognoscent. **Dux;** hos apparat⁹ tã celerit & has p̄pas: hãc sciẽtiã nubẽ: hãc uerborũ tonitrua in tenuẽ fumũ euanescere: dux; fateor: sed sic eũt: nã nec ipsi de se testimoniũ præbuerunt ambitioni aut lucro aut somno dediti: nec qui præbeat meruerũt. ¶ **Spes.** Famã in ueniã post mortẽ. ¶ **CRõ.** Fama nihil unq; mortuis ꝑfuit: uiuis sæpe etiã nocuit. Quid em̄ perniciẽ ac mortẽ **Ciceroni** ac **Demostheni**: nisi insignis lraꝑ; fama cõseruit: Idẽ de **Socrate** ac **Zenone**: & mille alijs dici potest: Noti oẽs. Quid ꝑo nisi fama sciẽtiã & ingentĩ dedit causã filio **Gnosij** regis **Androgeo** ut ab **Atheniensibus** mactaretur: Quid **Oete Colchorũ** regi **Argonautas** attulit delectos: ut aiũt: uiros: uere aũt prædones nisi fama diuitiarũ: Nã qd; significasse aliud credim⁹ famosũ illud aureũ uell⁹ arietis: nisi opes mltas lateq; uulgatal: quibus diuites bestiales opũq; inopes uerãq; uelut arietes uellerib⁹ uestiunt. ¶ **Spes.** Famofus ero. ¶ **CRõ.** Vt sit ita: quid hinc magnũ cõcipis: eẽt aliqd; forte fama: si noticia comes esset: ut plerũq; accidit in uiuis: Nũquid laudari ꝑderit ab his qui te si uideãt nõ agnoscãt: Dic em̄ quãso si **Homerũ** uideas & **Achillẽ**: si **Virgiliũ** & **Augustũ**: nũquid nõ ignoti abibũt: cum tã nõta & tã clara sint noĩa: Crede mihi: spes uestrã magna ex pte duplicit uanã sunt: q; nec sperata ꝑueniũt: nec ut ꝑueniãt afferũt qd; ꝑmittũt. Fere em̄ pl⁹ in spe sunt humana oĩa q̄ in re. Mittite igiẽ spes inanes & uana desideria: cõtemptiq; terrestribus iam tandẽ & op̄tare discite & sperare cõlestia.

**A** De Gloria ex ædificijs sperata: Dial. CXVIII. ¶ **Spes.**  
**E**x ædificijs gloriã spero. ¶ **CRõ.** Nesciebã calce & harena & lignis & lapidibus gloriã quærere: credẽbãq; q; rebus gestis & ꝑtutib⁹ quærere. ¶ **Spes.** Aedificando mihi gloriã paro. ¶ **CRõ.** Sed fragilẽ ac caducã. Oĩa quã manu hoĩm facta sũt: uel manu hoĩm euertunt: uel stãdo & durãdo deficiũt. Habet em̄ man⁹ lõge præualidas: longa dies: eũctis uestris opib⁹ nullũ senio resistit. Ruẽtib⁹ q̄ sup quib⁹ hęc tua glia fundata est: ipsam q̄ corruere est necesse. Si forte nõ credis: respice ad antiqua quã ignota tibi quidẽ esse nõ possunt: Vbi est nũc **Troianũ** illud **Ilion** supbũ: Vbi **Byrsa** **Carthagis**: ubi turris & mœnia **Babylonis**: **Bæluarum** nũc habitatio & serpentum. De **Babylone** loquor antiqua. Altera nempe propinquior atq; recentior adhuc stat: cito itidem casura. Si essetis uiri: Vbi

sunt deniq; septem illa opera gr̄acis scriptoribus celebrata: Atq; ut ad prop̄iūiora uenia-  
mus: ubi est quæso illa Neronis domus aurea: quæ quantū fatigauerit: Architectos cogita:  
lectores etiā nūc fatigat: quæ quidē dom⁹ una cū alijs ædificādi furorib⁹: quib⁹ oēs excessit  
ad inopiam illū cōpulit & rapinas: Vbi sunt thermæ Diocletianæ: & balneū Antonianū: &  
cymbæ Marij: & septiconiū Seueri: & eiusdē thermæ Seuerianæ: Demū ut sūmā rex attin-  
gam: ubi est Augusti forum: & ædes Martis ultoris: ubi ædes tonātis Iouis in Capitolio: &  
Apollinis tēplū in palatio: ubi eiusdē portic⁹ ac bibliotheca gr̄aca pariter & latina: ubi por-  
ticus altera & basilica Gañ Lucijq; nepotū sub noīe dedicata & extructa: & portic⁹ tertia Li-  
uiæ cōiugis & sororis Octauix theatrūq; Marcelli: Vbi tot opa p̄ illustres uiros iussu eius-  
dem principis & hortatu: multis urbis in locis tāto labore: tātis impensis ædificata: Martij  
Philippi ædes Hercul⁹ & musæ: Lucij Cornificij ædes Dianæ: Asinij Polionis atriu liberat-  
tis: Munacij Plancij ædes saturina: Theatrū Balbi Cornelij: Amphitheatrū Statilij Tauri:  
Innumerabilia præter hæc opa Marci Agrippæ. Neue eā p̄ singulos: ubi sūt tot luxuriosa pri-  
cipū palatia: Quære in libris iuuenis noīa: Quære urbē totā aut nihil iuuenis: aut pexigua  
tātoꝝ opēꝝ uestigia: Tu de tuis qd speres uideris. Certe August⁹ oīm suprem⁹: nisi aliud q̄  
ædificia reliq̄set: iā pridē oīs ei⁹ gloria corruisset: Nec v̄o solū tēpla deoꝝ quæ pauerat in ip-  
sos ædificātes ruere: sed pia etiā loca hac ipsa ætate in eadē urbe alia ceciderūt: alia tremuerūt:  
& nūc uix ponderibus suis stant: præter unū Pantheon Agrippæ: qd̄ dijs erectū sancti pos-  
sidēt & Maria: quæ antiquissimā illā domū sui noīs ȳtute sustētat. Crede mihi alijs q̄ lapi-  
deis fundamētis eget gloria ut māsura sit. ¶ Spes. Ex ædificijs gloriā quæro. ¶ Rō. Quare  
illā igiē ubi est: nihil unq̄ iuenies ubi nō est: Vera quidē gloria nō est ī mōenib⁹ neq; ī faxis:  
Sūt fateor rex uulgo iudices: qui dicāt trib⁹ modis gloriā quæri: gerēdo magnū aliquid: qd̄  
de te scribāt auctores idonei: uel scribēdo aliquid qd̄ mirent & legāt posteris: uel in signe ali-  
quid opus extruēdo: ut sit ita: ultimū tñ hoc oīm & minimū ac caducū. ¶ Spes. Relinq̄ opa  
ædificioꝝ: quib⁹ moriēs ipse mecū gloriōꝝ & a posteris gloriā spero. ¶ Rō. Gloriā est Au-  
gustus ipse: de q̄ dixi: q̄ urbē marmoreā relinqueret: quā latericiā accepisset: quæ tñ gloria  
nisi alijs reb⁹ adiuta esset: quonā fuerit puētura cōspicim⁹: p̄inde cū meliorib⁹ curis morere  
stabilesq; spes amplectere. Ista etēn quib⁹ fidis: & null⁹ precij sunt: & te ilico consequentur  
inq; ipsam unde sūpta terrā reuertent. ¶ Spes. Aedificauī domos unde laudē spero. ¶ Rō.  
Laudabūt forsitan qui illas inhabitabūt. Breuis laus & angusta: qui post ueniēt: uel illas nō  
inueniēt: uel a paganis: ut uulgo diciē: factas diciē: tuū nomē ignotū erit.

## De sperata gloria ex conuictu: Dial. CXIX.

¶ Gau.

**S**pero gloriā ex cōuictu. ¶ Rō. Refert multū quib⁹ cōuiuas: sunt quidā utināq; nō  
plurimi q̄ꝝ cōuersatio sit infamis. ¶ Spes. Scio nisi bonis artib⁹ aut bonoꝝ con-  
tubernio gloriā nō quæri: Ego hoc ultimo subnix⁹ spero: uel bonoꝝ exēplo bonus  
fieri: uel si nihil aliud hoꝝ uel familiaritatis solā gloriā mihi fore. ¶ Rō. Est id quidē in ado-  
lescēte præcipue signū optimū: qui nisi bonū aīm haberet nequa q̄ iungi bonis optaret. Est  
etēn amicitiaꝝ: ac familiaritatū fere oīm causa nexuq; similitudo quædā. Age ergo si q̄s imi-  
tari æquaueris bene erit. Si min⁹: mō qd̄ ī te est nihil omiseris: ipsa uolūtas bona laudis &  
gloriæ premio nō carebit. Prima etēn & maxima ps ȳtutis: est bonū uelle: qd̄ nisi præcesserit  
nō sequet ȳtus. ¶ Spes. Familiaritate bonoꝝ gloriōꝝ. ¶ Rō. Laudo id quidē modo: nec te  
lucri cuiuspiā nec alia spes iducat: eoq; tua tñ p̄gat intētio ut similis illis fias: Alioquin qd̄  
p̄pter gloriā solā sit: uerā gloriā nō mereē. ¶ Spes. Ex bonoꝝ cōuictu gloriā spero. ¶ Rō.  
Spes quidē magna: nec īproba qñ & in sciētia & in eloquētia & belli pacifq; artib⁹ obseruā-  
do & imitādo fit. Multi olim illustres ex cōuictu illustriū euasere. Illud uide: ne aut tibi pro  
bonis ducibus malos elegeris errore aliquo: aut bonoꝝ flebili raritate & uirtutū huius æta-  
tis inopia prorsus assequi nequeas quod intendis.

## De múltiplici Spe: Dialogus CXX.

¶ Gau.

**V**ita spero. ¶ Rō. Multa ī spe m̄sta ē uanitas m̄st⁹ q; fallēdi adit⁹ fortuna. ¶ Spes.  
Spero m̄sta. ¶ Rō. Spem m̄stiplicē: m̄sta destituūt. Qui modicū sperat iter casib⁹  
artauit atq; nihil obstruxit. ¶ Spes. Valitudinē bonā spero. ¶ Rō. Mortalitatē  
obliuionē. ¶ Spes. Spero lōgā uitā. ¶ Rō. Diuturnū carcerē: ubi multa feras: multa uide-  
as quæ nō sūt. ¶ Spes. Mēbra uiuacia. ¶ Rō. Vinc̄a tenacia: grata tñ uide metuas absolui. ¶  
Spes. Formā corpis elegātē. ¶ Rō. Voluptatū stimulos. ¶ Spes. Annoꝝ p̄speros exit⁹. ¶  
Rō. Pudēdi materiā dolēdiq; ¶ Spes. Amice cōuictā mortē. ¶ R. Breue scēdūq; nescio qd.

- B** ¶ Spes. Peccādi licetiā. ¶ Rō. Infœlix gaudiū: pœnitentiā lōgauā. ¶ Spes. Vltiōis occasiōnē. ¶ Rō. Aditū sœuitiæ. ¶ Spes. Agile corp⁹ ac ualidū. ¶ Rō. Mancipium cōtumax & rebelle. ¶ Spes. Diuitias multas. ¶ Rō. Grauiē sarcinā ex lappis & tribul. ¶ Spes. E diuer/sis æquorib⁹ uēturas naues. ¶ Rō. Latæ dispfam sortē itra mōstra maris ac scopulos agitam flucibus: tractā funib⁹: pulsam uētis. ¶ Spes. Luc⁹ de conceptis mercib⁹. ¶ Rō. Escam quæ te ppetua sollicitudine capiat lucroq; unico ī multa credulū dāna percipiter: mercator nou⁹ est faci⁹ ad credendū: expt⁹ multa circūspicit. ¶ Spes. Honestas filia nuptias filio ue. ¶ Rō. Nulla ferme res tā crebro fallit & tā graui⁹. ¶ Spes. Magnā potentiā. ¶ Rō. Inuidiosam miserā: opulentā inopiā: pauidā supbiā. ¶ Spes. Regnū & imperiū. ¶ Rō. Præcipitiū & pcellas & sub stellati diademate fuscū supciliū: cor anxii: infœlicē uitā. ¶ Spes. Honores fori. ¶ Rō. Puluerē ac strepitū. ¶ Spes. Cōiugiū & natof. ¶ Rō. Litigiū & curaf. ¶ Spes. Mihi militiā: & uxore filio. ¶ Rō. Tibi laborē ac dilecto pœnā. ¶ Spes. Vetulæ obitū uxoris: & cōiugē iuniorē. ¶ Rō. Attrito laqueo dissolui: ut nouo & ualido uinciaris. ¶ Spes. Ingeniū: linguā lrasq;. ¶ Rō. Incudē: malleū & massam: qb⁹ tibi atq; alijs somnū frāgaf. ¶ Spes. Laudationē funeri. ¶ Rō. Philomenā surdo. ¶ Spes. Aureā pyramidē. ¶ Rō. Domū pivētam cæco. ¶ Spes. Gloriā post mortē. ¶ Rō. Leues auras post naufragiū. ¶ Spes. Nomē apud posteros. ¶ Rō. Testimonium ab ignotis. ¶ Spes. Hæredem meum. ¶ Rō. Patrimonio amicum tuo: & tibi ne redeas.

## De Pace animi sperata: Dial. CXXI.

¶ Gau.

- A** **A** Nimis pacē spero ¶ Rō. Quid sperare mauis q̄ habere pacē: Hæc mox ut bona fide uelle coepis: iuenies. ¶ Spes. Spero pacem animi. ¶ Rō. Pacē sperare bellātis est. Quis aīo tuo bellū ifert: nisi un⁹ tu⁹ qd̄ ipse tibi abstuleris ipudēter: ab altero postules aut speres. ¶ Spes. Spero aī pacē. ¶ Rō. Vnde precor: aut qñ speres qd̄ ipse tibi nūc potes dare: Sic ut illā tibi nemo al⁹ q̄ tu possit eripere: Pone arma cupidinū atq; irar: plenā aīo quæsieris pacē. ¶ Spes. Spero pacē & quietē aī. ¶ Rō. Quid igit̄ qd̄ agis aduersū paci ē: cōtraq; tuā spem tātope niteris: Vix tm̄ deberēt niti hoies ut salui eēt: q̄ tū nitunt̄ ut pereāt. Pluris penē bellū iuge aī laborq; emiē: q̄ emēda pax eēt ac reqes: Sic pugnat spes mortaliū ac uota cū studijs: ut nō un⁹ hois unū pecc⁹ sed multorū: eorūq; de oib⁹ dissidentiu uideat̄.
- B** ¶ Spes. Quietē spero. ¶ Rō. Mi⁹ unde uobis hæc libido sperādi sp: O mortale gen⁹. Si qd̄ qd̄ spatis adepti estis: rursus spē in longinq̄ trāsmittitis: & inde rursus alio: ita ne crastin⁹ dies hodierno sit clarior: & meliora sp futura præsentib⁹. Sūt nēpe qb⁹ nil sit grati⁹ q̄ sperare: qui spem ipsam sperata⁹ re: & meliora pmutatā uelint: quib⁹ ego quid optauerim: nisi ut p̄ crastinātes oīa: bonisq; se suis iterim spoliātes: iter irritas spes senescāt: q̄ uel sic itelligāt inamiter se sperasse: & in tergū ysi uideāt frustra se alibi quæsiuisse qd̄ secū erat. ¶ Spes. Spero pacē requiēq; aī. ¶ Rō. Magna ps re⁹ humanarū umbra ē: magna ps mortaliū uēto pasciē & insonnijs gaudet. O q̄ multi cū hac spe ad æternos labores & bella descendunt.

## De Spe uitæ æternæ: Dial. CXXII.

¶ Gau.

- A** **S** Pero æternā uitā. ¶ Rō. Nulla maior: nulla pulchrior: nulla sanctior spes: mō non cæca præceps ue sit. Sūt em̄ q sp male agēdo bonū sperēt: q̄ nihil ē stulti⁹. ¶ Spes. Aeternā uitā spero. ¶ Rō. Ea est y tutū cōsanguinitas atq; cōnexio: sicut a philoso phis disputatū ē: ut necesse sit eū q unā habet oēs hęc y tutes: cui illud ē cōsequēs: una y tutū carētē cū cōs carere y tutib⁹: qd̄ si de moralib⁹ ue⁹ est: qd̄ de theologicis opinemur: Itaq; si spem habes: charitatē si p̄ habeas optet ac fidē. Si q̄ hær⁹ desit: nō iā spes ulla sic præsupptio incōsulta ē. ¶ Spes. Vitā spero æternā. ¶ Rō. Rē bonā: imo optimā speraf: Illud uide: ut qd̄ bonū agis: agas bene. Sūt & qui bona male agāt: nec min⁹ ifallibil⁹ æstimator qui ql̄ic q̄ qd̄ fiat aspicit: nec min⁹ aduerbia q̄ y ba librat ac noīa. ¶ Spes. Spero uitā æternā. ¶ Rō. Nō cœlestes tm̄ sed terrestres dñi de se sperari amāt: sed a quib⁹ p̄fecto ab his quib⁹ se charos ac dilectos sciunt: aut qui si qñ forsitan odiosi fuerint ac rebelles: redire in gratiā optātes ad misericordiā cōfugerunt. ¶ Spes. Vitā æternā spero. ¶ Rō. Vitā tpalem corrige: hac ad illam pergit̄. ¶ Spes. Spero uitā æternā. ¶ Rō. Vna oīm spes est: quæ si rite illā cōcipis & foelicē te faciet & iam facit. ¶ Spes. Aeternam uitam spero. ¶ Rō. Primū est: ut misericordiā: dehinc uitā speres: utrāq; sobrie ac modeste. ¶ Spes. Spero æternam uitam. ¶ Ratio. O fœlix nisi te spes ista fefellerit.

¶ Francisci Petrarchæ poetæ oratorisq; Clarissimi Liber primus: in quo de Prospera fortuna disputatur: foeliciter explicit.

Dialogorū: Libri. II. Francisci Petrarchæ Annotatio.

Insignis ac plurimum cōsolatiui operis Francisci Petrarchæ Poetæ atq; Oratoris Clarissimi: de Remedijs utriusq; fortunæ ad Azonem: duos libros dialogis ducētis quinquagintaquattuor distinctos continētis. Dialogorum libri secundi de Remedijs Aduersæ Fortunæ collecta: ordinata: enumeratiuaq; Annotatio.

De deformitate corpis:	Dial. prim <sup>o</sup> .	De promissi muneris tarditate:	Dialogus. xxxvij.
De imbecillitate:	Dialogus. ij.	De repulsis:	Dia. xxxviij.
De aduersa ualitudine:	Dial. iij.	De iniusto domino:	Dia. xxxix.
De ignobili patria:	Dial. iiii.	De indocto præceptore:	Dia. xl.
De originis obscuritate:	Dial. v.	De discipulo indocili ac superbo:	Dialogus. xli.
De oblcena origine:	Dial. vi.	De nouerca:	Dia. xliij.
De seruitute:	Dial. viij.	De duricie paterna:	Dia. xliij.
De paupertate:	Dial. viij.	De contumaci filio:	Dia. xliiij.
De damno passo:	Dial. ix.	De discordi fratre:	Dia. xlv.
De tenui uictu:	Dial. x.	De amisso patre:	Dia. xlvj.
De originali inopia:	Dial. xi.	De amissa matre:	Dia. xlvij.
De numerosa plis graui sarcina:	Dialogus. xij.	De amisso filio:	Dia. xlvij.
De amissa pecunia:	Dial. xiiij.	De infantis filij casu misero:	Dia. xliij.
De vadimonio:	Dial. xiiij.	De filio qui alien <sup>o</sup> inuentus est:	Dialogus. l.
De amissione tēporis:	Dial. xv.	De amisso fratre:	Dia. li.
De aduerso ludo taxilloꝝ:	Dia. xvi.	De morte amici:	Dia. liij.
De spōsa alteri adiudicata:	Dia. xvij.	De absentia amicorꝝ:	Dia. liij.
De uxoris amissione:	Dial. xvij.	De graui naufragio:	Dia. liiij.
De importuna uxore:	Dial. xix.	De incendio:	Dia. lv.
De raptu coniugis:	Dial. xx.	De graui negocio ac labore:	Dialogus. lvj.
De impudica uxore:	Dial. xxj.	De duro itinere:	Dia. lvij.
De uxore sterili:	Dial. xxij.	De sterilitate annua:	Dia. lvij.
De filia impudica:	Dia. xxiiij.	De villico malo & superbo:	Dialogus. lix.
De aduēticio dedecore:	Dia. xxiiij.	De furtis:	Dia. lx.
De infamia:	Dia. xxv.	De rapinis:	Dia. lxj.
De quæsito ex indignis laudibus pudore:	Dia. xxvj.	De dolo malo:	Dia. lxij.
De amicis infidelibus:	Dia. xxvij.	De habitatione angusta:	Dia. lxij.
De ingratīs:	Dia. xxviij.	De carcere:	Dia. lxiiij.
De seruis malis:	Dia. xxix.	De tormentis:	Dia. lxv.
De seruis fugitiuis:	Dia. xxx.	De iniusto iudicio:	Dia. lxvj.
De uicinīs importunis.	Dia. xxxj.	De exilio:	Dia. lxvij.
De inimicis:	Dia. xxxij.	De obsessa patria:	Dia. lxviij.
De prærepta facultate uindictæ:	Dialogus. xxxiiij.	De patria euerfa:	Dia. lxix.
De odio populari:	Dia. xxxiiij.	De metu perdēdi i bello:	Dia. lxx.
De inuidia passiue.	Dia. xxxv.		
De contemptu:	Dia. xxxvj.		

## Díalogorum Annotatio.

De stulto & temerario collega: Dia- logus.lxxj.	De gula: Dia.cviij.
De inconsulto & præcipiti magistro militiæ: Dialogus.lxxij.	De torpore animi: Dia.cix.
De infausto prælio: Dial.lxxiiij.	De luxuria: Dia.cx.
De bello ciuili: Dia.lxxiiij.	De superbia: Dia.cxj.
De discordia animi fluctuantis: Dia- logus.lxxv.	De febribus: Dia.cxij.
De ambiguo statu. Dia.lxxvj.	De dolore iliaco atq; extasi. Dialo- gus.cxiiij.
De uulnerib <sup>9</sup> acceptis: Dia.lxxvij.	De toti <sup>9</sup> corporis dolore ac languore uario: Dialogus.cxiiij.
De rege sine filio: Dia.lxxvij.	De furore: Dia.cxv.
De regno amisso: Dia.lxxix.	De veneno: Dia.cxvj.
De proditione: Dia.lxxx.	De metu mortis: Dia.cxvij.
De amissa tyrannide: Dia.lxxxj.	De uoluntaria in seipsum manuum injectione: Dialogus.cxviiij.
De perditis arcibus: Dia.lxxxiiij.	De morte: Dia.cxix.
De senectute: Dia.lxxxiiij.	De morte ante diem: Dia.cxx.
De podagra: Dia.lxxxiiij.	De morte uiolenta: Dia.cxxj.
De scabie: Dia.lxxxv.	De morte ignominosa: Dia.cxxij.
De uigilia: Dia.lxxxvj.	De morte repentina: Dia.cxxiiij.
De inquietudine somniorum: Dia- logus.lxxxvij.	De ærotante extra patriam: Dialo- gus.cxxiiij.
De celebritate nomis iportuna. Dia- logus.lxxxvij.	De moriète extra patriã: Dia.cxxv.
De dolore ex malis moribus homi- num concepto: Dialogus.lxxxix.	De moriète in peccatis: Dia.cxxvj.
De minutis tædijs rerũ uariarũ: Dia- logus.xc.	De moriente sollicito quid de patri- monio ac libris futurũ sit: Di.cxxvij.
De terramotu: Dia.xcj.	De moriente anxio quid uxor eo mortuo sit actura: Dia.cxxvij.
De peste latissime sæuiète: Dia.xcij.	De moriète sollicito quid post se pa- triæ euenturũ sit. Dia.cxxix.
De tristitia & miseria: Dia.xcij.	De studio famæ auxio i morte: Dia- logus.cxxx.
De dentiũ ægritudine: Dia.xciiij.	De moriente sine filijs: Dia.cxxxj.
De ægritudine tibiaũ: Dia.xcv.	De moriente qui metuit insepultus abijci: Dialogus.cxxxij.
De cæcitate: Dia.xcvj.	
De auditu perditio. Dia.xcvij.	
De tædio uitæ: Dia.xcviiij.	
De grauitate corpis: Dia.xcix.	
De grauis ingenij tarditate: Dia.c.	
De inopi & infirma memoria: Dia- logus.cj.	
De eloquentiæ defectu: Dia.cij.	
De amissione linguæ & loquelæ: Di- alogus.cij.	
De uirtutis inopia: Dia.ciiij.	
De auaricia: Dia.cv.	
De inuidia actiue: Dia.cvj.	
De ira: Dia.cvij.	

Finis Annotationũ secũdi libri.

# Epistolaris Præfatio.

Francisci Petrarchæ poetæ oratorisq; Clarissimi: in operis sui de Re, medijs utriusq; fortunæ libꝛ secūdum: quo de Aduersa disputatur fortuna: Epistolaris Præfatio.

**C**Xoibus quæ uel mihi lecta placuerint uel audita: nihil pene uel insedit altius uel tenaci<sup>9</sup> inhæsit uel crebri<sup>9</sup> ad memoriã redijt: q̃ illud Heracliti: Oia sc̃dm litē fieri. Sic est em̃: Et sic eē p̃pmodū uniuersa testantē. Rapido stellæ obuiāt firmamēto: Cōtraria inuicē elemēta configūt: Terræ tremūt: Maria fluctuāt: Aer quatit: Crepāt flāmæ: Bellū imortale gerūt uēti: Tpa t̃pib<sup>9</sup> cōcertant: Se cū singula: nobiscū oia: Ver humidū: Aestas arida: Moll autū<sup>9</sup>: Hyems hispida: Et quæ uicissitudo dicit: pugna ē. Hæc ipsa igit̃ quib<sup>9</sup> insistim<sup>9</sup>: q̃b<sup>9</sup> circūfouemur & uiuim<sup>9</sup>: quæ tot illecebris blādiūt: q̃ q̃ si irasci cōperint sint horrēda: indicāt terræmor<sup>9</sup> & cōcitissimū turbines: indicāt naufragia atq; incendia seu cœlo seu terris sæuientia. Quis insultus grādinis? Quānā illa uis imbrīū: qui fremit<sup>9</sup> tonitruū: qui fulminis impet<sup>9</sup>: quæ rabies p̃cellæ: qui feruor qui mugit<sup>9</sup> pelagi: qui torrentiū fragor: qui fluminū excursus: qui nubīū cursus & recursus & cōcursus: Mare ipsū præ apertā ac rapidā uim uētoꝝ atq; abditos fluctuū tumores incertis uicib<sup>9</sup> alternātes: certos statutosq; flux<sup>9</sup> ac reflux<sup>9</sup> habet: cū multis in locis: tū cōspectus in occasu: quæ res dū manifesti mot<sup>9</sup> latēs causa quærit: non minorē philosophoꝝ i scholis: q̃ fluctuū ipso i pelago litē mouit. Quid q̃ nullū aīal bellis uacat: Pisces: feræ: uolucres: serpētes: hoīes: una spēs aliā exagitat: nulli oīm quies data: leo lupū: lupus canē: canis leporē insequit̃. Est & canū stirps audentior: nō lupis modo resistere: sed leones: pardos: apros: urfos insectari solita atq; aggredi. Quorundā yō tā generosa ferocia & tā nobilis fertur elatio: ut urfos aprosq; fastidiant: inq; solos elephātes aut leones dignent̃ irruere: qualē unū Alexādro regi missum contēptuq; tali male cognito cōtemptū occiditq; iussu legim<sup>9</sup>: missumq; inde alterꝝ p̃batūq; qua decuit: dilectūq; regi unice atq; in delictis habitū: Nā ip̃suis canis erga hoīem: cui fert̃ amicissim<sup>9</sup>: quāta sit charitas: nisi quā cōciliat spes cibi: præ morsus & latrat<sup>9</sup> implacabiles: nō tm̃ Actæonis fabula: sed discerpt<sup>9</sup> uere p̃bat Euripides. Vulpina fallacia una qd̃ ex multis audita ē: Piscatores cū ad urbē pisces deferrēt: qd̃ æstare libēt noctu faciūt: aliqñ uulpeculā ceu exanimē calle medio trāuersā habuisse: quā arreptā decoriaturi ex cōmodo: cū sup̃ sarcinā p̃iecissent illā: ubi se piscib<sup>9</sup> affatim ip̃lester: subito p̃siluisse: mirantibusq; illis atq; indignatibus effugisse. Iā qui: oro: alij uulpiū doli: qui luporū ululat<sup>9</sup>: qd̃ murmur ad caulas: quæ coruorū miluorūq; circa colūbarū domos ac pulorū nidos uigilātia: qd̃ inter se: ut phibēt naturale atq; æternū odiū: Alter alteri<sup>9</sup> inuadit nidum: effractisq; ouis spem p̃lis interimit. Nā cuculo nō unus quidē alterq; est hostis: omēs fere auiculæ illi insultāt. p̃fugo sp̃ & querulo. Quānā præterea & q̃les mustelæ: cōtra aspidē insidiæ: Qd̃ circa diuitū thalamos acumē furz: Quānā ex diuerso cuiusq; p̃ se suo i genere excubiæ: quātaq; q̃q; uigil repugnātia ē: Quis uenatorū: qs ue aucupū artes ac laqueos: quis piscatorū hamos ac retia: horūq; oīm labores uigilialq; explicet: aut hæc cōtra: ferarum: auiū: pisciū ingenia? Quæ cūcta qd̃ sint aliud q̃ litium istrumēta? Age qui nā asyloꝝ aculei uesparūq; hīsq; cū pestib<sup>9</sup>: quæ boū prælia: qui sudores? Nec maior canū equorūq; aut reliquorū quadrupedum pax quiesue. Quæ muscarum æstiuatædia: quæ niuū quas muscas albas ludo dicūt hibernæ molestiæ: Que foricū pennis inq̃etudo: quæ pulicū p̃nox obsidio: quæ culicū lis diurna: quæ anguisū ranarūq; cū ciconijs: quæ pygmaoꝝ bella cum gruib<sup>9</sup>: & quas in Arimaspos & gryphes pugnas excitat auri sitis: ut q̃z maior improbitas haud facile iudicē: nisi q̃ illi rapinā: hi custodiā moliūt: Illos auaricia stimulat: hos natura. Idē & custodiæ studiū & prædæ distatissimo mūdi tractu apud Indos iuenio: Illic q̃z suū aurū cōtra parē gētif auariciā formicis q̃busdā icredibili mole & mira feritate tuētib<sup>9</sup>. Basilic<sup>9</sup> angues reliquos sibilo territat: aduētū fugat: uisu perimit. Elephātē draco spiris ip̃licat seu perofus: Est em̃ incertū. Vnde nōnullis aīantib<sup>9</sup> inter se naturale odiū: seu æstate algidū sitiens cruorē: qd̃ & quidā tradidere: & pugna exit<sup>9</sup> facit ut credi possit: Si uerz est: alterꝝ exanguē exiccātūq; emori: alterꝝ yō fusi hostis hausto sanguine: ceu bello uictorē: uictūq; delictis & nimio potu ruptū cōmortuūq; p̃cūbere. Multa præterea gen<sup>9</sup> hoc: atq; imprimis acerrim<sup>9</sup> epotæ dolor hirudinis & uisi uel auditi muris fastidia offendunt: Mixz dictū: tm̃ aīal & tantaz uiriū tā pusilli hostis horrere conspēctū. Sed sic sine lite atq; offensiōe nil genuit natura parēs: Leo ip̃se generosum ac securz aīal: pro defensione foctū ferz sp̃nens: neu forte

A

B

C

D

E

uisu terreat: nec aspiciēs quæ rotarū strepitū uacuos currū agētū: & gallinaceorū cristas: quos nō stupeat: si uera fama ē: magis quæ etiā cātū: sup oīa ꝑo flāmas metuere crepitātes tradit. Ea ergo huic generi lis ꝑpria ē: præ illā cōem feris oib⁹ uenationē. Est & sua lis tigris: raptæ ꝑlis & ꝑfugi hostis ludificātis instantē atq; ingenio retardātis. Lupo una sp̄ cū fame ꝑpetua rusticisq; ac pastorib⁹ lis manet. Venenosa loqr̄ & ferocia. Quānā ꝑo māfuetis gregib⁹ est quies: Quātis nisib⁹: quātisq; odijs conflagūt sues: quātis armētorū duces: quānā inter illos certamina: quānā fugæ: quæ uictoris insolentia: quos uicti dolore: quæ iniuriarū recordatio: qui reditus ad uindicatā: quis nō legēdo ꝑpendit: ut poetarū: ingenia: & bellaces exerceat tauri: & inter se aduersis lucētates cornibus hedi: quid de alijs: lis omnibus una est: Nilq; non scdm litē fit: qñ nouū ad præsepe hospes equ⁹: qñ pull⁹ ad uena quietū cibū inter pares sumpsit: Quis nō illud aduertit gallinis fœtātib⁹ ꝑ imbecilli familia: quantus ardor: impatentia quāta sit: q̄q̄ est id quidē cōe oīm: Nullū tā mite aīal qd̄ nō amor sobolis ac mer⁹ exalperet. Galli se calcarib⁹ impetūt & natura & cruore rutilas cristas inter uulnera detinent: totis corpibus obnixi: tantū inuidiæ: tantūq; supbia paruo regnat in pectore: tāta uincēdi cupiditas: tātus cedēdi pudor est. Anatū atq; anserū ꝑtinaciā quis nō uidit: ut pectorib⁹ se perurgent: clangoribus increpitāt: alis diuerberāt: rostris hærent: Et quidē in ferocibus minus miri: uisitātū em̄ & cōe est: ut aīalia maiora minorū ꝑnicies ac sepulchra sint. Fera feram: auis auem: piscis piscē: uermem ꝑ mis rodit: Quin & littoreæ uolucres: aquaticæq; q̄drupedes: æquor: stagna: lacus: & flumina rimant: exhauriūt & infestāt: ut mihi oīm inquietissima ꝑseræ aqua uideat & suis motib⁹ & incolarū ꝑpetuis acta tumultib⁹: quippe quæ nouorū animantiū ac monstrorū feracissima esse nō ambigit: usq; adeo: ut uulgi opinionōē: ne doctri quidem respuāt: oēs ꝑpe quas terra uel aer aīantiū formas habet esse in aquis: cū innumerabiles ibi sint: quas aer & terra nō habēt: Et in his quidē ferme oibus præda uel odiū litē parit. Quid q̄ his cessantib⁹: lis nō cessat: Age em̄ in amore quātus zelus: quāta in cōiugio diffonantia: q̄t querelæ: quātæ suspitiōes amantiū: quæ suspiria: qui dolores: quāta nō dicā dominorū ac seruorū: qui nō ideo min⁹ infesti: quia domesticis hostes sunt: cū quib⁹ nulla unq̄ pax sperāda: nisi quā uel mors fecerit uel paupertas. Nō dicā fratrum: quorū gratiā rarā ipsa ueritas ore Nasonis testata est. Nō filiorū in parētes: qd̄ eiusdē poetæ carmē canit: sed parentū quorū opinatissim⁹ est amor: Quāta indignatio in filios: quos dū bonos cupiūt: malos lugēt: Atq; ita quodāmodo dū ualde diligūt: oderūt. Et fraternū quidē paternūq; uinclī nomē aritissimi: sæpe sine amore: interdūq; cū odio uidem⁹. ¶ Veniā ad amicitia sanctū nomē: quod ab amādo dicitū: absq; amore nec esse certe nec intelligi potest. Quāta ꝑo in amicis q̄uis finium cōcordia: uix tñ actiūq; discordia: quāta opinionū atq; cōsilioꝝ cōflictatio est: ut uix Ciceroniana diffinitio stare queat. Sit em̄ licet inter amicos beniuolētia & charitas: deest tñ illa oīm diuinarū humanarūq; rerū cōsensio: ex qua ille diffinitionem conficit. Quid in odio speres igit̄: Est & in amore odiū: & in pace bellū: & in cōsensione dissensio. Ostendā tibi sic eē ex his ipsis quæ assidue in oculis sunt. Feras aspice: quas ferro indomitas: oipotēs amor domat: Intēde animū: leonæ: tigres: ursæ quāto cū murmure ueniūt ad id qd̄ cupidissime faciunt: non cupiditas sed coactas putes. Ferarū alia dū coeūt magnis stridorib⁹: alia rapidis ungibus inquietæ sunt. Iam si credim⁹ qd̄ de natura uiperea magni scribūt uiri: Quāta rerū cōtrarietas: quantūq; litigiū: Maris caput sua quadā naturali sed effrenata dulcedine in os uipera infertū: illa præcipiti feruore libidinis amputat. Inde iam prægnās uidua cū pariendi tēpus aduenerit: fœtu multiplici prægrauāte: & uelut in ultionē patris uno q̄z q̄ primū erūpere festināte discerpiē: Ita duo aīantiū prima uota ꝑles & coitus huic generi infausta penitusq; mortifera deprehēdunt: dum marē coit⁹: matrē part⁹ interimunt. Apū aluearia contemplare: quæ illa cōcursatio: qui strepit⁹: quæ nam nō modo bella cū ꝑximis: sed ciuiles: ut ita dixerim: discordiæ ac bella domestica. Colūbarū nidos intueri: Simplicissimū aīal: & ut memorent: felle carēs: quātis quæso cū prælijs quantisq; clamorib⁹ uitā ducit: Indisciplinatis in castris ac barbaris esse uideare: adeo nec luce pacati aliqd̄ nec nocte quidē uideas. Mitto aut̄ insult⁹ in alterutq; Ipsū in se uincto mutua uoluptatis astrictū par: eāq; ob causam ueneri sacꝑ: quantis querimonijs ad optatū ferē: ut sæpe columbā circumit: sæpe alis rostroq; ꝑsequit suos amās. ¶ Ad minutissima te remittā: quæ nō ut minor: sic & min⁹ spectabilis minus uel laboriosa materia est. Quānā ergo aranearū insidia & q̄ uigil intētio: quæ captādis infirmioribus telarū scēna: qui retiū obtētus fallacijs ac rapinis: Quid pānis tineæ: quid caries tignis: nocturniq; ꝑmiculi non sine tædio & obtuso quodā sub strepitu trabiū uisce

# De Aduersa Fortuna: Epistolaris Præfatio.

ra fodiētes: Illarū maxie qb<sup>9</sup> cædēdis lunæ ac mēsiū obseruatio diligēs sit neglecta: Quæ la-  
tens pestis ut fumosis tectis agrestiu: sic auratis regū laquearib<sup>9</sup> insultat: tēplis q̄z sacratis &  
altarib<sup>9</sup>: sacrifq̄ opib<sup>9</sup> philosophantiū nō parcit: quin & librorū postes & mēbranas & lras:  
Addā q̄ nisi pice liq̄da leuiq̄ incēdio sit occursum: nōnūq̄ piculi uel naufragij etiā causa est:  
& maria ingredi & carinas nauium terebrare ausa: sæpe bellūm graue nescientibus intulit.  
Præterea quid bruch<sup>9</sup> olerib<sup>9</sup>: quid segetib<sup>9</sup> locusta: qd messib<sup>9</sup> seu anser aduena: seu passer  
indigena: seu grus domicilij trāslatrix: uolucresq̄ aliæ importunū gen<sup>9</sup>: Vnde illud Georgi  
cū Virgilij: qd mirari soleo: iā nō miror ut aues sonitu terreat. Rure enim nūc Italico ha-  
bitanti: unū hoc ex multis æstiuis tædij esse cœpit. Sic mihi ad uesperā & insult<sup>9</sup> uolucrū:  
& lapidū collisio: & uillici clamor durat. Ad hæc quid eric<sup>9</sup> uindemiæ: quid herugo herbis:  
herucha frondibus: talpa radicib<sup>9</sup>: Quid postremo areis horreisq̄ gurgulio: atq̄ inopi me-  
tuens formica senectæ: ut ait ille: quis feruor & pexigui aiantis in quietudo: ut dum brumæ  
suæ cōsulit nostrā turbat æstatē: Tardus essem ad credendū alijs: Exptus scio quāto nō solū  
tædio sed & dāno sit puluerulentū illud: ac trepida sp̄ expeditione festinū agmē: ut nō tātum  
agros sed arcas & thalamos & promptuaria populent. Iam credere incipiā Pifanis in sinib<sup>9</sup>  
castri: qd haud lōge a mari nauigantibus ostendit: formicæ: scatebris ac diluuiio desertum.  
Tale aliqd Vincētinis q̄z memorat in finib<sup>9</sup>. Et ego uel utrobicq̄: uel ubiq̄ fieri posse credi-  
derim: Sic me nup nō agresti quidē sed urbana paulominus pepulerūt domo: ut ignis & cal-  
cis: ad extremū fugæ reꝑ remedio opus esset: Apuleioq̄ fidē habeā: cōsumptū ab his hoīem  
& si desit mel. Mirariq̄ me non negē: quid ē q̄ quidā sollicitudinis exemplū p̄posuere formi-  
cam: alijs de hac longos texuere sermones: parsimoniā atq̄ industriā prædicātes. Bene Her-  
cle: si om̄is sollicitudo laudabilis esset: Exemplū fortasse igit̄ prædonib<sup>9</sup> idoneū: nō his qui-  
bus de suo uiuere sine cuiusq̄ iniuria mens est. At sollicitū aīal: quis nescit: sed improbū: sed  
iniustū raptio uiuens: nullius industriæ nisi in malū: nullius usus: at incōmodi tædijq̄ multi-  
plicis: Cur igit̄ hoc exemplū dederint: cur hoc aīal laudauerint: in cō itēz miror: præcipue  
cum adesset apis industriū p̄udentissimūq̄ aīal: nulli noxiū: multis utile: sibiq̄ & alijs arte  
quadā naturalit̄ insita & suo illo nobili labore subueniēs. Quid nūc ego dānosam eloquar  
ubertatē & excrescentiū luxuriam filiorū: contra quā puigil excubat: & præ duris unguibus  
armatus agricola & ultrici succinctus falce frondator: Quid lappas & tribulos atq̄ annuā  
tēpestatē renascentiū stirpiū ac radicū litiū ac laborū materiā immortalē: Quid imbrīū bella  
furētīū: & molles niuiū & uredinē pruinarū: & aspitatē & uiolētā glaciē: & torrētīū repenti-  
nos impet<sup>9</sup>: & uaga fluminū incremēta: totas sæpe regiones & magnos p̄pos: sed imprimis  
rusticoꝝ septa quassantiū: quorū in tot malis uix terrestris & in terrā sp̄ acclius agitur uita:  
Atq̄ ut delicatoꝝ ac diuitiū de tædij aliqd dicā: Quis nocturna auriū bella non pertulit:  
Bubones strigelq̄ & oblatrantiū limine canū supuacuas excubias: & catas ī tegulis nundi-  
nantes ac tranquilla silētia horrēdis occētibus & clamore tartareo infestātes: & mœsti fori-  
cum occētus: et quicqd̄ inter tenebras iportunū strepit: His accedūt & nocturna ranarū coa-  
xatio: & matutini planctus hirūdinū ac minæ: adesse Itym putes ac Tereū. Nā diurnā auri-  
um quietē: & cicadæ stridulæ: & p̄caces corui: & rudētes impedīt afelli: & balatus pecudū:  
& mugit<sup>9</sup> boum: & magno precio parua oua uendentiū gallinarū cōcentus incōditus sine ca-  
rens. Sup̄ oīa ꝑo uel suill<sup>9</sup> stridor: uel uulgaris clamor & stultoꝝ risus: q̄ inepto res ineptior  
nulla est: ut Catull<sup>9</sup> ait: Et ebrioz cātus ac gaudia quib<sup>9</sup> nihil ē tristis: & litigantiū querelæ:  
& anile cōuitiū seu garris: Et pueroꝝ nūc prælia: nūc lamēta: & nuptiarū ul̄ cōuiuia turbida  
uel choreæ: & uxorū uiros arte ludentiū lati fletus: Et parentū ueri natoꝝ ī mortib<sup>9</sup> eiulat<sup>9</sup>:  
Adde hīs fori turbas ac strepitū: altercationesq̄ mercantiū & ementiū: hinc contēptus: hinc  
uendentiū iuramēta. Adde hinc artificum laborē uoce mulcentiū mœstos cātus: Hinc fidi-  
bus lanas ac uellera cōglobata pulsantiū: iniucūdā musicā: & telas pectinif̄ pererrātis: Hinc  
folliū fabriū raucos flatus: & acutos sonit<sup>9</sup> malleorū: quibus scissa æquis partibus hiberna  
nox addit̄: ut nullū uel quieti datū tēpus litibus sit imune. Ut ꝑo insensibiliū reꝑ genus at-  
tingā: Quid uel cū ferro magnes habet: uel cū magnete adamas: quorū & si causa litis occul-  
tior: lis apta est. Magnes siquidem ferū trahit: adhibe adamantē: trahere desinet remittetq̄  
si traxerit. Utrobicq̄ uis mirabil<sup>9</sup>: seu q̄ pigro & informi lapidi natura q̄si man<sup>9</sup> atq̄ uncus  
dederit aduersus rigidū ac præualidū metallū: seu q̄ illos sibi de lapide altero astāte surripu-  
erit: quæ nō primā litis finis sed noua lis ē. Et si hoc ultimū multi negēt: Mihi em̄ experiendi  
hactenus uel occasio defuit uel uolūtas: Itaq̄ nihil affirmo. Primū ꝑo notū adeo ut ne affir-  
mari quidē sit necesse. Verū ego breui nimis ī tpe: & angusto ī spacio op<sup>9</sup> ingēs magno im-

L

M

N

O

## Libri. II. Francisci Petrarchæ:

petu aggressus: iam hinc uideo ad hæc rē plus mihi animi esse q̄ uiriū. Nec mihi nec cuiq̄ sa-  
 ne unū hoc agēti ex cōmodo: facile futuræ singula p̄sequi: ex quib⁹ appareat oīa scd̄m litem  
 fieri: quæ seu magna: seu parua magno miraculo fiāt: licet nondum tū illud maximū stupen-  
 dumq̄ inter sūma & extrema naturæ p̄digia numeratū attigi: sed attingā paucis. Echinæis  
 semipedal' piscilib⁹: nauim q̄uis imensam uētis: undis: remis: uelis actā: retinet: solus elemē-  
 torū atq; hoīm uim retūdēs: nullo quidē actu alio q̄ nauigij postib⁹ adhæredo: nullo demū  
 conamine: sed natura ipsa. Q̄d & si scriptis illustrib⁹ insitū: e numero tū incredibiliū habereē  
 si de Oceano: Indico fortassis aut Scythico scriptū esset: & nō poti⁹ i nostro mari monst̄r hoc  
 Romanis Imp̄atorib⁹ accidisset. Ai aduersa em̄ moræ causa: q̄ tota classe p̄deūte: nauis una  
 uelut in anchoris staret: neq; prorsus loco mouerēt: dimissis pelagi exptis: manu: ut dicitur:  
 cōperta vitas: & limacis instar piscis clauo insidēs: inuētus atq; ostēsus est principi indignāti  
 tm̄ in se potuisse tātillū aīal: idq; unū præcipuū admirātū qd̄ in nauigiū recepit⁹: tantā illā ex-  
 terius inhærendi efficaciam amississet. Nam illud alterū mōstri genus nō siluisse equidē q̄ affir-  
 masse maluerim: cuius apud nos nescio q̄ uerax sed noua utiq; & ob id ipsum suspecta mihi  
 est fama. Esse circa mare Indicū inauditæ magnitudis auē quandā: quā Rochū nostri uocāt:  
 quæ non mō singulos hoīes: sed tota insup̄ rostro præhensa nauigia secū tollat in nubila: &  
 pendētes in aere miseros nauigātes aduolatu ipso terribilē mortē ferat. Quāta yō uis auari-  
 ciæ est: quæ neq; alijs multis: neq; hoc uno tā imani piculo a nauigatione deterritos sequa-  
 ces suos prædæ auidos prædam facit? Jam uero ut de inuisibilib⁹ aliqd̄ ad inceptū traham:  
 Quāta cōmixtione cōtrariorū sit uotiua tēperies: inter quas cōtrarietates aduerfantū extre-  
 morū ad mediū ȳtutis: p̄ quas differentias quantāq; discordiā uocū ad musicā concordiam  
 peruenit? Deniq; quæcūq; sunt excute: & p̄curre aīo cœlū: terras: maria: æque in sūmo æthe-  
 re & in fundo pelagi: Inq; imis terræ certæ hiatibus: æque in syluis & in agris: æque in deser-  
 tis arenarū & in platais urbiū lis æterna est. Ne enim uarietate rerū ab incepto deuiem: taceo  
 q̄ iā inde ab ipso mūdi primordio inter æthereos spiritus: in ipsa cœli arce pugnatū est: ho-  
 dieq; i hoc tractu caliginosi aeris pugnari credit̄: Taceo q̄ in illo cœlesti cōgressu uicti angeli  
 uictoribusq; iā suis facti impares: dū in nos mortales terræ accolæ ulcisci studēt: immortale  
 nobis bellū tēptationū uariarū durarūq; negociū atq; abiguū pepere: Taceo q̄: ut oīa: & quæ  
 sensu carent: & quæ sentiūt in unū cogā: a sup̄mo cœli uertice: ut dixi: usq; ad infimū terræ  
 centrū: & a principe angelo usq; ad minimū & extremū uermē iugis & implacabilis pugna  
 est. Hō ipse terrestriū dux & rector aīantiū: qui rationis gubernaculo sol⁹ hoc iter uitæ & hoc  
 mare tumidū turbidūq; trāquille agere posse uidere: q̄ cōtinua lite agit: nō mō cū alijs sed  
 secum: de q̄ mox dicā. Nūc de primo agendū: Si quidē nihil mali est qd̄ nō hō in hoīem ma-  
 chinet̄: ut cætera hoīm mala undecūq; uenientia: seu a natura: seu a fortuna: hui⁹ collata  
 leuia quædā incōmoda uideant̄. Id em̄ yō si ad plenū apire uoluerō: id qd̄ nolim: quodq;  
 a p̄posito longe est: & oīs humanorū actuū scœna retegēda: & oīs æui historia retexēda erit:  
 hoc unū dixisse satis sit. Quia si nulla unq; alia q̄ Romanorū bella toto fuisset orbe terrarū:  
 abūde bello esset & litium. Adde sentētiarū dissonantiā & inenodabiles rerū nodos: Quis  
 sectarū uarietates aut philosophorū bella dinumeret? Populorū & regū prælia quieuerē: phi-  
 losophi nō quiescūt: & pugnat̄ illi de eo qd̄ cū hui⁹ esse cœpit: esse desinit illi⁹. Hi de ueritate  
 litigāt: quæ una si oīm eē pōt: neq; hęc litem aut quæsitā ueritatis splēdor: aut Academicus  
 unq; ualuit finire Carneades philosophicæ sequester pacis anxius: sed irritus: ut nō inelegā-  
 ter mihi quidē dixisse uideat̄ Anneus Seneca: ubi horologia philosophis confert: q̄ se; par  
 utrisq; discordia est. Idq; q̄ uerū sit: quisq; & philosophis aīm & horologijs aurē dedit: itel-  
 ligere potuit. Nec yō aliorū doctrina trāquillior. Quæ grāmatorū adhuc sub iudice lis exi-  
 stens: qui cōflictus rhetorū: quæ dialecticorū altercatiōes: quæ deniq; artiū oīm discordiæ:  
 qui clamores inter causidicos: q̄ bene cōueniat ipsarū causarū immortalitas p̄bat. De con-  
 cordia medicorū testimoniū sit ægroz. Vitā certe quā breuē dixere: sæpe suis litib⁹ fecere bre-  
 uissimam. Quāta est præterea de sacris & de religione difformitas aīorū. Nō tam litteratorū  
 uerbis hoīm q̄ populorū armis: & cāpo sæpi⁹ cōmissa q̄ scholæ. Ita cū una sit ueritas: unūq;  
 sit i reb⁹ uerū: Cui: ut ait Aristoteles: oīa cōsonāt: de hoc ipso tā dissona pugnātesq; sentētiæ  
 ipsos ueri agitāt p̄fessores. Quid de cōi uita deq; actib⁹ mortalīū loquar: uix duos i magna  
 urbe cōcordes: cū multa: tū maxia ædificiorū habituūq; uarietas arguit. Nā quis unq; tā lo-  
 cupletis delicatūq; patrifamilias nact⁹ est domū: ut non ibi multa mutauerit: ut qd̄ uni stu-  
 dium fuit extruere: alteri sit uoluptas euertere? Testantur mutatæ sapius fenestæ: obstrusa  
 ostia: passimq; uetustis i parietib⁹ nouæ indicāt cicatrices. Neq; i alicnis id tm̄: sed in nostris

# De Aduersa Fortuna: Epistolaris Præfatio.

pātimur: sua dū cuiusq; sentētia secū pugnās: qđ ait Flacc<sup>o</sup>: Diruit: ædificat: mutat qđ dra-  
ta rotūdis: qđ luce clari<sup>o</sup> fiat: qđ nostre: qđ cū alijs: quis ue secū sit. Iā qui uestiū mod<sup>o</sup>: qui ue  
habit<sup>o</sup>: triduū totū nostris durat i urbib<sup>o</sup>: quæ municipior<sup>o</sup>: scita: nō ut lōgæua essent cū suis  
latorib<sup>o</sup> deserūt. Ad hæc quæ nam ducū in ordināda acie: quæ nā magistratuū inferēdis le-  
gibus: quæ nā nautar<sup>o</sup>: in capiēdo cōsilio disparitas quæ ue discordia est: Didici hoc ego ul-  
timū magnis sæpe picul<sup>o</sup> meis: dū mari celoq; mortē minitātib<sup>o</sup> nocte sit ac nubib<sup>o</sup> cuncta  
terrar<sup>o</sup>: ac stellar<sup>o</sup> signa tegētib<sup>o</sup>: puppe iā fatiscēte & semioppleta fluctib<sup>o</sup>: nautæ de sūma re-  
rū media in morte cōtrarijs studijs atq; opinionib<sup>o</sup> obstinatissime litigarēt. Adde i quib<sup>o</sup> si-  
ne aduersario lis ē: Quæ scriptor<sup>o</sup> prælia cū mēbranis: cū atramēto: cū calamis: cū papyro<sup>o</sup>  
Quæ fabror<sup>o</sup> cū malleis: cū forpicib<sup>o</sup>: cū incude: Quæ arator<sup>o</sup> cū stua: cū uomere: ipsiq; cū  
glebis: & cū bob<sup>o</sup>: Quæ militū: nō dico: cum hoste: sed cū eqs atq; armis: prijs: dū & illi re-  
bellāt & hæc prægrauāt aut cōprimūt. Quid dicātib<sup>o</sup> scribētibusq; negocij ē: dū hos inex-  
pletū loq; mltā cogit intētio: Illos uel expleta pcipe uetat: hinc inscitia: hic uolati<sup>o</sup> & incōstās  
anim<sup>o</sup>: sp<sup>o</sup> aliud cogitās qđ qđ agit: Sed qđ singillatim ago: Nulla mœchanicar<sup>o</sup> difficul-  
tatib<sup>o</sup> suis uacat. Reliquæ p̄o ut quiddā notæ dulcedinis: sic latētis amaritudinis multū ha-  
bēt: nilq; eor<sup>o</sup> etiā quæ delectāt sine lite agit. Iā quæ infantū bella cū lapsib<sup>o</sup>: quæ pueror<sup>o</sup>  
rixa cū lris amarissime serētū: qđ prædulcē metāt: Quānā isup adolescētū lis cū uolupta-  
tibus: dicā ueri<sup>o</sup>: imo quāta secū lis affectuūq; collisio: Cū uoluptatib<sup>o</sup> est nulla lis penitus:  
sed consensus est oi lite funestior. Credo exp<sup>o</sup>: nulli hoīm generi: nulli ætati plus litigij esse:  
p̄<sup>o</sup> inextricabil<sup>o</sup> laboriosiq; negocij: nullos hoīm tā lætos uideri: nullos esse tam miseros aut  
tam mœstos. Postremo quānā sceminis puerperij difficultas: quantūq; discrimen: Quānā  
uiris cū pauptate atq; ambitione lucamina: Quāta uitæ plura qđ expedit fatagentis anxi-  
etas: qđ deniq; illud senū cū ætate ac morbis: p̄pinq̄nte morte: qđ oī ip̄sa cū morte: qđ qđ  
ip̄sa qđ est morte molesti<sup>o</sup>: cū p̄petuo mortis terrore certam<sup>o</sup>: Possē hūc sermonē mille rez  
argumētis extēdere: Sed sit: ut libro supiore uoluisti: sic epistolā qđ hanc: p̄logi locū obtinere:  
& libri hui<sup>o</sup> partē esse uolueris: Iā hinc uideo q̄tum hæc ipsa præfatio libri modū excedat:  
Itaq; frenāda curiositas & cohibēdus est stil<sup>o</sup>. Ad summā ergo oīa: sed ip̄imis oīs hoīm ui-  
ta lis quædā est. Ver<sup>o</sup> hac externa lite interim omīsa: de qđ pauloante dixim<sup>o</sup>: & quæ minor  
utinā: & ob id min<sup>o</sup> oibus nota esset: Lis interior quāta est: neq; em̄ solū cōtra aliā: sed con-  
tra suā: ut dixi spēm: neq; cōtra aliud indiuiduū: sed cōtra semetipsum: Idq; & i supficie ista  
corporea quæ nostri ps uilissima atq; ultia est: & in intimis aīa penetrabilib<sup>o</sup> quisq; secū assi-  
due bellū habet. Nā & corp<sup>o</sup> hoc qđ cōtrarijs æstuet ac turbef humorib<sup>o</sup>: ab his qđ physicos  
dicūt: quare: Anim<sup>o</sup> qđ diuersis qđq; aduersis secū pugnet affectib<sup>o</sup>: unusquisq; nō aliū qđ se  
se interroget: sibiq; respōdeat: qđ uario qđq; reciproco mētis impulsu: mō huc rapit: modo il-  
luc: nusq; tot<sup>o</sup>: nusq; un<sup>o</sup>: secū ipse dissentis: se discepēs. Nā ut silē reliq; mot<sup>o</sup>: uelle: nol-  
le: amare: odisse: blandiri: minari: irridere: fallere: fingere: iocari: flere: misereri: parcere: irasci:  
placari: labi: deisci: attolli: titubare: subsistere: p̄gredi: retrouerti: inchoari: desinere: dubita-  
re: errare: falli: nescire: discere: obliuisci: meminisse: inuidere: cōtemnere: mirari: fastidire: des-  
picere simulq; suspicere: & quæ sunt eiusmodi: quibus utiq; nihil incertius fingi pōt: quibus  
ue sine ulla requie ab ingressū usq; ad exitū fluctuat uita mortal<sup>o</sup>. Quānā tandē illa passio-  
num quattuor tempestas ac rabies: Sperare seu cupe & gaudere: metuere & dolere: quæ rez  
inter scopulos p̄cul a portu misere: alternis flatib<sup>o</sup> aīm exagitāt: quas alijs fortasse imo certe  
aliter: sub uno ne integro quidē yficulo: & ut Augustino placet: notissima ueritate Virgili<sup>o</sup>  
strinxit: de quib<sup>o</sup> ad utrāq; partē & plura quidē & pauciora dici posse scio. Ver<sup>o</sup> ego nec bre-  
uitati admodū studui nec copīa: sed quæ de cōi uita hoīm: quo se obtulerūt ordine scriptis  
inserui: ne legentē uel inopia uel fastidio fatigarē. Neq; uero te moueat fortunæ nomen: non  
tantū in ipsi inscriptionibus: sed in opere repetitū. Sæpe quidē ex me quid de fortuna sen-  
tiam audisti. Sed cū his maxime qui doctrina minus fulti essent hæc necessaria præuiderē:  
noto illis & cōi uocabulo usus sum: non inscius quid de hac re late alijs: breuissimeq; Hiero-  
nym<sup>o</sup> ubi ait: Nec fatū: nec fortunā: cōis ergo acies: suum hic loquēdi morem recognoscet:  
Docti autē qui perrari sunt: quid intendam scient: nec uulgari cognomine turbabunt. Biper-  
titi sane operis pāssionum ac fortunæ de parte altera quæ uisa sunt dixim<sup>o</sup>: de altera quæ de  
hinc uisa fuerint: dicemus.

Explicet Epistolaris Præfatio.

## De deformitate Corporis:

**Francisci Petrarchæ Poetæ Oratorisq; Clarissimi: cōsolatiui operis sui ad Azonē de Remedijs utriusq; fortunæ: Liber secūdus de Aduerſa fortuna disputans: foeliciter incipit.**

A



De deformitate corporis: Dialogus Primus. **CDo.**

**C** Gisse mecum nimis illiberaliter naturam queror: quæ deformem genuit. **CRō.** O quot faces extinxit: quot occurrit incēdijs. **CDolor.** Deformē genuit natura. **CRō.** Non dedit quod delectet: si quod proſit dedit: ſatis eſt: mitte querelas. **CDo.** Nō dedit formæ gratiā natura. **CRō.** Dare noluit quod ægritudo corrūperet: quod ſeneſtus eriperet: Dedit forte quod nec mors ipſa cōtingere audeat. **CDo.** Formā corporis natura negauit. **CRō.** Si formam animi largita eſt: maximi debitor: exigui repulſam alta mente deſpicito: & offenſam ſpeculi cōſcientia ſolare. **CDo.** Inuidit natura formā corporis. **CRō.** Non inuidit ſed erubuit dare qđ quotidie minuat & pereat. Vera liberalitas manſuro munere noſciť. Putria & caduca auari etiā donāt: Forma fugax & fragile naturæ donū paucis ad utilitatē: multis ad pnciem: nulli ad ſalutē uerāq; gloriā data eſt. **CDo.** Forma mihi corporis negata eſt. **CRō.** Raro admodū forma inſignis honeſtaſq; uno ſubſtare habitāt: Bene tibi accidit ſi peiori excluſa: hoſpes melior tecū eſt. **CDo.** Nullū formæ decus obtigit. **CRō.** Quid hīc doles: aut quid penitus ſancū piūq; animo uoluis: In qđ tibi neceſſariam aut oīno uſui & nō potius impedimēto eſſe corporis formā putes: Multos forma fecit adulteros: caſtū nullum. Multos per lubrica uoluptatū duxit ad infamē mortē qui deformes ſine dedecore periculoq; uixiſſent. Et quid multos dixit: Innumerabiles in diſcrimē: fere omnes in crimē trahit. **CDo.** Cur me deformē genuit natura: **CRō.** Ut ipſe te ornare ac formoſum faceres ea forma quæ tecū eſſet in ſenio: in grabatulo: in feretro: in ſepulchro: eſſetq; tua nō naturæ laus aut parentū. Pulchrius eſt pulchræ fieri qđ naſci. Illud em̄ caſus: hoc ſtudij eſt. **CDo.** Corpis multa deformitas me præmit. **CRō.** Deformitas quidem hæc apud quosdā inſoelicis quædā portio eſt. Tu crede dicentibus: nō deformitate corporis foedari animū: ſed pulchritudine animi corpus ornari. Non te hoc igiť inhoneſtat aut præmit: ſed honeſtandi animi materiam aſſurgēdiq; aditū p uirtutes aperit. **CDo.** Deformem natura parens genuit. **CRō.** Si deformem Helenā genuiſſet: uel: ut uiros loquer: ſi deformem Paridem: fortaiſſe Ilion adhuc ſtaret. **CDo.** Deformis in lucem aeditus queror. **CRō.** Pauci boni formam corporis amarunt: nullus optauit: quidam etiā proiecerūt: Qđ feciſſe laudatur ille Thuſcus adoleſcens qui præclari uultus eximiā ſpeciem: quā ſuſpectam multis aduerſamq; famæ ſuæ ſenſerat & pudicitia alienæ: illatis ſibi ſponte uulneribus deformauit: qđ tibi diſſimilis qui id optes qđ ille ſibi abſtulit: & q̄ rari nunq; innocue uſi ſint. **CDo.** Forma careo. **CRō.** Tutius eſt caruiſſe quo in experimentum tui anceps ac laborioſum ſape uenturus ſis. Multis forma nocuit: cunctos exercuit: quosdā poſt inſultus uarios molliuit & uinci faciles dedit atq; ab honeſtate tranſuerſos in culpam truliſt. **CDo.** Deformis & breuis nimiū ſtatura eſt. **CRō.** Non eſt ut reris proſequendū querelis incōmodū: lōge conſpectior eſt ſtatura: breuis expeditior agiliorq;. **CDo.** Statura per breuis eſt. **CRō.** Quid uetat: ut in parua domo magnū uiuē: ſic in paruo corpore magnū animum habitareſ. **CDo.** Corpus exiguū eſt. **CRō.** Id ſc; lamentaris qđ te ipſo nō es ornatus ſed leuis & facillis & ad cuncta uerſatilis. **CDo.** Perexiguū eſt corpus. **CRō.** Quis unq; de exigua cōqueſtus eſt ſarcina: Iuſta Hercle dolendi cauſa qđ non præſſus mole corporea ſed indutus: neq; ipſe tibi tædio ſed uſui ſis. **CDo.** Contemptibili ſum ſtatura. **CRō.** Ut glorioſum nihil niſi uirtus: ſic contemptibile nihil niſi uitiū. Nullā uirtus reſpuit ſtaturā. **CDo.** Exigua corporis ſtatura eſt. **CRō.** Nō ſtaturā corporis uirtus exigit ſed animi. Hæc ſi lōga: ſi recta: ſi ampla: ſi magnifica: ſi decora ē: ſit illa altera q̄ liſcūq; nihil ad rē: Nō ſolū domi ſed ne militia quidē niſi magis obeſſe uidereť. Noſti ut Mari<sup>9</sup> ſumus dux: nō lōgos ſed toroſos & ualidos milites eligebat. Id qđ foelicit: qđ cōſulto faceret: crebre & ingētes indicāt uictoria. Habet corpore pceritas maietaſtis pluſculū: nō uigoris. **CDo.** Breuis eſt ſtatura. **CRō.** Hæc nō impedit quin uir bonus & magn<sup>9</sup> eſſe poſſis. Inſup & rex ſi ſors tulerit & impator. Et ſi em̄ African<sup>9</sup> Scipio ceſſus corpore: Iulius Cæſar ſtatura fuerit excella: breui tamē Alexander Macedo & Auguſtus Cæſar: nec eorū magnitudini breuitas obſuit: nec detraxit famā. **CDo.** Vellē eſſe

D

E

altior & maior. **CRō.** Assurge aīo: cresce uirtutibus: maior eris atq; altior. Hoc utilius: hoc facilius incrementū. **CDō.** Cuperē esse formosus. **CRō.** Disce amare atq; optare meliora. Stultū ē amare periculū suū: Stultū optare qđ nullo studio quāri pōt. Nēpe si cōtra naturā formosus fieri studeas: nil ultra proficies q̄ ut deformior uideare. **CDō.** Formosus esse ne quicq; nitor. **CRō.** Nitere aut bonus esse: Id nō frustra em facies. Hoc iter multa prācipuū uirtus habet: quāri potest: eripi nō potest. Cū reliqua in arbitrio sint fortunæ. nec obstāte illa quāri ualeant nec seruari: Sola uirtus fortunæ legibus libera est atq; illa oblucente clarius nitet.

## De Imbecillitate: Dial. II.

**CDō.**

**D**atura me genuit imbecillē. **CRō.** Ut in putri uagina ensis ferreus: sic in fragili corpore fortis sæpe animus latet. **CDō.** Imbecillis natus sum. **CRō.** Nō eris idoneus uectandis oneribus aut aruo fodiēdo: sed honestis studijs sed iustis imperijs. Sic in nauī robustior quisq; remum agit: at prudentior clauum regit. Vita quasi nauis reze fluctibus & mūdi pelago iactata suos remos habet suūq; gubernaculū: A uilioribus repulsus officijs ad nobiliora cōuertere. **CDō.** Imbecillum genuit natura. **CRō.** Quid si robustissimū genuisset: An perpetuū robur erat: an nō robustior senectus & robustior ægritudo: Ut si eā casus innumeros qui repente totū hoīem debilitāt atq; eneruant: Animi robur optabile est: qđ nec dies minuit nec fortuna. **CDō.** Corpe imbecillis sum. **CRō.** Animū foue atq; exerce suis artib; quas meliores esse diuturnioresq; nō ambigis: Laborē corporis linque ruri/colis: nautis: fabris. **CDō.** Nullæ mihi ab origine fūere uires. **CRō.** At id ipsum nō habuisse: q̄ perdidisse tolerabilius est. Nempē si fuissent nō mansissent: Nam & Milonis senuerūt uires: & Herculis senuissent. Non sic Socratis: nō Solonis: nō Nestoris: nō Catonis. Melioribus utere: Nil potest delectare magnū aīm qđ nō duret. **CDō.** Corpusculū imbecille est. **CRō.** Si organū inhabitanti aīo sufficiens fuerit: satis est uiriū. Corpus nāq; ppter animi seruitiū fecisse naturā: Nemo tam corporis seruus est qui nesciat id si proprio munere fungitur: Quid accusas seu quid amplius requiris? Nam qui ingenio fragiles: corpore prāualēt: hi baluis proxime accedunt: & sæpe qđ miseræ est: alijs seruiunt. Sæpe uero qđ miserrimū: atq; ubi humanæ miseræ summa est: animū ipsi suū seruire corpori suo cogunt seruitute fœdissima. **CDō.** Corpus inualidū est mihi. **CRō.** Vera & generosa uis hominis i animo est. Corpus est quasi quādā domus animi: q̄ robusta: q̄ fragilis: nihil ad hospitē: paucor; prācipue diez; modo ne corruat: tunc migrādī necessitas in aliud: idq; perpetuū domiciliū hinc exclusos transfert. Plus dicerem si plus capere posses: nec uulgarī strepitu prorsus obsurdurisses: Corpus ipsum nō animi domū esse sed carcerē: nec amicū certe sed domesticū hostem: cuius tibi fragilitas sit optanda quo tu liber maturius sis ac uictor. **CDō.** Nullæ sunt mihi uires. **CRō.** Nullæ penitus dū ualeas: nō sunt: q; si nō uales: alia est querela. Non ergo nullas uis dicere: sed paruas uires. Non es robustus: ut ille coætaneus tuus: neq; is: ut ille alius: neq; ille ut bos utq; elephas: Suū cuiq; uiriū modus est: cuiq; qđ sat esset indulgētior natura distribuit parens optima: & suoz; fœtuū amātor q̄ quisq; sui. Nō potestis de defectu queri: de imparitate querimini. Turbidū genus & querulū: qua sublata mūdi decor intereat necesse est: sic qđ optimū est in rebus id fertis ægerrime.

## De aduersa Valitudine: Dial. III.

**CDō.**

**A**d aduersa ualitudine est. **CRatio.** Quod expectabam audio: cognatæ etenim sunt querelæ. At si caro spiritui hostis est: uicissimq; contra se militāt: Quod in se experitus ille magnus ueri amicus: in omnibus uerum dixit: consequens est: ut quod alteri obest: profit alteri. Quod si spiritus carne nobilior meliorq; est: cui maxime sit fauendum uides ac fortassis intelligis ualitudinem: quam aduersam dicis esse prosperrimam. **CDō.** Inualida ualitudine est. **CRō.** At est ualida hortatrix parsimoniz: dehortatrixq; libidinum: & magistra modestiz. **CDō.** Mala ē ualitudine corpis. **CRō.** Si ualitudine animi bona est: pone sollicitudinem: quicquid corpori euenerit: saluus es. **CDō.** Corpus ægrum infirmumq; est. **CRō.** Multis ad salutem animæ profuit corporis ægritudo. Ille uir altus ex humili: ex aquis uectus ad sydera: cœliq; clauiger effectus: cuius umbra sola morbos corporis molestiasq; pellebat: Interrogatus aliquando cur filiam ipse suam graui morbo præssam sineret: respōdit: Sic expedit ei. Tu quid scis: an & tibi sic expediat? **CDō.** Diu corpe sic affectus sum. **CRō.** Ille idē de q loqr; filiā mox ut tuto sanā fieri posse cognouit & sanauit: & sanādis alijs habilē fecit. Et tu facito ut secura tibi sanitas tua sit: fortasse sanabere. Deniq; qđ tuū est: ani

## De ignobili Patria: Dial. III.

**C** mum cura cœlestiq; medico curandū offer. De reliquo unū hoc intrepide dixerim: & si non quod iuuat: at profecto quod expedit spera. ¶ **Do.** Valitudo anxia est. ¶ **Rō.** Est quæ obliuionem somnumq; discutiat & torporem abigat. ¶ **Do.** Valitudo infirma est. ¶ **Rō.** In infirmitatibus gloriare & uirtutem perforce: Duo hæc unius magistri ore didicisti. ¶ **Do.** Valitudo misera est. ¶ **Rō.** Comes iniucū da: sed fidelis quæ te crebro uellicet: iter signet: & cōditionis admoneat: optimū in periculis: monitor fidus. ¶ **Do.** Valitudo corporis extrema sine remedio est. ¶ **Rō.** Sile & gaude: ruinoso carcere uinctū te: egrediere facilis ac citius.

### De ignobili Patria: Dialogus III.

¶ **Do.**

**A** **I**gnobilis patria ciuis sum. ¶ **Rō.** Esto tu nobilis: Nam nil uetat: nihil cum patriæ nobilitate tua nobilitas mixtum habet. ¶ **Do.** Paruæ urbis incola sum. ¶ **Rō.** Et magnæ urbes paruos ciues habent: Immo fere ex his constāt: & paruæ maghos quosdā habuere. Quin in syluis abiectus ac nutritus Romulus: omnīū urbiū reginā urbem Romam condidit: quā euertere uoluit in maxima urbe genitus Catilina. ¶ **Do.** In exigua patria natus sum. ¶ **Rō.** Magnificare illam stude. Nihil æque ciuitates amplificat ut ciuū uirtus ac gloria. Qui hoc ædificijs aut fertilitate melius atq; opibus fieri putat: fallit: ut singulos uiros: sic & urbes & regna & imperia: non uetustas: non turres ac mœnia: non plateæ: non palatia ac templa marmorea: non statuæ: non picturæ: non auræ: non gemmæ: nō campi legionū & classium pleni portus: non peregrinis referta mercibus emporia: & lucri amore æquor omne sulcatū: non postremo ciuū forma uel numerus: non reꝝ copia exundansq; cibus forꝝ: non purpureæ chlamydes uiroꝝ: onustæq; miris cultibus: non fastus: non delicia: non uoluptates: sed uirtus sola nobilitat: gestarumq; reꝝ fama quam uiri pariunt: nō muri. ¶ **Do.** Parui municipij ciuis sum. ¶ **Rō.** Nescis Biantem Prienneum fuisse: Pythagorā Samium: Anacharsim Scytham: Democritum Abderitē: Aristotelem Stragyritē: Theophrastum Lesbium: Tullium Arpinatem. Chous Aegæi maris breuis insula: & poetam nō ignobilem Philem tulit: & medicorꝝ patrem & sculptorꝝ ac pictorꝝ principes: Hippocratem scꝝ & Phidiam & Apellem: ut intelligi possit ingenioꝝ magnitudini locorꝝ angustias non obstare. ¶ **Do.** Ignobilis est patria. ¶ **Rō.** Nobilitare tu illam pro uirili parte si uelis: potes cū te illa facere non possit ignobilem. Nec Numæ quidem Pompilio ad Romanū regnum: nec Septimio Seuero ad Imperiū obstitit soli natalis humilitas. Summo hominū Augusto: & si recens Romana: quia ipse scilicet ī palatio natus sit: origo tamen gentis antiquior ueliter na est. Gaio Anthias: Vespasiano autem uici incogniti Reatinī. Contra uero Larissæam famam uulgauit Acacides: & Peleum a sæculis fuscū nomen atq; humile: quod Philippus erexerat: Alexander ad cœlum tulit. Non satis est ciuibus obscuritatem patriæ non nocere: nisi ciuium claritas patriæ proficit. Asylum ignobile atq; opus pastorij Roma fuit: quæ non ante claresceret q̄ res illam gesta & suorꝝ uirtus excellens ciuū illustrasset. ¶ **Do.** Obscuræ patriæ sum addictus. ¶ **Rō.** Lumen uirtutis accende: quo inter tenebras enitescas: in quibus hoc saltem boni erit: ut uel parua luce clarissimus uideare: sic uel illa te clare faciet: uel tu illā. ¶ **Do.** Humilis patriæ habitator sum. ¶ **Rō.** Esto & tu humilis habitatorq; tui animus humilis sit. Habes publicæ matris exemplū: ne te nido latius extendas nisi his tantum quas tibi uirtus alas fecerit. His em̄ uti licitū: uosq; foeliciter cōplures modo diximus. Proinde mortalis hoc saltē insolentiæ frenum tene. Quidam de sola patriæ nobilitate superbiunt: Stultum genus.

### De Originis obscuritate: Dialogus V.

¶ **Do.**

**A** **O**bscuris parentibus natus sum. ¶ **Rō.** Non est forsan ut tu reris odiosa cōditio: nescio an & optabilis ignobilem nasci: utrāuis uitæ uia spectes. Nam seu uoluptatibus obseq; uulgiq; uestigijs tritū iter seq; statuis excusabilior fiet ueri ducibus domesticis carens error: cessabitq; improprium illud acerrimum degeneratium a parentibus claris: eo q̄ nulla tibi domi sit claritas quam obscures. Sin uirtutis semitā raro pede signatā eligis: eo clarior fies: quo maioribus tenebris præssus ac circumuentus emerferis: tota claritas tua erit rerum particeps tuarum ullus occurret. Nullam partem gloriæ decerptura erit imitatio: Nihil tibi parentes eripient: nihil aui proauiq;: nihil consularij ac magistris: Quicquid bene gesseris: solus inde famam metes: solus inde laudaberis: solus auctor generis fundatorq; uocaberis: quod non fieret si nobilis natus esses. Vides ne igitur quanta tibi nouæ laudis occasio data est: Nobilem per te fieri: & nobilitatem dare non accipere. Dabis hoc posteris tuis ut nobiles nascantur: quod parentes tibi non dederunt tui. Plus

# De Originis obscuritate: Dialogus V.

est multo nobilitatem fundare quæ fundatam ab alijs inuenisse. ¶ Dolor. Noua & rudis origo est. ¶ Ratio. Atqui clarior est habitus ille pastorius urbis Romæ conditor: quæ in syluis arcem posuit: & facili culmo exiguum ac squalentem regiam textit: quæ tot postea principes qui ingentia testudinesque marmoreas atque aureas erexere: tãta semper nouitatis egregia ac magni principis laus est. ¶ Do. Ignobili primordio genitus sum. ¶ Rõ. Stude ut sis nobili. De principijs enim labor: de fine fructus: qui si immaturus carpitur: longæ esse non potest. ¶ Do. Radicem gloriæ præcidit ignobilitas. ¶ Rõ. Non præcidit quidẽ: sed infodit altius ut ualidior licet ferior surgat. Cæteræ non ignobiles modo sed ignotos ex omni genere hominũ dabo: qui uirtute atque industria euasere notissimi. Et sane si ueræ nobilem uirtus facit: non intelligo quid quæque uolentẽ fieri nobilẽ impediatur: aut quid ita facili sit nobilitate alios quæ seipsum. ¶ Do. Ex ignobilibus parentibus descendo. ¶ Rõ. Quid Socrates: Euripides: Demosthenes: quorum primus marmorarium patrem habuit: obstetricem matrem: secundus matre patremque: ultimum non solum humilibus sed incertis. Vester ille Virgilius rusticanus parẽtibus fuit: Nec se libertino ac præcone patre natum Flaccus erubuit: Ambo tamen ad insignẽ gloriam & summi principis gratiã peruenere: usque adeo ut cui reges omnes colla submiserant: cuius e manibus magna omnia poscebantur: atque unde omni ferme mortaliũ præcipueque nobilium spes pendebant: cuius demum familiarem promeruisse noticiã summis licet hominibus summum erat: Ipse horum duorum ignobilium: quos Romã scilicet Mantuanum Venusinumque rus miserat amicitiam & conuictum: ceu grande aliquid blandis ac dulcibus epistolis flagitaret: & quæ multos tunc in palatio nobiles ut sæpe sunt inutiles atque indoctos credimus fuisse: quibus horum nobilis ignobilitas atque inuidiosa: nec immerito uideretur. ¶ Do. Parentibus sum obscuris. ¶ Rõ. Non mouent animũ hæc exempla: Altioribus agam. Marcus Cicero: sum de illo scriptum est: ex ordine natus equestri de radice humili per egregias artes perque honestos gradus ad consulatũ uenit: quo necscio an alter unquam salubrior reipublicæ consulatus fuerit. ¶ Do. Rustica & ignota patris series est mihi. ¶ Rõ. Sordent hæc ut uideo: Altius etiã nunc aspiras. Certe & Marius rusticanus uir: sed uere uir ut cõciuis suus ait Cicero: diu arator apud Maros fuerat: Romæ septies consul fuit: Tanta gloria: ut bis Italiã obsidione & metu seruitutis liberasse eum compatriota licet idem suus uere dixerit: Et Marcus Cato plabeia uir originis paruique oppidi diu quidẽ obscurus incolã: post in maxima urbe clarissimus aduena: mox ciuis eximius & consul & censor fuit. Si ne id quidẽ satis est & fortasse regnum cogitas: Profecto neque illud sperare suffragio meritorum humilitas uetat: originis: Tertium & quintum & sextum Romanorum regum ad memoriam refer: Tullus Hostilius: ut probati perhibent auctores: & si apud alios de illo tale nihil scriptum sit: infans in agresti tugurio educatus: in adolescentia pastor fuit. Tarquinius Priscus patre negociatore aduena: nec Italicæ insuper originis. Seruius Tullus: serua: quæuis: ut alij uolunt: captiua quidẽ: alioquin pro nobili matre natus: uirtute regnum Romæ meruit. Nec miraberis si Platonicum illud tenes: Neminem regem non ex seruis: neminem seruum non ex regibus descendere. Sic res hominum: longa ætas ac fortuna permisit. Sileo cæterarum reges gentium: e pecudum gregibus uilissimarumque arcium tabernis ad inopinum subito diadema subuectos. Alexander Macedo hortulanum in Asia regem fecit. Et fuit ex illis actibus laudatis iste non ultimus. Contraque alios sileo: e regni fastigio ad seruitum usque prolapsos. Sic suas res fortuna moderatur: tamen plurimum potest uirtus. Per illam tunc conscenditur ad supremos gradus: cuius calle deserto: sciant reges se in tremulo stare: neque descensum modo insitare sed ruinã. Quæ nam igitur: ut ad te redeam: ista calamitas nascendi: cui nec spes regnandi eripitur nec successus. ¶ Do. Obscura de radice prodeo. ¶ Rõ. Omnis radix obscura & squalida est: unde tamen & floridi & frondentes rami prodeunt: Non unde quicquam prodierit: sed quale sit quæritur. ¶ Do. Parentibus infimis natus sum. ¶ Rõ. Sentio summum ad imperium stilum uocas. Septimius Seuerus de quo supra diximus: equestris & ipse ordinis: Helius Pertinax & ipse libertini filius: & lignorum uilis utique negotiator mercis: uterque Romano præfuit Imperio: Cui & Philippus pater ac filius Arabes humillimi generis: & Maximinus & Maximus præfuerunt. Obscurissimus ille parentibus ac barbaris: quorumque cum arrepto imperio puderet: hic ferrario an lignario patre genitus incertum. Certe Vespasianus inter bonos principes numeratus: e non clara stirpe clarissimus: & reipublicã gessit eximie: & duos ex ordine filios successores Imperij uirtutis unum habuit: Quæque quid minora persequimur: cum super ipsius Augusti Cæsaris origine ambiguitas multa sit: Summa est humanæ cursus sortis origine non præuerti: Undecumque licet assurgere: seu fortu-

B

C

D

E

## De obscœna Origine: DIALOGUS VI.

**F** na manum porrigat seu uirtus. ¶ Do. Humile nimis atq; infimū gen<sup>9</sup> est. ¶ Crō. Quod ad humanæ potentia gradum spectat: exempla posuimus: quibus iam iri altius nō possit: unū restat: non imperio aut regno sed suapte alia quadā maiestate memorabile: Ventidi<sup>9</sup> bassus esculanus: matre humili: patre ignoto: capta patria: iam pubes in triumpho Gnei Pompeij Strabonis: qui Pompeij magni genitor fuit: inter captiuos alios ductus. Idem postea uariā te fortuna: dux pōpuli Romani contra Parthorū regem & antiqua potentia & recenti uictoria insolētem: fœlicissimo pugnavit euentu: & filio regis interfecto: cæsisq; hostiū legionib<sup>9</sup>: quod ad eū diem nulli Romanorū ducū fata pmiserāt: insignē illam Romanorū stragem: & Crassorū mortem magnificentissime ultus: ipsum in quo uictus alienos currus ornauerat: ac carcerē uinctus intrauerat: uictor ac triumphans capitoliū proprijs curribus honestauit: & Romanū carcerem acie captiuorū hostium impleuit. Et quo gratius spectaculū esset mirabiliorq; uictoria: eodē ipso die parta erat reuolutis annis: quo clades illa terribilis ap<sup>d</sup> Carras accepta fuerat. Quis ambitiosus adeo tamq; auidus regni est: ut non hanc gloriā sine regno q̄ ingloriū regnū malit: Et qd oro nocuit Ventidio ad fœlicitatē & ad summū decus: q̄ humiliter natus esset: & prima ætate fortuna humili usus ac misera: Certe uir<sup>9</sup> esculi despectū Roma suspexit: & claris suorū ciuiū nominibus illud peregrini fuscū nomen inseruit. Hæ sūt ad ascensum scalæ: hi uirtutum gradus: quibus nō ad gloriā modo altioremq; fortunā nitēdo: sperando: uigilando: sed ad cœlū usq; peruenias. Proinde & tu natus humiliter: ut conscendas enitere: primū & ultimū uirtutis in uestigio pedem figens: nec declinās alicubi: nec subsistens. ¶ Do. Humile principiū fuit. ¶ Crō. Illud præterijt: quæ sequunt cogita: Nec me latet: ut primus & ultimus uitæ dies quibusdā uisi sunt humanæ conditionis statū maxime moderari: siue: ut ipsi dicunt: continere: De ultimo nempe cōsenserim: de primo aut non ita. Et si em̄ ut ipsi uolūt: plurimū intersit: quibus auspicijs inchoet: Et si cū his sentiens Satyricus: ubi de ipso loq̄t Ventidio ita scripserit. Discas em̄ quæ sydera te excipiāt: modo primos incipientem ædere uagitus & adhuc a matre rubentē: Nos tamē ista respuim<sup>9</sup>: & hæc auspicia: & hanc tantā syderū uim negamus: conditori almo syderū omnia relinquētes: a quo creatum nullū penitus ab hoc uirtutis & fœlicitatis & gloriæ calle secludimus. ¶ Do. Humilitas generis multa ē. ¶ Crō. Quid tu autē: Multā ne superbā esse malles: Aut quid hinc tibi nunc deesse sentis: nisi ne fumosis imaginibus atriū truncisq; statuis: bustūq; familiæ semel plēnū titulus spectaculo prætereūtibus: tibi insanix sit: qua in triuijs de his quos non no ueris elato supercilio fabuleris: ¶ Do. Ignobilis natus sum. ¶ Crō. Ignobilem non nasci tātum sed & uiuere quibusdam fœlicitas uisa est. An in Tusculano saltē a Cicerone positū nō legisti illud potentissimi regis anapæstum: qui laudat senē & fortunatum esse dicit: q̄ inglorius sit: atq; ignobilis ad supremū diem peruenturus.

**A** De obscœna Origine: DIALOGUS VI. ¶ Do.

**O** Rigo nō tantū humilis sed obscœna est. ¶ Crō. Vera & summa obscœnitas una est animi: Illam si dempseris pulchra sunt omnia. ¶ Do. Male natus sum. ¶ Ratio. Qui bene uiuit bene nascit: bene morit. At qui male uixerit bene natus esse nō potest. Nā quid refert q̄ fulgido tramite cæcus incesserit: aut quid refert unde uenias: si in miseriam & in culpā uenis: ¶ Do. In peccato genitus sum. ¶ Crō. Desiet hoc quidē ille uir maximus. Et profecto nemo nō in peccato nascit. Cauete aut grauiora supaddere: q̄ q̄ ne his q̄ purgatio sua desit: sed prima illa deformitas in ipso sæpe uitæ limine sacris undis abluit: ne ueusq; aīam candor subit. ¶ Do. Male me parentes genuere. ¶ Crō. Quid ad te quisquis male genuerit: tu bene genitus fuisti: nisi alieno flagitio tuū iungis. ¶ Do. Fœdæ pudet originis. ¶ Crō. Iā q̄ alieno tumescitis nō miror: & alieno simul erubescitis: Et oīno ubiq; poti<sup>9</sup> q̄ in uobis & bona & mala uestra reponitis: quæ alibi tamen q̄ in uobis esse non possunt. Q̄ nisi pudendum ipse aliquid pœnitendum ue egeris: quod tuum crimen: aut quis pudor impudicus pater: tu modo ne paterni dedecoris hæreditatem adeas caue: atq; illi dissimililimus hac in parte fieri stude. Qui te ignarum genuit: inuito tibi suas maculas impræfisse non potuit. In te sit & ex te prodeat necesse est unde obscurus aut clarus fias. ¶ Do. In honestis parentibus in lucem ueni. ¶ Ratio. Omnis parens honestus filio uideri debet: sed non ut uerendus: sic sequendus omnis filio parens: Est ubi deseruisse consilium sit. Eia igitur in diuersum abi: si uerus est parens deseri uolet: seq; non suum uitium amari optabit. Vnus hic inuentus est modus: quo parentum nomen præmere & calcare gloriosum filijs ac decorum sit uiuendo aliter: castius scilicet ac sanctius. De parentibus inhonestis lingua filij

**B**

## De Seruitute: Dialogus VII.

taceat: dissimilitudo uitæ: moræ: actuum non taceat. Pulchra laus filij: cui a tergo dicitur: O  
 quātū sene suo modestior adolescēs: Cōtraq̄ nulla grauior senilis nota lasciuia: q̄ admota  
 illi pudicitia iuuenilis: Equidē si parentū gloria filijs male uiuētib⁹ onerosa est: quāto falce  
 uerecūdiæ filioꝝ laus patrum male uiuentium præmit infamiam. **CDō.** Damnata de uene  
 re procreatus sum. **CRō.** Atqui malle debes impudici patris honestus filius esse & dici: q̄  
 honesti impudicus. In omni enim seu laude seu uituperatione illa præcipue æstimanda sunt  
 quæ cuiusq̄ sunt propria. De alieno nemo iuste reprehendit seu laudat: Et si ut dixi: uestrū  
 quicquid id est: conspectus fiat suo contrario admotū. Ceterū ut cuiusq̄ propria laus aut  
 infamia est: sic laudis aut infamiæ propria causa sit oportet. Neq̄ uero ut unius gladio alter  
 perit: utq̄ unius flāmis res alterius urit: sic unius culpa etiā fama perit alterius: eo q̄ animi  
 bona solidiora sunt q̄ corporis aut fortunæ: ut inuito nequeat possessore uiolari. **CDō.** Con  
 tra fas contractq̄ leges genitus sum. **CRatio.** Nil tu contra leges sed parentes tui egerunt: tu  
 scđm leges age omnia. In hoc quidē nullū reuoluit tuū crimen fuit: de ortu tuo alij: tu de mo  
 ribus tuis rationē reddes. Et q̄uis odio uagæ libidinis in imerentes filios ultio legū ciuiliū  
 extendat: deus tamē quenq̄ suis finibus metitur: nec filij iniquitatē patri imputat: nec filio  
 patris. Ipsam quoq̄ philosophiā iudicare aliter solitā: q̄ leges ab ipsis philosophis accepisti.  
 Legibus ergo oppressus diuinō simul ac philosophico iudicio releuat⁹: habes animū unde  
 soleris: Neq̄ em̄ tibi ut priuati patrimonij: sic publicæ yrtutis hæreditas iterdicta est. Illa em̄  
 institutis hominū: hæc meritis dat: & anteq̄ nascereris: ut nil gloriæ: sic profecto nihil infa  
 miæ meruisti. **CDō.** Origo illicita & incesta est. **CRō.** Quid de incestu: quidue de adulterio  
 nasci queat: indicio sūt Romulus & Alcides. Perfes Macedonia: Iugurtha Numidia: rex fu  
 it: uterq̄ legitimis fratribus regno exclusis: malo quidē more pessimisq̄ artibus sed exclusis  
 tamen. Alexander Macedo Philippi dictus: cuius uere sit creditus audisti. Deniq̄ Philippū  
 extremo uitæ Alexādꝝ nō suū filiū prædicare solitū: Idq̄ sibi ultro confessam Olympiadē:  
 hancq̄ ob causam repudio dimissam scriptores reꝝ prodidere. Cōstantinus ipse ex concubi  
 na genitus licet insigni præ legitimis fratrib⁹ ad Imperiū uenit. Adderem his Arturꝝ regem  
 nisi q̄ historijs miscere fabulas nihil est aliud q̄ mendacio ueri fidē iminuere. Ad summam  
 uero: nō est qđ te deficiat origo: Vndecūq̄ ortos uirtutis extulerit satis est gloriæ. **CDō.** Ma  
 le natus sum. **CRō.** Bene uiue: bene morere: qualiter natus sis: nec tuum est: nec meminisse  
 quidem potes: nec magnopere inquiras: quod ad te non pertinet: nisi forte ut humilior mi  
 tiorq̄: non ut mœstior sis. **CDō.** Turpiter natus sum. **CRō.** Morꝝ candor & claritas uitæ:  
 non maculas modos: sed memoriā om̄em fœdæ originis delebūt. Hoc remediū dum licet ar  
 ripe: aliud mihi crede nullū est. **CDō.** Pudet infamiū parentū. **CRō.** Pone hūc pudorem:  
 Vnus omniū pater deus: una omniū mater terra.

## De Seruitute: Dialogus VII.

**CDō.**

**S**eruus in hanc uitam intraui. **CRatio.** Ne doleas: liber egrediere uelis modo: sicut  
 multi qui ex aduerso intrarūt liberi: serui exhibūt. **CDolor.** Seruiliter natus sum.  
**CRatio.** Liberaliter uiue: meliore tui parte liberum esse nil prohibet: una est pec  
 cati seruitus grauiſſima: sed quæ præmere nescit inuitos: Illam excute liber eris. **CDō.** Ser  
 uum fieri uoluit fortuna. **CRatio.** Potest uelle cōtrariū: Et si morib⁹ suis utit: scis quid spe  
 res. Nosti monstrum illud: nosti ludos & præstygia: non liber modo: sed domini tui domin⁹  
 fieri potes: q̄ q̄ quid uelit aut quid nolit: nihil ad rem: ut sit inexorabilis: quod interdum est:  
 nullum illa tamen in animum ius habet. In omni autem aduersus illam certamine ab illius  
 hoste poscēdū auxiliū. Sæpe quē fortuna seruū: liberū uirtus fecit. **CDolor.** Seruitio præ  
 mor graui. **CRatio.** Iugum qui fert uolens leue efficit. Ostendam tibi leuimen unicum ac  
 peculium immortalē: dominiq̄ tui q̄uis potentis arbitrio exemptum: quod te liberum atq̄  
 ipso domino ditiores faciet: Sapientiæ studio incumbere: Illa te in libertatem asseret. Dictū  
 Catonis est a Cicerone firmatum: Solus sapiēs liber est: ea scilicet libertate qua certior nul  
 la est. **CDō.** Sub durissimis dominis uitā traho. **CRō.** Nulla re melius q̄ fide & obsequio  
 mollentur: & fortassis adeo ut quod multis accidit: inde tibi uētura sit libertas: unde te ser  
 uum luges: forsan & aliunde. Hunc siquidē temporalis dominus liberat: hunc æternus. Scis  
 quāto piculo Malchus minas heri psequētis euaserit: sed euasit tñ. Interim de dño sic cogita:  
 hic te nutrit tuiq̄ curā om̄em in se trāstulit: Cū libertate sollicitudinem amississe: quid nisi utile  
 damnū uoces: Multis serua libertas: multis est libera seruit⁹. Nō tam graue iugum hominū

## De Seruitute: Dialogus VII.

C
 Quis curam est: qui hoc excusserit: illud ferat æquanimis. Huic tu seruus: huic uni es deditus: immo hic tibi: hic tuus est dñs: imo procurator est tuus. Nō habebis honores equidē: nec labores publicos: non simulatū studijs: nō forēsibus procellis: & consilioꝝ uolubilitate rotaberis: non nauigij tarditas: non agri sterilitas aut annonæ caritas te torquet. Has molestias domino tuo linquēs: sæpe illo dormies uigilante. ¶ CDo. Difficilis & imperiosus est dominus. ¶ CRō. Non sine causa illi in fortē obuēnisse te in aīo tuo pone. Quicquid igit iustum iubet: deum ipsum iubere credito. Sin iniustū aliquid: maioris dñi meminisse cōueniet: qui ut te ad honesta quibus difficilia seruū patitur: sic ad inhonesta uult liberare. Sic intelligo quod glorioꝝ terræ ueræque fidei principū: alter seruos dominis carnalibus obedire per omnia: alter uero subditos esse in omni timore dñs præcipit: Illud adfciens: ut hoc non tantum bonis & modestis exhibeāt: sed etiā discholis: neque enim de dño iudicare seruū decet: sed mores eius qualefcunq; perferre. Quo enim immitior dominus: eo clarior patientia serui est. Et hæc est gratia cuius apud homines alter sit mentio: nec tamen ut mores pati: sic & imperia exequi semper oportet. Sunt enim quæ iustissime reculent: si imperio dñi superioris aduersa sint: Cui si conferatur hic tuus dñs: non dominus sed cōseruus habebis. Sic ergo per oīa dominis obediāt serui: si iusta præcipiūt: nō difficultas retrahat: nō labor: non obsequia uel negata præmia: uel quod est in rebus amarissimū: irrogata supplicia. In oib; obediāt: modo iniusticia atq; inhonestas abfuerit: Alioquin cōtumacia & libertas: atq; ipsum peccatū & iugulus iniquis præceptis ac turpibus opponēdus est: seruandūque memoriter: quod præmissorū alter ait: qui cum seruos obedire per oīa dominis præcepisset: addidit: Nō ad oculū seruiētes quasi homines placentes: sed in simplicitate cordis timētes dñm. Ex his uides status tui conditio quæ nam sit: Non totus est seruus qui ad indigna imperia cogi nequit. ¶ CDo. Superbo dño seruo. ¶ CRō. Quid scis an ille superiori domino seruiat? Foran uxori: foran meretriculæ: foran his ipsis quibus imperat: Quot suorū seruorū seruos undiq; cernim;? Postremo quæ durissima omnium est seruitus: forsan & ipse sibi: hoc est uitij & passionibus ac uiolentis affectibus suis seruit: Quid uis dicam? Pauci in ueritate sunt liberi: & si qui sunt: eo illis laboriosior uita est quo altior. Multo enim citius multoque facilius fidelis serui quam iusti regis implent officia. Diocletiani iam priuati & de præterito iudicatis: & experientia edocti dictū memorabile est: Nihil difficilius quam bene imperare: Propter quod uideri potest ipsum quidē imperiū dimisisse. Tu igitur sortem tuā lætus amplectere: fuscā fateor atq; humilē: sed facilem ac tranquillam: nisi forte foeliciorē reris in spectaculo anhelantem quam in cubiculo quiescentē. ¶ CDo. In seruitiū mea me fors impulit. ¶ CRō. Libēs facito quod oportet: Est & illud quocumq; notissimū: ac necessitatibus humanis aptissimū consiliū: Cupias quodcumq; necesse est: sic uim ipsam necessitatis eluseris: Fer fortunæ sarcinam patienter: quam quidā etiā sponte subiere: Utque alios seruitio liberarent: sibi seruitiū delegere. In quibus est clarissimū Paulini nomē Nola præsulis: cuius spontanæ seruitutis exitus foelix: ut debuit: fuit. Quidam paruo se precio uendidere: ut serui effecti suos dños peccati uinculis absoluerēt: atq; ad uerā reducerēt libertatē: in quibus Serapion quidā ægyptius heremicola nobilitatus est. Hæc tibi magis exemplum pſuerint quam tamēta. Expire & tu tale aliquid: quo uel utilis alteri: uel facilis tibi saltē seruitus tua sit. Non id quidē quod nō habeas optare: sed eo quod habeas bene uti sapiētis est. ¶ F

F
 lud oibus cōtingit: hoc paucis. ¶ CDo. Mortali dño mortalis seruo. ¶ CRō. Immortali serui re incipe: Ille tibi & libertatē spōdet & regnū: quibus & in hoc statu nec honestis artibus operam dare: nec sperare meliora sit ueritū: Et Terentius seruus fuit & didicit: haud seruili quidem ingenio & Comœdias scripsit: haud seruili stilo quo & libertatē & inter poetarū duces meruit locum. Quomodo ergo virtutem solidū animæ bonū seruitus impediēt: quæ nec aduenticia studia: nec externam gloriam impedire potest? Plato ipse in seruitiū delatus: tamē ut scriptū est: quia philosophus maior emēte se fuit: Generosa professio: quæ maiorem dño seruam facit. Et est haud dubie seruus eruditus: eo maior indocto dño: quo fortuna qualibet maior est animus: & in libero corpore serua mens habitat: & in seruo libera. Obstare seruitus potest fori actibus: non animi. Curia seruū respuit: at non uirtus: non industria: non fides. Titon Ciceronis seruus fuit: sed his artibus libertatem adeptus: elegantem de patroni iocis librum posteris liquit. Non potest seruus Imperator exercitus aut Senator esse: at philosophus: at orator: at uir bonus potest. Aliquando etiam discussio seruitio Imperator & Rex quocumq; Neque ad regnum modo & imperium ab hoc gradu peruenisse aliquos nouimus: sed ad cœlū ipsum. Non potest seruus militare homini: deo potest: eiusque militiæ stipendium

est regnare. Dei seruus rex est omnium: socius angelorum: horror demonum. Dei autem seruus & seruus hominis esse potest: atque ita celesti felicitati terrena seruitus nihil nocet. ¶ Do. Seruus sum. ¶ Rō. Si semper fuisti: consuetudo lectum leniat. Si minus: spera posse te iterum non esse quod quandoque non fueris. ¶ Do. Seruus sum. ¶ Rō. Si speras mali finem: minuat spes dolorem. Si desperas: patientia: neque malum malo cumules: neque te angas superuacue scies uolensque: quae totius humanae dementiae summa est. Sed certe nihil est desperandum: si cuncta defuerint: mors aderit quae te inuito domino dissoluat ac liberet.

## De Paupertate: Dialogus VIII. ¶ Do.

**P**aupertate pressus sum: assurgere nequeo. ¶ Rō. Sape quidem paupertas modestiam persuasit reluctanti animo: quodque nequaquam philosophia temptauerat: haec impleuit. ¶ Do. Paupertas meum limen obsidet. ¶ Rō. Non obsidet sed custodit: neque hoc in nouum aut insolitum: ut quae urbem Romam multis olim saeculis custodiuit. Inter tentoria equidem paupertatis sobriae atque sollicitae: luxus iners: sopor marcidus ac uitia languida & eneruata non subeunt. ¶ Do. Domum meam paupertas inuasit. ¶ Rō. Vltro illi ut occurras consulo. Venientem laeto animo bipotentibus ualuis excipies atque amplectens: prima enim frons terigidula ac subtristis: nec immerito uiatori ac uiro armato exaequata: eo quod celer minaxque sit aduentus eius. At cum in familiaritate admissa fuerit & minime sumptuosa & secura ac facilis hospes erit. ¶ Do. Foribus meis paupertas insultat. ¶ Rō. Aperi ocuis antequam uectes subita uis confringat: atque ostijs uullis a cardine uictrix introeat: ut enim resistentibus permolestia: sic cedentibus periuicunda est. ¶ Do. Domum meam paupertas irrupit. ¶ Rō. Aduersus fures & peiores furibus uoluptates peruigil excubitrix: Aduersus uulgi morsus & insulsa iudicia atque auariciae seu prodigalitati infamia: quae raro alibi quam locupletum sedet in limine: Ab his malis nullo melius ingenio custodiri potuit domus tua quam illam custodiret paupertas: Ut diues & si largus sit si quid tamen sibi reseruat: auarus uulgo dici solet: sic pauper cupidus quoque largus habebit. Inuidet opibus uicinia: pauperiem miserat. Illas cupit ac uituperat: hanc horret & laudat. ¶ Do. Domum meam occupat paupertas. ¶ Rō. Iam nullus tibi superbiae locus erit: nec inuidia: nec damnus insignibus: nec damnorum metus: nec suspicionibus mille: nec insidijs: nec nausea: nec podagrae diuitum hospitibus: Quibus exclusis habitatura latius tecum quies & tranquillitas & uirtus: Cui eo plus loci erit: quo fortunae minus. ¶ Do. Lares meos dura subijit paupertas. ¶ Rō. Quid queraris scio: Mollius diuitiae subijissent: sed paupertas tutius. Nullae autem opes sunt: quibus non sit anteponenda securitas. Cum ad felicitatem enim omnia quaecumque agunt cupiunt uel homines disponant: esse illa sine opibus quidem potest: sine securitate non potest. ¶ Do. Paupertate importuna diu praemor. ¶ Rō. Ut nihil importabile diu fertur: sic nihil breue difficile. Sed hoc dicis grauius: Excute autem illam cum diuitijs: an plus auro tribuis quam uirtuti: An & hoc in paradoxo stoicis non legitur: quod solus sapiens diues esse. An legitur forsitan sed spreuitur: quod plerique faciunt legentes: ut fabulentur ornatius: non ut melius uiuant: nihil ad honestatem: omnia ad scientiam atque eloquentiam referentes: quod nihil est uanius.

## De Damno passo: Dial. IX. ¶ Do.

**O**pes cunctas trux fortuna praeripuit. ¶ Rō. Non tibi fecit iniuriam: suum tulit: sed uetus & nota haec ingratitude est: dati immemores: meministis ablati. Itaque rarae ac tepentes gratiae: crebrae ac feruidae sunt querelae. ¶ Do. Fortuna ferox: uitae quoque necessaria subtrahit. ¶ Rō. Necessaria subtrahere potest nemo: quandoquidem uere necessarium est nihil sine quo bene uiuitur. Dico autem bene: non uoluptuose: non insolenter aut splendide: sed prudenter: sed sobrie: sed honeste: In quibus nullum sibi ius esse quam uis insolens fortuna fatebitur. Et certe cum nec toto quod est usque auro: neque omni gemmarum pompa atque omnigenum rerum copia: cupiditas expleatur: paucis admodum: & si desint: leui lingua uel manus artificio comparandis tollitur aut lenitur necessitas naturalis: sic uirtuti modicum: uirtuti nil sufficit. ¶ Do. Victum uestitumque necessarium auara fors negat. ¶ Rō. Aliunde petendum. Virtus liberalior quam fortuna est: nihil negat nisi quod & permissum noceat & negatum proficit: nihil eripit nisi quod habuisse damnosum amisisse utile sit: Non differt: non imperat: non retrahit manum: non rugat frontem: non attollit supercilium: nullum despicit: nullum destituit: nullum fallit: non saeuit: non irascitur: non mutatur: una semper & ubique est: nisi quod magis magisque degustata dulcior indies: & propius conspecta fit pulchrior. Ut sis igitur uerus diues: ab hac parte non te fastidiet nec repellat: quibus exerceat: difficiles habet aditus pri-

## De Damno passo: Dialogus IX.

**C** mos: cætera prona: iucunda: facilia. Semel uero ubi ad illã perueneris: nõ senties paupertatẽ.  
**¶ Do.** Spoliauit me bonis meis oibus fortuna. **¶ Rõ.** Fallit te opinio: malũ cõmune mortaliũ: Nam profecto nõ bonis: & ut bona permiserim: non tuis: sed quæ tua forsitan uulgi more credideras: Mirorq; si nondũ intelligis aliena. **¶ Do.** Fortuna me nudũ liquit atq; in opem. **¶ Rõ.** Virtus te uestiet: ni respuis ac ditabit: nisi forte pluris auæ & purpurã q̃ decoꝝ generosæ mentis habitum facis: Quod si faceres: tunc uere inopem nudũq; te dicerẽ. **¶ Do.** Contra fortunæ impetũ & inopiæ molestias nullo satis artificio tutus sum. **¶ Rõ.** Quid miraris: artificiu tuũ omne & arma quibus te tueri cogitas in manibus hostis sunt. Illa capulũ tenet: in te cuspis obuersa est. Si consiliũ quæris: his omissis age aliud: artibusq; illis ingenium applica in quibus fortuna ius non habet. Non diuitijs uirtus: sed uirtute diuitiæ quæruntur. Virtus una contra fortunã omnẽ contraq; pauperiem ars optima. Legisti ut ad littũ Rhodiũ naufragio eiectus Aristippus: & ipse nudus inopisq; reꝝ oim: quas dare potest fortuna uel auferre: dum locoꝝ nouitate captus: ut sit: oculosq; circumferẽs: forte illos in quasdã descriptiones geometricas defixisset: exclamãs consolatus est comites: & bono aĩo iussit esse: neq; em̃ desertis locis applicuisse: cernere se hoĩm uestigia: Inde oppidũ introgressus ad gymnasium litterarũ recto calle cõtedit: Atq; ibi philosophicis disputationib; admirationẽ primo: dehinc amicitias optimatum & munera meruit: quibus non tantum sibi sed etiã socijs uictum ac uestitum & profectiõni necessaria ministraret. Cuncq; digressuri quærerẽt: quid ille nunciari domi uellet: hoc unũ iussit: nunciarent eas opes filijs parandas quæ naufragio nõ perirent: quas nec maritima nec urbana nec bellica tempestas eriperet præclare. **¶ Do.** Reꝝ atq; animi inops sum. **¶ Rõ.** Primũ te expeditum: secundũ plane inopem facit & miserum. Sed ut Aristippi consiliũ: sic & Theophrasti dictũ te legisse arbitror: Quid uero lectio sola profuerit & meminisse oportet & in usus tuos lecta cõuertere. **¶ Do.** Domo: familia: necessarii atq; ornamentis omnibus spoliatus: quid agam: quo me uertam? **¶ Rõ.** Adeas opes quibus spoliari nequeas: quæ te undiq; comitatũ diuitẽ & ornatum præstent. Et quoniã ut uideo: excitanda memoria est: Theophrasti quod memorabã dictũ ad hunc se habet modum: Doctum ex omnibus solum: neq; in alienis peregrinũ: neq; amissis familiaribus & necessarijs inopem amicoꝝ: sed in omni ciuitate esse ciuem: difficileq; fortunã sine timore posse despiciere casus: At qui non doctrinarũ sed foelicitatis præsidijs putaret se esse uallatũ labidus itineribus uadentem: non stabili sed infirma conflictari uita. **¶ Do.** Patrimoniu paternum habui: perdididi: quid consilij capiam? **¶ Rõ.** Patrimoniu paternũ duplex: Alter; ex reb; pereuntibus: quod fortuna moderaẽ: ex uirtutibus & doctrinis alter; quod extra fortunã regnũ procul in tuto positum lædi nequit. Hoc est illud quod imprimis amantiissimi patres filijs tradũt: qđ nisi repudiet: eos i finẽ & post finẽ uitæq; exitũ: exornat possessorib; suis: non æquæũ modo: sed uiuacius multoq; perennius. Idq; attendens illa nobilis moꝝ & eloquẽtiæ & legum parens Athenarũ ciuitas: Cũ græcarũ omnium leges urbiũ indistinctæ filios ad præstanda parentibus alimenta compellerent: eos solos statuit ali oportere: qui liberos erudissent: q; hi soli patrimoniu certũ suis stabile relicтури essent. **¶ Do.** Multa mihi ad uitã desunt. **¶ Rõ.** Cui pauca sufficiunt: quomodo desint multa non uideo. Sed deesse uitã dicitis quod auariciã deest: Ita fit: ut non multa tantum sed omnia uobis desint: & quæ habetis & quæ cupitis: q; & illa tangere non audetis: & hæc assequi non ualeatis: utrobicq; par uel miseriam uel ægestas. **¶ Do.** Nimium pauper dego. **¶ Rõ.** Solare animũ comitibus magnis & illustribus: Valerius Publicola unus e Romanæ libertatis auctoribus: Menenius Agrippa Romanæ sequester pacis: unde sepelirentur quia de proprio non erat: de publico habuere. Paulus Aemilius Macedonũ regum uictor finitorq; regni famosissimi & antiqui: tam diues gloria: tam pecuniæ inops fuit: ut nisi agello tanti uiri uendito: restitui coniugi dos nõ posset. Attilius Regulus: Cneus Scipio: Quintius Cincinnatus Romani imperij defensores: tanta reifamiliaris inopia fuere: ut primus in Africa maximas res gerens: secũdus in Hispania. Ille propter uillici mortẽ: hic propter filia dotẽ missionem a senatu petere cogentẽ: & obtinissent nisi senatus reipublicæ consulens optimorũ ciuiũ succurisset inopia. Quintio autẽ quaterna agri iugera aranti: senatus & populi cõsensu rebus in extremis summũ imperium deferretur. His accedant Curius hortulo diues & Fabricius paruo potens: qui oblatas contempserunt diuitias: & nihil præter ferrum dextrarq; & animũ habentes ditissimũ: græciã regẽ ac potētissimũ Italiæ populũ domuere. Auro ipsi æque ac ferro inexpugnabiles & iuisti. Et quid loquimur ciues: cũ & ipse populus Romanus ois eximiæ fons atq; exemplar historia:

## De Damno passo: Dialogns IX.

tamdū bonus fuerit: ut dicere cœperam: q̄ diu p̄auper fuit. At libidinibus probrisq̄ Nerō obrut⁹: opes suas metiri ac dinumerare nō poterat. At Vari⁹ Heliogabal⁹ effœminatissim⁹ turpissim⁹q̄: hominū at uestri pudor imperij: uentris onus: dictu fœdum & auditu: sed pro fœda cupiditate mortalium forsitan non silendum: non nisi auro excipi dignabatur: cum nō superiorum modo talium uirorum cœnas: sed deorum sacra fictilib⁹ agi solere meminisset. O urbs misera ad tam turpes manus fatis lapsa uoluentibus: Sed o aur⁹ auaricia uotum ingens: O spes ultima & laborum terminus humanorum: in quos usus oculorum stupor ac mentium uertebaris. Laudarem factum: aut certe non arguerem: q̄ errori hominū tam ob scœno nulla aptior esset irrisio: si ab homine sanæ mentis id fieret. Nunc præclaras optandasq̄ diuitias: quis negare audeat: quæ si ferro ac scelere peti uelint: dū sic spretis optimis: sic pessimis affluunt: ¶ Do. Pauperem in laboribus uitam duco. ¶ Rō. Cleantes haurientē dæ aquæ & rigandis oleribus: Plautus sarcinas mola manuaria locare operas urgente inopia coactus est. Quantus ille philosophus: hic poeta: simulq̄ q̄ pauper ille hortulan⁹: hic pistor reliquias temporum necessaria debitas quieti: tanta animi uis erat: philosophicis ille uigilijs dedicans: hic scribendis quas uenderet Comœdijs. Lactantius Firmianus uir doctrinæ multiplicis: rariq̄ inter suos eloquijs: filij quoq̄ summi principis magister. Idem summa rerum omnium: etiam cōmuniū ægestate uitam egit. Pauper natus est Flaccus: Inops uixit Pacuuius: Inops Statius. Vterq̄ uictus causa: fabulas uendicauit. Inops demum aliquid quādo Virgilius: donec præter suum morem: opes ingenio accessere. Multa sunt talia quodlibet hominum istatu: Et omitto illos quoniam nimis multi sunt: qui cœlestium opum desiderio: non inopiam modo sed famem: sitim: nuditatem & extrema omnia in terris: nō æqs tantum sed lætis atq̄ exultantibus animis elegerunt. Si his quasi exemplis humilibus atq̄ terrestribus non moueris: Ipse cœli dominus hic pauper fuit: ut exemplo doceret hanc inopiæ uiam esse: qua tamen ad ueras diuitias pergeretur. Ipse inq̄ per quem reges regnāt: pauper natus: pauper uixit: nudus obiit: cui cuncta interim obsequēbātur elementa: Tu hominū cio domini tui sortem fers moleste: nec ineptæ pudet insolentiæ. Certe quisquis illum cogitans se uirtute uallauerit: in ipsa paupertate ditissimus nulliusq̄ egens rei: opes regias nō requirit. ¶ Do. Nulla mihi opum copia est. ¶ Rō. Ut animo inopi ac deiecto nullæ sufficiūt opes: Sic diuiti atq̄ erecto nulla non sufficit paupertas: Nempe ille alienonit⁹: hic proprio fidit: Aedificare in alieno iactura est: questus in pprio. ¶ Do. Pauperrimis sum. ¶ Rō. Si necessitatibus obsequeris: pauper nunq̄ esse potes: Si cupiditatibus: nūq̄ diues. ¶ Dolor. Hactenus pauper: immo mendicus sum. ¶ Rō. Fortuna hominum non stat: & ut summis ex opibus ad inopiam extremam: sic a paupertate ultima ad diuitias magnas creber est transitus. Legisti reor apud Quintum Curtium historicum: ut Abdolominus quidam Alexandri iussu seu permissu: ex hortulano inopi Sidonis rex: & contemptu regni maior est habitus q̄ regno. Certe qd̄ non legisse non potes: Et Romulus e pastorali tugurio tantæ urbis conditor Romanus primus diadema suscepit: Et regum sextus ex humillima: utq̄ aliqui credere: e seruili fortuna ad ipsum regni culmen ascendit: nec Alexandri Priamida: nec Cyrius inter Persarum reges famosissimi inter opulētiora primordia: aut alia fere sunt rudimenta q̄ Romuli. Gaius Marius qui fuisset & futurus sæpe esset Romæ consul: & anteq̄ honorum gradus ullos attingeret: mercenarius arator primos in aruis uitæ annos egerat: & deinde post tot uictorias ac triūphos: interq̄ illos suos septē cōsularatus: præter latebras palustres ac carcerē exiguū q̄ mēdicauit panē. Iulius Cæsar futur⁹ mūdi dñs: & testamēto dños mundi relicurus adolescens pauper fuit. Tu hactaliū comitiua nō potes aut sperare opes aut contemnere. ¶ Do. Solito paupior sum. ¶ Rō. Bene habet & solito eris humilior: expeditior: liberior. Vacui amant incedere qui arduū iter agunt. Carebis solitis opibus: simulq̄ solitis muribus ac furibus & pteruis seruis: hisq̄ quib⁹ solēt abundare diuitiæ: fictis amicitijs: seque quacibus atq̄ tenacibus parasitis: totoq̄ illo grege domestico arridentū tibi teq̄ ridentiū atq̄ rodentiū. Deniq̄ si amissas opes cū amissis tædijs cōferas: lucæ uoces. Certe ut securitatem sileam: humilitatem: sobrietatē: requiem: modestiā paupertatis comites: si nihil boni aliud illa secū afferret q̄ q̄ & fallaciū gregibus adulantū & seruoꝝ tyrānde supboꝝ liberat: abunde erat causæ ut nō ferenda mō eēt sed optāda: imo etiā arcessenda paupies. Sed iā fatis sit: Maior em̄ q̄ p̄ re querela est: quā in te mirarer: nisi olim ferme i oib⁹ notassem nullū graui⁹: nullū crebri⁹ lamētū: adeo nihil inē hoies paup̄tate meli⁹ nihil odiosi⁹. ¶ Do. Paupior sum in uita. ¶ Rō. Eris lætior i morte. Nemo tā pauper uixit: ut moriēs nollet uixisse paupior.

G

H

I

## De tenui Victu: Dialogus X.

CDo.

**A** Tenuis uictus est mihi. CRō. Et tenuis uoluptas & mūda sobrietas. An tu gula studio contrariū malles? CDo. Asper est uictus. CRō. Aequanimis fer gula illecebris caruisse: cū ad manū sint aliā dulciores & quāri faciliores & seruari. Habet & suas uirtus illecebras: Ciceronis utor uerbo: has gustare & ruminare cū coepertis: illas magno opere non requires. CDo. Durus est uictus. CRō. Duricies amica uirtutibus: mollicies uoluptati. Quot autē magni uiri ultro se uoluptatibus abdicantes: hunc quem tu refugis uictum elegere: quorū aliqui cū possent laute uesci: panem & aquam in delitijs habuere: An uero uoluptati quenq̄ sic obnoxii opinemur: ut nō illam ualde oderit si adiunctū illi dedecus intueri oculis possit? Sed funesta suauitas: uirtutū hostis acerrima & titillatio bestialis: quā qui sequit̄: homo quidem uideri potest: uere autē aīal brutū est. Ad hęc & familiaritas contracta cū uitijs & cōsuetudo rerū pessima: mortalē prāstringit obtuitū: ut discerni nequeat q̄ decoꝝ sit quod torqueat scēdūq̄ q̄ mulceat. CDo. Nimis angustus est uictus. CRō. Immo nimis ampla: nīmīūq̄ capax gula est. Vnū uisu angustū: re autē unū oibus in aīam irruentibus uitijs patens iter. Hac flāma libidinū: hac torpor ingenij: hac irarū & iurgiorum feruor ingreditur: hac imperiosa cupiditas oīa pati iubens: atq̄ facere dū necessaria creditis: quā damnosa sunt & munimē uitā dicitis: q̄ ruina est. Hac inuidiā faces & amulatio implacata indignantibus animis: tam gula aliū obsequentē q̄ uos esse gloriāmini: inde laudē sperantes: unde pudor metuendus erat. Hac postremo superbia dum inflatus nec se capiēs uenter: animo suū affricat tumorē: & persuadet illi esse se hoīe aliquid maius: q̄ ambrosia & nectare pastus sit: uides ut uitiū unū est omibus aditus: neq̄ hunc si aliter nequit inopiā uestibus clausum cupis. O paupertas amabilis: quā continentia tibi sumis officium: Utile est cogi ad id quod facere tua sponte debueris. CDo. Tenuis me uictus extenuat. CRatio. Malles ne igit̄ tumesceris? Hęc tenuitas podagrā tuis pellet e sinib⁹: dolorē capitis auferet: cerebriq̄ uertiginem uomitūq̄ & ructū & nauisā & sudorem tædiumq̄ & fastidiū tuijpsi⁹: pallorem alternū ac ruborem: odorem quoq̄ & oris & corporis tibi atq̄ alijs importunū sistet. Præterea pedes instabiles: manus tremulas: nutans caput: quodq̄ est optimū: animū ipsum moderabit̄ frenabitq̄. Et quid igit̄ tam multa corporis atq̄ animi bona paruo cibi desiderio ac momentaneo gustus incōmodo tibi parua conuergeris dignus his perditis gustui deseruire? CDo. Tenuis uictus me fatigat. CRō. Contrarius fatigaret: nisi forte onus requiem uocas. Num legisti lautioris uitā tædia magna esse: ita ut quinque diebus continuis non possit sine fastidio tolerari ab hoibus temperatis & altiora spectantibus q̄ palatum & uentrem? CDo. Supra modū uictus est tenuis. CRō. Fuit ætas: quādo hic fuisset & est adhuc gens aliqua ubi esset uictus amplissimus: Verū mundo in deterius lapsa: uos deterrimi omnium esse nitimini publicæ semper principes ruinā: ut qui optimi omnium fuistis: uersis usq̄ quaq̄ uestigijs sitis omnium pessimi: & in temporū uitijs ac locorū præcipuū teneatis gradum. CDo. Victus tenuis mihi non placet. CRō. Victum tenuem & uirtutis & uoluptatis amatores ac patroni laudant: Tu quā hæresim sis amplexus nescio. Plato Syracusias mentes damnat: nec ullo modo sibi placere ait: bis in die saturum fieri. Epicurus in oleribus suis uoluptatem ac delicias ponit: & hūc quem tu fugis uictum rebus ac uerbis probat. Deniq̄ ut ait Cicero: Nemo de tenui uictu plura dixit: Tu duarum notissimos si uiarum duces spernis: quid ē reliquū: nisi ut impetu tui erroris & uirtutis hostem: nec amicam uoluptatis onerosam sequaris ingluuiem: scēdum finē nec tam hominis q̄ iumentis: quodq̄ indignanter ac dolenter dixerim: iumenta multum quidem sed pro captu suo uentri ingerunt: Soli uos animantium domini mēsuram uestrā & nescitis & frangitis: Neq̄ de nihilo ē q̄ multi mirantur: quia patrum & auorum memoria: uineæ multo pauciores essent: homines autē totidem aut plures: vina tamen uiliora erant: Sic Indies creuit ebriorū sitis. CDo. De lauto uictu ad tenuem sum redact⁹. CRō. Bene habet: quod modestia neglexit: implet inopia. Optimū est spōte agere quod debeas: proximū uel coacte.

## De originali Inopia: Dialogus XI.

CDo.

**A** In paupertate etiam natus sum. CRō. Quis non nudus utero matris egrediū? Nil hic præcipuū habent reges. CDo. Anteq̄ nascerer pauper fui. CRō. Bonæ memoriæ es si meministi: delicatissim⁹ si sensisti. CDo. In paupertate sum genitus. CRō. An tuæ tibi querimoniæ parum sunt? Hęc non tua quidem sed parētum fuerit. CDo.

# De numerosa prolis graui sarcina: Dial. XII.

In paupertate nat<sup>9</sup> sum. ¶ **CRō.** In paupertate moriturus: Similis principio finis manet: nisi forte morientis languoribus mederi auz<sup>9</sup> censes quod in arcule fundo est. ¶ **CDō.** In paupertate uita mihi principiu fuit. ¶ **CRō.** Mediu falsae saepe diuitiae: at principiu & finē uera paupertas tenet: nudum nasci: nudū mori: humana uere conditio est: Nam quid quāso purpureum cubile: quid funeralis lectus aureus: & quācūq; sub ipsum uitae finem mortalis ambitio meditata est: quid ad febrem: quid ad mortem ipsamq; de qua loquimur morientium nuditatem: An ut equū phalerā: sic parietem aulae delectant: Mulcere ista oculos possūt inuentium. Sensu carentibus delectabile aliquid inesse potest: delectatio autem nulla. ¶ **CDō.** Nudus inops natus sum. ¶ **CRō.** Humanas res pene omnes alterna fors uariat: Eadē quāsdam aequat quo reliquāz soletur imparitatem: haec prima & maxima est ipsa haec originis ac mortis aequalitas. Multi & uarij uiuentiū sunt amictus: nuditas una nascētium atq; morientium: nisi q̄ illi multa reperiunt ignari: hi oia deserunt scientes: ut exigui damni sensū debeat ipsa rez; pereuntiu lenire cognitio. ¶ **CDō.** Nudus in hāc miserā uitā ueni. ¶ **CRō.** Id reuolens animo aequiore abibis nudus.

## De numerosa Proles grauis sarcina: Dial. XII.

¶ **CDō.**

**N**umerosa prole praegratuus sum. ¶ **CRō.** Auro etiā atq; opibus imbecilles humeripræmi possunt: nemo tamen id querit: sed sic præmi gaudet. Atqui prima inter uestrae foelicitatis dona numerant filij. His ne te igit praegratuū & non potius subleuatum dicis: ¶ **CDō.** Multos inter filios inops sum. ¶ **CRō.** Immo uero filij diuitiae tuae sunt: Quomodo inter diuitias sis pauper uideris. Id em̄ non nisi auaris & bonorū suorū ingratis accidit. ¶ **CDō.** Filiorū in turba aegestate sordida laboro. ¶ **CRō.** Filij non labor sed requies sunt parentum: lenimen laborē: atq; omnis solaciū fortunā si boni sunt: alioquin non de numero sed de moribus est quærela. ¶ **CDō.** Filiorū acie coartatus sum. ¶ **CRō.** Cur nō potius comitatus & uallatus & ornatus: Certe non tantū patres: sed & matres ornata sua filios uocant. Non audisti: ut Cornelia Africanī magni filia: dum prædiues mulier Campana: quæ forte in domū ei<sup>9</sup> hospitij iure diuerterat: muliebriter gloriabūda: sua illi longe preciosissima ostentasset ornamenta: generosam uelut ad æmulationē prouocata: colloquium de industria produxit: donec a scholis filij eius remearent: parui tunc pueri qui magni post fuere uiri. Quibus illa conspectus uersa in hospitam: Ornamenta mea inquit hæc sunt. Præclare quidem & ut tanti patris filiā decebat: Tu aut ornamenta hæc tua uocas impedimēta. ¶ **CDō.** Quis tot pascet filios: ¶ **CRō.** Is qui te a iuuentute tua pascit in senium: qui nō solum homines: sed pisces & quadrupes pascit & uolucres. ¶ **CDō.** Quis tot natoz; corpora uestiet: ¶ **CRō.** Is qui non tantū animantia sed agros herbis ac floribus & frondibus syluas uestit. Et quid scimus adhuc forsan hi filij te non modo pascunt ac uestient: sed etiam tuebuntur: sed etiam honestabunt. Humanarū rez; ut a uoluptate alia incipiūt: in laborem ac dolorem desinunt: sic econtra alia amaro principio incepta dulci finē claudunt: Qualis est fors uirtuofarū oim̄ fere actionū: quæ ingressos cruciant ac progressos mulceant. ¶ **CDō.** Pauper cum filijs multis sum. ¶ **CRō.** Miraris quasi foecundam uiroz; non legeris paupertatem. Diuersa sunt opoz; genera & uaria dona fortunæ. Nulli omnia contingūt: alijs uagæ merces: alijs rigens tellus: exangue alijs metallū: uiuæ tibi diuitiæ obtigere filij: an uero boues & pecudes & asini: cameli & profugæ apes & columbæ & pulli & pauones: serui deniq; & ancilla in diuitijs habebunt: soli filij excludunt. ¶ **CDō.** O q̄ multi mihi sunt filij. ¶ **CRō.** O q̄ plures alij. Quinquaginta fuere Priamo: Triginta Orodi Parthoz; regi: Centū quindecim regi Persaz; Artaxerxi. Septingenti aut Erothinio regi Arabum: quoz; fiducia fines hostiū alternis aggressus incurribus: ægyptū syriamq; uastauit. Et est sanæ potentia genus quoddam multos filios habere. Scio aut quid dicturus sis: Hi quos memoras magni oēs reges fuerāt: Mihi longe alia fors est. Nunquid uero rex fuit Appius Claudius: Profesto ne diues quidē prisco illo sæculo: uidelicet quo probz; diuitiæ habebant: & paupertati cæcitas accesserat ac senectus: & tamē de eo scribēs Cicero: Quattuor inquit robustos filios & quinq; filias: tātā domū: tantas clientelas Appius regebat & cæcus & senex. Neq; id mirari est q̄ priuata bene regeret: cum tot obseffus incommotis: ipsam quoq; rēpublicā gubernaret. Humanorū defectuum magna pars in moribus nō in rebus est. Non erat Appio fors regia: sed nec optabat: sua sorte contentus: exiguos non lauticijs sed uirtutibus adornabat lares: & uictu tenui amplam familiam nutrebat. Quodq; multi reges moesti faciunt & queruli: lætus ille & æquanimis faciebat. Non enim fortunam appetitui: sed fortunā æquauerat appetitum. Non erat

## De amissa pecunia: Dialogus XIII.

Appio fors Croesi regis: nec conciuus quidem sui Crassi: sed foelicior quaedam alia: quamuis angustior sua fors: nec ad alienam sortem: sed sicut boni omnes faciunt: ad suam propriam se formabat ac suos. Certe nec ego exigo: ut tu sorte alia quam tua in tuis utaris & in te: neque ut cibo aut amictu regio tuos pascas aut uestias. Vescuntur lautius regis iuuenes & uestiunt insigniis: sed non uiuunt melius nec diutius nec latius: & quod constat: nec securius nec honestius certe nec sanctius. Pro his omnibus unum habent quo excellant: pomposius: hoc est stultius uiuunt. Suus cuique uiuendi modus: sua est mensura: Nec iccirco melior: quo maior: Vnde fit ut in tugurio saepe laetos uideas: moestos in regia. Non est enim una capacitas: sed unus est fontis gratia: Vnus ille cui dicit: Aperis tu manum tuam & implem omne animal benedictione. Quid ad rem uasorum seu magnitudo seu paruitas: ubi par est omnium plenitudo? Sed multa desunt pauperibus: quanto plura desunt regibus: cum sit illud Flacci uerissimum expertumque: **Q**uanta petentibus: desunt multa. **CD**o. Laboriosum negotium multos filios genuisse. **CR**o. Quid sub caelo mihi non laboriosum dabis: praeter unam: ut credit: uoluptatem: qua tamen nihil est in fine laboriosius: nihil quam tot in animis linquat aculeos? An non legis apud Flaccum: ut nil sine magno uita labore dedit mortalibus? An non audis: quid poeta aliter non ineleganter: hac in parte luserit? Cum enim bona omnia gratis nobis donata esse diuinitus: praeter omnes uno ore fateantur: non donata dicit ille: sed uendita & precium statuit labores. Sic enim ait: laboribus uendunt dei nobis omnia bona. **CD**o. Molesta est tantorum sollicitudo filiorum. **CR**o. An non inter ueras sententias illa est: Non posse inueniri uitam hominis carentem molestia? Nec minus illam: Omnem uitam esse tormentum. Quid filij meruere qui si desint: curam aliam subibunt? Crede mihi: quocumque te uertas: quemlibet fortunam gradum arripias: & labores & molestia & difficultates uitae aderunt: Quid lamentis inanibus opus est? **CD**o. Filij multis praemor. **CR**o. Sic dicitis quam si foelicitate deprimaris tua: & uota prima mortalium tibi cumulatim obuenisse fers grauiter: mixtum genus impatientiae. **CD**o. Quid uero tot faciam filiabus? Quis tot dotes expedit? **CR**o. Vnus est & foeminae deus & marium. Is & filios tibi pascet & filias. Utque illis ingenium & uiuendi artes: sic is suas dotes dabit. Itaque sic scriptum est: Spera in eo & ipse faciet: Quod in te est: optimum dotis genus fuerit: sic filias formare: ut uel absque dote recto iudicio placere ualeant atque amari. Dotem habuit Romanum imperium Faustina: Et quot reris indotatae: castiores: eaque foeliciores fuerint? Non facit fastum coniugium dos sed uirtus. Fac si potes: ut tuae non pecunia optabilis sit: sed pudor: sed modestia: sed integritas: patientia: fides: humilitas: His ornatae gemmis filiae tuae: hoc onusta auro: his ancillis comitatae: limae adeant coniugum: non diuitem sed proborum: ubi tutior saepius pudicitia uitaque dulcior quam in thalamis atque atrijs regum fuit.

### De amissa pecunia: Dialogus XIII.

**CD**o.

**A** **P**ecuniam amisi. **CR**o. Et cum illa curas multas: periculumque perpetuum. **CD**o. Perdidisti pecuniam. **CR**o. Et laborem custodiae & perdendi metum. Sic perdendo pecuniam: duo bona: unum quodque & praestantim amisso securitatem & requiem inuenisti. **CD**o. Pecuniam perdidisti. **CR**o. Bene si te illa non perdidit: quam iam multis possessoribus suis fecit. Noxia enim pecuniae forma est: Venenosus fulgor ac pestifer: Itaque uelut serpens squamis aureis placens: mulcendo oculos: animam ferit. Proinde si hinc saluus es: gaude tibi ablatum unde infici posses teque illa sum inter pericula transiuisse: laetus stupescere recogita. Sin infectus: extirpatam mali causam scito: quo facilius ad salutem redire sit. **CD**o. Amisi auctem atque argentum. **CR**o. Quid caelesti animo cum terrestribus purgametis? Qui uiriliter philosophatur argentum atque auctem inter bona non numerant: qui mollius: bona dicunt: sed non animi: Horum quicquid elegeris siue non bonum siue non tuum fuit: aequae nulla tibi est materia querelae. Nam ut omnino bonum dici uelis: quod multi magnique negant uiri: non tuum certe sed fortunae bonum uel inuitus dices. Ita nec tu de tuo aliquid: nec de suo illa quidem perdidit sed transtulit. **CD**o. Amisi pecuniam. **CR**o. Ut non amississes si tua esset: sic si tua non erat amittere nequiuisti: uere autem non tua sed illius erat quem secuta est: imo ne illius quidem sed fortunae: ut dixi: quae eam cui uisum fuerit: breuem ad usum magno sub foenore mutuat: Disce iam tandem a propriis aliena secernere. **CD**o. Pecuniam amisi. **CR**o. Si te adeo non tuae quoque cruciant iacturae: tibi que uel alienum aliquid demi doleas: disce illa conquirere quae tua sint propria atque perpetua: quoque & acquisitio facilius & possessio nobilior certiorque. Virtutem si quaeris non amittes: Vos autem sapientiae contemptores: cultoresque & amatores pecuniae facti estis: Obsorduisse uideamini salubribus consilijs ac monitis: quaecumque per sanctos atque eruditos uiros contra

## De amissa Pecuniā: Dīalogus XIII.

hāc præsertim hūmanā partem insanīæ dicta sunt. Audistis Satyricū uestꝛꝫ protestantem: Nam diues qui fieri uult: & cito uult fieri: atq; his dictis addētem: Sed quæ reuerentia legū: quis metus aut pudor est unq̄q; properantis auari: Hanc sententiā Hebræorū Sapiēs q̄ pau-  
cis absoluerat: Qui festinat ditari inquit non erit innocēs. Audistis aliū ex uestꝛis: seu Satyri-  
cus sit ille: seu Lyricus dicentē: Nō domus aut fundus nō aris aceruus & auri: Aegroto do-  
mini deduxit corpore febres: Non animo curas. Dixerat hoc externus sapiēs ille breuissime:  
Non proderunt diuitiæ in die ultionis. Et addiderat qđ prodesset: Iusticia em̄ inquit libera-  
bit a morte. Cum ergo pecunia quā amissam luges in necessitatibus sūmis: nec corpori pos-  
sit opem ferre: nec aīo: mīꝫ: cur tāt opere uel optari absēs ualeat: uel amari præsens: His atq;  
alijs motus orator uester: Nihil est inquit tam angusti animi: tãq; parui q̄ amare diuitias.  
At orator Ecclesiasticus: Auaro inquit nihil est scelestiꝫ: Nihil est iniquiꝫ q̄ amare pecuniā.  
Et q̄ multorū in hoc unū cōsentit: imo q̄ nulliꝫ dissētīt auctoritas: Frustra quidē prauauit  
Sapientū sentētīꝫ uulgi furor. Itaq; ut nullū iniquiꝫ: sic nullū ardētius uotum q̄ pecuniā  
est: Vt ex qua pendere oīa quæ optātur persuasum sit: Clamant ab aduerso doctīssimorū: uo-  
ces hoīm: clamat experientia & ueritas: clamat uetus & recens exemplorū turba: Magnā pe-  
cuniā nulli utilem: multis fuisse pestiferā: cū peccato ac labore quærendā: cū sollicitudine ac  
pauore seruandā: cum querelis ac mœrore perdendā. Dicāt pecuniæ amatores: quid uel in  
his uerbis falsi: uel in suis opibus boni sit. Et ut uera sit æstimatio tam laudatæ rei: quid de  
hoc quisq; uiderit aut legerit integꝫ ac sincerꝫ: spretis uulgi clamoribꝫ sepositisq; fulgoribꝫ  
metalloꝫ ad memoriā reuertat. Quia uero non oīibus uidendi experiendiq; fors eadē fu-  
it: illa animū subeant quæ famosis ab auctoribus scripta nulli unq̄ doctō legendi audien-  
diq; defuit facultas. Nōne ergo pecuniā peregrinos mores intulisse: & molles diuitias tur-  
pi luxu: sæcula prius integerrima fregisse: Nonne ipsas quoq; diuitias: auariciā & abundā-  
tes uoluptates: desiderium per luxū atq; libidinem pereundi perdendiq; omnia inuexisse: &  
scriptum & re ipsa sæpe compertum est: Nonne auaræ semper egere: Nonne nocens ferræ fer-  
roq; nocētius auræ sacramq; auri famem: nil non mortalia pectora cogere: pecuniæq; aspe-  
ctū debilitatos spiritus: Nonne auræ per medios ire satellites: & perrumpere saxa potentius  
ictū fulmineo: atq; hinc pudicitia simul ac uitæ insidias prouenire: Imbre aureo Danaes ex-  
pugnata uirginitas: ac uatis Amphiarei argolici casus probat: Auaræq; simul coniugis una  
siquidem ruinā duplicis causa fuit aurum fatale: quod bene spretum Argiæ Eriphilæ ma-  
le optatum: male partum illius penates irrupit: scelerumq; ingentia semina nouit. Nonne  
opes falsas & caducas neq; præstare posse qđ spondeant: neq; lenire animi sitim sed accēde-  
re: neq; curas fugare sed arcessere: neq; necessitates tollere sed augerē: uerissimeq; & proprie  
dictū: Crescit amor nūmi: q̄tum ipsa pecunia crescit: Et illud: Neminē pecunia diuitē facit:  
Immo cōtra: Nulli nō maiorē sui cupidinem incussit. Neq; illud minus: Crescentē sequitur  
cura pecuniā maiorq; fames. Atq; illud: Multa petentibꝫ: defūt multa: Et permultis eos in-  
digere qui permulta possideant. Deniq; quicquid sint: non esse perpetuū nec longæuū qui-  
dem: ut quod positū sit in manibus fortunæ: sine intermissiōe uolubilibus subiectū casibus  
& saltem morte perdendum. Diues em̄ cū dormierit nihil secū auferet: Aperiet oculos suos  
& nihil inueniet: Neq; idipsum suū nihil in quē uolet trāsferet: quia in imagine pertrāsīt ho-  
mo: sed & frustra conturbatur: thesaurizat: & ignorat cui cōgregabit ea. His ac mille simili-  
bus circūquaq; sonātibꝫ doctōꝫ uocibus hoīm obstruxit aures infinita cupiditas: ut iam  
frustra diuitibus huius sæculi præcipiat: nō sublime sapere nec sperare in incerto diuitiarū:  
sed in deo uiuo: qui præstat nobis oīa abunde ad fruendū: bene agere: diuites fieri in operi-  
bus bonis: Nā qui uolūt diuites fieri: hæc se q; quæ uulgo optant diuitiæ: incidunt in tēpta-  
tionem & laqueū diaboli & desideria multa & inutilia & nocua: quæ mergūt hoīes in inte-  
ritum & perditionē. Radix em̄ oīm malorū est cupiditas. Nō magis hūc audiūt consultorē:  
q̄ qui ait: Nolite sperare in iniquitate & rapinas nolite cōcupiscere: Diuitiæ si affluāt: nolite  
cor apponere. Neq; hunc magis q̄ ipsius filiū dicentem: Qui cōfidit in diuitijs suis corruet.  
Neq; rursus his oībus magis illū qui super oēs ē: cuius doctrina caelestis: nisi ab insanis pla-  
neq; furētibꝫ contēni nequit: qui p̄fecto diuitias & diuitiarū comites: uoluptates atq; sol-  
licitudines spinas dixit: semē uerborū salubriū suffocātes: Dixit hoc cuiꝫ in ore nō ē inuentū  
mendaciū. Viua inquā hoc dixit ueritas: Verūtāmē putas inuenerit fidē in terra: Nullā pr-  
sus aut rarā. Quas igitur ille spinas: suauitatē unicā atq; dulcedinem mundus uocat. Et qđ  
ait quidam: gemmas & lapides: aurū & inutile summi materiā mali: summi oīs materiam

## De amissa Pecunia: Dialogus XIII.

boni putant: certatimque omnes ut summū bonū praeque omnibus appetūt. Iamque in urbium plateis haud ironice proclamāt: O ciues ciues quarenda pecunia primū est: Virtus post nūmos. Atque illud alterius: Vende animā lucro mercare: atque excute sollers omne latus mūdi. Sic nondū intellectū dei munus: sed magnū dei pauperis opprobriū iubet: quid uis & facere & pati. Verumque quotidie cernit quod ab alio dictum est: Pars uilissima rerū certamen mouistis opes. Quis em̄ quæso non hodie sceleris insigni premio & occasione proposita fas om̄e abrūpit: Polydoxū obruncat & auro uī potit: Pone fidos fratres: pone unanimes amicos in consilio: in conuiuio: in chorea: dehinc modicū inter illos: nō dicam pomū aureū: sed pomi frustū iaciat discordia. His olim armis uti solita gladijs seria iocique frangent. Sicut autē auro nihil scelestius quærit: sic ut ad rem redeā: nil moestius perditur. Peccatū nēpe ingens animæ iactura contemnit: proximūque illi famæ damnū spernit: & amissum tēpus inter leuia numeratur. Lente stentur fratres perdit: lentius parentes: lentissime coniuges: sæpe uero latissime: Solæ opes stentur acriter. Verissimūque est illud: Ploratur lachrymis amissa pecunia ueris. Sed multa iam diximus: de quo nunquam satis: nunquam parum: semper minus dicit: quia pecuniæ ad amorem obstinatis animis: nil dicēdo aliud quærit nisi odiū aut cōtemptus: quicquid uulgatis obstat erroribus: uel simulatum credit uel insanū. ¶ Do. Perdidi pecuniā. ¶ Crō. Experrectus es: te diuitem somniabas. ¶ Do. Pecunia quā amabam perijt. ¶ Crō. Pecuniæ neque amorem neque odiū: sed frugalitatis studiū auariciæque fugā laudo. Ut amare enim pusilli animi: sic pati non posse auro infirmi est parumque sibi fidentis atque auro succumbere metuentis. Magnus ille est: inquit Anneus: qui fictilibus sic utitur quemadmodū argento: Nec ille minor est qui sic argento utitur quemadmodum fictilibus: ut intelligas seu uitium seu uirtutem non in rebus esse sed in animis. Nec amatorem pecuniæ nec oforem: sed absentis contemptorem: præsentisque dispensatorē egregiū magnū putes. Hanc sententiā me dictante scripsit Cicero: Cum amorem em̄ diuitiarū Augusti paruicū animi dixisset: adiūxit: Et nihil inquit honestius magnificentiusque quam pecuniā contemnere si non habeas: & si habeas ad beneficentiam liberalitatemque conferre. Vt in re certa claris testibus: Et O utinā mihi simulque illis omnibus fides esset: Nusquam em̄ humanū genus tam incredulū: seu tam sardum esset. In exhaustus labor hominū quærendique ardor terrasque & maria uersans: probat auaricia: atque amore cultique diuitiarū non modo uirtutibus sed uitæ odium indictum. ¶ Do. Pecuniam magnam amisi. ¶ Crō. Magnū pondus & durū & graue: simul custodis officium: ut incipiens dixi: Nemp̄ de dominis uos custodes imperiosa cupiditas fecit: omnia facere atque omnia parati iubens: sola ut pecunia cumuletur ac seruet. Ita quæ in oportunitates ususque hominū inuenta erat: in metū ac sollicitudinem uersa est. Timere & angere & circumspicere domorū incēdia: furum insidias & seruorū fugam: neque alijs prodesse neque sibi: sed exanime tantum & inutile auro incubare: hæc diuitiarū uestræ sunt. ¶ Do. Pecuniam domi dimissam abstulit nescio quis. ¶ Crō. Vile & caducum est & certe nō proprium quod furto uel ui eripi potest. ¶ Do. Pecuniam in oculis consignatam nō inuenio. ¶ Crō. Dicā tibi nō antiquam rem. Fuit nuper apud Italos nobilis & egregius quidam uir: possessionem antiquarū diues satis: ditior uirtutum: sed pecunia non: ita ut cuius non custos sed dispesator ac dominus esse didicisset. Erat illi filius primogenitus: fori negocijs apprime industrius: qui uigili cura & parsimonia ingenti magnas opes multumque auri quæsierat: Et erat mirum uisu: in patre senile iuuenilis largitas: in iuvene filio senilis tenacitas. Sæpe illum pater hortabatur ne suum ingenium fraudaret: ne pietatis obliuisceretur ac famæ: neue in comparationē auari & decus & debitum & naturalia sibi iura uilescerent. Denique ut sibimet & annosæ matri: & fratribus paruīs: & consanguineis: & amicis: & egentibus prodesse aliquando diuitias suas uellet. In hos enim usus non in custodiam tantum ac supplicium partas esse dicebat: hoc pater. Sed frustra uel surdo canitur uel auaro. Cōtigit tandem pro publica filium abesse: & cum electis uiris ad Romanum pontificem proficisci. Quo digressio: statim pater occasione arrepta: nouis thalami arculaque clauibus introgressus: thesaurum nulli utile e latebris eruit: seque & coniugem & filios familiamque omnem exquisitissime induit. Emit equos ornatissimos: uasa argentea: suppellectilem speciosam: Ultimo domum amplam: sed minime cultam: nouis auxit ædificijs: & picturis insignibus adornauit muniuitque rebus omnibus: quas liberalis & lauta & abundans uita exigit: Multa præterea pauperibus dedit. Sacculos uero in quibus aurum illud silij fuerat: harena lapillisque flumineis plenos obstructosque & obserata omnia quoque prius in

## De Vadimonio: Dialogus XIII.

statu fuerant dimisit. Quæ cuncta breuissimo tempore gesta sunt: quod & uoluntas egregij senis & pecunia prompta esset. Redeunti dehinc filio: fratres obuij fuere: Quorum ille occur su hæsit: indumenta atq; habitum miratus qualē antea non uidisset: quæsiuitq; cuius essent equi: unde illæ uestes: læti atq; oim ignari simplicitate puerili: domini patris esse: multosq; alios domi in stabulo substituisse dixerunt: utrunq; etiã parentem multiplici ac regio esse uerstitu. Magis ille magisq; singula cœpit mirari. Inde ubi paternæ dom<sup>9</sup> limē attigit: uix parētes: uixq; ipsos parietes recognoscēs: nec admiratione iã simplici sed stupore plenus atq; ex tali thalamum atq; arculam festiuus adijt: ubi cum exterius nil mutatum cerneret: parum per animo conqueiuit. Et quoniam collegarum præsentia ac festinatio amplius nō sinebāt: raptim arculam aperuit sacculisq; conspectis solito more turgentibus atq; obstrulis iam securus abiijt: mox negotio publico expedito: domū rediens: in thalamo se inclusit: arculā aperuit: sacculos introspexit: aurumq; in harenam uersum reperiēs exclamauit. Accurrit pater: & quid inquit rei est fili: quid querēs aut quid fles: Amisi inquit ille pecuniam quam multis quæsitam uigilijs: multisq; laboribus in his sacculis dimiseram: spoliatus tua sum in domo pater. Ad hæc genitor: quomodo ait spoliatus es: nōne sacculos omnes plenos uideo: Ille autem gemēs: Harena inquit pater: non pecunia est. Simul hæc dicens: apertos patri sacculos ostentabat. Tū senex fronte nihil mota: quid inq; refert fili apud te harena ne an pecunia pleni sint: Memorabile dictū: præclaræq; sententiæ. Si quidē apud multos ociosa pecunia est: nilq; agit aliud nisi q; locum occupat atq; animū: apud plures male atq; improbe operosa: apud paucos demū fructuosa est. **CD**o. Amisi pecuniam quam amabam. **CR**ō. Turpi amore relaxatus es. Nam amor pecuniæ auaricia est. Minus hanc amabis: minus hæc optabis. Mam & illud Satyricum experimento cognitum: q; minus hanc optat qui non habet: Optanda autem amissio est: Magni etiã boni: cui inseparabiliter malum maius adiunctum sit. **CD**o. Amisi dulce uitæ præsidium. **CR**ō. Quid scis an amaræ potius excidium. Plures multo propter opes q; propter inopiam periere.

### De Vadimonio: Dialogus XIII.

**CD**o.

**V**adimonio exagitor. **CR**ō. Amissam modo pecuniam querebare: iam porrectam quereris. Nonne ultro te obligans pecuniam proiecisti: uulgaris infania plurimum: qua per facile & pecuniam perdideris & amicum: **CD**o. Pro altero fidem obstrinxi meam. **CR**ō. Pro teipso eam solues: & nil debere ac sine compedibus agere q; iucundū sit: tuo disces incōmodo. **CD**o. Vadem pro amico dedi me. **CR**ō. Da post hac amicis ægētibus: Aurum: argentum: uinum: oleum: frumentum: uestes: domos: prædia: consiliū: solacium: cum amicis demum omnia partire: unam tibi habe nulliq; unq; tuam dederis libertatem. **CD**o. Promisi pro altero: En soluēdi dies adest. **CR**ō. An tu affuturam ignorabas: an te uicturum non sperabas: an non hæredem saltem tuum cogitabas: quem spontaneis uinculis inuolueres: Bene aut̄ habet q; in caput errātis pœna redundat erroris. Sentio autem dilatio te fefellit. Media promissionis inter ac solutionis diem spacia uana mente metimini: quæ ut reliqua tempora longa uidētur: dum spectes: dum præterire breuissima. Volant enī horæ: dies: noctes: hebdomadæ: menses: anni: lustra: sæcula: & quæ distātiſſima iudicantur in foribus sunt. Itaq; quod in paucorū interstitio mensium nunc stupetis: si aperti essent oculi: clare quidem multis in sæculis uideretis: Sed uos quasi tempus desiderio uestro pareat: non naturæ suæ: non euenturum uobis terminum: nec ituros dies fingitis: atq; hac spe uelut oculis clausis præcipitium præteruecti uerbo placidi uobis esse uidemini & urbani: pro alio promittentes: quasi non uerba hæc & promissa clandestina mox in publicum eruptura: tumultusq; rerum maximos allatura sint. **CD**olor. Despondi pro meo amico. **CR**ō. Amicorum indigentis sis præsentis: si quod adest remedio succurrendum. Non te illaqueas utq; in crastinum nil promittas: Quod non dicerem si succurri aliter q; promittendo non posset: nunc quid attinet promittere: quod si implere non possis: stulte facias: at si possis supuacue: Sed uos res auarissimi estis & pdigi pmissorū: q; si uo res ipsas pmissa illa nō exigat. Q; si dicas defuisse in tpe serēdæ opis facultatē: fuisse aut̄ de futuro spem: qua postmodū destitue sis: Nondū ergo didiceras: ut fallacissima res: oim spes est. Nihil inuenias q; tā crebro uos fallat. Nihil est tñ cui tā cupide credatis: tā subdola & tā blanda est: ita se dulci ac latēter insinuat: sic iuita diuellit. **CD**o. Vadimonio me addixi. **CR**ō. Credo oblitus illud Thaletis Milesij celebre documentū: Vadimonio adesse noxā. Et quid de hoc

F

A

B

C

D

## De amissione Temporis: Dialogus XV.

ille uir sapiens dixerit: quod memorasse non inutile crediderim: quodq; in latinum uersum ab Aufonio: ad hunc modum sonat: Sponde inquit: noxa praesto tibi est. Per mille possem currere exempla: ut probem pedes uadesq; poenitudinis reos: sed nolo nominatim quemq; dicere. Sibi quisq; uerum dicat & secum putet: spondere quantis damno fuerit & malo. **C** Dolor. Memetipsum sponte obligans erraui. **C** Ratio. Error hic purgatorio igne post obitum non egebit: ubi admissus est purgabitur. De illorum enim genere est: quae suum supplicium secum ferit. **C** Dolor. Promissione me obstrinxi. **C** Ratio. Solutione te libera: & quae lingua uinculis innexuit: manus soluat: proderit uinctu fuisse cum euaseris: laqueos semper horrebis.

### De amissione Temporis: Dial. XV.

**C** Do.

**A**

**T**emporis amissionem fleo. **C** Ratio. Esset haec eo iustior q̄ superior querela: quo leuior est pecuniae iactura q̄ temporis: q̄ nec necessaria ad bene uiuendum est pecunia & amissa restaurari potest: tempus & necessarium & prorsus irreparabile est: nisi quia nolenti pecunia: uolenti autem tempus eripitur: q̄uis illud fatear grauiora damna esse quae culpa patientis exaggerat: iustam tamen querelam causam nego: ubi qui patitur: uolens patitur. **C** Dolor. Nolens ego tempus amitto. **C** Ratio. Quis nolentem cogit nisi cupiditas occupationum mater? Solum hoc unum uitium: ait Comicus: affert senectus hominibus: Attentiones sumus ad rem omnes q̄ sat est. Senes hic quidem notat. Omnes uero iam senes in hac attentione facti sunt. Omnem aetatem: omnem statum: omnem sexum inuauit avaricia: haec tempus miseris & respectum uitae breuis hominibus eripit. In hanc unam rem solliciti: auum omne consumitis uestri: & uestrarum pene iam immemores uoluptatum: quae pestis si nolentes inuaderet: posset & nolenti tempus eripi: & iusta esset super preciosissimae rei amissione querimonia. **C** Dolor. Non mihi cupiditas tempus extorquet sed necessitas. **C** Ratio. Quanam quae so necessitas ista est: quae tibi praeripiat quod unum ex omnibus tuum est? Ita dico diuitias: honores: potentiam: clientelas: imperia: & quae sunt huiusmodi suo iure dat atq; eripit fortuna: tempus inuito non eripitur: sed ipsum per se sensum defluit: non utenti paulatimq; consumitur. Nec ante perpenditis q̄ consumptum est: tu querelae sonant serae & inutiles: fletur temporis amissio sed siletur culpa. **C** Do. Me necessitas sola cogit tempus amittere. **C** Ratio. Quae iterum: quanam haec tam uiolenta necessitas: nisi forte dominorum negotijs implicitus tua negligis: quasi uero non ad haec te sola cupiditas & inexplabilis lucri spes impellat? Pone cupiditates proprias: dominorum cupiditatibus non parebis. Sed hoc uirus imedicabile uenis infusum: & pererrans uiscera: sensum hebetat: Et non solum tempus sed libertatem uitamq; ipsam non sentiētibus eripit. Q̄ si forte nec tu is nec alienis cupiditatibus: sed curis honestioribus tuae reipublicae tempus impenditur: non haec temporis amissio: sed laudabilis est impensa: rem charam rei omnium charissimae quae in terris sunt largitus: & uiri boni & ciuis egregij functus officio es: q̄uis non ignoret homines: quicquid praeter avariciae studium agitur: uulgo tempus perditum uocare: cum id demum maxime uereq; sit perditum quod illi studio tribuitur: Et quid scimus an tu quoq; populariter perditum tempus uoces? Quod si crederet: omissa incurabilis morbi cura: non iam tempus sed reipsum male perditum faterer. Nam si tempus: quod maluerim: deo tuo: non dicam donas sed restituis: quod sine uera non geritur pietate: ingens atq; inextimabile lucrum scito. Pro paruo enim temporis impedio: aeternitatem quaeris: Quis unquam mercator permutatione tam prospera usus est? **C** Do. Prorsus alia mihi perdedi temporis causa est. **C** Ro. Non intelligo: quam tu mihi causam dicas: Nam si propter iram: propter molestiam: propter amorem seu aliam animi passionem cogi credis: Falleris. Omnium eadem est ratio: quam avariciae diximus: omnes uoluntariae: nulla est uiolenta. Quod & sano patet intellectui: & a Cicerone multis in locis disputatum & creberrime repetitum est. Si nihil horum est in causa: quod aliud est q̄ torpor & ignauia? Sic ad id reuertimur quod ait Seneca: Turpissima est iactura quae per negligentiam uenit. **C** Do. Ut amittam tempus moesta necessitas me cogit. **C** Ro. Nondum capio quid rei sit: Nam si te hostis in uinculis habeat: si mors instet: possunt: fateor: actus bonos impedire: sed non pios sanctosq; cogitatus: qui maxime in eo statu eminent atq; effulgent. Quibus enim curis tempus certe non perditur: nec scio an alibi usq; minus: Quae perfecto & in doliu Reguli: & in tauz; Phalaridis introire possunt: & in cruce Theodori Cyrenen. ascendere. Sic quicquid te uerteris: in te unum omisi temporis culpa reflectit. At uos ex more naturam accusantes: quae uolubile tempus fecit: cum hic non esset aeternitas: In omnibus

**B**

**C**

**D**

uosmetipsos absolutis: cum rei omnium soli sitis. Omne enim fere tempus perditis: immo proicitis: & quasi rem uilem abiecitamq; contemnitis: quod utinā in uirtute saltē aut gloria poneretis: non in summa semper infamia inexpiabiliq; dedecore: q̄q̄ uere: quicquid non in eos usus uertitur in quos datum est: perditum dici possit. Ad hoc sane nasci hominē: ad hoc ei tempus dari constat: ut creatorem suum colat: amet: cogitet: quicquid hinc excidit: perditur haud dubie. Videte igit̄ quantū perditū tēporis: quantūq; nō perditū.

## De aduerso ludo Taxillorū: Dial. XVI.

CDo.

**T**axillorum in ludo perdidit. **CRatio.** Nonne tibi dixeram dū uincerēs: fœnus id eē nō lucrum: **CDo.** Ludo exhaustus sum. **CRō.** Hic est ludo illi mos: qui medicis perexiguo ingesto plurimum exhaurire: Crede autem mihi nunc potius gaudendū q̄ dum falso gaudio exultabas. Melior est acris castigatio q̄ blanda fallacia. Illud te lucellū ad ludi uoraginem uocabat: hoc te damnum inde retrahet. Satius est turpi freno rectū iter agere: q̄ habenis aureis præceptis in deuium agi. **CDo.** Amisi in ludo taxillorum. **CRatio.** Vicisti in ludo morum: si quid egeris profundius attendisti: Alioquin in morbo insanabili frustra remedia cogentur: si ab hoc baratro nec te damnum reuocat nec pudor: ubi rebus nil proficitur: nec quicq; uerbis aggrediare.

## De sponsa alteri adiudicata: Dial. XVII.

Do.

**S**pōsam mihi sententia iudicialis eripuit. **CRatio.** Ast alijs fraus: alijs uis aperta. **CDo.** Iudiciali sententia sponsam amisi. **CRō.** Quidam dolis: ferro alijs: quidam quod fœdissimum genus: auro ipsas coniuges amifere. Nihil proprium est homini: hinc furta & insidiæ: hinc rapinæ: hinc preces: hinc precia: hinc ultima rerum mors. Per hanc rotam temporalium bonorum dominia uoluuntur: quodq; est unius fit alterius: mōx ad alios trāsiturum: Quod si in rebus utilibus ferendum: in damnosis ac grauibus plaudendū est. Quid miri autem uolui humana: Homo ipse uoluitur & non stat: sed ut scriptū est: quā si flos egreditur & conteritur & fugit uelut umbra & nuncq; in eodē statu permanet: Tu sponsam quereris amifisse: qui fugiēdo & in horas decrescendo assidue te amittis. **CDo.** Sponsam in iudicio amisi. **CRatio.** In campo alijs: Tutū est iure congregi q̄ bello: legibus decertare q̄ gladijs. Legisti apud Virgiliū: inter illos Laviniaē competitorēs quanta lis: & quis belli finis. Victorem sponsa sequitur: uictum mors: tibi sponsa perditā: salua est uita. **CDo.** Iudex me priuauit sponsa. **CRō.** Adulter aut raptor forsitan te priuasset. Leuius est spōsam amifisse q̄ coniugem. In illa enim spes perditur: in hac res. Minor est autem speratā q̄ possessā rei: siue ut aliter idem: leuior spei iactura q̄ rei. **CDo.** Amisi spōsam in iudicio. **CRō.** Non amifisti: sed tuam non esse didicisti. **CDo.** Amisi sponsam. **CRatio.** Qui amittit coniugem: multiplici ægritudine liberatur: At qui sponsam: præseruat: utrunq; bonum: sed secundum melius. Quid ni autem sit melius: nullum pati uulnus q̄ inflicto uulueri remedium inuenisse? Sed uos animorū impulsu: ut Satyricus ait: & magna cæcaq; cupidine ducti coniugium optatis: quod adepti perpetuis tædijs & immortalibus agitetis querimonijs: & tum facti pœniteat: cum non factum esse non potest: cunq; inefficax pœnitētia & inanis est. **CDolor.** Sponsam & spem proliis amisi. **CRatio.** Noli lamenta miscere. Illa enim pars est altera præcipitis mortalium uoti. Sic enim ait: coniugium optatis: partumq; uxoris. At non semper placitura sed profutura dant superi. Tenes apud Apuleium Madaurensē: ut latronum lapsa in manus misella illa uirguucula: unam triujs in partem ubi periculi plurimum loro flectit eum cui infederat asellum: ille in aduersum nititur: qua securum iter erat: & incautam puellam in sua damna tendentem tacitus arguit. Quibus ita luctantibus: latrones quos euasisse uidebantur interueniunt: a quibus in captiuitatis miseras uirgo in suam perniciem studiosa retrahitur: Haud absimilis inter diuinam prouidentiam & humanam stulticiam de itinere uitæ huius est quæstio. Illa futuri præscia eo uos agit: ubi dulcia & secura sūt omnia: Hæc obnititur cæca quidem & miserijs suis fauens: Inter moras sæpe quæ uitari poterant obsequendo & credendo inopina uos mala corripiunt. **CDo.** Succubui in iudicio & amisi sponsam. **CRatio.** Dignus es uicisse: Nam duobus de una muliere certantibus: qui mulierē habet is perdidit: qui uicit is est uictus: qui uincitur is est uictor ac liber.

## De Vxoris amissione: Dialogus XVIII. ¶ Do.

- A **U**xorem heu perdidit. ¶ Rō. O prapostere ingenium stupendumque hominem qui uxoris in funere lugeat: saltet in nuptiis. ¶ Do. Vxorem perdidit. ¶ Rō. O demens: Hymenæum cane. Nunc est tempus: coronatum uinctum uidimus dignioribus iam fertis accingere. Magno praelio uicisti & longa obsidione liberatus es. ¶ Do. Vxorē pdidi. ¶ Rō. Sic dicis perdidit: quasi qui febrē perdidit aut scabiem. Interdū lucris species est pdere. ¶ Do. Vxorē perdidit. ¶ Rō. Nunquā tibi fortassis opimiorē quāstū una lux attulit: Quantis compedibus elapsus es: quāto naufragio enatasti. ¶ Do. Sed uxorem bonam perdidit. ¶ Rō. Solent id quidem omnes dicere: & qui contrariū sciunt: Ego autē: & si bona uxor uel omnino mulier bona: rarum mirumque animal sit in terris: uitandæ tamen altercationis causa permiserim uxorem tibi qualē dicis amissam: Neque ideo respondebo quod olim dū hæc eadem quæstio agere apud Senecā: respondi: posse te aliam bonam: uel si feceras facere: uel si inueneras inuenire. Muto sententiā: Nolo te sapius rem periculossimam retētare: quod & si semel bene cesserit: stulte repetitur. Citius centū sui similes mulier mala quā unam bonā reperiet. Quobrem qui malam habuit: similem timeat. At qui bonā: similem ne speret: Sed uterque pariter: ille aduersitatē cumulare: hic prosperitatē suam deformare caueat. Sic in omnem casum secundo coniugio abstinentum. Tu nunc ergo si ut ais bonam coniugē amisisti: præterito potius gratulare quā futuri spem concipias: Neque quæ puppe integra littus attigeris: crebro nauiculam uentis credas. ¶ Do. Coniugij uinculum quo tenebar mors dissoluit. ¶ Rō. Noli te rursus innectere: cogita quæ optabilis: quæ incomparabilis sit libertas: Et cōsiliū Ciceronis amplectere: Qui uxorem uiuacissimā & aduersus quam frustra mortis auxiliū expectandū esset: dū repudio dimisisset: hortantibus amicis ut aliā duceret: non posse simul se uxori & sapientiæ studio dare operam: respondit. ¶ Do. Vxorem bonam perdidit. ¶ Rō. Quid si hoc etiā nō iactura sed lucrē: & magni fuga periculi est: Vt em̄ sit bonā reperire: constantē ubi quæremus: Notū illud summi uatis: Variū & mutabile semper fœmina. ¶ Do. Vxorem bonā ac iuuenili æuo floridam amisi. ¶ Rō. Pax ne igitur noti fœminei mores sunt: Quas multas pudicissimas adolescentulas: impudicas ac lasciuas anus uidimus: Ardor nempe libidinis quotiens uetulæ ossibus incubuit: quasi ignis in ligno arido uiolentius æstuat: Vel instantē ergo uitæ mutationem: uel ut inde periculū non esset: uenturæ utique senectutis pondus ac fastidium declinasti. Graue iuuenibus coniugij iugum: senibus grauissimum: durum: importabile. ¶ Do. Amisi iuuenem uxorem. ¶ Rō. Seu proles ex coniugio queritur: seu uoluptas: quorū alteri mariti est: alteri adulteri: ad utrūlibet aptior iuuentus. Siue his autē ab uxore perceptis: siue horū altero: eo illam puenire optabas: ubi inhabilis ad utrumque esset: siue ad hæc natura inhabilē senio fieri posse habilem sperabas: quid nisi uotum superuacuum: spes insulsa est. ¶ Do. Amissa dulci coniuge solus sum. ¶ Rō. Inuidiosa uero solitudo est: malis caruisse comitibus. Vacuo nihil mollius est cubili: nihil durius occupato: animis dulces somnūs & uigilias honestas amantibus honestumque aliquid altumque uersantibus: Nil egrēgijs coeptis infestius muliebri cōsortio. Nec me fugit quæ aduersus hæc dici soleat ab his quos miserix delectant suæ: Matrimoniorū in quiunt expertes: matrimonia condemnant: Et ut est in prouerbio uulgari: Vxorem uerberat qui non habet: Ego contra: Nullos de coniugio queri solitos audiui: nisi qui sarcinam coniugij pertulissent. ¶ Do. Cōiugem amisi optimam. ¶ Rō. Et quæ optimæ quæque uiro: amatissimæ uidentur zelo ac suspicionibus aliquāto cæteris acrius inardescunt: quo incendio conflagrare pacem domesticā est necesse. Quorsum igitur querelæ: Perdidisti uxorem: inuenisti libertatem: calibatū: pacem: somnū: requiem. Iam tranquillam sine litigio noctem ages. ¶ Do. Sine uxore sum. ¶ Rō. Et sine aduersario iam tui rerumque dominus tuarū esse incipis. Ante lucem lectulo matutinū domo egredi: uespertinus regredi: solus aut cum quibus uoles totos dies agere: nullo rationum exactore permitteris. ¶ Do. Vxorem perdidit. ¶ Rō. Perdita dudū ac repudiata requies in cubiculū reuocanda erit. Illa tibi uxore qualibet utilior comes. ¶ Do. Vxorem bonā ac decoram perdidit. ¶ Rō. Stulti est cōpedes suas quous aureas amare.

## De importuna Vxore: Dialogus XIX. ¶ Do.

- A **U**xorem patior molestam. ¶ Rō. Fœlicius amississes: At qui modo perditam querere. ¶ Do. Vxorem patior inquietam. ¶ Rō. Primo labori uenia forsan aut miseratio: secundo non nisi odium debetur: & quem una uxor non castigat: dignus est pluribus. ¶ Dolor. Infestam patior uxorem. ¶ Ratio. In alijs utcumque fortunā culpes:

In uxore autē & praesertim altera non alium quā te ipsum: hoc tibi malū tu fecisti. **CD**o. Vxorē patior procacem. **CR**ō. Vdas succende paleas: tegulas frange: de reliquo tibi prouisum est: Ita uero cumulate quā te domo pellant aderunt: fumus: stillicidium atque uxor. **CD**o. Perfidam patior uxorem. **CR**ō. Iam periculo res non uacat: Vxor Agamemnonem: uxor Africānū morti dedit: ut Amphiarēū: ut Deiphobum: ut Sansonem sileam aliosque quos numerare longum est. Illi quidem profus innumerabiles: quos uxores nec mori cogūt: nec uiuere patiūtur. **CD**o. Mala mihi nouissima explicas: remediū quāro. **CR**ō. Erunt qui suadeant ut castigēs: & prauos mores ad rectū reuocēs: totū te huic uni negotio impēdas: Ego autem quid: castigandā uxore si castigādo proficias: nō nego: Si id frustra est: sola restat patientia. Hanc amare: quodque inuitus faceres: uolēs fac. Est Varronis Satyra: Menippeam uocāt: de officio mariti. Ibi de hac re illius docti uiri consiliū breue sed efficacis his uerbis expressum leges: Vitiū uxoris aut tollendum: id est corrigendū: aut ferendum est. Et dicti ratio breuis est sed elegans hac affertur. Qui tollit uitium inquit: uxorem cōmodiorem praestat: qui fert se meliorem facit. Quod dictū scriptores alij sic interpretati sūt: Eiusmodi uitium uxoris: si corrigi nō possit: ferendū eē: quod fieri a uiro salua possit honestate: quod uitia nēpe flagitijs leuiora sint: eaque nō aliā finem fuisse Varronis. **CD**o. Procax & morosa ē uxor. **CR**ō. Fer mores: si imitari nequeunt: & quāliter foris uiuas domi disce cū Socrate. Et si ille duas suscipit: alij plures: uine succūbas sarcinā: **CD**o. Molestā uxore habeo. **CR**ō. Cui pro nō possit uxor molesta cōtingere: nisi quae se nuptijs cōstātē abstinēat: cū & Hadriano principi: & quod nil alius nil mitius Augusto: Sabina illi huic Scribonia: utraq; cōiūx dura ac pueris moribusque asperis digna repudio: Et Catoni Censorio tā rigidi tanque inuicti uiro animi: cū Paula quādā uolenta uxor ac superba contigerit: quod mireris: humili etiā orta progenie: ne quis hominū speret ignobilitate uel inopia uel omnino aliter quā perpetuo cōlibatu coniugij subterfugisse molestias: Sed quas fuga non euaserit: patientia perferendas sciat: nec luētando: nec calcitrando se torquet ac iugum sponte susceptū iactabundus exasperet. **CD**o. Importunā profus & indomitā fero uxore. **CR**ō. Bene agis: ferendum est etem quod deponi nequit & si praemat. **CD**o. Molestissimā habeo uxorem. **CR**ō. Habes unde patientiā laudem quāras: unde discas requiem optare: unde peregrinari ames reditumque oderis ubi uocē exerceas ac bacillū.

## De raptu Coniugis: Dialogus XX.

**CD**o.

**U**xor mihi praeripitur. **CR**ō. Violentū omne molestū patienti fateor: At res ipsa si per te illam aestimes: quam quāso tantae molestiae causam habet: cum profecto si importuna est uxor: eius amissio magni oneris sit leuamen. **CD**o. Rapta est coniunx. **CR**ō. Si in cōmodum corporis curanti praemiū debetur: quid non leuanti animi angustia ac molestias debeat? Si quis tibi medicus tertianā febrem abstulisset: & gratiā illi haberes & precium dares: quid nunc facies continuam auferenti? **CD**o. Rapta est uxor. **CR**ō. Nescis quid raptori debeas: cura ingens indecisumque litigiū una cū coniuge forsitan & graue periculum tuae domus limen excesserit. Multi perierūt qui uiuissent si uel raptu uel aliter cōiugibus caruissent: Inter uitae mala nihil peius quā intestina discrimina. **CD**o. Rapta uxor abiit. **CR**ō. Si coacta iuit ignoscito: At si uolēs: uno actu duplex tibi queri uindicta. Nam & adultera suum ad raptorem abiit: & ille tuum uirus suam transtulit in domū. Qualem enim moercho speret quae talis fuerit marito: **CD**o. Vxor cum raptore libens abiit. **CR**ō. Ratio. Sine paululum: Alteri quidem alterius fastidium non longa dies attulerit. Si ante flagitium cogitarent homines: non eousque praecipites ad peccandum essent: nunc feruidos appetitus sera damnat poenitentia. Nil nisi post factum cernitis: a tergo oculos habetis: caeca frons est. **CD**o. Rapta est uxor mihi. **CR**ō. Hoc genus iniuriae nec reges euadere potuerunt: Et Syphaci Masanissa: & Philippo Herodes suā abstulit. **CD**o. Rapta est mihi coniunx. **CR**ō. Quod semel tibi: bis accidit Menelao.

## De impudica Vxore: Dialogus XXI.

**CD**o.

**I**mpudica uxor domi ē mihi. **CR**ō. Mallē rapta eēt aut etiā importuna: moribusque asperis potius quā lasciuis ac turpibus. Ferenda tamen omnia ingenti nisi ingentique animo: & rerum mortalium contemptore. Innumerabiles sunt hominum miseriarum quibus oibus una uirtus obijci. **CD**o. Impudica mihi est uxor. **CR**ō. Pudicitia in singulis impiosas efficit matronas. Nihil metuit quae sibi nihil ē cōscia. Huic malo igitur hoc saltem boni inest: esse etiā molesta minus incipiet minusque insolēs. Laxa em̄ conscia foemineū praemit

## De Impudica Vxore: Dialogus XXI.

animi tumorem: & sæpe obsequētiō in reliquis uiro est: quæ se meminī impudicā. **CDō.** Lasciua est uxor. **CRō.** Non mirandum si formosa: non curandum si deformis. **CDō.** Vxor impudica est. **CRō.** Pulchra dum limē uxor subit: subire debet animū illud Satyrici: *Rara est adeo cōcordia formæ atq; pudicitia: Nam si turpis infantiat: prope gaudendū est causam adesse diuortij.* **CDō.** Adultera uxor est. **CRō.** Adulterium sæpe quidem æque ardentius expetiti coniugij: sæpe unum alterius adulterij pœna est: eoq; iustior si multorū. Cogita an tu unq; alij feceris: unde hoc tibi fieri ab alio nunc dignū sit. Intūta enim atq; impudens est querela: pati q; fecerit indignantis: Et ab alio expectare: alteri qd feceris: Lex moralis iuberet: Et facere alijs: quod tibi ab alijs fieri uelis: sane adeo digna est: ut illud prophani etiam cogente sententiæ grauitate atq; æquitate laudauerint. Sed mortalis petulantia licentia: leuigum thalabrium abrogatrix: omne fas nefasq; cōfundit. Itaq; passim adulteri occurrant: qui cum thalamos uicinorū cōiugiaq; fœdauerint: suas interim cōiuges uel in publico cerni nolint: Et si quis in illas oculum deflexit infantiat. Sic seuerus alijs: sic indulgēs sibi: sic iniquus rebus arbiter quisq; est. **CDō.** Coniugalis mihi fides frangit. **CRō.** Vide ne tu hanc alijs nō maritis tantū: sed uxori tuæ fregeris. Nam sunt qui ab uxore exigunt qd non præstant. Qui lasciuam suam titulo urbanitatis excusent: alienam ut grauissimū scelus sauerissime puniētes: qui cuncta sibi cum permiserint: cuncta alijs negent. Iniquissimi iudices qui de pudicitia iudicent impudici: impune passim agunt omnia: & ceu soluti legibus: uaga libidine rapiuntur. Vxor oculū parumper inflexerit adulterij rea fit: quasi uero domini non mariti ipsi quidē: illæ aut nō uxores diuinæ atq; humanæ domus sociæ: sed captæ ex hostib; aut emptæ precio sint ancillæ: cū & si obsequij plusculū fidei nihil: plus tua tibi coniunx debeat q; tu sibi: Par debitum: æquus amor: mutua coniugij fides est. Non excuso uxores: uiros arguo: primamq; illis culpæ partem tribuo. Per sæpe em̄ uxori dux atq; exēplum lasciuia uir fuit: & inde mali processit initium: unde remedium debebat: q; uis aut pudor fœminæ proprius: uiro certe prudentia atq; constantia sua esse debet. Itaq; omnis in uiro q; in muliere demerita animi leuitas: eo est fœdior: quo uiro debita magis est grauitas. **CDō.** Coniugis adulterio mœstus sum. **CRō.** Vsitatus dolor: uetus iniuria: nec minus crebra. Vix crebrior coniugij q; adulterij usus est. Deniq; hoc est: quod: ut ait quidā: nec permitti: nec phiberi potest: quia scilicet altere honestas: libido altere fieri uetat. Tu ne tibi ergo fœminā unā tuam totā atq; integram uoluisses: quod nec ferocissimis tyrannorū: nec regū maximis potuit tua aetate contingere nec priore potuerat: Mitto recentia: ne quos forte præsentiu offendam: Tutius est Herculem ferire q; uillicum. Nec uero cuncta uetere attingam: Formidatissimorū summorumq; hominū famæ parcam. Nosti aut hisq; uel in silentio gemitū tuū frena: alioquin urbem lustra: scrutare uicinia: dextera læuaq; aderunt qui uel neglectum genium calcataq; thori fidem lugeant uel ignari soli uulgo noti decoris rideant. Crebriora illa quidē nunq; non auribus modo sed oculis: quocūq; terrarū perrexeris defutura. At maioribus maior inest cōsolatio. Reges cogita quos uidisti ac terrarū dominos: dehinc scriptis fama q; cognitos recordare. Respice & Arthuri fabulam & historias reliquorū: In mentem redeat Olympias Philippi: Cleopatra Ptolemæi: Agamemnonis Clytæmnestra: Menelai Helena: Pasyphæ Minois: Phædra Thesei: ne ue ipsam urbem Romam olim quoq; dum quoddā quasi pudicitia templum esset: mali huius expertem credas. Redeat ad memoriā Metella uxor Syllæ: illius qui si eius noscet adulteria: nō tantum Romæ: perq; omnem Italiam uulgata: sed quæ Athenis etiam per grāciam cantabatur: minime: ut arbitror: fœlicis nomen sibi prorsus in debitum usurpasset. Post hanc Iulia Agrippæ: quam hinc a flagitio uiri uirtus: hinc maiestas patris abstersisse debuerat: simulq; huius filia & nomine & lasciuia matri par: harumq; seu uita seu fortuna uestigijs hærens Iulia Seueri: non sat pudicitia faustum nomē. Quid Domitiani coniugem Domitiam: Quid Herculaniillam Claudij: seu quādo hic adulterarū fortunatus coniugum princeps fuit: eiusdem Messalinam summū imperij probus loquar: quæ recordem uix ac cæsareum deserens cubile: noctu lupanaria circuibat: illa faciēs quæ referri etiā pudor phibet. Quid has ego: quidue alias stringā: seu quis fornix augustis meretricibus non angustus sit: quæ cōmemoratio fateor: nec honesta est: nec ulla ex parte adulterij crimen leuat: quin potius grauat. Habet tamen haud sperendam consolationis efficaciam similitudo conspecta miseræ ac paritas ærumnarū: non quod alieno quisq; nisi malivolus deleteretur malo: sed q; humilioris fortunæ hominē indignatèr pati: quæ totiens mundi dominos passos nouit: uel non ferenda mollicies: uel superbia uideatur. Toleranda cuiq; sua

sors. Illa æquius: quam cōmunem paruis constat ac maximis inuidiosissimisque mortaliū. Proinde non hominibus tantū nuptas: sed deo etiam desponsatas: in hæc flagitia labi solitas uides: Ac: pro pudor: nec tanti sponsi reuerētia: infœlicem præcipitemque aīam frenat. Cui autem parcat effrenis ac rabida libido: quæ nec cœlo parcat nec cœlestem metuit uindictam: seu quibus abstineat: quæ nec deo sacris corporibus abstinentum censet: Nec uero tantum hac ætate monstra hæc tam fœda libidinum cernuntur: quibus nulla unquam recto iudicio fœdiora esse potuerint: lasique maioris iram merita: Sed æuo illo quo ita prodigū scelus erat: ut nunc uirtus uisa equidem ac punita noscuntur. Virgines ipsæ uestales quæ exactissimæ castitati tribunitiam ac censoriam potestatem cessisse non puduit: quas suoque triumphantium curribus insedis: ne a quoquam forte triumphus impediret: quas postremo noxios casu obuios a supplicio retraxisse: legumque & capitalis sententiæ uim fregisse: sola uirginitatis maiestate comperimus: quæ præterea ex diuerso non facinus tantū turpe: sed habitus aut sermo liberior: pœna graui atque infamia non carebat: & honoris tamen & decoris immemores: & terroris incesti ue damnataque & defossæ sub terram uiuæ per historias occurrunt. In nunc tot exemplis & tã claris & tã sacris obrutus in tanta pudicitia ruina tot probris illustriū concussam paululū humilioris cubiculi fidem desle. ¶ Do. Vxor adultera est. ¶ Rō. Id nonnullis mutandæ in melius uitæ causa fuit: qui maritali compede liberati: reiectoque graui fasce ire alius coeperunt. Quid te uetat coniugis fœditatem primum quoque tibi gradum facere ad uitæ liberioris ascensum? Sape & pondus: sape & comes pedes expeditissimos retardauit. Ibis ocuis quocumque decreueris solus ac uacuus. ¶ Do. Turpitudine uxoris infamior. ¶ Ratio. Ex alieno peccato damnū dolorque nasci potest: non infamia: sicut ex aliena uirtute gaudium: non gloria: Tua te uirtus aut uitium gloriosum efficiet aut infamem. ¶ Dolor. Cōiugis uror infamia. ¶ Ratio. Vel sile: uel fuge: uel ulciscere. Medium fecit ille uir sanctus nactus de simplicitate cognomen: & profecto primum molle nimis: tertium prædurum: medium honesti humanique consilij uideatur: his præsertim quorum media itidem est fortuna. Nam superbis potentibus frustra lex ponitur. Voluntas: libido: ira: impetus: hæc potentis insolentiæ leges sunt. Omne uulnus ferro rescindendum putant: multa sunt autem quæ non ferro egeant sed fomentis. ¶ Dolor. Impudica est uxor. ¶ Ratio. Si pati eligis: atas fortassis illam frangat: & labor: & filij: & morbi: & reifamiliaris angustia: quibusdam frenū utile pudor fuit. ¶ Dolor. Vxor infamis abiit. ¶ Ratio. Optane redeat: ne abierit seruum uotum. ¶ Dolor. Vxor adulterum est secuta. ¶ Ratio. Malles ne tuum in cubiculum adulterum induxisset: Hic saltē pudor impudicæ fuit turpem uitā procul agere: pepercit oculis erubuitque præsentiam tuam. Impudiciā potes accusare: non fugam. ¶ Dolor. Fœda uxor abiit. ¶ Ratio. Si de hoc doles: dignus es ut miferit: dignus ut redeat.

## De Vxore sterili: Dialogus XXII.

¶ Do.

**S**terilis uxor est mihi. ¶ Ratio. Vnum coniugalis incommodi remedium sterilitas obsequiosas facit atque humiles. Quæ plurimos parit: iã non uxorē se credit esse sed dominam: sterilis autem flet & tacet. Annam Helcanæ meministi. ¶ Dolor. Vxor mihi sterilis obtigit. ¶ Ratio. Modo de coniugis impudicitia querebaris: nunc de sterilitate conquereris. Atqui si ea querimonia iusta fuit: hæc iniusta est. Expediit impudico uiro ut sterilis uxor sit: non pascet filios alienos: quod est in omni uxoris iniuria ac fœditate durissimum: si miserum uxor adultera: miserimum & fœcunda. ¶ Dolor. Vxor est sterilis. ¶ Ratio. Quid ergo: tu puerperam euulntem audire & nutrices litigantes & uagientes infantulos maluisses? Sterilitas omnia tædia hæc submouit. ¶ Dolor. Sterilis uxor est. ¶ Ratio. Vide ne: quod multi faciunt: uitium tuum alteri obijcias. Multæ uni uiro nuptæ uisæ steriles: nuptæ post alijs peperere. ¶ Dolor. Sterilis est uxor. ¶ Ratio. Quid scis qualem tibi filium pareret si fœcunda esset? Quarundam partus fœcunditatem odiosam: & sterilitatem fecit optabilem. Non tulisset Imperium Romanum portenta illa feralia: Caium: Caligulam: Neronem: Cōmodum: Bassianum: si Germanicus: si Domitius: si Marcus Antoninus: si Septimus Seuerus aut nullas uxores: aut steriles habuissent.

## De Filia Impudica: Dialogus XXIII.

¶ Do.

**D**elicata nimis est filia. ¶ Rō. Duas se habere filias delicatas: sed ferēdas tamē: rempublicam scz & Iuliam dicere solitus fertur Augustus Cæsar. Iuliacque animū lætū quidem usque ad speciem procacitatis sed reatu liberæ. In utraque tamen ita sentiens

k

## De Aduenticio dedecore: Dialogus XXIII.

princeps sapiētissimus fallebat: Nam & res publica iam pridem ab illa sua prisca uirtute fornicari cœperat: & filia non tā delicata q̄: probris solum patrem latentibus deformata erat: quæ tandem sero licet erupere: Scđm tamen hęc sententiam delicata potest esse filia sed pudica. Quod ut permiserim: negari illud certe non potest: Pronū & breue iter ad impudicitia esse delicias. **CDō.** Filia lasciuire incipit. **CRō.** Occurre principijs: dura ferro: tenera digitis conuelluntur. Qui sibi uel alteri habitum quærīt: a teneris annis incipiat. Facile & tractatur mollia & flectuntur. **CDō.** Lasciuire incipit filia. **CRō.** Lautas dapes & uestes illi molles ac fulgidas: anuloscq; & armillas detrahe: & quicquid est aliud quo & ipsa sibi placeat & placere alijs studeat. Obiſce illi domesticas curas: p̄ſa: acus & colos: & si qd est opis qđ suauis ac molles manus in callum duret. Seduce eam a spectaculis: a cōcursu populi. Festis etiam diebus illam dōmi cōtine: Nullum uagis ac discholis cogitatibus tempus linque. Occupatio & labor & incultior habitus & uictus asperior & secessus: inq; unū aliquid iugis intētio: Ad hęc testis char⁹ ac uerendus: frequens admonitio: dulces minæ: & si quando res exiguat asperæ: Hęc sunt castitatis aduersus impudicitia seræ ac uectes: qui & insultantes ocioſo animo passiones aceant & ingressas efficiant. **CDō.** Filia impudica est. **CRō.** Ecclesiasticū consiliū: Super filiam luxuriosam confirma custodiam: ne quando faciat te in opprobriū uenire. Et si aut nihil pene tristius pati possis: modo tamen paterni officij nihil omiseris: Est unde mœstum te soleris. Tuus em̄ pōt esse dolor: sed nō pudor quidē nec crimē: Nā præcipitem in libidines animū frenare difficile est ualde: & nisi de⁹ ipse manū adhibeat: impossibile homini. Tantus est em̄ impetus tanq; effrenis: ut contra eum frustra sæpenumero parentes: frustra & fratres: frustra etiā ipse uir laboret. Neq; id mix cum sit scriptū: Aliter non possum esse continens nisi deus det. Neue hinc pudicitia excusatio ulla sit: dat hoc deus pia fide poscentibus: quodq; in se est annitentibus ac scientibus cuius sit hoc donum: riteq; & ipsum æstimantibus & auctorem. **CDō.** Filia adultera est. **CRō.** Si nupta: habes participem generis doloris: Habes & ipsum Cæsarē Augustū & iniuria comitē & ultionis exemplū.

## De Aduenticio dedecore: Dial. XXIII.

**CDō.**

**A** **A**lieno crimine infamor. **CRō.** Dicebam modo: & sic est: Alieni te criminis dolor attingere potest: non infamia. Verum loquor. Falsa enim ut sit dura: durabilis nō erit: & infamiam & gloriam ut longæua sit: tuo tu quidem ex agello animi propriam uitem falce messueris. **CDō.** Alieno crimine mœstus sum. **CRō.** Credo Hercle. Esto autē tua lætus innocentia: nisi magis alieno tangeris q̄ tuo: non ut patrimonij hæreditas: sic & fama est: & si esset repudiari posset. Onerosam & infamem hæreditatem adire nemo cogit. Nūc ut dixi: nominum successio nulla est. Nulli agnationū aut cognationū gradus hac i res: seu tu clarum tibi: seu tu fuscum nomen optaueris: a te illud non ab alio petendum erit: tuis opus est meritis. Est quando quidem alienis nec fœdari potes nec ornari. Quid tabellionē aspicias: quid testantem: quid amantissimo clarissimoq; seni tuo fidis: seu quid horres obscurum: nec uerum decus inde nec dedecus? Non legatur fama sed quæratur. **CDō.** Meorum grauior infamia. **CRō.** Immo quidem tua te præmit opinio: humanæ miseria radix ingēs. Pone illam: falso falce leuaberis. **CDō.** Meorum criminibus infamor. **CRō.** Nego id quidem fieri posse: sed ut fatear: præstat tamen alienis te flagitij infamē esse q̄ alios tuis. Multo est enim grauius peccati pōdus q̄ infamia: ubi peccatum illic miseria uera est. Contra autem: falsa infamia ueræ miseria nihil habet falsa gloria: plæbeios licet aios: Illa pūgat: hæc mulceat. **CDō.** Meorum infamia non tangi nequeo. **CRō.** Tangi pium: sterni miserum. Proinde dum reliquæ spei sunt: summo studio tuorum famæ atq; inde susceptæ perturbationi tuæ consule. Si spes omis abierit: illis omisissis sollicitudinem atq; angores deponēdos censeo: Nam & incassum niti & tristitia materiam aucupari: par demētia est. **CDō.** Seruilibus probris notor. **CRō.** Meritam patientia poenam luis: cum diluere notam possis scelerum pulsus auctoribus. **CDō.** At meorū qui tam facile pelli nequeunt uxor probris. **CRō.** Quorum quæso: Iam parētum castigatio: filijs nullo iure permisa est. Inde tibi igitur nihil infamia: quin potius recto iudicio quasi quidā fulgor ex tenebris nasci potest: Nam cum uirtutis proprium difficultas sit: multo difficilius est obscuris q̄ claris ducibus rectum iter tenuisse. Sin uxoris: quid hic uero te agere oporteat: & quorū pro remedio meminisse: paulo supra monui. Si natorum: respice qui uiri quos filios habuere. Fabius Maximus ac Sci

## De Infamia: Dialogus XXV.

pio Africanus & Pompeius magnus: (Non enim imperij atq; opum: sed ætatis & gloriæ sequor ordinem): Quæ aut Vespasian<sup>9</sup> ultimum: aut Aurelius Antoninus unicum: aut Severus primum: Quos in genere alio Hortensius ac Cicero: Quam postremo filiam Augustus Cæsar: Aut quem filiū Germanicus: magna de luce magnas tenebras uidebis: & intelliges hoc prolis infortunium: nescio quidem uide: sed in maximam quanq; familiam suo iure familiarius scādere: & cuiq; suas uomicas domi esse uel ignotas uicinix uel neglectas. Nec fratrum nepotumq; deerant exempla. Illa posui quoz; propior & grauior uideri pudor solet. Omnium una est regula. Alterius quisquis ille sit: maculas inuito alteri nec affigi posse nec hærere.

### De Infamia: Dialogus XXV.

CDo.

**M** Ea præmor iufamia. **CRō.** Timui tua ne conscientia præmereris. **CDo.** Infamia præmor graui. **CRō.** Si iustam: nō infamiā sed infamiæ causam desite. Sin iniusta: errores hominum alto animo proculcā: s: tua te cōscientia solare. **CDo.** Graui infamia laboro. **CRō.** Ventoso false suspiras: sic suapte natura leuem sarcinam ferentis imbecillitas grauem facit. **CDo.** Grauis in meum nomen surgit infamia. **CRō.** Referet quibus orta radicibus: si ueri uiuet: augebitur: alioquin mox arefcet ac defluet. **CDo.** Magna mihi infamia conflata est. **CRō.** Bene ais. Flatus est enim fama: Sæpe etiam impuri oris qui uos adeo quatit ac territat. Atqui magna infamia: magnæ famæ principiū multus fuit. Puduit uulgus: & ut iure suo errori adderet errorem: rebusq; modum cunctis excluderet: modicam infamiam imodidis laudibus tandem uicit. **CDo.** Multa undiq; pulsor infamia. **CRatio.** Circūstantibus uentis in portum redi: & ab aurium procellis in cubiculum cordis ingredere: cui si tranquillitas sua est: habes ubi iurgioz; fessus requiescas: & ut dici solet: in sinu gaudeas. **CDo.** Fusca fama: conscientia clara sum. **CRō.** Tu ne igitur fama esse clarissima: cōsciētia turpi cuperes atq; obscura: Ita ne penitus uerum est illud Flacci: Falsus honor iuuat: & mendax infamia terret: O rem uanam: uera quidem & iuuare possunt & terrere: umbras metuere non est uiri. **CDo.** Infamiæ sarcina ingens est. **CRō.** Si flagitio collecta: grauis fa teor: si casu facilis: si honesti studio gloriosa. Siquidem bonis artibus quæ sita infamia laus est. Insultent fatui: tu exulta lucro nobili: uirtutem nempe rarissimam mercem: magno licet & quo nullum maius famæ precio comparasti. Is uirtutis cultor uer<sup>9</sup> est qui in illa nihil penitus præter illam cogitat. Sed cum reliquorum clarus: tum clarissimus est contemptus famæ uirtutis studio susceptus: cum profecto fama uiris fortibus: non auro tantum sed uita etiam sit charior. Qui amore uirtutis hęc spreuerit: is spreturus omnia credi debet: quod præclarum sed perrarum scito: quandoquidem magna pars eorum qui uideri uolunt uirtuti operam dare: fama eius apprehensa: sic confestim in actione lentescant: ut intelligi de unū hoc illos quod apprehenderint intendisse. **CDo.** Multi grauius me infamant. **CRō.** Plures olim Fabium: & grauius plures etiam Africanum: quæ res illis eximiam in gloriam uersa est. Cōmunem cum talibus sortē quæri desine: paucissimis accidit: omni semper infamia caruisse. Delicatissima res est fama hominis: & quæ sæpe rubiginē leuibus contrahit ex causis. Et ad summā: ut nil clarius fama est: sic nil obscurari pronius: nilq; peregrinarum: ut sic dixerim: capaci<sup>9</sup> impræssionum. **CDo.** Graui uxor infamia. **CRō.** Pestis hæc uerendis maxime infesta nominibus: uiris quoq; sanctissimis non pepercit: quorum princeps omnis expertus culpæ: & ipse tamen ab impijs infamatus ostendit mali huius immunitatem: quæ nec deo obtigisset: hominibus non sperandam. **CDo.** Dura atteror infamia. **CRō.** Virtutem inuidia non temptari uix possibile dixerim: sufficiat non conuelli: siue gloriam cum obtreccatione collidi: si pura: si solida est: splendescet attritu. **CDo.** Acri uxor infamia. **CRō.** Vulgaris aura cæcis ignorantix pulsa turbinibus sūma rerum cacumina uerberat: sed non quatit: uel si quatit non euertit. Excellētia tibi cuiuspiam signum sit: in uulgi linguas quasi scopulos incidisse. Humilia enim & circa terram depræssa nomina: nec præclara laudis lumen excipiunt: nec magnæ infamiæ tempestatem: Sæpe quod spernitur & quiescit. **CDo.** Male de me uulgus loquitur. **CRō.** Bene q; in linguas non in calamos incurristi: Væhemēs sermo uulgi est at minime diuturnus: Leuibus aut falsis orta causis breuia sint oportet: tacebunt cum multa latrauerint. Fatigari citius solent qui cœpere feruentius. **CDo.** Vulgi linguis exagitor. **CRō.** Quid si oratoris aut poetæ insignis i stilū impegisses: ut multi olim quos infames posteritati traditos inimici eloquentia uidemus: ut sicut nobile mihi suspirium Alexandri regis: Homerum Acacidæ inuidentis: sic metus nobilis Alexandri principis

## De Quæſito ex indignis laudibus pudore: Dial. XXVI.

uideatur litteratos diſertosq; uiros ne quid de ſe aſperum ſcriberent formidantis: q̄q̄ nec litteratis obtreccationibus ſuccumbendū: ſed uel pari ſtilo refellenda calumnia: Qd̄ Tullius Criſpo: quod Demotheſes Aefchini: qd̄ innumerabilib⁹ fecit Cato: uel inſigni fiducia & omne theatrum ſuperante animi teſtimonio reſiſtendū eſſet: dicendūq; qd̄ Caluo Vatini⁹ uſ perorante: Non quia ipſe diſertus: iccirco ego damnādus ſum: At nunc periculi nihil eſt: Si quidem uulguſ ut multum ſtrepat: q̄ diu tamen id faciet: cito uel uolens uel coactum deſinet. Veniet dies quæ ſtrepidulis hiſ cicadis: loquacibuſq; ſilētium pacis ponat. ¶ Dolor. Malam famam apud uulguſ habeo. ¶ Rō. Ut apud teipſum: utq; apud bonos bonam ac perpetuam ueramq; habeas enitere. Nempe iſta quam quereris euaneſcet. Inane genus ac trepidum mortales: quid ad uos uel adulantium uel detraherentium breue iſtud & obſcurum murmur: Venient qui liberius iudicent atq; æquius. Et qui ſunt inquires hi iudices: Noſſe illos nō poteſtis: ſed ab illis noſci. Illos dico qui poſt uos naſcentur: quos nec ueſtri odium nec linor: ſed nec amor nec ſpes torſerit aut metus. Si ueſtrarum æſtimationem rerum ac ſententiam incorruptam uultis: hoſ iudices expeçtate: Breuis ē mora: Properant: ecce moxq; aderunt. ¶ Do. Infamiam factis egregijs & uirtute contraxi. ¶ Ratio. Eſt ubi amor damnis alitur: creſcitq; laboribus: inq; amaro dictu mirum: & maligno ſolo radices agit altius: unde fit ut factionum amantiſſimos ſæpe illos uideas: qui multa & graua pro factionibus paſſi ſunt: Nota quidem & nimium trita res ueſtris in urbibus. Proinde nemo uel iuſticiae uel ueritatis amanti⁹: q̄ qui pro hac flagellis ſeſe obtulit ac morti. Et tu igitur uirtutem ama: magiſq; ac magis illam cole: pro qua famam rem pulcherrimam atq; chariſſimam amiſiſti: pro qua non leue ſupplicium ſerſ infamiam: perdituſq; & ſpretis omnibus: eam ipſam quam tibi nemo unq; eripiet uirtutem ſolam ſolus amplectere: atq; illi dicit: Hæc quidem O regina pro te uolens patior: tu me in integrum reſtitues: aut certe una mihi pro omnibus ſatis eſ: Tu me ſola ſinu pio reſoue: ſic non fame tantum ſed uitæ quoq; damna non ſentiam. ¶ Do. Vulgo paſſim in triuijs laceror. ¶ Rō. Boni conſule. Norum te uulguſ faciet: daq; uirtus: conſcientia ſecur⁹.

## De quæſito ex indignis laudibus pudore: Dial. XXVI. ¶ Do.

**A** **L**audaſſe arguor indignum. ¶ Ratio. Malum quidem e bona ſæpe oritur ra dice. Boni enim & innocui quales ipſi ſunt: tales alioſ opinant. Hinc ad laudādū æquo etiam proniores ſunt: Et q̄ uis indignum laudare malum fatear: uitu perare tamen immeritum multo eſt peius. ¶ Do. Laudauit indignum. ¶ Rō. Si id ſciens: reprehendiſſibilis. At ſi ignorans: excuſabilis. Minus eſt malum falli q̄ fallere: Falli enim alie num: fallere autem proprium fallentis eſt crimen. ¶ Do. Aliena laus in meam uergit infamiam. ¶ Rō. Immo quidem tua: uel culpa: uel ignorantia. Ex alieno enim ut laus: ſic infamia nulla eſt. ¶ Do. Laudatſe indignū ualde doleo. ¶ Rō. Vide ergo ne id ipſum ſæpe doleas. Caue ne temere ad laudandum uituperādumq; proſilias. Eſt enim utriuſq; rei libido: & ut dicam proprie: morbus ac pruritus quidam linguæ mobilis & quietis inſcia: Cuius frenum ac custodia inter opera perfectionis eximia numerantur: dicente ſcriptura: Si quis in uerbo non offendit: hic perfectus eſt uir. Qua in re nimis ſæpe fallimini. Et heu nimis illud eiufdem Apoſtoli uerum ſit: q̄ linguam nullus hominum domare poteſt: inquietum malū. Ad mentiendū ergo q̄tidie uos illa præcipitat: q̄s hinc ſuus urget impetus: inde falſa res ſpēs trahit. Sūt em̄ qui aspectu uel eloq̄o uitia mox tegūt: Qd̄ de Alcibiade accepim⁹: de multis uidim⁹. Sūt qui uirtutes uel occultāt contrario: ſeu id natura uultus ſc̄z aut ſermonis aſteritate inſita: ſeu etiā arte quadā ſtudioq; aduerſus id qd̄ uulgo cōcupiſc̄it adhibito. Nā ut multi qui ſe bonos: ſic aliq̄ qui ſe malos fingerēt ſunt reperti: quo uel humani fauoris peſtilentē aurā: uel inuiſam honoꝝ tpaliū ſarcinā declinarēt: Qd̄ de Ambroſio lectū eſt. Accedit amor atq; odiū: accedit ira & inuidia: ſpes & me⁹: affectuſq; animi uarij & occultu: hiſq; ipſiſ interdū quoꝝ ſunt incogniti: ſp̄ aut iudicij ueri hoſtes. Accedit q̄ uiuētis laus diuino eloq̄o ppter uitā mortalis incōſtantiā phibe⁹: quāto igit magis uitupatio e Deinceps itaq; ad laudādū tard⁹: ad uituperādū tardior ueni: cū uterq; em̄: ut dixi: malus error ſit: peior eſt ultimus. ¶ Do. Laudando immeritū erraui. ¶ Rō. Errādo diſc̄i: & ſæpe error un⁹ multis obſtat errorib⁹: dūq; erraſſe ſemel pudet: ne ſimilis iter⁹ error obrepat occurr̄. Laudatſi incaute: linguā frena: Hoc boni ſaltē illi inſit malo. ¶ Do. Indignū laudaſſe pudet ac poenitet. ¶ Rō. Pudor & poenitentia & dolor ſcalæ ſunt & gradus quidā ad reſiſcentiā & ſalutē. Pauci ſunt q̄ ad rectū iter niſi p̄ deuia multa ceſpitādo pueniāt: multoſq; ideo uoluptatis ſeruos in iuuetute uidim⁹: qui ytuſis amici in ſenio eualeſcūt.

## De Amicis infidelibus: Dialogus XXVII. ¶ Do.

**D**e amicis queror. ¶ Ratio. Quic hic hostibus faciat qui de amicis querimoniam instituit: ¶ Do. Amicos experior infideles. ¶ Rō. Impossibilē rem narras. Ne forte autem amicos credideris qui nō erant: nempe id nō modo possibile sed cōe est. ¶ Do. Infideles sunt amici. ¶ Rō. His querelis plenus est orbis terrā: Verē amicitia infidelitasq; non coeunt. Qui infidelis esse incipit: desinit esse amicus: seu: quod potius crediderim: nunq̄ fuit. Cūq; om̄is uirtus imortalis sit: omnis fictio xui breuis: nō fides est sublata sed fictio. ¶ Do. Infidos experior amicos. ¶ Rō. Amici falso habiti: si nunc primū infidelis animi latebras pandūt: erroris tui finē latius aspice: & caueo interim ne morbi cōtagia in te serpāt: Sed quicūq; illi fuerint: tu amicitia fidē serua: & si nō propter imeritos: at propter te meritū aliena peste non infici: quod libentius facies: si quantū tibi displiceat illoꝝ perfidia: ipse tecū acriter excusseris. Sæpe uitij odiū: calcar ad uirtutem fuit. ¶ Do. Immeritus amicorum odia contraxi. ¶ Rō. Odiosi ciues: odiosi socij: odiosi cognati: odiosi coniuges: odiosi fratres: odiosus demū patri fili⁹ & filio pater. Et ad summā: nulla necessitudo est quæ nō odij esse possit infecta. Sola quidē amicitia sincera mali huius ignara est. Interq; hanc & reliquas hoc interesse diffiniunt: q̄ illæ omnes adiuncto odio durant nomēq; suum retinent: huic uni non modo si odium accesserit: sed si amor abcesserit: amicitia iam non est: neq; uero magis odiosus amic⁹ esse potest q̄ amor etiam odiosus. ¶ Do. Perfidus patior amicos. ¶ Rō. Si quid spei reliquū perfer: dum in fidem redeant & ardēter ama. Multi enim tepido amore amicitias extinxerunt: aut parum fidendo perfidiā docuere. Si nec ira proficis: spesq; omnis interij: utere consilio Catonis: qui amicitias quæ nō placēt: sensim dissuendas censuit: non subito discindendas: ne geminū graue damnum simulq; & amici perditū uideātur & quæsi hostes: nisi forte acrior casus ac moræ impatiens maturo consilio uti uetet: qui si incidat: inter ærumnas amicitiarum ultimas numerādus erit: ferendus tamen alto animo: ut reliqua: cedēdumq; necessitati & parendum temporī: Sed hic casus ueræ uix amicitia tunc notus est.

## De Ingratis: Dialogus XXVIII.

¶ Do.

**M**ltos experior ingratos: graue uitium. ¶ Rō. Ingratitudinem uituperare superuacuum: omnium nempe mortalium hæc sermo condemnat. Non est laborandum ut suadeas: quod om̄ibus persuasum est & inextirpabiliter insitum. Est qui summum: est qui solum in uirtute bonum locet: est qui neutrum: sed in uoluptate uirtutis hoste ponat omnia. Sunt qui castitatem pulcherrimū ornamentū uitæ dicant. Sunt qui hæc ipsam in se spernant: In alijs uero uel ridiculam: uel difficilem certe longeq; laboriosam putent: Qd̄ Augustin⁹ rātus uir futurus in se sensit ubi Ambrosij cælibatum laboriosum sibi uisum ait: qui alijs non laboriosus modo: sed damnabilis uitæ status uisus erat. Vnde illud Platonis: Qui cum cælibem castamq; uitam diu tenuisset: ad extremū sacrificasse legitur naturæ: ut sibi illam placaret: quam sic uiuēdo uiolasse & in quam grauer peccasse uideretur. Mirum id tam docto homini uideri potuisse: sed uisum esse nō est dubium. Erūt quoq; qui fortitudinem eminentissimam clarissimamq; uirtutem ducant: Vulnura aduersis excepisse pectorib⁹: campum rutilo sanguine cruenta: intrepidisq; demū animis mortem oppetijisse. Erūt qui hæc omnia summæ tribuant infantiæ: & nil melius securo atq; imbelli ducant ocio. Venient deniq; qui iusticiam gubernatricem reꝝ humanarū: & uirtutum matrem censeant: qui religionem iter ad æternam uitā credant & ad cœlum scalam. Venient contra qui iusticiā ignauia: religionem amentia: ac superstitioni ascribant: Hi sunt de quibus scriptū est: qd̄ uis habent in uiribus: qui omnia uirorum fortij esse cōfirmēt. Neq; solum ex hoc genere uiolentorum hominum raptorumq;: sed ex ipsa doctoꝝ acie: quātos oppugnatores habeat iusticia: facile est in libris reipublicæ Ciceronis aduertere. Sunt qui fidem & promissorū obseruantiam magnis & meritis laudibus efferant. Sunt qui fidē frangere non fallere dicant esse: sed plus scire & esse ingenij melioris. Quæ licet uulgo multorū hodie sit opinio & multorū uox: apud Laçantij nominatū Mercurio tribuif dicenti: sicut ille ait: Nō fraudis esse decipere sed astutia: Pulcher em̄ ingenij deus & eloquij. Et ad summam: nulla uirtus tam laudata est quā uituperatores inueniat: Gratiudinē nulla barbaries gentium: nulla morū immanitas non laudabit: nemo usq; nō uituperabit ingratiudinem: Sit fur: sit sicarius: sit proditor: sit ingratus: uitij suū excusare nō audebit sed negare. Quæ q̄uis ita sint: nihilominus tamē innumerabiles sunt ingrati. Nec est fere uitij aliud

## De Seruismalis: Dialogus XXIX.

quod tam multis uerbo damnatum: tam multi rebus ipsis amplectantur ac teneant. Quid concludam: Damnādum utiq; non solum uerbo sed animo maxime atq; iudicio & in se: cuiq; bono fugiendum ac uitandum: in altero tolerandum: sicut cætera quibus humanū scætet genus: quibus mali abundant: boni exercentur. Perfer igitur & gaude potius ingratum ferre q̄ ingratum fieri. ¶ **Do.** Ingratos multos inuenio. ¶ **Rō.** Vide ne quid in te culpa sit. Multi enim dum benefici dici uolūt: iactatores sunt atq; exprobratores. Onerosum genus quorum beneficia plus offensa præferūt q̄ gratia. Idq; nihil est aliud: q̄ precio odium parere: Mercimonium insanum. ¶ **Do.** Bene meritus: multos male memores & ingratos patior. ¶ **Rō.** Tu ne hoc illis inuides: tuamq; cum illorum sorte cōmutatā cupis: Noli obsecro cuiuscunq; sit uitium: uirtus tuā ueniat in partem. ¶ **Do.** Multos habeo ingratos. ¶ **Rō.** Quid expectas audire benefacere ut desinas: deq; alterius culpa tuum ipse damnatum facias: Quin tu potius contrarium fac: & qui multos habes: cura nunc etiam ut habeas plures: Habebis autem si multis benefeceris. Multi enim semper ingrati: sed plures hodie: uereorq; ne confestim gratum esse portetum sit: Ita indies retro eunt omnia. Ea penitentium improbitas: & ea debentium obliuio atq; superbia est: neq; ideo desistendum: neq; cæcorum æmulatione eruendi oculi: quos potius facere debet aliena cæcitas chariores. ¶ **Do.** Mihi multi sunt ingrati. ¶ **Rō.** An tu multos idem fueris recordare. Vna enim ingratitudo aliam punit: sicut in reliquis: unum sæpe peccatum alterius pœna est. ¶ **Do.** Multis ingratissimus profui. ¶ **Rō.** Multis indignis profuisse satius q̄ uni digno defuisse. Proinde perge: neu malorū odio bonos mores exuas: nec prodesse alijs cæses: qd̄ ab alijs male sit cognitum. Cognoscent hi fortasse melius: si ne id quidem: nosse deum: nosse te satis est: Nō est uera uirtus: cui conscientia præmium nō sufficit. ¶ **Do.** Profuisse multis infœliciter cessi sit. ¶ **Rō.** Cauene unius crimen obsit alteri: quodq; est grauius tibi. Experire alios cedit forte fœlicius. Quidam præterea diu ingrati urgente animum pudore: tandem fuere gratissimi: magnoq; cū fœnore spes amissa rediit. Ad hæc sæpe qd̄ requisitus debitor negauit ultro non debitor obtulit: Nullum bonum opus unq; perijt. Qui bene agit ante alios se cogitet. Vna quidem uirtus multis prodest: sed prima & maxima pars uirtutis in agentē redit. Itaq; ut mali omnes & ingrati sint: non iccirco uir bonus beneficio cessabit: Nam quæ in multos spargit: in se cumulat: sibi ipse beneficus uni saltem non ingrato. ¶ **Do.** Proieci beneficia in ingratos. ¶ **Rō.** Atqui gratis dare nec avarus metuat: Eo autem liberalitas maior: quo spes præmij minor est.

## De Seruis malis: Dial. XXIX.

¶ **Do.**

**A**

**M**alis seruis obsideor. ¶ **Rō.** Nūc recte ais obsideor: olim tibi circumfultus uidebar: sed obsessus eras: non familiari solum exercitu sed hostili. ¶ **Do.** Indomitissimus seruis præmor. ¶ **Rō.** Tuæ acies cōtra te militant: insuaue negocium. ¶ **Do.** Superbis seruis obsessus sum. ¶ **Rō.** Eosq; qui te obsident pascere cogeris: inamœna necessitas. ¶ **Do.** Seruis obsideor pessimis: uoracibus: furibus: mendacibus: impudicis. ¶ **Rō.** Quid seruorum epithetis affluere est opus: Seruos dic: omnia dixeris. ¶ **Dolor.** Seruis obsideor quid consulis: ¶ **Rō.** Quid consulam: seu quid dicam nisi Terentianum illud: Quæ res in se neq; modum neq; consilium habet ullum: eam consilio regere non potes. Nota sunt tamē hac in re Senecæ consilia: Viuendum cum seruis familiariter: comiter: clæmenter: familiarē esse iubet. At quib; Nempe his quorum familiaritas contemptus est genitrix. Addit. Nō uerberum sed uerborum castigatione utendum: erga surdos scilicet torpētēsq; dominicāq; mansuetudinem duro pede calcantes. Admittendos præterea in sermonem: in consilium: in conuictum. Et quos quæso: Vtiq; procaces: stultos: ebrios: perfidos: insolētes: qui neq; sermonem teneant neq; consilium habeant & conuictum fœdent: salutis uitæq; domini & patrimonij & famæ segnes: gula aut propria atq; libidinis uigilantissimi curatores. Verū ille ideo fortassis hoc cōsuluit: quia in seruo ueræ opinat: qd̄ iam añ de amico dixerat: Fidelē si credideris facies. Credo nō cogitas ex optimo genere hoīm amicos esse solitos: seruos ex pessimo. Equidē nō si mille añis lupū agnū credideris: agnū fiet. ¶ **Do.** Obsideor & seruis: quid cōsilij affers: ¶ **Rō.** Nunq; aliūde quæsieris qd̄ in te est: nō obsideberis nisi dū uoles: neq; yō nūc obsiderent nisi q̄ in urbib; male pacatis accidit: una ps animi quasi factio seuditiosorū ciuiū obsidētib; faueret. Vis hoc malo liberari: purga animi tui statū. Seruos em castigare: neq; his Senecæ cōsilij: neq; alijs potes te si uelis cōponere: Nemo uetuerit: Pōpas abige: pelle superbiam. Ita em uel fugabis seruos: inimicā aciem uel imminues. ¶ **Do.**

**B**

## De Seruis fugitiuis: DIALOGUS XXX.

Moltis seruis obſideor. ¶ **CRō.** Bene ſi ſtrepitus uel inanis quæritur iactantia: ſin obſequiū aut iucunditas nil peius. Serui & ſi boni ſint: qđ inter prodigia numerem: nunq̄ tamē mul-  
 ti bene ſeruiūt. Inter ſe enī diffident: murmurāt: altercant: alter ad alterius reſpiciens man⁹:  
 ipſe interim octoſus cōploſiſq̄ ſuis ſedēs manib⁹: dñi habitū induiſſe: ſuū decus exiſtimat:  
 & nil cenſet honeſtius q̄ nihil agere: cuncta pollicitus. De his nāq̄ nūc loquimur: qui falſa  
 ꝑfeſſiōe uētris ignaui negociū agētes: ſeruitio humili: nō tātū uolūtariē ſed impoꝛtune ſeſe  
 offerūt. In numerabiꝑ turba ſed uilis: q̄ cū tot pateāt artes abiectiſſima elegerūt: alieno uiue  
 re: & idipſū nulla alia re mereri q̄ titulo famular⁹. Nēpe illoꝝ q̄s nō uolūtas ꝑꝑria ſed ali  
 ena uis & ſua ſors & ſeruitium traxit: ut numerus rarior: ita crebrior uirtus & notior fides.  
 Nimirum: aliud eſt ſeruire uelle: aliud cogi. Hi ergo fortunæ memores: ut eoſdē ſe in omni  
 ſtatu præbeant: neu uirtutem cum libertate perdiderint: qđ inuiti faciunt aliquando fideſi  
 ter faciunt: cum id nequeant quos uolentes ſomnus: uenter: gula: cui cupiditas: mali du  
 ces in ſeruitium deduxere: In quo mirum non eſt ſi ducibus ſuis ſtudent: atq̄ id agunt qđ  
 ſecuti falſum ſimul atq̄ humilem titulum ſeruitutis aſſumpſerant. Contra: hi qui tale nihil  
 quod ſequerentur habuerunt: naturam ſecuti ac fortunam: ſæpe quod liberi fuerant ſerui oſtē  
 dunt. Et ſi fortaiſſe de talibus intellexit: poſſum inoffenſis auribus Senecam audire. ¶ **CDō.**  
 Multi domum ſerui occupant. ¶ **CRō.** Multa igitur lites: multa bella: de re qualibet pugna  
 erit. Noua quotidie crimina proferantur ac purgētur: & tu medius inter partes ſedeas opor  
 tet. Iudex factus ex domino: non potes litigiū domo expellere: litigantes potes. ¶ **CDō.** Ob  
 ſideor famulis ſine quib⁹ uiuere nequeo: quid agam? ¶ **CRō.** Si eoſq̄ peruentum eſt: ut ſi  
 ne hoſtibus tuis eſſe non audeas: paucitate illorum ac uilitate tibi conſule: Pelle formoſoſ:  
 pelle comptos ac callidos: pelle uel facie ſibi placentes uel ingenio: uel genere. Inter paucos  
 eoſq̄ hebetes atq̄ incultos tutius ages: non quia meliores: ſed quia minus auſuri: quos ue  
 lut hyeme ſerpentes coacta uis ueneni atq̄ uilis inertix tropoꝝ obſtrinxerit. Deniq̄ hæc  
 ſumma eſt: ut in ſeruo ſola quidem aut certe prima fides aſtimanda ſit. Si quid hac in parte  
 præuleris: crede mihi: magno cum ſcœnore uiciorum qualiſcunq̄ illa breuis tibi ueniet uo  
 luptas: Quia ſane perrara ē fides: proximū remedij gen⁹: ipſa quam dixi paucitas uilitaſq̄  
 non plus habens boni ſed minus audacia.

### De Seruis fugitiuis: Dial. XXX.

¶ **CDō.**

**D**iceſſerūt ſerui. ¶ **CRō.** Quorum moleſta præſentia erat: graſus debet eſſe diſceſſus.  
 Nihil ferme diſplicet cuius contrariū non delectet. ¶ **CDō.** Abierunt ſerui. ¶ **CRō.**  
 O ſi redeant uideatq̄ oculis quod animo iam uidiſti: quot illos uitia circumſtent:  
 quot nequitia: quot doli: quot mendaciorum artes: quot ſclerum ſpecies: quot furtoꝝ:  
 Quid ni horreas comitatum: limenq̄ redeuntibus obſtruas: meritoq̄ gaudeas tuam do  
 mum malis exhauſtam leuatamq̄ ponderibus: ¶ **CDō.** Serui ſimul omnes abiere. ¶ **CRō.**  
 Simulq̄ cum illis cura graues moleſtaq̄ ſollicitudines metuſq̄ perpetui. Cogita quot im  
 plendi uentres: quot tegendi humeri: quot armandi ſtringendiq̄ pedes uagi: quot acuti un  
 gues obſeruandi: Duro te negotio liberatum dices. ¶ **CDō.** fugierunt ſerui. ¶ **CRō.** Et cum  
 his odia in dominū: & contemptus: & murmura: & querela: quin & execrationes tacitaq̄  
 deuotiones immeriti capitis: quib⁹ immerito ſeruitio caruiſſe quis tam ambitioſus ut ne  
 ſciat aſcribendum lucro: ¶ **CDō.** Diffugerunt ſerui. ¶ **CRatio.** Quis unq̄ de fuga hoſtium  
 quæſtus eſt: Julio Cæſari tribuitur ſuperbia: q̄ hoſtem quem intercipere cogitabat fugien  
 tem moeſtus aſpexerit: At modeſtus uictoribus terga hoſtium uidiſſe ſatis eſt: quin & idem  
 ipſe alibi fugientibus parci iubet: ſola hoſtium contentus fuga. Idem facito. Et ſi tui hoſtes  
 grauiore ſupplicio digni eſſent: fugiſſe ſufficiat: atq̄ illorum fuga tuam metire uictoriam:  
 ablatamq̄ tibi neceſſitatem uindictæ ſæuiores intellige. ¶ **CDō.** Serui fugiere. ¶ **CRō.** Spō  
 te igitur fecere quod cogendi erant: gratiam habeto: depellēdi immanes bæluas tibi dem  
 ptus eſt labor: hinc quereris: fugierunt: qui niſi fugiſſent tu fugere debuiſſes. Fugierunt qui  
 aut fugiendi erant aut fugandi: Nunc tu liber: nūc ſecurus: nūc domus tuæ dominus remā  
 ſiſti. ¶ **CDō.** Fugierūt ſerui. ¶ **CRō.** Fugitiuos iudicādi ius eſt dño: tu te dñm diſſimula: ne ue  
 hoc iure utere. Si boni eſſent nō fugiſſent: malos amiſiſſe nō iactura ſed quæſtus eſt. Vene  
 noſa aialia tutius eſt uitare q̄ cape. ¶ **CDō.** Serui me ſolū reliquerūt. ¶ **CRō.** Vere ſolū: ꝑꝑ  
 inopē: ſi ne ſolus ſis ſeruiſi egeas comitatu: ita nec amicū habes: nec teipſū. Quid aut ſerui  
 ne igit tui ſine te eſſe cupiūt: tu ſine illis eſſe nō potes: Vide ne hoc ipſo ſeruis tuis ipſe miſe  
 rior ſis. Q̄ ſi forte nō ſeruos cogitas: ſed preciū: nō deſideriū inane: ſed turpis auaricia caſti  
 ganda eſt: de quo ſatius eſt dictū: dum de amiſſa pecunia loqueremur.

## De Vicinis importunis: Dial. XXXI.

CDo.

**A** **V**icini importuni sunt mihi. CRō. Vide ne tu illis importunior. CDo. Graues uicinos pfero. CRō. Multū cūctis in reb<sup>9</sup> ualet opinio: leues finge aīo: leues erunt. CDo. Vicinos malos habeo. CRō. Multi suā culpā pximis iputant. Acuti<sup>9</sup> alie na cernunt: discutiunt exacti<sup>9</sup>: seueri<sup>9</sup> iudicant: suar<sup>9</sup> rez nemo nō & mitis arbit<sup>9</sup> & pius est iudex. CDo. Acres amarosq; patior uicinos. CRō. Ne fortassis in gustu sit uitiū nō in re: fastidiosis etiā dulcia amarescūt. CDo. Vicinos duos ac supbos queror. CRō. Multū sibi qsq; pmittit nihil alteri: hinc i iudicio rez multiplex obligtas & iuges offensionū causā. Et s̄ape unde culpa ē: inde primū orit querela: Quid nunc scim<sup>9</sup>: an tu illis qui tā duri tibi uidentē: dur<sup>9</sup> & terri<sup>9</sup> & intractabil<sup>9</sup> uideare. CDo. Aspōs patior uicinos. CRō. Duplex est remediū: Patiētia & fuga. Primū pbo: ferendi artificio oīs mitescit aspitas. CDo. Vicinos pessimos ferre nō ualeo. CRō. Si nec ita pficias: q̄s te tenet: migra ilico: nō ut paces: ita & seq̄ces erūt: qđ fere nō potes pōd<sup>9</sup> excute: & quē pugnādo hostē pati nequis: fugiēdo euade: qđ refert q̄ te tramite in tutū eripias: Nullū iter ad trāquillitatē animi difficile iudicādū est. Q̄ si s̄ape idē feceris nec pfeceris: scito culpā tuā esse: nec min<sup>9</sup> forsitā alienā. Magna ps litiū uulgariū duos fontes: & si forte nocētiore alter<sup>9</sup>: nullū habet innoxū. Quis nē pe politicū & sociale aīal dicat hō: si uez tñ inspicit nullū min<sup>9</sup>. Vezq; est illđ Satyricum: Maiore esse serpētū ferazq; concordia q̄ hoīm. Siquidē urli: apri: tigres ac leones: deniq; uipera: aspides: crocodili: & ad summā oē aīal præt hoīem: ut cunq; in sua spē quiescit in terdū: hō aut nunq;. Hō hoīem prāmit sp atq; atterit: ppetuis bellis ac litib<sup>9</sup> inquietā uitā sibi prāstat ac pximo. Sic em se res habet: ut ubi maior est locoz uicinitas: ibi uideas maiorem distantia aīoz. Rara sine iurgijs ac rācore uicinia ē. Nemo uestz: nisi fallor: Arabū aut Indoz regibus inuidet: Lipp<sup>9</sup> est liuor: lōginq; nō aspicit. CDo. Vicinis obsideor infestis. CRō. Si penitus ab hac peste uis absolui: in solitudinē te reconde.

## De Inimicis. Dialogus XXXII.

CDo.

**A** **I**nimicitias habeo. CRō. Fac ut iusticia sis amic<sup>9</sup>: nullū certi<sup>9</sup> prāsidiū. Vera p̄ fortuna minas calcat ac despicit. CDo. Inimicitia mihi sunt. CRō. Et cautior eris & notior. Multos inimicitia illustrarūt: qui obscuri māssent si hostib<sup>9</sup> caruissent. CDo. Hostes undiq; mihi sunt. CRō. Obstabūt ne inuisibiles aīoz hostes subeāt uoluptates. Nō tā hostes tibi fors obtulit q̄ custodes: malo malū mai<sup>9</sup> arcebit. CDo. Hic illinc hostib<sup>9</sup> prāmor. CRō. Illi q̄ suis prāmunē affectib<sup>9</sup>: Estq; apud illos ultor tu<sup>9</sup>: isq; nō un<sup>9</sup>: p te ptes faciūt ira: met<sup>9</sup>: odiū: inq̄tudo: nec dū pacti poenā crimis exigūt: sic iter dū ultio prāit offensa & fortasse n̄ secutura. Armabūt: laborabūt: sudabūt: astuabūt: ahe labūt: trepidabūt: & fortassis hoz nihil ad te. Multi s̄ape grauib<sup>9</sup> odijs sibi nō alijs nocuere. CDo. Est mihi pugna cū hostib<sup>9</sup>. CRō. Et illis secū: & tuti<sup>9</sup> aliq; do cū hostib<sup>9</sup> q̄ cū uitijs pugnat. Quisquis aliū odit: primū aīa suā uuln<sup>9</sup> infligit: pximū nonnunq; suo corpi. Nī mia nepe cupiditas feriēdi nocēdiq; mltos incautos nudatosq; dedit hostib<sup>9</sup>: sic sp prima ps maloz in suū auctorē uertit: interdūq; nouissima: cū s̄ape interim sit illasus in quē pncies parabat. CDo. Vndiq; mihi bella cōsurgūt. CRō. Nūq; clarior sanctiorq; fuit ppluf bido blāda hostis ac pestilēs. CDo. Graues inimicitia mihi sūt. CRō. Magna inimicitia plāzq; magna amicitia: fuere pncipiū. CDo. Habeo iimicos. CRō. Habeto & fidē sū & clamētia: de reliq; quicquid euenerit: cura saltē ut humanitate sis ac p̄tute superior. Sūt & sua iura cū hostib<sup>9</sup>: cū quib<sup>9</sup> ita rē gere ut amicos fieri posse nō dubites. Atq; hoc sani<sup>9</sup> cōsiliū scito q̄ Biātis: qui sic amicos diligē iubet: ut iimicos fieri posse memineris: Qđ dicūt q̄uis ab alijs laudatū: nec mihi certe nec Tullio probat. Est em uez amicitia uenenum. In odio ergo cogitādu amor: nō odiū in amore: Lōgez Aristotelicū illud i rhetoricis Bianteo cōsilio prāferēdū: Nō oportet: ut aiūt: amare tanq; oditur: sed magis odire tāq; amatur. Qđ pfecto scribēs Aristoteles: Biantē ipsum callidāq; ei<sup>9</sup> & maliuolā sniaz notabat. CDo. Inimicitias habeo. CRō. Sed inuit<sup>9</sup> habe: & armato sp in pectore cor amicū pacis habitet: atq; ita bellū exerceas ut coact<sup>9</sup> uideare: neu forte odio succūbat hūanitas: neu tā uindictā studeas q̄ gloria aut salutē. Scis ut Romanis inuisior est Hānibal q̄ Pyrrhus: cū uterq; hostis: & prior Pyrrhus Italiā iuaserit: at nō delēdi aīo ut Hānibal: sed uicēdi: Oib<sup>9</sup> enitendum modis: ut in actū quolibet uera uirtus emineat: sic ut nihil bello quari aliud q̄ pax honesta uideatur.

De prærepta facultate uindictæ: Dial. XXXIII.

¶ Do.

**O**ptata facultas eripit ultionis. ¶ Rō. Cui peccatū eripit: nihil eripit multū q̄ tri-  
buit: quædā habētibz eripi lucz est: ea ne habeant ob stare lucz mai⁹. ¶ Do. Fa-  
cultatem ultionis perdidit. ¶ Rō. Fœlix iactura q̄ noceat amississe. ¶ Do. Ab op-  
tata & sperata ultione prohibeor. ¶ Rō. Primū erat nolle male agere: proximū prohiberi.  
¶ Do. Necessē est occasione ultionis omittē. ¶ Rō. Si pulcherrimū uindictæ gen⁹ est nol-  
le ulcisci: pulcherrima est necessitas nō fini. Vltro uirtutē amplecti optimū: pximū est cōpel-  
li. ¶ Do. Ereptā mihi uindictā doleo. ¶ Rō. Veniet tēpus cito forte quo gaudeas: neq̄ ali-  
ter accidisse ullo uelis modo. Quidā ad quæ coacti ueniūt uelle incipiunt & amare: & de ne-  
cessitate cōsensus oriē: dumq̄ uolūtas fieri incipit: desinit esse necessitas. ¶ Do. Videbar ul-  
cisci posse nec potui. ¶ Rō. Nō posse malū agere potētia magna est: nēpe quæ oīpotentis est  
propria. ¶ Do. Vindicta mihi præsens excidit. ¶ Rō. Colubz tibi e manib⁹ excidisse credi-  
to: uide ne itez surrepat. Nihil homini tam cōtrariū q̄ inhumanitas. Per hāc em̄ hō esse defi-  
nit: idq̄ sic esse ipsū nomē indicio est: Null⁹ morbus tā cōtrarius: nec mors quidem. Illa  
sc̄dm naturā accidit: hāc autē cōtra. Sæuire in hoīem inhumanū ē: q̄uis meritū: nō oportet  
exulcerati animi motū sequi: & priuati memoria doloris naturā cōis obliuisci. ¶ Do. Me  
ulcisci ueritū in perpetuū dolebo. ¶ Rō. Forſan in perpetuū gaudebis: Quoties putas post  
inimicitias depositas & in gratiā reditū cohorruiſſe aliq̄s amicorū in amplexib⁹: cogitātes:  
hūc ego perditū uolui: & interdū a successū impio pagz abfui: O fors optima in q̄piā par-  
tem cōsiliū crudele uertisti. ¶ Do. Iustā irā exequi nō sinor. ¶ Rō. Iustam irā uix inuenias:  
Cum sit scriptū: Ira uiri iusticiā de nō operat. Et rursus ab altero: Ira furor breuis est. Opti-  
um est ulcisci nō posse etiā si uelis. ¶ Do. Pulchra mihi præripit uindicta. ¶ Rō. Pulchrior  
uenia relinquit: & pulcherrima oīm obliuio. Hāc inter oēs principes Iuliū Cæsarē illustra-  
uit. Innumeræ & ingentes uiri huius uictoriæ gloriosissimi sunt triumphī: incōparabilis rei  
militaris excellentia: altissimū ingeniū: præclara eloquētia: nobilitas generis: forma corporis:  
& inuicti animi magnitudo: Cū cūcta collegeris: nil in eo clarius clamētia & offensaz obli-  
uione reperies: Quæ q̄q̄ sibi materiā mortis attulerit: ut iure Pacuianū illud i funere ca-  
neret: omen seruasse ut essent qui me pderet: Ex quo tamē necessario moriendū erat: potest  
quodammodo tali ex causa optabilis mors uideri.

De Odio populari: Dialogus XXXIII.

¶ Do.

**P**opulus me odit. ¶ Rō. Habes quē prædixerā popularis finē gratiæ: pro dilectio-  
ne odium. ¶ Do. Populus gratis odit me. ¶ Rō. Miraris q̄ sine causa odit: qui si-  
ne discretionē dilexerat: consequēs hoc illius: unde modestia exulat: ibi regnare im-  
petum est necesse. ¶ Do. Odit me populus. ¶ Rō. Hæc bælua iniuriæ prompta ē: segnīs of-  
ficio: Vulgi amor leuis: odiū graue. ¶ Do. Populus mihi succenset. ¶ Rō. Ab amāte plau-  
sus: ab irato populo pncies: impar periculū ac spes. ¶ Do. Populo odiosus sum. ¶ Rō. Nī-  
hil impetuosi⁹ stultoꝝ turbis: ubi insaniā singuloꝝ publicus furor: & furorē publicū singu-  
lorum rabies impellit: alterq̄ alterum trudit: Nihilq̄ periculosius q̄ incidere in illorū ma-  
nus: quibus pro iusticia sit uolūtas: pro maturitate præcipitatio. ¶ Do. Odit me populus.  
¶ Nō amasset utinam: ne nouisset quidem. Amor malorum odio finitur. Vtrunq̄ anceps:  
sola ignorātia tuta est. ¶ Do. Populo sum inuisus. ¶ Rō. Populus odiosus leniendus aut  
linquendus.

De Inuidia passiue: Dial. XXXV.

¶ Do.

**I**nuidetur mihi a multis. ¶ Rō. Præstat inuidiosum esse q̄ miserabilem. ¶ Dolor.  
Inuidia exerceor æmulorum. ¶ Rō. Et quis unq̄ uirtutis amicus exercitio hoc ca-  
ruit: Percurre animo omēs terras: omīa sæcula: cunctas historias euolue: uix insig-  
nem uirum hac immunē peste reperies. Nolo nunc narrationem ingredi: quæ nos longe ni-  
mis a proposito distrahat: sed si aliquid meministi omnium quæ legisti: non possunt ignoti  
tibi esse q̄ plurimi quorum comitatu non tantum consoleris sed etiam glorieris. ¶ Dolor.  
Inuidetur mihi. ¶ Ratio. Linque honores & officia publica: Desine incessu elato & super-  
bo comitatu per ora ciuū uolitare. Sequestra teipsum quātum potes ab oculis multoꝝ in-

C uidor: nec uultu: nec uerbo: nec habitu: digito te notandū prabeas. Vulgus & liuor in pla-  
 tæis habitant: sicut & mala ferme oīa. Quidā hostes nullo melius modo: q̄ fuga uincuntur  
 ac latebris. ¶ CDo. Et profugum & latentem liuor insequiē. ¶ CRō. Tolle mali materiā: ma-  
 lum om̄e sustuleris. Nimijs opibus modū pone: quicquid eximia specie inflāmare aīos po-  
 test: uel abijce uel abscondē. Si quid est quo carere nolis aut nequeas: modeste utere: Inuidiā  
 quā insolentia exasperat: humilitas lenit. Sunt quæ illā extinguant efficacīa quidē: sed mor-  
 bo ipso peiora remedia: miseria sc̄z & infamis uita. De quorū altero dictū est: miseriā solā in-  
 uidia carere. De altero Socraticū illud. Interrogāti em̄ Alcibiadi: quibus modis inuidiā de-  
 clinaret: Respōdit Socrates: Et uiue inqt ut Therſites: cui⁹ uitā si nescires ī Homericā leges  
 Iliade. Ironicū planeq; Socraticū respōsū: Nō est em̄ consiliū ut inuidiā uitēs: uitare ȳtutē:  
 fatiusq; est Achillē esse cū inuidiā q̄ Therſitē sine: q̄uis illud cōstet: magnos interdū uiros  
 ut securi uiuerent: & uirtutē ad tēpus & ingeniū occultasse. ¶ CDo. Inuidiam mihi multi. ¶  
 D Rō. Inuidiam nisi uel ignauia uel miseria uix euades: quā si sic euaseris: in contēptū incidēs:  
 utroq; caruisse difficillimū. ¶ CDo. Inuidia multorū prāmor. ¶ CRō. Est ut perhibēt calcan-  
 dā aliud iter inuidiā per excellentē gloriā: sed perraro uestigio signatū: ita ut plures hoc cal-  
 le gradientiū in id quod fugiunt relabunt.

## De Contemptu: Dialogus XXXVI. ¶ CDo.

A **S**ed contemnor. ¶ CRō. Si iniuste quidē est: nō inficior quod doleas: feras tamē ali-  
 oquin est qd̄ rideas. Nihil est em̄ ridiculosius: sed nil crebrius q̄ cōtemni sapientē  
 ab infanis. ¶ CDo. Spemnor. ¶ CRō. Circa hoc uerbū: unū quattuor bona esse dixē-  
 re aliqui: Spernere mūdū: spernere nullū: spernere sese: se sperni: hoc tibi ultimo opus ē. ¶  
 CDo. Spemnor a multis. ¶ CRō. Si a maiorib⁹ fer: si a paribus patere. Illi suo iure utunē. Fere  
 nanq; contemptui sunt minora maioribus. Hi se cōtemptui offerūt: & maiores fieri quādo  
 aliter nō possunt: hac temptāt uia: Sine minoribus: sine illos insanire: neq; magnificias cō-  
 temptū: qui illis infamiā sit: tibi gloriā. Spreuit Achillem Therſites: de quib⁹ mō dixim⁹:  
 Homer⁹ Zoilus: Augustū Antonius: Virgiliū Euangelus: Ciceronē Caluus. Et quod ex  
 euangelio didicimus: qd̄ q; est maximū: Herodes pessimus miserimusq; hominū Christiū  
 spreuit. Quid uel cōtemptis hoc nocuit: uel cōtemptoribus profuit. ¶ CDo. Spemnor & irri-  
 deor. ¶ CRō. Irrisiquū nescio: quid & histrionum etiā esse animis solet: eoq; magis quo mino-  
 ribus: quid minus est opus: Alter alter⁹ ridet. ¶ CDo. Spemnor ab alijs. ¶ CRō. Recordare an  
 tu alios aut spernas: aut spreueris. Hic est mos humanus: spernere: & sperni mutuo uos ui-  
 cissim odio: mutuoq; prāmitis cōtemptu: & uultis alijs esse uenerabiles neminē uenerātes:  
 Placere uultis deo: cui⁹ ope⁹ nullum uobis placet eo quo placere debet modo: In quo prā-  
 clare quidē noster Cicero: si prāclare aliquid sub deorū noīe dici posset: Minime inquit con-  
 uenit: cū ipsi inter nos uiles neglectiq; simus: postulare ut dñs immortalibus chari simus & ab  
 his diligamur. Illud ergo prāclarius Malachiā propheta: Nunquid non pater unus omnīū  
 nostr⁹: Nunqd̄ nō un⁹ deus creauit nos: Quare ergo despicit unusq; uest⁹ fratē suū: ¶  
 CDo. Spemni grauitē fero. ¶ CRō. Et si nemo sperni uelit: multi cupiāt timeri: multo tñ ē sper-  
 ni securius q̄ metui. Itaq; qd̄ ait Anneus in ep̄la quadā: Nō min⁹ contēni q̄ suspici nocēt:  
 Nō admitto. Illud ab eodē alibi dici rectius aestimo: Periculosius timeri esse q̄ despici. Pro-  
 inde cū ueteri Sapientū edicto: tria hæc uitāda didiceris: de quib⁹ totidē cōtinuis tractatib⁹  
 egimus: & sint mala oīa: haud dubie tñ malū min⁹ hoc ultimū q̄uis ignobilius: nec deest su-  
 um cuiq; remediū. Odiū obsequio leniē: liuor modestia: cōtemptus amicitijs illustrium: &  
 honestis artibus ac ȳtute. Nemo primū Bruto contemptior Romæ fuit: nemo min⁹ postea.  
 Age & tu bonū magnūq; aliquid: quo cōtemni nequeas.

## De promissi muneris tarditate: Dialogus XXXVII. ¶ CDo.

A **S**ero promissa complent. ¶ CRō. Quid singulariter de hoc quereris qd̄ oibus ē cōde-  
 Nulla qdē res magis mun⁹ inquinat: q̄ dura frōs & lēta dilatio. Sed hic est mos:  
 cito uultis accipere: tarde aut dare: ad illud alacres: ad hoc mœsti: ad illud præcipi-  
 tes: ad hoc segnes. Ingratitudinis duplex radix: duplex materia querelæ: dū & illos mora:  
 & celeritas hos constringat. ¶ CDo. Multa mihi promissa sunt: nihil impleē. ¶ CRō. Magnis  
 promissoribus minimum fidei esse debet. Nota uauitas: nota blanditiā: nota hominum  
 mēdacia. Multa tibi unus aliquis promisit: sufficit promississe: quare alium qui promissum  
 impleat. Nemo potest unus omnia facere: fecit hoc promissor ut eum interim diligeres. ¶  
 B Do. Quod mihi promittitur non fit. ¶ CRō. Duarum cupiditatum: potentior est quæ te

## De Repulsis: Dialogus XXXVIII.

net q̄. quæ poscit. **Do.** O quot ille pollicitis abundabat. **CRō.** Aut irridebar: aut ad tempus diligere uolebat: ut dictum est: & forte dum tibi multa promitteret: unum aliquid a te poscebat: quod uel magni precio mendacij bene partum æstimaret: Sæpe autē qui diuites sunt uerborum: esse inopes rerum nosse debueras. **Do.** O q̄ multa mihi promissa sunt. **CRō.** Si mihi credideris: multa promittentibus nihil credes.

### De Repulsis: Dialogus XXXVIII.

**Do.**

**R**epulsam passus indignor. **CRō.** Vis ne igitur quæcūq̄ poposceris adipisci: ita ut negari tibi nihil possit: uide ne intolerandæ superbiæ sit hoc uelle. Meminisse magni Pōpeij decuisset: quoniam nescio an ei⁹ maior unq̄ fuit: de quo tñ scriptū est: Quæq̄ dari uoluit: uoluit sibi posse negari. Q̄ multa Cæsarib⁹ supra humanā magnitudinē: summo etiam imperio gloriosis negata cognouim⁹: & tu grauius unam aut alteram fers repulsam: Deniq̄ q̄ multa quotidie deus poscit ab homine nullius rei indigēs: nec impetrat. **Do.** Non possum æquo animo repulsam pati. **CRō.** Cur petendi tibi arrogas licentiam & negandi alijs carpi libertatem? Quid q̄ sæpe indigna petito dignam repulsam præbuit materiam? Quid q̄ sæpe etiam petenti repulsam utilis fuit: cui quod petierat impetrasse damnosum erat? **Do.** Iniustam patior repulsam. **CRō.** Si iniusta est repulsam: iusta ergo petito: gaude cuiuscunq̄ potius culpam esse q̄ tuam. **Do.** Vnde nō merui repulsam tuli. **CRō.** Multi se magna meritis putant: unde penitus nil merent. Hinc repulsæ dolor: hinc querelæ istæ: quibus orbis terræ & omnis uita hominū plena est. **Do.** Pudendā patior repulsam. **CRō.** Pudendum nihil præter culpam. Quē pudorem tibi inferre potuit quod tui nō erat arbitrij? **Do.** Repulsam patior unde non credidi. **CRō.** Credulitas incerta est: certa autē res: Nō posse quod petitur negare: nō est liberi sed serui: Non posse repulsam pati nō est ciuis sed tyranni. **Do.** Optatā speratāq̄ rei passus sum repulsam. **CRō.** Si quicquid sperant cupiuntq̄ homines assequerent: dī essent omnes: Tu uero ut indignationes multas ac dolorem fugias repulsarū: disce optare possibilia & honesta: non assequi uelle quicquid inconsultus & inexplebilis appetitus optauerit: quicquid spes uana suggererit. **Do.** Nō tantum repulsus ego sed indignus mihi antepositus fuit. **CRō.** Et quotiens indigni dignissimis præferuntur: & quotiens indignos indignissimi iudicant: alienarū sæuiores: suarum quisq̄ fauorabilis reꝝ iudex. Multi se indignos dicunt: pauci credūt. **Do.** Paruæ rei patior repulsam. **CRō.** Multis parua negata: magna ultro oblata uidim⁹. Si repulsis compēsentur munera: fortunæ lances æquabunt: sed uos illas indignatione augetis: hæc obliuio: ne atq̄ dissimulatione minuitis. **Do.** Dignus eram: ut arbitrator: non repelli. **CRō.** Vt sit ita: an tñ omnia pro dignitate hominū dari existimas ac negaris? Vtinam ita esset ut & plures bonos spes præmij & pauciores malos faceret metus poenæ. Sed nō ita est: Amor: odium: spes: cupiditas: affectus inconditi: cuncta permiscuere. In te uno fortunæ stilum publicum uis mutari: & non te potius ad cōmunē cursum humani moris inflecti. **Do.** Quanto indignior mihi antepositus competitor. **CRō.** Et Lucius Flaminius mox ob indignum facinus iudicandus: & ordine senatorio amouendus Scipioni Nasicæ prælatus fuit: uiro omnium optimo senatus & populi sentētij iudicato. Et Vatinius Catoni: illaudatus laudatissimo: non solū populi amicoꝝ simulq̄ hostiū iudicio: sed toto etiā Ciceroniano uolumine: quid hic dicis ut sint grauiora: nō sūt noua quæ pateris. **Do.** Multū sperabā: modicū nō mereor. **CRō.** Vt multū q̄ merearis: dixi iam: non oīa pro meritis dari. Quid q̄ semel negatū: eidē idipsum mox cōcessum uidim⁹? Qd̄ in ipso de quo loq̄r Scipione accidit: repulsæ duriciæ sæpe p̄tinax uirt⁹ infregit. Testes sunt Aemilius Paulus: Metellus Macedonicus: Lucius Murrinus: q̄ cōsulatus repulsam passi oēs: ijdē speciosissimis cōsulatibus ac triūphis postmodū honestati: suis ciuib⁹ quibus contēptui fuerāt spectaculo fuisse: nunq̄ ad id puēturi si repulsas populi lamētis potius acerbare q̄ uirtutibus supare uoluissent. Lucius Sylla q̄ uis in finem ciuilib⁹ discordijs irritat⁹: famā suā nota crudelitas infecerit: nobilitate tamē & gloria insignis ciuis: nō cōsulatus sed præturæ: tātō minoris rei repulsam cū tulisset: summā reipublicæ post adept⁹ & præturæ & cōsulatus & imperia: nō tantū cōsequi potuit: sed donare. Non debet repulsam spē auferre sed afferre: sollicitudinē ac uirtutē acuerere: quæ nil tam asperū quod non leniat: idq̄ etiam si quando non fecerit: non tamen ideo deserenda est: ne propter seipsam suumq̄ propriū finem culta uideat. Deniq̄ hi repulsas suas fortī animo tulere: At Publius Rutilius repulsam fratris audita: quam erat passus impetitione cōsulatus: statim morte obiit repentina. Elige utrum sequi malis.

A

B

C

D

# De Iniusto Domino: Dialogus XXXIX.

De iniusto Domino: Dialogus XXXIX. **¶ Do.**

- A** **I**niustum dominum patitur respublica. **¶ Rō.** Sed fortassis id merita: & id sceleri scelus est debitum: nō solum apud inferos: sed ubiq; feri iudices: ubiq; iusticia suū opus exercet: & si sapius cunctetur interdum properat: Verumq; re ipsa fit: quod scribit: Vtiq; ē deus iudicās eos in terra. Dāmones ex hominibus fieri: quidā opinati sunt: perpetua criminū licentiā peccandiq; libidine: quod ut forte tolerabiliter dictum sit: malay; uoluntatum similitudo efficit: qua homo malus atq; in malis obstinatus pene dāmonem æquat. Cui sententiā: si recipit: illud fortasse non dissonū fuerit: ut permissū diuinā iusticiā dāmonem dāmon præmat: Qua in re illud dumtaxat: ut uidetur: est miserē q; nōnunq; sceleratorum supplicij miscētur innoxij: & nimis ueq; crebrumq; comprehendit illud Flacci: Sæpe dies pariter neglectus incesto: addidit integrū: quod ipsum non sine certa: licet uobis occulta iusticia dei fieri indubitata fide credit. **¶ Do.** Crudelem dñm perpetimur. **¶ Rō.** Crudelitas mala quidem & naturæ hominum aduersa: sed utile uitij: & lasciuiæ populo: frenum: pauor: undecunq; oriens: Amare in scij expedire timere: quicquid id quidem sit. Nemo tam trux dominus ut non truculentior sit uoluptas prosperitatis comes ac filia. Ma-
- B** le agētibus nihil peius q; securitas ac libertas. Qui nihil metuit: proximus est ruinæ. **¶ Do.** Iniquum dominum infausta plæbs patitur. **¶ Rō.** Nullus: mihi crede: misera in plæbe miserior q; tyrannus. Quod si dubitas Dionysium cōtemplare. Ille uir improbus nec indoctus: de seipso suaq; tyrānide quid sentiret: apertissime pendentis supra amici uerticem gladij cuspide declarauit. Nota est hystoria. Timet plæbs tyrannū: & tyrannus plæbem: Sic reciproco pauore se cruciant. Hoc refert q; miseria plæbis apparet: & tyranni latet. Nō minus tamē affigit purpureo uelamine tectum uulnus: neq; minus aureæ grauant compedes q; ferreæ. Est & sua: ut in sordibus utq; in fumo: sic lauticij ac splendore misera. Aurea quidem tyrāni uestis extrinsecus: obuerte illam: ardentibus intus aculeis plena est. Ita ut uides nō penit aut impune sæuiunt tyranni: aut inulta plæbs præmiē. **¶ Do.** Inclāmētissimus nobis est dominus. **¶ Rō.** Non tot passim essent domini: nec tam late furerent: nisi populi insanirent: & cuiq; ciuium pro se charior foret res priuata q; publica: uoluptas q; gloria: pecunia q; libertas: uita q; uirtus. **¶ Do.** Vnum dominū serua fert patria. **¶ Rō.** At nō unū sed triginta simul illa legum nobilis mater: graciæq; lumen alteræ Athenæ. **¶ Do.** Patria dominū unū fert. **¶ Rō.** Multos autē Roma: quis Caligulas nesciat ac Nerones & Domitianos ac Commodos & Heliogabalos & Bassianos & Galienos: Ac ne singula Imperij pbra exequar Maximos & pietatis hostes. Iulianos ac Decios: Sardanapalum Assyria pertulit: Cyrum Persis: Alexand; Græcia atq; Asia reges dictos: Vere autē tyrannos acerrimos & immites tulit & Dionysios Sicilia Phalaridem: Agathoclem. Lacedæmō: Cleomenem: Nanidemq;: quē Argi quoq; perpeffi: fœmineamq; uxoris auariciam: quæ uiro ipso rapacior in sexu suo tyrānidem miris modis exercuit. Sed quo feror: quis aut ueteres aut nouos numeret tyrannos: qui tam multi hodie: tamq; alte: hinc suis opib; ac potētia populor;: illinc moribus atq; demencia radicati sunt: ut nec numerari iam ualeant nec cōuelli: neq; minus apud uos q; apud Aegyptios aut Medos libertate pessundata ac sepulta: uersa seruitus in naturā sit: sic ut pars maior populor; tyrannū si non habeat: quæ situra precario seu precio emptura uideat: usq; adeo patres uestros esse q; nati erant puduit: uos em pene omnes in seruitio nati atq; educati: ut doloris antiquam: sic nouam querelæ materiam non habetis. **¶ Do.** Potentis domini graui præmimur iugo. **¶ Rō.** Aristophanis poetæ utilis fabella: quæ monet non nutriendum in urbibus leonem: tamen si nutritus fuerit: obsequēdum illi esse: Nec tyrānidis naturale malum impatientia cumulandū: quāq; ipse feceris potentiā detractandum. Raro equidem tyrannus absq; culpa ciuium surrexit in populo. Verus est aut uerbum: Ede quod nutristi. **¶ Do.** Dominū importunū patimur. **¶ Rō.** Si omis potestas a deo est: seu ad bonorum exercitiū: seu ad malor; poenam: par est ut diuino imperio te subiectum sentias: nō humano. Cuius si minister immitior uidetur: patientia fortassis efficiet ut mitescat. Vix est em ullū tam ferox ingenium: ut non obedientia & obsequio leniatur: uel ferendū deniq; uel ponendū est omne quod præmit. Nēpe nihil est tertium præter impatientiam: quæ ut dixi: molesta nō minuit sed aceruat. **¶ Do.** Malus nobis est dñs. **¶ Rō.** Oēs uos unū habetis notum hostē: Vnus ille multos habet incognitos: periculosior status. **¶ Do.** Dñs nobis ē pessimus. **¶ Rō.** Sed nō erit diu: si bene philosophis uisum est: Violentū nihil esse diuturnū. Et sane si uel unū patria ciuē bonū habeat: malum dominū diutius non habebit.

## De indocto Præceptore: Dialogus XL. ¶ Do.

**E**st mihi præceptor indoctus. ¶ Rō. Et si doctū facere non possit indoctus: uerūq̄ sit cōmune illud signū: scientis est posse docere: sub indocto tamen præceptore doctus aliquis fieri potest: uel per seipsum: uel quod est uerius: influētia coelesti atq̄ inspiratione. Et ut Ciceronis utar uerbo: aliquo afflatu diuino: sine quo nec doctum certe nec bonū uix fieri posse credendū est. Hoc em̄ non solū uera religio sentit: sed gētilis quoq̄ philosophiæ consentit auctoritas. ¶ Do. Indoctum præceptorem nolens audio. ¶ Rō. At coelestem præceptorē audi libēs: qui fecit aures tibi: non has tantū quas uidemus: sed inuisibiles alias intus in anima. Illum audi: qui docet hominē scientiā: sicut scriptū est. Quo in sup̄ tacente: frustra præceptor quicūq̄ mortalis q̄uis doctissimus laboraret. ¶ Do. Præceptorē indoctum ægrefero. ¶ Rō. Vel ab illo fugiens alium quære: uel ad teipsum redi: Et memento Epicurū: sæpe a Cicerone licet irrisum: uisum tamen Senecā magnū uix: nō indoctum modo præceptorē habuisse: sed nullū: ut gloriabūdus idem ipse cōmemorat. Augustinum uero: qđ de seipso testat̄: cui nō omnia credere nefas est: Et Aristotelicas categoriās: quæ inter difficillima numerant̄: & artes liberales quas singulas a præceptoribus didicisse magnū ducitur: nullo hoīm tradente: ut idē ait: oēs intellexisse. Nouissimūq̄ Bernardū uix doctrina & sanctitate clarissimū: oēs suas litteras quæ inter cūctos sui temporis abūditissimus fuit: in syluis & in agris didicisse: non hoīm magisterio: sed meditādo & orādo: nec ullos unq̄ alios: ut de se etiā ipse ait: præceptores habuisse q̄ quere & fagos. Hæc si facta sūt: cur nō iteꝝ fieri possint? Qđ nisi sic esset: quid fecissent primi hoīm: quibus nec præceptor ullus erat: nec reperti aliqui? Mirando igit̄: cogitando: assurgēdo & ingenū acuēdo ea ipsa quæ uos cum om̄ibus præceptoribus uestris uix intelligitis inuenere. Aude & tu aliquid teq̄ magnis inserere ne diffidas: Si mortalis defuerit: æternus aderit præceptor: a quo sunt omnes: & oīa ille fecit & ingenia & scientias & magistros.

## De Discipulo indocili ac superbo: Dial. XLI. ¶ Do.

**D**iscipulum habeo indocilem. ¶ Rō. Perdis operam: littus aras: semina proijcis: natura non uincitur. ¶ Do. Discipulum indocilem fors dedit. ¶ Rō. Terræ arida colonus: solue boues: quid te torques? Illi parce & tibi: cum tot sint labores necessarii & inuitabiles: superuacuos quærere stulticia est. ¶ Do. Discipulum habeo litterarū indocilem. ¶ Rō. Si docilis est uirtutum: illic insta: melioribus illum artibus ornaueris. Quod si neutrum capit: uacuum sine: ne ue quid in pertusum uas effuderis quod neq̄ ibi subsidet: teq̄ iugi tædio exhauriat: Sic habeto enim: Omnes qui sunt: quicūq̄ erūt aut fuerunt uirtutibus aut doctrinis clari: non posse unum ingenium accēdere: nisi aliqua intus in animo scintillæ sint: quæ præceptoris spiritu excitatæ & adiutæ: generosum disciplinæ fomitem arripiant: Alioquin algidum in cinerem ne quicūq̄ flabis. ¶ Do. Intractabilem discipulū ac superbū habeo. ¶ Rō. Superbia hostis ingenij est: dumq̄ subesse dedignatur: & discere negligit discipulus insolēs: ægre manum ferulæ subijciet: doctrinæ animum: reprehensionibꝝ aurem: collum iugo. ¶ Do. Habeo prosperitate tumidum discipulum. ¶ Rō. Sicut tumor oculorum uisui: ita tumor animi ingenio nocet: ut disciplinis aditus fiat comprimenda est omnis elatio. Scis ut Alexander Macedo: cum aliquando mathematicis animū applicasset & geometrica sibi quædam obscuriuscula traderentur: difficultatibus offensus præceptori imperat: ut id ipsum clarius tradat: Et quid ille respondeat: Hæc inquit æque omnibus difficultia sunt: Vt scilicet oēm illi spem regij fastꝝ excuteret. Sic est enim Heracles: Nullæ sunt fortunæ partes in ingenij rebus: quisquis doctus ac sapiēs fieri uult: obliuiscatur interim se potētē. ¶ Do. Discipulum rudem elatumq̄ habeo. ¶ Rō. Contra uentū aduerso flumine nauigas: contrahe carbasa: terram pete. ¶ Do. Cōtumacem habeo discipulum proteruumq̄. ¶ Rō. Non harenam tantum fodis: sed serpentem nutris: aconitum excolis: hostem doces. ¶ Do. Duræ discipulum ceruicis instruo. ¶ Rō. Surdo canis: sed sic est: hos clamor: hos silentium delectat: Potentissima semper in rebus omnibus consuetudo est. Vide ut piscator tacitus: clamorosus uenator: at clamosior aliquanto scholæ arbiter q̄ syluæ. ¶ Do. Duricordem discipulum nactus sum. ¶ Rō. Sæpe facilius ursi caput mollias q̄ hoīs: qđ uis aut̄: Est in fabulis lupū ac uulpeculā litteras didicisse: Nā elephātis studiosi nō anilis fabula est: sed naturalis historia: Et hic tuus forsitan studio naturā leniet: Apud me autē: una fere pastoris ac præceptoris uita est: Mirum nisi uterq̄ tandem a conuictu mores traxerit. Ille bæluas regit: hic pueros.

**A** **D**ouercam habeo. **CRō.** Ergo & patrem: Sic sunt ferme res humanæ ut tristitia lætis & amara dulcibus temperentur: atq; utinā ex æquo impermixtū hic dulce non habitat. **CDo.** Iniusta mihi est nouerca. **CRō.** Non inepte Virgiliano epitheto uteris: quanto aut̄ illa iniustior tibi: tanto in illā ut sis iustior enitere. **CDo.** Nouerca mihi superbissima est. **CRō.** Et fœminæ propriū superbia: & nouercæ ē: Si geminæ causæ unū pariunt effectum: non est qđ stupeas: est qđ feras: teq; & prauignū simul & filiū bonū probes. **CDo.** Superbissima est nouerca. **CRō.** Nulla re melius q̄ humilitate uincit̄ supbia. **CDo.** Nouercam ferre nequeo. **CRō.** At fer patrem: si hunc ualde diligis: facile illā feres. **CDo.** Nouerca impia atq; importuna est mihi. **CRō.** Esto illi pius ac patiens: pietatē patri debes: patiētīā fœminæ: reuerentiā nouercæ. **CDo.** Insolens est nouerca. **CRō.** Noli pati ut potentior sit illius insolentia q̄ pietas tua. Nihil durū: nihil arduū est pietati: hæc ad deum hoies erigit: deumq; ad hoies inclinat: quotiens nouerca sæuierit: non tu illā sed patrem cogita. **CDo.** Iniuriosa est nouerca. **CRō.** Muliebres iniuriæ contemptu melius q̄ ultione plectunt̄. **CDo.** Grauem patior nouercam. **CRō.** Bene ais patior. Succūbere em̄ & mulierculam pati non posse non est uiri. **CDo.** Odit me nouerca. **CRō.** Ipsam ama: Nā & inimicos diligere: diuinū est præceptum: & amare ut ameris: philosophicum est consiliū. **CDo.** Nouerca me odit. **CRō.** Si patrem tuū amat satis est tibi: odisse patris amatricem filio nō licet: Sin & illū odit: quē non oderit: Nam & si alterq; plusq; uirg; amat: tu ille ne fueris. **CDo.** Nimis odit me nouerca. **CRō.** Min⁹ malū forsītā nouercæ odiū q̄ nimi⁹ amor. Phædrum nosti & Hippolytū. Certe odium qđ ulcisti nefas: leniendum aut fugiendū aut ferendum est: Nihil est quartum: querelæ sæpe odium exaggerant.

**A** **D**urum patior parentem. **CRō.** Durities patris sæpe filio salubris: semper damnosa mollicies: nō linguæ tantū: sed nec uirgæ parcendū docti consulūt: His duobus animorū iuueniliū constat imprimis cura: quæ si frustra sint: grauioribus morbis grauiora remedia adhibent̄: abdicatio & carcer: quin & more ueteri Romano: ad extremū supplicia & mors: qđ non cōsules modo & duces quibus imperiū in om̄es publici cōsiliū præstaret auctoritas: sed priuatos illos priscos ac sæuros patres: quibus sola patria potestas ius in filios daret sæpe acerrime obseruasse legim⁹: in quibus maxie Cassij ac Fuluij nobilitata sæueritas. I tu: nimis blādū patrem dic durū. **CDo.** Patrem patior durum. **CRō.** Qualem putas ille te passus est puerū: qualē ue deinceps adolescentem: Difficile id quidem persuadere his sibi ualde placētibus: Sed crede mihi: nihil durius q̄ ætatis illius incōditos mores pati. **CDo.** Patior durū patrem. **CRō.** Quid si durus es filius: Dura duris efficac⁹ leniunt̄: & sæpe medici mollioris deformior est cicatrix. **CDo.** Patrem durū habeo. **CRō.** Si pater uerus est diligit: & si diligit non quæ mulceant sed quæ profint cogitat. **CDo.** Durissimus pater est mihi. **CRō.** Quæ tibi durissima: illi forsā utilia uidētur: cui & certius iudicium & incorruptior est affectus. Adolescētia non nisi quæ sub oculis sunt metitur: ætas maturior multa circūspicit. **CDo.** Pater est mihi durissimus. **CRō.** Vide ne tu illi durior: ut dum ille dedecori tuo obstat: tu illius uitā perditis moribus inquietes. **CDo.** Perdurus pater est mihi. **CRō.** Qui salutem filij negligit: ille demū durus est pater & si fronte mitissimus: At qui filium ad rectum iter trahit ope cōsilioq; adiuuās & sæpe uerborū: sæpe rerum stimulis impellēs: sæpe uel tardū increpitās uel iuitū cogēs: q̄ uis sæuerior sit aspectu: durus est minime. Fructuosior filio sæueritas patris solet esse q̄ comitas. **CDo.** Durus est pater. **CRō.** Supercilium paternū: zelus: dolor: metus: ætas excusant. **CDo.** Durū patrem ægrefero. **CRō.** Quid si qđ multis sic affectis iure accidit: ferre duritiem cogaris alterius? Quid si ipse cōtumacis filij pater esse incipias: tūc intelliges q̄ suaue patris iugū & q̄ iustū sit imperiū: Nūc non nisi unum intelligis qđ delectat: inq; hoc uno iudiciū tuū habet: nō delectatione animi: sed titillatione sensuū circūuentū. **CDo.** Durus mihi pater est. **CRō.** Ut sit durus: illum tibi nō te sibi iudicē dat natura: quā secuta lex ciuilis: castigatores parentū filios erubescit. Pudeat te audere qđ ulli filio licere legē puduit: Sine de te iudicet q̄ te genit̄ aluitq;: Tu de illo iudiciū linque alijs: patrēq; si uerā laudis nō est capax: decoro saltē silentio uenerare. **CDo.** Duris pater est moribus. **CRō.** Nō arguēdi mores patris: sed ferēdi sunt. Nihil turpius in Alexandro sonat: q̄ qđ nō dicā patrē cōiustis attēptasse: sed patris laudib⁹ inuidisse uisus est: de patre uel gloriose loquēdū uel tacendū. **CDo.** Habeo du-

rum patrem. **CRō.** Habes ubi amorē: ubi pudorē: ubi patientiā: ubi obedientiā tuā pbes. Nullū in terris imperiū iustius q̄ patris: nulla honestior seruitus q̄ filij. Nil tā suū cuiq̄ est q̄ filius patri: nil cuiq̄ indigni⁹ eripiē: Sed uos præcipiti atq̄ intēpestiuo desiderio subesse nati: præesse cōcupiscitis: sic & patrib⁹ uos aufertis: & patre añ uobis imperium usurpatis: Duplex indignitas: ita fit ut insolētia iuuenilis undiq̄ reꝝ turbet officia. Hinc forte prohibiti de patre asperitate querimini: uestro digni iudicio q̄bus oīa liceāt: ob id unū q̄ nati esse & placere uobis ad speculū didicistis: tum demū cū præesse cōperitis sensuri q̄ id uobis turpiter añ tēpus optatū esset. **CDō.** Rigidus pater est mihi. **CRō.** Quid si pius est rigor: pater filio rigidā pietatē: patri filius obsequiū reuerens obedientiāq̄ humilē debet. De Mālio Torquato in historijs: & apud Marcū Tullium legisti: ut pindulgēs in patrē: idē acerbe sauerus in filiū fuit: uulgi forte iudicio reprehēsus in altero: ab incorruptis æstimatoribus in utroq̄ laudatissimus: tāta diuersitas reꝝ est. **CDō.** Pater durus ē mihi. **CRō.** Sero bona uestra cognoscitis O mortales. At cum nosse cōpistis nimis agnoscitis: hīc & præsentia fastiditis & amissa lugetis. Alterꝝ superbe nimis: alterꝝ humiliter: & ubi agenda grates: & ubi habēda patientia: utrobiq̄ querimonia: nusq̄ æquanimitas: sic in deū atq̄ homīes grati estis: **CDō.** Durus est pater mihi. **CRō.** Veniet tēpus quādo hunc ipsum patrē suspires: nec responsurꝝ uoces. Et qui tibi nūc uideē saxis durior: plumis mollior uideat. **CDō.** Duz̄ patrem habeo. **CRō.** Patrem dum habueris non agnosces.

De contumaci Filio: Dial. XLIII. **CDō.**

**H**abeo filium contumacē. **CRō.** Aequū est ut qui patrem ferre nō poteras: filiū feras: utiq̄ sarcinā grauiorē: magis animū præmit pungitq̄ acrius superbi filij uerbum unū irreuerentius platur: q̄ saueri patris quæcunq̄ durities. Ille em̄ iniuriā facit: hic iure suo utit. **CDō.** Filium habeo rebellantem. **CRō.** Impudēter de minorꝝ rebellionē cōquerit qui maiorꝝ iusta contempsit imperia. **CDō.** Filius contumax est mihi. **CRō.** Tandē fortassis intelligis: quid tuus ille tam durus pater uisus est tibi. **CDō.** Filiū patior insolentem. **CRō.** Si ætatis est: uitiū cū ætate transibit. Multoꝝ ferox adolescentia pgressu tēporis ad uirtutē mirificis puectibus flexa est. **CDō.** Rebellem filiū habeo. **CRō.** Non solus. Et Dauid: & Mithridates Ponti rex: & Seuerus Imperator Roman⁹ rebellantes filios habuere: & multis post sæculis Britānici pacem regni: ut fama loquit̄: turbauit regij adolescētis in patrē concitata rebellio: sed quisquis sua desset iucōmoda: null⁹ aliena uel publica. **CDō.** Impius ac rebellis est filius. **CRō.** Magna tibi portio paternæ molestia depta est: mortē filij timere. **CDō.** Habeo ignauū & inertem filiū. **CRō.** Nescis ut Africanus ille uir magn⁹: dissimillimū filiū sibi lōgeq̄ degenerē amaui unice. Et profecto maior nō dicam amor: sed miseratio debet ei quē minus adiuuat natura. Nullius rei eget qui uirtutū diues est: quaz̄ indigētia uere miseros: ac p̄inde misericordiā egerissimos facit: Tu ī filio & si nō uirtutē: ama q̄ filius: si ne id quidē: at q̄ homo ē: postremo si nihil est qd̄ ames: miserere. Propriū patris: ut saueritas: sic misericordia est. **CDō.** Perditæ filius est uitæ. **CRō.** Pōdus infaustu: eoq̄ grau⁹ qd̄ dū ferri potest: nequit abijci: perfer: & quadaē corrige. Sic em̄ aut filiū curaueris aut certe p̄ris officiū egeris: hoc tibi debitū: illd̄ optabile **CDō.** Impi⁹: inhuman⁹: intractabilis est fili⁹. **CRō.** Siquidē mollicies ac uoluptas in perfidiā ac scelus eruperint: uenenosum aīal exigendū domo est: neq̄ ubi: sed qd̄ natum æstimandū: & in syluis ortas auiculas pascitis & domi natos scorpionones occiditis. **CDō.** Impi⁹ fili⁹ ē mihi. **CRō.** Periculosa seponere añq̄ noceāt sapientis ē: Nō te pietatis umbra decipiat: Nulla impio debetur impietas. Est ubi sit crudelitatis species piū esse: sed dū ali quid uel minimū spei est: semper ad misericordiā inclina: memētoq̄ te patrem esse nō iudicē: neq̄ hic tibi Terentianū illud excidat: Pro pctō magno paululū supplicij satis ē patri.

De discordi Fratre: Dial. XLV. **CDō.**

**H**abeo discordem fratrem. **CRō.** Quid aut̄ ille: Ne igit̄ te cōcordē habet: unanimitas fraterna quæ unū ex duobus facere debuit: in duo nō iam diuersa sed contraria penitusq̄ pugnantia scissa est: Graue sed antiquū malū qd̄ & mūdus & mundi caput ab initio habuere. Siquidē uetus urbis Romæ: sed uetustior orbis infamia est: fraterno sanguine maduisse: Tu uideē ī singulis p̄ribus fratꝝ uidēs & altero: quintetiā adhuc solo in uno tot millium quid stupeas non habes. **CDō.** Est mihi discors domi frat. **CRō.** An & hoc miraris esse magna ī domo: qd̄ in ipsi⁹ materni uteri fuit angustijs: ubi olim & si maioris mysterij uelamentū eēt: certe nō discordes tm̄ frēs legim⁹ sed bellātes: Est ne igit̄

nouū si armati faciūt qđ nō nati solēt: ¶ Do. Nulla mihi apđ fratřē gr̃a est. ¶ Rō. Multo pri⁹ hoc in scholis edocē: qđ domi expt⁹ esse debueras: p̃uisa ꝑo nec querimur nec miramur. ¶ Do. Odiosum fratřē habeo ac discordē. ¶ Rō. Vt ferme nullus amor æquior fraterno: sic nullū ubi incēpit iniquius odiū: nulla acrior inuidia. Sic paritas incitat aīos atq; incēdit: cū cedēdi pudor & amor excellētiæ eo ardētior: quo icunabuloꝝ recordatio & quæcunq; beniuolentiā paritura uiderent: ubi semel a recto calle deflexū est: odiū & cōtēptum pariunt: hic naturæ rebellātis ardor animi optie qđem ꝑ obsequio atq; humanitate placabitur. Vix est em̃ tā immite ullū tanq; aspex̃ ingeniū: qđ nō tandē molliat ꝑa ac iugis humilitas uerboꝝ & rez̃ oīm lenis & nō ficta retractatio. Sin id seꝝ atq; inualidū deprehendas: seu forte huc tu cogere tuū ipse aīm non potes: qđ honeste quidē atq; utiliter coges: tunc anteq; in p̃ncipem res erūpat: ultimo remedio utēdū erit: Extirpāda mali radix: & discordiarum mater ꝑpellenda cōmunio: In q̃ ita te faciliē præbebis: ut q̃tū iuri tuo demptū: tantū uirtuti famæq; additū inuenias. Impiæ ac sup̃bæ cupiditatis aculei nulla re meli⁹ q̃ pia & miti liberalitate frangunt. Bonū aux̃: qđ pax dom⁹ & charitas fraterna redimif. Vetus ualde nec ueꝝ: minus est uerbū: Magnā discordiæ bellorūq; materiā: duo hæc esse ꝑnomina: meum & tuū: quæ si de uita hoīm tollerent: haud dubie trāquillius uiueret.

## De amisso Patre: Dial. XLVI.

¶ Do.

**A** **P**atrē amisi. ¶ Rō. Iustū est ut quē præsentē querebaris: absentē quæras nec inuenias. Nihil æquius q̃ fastidita imperia frustra optari. ¶ Do. Pium patrem amisi. ¶ Rō. Piū ille filiū dimiserit: Gratulare autē seni tuo: illud tandē illi accidit qđ sp̃ optauerat: te incolumi rebus humanis abiit. ¶ Do. Piū patrē pdidi. ¶ Rō. Pius filius nullam magis ob causam fortuitos casus timet: q̃ ne qua sibi incidēs calamitas patris animū mœrore cōficiat: tuo iam tantū piculo securior uiues: nō erit quē rumores de te impugnēt: quē tua frāgat aduersitas: quē tua debilitet ægritudo: quē tua mors perimat. ¶ Do. Patrē amātiſsimū amisi. ¶ Rō. Incipias de alijs curare: qui de te curet amplius nō erit. Pietatem ab altero tibi exhibitā repēde alteri: raro illi repēdit cui debet. ¶ Do. Piū patrē miser perdididi. ¶ Rō. Si pietatis ratio tibi cōstat: solare fortunā tuā recordatione præteriti t̃pis. Coluisti parentem: & dū licuit pia semp̃ in illū officia cōgessisti. Pater obiit: pietas uiuit: alioquin est fateor unde ꝑpetuo mœstus sis. ¶ Do. Pater me moriēs destituit. ¶ Rō. Fer naturæ ordinem prior: exiit qui prior intrauerat: nec te ille destituit sed præcessit. ¶ Do. Amisi patrē. ¶ Rō. Nescis quid sit patrem amittere nisi filiū habuisti.

## De amissa Matre: Dialogus XLVII.

¶ Do.

**A** **M**atrē pdidi. ¶ Rō. Altera tibi supeſt mater quā nō pdes: & si uelis ex illa ueniens in hæc p̃gis. Illa tibi paucoꝝ mensū domū dedit: hæc multoꝝ dabit annoꝝ. Illa dedit corpus: hæc aufert. ¶ Do. Mater obiit mitissima. ¶ Rō. Mater substitit durissima: quæ te & matrē quā requiris in uno gremio seruabit: cuius in utero tecū erit: te & illam ut credimus die ultimo paritura. ¶ Do. Pia me deseruit mater. ¶ Rō. Deseri metuēs festinauit: gratāq; illi suā mortē fuisse credibile est: tuā nō uisura amplius: atq; unde maxime metuebat securitate parta. ¶ Do. Defuncta est mater optima. ¶ Rō. Fœliciter hæc excessit: te sup̃stite: qđ præmisso: ut fœminei sunt affectus flebilif abiisset. ¶ Do. Obiit mater. ¶ Rō. Obeundū erat: idq; ambobus: nec de morte queri potes nec ordine.

## De amisso Filio. Dial. XLVIII.

¶ Do.

**A** **F**iliū amisi. ¶ Rō. Melius dic: præmisi: secutus cito quidē & fortassis hodie: & quid scimus an hac ipsa hora: Nulla fides uitæ est: cū tāta sit fides mortis: Secutus dixi: sequens dicere debui: cōtinue sequeris nusq; in uita pedē figere ꝑmissum hoī: uno sp̃ gradu itur ad mortē: mix̃ dictū: seu ille uinctus: seu solutus: seu stans: seu ambulās: seu sedēs: seu sanus: seu æger: seu uigilās: seu sopitus ad methā fert: atq; illoꝝ more q̃ uehūt nauibus uel quiescēs ꝑperat. ¶ Do. Amisi filij desiderio excrucior. ¶ Rō. Compesce aīm qm̃ quē cupis inuenies: nulla est mora: Nō posse pati desiderij parui t̃pis: puerile seu fœmineum est: Viro enī nihil breue difficile. Nosti credo quibus ꝑbis desideria huiusmodi apud Platonem Socrates: apud Ciceronē Cato & Lelius cōsolent. Virtute q̃uis & gloria sup̃remi uiri: hac spe tamē longe impares. Nosti præterea quid animi Aemilius Paulus: quid Cato ipse: quid Pericles: quid Xenophon ille Socraticus cōdiscipulus Platonis atq; æmul⁹: quid innumerabile alijs natoꝝ in mortibus habuere: Nec te præterit: ut Propheta idē & rex filium quem languentem fleuerat: nō fleuit extinctum: cogitans qđ irrecuperabilia lugere su

# De Infantis filij casu misero: Dialogus XLIX.

peruacua dementia uerius quā pietatis est. Quibus se uirilibus exemplis interferit Sparta/na illa mulier: apud scriptores quidem in omnia sed non pariter illaudata: quæ audito quod filius in prælio excidisset: Ideo ait illum genui: ut esset qui mori pro patria non timeret. Par Liuiæ uirtus maioris quæ Cornelie: sed clariora sunt nomina: Quarum prior ingentis nati & ad summum spectatis imperium: ut terræ traditus fuit: luctum mox deposuit: nunquam uero memoriā intermisit. Altera filijs multis: immo omnibus amissis: quorum aliquos a populo interfectos inhumatosque conspexerat: commiseratibus & illius sortem foemineo more deplorantibus miseramque uocantibus: non se miseram sed foelicem esse respondit: quæ tales filios genuisset: Insignis mulier: nec præfenti miseria: & præterito etiā foelix: quæ contra publicam opinionem & consuetudinem miserorum se foelicitate præterita & læti temporis memoria solaretur: grata quæ habuisset: quæ amississet æquanimis: ob hoc unum digna uteri prosperiore successu. Et illa quidem mulier tota grauibus fortunæ uulneribus inconcussa permansit: Tu uir unico deiectus luges: **¶ Do.** Amisi filiū. **¶ Rō.** Amisisti simul & metus multos infinitamque materiam sollicitudinum & curarum: quibus ut careres uel tibi uel filio moriendum fuit. Securus patrem sola mors facit. **¶ Do.** Filium amisi. **¶ Rō.** Si pius: nil est quod illi metuas: in tuto est. At si impius: tuorum numeratorum annorum: tuæ stimulum senectutis extulisti. **¶ Do.** Filium perdi. **¶ Rō.** Si uirtute præditum: gaude quod habueris. At si uitio perditum: gaude saltē quod amiseris: utrobique naturæ beneficium agnosce: seu quod talē de diti: seu quod talem abstulit. **¶ Do.** Ante tempus mihi filiū mors rapuit. **¶ Rō.** Non fit ante tempus quod in omni tempore fieri potest. In omnem ætatem multi sunt aditus mortis: in adolescentia infiniti. **¶ Do.** Sine filio remansi. **¶ Rō.** Et sine angoribus: & sine paoribus. Iam non erit cui noctes insomnes: cui sollicitos dies agas: cui spes longas atque inextricabiles ordiare: qui canos tuos rugasque consideret: hæreditatem æstimet: sumptus arguat: moram mortis incuset: Vndique tibi securitas & quies: geminum bonum ingens: titulo licet mortis asperius. **¶ Do.** Acerba filij morte deiectus sum. **¶ Rō.** An non Anaxagoram audieras: An oblitus eras te genuisse mortalem: An id potius forsitan luges quod qui sequi debuerat antecessit? Equidem cum in multis inordinata uita hominum sit: nullum penitus mors habet: & senes decrepiti cunctantur: & festinant iuuenes: & præcipitant pueri: & infantes primo uitæ delimine retrahunt: Hic tardius licet: ille ocius: hic maturus: ille acerbus: nemo non moritur: Hæc summa est: ubicunque uero hoc qualibet ætatis parte quis obierit & si acerbus fuerat morte maturuit. **¶ Do.** Extinctum fleo filium. **¶ Rō.** Si fleturus eras morientem & nascentem flectes: tunc mori cooperat: nunc desijt. Noli autem tuam & illius sortem optimam lugere: Ille iter ambiguum a tergo habet: tu securum ante oculos non iam amplius aut charo oneri timens: ut Maro ait: aut alteri. **¶ Do.** Cum filio uitæ dulcedo omnis extincta est. **¶ Rō.** Magnum fateor ac dulce solacium patri filius bonus: sed sollicitum ac graue. Et sæpe dulcissima offendunt & charissima impediunt & preciosissima rerum præmunt. Et fortassis hic filius obstabat altiora animo uolenti: Iam moestior licet ac liberior factus assurge: bona de malis elicere sapientis est. **¶ Do.** Mors me filij moestum fecit. **¶ Rō.** At quod restat alacer exige: illi uixeris: uiue iam tibi.

De Infantis filij casu misero: Dial. XLIX. **¶ Do.**

**I**nfantis filij miserabilem casum fleo. **¶ Rō.** Humanum nihil fœdum homini: præmeditata omnia esse debent: si non sunt: Non casum filij: sed inscitiam tuam desle: & conditionis obliuionem. **¶ Do.** Filij infantis miseram mortem queror. **¶ Rō.** Nulla mors misera: quam mors animæ non sequetur: A quo periculo infans tuus immunis est. **¶ Do.** Infans me præcipitio perijt. **¶ Rō.** Qualiter quis pereat: quid refert: modo ne turpiter pereat: & perire turpiter non potest qui sine peccatis perijt. **¶ Do.** Præcipitio perijt infans meus. **¶ Rō.** At Archemorus serpente: alij grauidæ lacte nutricis: alij morbis: qui perne plures illam in ætatem quam in senectutem incidunt. **¶ Do.** Perijt infans meus præcipitio. **¶ Rō.** Repentina mors innocentibus optanda: nocentibus metuenda est. **¶ Do.** Infans meus ex alto præceps perijt. **¶ Rō.** Languide pereuntibus mors durior sæpe & angustia longiores: dolor omnis eo tolerabilior quo breuior. **¶ Do.** Perijt præcipitio infans meus. **¶ Rō.** Præcipitari & ruere illius ætatis est proprium. Fecit infans tuus quod faciunt omnes: & si non omnes casu pereant: At tu sine illum perijisse: pereundum erat: & foeliciter secum agitur prius pereundo quam uitæ malis implicaretur: Quæ quam multa sint: sciunt experti & incerti:

## De Filio qui alienus inuentus est: Dialogus L.

Nemo enim non expertus est: nō intenti autem multi qui quasi somniū uitam agūt: cuius reminisci nequeant experrecti. Perijt innocens infans tuus: qui fortasse si uiueret nocentissimus perisset. Noli illum in tuto positum deslere: fortunæ minas omnes euasit: & præoccupauit mortem quæ illum dilata præoccupasset. **CDō.** Lupus meum deuorauit infantem. **CRō.** Ista iam uermium est querela. **CDō.** Infantis miseri corpusculū lupus rapuit in cauernam suam. **CRō.** Foelicis animā infātis in cœlū angeli rapuere.

De Filio qui alienus inuentus est: Dial. L. **CDō.**

**A** **Q**UOD (quod morte grauius) qui meus credebatur: alienus est filius. **CRō.** Si ad commune spectaretis patrem: Comici consilio: humani nihil a uobis alienū putaretis. **CDō.** Diu alienum filium ut meum pavi. **CRō.** Suum filium pauisse natura fuerit: alienū charitas: modo post factum non poeniteat sed delectet. **CDō.** Filius ille me dictus alienus apparuit. **CRō.** Aperta tibi ad magnū & singulare meritum uia est: si hunc ipsum: ut hæcenus: sic deinceps quasi tuū paueris. Id illi quidem longe gratius atq; acceptius deo erit. Solent enim ingrati filij ceu sibi naturali quodam iure debita patrum alimēta contēnere: & præterea scelus est amare filium qui ex te genitus sit: & a deo creatū hoīem nō amare. Ita undiq; apud deum atq; homines pietatem eximiam tibi quæsieris ex alieno flagitio. **CDō.** Pavi pro filio qui nō erat filius. **CRō.** Pauisti ut filium: pasce iam: si non ut filium: at ut fratrem: Omnīū qui sunt quiq; erunt: fuerūt ue: un<sup>9</sup> est parens: unus rector. Nolite per insolentiam dissimulare: aut per inuidiam atq; odium sacrum naturæ uinculum rescindere: Omnes inuicem fratres estis. **CDō.** Filium quem putabam meum nō esse audio. **CRō.** Vide a quo audias & cui credas. Multi enim malis stimulis impulsī: falsos rumores studio censingunt: Alij linguæ fluxu quodam effreniq; impetu: & quæ sciunt & quæ nesciunt pari loquūtur audacia: Difficilis est autē de filiatione sententia. **CDō.** Filium qui meus dicebatur alienum esse audio. **CRō.** Cur hoc alijs poti<sup>9</sup> q̄ uxori credis: qua hoc unum saltem nemo certius nouit: Illa tibi certe filium dedit: quem nunc alij nitūtur eripere. Audisti credo ut patris memoria: Vir illustris fuit: cui forma & genere par uxor obuenerat: sed fama pudicitia ambigua. Ex hac unictis infans pulcherrimus nat<sup>9</sup> erat: quē cum die quodam in gremio habens mater: grauem curis & suspirantem uirum animaduertisset: quæsiuit quæ tanti causa suspirij. Rursus ille suspirans: Vellem inquit dimidia dominij mei parte pacisci: ut ita mihi constaret hunc puerum meum sicut tibi constat esse tuum. Ad hæc illa nihil frōte mota uel animo: Enīmuero inquit: nequa q̄ tāto precio est opus: Da mihi centum prati iugera ubi greges meos pascam: & de hoc ipso certum ego te faciā. Cūq; ille impossibile prorsus id diceret: Conuocatis qui prope aderant proceribus: & sponcione interposita: natum illa uulnis extulit: Et est ne inquit hic uere meus: Cūq; uir annuisset: Illa brachijs potentis ei puerum porrexit: Et accipe ait: dono eū tibi: lam haud dubie tuus est. Rīsu astantiū oborto: pro uxore diffinitum: & uir omnīū sententijs condemnatus est. Crebræ nimis inter homines huius generis lites ac lamenta sunt: Proni in nuptias: imo lubrici ac rudes: Vix uidere diem creditis quo mariti: hoc est uiri sitis: quasi aliter nō possitis. Dehinc præfusi in gaudia: seu uerius in furores: cōiugij dies primos in strepitu inter epulas & choreas agitis: inter epithalamia & iocos & cant<sup>9</sup> & tympana: Reliquā uitam omnē inter suspensiones & iurgia. Vtrobique reprehensibiles: Nam neq; rem adeo ancipitē sic amare: neq; tam inseparabilem sic horrere: neq; tam amabilem sic odisse decuerat coniecturisq; fallacibus apud homines sanctissima diuinæ atq; humanæ domus confundere: atq; artificiosa uita huius uincula dissoluere. **CDō.** Quid q̄ meū uxor non esse ipsa cōfessa est: **CRō.** Singulare uelut aliquid narras: quotidiana sunt hæc: Alia uiuentes hoc fatentur: alia morientes: quæ aliquæ nunciandū uiris post obitū reliquerunt. **CDō.** Nō esse meū filiū ipsa mihi falsa est cōiunx. **CRō.** Falsa est idem Olympias Philippo magno uiro magni filij iacturam: nec fletum nec suspiriū nec querelā legimus. Nūc fabellam accipe ridiculam sed materiam non ineptā. Circa littus oceani q̄ Britanniam ab aduerso conspicit: ante nō multos annos fama est fuisse mulierculā inopē: sed forma appetibili & insigni lasciuia: hæc duodecim paruos filios: totidē ex uiris genitos habebat: annuis ætatū iterstitiis inter se distātes. Instante autē mortis hora: uocari prope uix iubet: Et nō est inquit amplius ludi tēpus: nullus horū pueros: ad te spectat præter maiorem solum: Primo enī anno nostri cōnubij casta fui. Sedebant tunc forte pueri omnes humi circa ignem: more gētis aliquid manducātes: Stupēte igitur uiro: atq; illis rei nouitate suspēsis: Illa singulorum patres ordine nominat:

## De amisso Fratre: Dialogus LI.

Quod audiens omnium minimus: qui triennis erat: panem quem dextera & rapam quam habebat in manu altera: in terram posuit: at tremens desiderio & ambabus manibus in altum erectis adoratis in mortem: Da inquit quæso mihi genitrix aliquem patrem bonum. Cuius illa in fine uerborum patrem paruuli nominasset: & famosum quendam diuitem: reasumpto in manibus cibo: Bene habet inquit: Bonus est pater.

### De amisso Fratre: Dialogus LI.

CRō.

**F**ratrem perdidit. CRō. Nondum audio propter quod ualde lugeas. Nimis enim uere ait Naso: Rara esse fratrum gratiam. CRō. Fratrem amisi. CRō. Fieri potest enim ut & fratrem & domesticum simul hostem amiseris. En iactura: rem malam: boni nominis perdidisse. CRō. Fratrem perdidit. CRō. Perdidisti forsitan qui te perditum optabat: quicquid in rebus obstabat tuis. Multis quidem magnæ laudis aditum fraternum obstruxit liuor. CRō. Amisi fratrem. CRō. Filiorum fortassis ætatulæ: quod sæpe uidimus: graue iugum: uitæ tuæ amulum: gloriæ obicem: id quod cõstat patrimonij participem amisisti. Fratrem impio nullus hostis infestior. CRō. At amisi pium & beniuolum. CRō. Sed mortalem. Nõ tutela corporis est uirtus: uerum animi ornamentum: Illi gloriam immortalem præstat: corpusculum mortis imperio non eximit: immo quidem sæpe illud ante tempus in mortem trudit: quod si naturæ suæ linquitur: æque boni pereunt maliq; quin & uulgo imbecilles bonos: & uiuaces malos cernimus: immortalem nullum. CRō. Bonum & gloriosum fratrem perdidit. CRō. Si frater perisset: superstes est gloria: uirum: aia: præter quæ humana omnia pari mors turbine pellit ac dissipat. Has tu igitur ceu totidem filios fratrem amplectere: atque his bonis immortalibus mortalia dæna cõpensa: quæ si filij supersunt: alij: uia illos pietas tuos facit. CRō. Amisi germanum optimum. CRō. Auide illo uti debueras: id si lætius egisti: non mortis iniuria: sed segnitie tua est. Illa ius suum exercuit: tuum tu neglexisti. CRō. Mors me lussit: nõ putabam tã cito moriturum. CRō. Omnia quæ nolentibus accidunt cito fieri uidentur: quæ optatibus autem sero. CRō. Vix illum mori posse credideram. CRō. Cuncta sibi uahementissimus amor indulget: nihilque sibi nõ spondet: amarosque cogitatus & quicquid est gustum aduersum uitat ac refugit. Unde & qui amat pene sibi æternas delicias suas fingunt: tu si fratrem natum non ueras & mortalem nosse debueras: & iccirco si puissam mortem inopinam uelut aliquid dolens: longe erras: si improuisa autem fuit: errasti. CRō. Sciebam mortalem: sed de morte nõ cogitabam. CRō. Inconsulte: Sed hæc dissimulatio uestra est: Vix unquam mori creditis mortales: cum & contingens mori semper & aliquando etiam sit necesse: Immo uero cum non mori nunquam: mori autem semper uestre lex immobilis sit naturæ: Sed uos assidue morientes sensum a presentibus: animum a fine diuertitis: Vulgare malum: quod quid est aliud quam ultro oculos claudere: ne radios solis aspiciant: tamquam luci ut oculis dampnum sit illam non uidere: nec minus clarum quod non uideas: nec minus uerum esse quod nescias: Quis tam cæcus ut non uideat: quis tam hebes ut nesciat: ueritati rerum nihil detrahit sensuum aut intellectus infirmitas. Vos equidem neque infirmi neque obtusi: sed quod excusatione careat dissimulatores eximij & ad fallendum uosmetipsos ingeniosissimi: qui tanto studio inutilia discitis: necessaria nescire nitimini: ne quicquam tamen: clausis namque sese oculis ingerunt & nesciendi autem ingenium irrupunt: & obliuiscendi cupidam memoriam interpellant: & multa indies fert uita hominum: quæ uos cogitare adigant: quod nolletis: quæ uel dissimulationes uestras: aut proprijs: aut externis excitent argumentis: Sed ad plenum fateor: Fingentia mortalem sola mors discutit. CRō. Et mortalem & moriturum fratrem sciui: mortuum tamem fleo. CRō. Magna pars humanorum actuum superfluit: quid fletus mortuum: aut quid illi: quid tibi: quid uel alij: tuus hic fletus prodest ut sit malum mors: quod docti negant: quod nemo negauerit: mali irreparabilis est fletus inutilis. Et certe si quid præter animi uitium dici miserum decet: si quid penitus in rebus est flebile: fletum potius dum impendet quam dum transiit: Quod regem profecto illum non latebat cuius paulo ante meminimus. CRō. Optimi fratris morte afficior. CRō. Nullus affectus intensior quam paternus: quam obrem ut quæ in morte filij dicta sunt: fratris ad interitum transfer: & quæ utrobique dici solent: amicorum etiam in morte profuerint: quæ iactura paruum est ferenda: tamen ut reliqua: Vno enim amore robore toleranda sunt omnia quæ uidentur graua: & si creditur oppressura sunt. CRō. Amantissimum fratrem amisi. CRō. Inuisum amisisse peius fuerat. Illius enim amor: huius autem ipsa quoque memoria dulcis est. CRō. Gratissimum ipsis ab incunabulis uitæ comitem perdidit: solus sum. CRō. Nõ est solus cum qui uirtus & honestas habitant: inter quas affixam præcordijs fratris imaginem esse: nec mors ipsa uetuerit: Sic nec frater tuus perditus: nec tu solus.

## De morte Amicī: Dialogus LII.

CDo.

**A** **A** Misī amicum. CRō. Si ut debes in amico uirtutem amasti: illa certe non perditur nec moritur: Ideo ueras amicitias immortales dicunt: quod nullo unquam dissidio amicorum: nec ipsa demum morte soluuntur: sic discordiam uitiumque omne uincit uirtus: ipsa uero nulla re uincitur. CDo. Amicum amisī. CRō. Cetera cum amisēris nō habes: amicos charos uel omnes: tum maxime habeas dum uideantur amisī: Præsentia enim delicata: ne dicam fastidiosa: itidem ac superba: minimis rebus offenditur: amicorum recordatio iucunda & suauis est: nil amarum retinens: nil dulce non retinens. CDo. Amicum optimum morte amisī. CRō. Si commoditates perditas quereris: utilitatis mihi tu calculū non amicitia quidem ponis. Si conuictum: cogita quod parua pars temporis uiuentium quoque presentiam exhibet amicorum: quantum curæ: quantum morbi occupant: quantum sopor ac uoluptas: quantum quoque peregrinantium discursus: sollicitudinumque diuersoria: & secessus: quantum denique studia: quantum ocia: quantumque negocia: nunc aliena: nunc propria: & illa rerum multiformium iugis atque inuicta necessitas: cui nulla prosperitas eximitur: conuicti detrahunt exoptato: quot congressus rari: quod breues sollicitæque moræ: quod durū digressus: quod reditus serui: qui obices: quæ nam impedimenta: qui laquei: His ac similibus uitæ difficultatibus amicitiaque compedibus ad memoriam reductus: intelliges quantum uis est quod tibi mors abstulerit: Nam si id in amicitia solū libras: quod unum illi perpetuum ac stabile fundamentū est: prorsus nihil ibi mors potuit auferre. Audisti apud Tullium: se solātem Lelium: ut illi Scipio suus uiuit: ut in memoria eius nec extincti amici fama nec uirtus extinguitur. Quid Scipionem tuum tibi nunc uiuere prohibet: Sed uos quoniam Scipiones & Lelii nō potestis esse: nec uiri quidem esse uultis: & quia summa nonprehenditis: media desperatis aut spernitis: quasi ut poesim: sic uirtutem mediocre nec dii nec homines sint laturi. CDo. Amicum mihi mors eripuit. CRō. Amici corpus eripere mors potest: nō amicitiam nec amicum. Sunt enim ex illorum genere: quæ nec morti nec fortunæ subiacent sed uirtuti: quæ una humanis in rebus libera: & quæcumque illi subfunt: libertate donare potens est: Nō esset tanti precij amicus si tam facile perdi posset. CDo. Sine amico remāsi. CRō. Si rite colis amicitias: nec tibi ueteres desunt nec noui unquam defuerint amici: quin ex hostibus tibi amicos ea quidem reddet opinio. Nihil magis Augustum Cæsarem conciliauit Herodis: quod quod is hosti suo amicissimum: seque per illum inimicissimum se fuisse professus est: sua dignū amicitia iudicauit eū: quod tanta fide sui licet hostis amicitiam coluisset: Tanta est uirtutis & amicitia pulchritudo: ut etiā in hoste delectet cogatque illū quod amare quod se oderit. CDo. Amicus mihi fidissimus obiit. CRō. In memoria tibi sepeliendus est tua: ubi clam sæpe tecum sit: & nunquam totus obierit: Qui si tibi forte aliter quam morte perierit: nō tu amicum sed opinionem falsam amicitia perdidisti.

## De absentia Amicorum: Dial. LIII.

CDo.

**A** **A** Micoꝝ torqueor absentia. CRē. Solet id quidem euenire: Sed qui amici mortem ferre didicerit: aliquāto facilius feret absentiam: nec frāget abitus quē non fregerit obitus. CDo. Abest mihi optatissimus amicus: dextra manū dexterque oculū meū abest. CRō. Et si irrediret abesset: nihil tamen nō ferendū uiro dicerē: nūc redibūt & tua tibi restituet integritas. CDo. Abest amicus dimidia mei pars. CRō. Dimidiū aīæ suæ Virgiliū uocat Horatius: quod a multis postea usurpatū iam pridē in puerbiū uenit. Sed si amicus nō naturaliter tamen: sed ciuilitate possidet: quod amicitia nocet absentia: quod minus tecum ubicumque sit amicus sedeat: ambulet: colloquat uel iocosa: uel seria: Et quod prius forte non faceret: absens faciat. Nam si nil aliud uideretis: nisi quæ sunt aīæ oculos: & sola uos presentia delectarēt: breuis admodum uisio & angusta delectatio uestra foret. CDo. Amici absentis dulci desiderio laboro. CRō. Atque amarum soliti estis laborare nō dulcibus. Accipe pro nūc quod uulgi aures uix capiunt: Dicit neque quod tenera quod fastidies presentia sit interdū etiā amicoꝝ: sæpe paruis offendit: ut quis ualde dilexeris: quod uel presentia uahementer optaueris: nō amicos modo sed fratres aut filios: quod forte sollicitudinis studio: uel occupatōibus tuis obstet: abesse nō nunquam malis. In absentia nil amare: nil quod pūgat præter desiderium: quod dulce tamen ne tu ipse quidem negas. CDo. Dillecti absentia me affligit. CRō. Est id fateor commune mulierum atque omnium muliebriter amantium: quorum delectatio omnis in sensibus est. Nihilominus de hisipsis Poeta loquebat ubi ait: Absentem diligit auditque uidetque. Id si ira est: cur nō amicus absentem quoque amicum audiet & uidebit: nisi forte purgatiores ad huiusmodi uisionem lasciuia sunt oculi quam uirtuti:

De graui Naufragio: Dial. LIII. De Incendio: Dial. LV.

aut plus aliquid dignitatis ifano q̄ casto tribuitur amori: cui præter honestos ac uolucres cogitatus: quos p̄ libito uagari & esse ubi uelint: nulla distantia: nulla uis phibet: epistolari quoq̄ remedio consultū est: quo nescio an præsentia ulla sit gratior. Romæ quidē erat Marcus Cicero dum ad Quintū Ciceronē fratrem suū p̄consultatū Asiæ administrantē scribēs: Cū tua inquit lego te audire: cū ad te scribo tecū loqui uideor. Et mox eū ad gloriæ excellentiā exhortās: efficacissimū id dicit: In dictis factisq̄ suis omnibus fraternā sibi aīo definxisse præsentia. Nescio an Athenis an ubi esset Epicurus: dū amico scribens: Sic fac inqt oīa tanq̄ spectet Epicurus. Certe in Cāpania erat Anneus: dū Luciliū suū in Sicilia degentem litteris alloquens: ut secū studeat: secū coenēt: secū ambulet hortat: quæ facere ille non posset: nisi animo fierent: & non oculoꝝ neq̄ auriū: non manuū neq̄ pedū ministerio indigerent. ¶ Do. Oculi mei absentem amicū anxie requirūt. ¶ Rō. Nō possum negare quin oculis aliquid p̄ absentia detrahaat: aīo aut nihil: imo nec oculis quodāmodo: ut prædixi: si tamen amicitia uera est. Vnde & illud apud eundē poetā & legim⁹ & laudamus: Pallas: Euander: In ipsiis oīa sunt oculis. Et Cicero ipse in epistola quadā: Balbū amicū suū in Galijs sub Cæsare militantē: non solū in aīo habere: sed in oculis ferre se dicit. ¶ Do. Amicus abest meus. ¶ Rō. Interdū nō cognoscitur amicus: nisi abesse cœperit. Sicut cūctis in reb⁹: sic in amicitijs: copia ingēs gustū hebetat: penuria acuit. Q̄ si magister amoris intermissio: nem amātibus utilem dicit: quibus oībus in p̄ntia est uoluptas: cur non eadē utilis sit amicitis: quoz̄ in ȳtute iucūditas tota est: quæ absentia nullū sentit incōmodū: cū ubilibet præsens sit: Noli ergo desiderio succūbere: sed amicū mēte cōplectere: quē tibi nec discessus eripiat: nec mors ipsa. ¶ Do. Amici dulcis absentia amare fero. ¶ Rō. Perfer modo: & molliores partes animi præsentia uirtute cōsolida. Amariuscula em̄ hæc quā desles absentia: forsā in tpe chariorē tibi amicū & amici præsentia effecerit dulciorē.

C

De graui Naufragio: Dial. LIII.

¶ Do.

**G**raui naufragio iactatus sum. ¶ Rō. Maris tu mihi memoras naufragium: animi autem siles: quasi uero uel grauius uel crebrius ullum sit. Ibi est tempestas illa cupidinum & affectuum ceu uentorum repugnantia: quæ uos tenēs concupiscētia speiq̄ uelis: gubernaculo mentis excusso constantiaq̄ ancoris in alto perditis: per omnes littorum fluxus: perq̄ omnia maria circumuolauit: Illud te naufragium in hoc traxit: tolle cupiditatem: nauigationem ipsam aut certe periculum nauigandi magna ex parte sustuleris: Illa non in naues solum: sed in scopulos & in mortē cogit miseros. Itaq̄ fere omnes qui suis auspicijs in mari pereunt: prius in animo periere: priusq̄ illos auaricia demersit unda q̄ pelagi. Rara est quidem sine præcipitatione cupiditas: quicquid enim uult: cōfestim uult morasq̄ omnes & illarum comites sumptus odit: ea breuis in exitium uia: & crebri prima naufragij causa est. ¶ Do. Magno naufragio uexatus sum. ¶ Rō. Didicisti deum orare uo itaq̄ facere & pacisci multa: quorum & illi metus causa fuit: tu tamen agnosce fidem terræ redditus: Non impune de⁹ luditur: odit ille fidefragos. ¶ Do. Foxdum naufragium passus sum. ¶ Rō. De naufragio nō queritur nisi qui euasit. Gaude igitur saluus & doctior. Trā acti periculi grata solet esse memoria: sicut ex diuerso finitæ p̄spicitatis amara recordatio. Quāti ȳo oli faceres uidisse tritones æquoreos & mōtes spumeos aq̄rum: atq̄ assurgentel fluctus in nubila & pelagi monstra natantia: Habes unde brumali nocte ante focum fabelas horrificas narres attonitis trepidulamq̄ familiam admiratione suspendas: Iam quid sit poetica tēpesta intelligis: & qui male credulus stupor fuit: iam noticia certa est: quā bñ uel metu mortis uel iactu mercii sis adeptus. ¶ Do. Duro naufragio laboraui. ¶ Rō. Sine labore nihil discitur: hoc si sapis: perpetuum documentum tibi erit: ne quādo amplius credere uitam uentis in animum inducas. ¶ Do. Passus sum triste naufragium. ¶ Rō. Si primum: caue ne secundū adeas: Si secudum sile. Scitum est illud Publij miniographi: Im p̄be Neptunū accusat q̄ itez naufragiū facit. ¶ Do. Terribili naufragio uix euasi. ¶ Rō. Nescio quid terribilius adeo sit in aquis mori q̄ in terris: quando quidem in alterutro moriendū est: seu quid optabilius uermiū cibus esse q̄ pisciū: Postq̄ tamē enatasti: cura ne iterum fracto uitam remo aut laceræ credas tabellæ. Disce terrenū animal terrā pati: & cœlum potius ambire q̄ pelagus.

A

B

C

De Incendio: Dialogus LV.

¶ Do.

**A**Incendio uix abij. ¶ Rō. An ne igit euasisse fortunæ trahis ad iuriā: sine queri Alciadiæ: q̄ hostili ex incendio nō euasit: Q̄ q̄ & si trestre præuideri: cœlestib⁹ qs iā ob

A

## De graui Negocio ac labore: Dialoꝝ LVI.

stet icēdij: Roman<sup>9</sup> mihi rex Tull<sup>9</sup> Hostil<sup>9</sup>: & Roman<sup>9</sup> n̄ deat Impator Char<sup>9</sup>: q̄q̄ prim<sup>9</sup> Romæ in regia: al<sup>9</sup> in castris ad tigrim amnē: si cōibus historijs est fides: igne arsit athereo. **¶** Do. Bonis meis oibus amissis nudus ex incēdio euasi. **¶** Rō. Qñ precor hoc diceret seu Bias: ut oēs uolūt: seu Stilbon: ut uult Seneca: q̄ incēsa patria admonit<sup>9</sup> seu increpitus q̄ nihil suorū bonorū ex incendio efferret ut cateri: Bona inqt mea oīa mecū porto. Præclare siue horū alter id dixerit: siue uterq̄: q̄ uis hæ uoces ex ore primi semp̄ auctoris clar<sup>9</sup> sonēt: sed omisso auctore dicti yitas utiq̄ nota est. Harēt nēpe præcordijs uera bona: uiuoq̄ nihil eripitur possessori: sed ne mortuo quidem. In anima eni sunt: quo nec fortuna nec mortis dextra se porrigit: Tu salu<sup>9</sup> & incolumis perijisse tibi aliquid eorū doles: quæ si tua fuisset: proculdubio tecū hodie salua essent. Mihi etem crede: Vera bona nō pereunt. Non est aux̄ uirtute nobilius: ne par quidem q̄d non igne cōsumitur sed purga<sup>9</sup>. **¶** Do. Magnum me afflauit incēdiū. **¶** Rō. Cæcul<sup>9</sup> nescio quis: famā diuinitatis igne qua<sup>9</sup>siuit. Apud Virgilium: Iulij comas flamma corripient: primā dubiæ spem salutis attulit Seruio caput arsisse: non poeti cū sed historicum regni omen fuit. Constat ex flāmis Iliacis prodijisse Romani Imperij fundatores. Deniq̄ & Heliam incēdio obijisse: Deumq̄ ipsum in flamma ignis apparuisse: sacra loquū<sup>9</sup> historia: ut nō imerito uestris in urbib<sup>9</sup> iudex hic soleat esse læticia: qui tibi materia est doloris. **¶** Do. Domus igne subito conflagrauit mea. **¶** Rō. Et templū Dianæ olim arsit Ephesiæ: quo nil sæcula illa formosius uiderūt. Arsit & templū cœli deo sacrum Hierosolymis: ipsis etiā qui illud incenderāt miserandū hostibus: Et ætate hac Lateranensis arx illa religiōis ac decus eximiū orbis terræ bis flāmis exusta est: euidēs & apertum: ut mihi uidet: iræ cœlestis indicium: nō mirabile fateor: sed tremendū. Ad extremū: ut minores taceam: Saguntū: Numantiā & Corinthū innumeraq̄ alias & sæpe tēpraui Romanam & nōnunq̄ pene ad ultimū & Carthaginem semel: & bis Troiam flāma combussit. Arserē urbes arsurumq̄ mūdum ipsum credim<sup>9</sup>: Tu in tuam domum ausum ignē qui in cœlum ac terras arsurus est quereris? **¶** Do. Ex incēdio uix euasi. **¶** Rō. Euasisti igit: an id doles: nisi euasisses siluisses: nunc aut̄ uiuus cinis cinerem fles extinctum.

### De graui Negocio ac labore: Dial<sup>9</sup> LVI.

**¶** Do.

**A**

**G**raui negotio defatigor. **¶** Rō. Nulla sine difficultatibus gloria. Nulla nō uirtus in excelso habitat haud facile ad eunda: cōfragosum huc durumq̄ & scrupeum est iter. **¶** Do. Nimio labore fatigor. **¶** Rō. Labor area est uirtutū: requies uoluptatum: Nil sine labore laudabile: nil excelsū. Proinde laudis Herculeæ fundamentū labor: Nulla re magis Vlyxes q̄ labore cognoscit: quantalibet prudentia fingeret: si ociosa fuisset ignota esset. Labor Romuleos duces: Scipiadas & Camillū: labor Fabios: labor Curios: labor Fabricium & Metellos: labor magnū quoq̄ Pompeium: labor Hannibalē: labor Iulij Cæsarem illustrauit: Labor Catonibus: labor Mario famam dedit. Papyrium Curforē ac Posseninum Nigrum laboriosa militia claros fecit. Ut Philosophos: ut Poetas sileam: quorum uita omnis: quid nisi clarus ac delectabilis labor est? Quid de artificibus dicam: quibus ipsa qualiscunq̄ est gloria: quo studio quaerenda sit nostri: a quibus industria & antilucana uigilia præueniri: Deq̄ hoc queri solitum Demosthenem accepim<sup>9</sup>: qui profecto non paruus stimulus esse potest magna tractantibus: quando minima quoq̄ sic animos acuunt atq̄ exercent. Proinde omne genus hominum percurrere: ubi famæ multum & plurimum est laboris: & omnino uirtutum amatoribus amādus est labor: sine quo ad eam quā amant & quam cupiunt gloriam peruenire fas non est. **¶** Do. Labore exerceor continuo.

**B**

**¶** Rō. Parum profecerit magnus labor nisi sit iugis: Nam & ipsa quæ labore quaeritur gloria: nisi sit perpetua nec magna uidebitur. **¶** Do. Nimis crebris exagitor laboribus. **¶** Rō. Nimium & parum pro uarietate patientium accipitur: Ignauo labor omnis est nimius: nullus industrio. **¶** Do. Nulti me cruciant labores. **¶** Rō. Non te cruciant si uir es: sed acuum & exercent. Vis autem nosse quid inter laborem & delitiam intersit: Sardanapalum confercum Alcide: Sergium Oratam cum Attilio regulo: Apicium quos Caio Mario. **¶** Do. Labor me iugis extenuat. **¶** Rō. Multis p̄ remedio labor fuit: & quos quies infecerat defæcavit deterisitq̄: nā curare illū aīos cōstat & oriētibus uirij ob stare & radicata cōuellere. Deniq̄ inter priscae yttutis ac sæculi exēplaris causas hīc labor a scriptorib<sup>9</sup> ponit: hīc paupertas optabiles corporū molestiæ: quæ medēt̄ molestijs aīorū. **¶** Do. Dur<sup>9</sup> ē labor. **¶** Rō. Dura yttus: dur<sup>9</sup> labor: moll<sup>9</sup> uoluptas: moll<sup>9</sup> inertia: si ſi bene cohabitāt: Inē diuersa diuortū est.

## De duro Itinere: Dialogus LVII.

**CD**o. Nimum laboriosa fors est mea. **CR**o. Oneratum te ingrate accipis: Nescis ut nō ē media dum dicatē deo uirgines stratis surgūt: argent: uigilant & diuinis obsequijs exercetur: adulterā suis interim perfruunt illecebris: Dū pro defendenda patria miles in castris: pro augenda dux in tabernaculo: pro ornanda studiosus inter libros excubat: leno in famis inter suas acies inq̄ suis tentorijs conuiescit: quibus uero sit meli⁹ diffinire nemo cui uel modicum ingenui sit pudoris: hāsitet. **CD**o. Labore urgeor acerrimo. **CR**o. Bene spera: causa tantū laboris honesta sit: honest⁹ est labor quo ue uno claris ascribare noib⁹: Oēs quidē qui ad gloriā nituntē: laboriosus atq̄ arduus trames agit: Ad ignauia deuexa & facilis uia est. Deniq̄ quisquis nascit: ad laborē nascit: nec regū filios excipio. Labor & uirtus uestrā artes sunt: nō ociū & uoluptas: quibus q̄ se applicant: hi demū a natura hoīm degenerāt atq̄ in pecudē se transformāt. **CD**o. Graui atteror labore. **CR**o. Idē cedētibus grauis labor qui nitentibus leuis est. Perfer modo forti aīo: & assurge: praesentiq̄ molestiae finem cōfer. Multos quidē labor extulit: multos industria: sopor nullum.

### De duro Itinere: Dialogus LVII.

**CD**o.

**D** Vix iter pedib⁹ meis ago. **CR**o. Quid tu igit̄ alienis malles? Atq̄ neq̄ alienis maibus opari: neq̄ alienis oculis uidere: neq̄ alienis auribus audire: neq̄ alieno palato degustare: neq̄ alienis naribus uultis olfacere: qd hoc unum singulare habet: ut t̄m pedib⁹ ambulare delectet alienis: **CD**o. Pedes eo. **CR**o. An yo in hūc mūdū inrastrū eques: an exhibis: qd p̄ mūdū ire nisi eques doles? O principiū humile: & o finis humilior: q̄ sup̄ba inē utrūq̄ sunt media: & in breui cursu q̄ta p̄fus obliuio terminor̄: nec unde certe: nec q̄ p̄gitis meministis. **CD**o. Iter longū cogor pedes agere. **CR**o. Cogi qdē dur̄: fateor: cogi aut̄ uolēs neq̄: indignatio & dolor necessitatis p̄odus exaggerāt: patiētia & cōsensu animi fortunā cuspis obtūdit. Vis nō cogi: fac sp̄ote qd cogeris. Vis ut iter longū breue fiat: uolēs I. **CD**o. Equitare uellem: pedes ambulo. **CR**o. An infaniae parum est unū ob quadrupedem cui⁹ usum nescis: q̄ diu tibi fortuna concesserit: naturā numerum obliuisci: Quod multi faciūt qui uilis atq̄ intractabilis & caduci equi fiducia dediscunt pedibus suis ire: quibus quāso quid aliud q̄ diuitem cupias p̄odagram: hoc est pedes inuiles: equos multos: **CD**o. Longum iter pedes ibo. **CR**o. Ibis pro libito: nemo te transuehet: nemo morabit: nemo concutiet: nemo desiciet: nemo aget in praecip̄s: unus tibi labor uia: unū opus ire: nil tibi tuo cum uectore negocij. Nō cogeris em̄ equū frenare: nō pungerē: nō adquare: nō substernere: non circumducere: nō fricare: nō pascere: nō aut tergū ungerē aut arētē pedis unguam: & tractare digitis ancipites clauos: aut nocturnos sudib⁹ arere cōcurfus: & somno exciri: trepid⁹ semperq̄ sollicitus quid baelua peruiol cum uicinis agat: saltem noctibus quiesces: nā qui equitant noctū etiā laborant. **CD**o. Pedibus longum iter ago. **CR**o. Calceatus forsitan. Sancti aut̄ patres nudis pedib⁹ deserta lustrabāt. Nuncijs dei oīpotentis apostoli: mūdi climata circuibant: hic ad orientē: ille ad occidentem: hic ad arcton: ille ad meridiem: nauigātes interdū: raro id quidē: neq̄ aliter q̄ cogente locorum situ: sed quē precor equitem legis praeter unū ex oibus Ioannē: Neq̄ id amplius q̄ semel: idq̄ perexiguo uiae spacio: dum qd Clamens scripsit: & Ecclesiastica habet historia: ad recuperandā perditū adolescentis aīam: pia illū festinatio perurgeret. Quomō aut̄ equitarēt: quor̄ dñs pedes ibat: Vix asellum semel quidē ille mox in crucem ascensurus ascendit. Q̄ si sanctitate inaccessibili: hāc exempla te praegravant: At Romanā legiōes quā orbem terrarū subegere: magna ex parte pedestres fuisse noscunt: In quibus nō se solum atq̄ arma suis pedib⁹ quisq̄ portabat: sed multor̄ panē ac uiatīcū die: uallū quoq̄ quo in finibus hostiū castra indies circumsepta nocturnis ab insultibus tegerent. Vnde eleganter Cicero noster quodā loco de militibus Romanis agens: cū fortibus uiris ceterarū gentium arma nō impedimētū: sed quasi uestimentū esse dixisset: hoc praecipuū illis dedit: ut diceret: Romanis solis arma nō uestem esse sed ut humeros ac laertos. At cū eas quas dicebā militares sarcinas subissent: tum demū uideri sibi esse uestitos: neu quis moderni sermonis cōsuetudine labi possit: militū appellatiōe pedites accipi: eosq̄ ab equitibus q̄uis uterq̄ militet: hoc fecerni noīe solitos multis Romanā historiae locis aduertere est. Proinde magnū tibi lenimen ac solaciū laboris horū recordatio praestare potest: nō inermi tantū ac uacuo & duro: licet tuto tamē calle pergēti: sed armato etiā atq̄ onusto & piculoso tramite pediant. Siquidē nihil ad tolerantia asperarū rerū efficacius: q̄ cogitare eadē multos fortibus animis fuisse perpeffos. Pudet em̄ generosum spiritū: nō posse unū qd̄ innumerabiles potu-

ere: quæ cogitatio nō in laboribus mō qui difficiles: sed in his q̄z qui miserrimi uidentur cruciatibus in dolorib⁹ corporeis maxie in ipsa demū morte p̄fuerint. **¶ Do.** Longū ego durumq; iter pedibus mœstus ago. **¶ CRō.** Nihil æque durūq; iter lenit mœstūq; aīm serenat ut nobiles ac suauēs curæ: quæ nisi boni & docti uiri pecc⁹ incolere uiasq; oēs comitari ne sciunt. His sigrata societas amici lati & eloquentis accesserit: non tm̄ leue iter: sed & breue uidebit̄. Multos iucunda confabulatio sic affecit: ut & uia duritiem nō sentirent & de breuitate longi licet itineris quererent: neq; iuisse sed uectos esse se crederent. Est & illud enim inter mimos publicij notissimum: Comes facundus in uia pro uehiculo est.

De Sterilitate annua: Dialogus LVIII. **¶ Do.**

**A** Sterilitate præmor annua. **¶ CRō.** Iam tibi fertilitas grata erit: optime res oīs con/ trarij collatione cognoscit̄. **¶ Do.** Fefellit ager meam spem. **¶ CRō.** Nō te ager fal/ lit: sed improbitas cupiditasq; animi: Cūcta uobis ad nutū successura p̄mittitis in/ soletes: uestro digni iudicio: quib⁹ ipsa rex̄ pareat natura: quæ si suū ius seruare ausa pro/ fundā semel auariciæ uestræ præruptamq; uoraginem: cui nihil est satis inexpletā liquerit insolens uobis & auara atq; iniuriosa uidebit̄. Nō sunt hæc aut̄ iustæ nec modestæ spes: sed imodici fragmenta desiderij: ea quidē fingitis euentura quæ cupitis: si qd̄ deest damnū dicit̄: Tu⁹ ager suū morē tenuit: & tu tuū tenes. Terræ etem̄ ubertas & sterilitas alterna: sed cupi/ ditas uestra p̄petua est. Vos iniquissimi oīm interpretes: cū illā grate & sobrie: hæc patienter ac fortij ferre debueritis: illā cōtemnitis: hanc desletis: illa tumidos facit: hæc querulos. **¶**

**B** Do. Ager meliora pollicitus me fefellit. **¶ CRō.** Terrā bob⁹ ac astris: cœlū uotis ac precib⁹ fatigatis. Vētoꝝ spūs: oportunitas imbriū: germinū decor: agrī spēs: puluis hybern⁹: lutū uernū: æstiuī soles: maturitas autūnalis: oīa cupidos in spem trahūt: Vt arentē stupā flam/ ma oīs incēdit: ut inanē puluere flat⁹ oīs impellit: sic anax̄ aīm lucꝝ oē suspēdit atq; erigit: oīsq; nō rei mō: sed uel tenuis spei iactura cōfūdīt ac desiccat. S; frenate miseri mo⁹ incōdi/ tos: infinitā cōcupiāz coercete: & spē credulā mille tādē delusā successib⁹ castigate: Quid nūc cœlū terrāq; respicit̄: Nō aliūde fertilitas q̄ a deo ē. Illū mortales agere sinite: & uidete qd̄ agi: & laudate. Sinite opificē opari: & unī artificij perito hoī exhibēdā reuerentiā nō neget̄ deo. Pudeat terra uascula cœlestē figulū arguere: sed i oibus illi uoce atq; aīo grās agite: q̄ necessitatū cōsciū uestræ: neq; cupiditatū nesci⁹ illis occurrit: his occurrit: Vtrobīq; misē ricors: utrobīq; terribilis in cōsilijs sup̄ filios hoīm: ut de illo scriptū est: Sperate iam tandē nō in agris uestris: sed ī dño: & facite bonitatē & inhabitate terrā & pascimini in diuitijs ei⁹: Delectamini ī dño & dabit uobis petitiones cordis uestri: quæ ubi cōperitis in dño dele/ ctari: auare esse nō poterūt neq; iniuste. Reuelate dño uīā uestrā & sperate in eo: & ipse faci/ et. Iactate sup̄ dño curā uestrā & ipse uos nutriet: Quid cœlesti manu æditi nō nisi terrā cogitatis: terrāq; diligitis: Nolite has sacras uoces ut soletis spernere: Nolite auras pluuiasq; & tēpestates idoneas aucupari aut precari: Nolite in terra spem habere: sed in illo qui respi/ cit terram & facit eā tremere: qui de saxo durissimo fontes liquidos elicit: qui te deniq; ab agello tuo falli passus est: ut in illo spem poneret qui nō fallit. **¶ Do.** Multū felita de copia demptū est. **¶ CRō.** Id modo subducit̄ qd̄ plus æquo uel dederūt āni præcedētes uel sequē/ tes dabūt: Modestix̄ quantulūcunq; sat est: Auariciæ lucro crescit: eoq; fit paupior quo pl⁹ habet. Magna uitioꝝ genitrix: magna nutrix atq; hortatrix est copia. Patere malis tuis de/ mi aliqd̄: quo min⁹ copiæ: min⁹ erit insolētiæ: minusq; libidinis. Adde qd̄ hæc tui ruris in/ iuria apud multos beneficiū ac largitas habere: tuq; ipse si assueuissis iopiæ: ubertatē hāc & copiā iudicares: tantū in iudicio rex̄ semp̄ cōsuetudo præiudicat: tantāq; uim habet: nūc quid mir⁹ si tēperata fastidiūt: qui sup̄uacuis assueuere: quia nulla maior p̄cella modestiæ est. **¶ Do.** Sterilitas urget insolita. **¶ CRō.** Sæpe quidē fortiores uiros plaga fer̄ sterilis: fer/ tior molliores neq; fert mō sed facit: atq; alibi natos durat aut mollit. Sic molliuit Gallos primū: post Romanos Asia: Alexandꝝ Babylon: Hannibalē Capua. Contra uero Roma/ nam indolē durauit & cotis in morē acuit illa arens & scopulosa pars Liguræ: Te quē copia mollebat duret inopia. Sobrietatē te doceat ager tu⁹: & qd̄ libri uberes nequiuerē: glebæ faciant aridulæ. Nemo despiciendus est magister disciplinæ utilis: Disce bene uiuere: disce uel senex: disce uel nolens: disce deniq; uel indignans.

De Villico malo & superbo: Dial. LIX. **¶ Do.**

**A** Villicū insolentē patior. **¶ CRō.** Insolentē tm̄ & nō furē: bene tecū agi. **¶ Do.** Villicus mal⁹ ē mihi. **¶ CRō.** Malū fer æquanimis: uillic⁹ nisi pessim⁹ bon⁹ est. **¶ Do.**

Villicum duræ ægrefero. **CRõ.** Mollem delicatumq; ferres ægrius: durities rusticorum epitheton ē: duris cū bobus: cū stiuā & uomere: cū ligonibus & rastris: dura deniq; cū tellure luctant: quid ni ipsi etiā duri sint: si nil aliud est q̄ durus: bonus est villicus. **CDõ.** Rustici cū importunū ferre nequeo. **CRõ.** Atq; uel feras uillicū: uel ipse uillicus sis oportet: uel incul tum rus elige: Dura sunt om̄ia. **CDõ.** Rusticus intractabilis: indigestus est mihi. **CRõ.** Nil horū impræmeditatū tibi esse debuerat: mox ut terrā habuisti labores uarios præfagire sterilitatem & uillici fastidia debuisti. Dixi dū rure gloriareris exulto: rusticos ultimos hoīm terris abeuntē iusticiā reliquisse. Si unq; gen<sup>9</sup> humanū reuiuisceret eosdē illos puto ultimos reperturā: ita q̄s sequebant̄ præcesserūt: malorūq; oīm pessimi facti sunt. **CDõ.** Asperrim<sup>9</sup> uillic<sup>9</sup> est mihi. **CRõ.** Vbi ueritas dixit: q̄ terra hoī spinas & tribulos germinare: subintel gendū fuit: & rusticos tribulis cūctis asperiores. **CDõ.** Villic<sup>9</sup> est mihi nequissim<sup>9</sup>. **CRõ.** Aut uillici nequitia tolerare cōdisce: aut famē perpeti. Mutare em̄ uillicum nō proderit: Ad unū modū ferme oēs facti sunt: nisi q̄ semp̄ peior est ultimus. **CDõ.** Villic<sup>9</sup> fur est mihi. **CRõ.** Dixisti tādē qd̄ dictū præstolabar: Ita em̄ furtis addicti sūt: ut eis aliq̄to sit dulci<sup>9</sup> id modicū qd̄ furant: q̄ quicqd̄ ex om̄i iusto labore percipiūt: & hoc ipsum tandē est ferendū: nec queri un<sup>9</sup> debet qd̄ oib<sup>9</sup> ē cōe. Profecto aut̄ & si poeta rusticos ultimos a iusticia derelictos faciat: ut bis dixi: ap̄ uos tñ hoīem primū humano semine genitū & agricolā fuisse cōstat & parricidā: ut fuisse semp̄ pessimi uideant: dūq; id recolis non mireris fures. **CDõ.** Villici culpa rus perditū ac desertū est. **CRõ.** Hoc quotidie multis clariorib<sup>9</sup> Anaxagoræ accidit: & Archyta: uterq; credo doluit: neuter excanduit.

## De Furtis: Dialogus LX.

**CDõ.**

**I**D modicū qd̄ supest a furib<sup>9</sup> uix defendo. **CRõ.** Rure te uillic<sup>9</sup> tu<sup>9</sup> patientiā mali hui<sup>9</sup> edocuit quāq; i urbib<sup>9</sup> exhiberes. **CDõ.** Me fures infestāt. **CRõ.** Cōtra hoc malū nil querelis agit: supplicijs op<sup>9</sup> est. Interi custodia p̄ficit uigilati. Sūt q̄ nihil custodiāt & accusant fures: cū uetus sit puerbiū: q̄ occasio furē facit. **CDõ.** Limen meū fures obsident. **CRõ.** Claude ostium: obdeserā: aperi oculos atq; intende: si negligis temet ipsum culpa. Raro fur intentis obfuit. Illi iustius querūtur quibus non sunt dom<sup>9</sup>: quales sunt quidam populi sub meridiem & sub arcton: & ideo apud Scythas ut scriptum uides: nullum scelus furto grauius. Et sequitur ratio: Quid enim inter syluas superesset si furari liceret: **CDõ.** Fures mihi subtrahūt res meas. **CRõ.** Suas fieri uolunt nec tu uetas. Puta ergo negligentiam tuam plecti: rerumq; te tuarū custodiam hoc precio doceri: Vtilia non discuntur gratis. **CDõ.** Mihi molestissimi fures sunt. **CRõ.** Importunum plane genus hominum: iure optimo bonis oibus odiosum: nō modo ut pestilens sed ut uile. Sic em̄ habe: Nō enim aliter q̄ summa animi uilitate aliquem ad hoc trahi. Haud immerito igitur Aurelius Alexāder princeps iuuenis sed bonus: rāto furū odio flagrauit: ut de illo scribat Helius Lāpridius: si quem talium uidisset: paratū digitum habuisse ut illi oculum erueret: tātūq; eum stomachi fuisse in furtoꝝ infamia laborantes: ut si eos casu aliquo uideret: cōmotione animi cholera euomeret: toto uultu inardescēte ita ut nihil loqui posset: Nobilis prorsus indignatio generosi animi: uere ingens furū foeditas: quæ uiro forti & sublimi sic subito nauseam extorqueret: Quinimmo: cū quidā ex honoratis aliquando furti reus ambitiose tandem fauore quorundam amicorū regum ad militiam aspirasset: & statim in furto deprehensus esset: Vix em̄ illi uitio assueti desistere unq; sciunt: Quæsiuit Alexander a regibus qui illum promouerant: quid apud eos paterent fures: cunq; illi respondissent: crucem: ilico eum de illoꝝ sententia crucifixit. **CDõ.** Furtis infestor. **CRõ.** Contra furta bona est uigilātia atq; custodia: sed optima ē paupertas. Q̄diu aliquid erit qd̄ furibus dulce sit: eoꝝ uel man<sup>9</sup> certe uel oculos nō euades: Vis fures non metuere: pauper esto.

## De Rapinis: Dialogus LXI.

**CDõ.**

**A**Prædonibus spoliatus sum. **CRõ.** Quis ciuili lege: nisi fallor: scriptum sit q̄ nullus fur improbius q̄ qui ui rapit: sunt tamen clandestini fures me iudice uiliores: Illi em̄ fraude agūt: hi aut̄ ui. Et ideo iuxta sententiā Ciceronis: Illi uulpeculis: hi leonibus assimilātur. Adde q̄ fures rebus spoliant ingeruntq; suspitiones: At prædonibus spoliassē fere sat est: suspitionibus non relinquūt locū. **CDõ.** In prædones incidi qui me nudum reliquerunt. **CRõ.** Incidit in prædones Cæsar: a quibus nō spoliatus modo sed cap<sup>9</sup> magno se tandem precio redemit: futur<sup>9</sup> regē dñs: q̄ uis huic damno solacium ultio mox secuta præbuerit: non exiguum lenimē iniuriarū. Incidit in manus hostiū Regulus totiens iā

uictor: qui magno cum imperij uestri damno atq; discrimine eundē immani supplicio pere-  
merunt. Incidit in hostes quoq; Valerianus Imperator: qui eum multo cum imperij dede-  
core sœdo senili seruiicio confecerant: Tu si nihil ultra q̄ spoliatus es: & fortunæ tuæ & præ-  
donibus gratiam habe qui tibi libertatem uitæq; reliquere. Nō est em̄ aliud beneficium læ-  
tronum: q̄ quod Cicero ait in Philippicis: ut cōmemorare possint his se uitam dedisse qui-  
bus nō ademerunt. Fer tu igitur sortem tuam cōmunem tibi cum magnis his atq; alijs cla-  
ris uiris: & si comparetur: facilem etiam atq; optādam: neq; foelicior esse uelis his qui dicū-  
tur foelicissimi.

## De Dolo malo: Dialogus LXII.

CDo.

A

**A** Circumscriptoribus sum deceptus. CRō. Miraris: Mirarer ego si inter homines cō-  
uersando illæsus euaderes. Quis homo enim hominē nō decipit: Fides exulat: re-  
gnat fraus: hoc ne nunc nouiter perpendis: Nō tanto studio neq; tot laqueis uena-  
tores atq; aucupes feras ac uolucres captant: quot uersuti homines alios quosq; simplici-  
res. Qd̄ si unq; uez fuit: uestra ætate uerissimū est. Mōstranē digito fraudū magistri: & ille  
prudencior iudicat qui peritior est fallēdi. Vis ne igitur non decipit: aut morere aut fuge ho-  
minum consortia. CDo. Dolo malo unde non timui circumuentus sum. CRō. Si timuiss-  
es: deceptus forte tam facile non fuisses: & nunc cogita an tu quenq; aliquando sefelleris.  
Estis em̄ fere oēs ad fallendū proni: feres aut̄ facili⁹ ab altero tibi fieri: alteri qd̄ feceris. Sed  
uos & quæ facitis alijs non sentitis: & quæ ab alijs fiunt uobis pati nō potestis: rez̄ omniū  
iniquissimi iudices. CDo. Dolo amici dampnum tuli. CRō. Erras ut in multis: Nullus in  
amicitia dolus est. Sed in hoc etiam uulgo erratis: amicos creditis qui non sunt: Amicitiaq;  
rem inextimabilem atq; sanctissimā facili probatis experimento: usq; adeo rez̄ uilium curi-  
osi: leui comestatione: aut breui confabulatione quæritis amicū: Nec citius quæritis q̄ perdi-  
tis: si tamen quod non habet̄ perdi potest. Postea ab amicis uos deceptos dicitis: & hanc in-  
famiam amicitia inuritis innocenti. CDo. Dolo damnificatus sum. CRō. Multis profuit  
falli: eris cautior in reliquis: Quidam parua rei damno maximæ rez̄ pericula declinarūt.

B

C

CDo. Circumscriptor iniquissimus me sefellit. CRō. Immo tuum exercuit atq; excitauit  
ingenium: docuitq; non fidere nisi expertis & probatæ fidei. Enumerarē exempla quibus  
casum tuū solareris: nisi essent innumerabilia. Quis em̄ uiuens non decipit? Quicqd̄ mali  
mortalib⁹ accidit min⁹ est q̄ qd̄ hō patit̄ ab hoīe. Et qm̄ seq̄ oīa nec possibile nec necesse ē:  
Memēto Caninij: qualiter Syracusis fuit dolo malo quōdam a Phitio circūscript⁹: Habet  
tamē Canin⁹ quo solari queat: eques Romanus ab extraneo & uiuēte deceptus: cum Au-  
gustus Cæsar Imperator Roman⁹ a Romano ciue moriēte delusus sit: Nota res est: ut Ma-  
rius quidā qui ipsius Augusti beneficiū ab infimo militia gradu ad summōs honores atq;  
opes ascēderat: semper publice prædicare solitus: se illū unū hæredē habitū: eiq; bona sua  
om̄ia relictu⁹: a quo oīa percepisset: idipsum cū pridie q̄ obiret eidē affirmasset: Augusto  
fraudulētū spiritū emisit: tandē nulla Cæsarei noīs: uel tenui mentione in testamento habi-  
ta. Dignus uere cuius cadauer unco in Tyberim traheret: qui dominū ac benefactorē suū  
fallere nec morte dedisceret.

## De Habitatione angusta: Dial. LXIII.

CDo.

A

**A** Anguste habito. CRō. Angusta dom⁹ ad multa ē habilis: Inter alia cōtra fures uti-  
lis: de quibus paulo ante querebaris: qui in ea latebras non habēt: sicut ex aduer-  
so de magna domo recte dicit̄: q̄ dñm fallit & p̄dest furibus: Artā sane uel amplā  
domū p̄ numero inhabitatiū accipio: tu nūc ut tibi uideris anguste habitas. At quāto ha-  
bitat̄ angustius aīa tua q̄ toq; foedius inter sanie[m] & cruorē: nec migrare illam inde si fieri  
possit unq; uelis. CDo. Arta domus ē mihi. CRō. Dom⁹ lutea coelestē aīm nō angustat:  
Sæpe parua dom⁹ magnæ gloriæ capax fuit: cū magna interim mltæ infamiæ plena esset:  
Nō format dom⁹ aīm: sed ab illo formā accipit: Ut læta igit̄ atq; honesta paupeꝝ tuguria  
esse possunt: sic infames moxtæq; regū arces diuitūq; palatia. Nulla tā parua dom⁹ est quā  
non amplificet magnanim⁹ habitator magnosq; hospiti præstet idoneā. CDo. Parua do-  
mus mea est. CRō. Parua Euādri regia magnū cœpit Alcide: Modicis ædib⁹ futur⁹ mūdi  
dñs nat⁹ est Cæsar: Pastoralis casa Romul⁹ ac Remus tā magnæ urbis auctores educatis: Nō  
amplis atrijs habitauit Cato: Volubili dolio Diogenes: Augusto tugurio Hilarion: Imis  
terræ specubus sancti uiri: In exiguis hortulis magni philosophi: Sub diuo modicis ue sub-  
retorijs summi duces: In stupēdis palatijs Caius & Nero: Tu cū quib⁹ habitare malles elu-

B

De Carcere: Dial. LXIII. De Tormentis: Dial. LXV.

ge. ¶ Do. Angusta est mihi domus & humilis & inculta. ¶ Rō. Muri fures uētoſq; ſubmo-  
ueant: & utriſq; peiora uulgi tædia: tecta frigus: æſtum: ſoles: imbres arceāt: turres aereæ  
uolucris: domus ampla ſuperbiæ: ornata luxuriæ: reſerta cupidini: nullū uirtus ſpernit  
habitaculū niſi uitij occupatum. ¶ Do. Peranguste habito. ¶ Rō. Vis ne tibi dom⁹ om-  
nis ampliſſima uideatur: ſepulchrum cogita.

De Carcere: Dialogus LXIII.

¶ Do.

**C** Arcere claudor indigno. ¶ Rō. Melior eſt indign⁹ carcer: q̄ indigna libertas: mul-  
toq; ſatiuſ immeritum ꝑ iuſticia mala pati: q̄ ꝑ ſceluſ boniſ afluere: q̄ uiſ nec  
mala illa dici debeant: neq; hæc bona: ſed loquor ut uulguſ: qđ dolore malum  
ingens: uoluptatem ſummū bonū iudicat. ¶ Do. Carcere clauſuſ ſum. ¶ Rō. Quis nō car-  
cere clauditur: aut quiſ inde digreditur niſi dum moritur: Vetus hæc tua omniūq; ſors eſt:  
unde ꝑ priæ: unde nouæ igiſ querelæ: Ita em ſcito: ex q̄ die natus eſ & ante q̄ naſceriſ: in  
carcerem atq; in uincula miſſum te: illi⁹ imperio cui omniſ cœli ambituſ exigua domuſ eſt:  
Et ſi quid ſummo crediſ poetæ: tenebroſum utiq; carcerem & cæcum. Illiuſ carceriſ exitum  
ſi fœlicē cupiſ: huiuſ anguſtias nō horrebis: ſicut nec ſupplicia: nec mortem: nec humani ali-  
quid: ad quorum patientiā & contemptū niſi præparatuſ armatuſq; erit animuſ in qua-  
cunq; fortuna calle gradit⁹ ancipiti. ¶ Do. Turpi carcere claudor atq; anguſto. ¶ Rō. Nul-  
luſ carcer turpior & anguſtior null⁹: q̄ iſte corpore⁹ q̄ uſq; adeo delectat⁹: atq; vñ rãtope ſol-  
ui times. ¶ Do. Carcere detineor iportuno. ¶ Rō. Multoſ periculo inſtãti atq; hoſtiū ma-  
nib⁹ carcer eripuiſ. Multū limē carceri ꝑ clypeo fuiſ: & qđ intrãſſe ꝑ fuerat: exiſſe nocuit: ut  
exitu admoniti qđ horruerãt: uſile: qđ optauerãt miſerè: faterent⁹. ¶ Do. Carceri mãcipat⁹  
ſū. ¶ Rō. Quid ſciſ an fortãſſe nō carcer: ſed ut diciſ custodia ſit: q̄tiẽſ uiculiſ explicitoſ ho-  
ſtiliſ mucro: ſiue hoſte ſãuior paupertas inualit: quotiẽſ euãſiſſe poenituit: & carcerē quē  
diuturnū queri cœperant: non fuiſſe ꝑpetuū quãſti ſunt: Vidimus in carcere quofdã lau-  
te uiuentē: mox inde digreſſoſ tenuem ac difficilē uitã mœſto ſine clauſiſſe. ¶ Do. Miſerã  
in carcere uitam dego. ¶ Rō. Quidã libroſ in carcere texuerunt: tu querelã textiſ inuſtileſ.  
Quidã litterãſ in carcere didicere: tu patientiã dediciſ. ¶ Do. Carcerali custodia uinctuſ  
teneor. ¶ Rō. Plariq; cauerniſ ac ſpeluncis: aliſ ſe muroꝝ anguſtiſ incluſere: carcerē ſpõta-  
neum uel dei amore uel mūdū odio uulgiq; faſtidio eligenteſ: Tu ſi hoc aĩo nō eſ: tuiq; car-  
ceriſ finem cupiſ: expeãta: Aut te hinc homo eruet: aut moſ quæ clauem carceriſ alterã ha-  
bet. Vnuſ quidẽ introituſ: exituſ multi ſunt: Aliū miſericordia: aliū iuſ eruit: aliuſ in cœcia  
ſua: aliuſ cuſtodū negligẽtia euãſit: aliuſ precio: aliuſ ingenio: & uel ſubterraneis cuniculiſ:  
uel ꝑ tenebraſ amica noctiſ elapſuſ eſt: quibuſdã patꝝ memoria terremotuſ & ruina car-  
ceriſ uiam fecit: Ad poſtremū quos nihil miſerit: moſ abſoluſit. Nec minus uarij euãdẽtiū  
euentuſ. Mariū conſulatuſ carcer dedit: Iuliū Cæſarẽ Piratãꝝ cuſtodia ſummū miſit ad Im-  
periuſ. Hac ætate quidã de limine carceriſ ad dominiū tranſiũere: & catenã ſibi excuſſam  
iniecere aliſ. Deniq; Regulū & Socratẽ multoſq; alioſ non tã carcerẽ extinxit: ut uiſuſ eſt: q̄  
carceri clar⁹ finiſ eripuit. Et ad ſumã: quofdã carcer ad inſignē gloriã: alioſ ad eximiã fortu-  
nã: ad regnū alioſ: multoſ ad cælū miſit: ad ſepulchꝝ oẽſ: nullū cœpit quẽ nō redderet.

De Tormentis: Dialogus LXV.

¶ Do.

**I** Niuſte torqueor. ¶ Rō. Quid nunc diceret ſi iuſte: Nullū nempẽ tormentū cõſci-  
entia maiuſ eſt. Illa incolumiſ: hæc externa deſpicito: intra te eſt cõſolator tuuſ. ¶  
¶ Do. Torqueor proruſ indignè. ¶ Rō. Tortoriſ miſerere tui: ille te grauiuſ tor-  
quetur: q̄ uiſ em mūdū obſtrepit: minus mali eſt pati iniuriã q̄ inferre. ¶ Do. Torque-  
or. ¶ Rō. Nouū mali ueteriſ lamentū: Nunquid em nō antea torquebariſ: inter tormenta  
natuſ: inter tormenta uixiſti: inter tormẽta morituruſ: quid nunc noui accidit: Mutãt⁹ tor-  
mentoꝝ ſpẽſ: tormẽta nō deſinũt: Excute totū tẽpuſ ætatiſ: quẽ ſine tormẽtiſ diem egeriſ  
recordare. Aliqua falſiſ forſan gaudiſ adumbrata reperiſ: ueriſ aut plena tormẽtiſ: qui-  
buſ ſi acriè æſtimeſ: nullã uitã ꝑtẽ uacare fateberis. Vnde nō imerito q̄buſdã oĩſ uita ſup-  
pliciū uiſa eſt: Sed uoſ nihilomin⁹ q̄ hæc philoſophicã uoceſ tãgũt: hæret quidẽ aurĩū ue-  
ſtibulo: mentiſ clauſtra non ſubeunt: hic ad omnem corporiſ offenſiunculã ingemiſcitiſ:  
animi iuge mortiferuſq; ſuppliciuſ nō ſentitiſ: Illic impatiẽteſ: hic hæbetet. ¶ Do. In ecu-  
leum leuor. ¶ Rō. Quid reſert: in eculeum an in lectulum torqueduſ aſcẽderiſ: Te carni-  
ficiſ noduſ præmet: At hunc febris: hunc podagra: hunc uxor: hũc filiſ: hunc amica: hũc

## De iniusto Iudicio: Dialogus LXVI.

**C** diuitiæ: hunc paupertas: hunc medici manûs: hunc magistri ferula: hunc nequam seruus: hunc dominus insolens: hunc infinita cupiditas spesq; anhelat: hunc tortore quolibet peior metus. Perquire mortalium status: uix ullum inuenies non in eculeo pendentem: Sed cum mille sint eculei: nisi ligneum non timetis. **¶ Do.** Torqueor. **¶ Rõ.** Aut innocentia in tormentis: aut iusticia te ipsum consolare: Nam si iniuste torqueris gaudendum est: experimentum tibi atq; alijs & fulgor quidam tuæ uirtutis accesserit: attractati ac sublati fragrantior ac notior fama erit: Ut bene oleant: teruntur aromata: & pulcherrima rerum ne lateant attolluntur. Sin id iuste pateris acquiesce remedio: & concretæ sordes flammis aut asperitatibus eluuntur: & magni mali medicina tristior sit oportet: Quem morbo; tædet: amara non respuat: quem scelerum pœnitet: supplicia non recuset. **¶ Do.** In eculeum tollor. **¶ Rõ.** Si imerit<sup>9</sup> habes unde ex alto sæuitiam alienã despicias. At si merit<sup>9</sup>: unde a terra diuisus ipse tuum clarius aspicias crimen: quodq; commissum doles non doleas plecti. **¶ Do.** Torqueor. **¶ Rõ.** Aut temptatur uirtus aut punitur uitium: alterum sæpe utile: alter semper expediens. Bona exercitatio iusti est: pessima nocentis impunitas. **¶ Do.** Torqueor. **¶ Rõ.** Disce iter ad patientiam & ad mortem.

### De iniusto Iudicio: Dial. LXVI.

**¶ Do.**

**A** **I**niusto iudicio damnatus sum. **¶ Rõ.** Vnius iudicis: aut paucorum uoce testium damnatus populi uocibus: aut tacito iudicio: quodq; est melius conscientia ipsa tua: quodq; est optimum diuina sententia absolendus. Siquidẽ ad tribunal alterum iudicis iusti puocatio salua est: Solet is perperam iudicata rescindere. **¶ Do.** Iniuste iudicor. **¶ Rõ.** Ut iusticia iniustos: sic iniusticia iustos præmit. Vbi igitur iniusta damnatio: ibi iustus est reus: Nemo autem tam demens nisi insaniat ut hæc peruerti seq; iniusto iudicio præmi uelit. Nemo tam pauidus nisi sit pessimus: ut nõ potius damnari eligat iniusto iudicio q̄ absolui. Tanto enim id satius: quãto est melior oppressa iusticia q̄ imperiosa nequitia: quantoq; est optabilior mens bona q̄ propitia fortuna: q̄uis illa laboribus: hæc delictijs affluat. Plus dicam: tanto est melius iuste etiã damnari q̄ iniuste absolui: quãto est peius impunitum q̄ punitum crimen: In hoc enim sceleri iuncta iusticia est: malo quidem magno bonum ingēs: In illo autem scelus & impunitas: quæ nescio an scelere ipso peior sit: una certe & iusticia hostis & multorum radix est scelerum. **¶ Do.** Iudicio grauor iniquissimo. **¶ Rõ.** Mens in solido fundata & bene sibi cõscia humeros habet inexpugnabiles: superimponere quantumlibet damni: infamia: supplicij: nullo fasce curuabitur: & uiribus suis & multo maxime cœlesti ope consistet. Erunt præterea quorum sese paribus soletur euentibus haud spernendî comites. Romæ Furius Camill<sup>9</sup> ac Liuius Salinator: Athenis Aristides atq; Melciades multiq; alij: Inter q̄s qdẽ: qd̄ mireris: Cicero & Socrates: an te horum alij cui: an Publico Clodio similem fieri malis: atq; horum quisq; cuius optim<sup>9</sup> & i sua urbe clarissimus: sed iudicio damnatus: & uel in exilium: uel in carcerem uel in mortem act<sup>9</sup>. Ille uero scelestissimus: & inter multa flagitia notissimi quoq; conuictus adulterij: uolentiarumq; religionum concordibus omnium iudicum sententijs absolutus est: quisq; ne adeo falsa metuens infamia est: qui non illius absolutioni Ciceronis hostis sui damnationem atq; exiliũ anteponat: Sed humana hæc atq; cõia. Sin alij aspicias: uidebis præsum falso iudicio cœli regem familiamq; eius electissimam tanti uestigijs hærentem ducis: & qui hunc postea secuti sunt: tanta innocẽtia tantisq; uirtutibus in hospites iudicarij turbinis incursum ac scopulos icidisse. **¶ Do.** Falso iudicio offendor. **¶ Rõ.** Est qui te iudicet: Is qui facit iudiciũ inuiriam patientibus: quiq; ait: Mea est ultio & ego retribuam eis in tempore. Est & ubi nõ cogitas: ipso iudicis aut testis in pectore: magni ibi habitant ultores: nullius baluæ morsus: est acrior q̄ consciẽtia. **¶ Do.** Iniusto iudicio læsus sum. **¶ Rõ.** Illatis iniurijs bene uti: ars non ultima est: qua instructo sæpe profuit iniquitas aliena: cum sua cuiq; semper noceat: profit nunq̄. **¶ Do.** Innocens damnatus sum. **¶ Rõ.** Quid igitur nocens malles? Sic enim Xantippe coniugi Socrates moriens respondet: muliebriter lamentanti: quod is innocens moreretur. Atqui & si aliqui contrarium opinati sint: longe tamen est innocentem condemnari tolerabilius q̄ nocentem. Hic enim solum supplicium graue est: illic & causa supplicij. **¶ Do.** Iniusto populi iudicio damnatus sum. **¶ Rõ.** Expectas ut populus in te rectum uideat: quod nec in se nec in alio unq; uidit: Magnum tuæ innocentia argumentum fuerit a nocentibus condemnari. **¶ Do.** Populus immeritum me cõdemnat. **¶ Rõ.** Idem Hercle non immeritum: sed multa & magna promeritum Camillum: de quo nunc loquerbar: & Liuium ipsum: deniq; Scipionem Africanum aliosq; Cornelios tales uiros iniustis

## De Exilio: Dialogus LXVII.

iudicijs agitato ad uoluntarium coegit exilium. **¶ Do.** A rege innocens condemnor. **¶ Rō.** Et regum plarumq; sententiā nō iusticiā sed uindictā sunt: Quisquis liberius uerbū contra licentias regias emisit: cuicumq; in interitu libertatis frōs obduētor fuerit: is læsæ reus erit maiestatis. **¶ Do.** Sed condemnor a iudicibus. **¶ Rō.** Iniquo iudice nullum uenofius est animal: A serpente læsos se dolēt quidem homines non querūtur: Fecit enim serpens quod suum erat: q̄uis nō quod placitum patienti: Certe iudices erant qui eos etiam de quibus dixi Socratem condemnarunt: Clodium absoluerunt: quorum utrum esset iniquius dubitari potest. Proinde in populis aut sub regibus atq; iudicibus degenti: propositum animo esse debet: aspera quælibet & iniusta patienda si ueniant: non defenda cum uenerint.

### De Exilio: Dial. LXVII.

**¶ Do.**

**¶** Exilio pellor iniusto. **¶ Rō.** Quid tu igitur: iusto pelli malles exilio: Nempe quod ad iniuriæ cumulum ais: in diuersū trahitur: Habes enim iniusti exiliij solacium comitem iusticiam: quæ iniustos ciues destituēs te secuta tecum exulat. **¶ Dolor.** Iniusto exilio pulsus sum. **¶ Rō.** An te rex expulit: an tyrannus: an populus: an hostis: an tuipse: Mam si rex: aut iniustum exilium nō erit: aut ipse non iustus: atq; ita nec rex quidē. Si tyrannus: ab illo te pulsium gaude: sub quo boni exulant: fures imperāt. Si populus: moribus ille suis utitur: bonos odit: & his quoq; multiceps tyrannus nunq; sui similem pepulisset: Non te igitur patria sed malorum coetibus arceri: neq; in exilium sed in partem bonorum ciuium cogi putes. At si hostis: agnosce iniuriæ leuitatem: nō hostiliter sauit: qui omnia cum posset patriam abstulit: spem reliquit. Sin tuipse: mores populi perofus aut tyranni abitum elegisti: nō modo ne doleas: sed etiam gloriare uirtutem patriæ prætulisse: nō tu flebilē sed honestā & p̄fūs inuidiosā bonis atq; optabilē nō iā exiliij sed absentiae causam habes. Spōte Pythagoras Samon liqt: Athenas Solon: Lycurgus Lacedæmona: Romam Scipio. **¶ Do.** Exilio dānatus sum. **¶ Rō.** Multos exiliū honestauit: multos acrior aliq; fortunæ uis atq; iuria notos reddidit & illustres: Quid te uetat illis inseri: qui quasi ignem de silice clarā famam collisionibus quæsierit. **¶ Do.** In exilium agor. **¶ Rō.** Habes in historijs magnos rei huius socios: quorum speciosissimus comitatus: non sensum modo doloris imminuat sed obliuionem afferat. Non minor in exilio Camillus fuit q̄ fuisset domi: Quātus ciuis: quantus exul: qui uictorias ac triumphos non iusticia minus q̄ prosperitate conspicuos in Capitolium duxit: mox hinc pulsus pro accepta iniuria ingrata salutem patriæ repēdit. Non facile aliud tam clari exulis exemplum fateor: Sed Rutilius & Metellus tam nihil exilio fracti sūt: ut Rutilius reuocatus ab illo cuius nutui nō parere capitale erat: exilium amplexus: reditum contempserit: seu ne ulla in parte senatui iniustisq; licet legibus patriæ obstaret: seu ne forte exul iterum fieri posset. At Metellus eodem quo in exilio profectus erat: uultu atq; animo remearet. His Marcellus accedat: hic ultimus qui in belli ciuilibus tempus incidit: pulsus nempe: non solitam modo constantiam honestarumq; artium studiū nō omisit: sed strinxit artius: & publicis liber curis: uni excolendo animo tam ardentem incubuit: ut ad scholas missus honestissimas: nō ad exilium uideretur: Quod quidē in Cicerone conspectus operum splendor & litterarum copia maior facit: non exiliij modo sed carceris dulce solacium. **¶ Do.** Exilium patior. **¶ Rō.** Exilium breue cito te patriæ tuæ reddeat: Longum uero aliam tibi patriam dabit: unde exulēt qui te exulem uoluerit: dedissetq; nunc si ad naturam rerum non ad opiniones hominum aspiceres. Valde enim angustus est animus qui sic ad unum terræ angulum se applicat: ut quicquid extra sit exiliū putet: Multum abest exiliij deplorator ab illa animi magnitudine: cui totus orbis carcer exiguus uideatur. Interrogatus Socrates: cuias esset: mūdānus inquit sum. Vere Socraticum respōsum: Atheniensem se alius respondisset: Socrati autem patria omnium mundus erat: non hic solum quem uulgo mundum dicitis: cum pars ultima mundi sit: sed cœlum ipsum quod hac rectius appellatione cōprehenditur. Illi patriæ destinati estis ad quam si suspirat animus: qualibet in parte terrarum peregrinum atq; exulem se nouerit: Nam quis patriam uocet ubi non habitet nisi ad breue tempus: Illa uere cuiusq; patria dicenda est: ubi quisq; perpetuo securus ac tranquillus deget: Quare hanc in terris: puto irrita erit inquisitio. Vt naturæ aut lex ē data mortalibus ac præscripti fines: dum hic uiuitur terra omnis patria uestra est: Intra quam qui se exulem facit: non tam rei q̄ animi uitio laborat. Non habemus hic mentem ciuitatem dixit Paulus. Omne solum forti patria est: Inquit Naso. Omne homini

## De obsessa Patria: Dialogus LXVIII.

**D** natale solum: ait Status. His te uocibus armatum uelim: quibus ubiq; unus & uel nunq; uel semper in patria tua sis. **¶ Do.** Ire in exilium iubeor. **¶ Rō.** I spē peregrinatio erit nō exiliū: & memēto qbusdā exitū: qbusdā ꝑo reditū ꝑ exilio fore: Sunt quibus nūq; peius q̄ in patria sua sit. **¶ Do.** In exilium cogor. **¶ Rō.** Cupiendo quod cogeris: efficiēs ne cogaris. Omne uiolentum patientia uincitur: & desinit esse uiolentum quod uolenti fit. **¶ Do.** Ire in exilium est necesse. **¶ Rō.** Tu fac uolens quod uel nolens faceres: fac lætus omnia ne quid mœstus patiaris: Ita omnem uim necessitatis: omnes clauos quos adamantinos illi tribuunt catenasq;: omne tædium molestiamq; discussēris: Sed uos impossibilia cupitis: necessaria fugitis: utrūq; ne quicq;. **¶ Do.** In exilium eo. **¶ Rō.** Immo forsan in requiem: sub obtētu falsæ miserix uera fœlicitas: iam saltem ab inuidia tutus eris: propera mixtāq; cum gloria securitatem arripe: Tutis & honestis latebris nihil est dulcius: nullæ his conferri possunt urbium plateæ. **¶ Do.** Pellor e patria. **¶ Rō.** Pulsum te pessimis: optimis inferere: neq; te patria: sed patriam te indignam rebus proba. Sentiāt illa quid perdidit: tu nihil perdidisse te sentias: mali ciues tui tædio simulq; præsentis odio ac suspicionē careāt: boni autē amore absentis ac desiderio teneantur sequanturq; oculis atq; animis abeuntem: Illi se solos linqui doleant: tu te comitatum gaudeas proficisci: neq; in tergum respicias neq; reditum cogites: neq; cum illis esse cupias qui te cupiunt abesse: neq; demum quod a te fieri debuit: ab alio factum egreferas: Debuisti cedere ciuium inuidiæ: utq; illam fugeres ultro in exilium ire. Huius ego cōsiliij dux eram: Nec exempli duces deerant clarissimi: Nam impiis tres magnos Scipiadas id fecisse noueras: tanq; perseuera nterut patriam sua præsentia qua nil clarius habebat spoliatam indignam quoq; cineribus defunctorū: Quidā insuper famoso dignam epigrammate iudicarent: Nomina sunt immortalī memoria quæ tibi per famam perq; omnis historiæ fidem ignota esse non poterant: Africanus Nasica: Lentulus. **¶ Do.** Mittor in exilium. **¶ Rō.** Immo in experimentum tui: uideris quem te in exilio præbeas: si succumbis exul uerus: si consistis exilio darus: ut multi olim qui inuicti & fulgidi per asperitates incesserunt: ut sequentibus rectum iter ostenderent. Sine tyrannos sauire: sine populum furere: sine hostes ac fortunam fremere: Pelli potes: capi: cædi: perimi: uinci autem nisi manum extuleris non potes: neq; ornamentis tuis spoliari: cū quibus q̄cunq; ieris & ciuis & patriæ principum unus eris. **¶ Do.** Exulatum pergo. **¶ Rō.** Perge alacer: I securus: nescis q̄ longa sint brachia tui regis: Nihil illi longe est: Vbiq; te proteget qui protexit in patria.

### De obsessa Patria: Dial. LXVIII.

**¶ Do.**

**A** **O**bsessa est patria. **¶ Rō.** Obsessa fuit Troia: obsessa Tyrus: obsessa Carthago: obsessa Hierosolyma: obsessa Numantia & Corinthus: euerſæq; omnes: quæ iam pudeat obsideri: Ipsa urbiū caput Roma obsidione temptata est. Sed cum iam Roma esse desisset: quid Capuam: quid Tarentum: quid Syracusas: quid Athenas: quid Venetios minores uel alias loquar? Sūt & sua urbibus fata: & pauca fatum obsidionis euasere. Sed longitudo temporis: noticiæ rerum obstat: ut ipsis etiam ciuib; suar; fata urbium sint ignota: Tu præsentem sentis obsidionem: nec futuras præuides: nec præteritas meministi: Sic est usus quod te præmit desles: Valde sensibus dediti estis bæluarum more. **¶ Do.** In patria sum obsessus. **¶ Rō.** Dicebam te in cōmodum tuū flere: iam optabile uideri possit exilium: eo q̄ minus officiat libertati: neutrū tamē officit: Si libertas animi uera est: Ille & inclusus egredi: & exclusus regredi & ubi uoluerit esse potest. **¶ Do.** Obsessus in patria mea sum. **¶ Rō.** Obsessus & Priamus: non ciuis sed rex in patria sua fuit: cum tota illa famosa magis q̄ fortunata familia. Obsessus Argis Antigonus Macedonū rex: & Eumenes Pergami: Obsessus hac ætate intra urbem Ianuæ rex Siciliae Ropertus: nullo ueterum regū minor: Si quæ ueros reges facit uera uirtus attenditur: tu homuncio fortem regiam lamætaris: Obsessus Ambrosius: obsessus Augustin⁹: ambo simul itra Mediolani ambitū. Obsessus ad ultimum Augustinus idem intra episcopi sui muros: quo tēpore miseratus lachrymas suas deus a terrena illum obsidione ad cœleste regnum transtulit. **¶ Do.** Obsideor. **¶ Rō.** Et quis oro non obsidetur? Hos peccata obsident: illos morbi: hos inimicitia: illos curæ: hos negotia: illos ocia: illos diuitiæ: hos paupertas: illos infamia: hos laboriosa cebritas. Oēs corpus quæ tātōpere colitis & amatis: ille uos carcer artissimus circūcingit atq; obsidet obsidione ppetua. Ipse orbis terræ ubi fremitis & bellis assiduis insanitis: ubi imperiorum terminos ac regnorum tātō studio prolatatis: qua a uobis incolitur: quid est ali-

## De Patria euerſa: DIALOGUS LXIX.

uidē quod ait Cicero: quaſi quaedam parua inſula circumfuſo illo mari: quod magnum: quod oceanum: quod Atlanticum appellatur in terris: quod tamen tanto nomine quā ſit paruum uides: Vndique obſeſſi eſtis omnes: tu te obſeſſum ut rem nouam narras: Vide potius ſi quid in te opis aut conſilij eſt quod poſſis ad tutelam patriæ conferre: Hoc fac potius & memēto Syracuſij Archimedis operoſi ſenis: Querelæ enim nec tibi nec patriæ proſu erint. ¶ Do. Obſideor intra patriam meam. ¶ Rō. Quid tu igitur an alibi malles obſideri: Poſſes id fateor malle & quidem pie: quo ſcilicet te obſeſſo illa eſſet immunis. Cæterum quod ad te attinet: an ſolamē exiguum uidetur: quicquid ſit in patria tua pati: ut quātum lædit aduerſitas: tantū leniat locus ipſe. ¶ Do. Intra muros patrios coartatus ſum. ¶ Rō. Ita hoc dicis quaſi nullæ maiores uobis ſint anguſtiæ quā murorū. Quæ multi ex his qui in urbibus habitant: ſic aſſidui in curia atque in foro ſunt: ut uix toto quæ lōgus eſt anno ſeſportas urbis aſpiciant. Adde nomen obſidionis erumpere geſtiēt: & uincti ſibi compedibus uidebuntur artiſſimis: non hoc facit obſidio ſed opinio: qua nihil eſt in ueſtræ mortalis uitæ fluctuatione potētius. Fabulam locus poſcit. Decrepitum quendam ſenem fuiſſe nuper Artij fama eſt: qui nunquā patrium limen exceſſerat: id cum ad aures præſidentium pueniſſet: luſtendi ſtudio hominem ad ſe uocāt: & ſibi compertum dicūt illum clam urbem egredi ſolitum occulta cum hoſtibus habere colloquia. Ille autem per ſanctos iurare ſe non ſolū tūc præſentis belli tempore: ſed nec unquā ulla pace per omnem quæuis longam uitam muros urbis egreſſum. Contra illi incredulitatem fingere & ſuſpectum eum reipublicæ dicere. Quid multa: Graui ni pareat poena impoſita: ne egrediatur imperant. Illum ferunt impatientia prohibitionis irritatum: die poſtero: quod nunquā antea uiſum erat: extra muros patriæ deprehensum. Sic inuetitum ſemper peruicacia animos urgente nitimini: & tu nunc te artatum dicis: & tibi urbs tota non ſufficit: cui niſi obſidereris: forte pars minima domus forſitan una ſufficeret: quod maxime ſtudioſis euenire ſolet. Quid quod fere omnis obſidio breuis eſt: Adeſt loci ſolamen ac temporis æquanimitas: ſola deeſt ut lugeatis & queramini: non natura rerum ſed mollicies ueſtra eſt.

### De Patria euerſa: Dial. LXIX.

¶ Do.

**Q**uid quod euerſa funditus eſt patria: ¶ Rō. An non fortunæ quarūdam ex his quas pauloante nominabam: & ſimiles aliarum innumerabilium audiuiſti: Tyrum & Thebas & Perſepolim Perſici regni caput euerſit Alexdæer Macedo: Quod mirearis: ad ſuggeſtum ſcorti unius magnæ urbis tenuis fortuna eſt. Troiam euerſit Agamemnon: Saguntum Hannibal: Carthaginem atque Numantiam Africanus minor: Hieroſolymam Tyrus: Aliaſque alij. Romam nullus in totum diruit: ſed ſeneſtus attriuit: ciuilibus adiuta diſcordijs. Et quid refert quis euerſerit: quā conſtet euerſam: Ruinæ Mediolanæſis recentior fama eſt ſub Frederico Imperatore barbaro & immani: Quid tu ergo tuam patriam rebaris exemptam impio fortunæ: cui urbes maximæ atque imperia ſubeſſent: An uſque adeo te ſefellit amor: ut urbem unam: quod tu ibi natus eſſes: fingeres immortalem: cum ſit mūdus ipſe mortalis: Cælum ruet ac terra: montes & maria mouebūtur: & creata de nihilo in nihilū redigētur: Tu ruiſſe tuam patriam aut miraris aut quereris: Sunt quod pauloante dicebam: ut hominibus: ſic urbibus mortes ſuæ. Non tam crebræ illæ quidem quæ & pauciores urbes & diuturnioris æui ſunt: morti tamen obnoxia: non ſunt enim ſoli homines ſed præter animos: humana cuncta mortalia. ¶ Do. Patria ruit. ¶ Rō. Reſurget forſitan: Nam & aliqua ſurrexerunt: & quibusdam cecidiſſe materia fuit foeliciter reſurgēdi. Mempe hodie Saguntum & Mediolanum ſedibus ſuis ſtant: At Mediolano proxima laudum Pompeij ultima: ut aiunt: mutauit locum iſdem barbaricis manibus: & ſub idem tempus euerſa: Similiter & Hieroſolyma & Carthago. Spera ergo ſi ſpes cecidit: & de patria actum reris: caue tu ſuccubiſſe fortunæ. Peior eſt enim animorum deiectionis quæ murorum: Virilis non foeminea: uirum decet pietas: quæuis doleas patriam cecidiſſe: noli tamen ſimul occumbere quando tua nil iam ruina reipublicæ collatura eſt: quin teipſum & ſi quæ ſunt ciuium reliquæ ad foeliciora tempora reſeruare ſatage: factis prius nō lamentis opus eſt: ubi ſit etiam ipſa fuga laudabilis. Audiſti ut Terentio Varroni cuius culpa ac temeritate penerat imperium Romanum: publice ab omnibus gratiæ actæ ſunt: quod de reipublica non deſperafſet: quod feciſſe collega eius uir clariffimus: & culpæ omnis illius expers uidebatur: ſi aliud nihil eſt reliqui: At tu ſaltem cum Biante bonā tua tecum portans: quæuis nudus: muros patriæ tuæ cadentis egredere: & ad illam patriam aspira: cuius regni nō erit finis: Quo cū tan-

dem deo te uocante conscenderis: nō obsidionē metuas: nec ruina: nec eorū aliquid quæ uestris in urbibus metuuntur.

## De Metu perdendi in bello: Dialogus LXX. ¶ Metus.

A

**B**ello uinci metuo. ¶ Rō. Pacē quære. ¶ Metus. Valde uinci metuo. ¶ Rō. Timor modestus cautionem: uāhemens uero desperationem parit: quarum altera nil in bello melius: altera peius nihil in rebus omnibus. ¶ Metus. Magno præliq̄ quator terrore. ¶ Rō. Quid bellantium timor mali ferat atq̄ ex timore oriens mœsticia: Flaminius ad Thrasumenū: Crassus apud Charras: Pompeius in Thessalia exptus est: quibus i lo-  
**B** cis & sæpe alibi uerum poeticum illud apparuerit: Pessimus in dubijs augur: timor. ¶ Metus. Euentum pugna nimis horreo. ¶ Rō. Differ interim dum spes redit: male pergitur unde abstinendum mens terrorq̄ denunciant. Solet inesse animis præfaga quædam uis: cui obstare fortassis non sit usq̄: quæq̄ consilium: Non est exemplorum numerus seu ueterum seu nouorum: clarissimis tribus uti fatis habui. ¶ Metus. Instātis pugnae casum metuo. ¶ Rō. Excute res tuas quas te melius nemo est qui nouerit: Vide ne non rei natura uel uirium defectus: sed præfagium sibi fingat ignauia: cui nihil usq̄ non formidolosum ac difficile est. Hæc si libertati igitur: si gloria: si saluti tuæ officit: uirtutis auxilio comprimenda est: excitandusq̄ animus & monstrandum illi sæpe pauciora esse & leuiora pericula q̄ pauores: obuersari: sæpe oculis falsas imagines rerum terribilium: quibus cōsternati quidam sine ferro paratam sibi uictoriam tradidere hosti. Nō est enim falsus atq̄ inanis metus uero lentior: sed eo sæpe uāhementior: quo pauentem maiora omnia sibi fingēs error quoq̄ præcipitat: Atq̄ ita q̄ poeta idē ait: Male cūcta ministrat ipetus. Si nec his attollere iacentē aīm potes sed yrtutē pauor exupat: cāpo abstinere: Vix bñ gerit: q̄ pauide gerit. Sic affectus in aciem si descendas: tecum erit qui contra te dimicet: tui enī ipsius aduersus te melior pars rebellat. Malus semper hospes animi: pessimus in bellum comes metus.

A

**S**tultum habeo ac temerarium collegam. ¶ Rō. Est aliquid causa fætor ut timeas: sed ex aduerso aliquid est ut speres: Hoc enī ut quibusdam calamitatis: sic alio is gloriae præbuit materiam: Temeritas Terentij Varronis: Aemilio Paulo mortē pepit. At L. Furij & Minutij temeritas. M. Furio Camillo: & Q. Fabio Maximo singularem gloriam quæsiuit: Notæ sunt historiae. ¶ Do. Est mihi collega præceps & inconstans. ¶ Rō. Esto tu constans & modestus. Nusq̄ uirtus clarior eminet q̄ suo admota contrario. Cur non tu potius illū regal q̄ te ille præcipitet? ¶ Do. Est insolentissimus collega. ¶ Rō. An tibi excidit: ut ipsi de quo nunc diximus Camillo: tribuni militum consulari potestate quinq̄ simul collegæ imperio pares ultro se submisere. Habet hoc uirtus excellens: possessores suis auctoritatem: miratoribus reuerentiam ac pudorem cōfert: Nullo melius modo collegæ insolentiam repræfferis q̄ industria ac uirtute. Sic efficies ut illum tibi parem dici pudeat: sicut puduit Minutium: & aut se sponte subijciat honestiore suffragio q̄ si eum tibi populus subiecisset: aut omnes intelligant illum tibi parem nomine: rebus imparem: & quicquid bene gesseritis tuum esse: quicquid secus illius. ¶ Do. Collega mihi stultus obtigit ac peruersus. ¶ Rō. Quædam per contrarium discuntur. Solent magistri tardiusculis discipulis ineptum aliquid proponere: quod cum respuerit: discens ingenium ad uera facilius retrahat: Redit ad memoriā obscuri hoīs claræ uerbū. Ante non magnū tēpus cū Florentia ciuitas statū mutasset: q̄ crebro nimis ac libenter facit: atq̄ ad imam plābem frenare publicæ peruenissent: unus ex insolēti grege qui diu tenuerat illa & mœstus amiserat: uicini in opis mœchanici humilitatē spernēs: Et tu inq̄t qui neq̄ litteras noueris: neq̄ unq̄ patrios fines excefferis: uili semp̄ artificio uitā trahens cū paribus tuis: qualiter hanc tantā & tam nobilē urbē reges: Ille autē nihil motus: Et quid negocij inquit est? Quid uos egeritis nullus ignorat: si per oīa contrariū agimus: aberrare non possumus. O uerbū dignū docti hominis ex ingenio prodijisse. Tu nunc igitur in collega tuo contrarium tibi statuas exemplar: cui dissimillimus fieri uelis.

B

## De incōsulto &amp; præcipiti magistro militiæ: Dial. LXXII. ¶ Do.

A

**S**t mihi magister militiæ incōsultus ac præceps. ¶ Rō. Hoc aliquāto periculosius nō negē. Legiones uestras interroga iacētes ad Trebiā: ad Thrasumenū: & ad Cānas: multisq̄ alijs in locis. Si remediū uis: dubiā linque militiā. Si id forte nō dat:

## De Infausto Prælio: Dialogus LXXIII.

at tu fortiter atq; industrie ministeriū tuū age: ut inter tui ducis errores tua virtus emineat: nec te ruina opprimat aliena: sed tu poti⁹ si qua est uia publicæ humeros subijcias ruinæ: Rē difficile: sed necq; impossibile: necq; inuicta iubeo: Vt em̄ sape multis militib⁹ obfuit uni⁹ ducis ignauiā: sic interdum unius uiri uirtus & exercitū seruauit & ducem. Neu sim lōgior q̄ oportet: Tu res suis ī locis quæres: mihi nominū & temporū cōmemoratio sola sufficit. Publius Deci⁹ bello Sannitico: Calphurnius Flamina bello punico primo: African⁹ minor bello punico tertio: tribuni oēs militū ducūq; & exercitū seruatores: tanta esse tua uirtus ac fœlicitas potest: ut aliena infamia eximiā in gloriā tuā uergat. Anceps sane negociū: sed extrema in necessitate unici. Proinde urcūq; alios fortuna rotauerit: tu uirtutis guber naculū si mihi obseq; uolueris: nec in pace: nec in bello: nec in uita destitues nec in morte.

### De infausto Prælio: Dialogus LXXIII. CDo.

**A** T prælio uictus sum. CRō. Iam timor euanuit: sperare incipies: hæc est horū seri es affectuum: Nam cū spes & metus de futuro sint: iam ut futur⁹ potest esse quod speres: sic futur⁹ esse desistit qd̄ timebas. CDo. Magno prælio uictus sum. CRō. Tantū ne aīo uictus sis: Nempe ille si cecidit actū est. Meministi ut Marcellus prælio uictus die proximo in aciem redijt: uictorēq; suū maiore q̄ ab illo pridie uictus erat prælio uicit. Et Iulius Cæsar ad Durachiū inferior: ad Pharsaliam mox ingēti prælio uictor fuit. Multi prælio uicti: bello suere uictores: Nō cadunt animi uiroꝝ fortū unius lucis euentu: nō magnanīmi tantū sed lōganīmes sunt: Victus hodie: cras pugnabis cautius. Ducis artē infausta prælia quasi tristes fidiq; edocent magistri: atq; ubi lit erratū plagis admonent: Sic agricolam sterilitas: architectū lapsus ædiū: equitē casus crebri: nauā graues acuūt procellæ: errando discit. CDo. Victus sum. CRō. Non est uictus nisi qui se uictū credit: cuius spes obruta & extincta est: cuius animus amara deposuit. Aspice Romanos aīos: cū semp: tum præsertim bello punico secūdo: nō tam defectione socioꝝ: nō cōspiratione regū ac gentiū: non tot infœlicibus prælijs ac ruinis pene ultimis uicti sunt: nulla unq; apud illos mentio pacis: nullum diffidētiæ uestigiū: nulla deniq; nisi alta prorsus & inuicta cōsilia. Hoc sane quid est aliud q̄ uirtute animi fortunæ duritiē mollire: atq; illā in pudorem sui & amorem tui cogere: Tandem igi⁹ ut dignū erat emergere: & millies strati surrexere altius: ut non hostes tantū suos modo tam formidabiles: sed totū mox ex ordine terræ orbem uirtus illis ac fortuna subijceret. CDo. Victus sum fateor. CRō. Nūc demū incipis nosse fortunam: & hoc saltem boni fugiēs inuenisti: Nemo ferme res magnas gratis discit. Multos docet experientia: quos schola nō docuit: & præceptoribus surdū caput hausit oculis qd̄ aurib⁹ nō ualebat. Nulla reꝝ humanarū certior magistra q̄ aduersitas: nulla discutiendis erroribus aptior. CDo. Magno fortunæ uulnere corruī. CRō. Surge ne iaceas: Nusq; clarius q̄ inter fortunæ uulnera p̄minet animi magnitudo. Nūc nosce te ipsum quantarūq; sis uiriū ualde ictus intellige. CDo. Speratā uictoriā amisi. CRō. Si insperatā: prudentiā quæsi uisti: non speranda reꝝ p̄mutatio uideri debet. CDo. Victus sum bello. CRō. Bello uict⁹ libertatē retinet ac uitā: uitio autē uictus utranq; amittit: quisquis igi⁹ illi succūbit uere uincitur. CDo. Vict⁹ sum. CRō. Quid scis an illud magno Pōpeio Thessalico dictū: dicere & tibi cōueniat: Vincere pei⁹ erat: Vt dāni plus: sic peccati minus solet habere qui uincit. Lucæ: ingens qd̄ optantes quidā: nō uinci mō sed mori etiā elegerūt: Et p̄fecto mercantur egregie qui morte corporis quærūt aīæ salutē: sed plariq; malis suis gaudēt bonis anguntur: tanta hoīm mētes habet cæcitas. CDo. Vict⁹ sum. CRō. Potest id qd̄ tibi nō sciētiā militaris inopia sed fortuito contigisse. Nusq; em̄ fortunatior: ut ita dixerim: fortuna q̄ in prælio: cū m̄ta alibi: illic oīa posse illā phibēt. CDo. Prælio uict⁹ excessi. CRō. At nō cōtinuo nud⁹. Possūt arma uictis auferri: yā autē bona quæ sunt arma aī etiā q̄ uident uicti retinēt. Ea em̄ ut ex incēdio ac naufragio: sic aduerso ex prælio efferunt: Nec illa tm̄ quæ in aīs ab dita ferro tangi nequeūt: sed illa q̄ quæ maxie piclitari in prælijs ac ferro exposita uident. Itaq; nō q̄sq; bello uincit: bellic⁹ s̄ sp̄ spoliā laudib⁹: licet etiā armis amissis ex acie fugiētē: qd̄ q̄ est mai⁹ in acie p̄uentē secū ducis eximij nomen ferre: Nā & ad Thermopylas Leonidam nō tā uictū q̄ uincēdo fatigatū inter ingētes stratoꝝ hostiū cumulos occidisse cū suis græcæ memorāt historiæ: q̄ Deiphobo famā Maro approbat: & ī cāpis Emathijs si Luca no crediē stetit ordine certo infœlix acies: Et nouissimo prælio qd̄ in Africa cū Hānibale gestum est: nec meli⁹ instrui acie: nec acrius potuisse pugnari: ut de uictore uict⁹: sic & de uictō itidē uictor ipse cōfessus est: uterq; ingēs reꝝ taliū æstimator: Quid amisit autē q̄ uerā artis suæ gloriā: & bene gestæ rei cōscientiā nō amisit.

## De Bello ciuili: Dialogus LXXIII.

CDo.

**A** **B**ello quatimur ciuili. **CRō.** Nomē hoc a ciuib<sup>9</sup> tractū: & tu un<sup>9</sup> es ciuū: Vide ergo ne & tu unus sis huic malo fomēta prābentiū & uirili pte culpæ nō careas: Hic enī est mos alter alter: inflāmat: donec singuli furorem publicū exciuerint: tū demū furor public<sup>9</sup> singulos urget ac prācipitat: nec unq̄ publicū malū a se incipit: q̄uis accessiōe auctum totam infecerit: siue etiam euerterit ciuitatem: si primam tamē quærīs originē singulorū: in erroribus radicatum est. Hoc est autem quod cauendū moneo: ne tu quoq̄ un<sup>9</sup> fueris ex his qui uel materia uel flatu ciuile incendiū aluerint. Multi enim faciūt unde mox queratur: & quasi ab altero inflictum uulnus suis manibus factum lugent. Multi iam suo incendio periere. **Q** si tibi nihil es conscius: pius est dolor boni ciuis in calamitate publica sed quē soletur innocētia. Humanis enim malis nullum flebilis culpa est: imo quidem: ut quibusdam maximis uiris placet: nullum aliud est malum. **CDo.** Ciuili uexamur bello. **CRō.** In furore ciuium te sequestrum pacis exhibe: si id frustra est: at tu saltem pro libertate uel solus p iusticia partes fac: quod & si patriæ fortassis inutile: at tibi certe laudabile: Vtriusq̄ rei exemplum: una tibi urbs dabit: Menenium Agrippam: & Portium Catonem hūc nouissimū. **CDo.** Implacabile ciuib<sup>9</sup> bellum est. **CRō.** Si nil opis in te est: ambi alios: in crepa: deprecare: obita: castiga: obsecra:ingere quibus potes publicam ruinam quæ priuatas in se cōtinēt: & cum nullius propria uideatur: est omnium. Deniq̄ hinc pietate: hinc terroribus animos placa. Si nil apud homines proficis: deum ora: opta ciuium respiscētia: & salutem patriæ: modisq̄ om̄ibus boni ciuis officium imple. **CDo.** Bello ciuili respublica in extremo est. **CRō.** Ne quid uel ciuilib<sup>9</sup> uel externis bellis inopinum accidat: ne quis imparatum casus opprimat: semper hoc unum uolue animo: non homines modo sed prāter animos humana omnia esse mortalia. Et ut hominibus: sic urbibus & magnis imperijs suos morbos nunc extrinsecus obrepentes: nunc ipsum intra corpus exortos in quibus sunt secessiones & similitates & discordiæ & bella ciuilia: Esse omnibus cōstitutum terminum qui prāteriri nō poterit: suum finem cunctis quæ uidentur instare: & si paululū differatur: affuturum tamen. Vbi sunt urbes clarissimæ: fuisse syluas asperrimas & futuras esse. Stulte de se sperare urbem aliquam quod assequi regina urbiū Roma nequiuert. Hoc inter fata hominū atq̄ urbiū interesse: q̄ illa propter innumerabilē infinitamq̄ frequentiam & uitæ breuitatē quotidie in oculis sūt: Hæc propter raritatē atq̄ æuū longi<sup>9</sup>: uix semel multis in sæculis & cum stupore cernuntur. Hæc te cogitatio firmiorem contra omnes casus tam publicos q̄ priuatos faciet. Hæc tibi demum & si non amœnam at utcunq̄ tolerabilē uiam sternat ad iopiam: ad exilium & ad mortem: docebitq̄ hoc proprium patriæ tuæ malum: quod omnibus est cōmune.

## De discordia animi fluctuantis: Dial. LXXV.

CDo.

**A** **A**nimi discordia laboro. **CRō.** Nullum hoc bellum peius ne ciuile quidem. Illud enim ciuibus inter se: hoc homini secum est. Illud iter partes populi in plateis urbium: hoc intus in anima: interq̄ ipsas partes animæ gerit. Itaq̄ cū sit belli quædam species quæ plus q̄ ciuile bellum dicitur: ubi non solum ciues sed cognati etiā inter se pugnant: quale inter Casarem & Pompeium fuit: de quo dictum est. Ille locus fratres habuit: locus ille parentes: quanto hoc bellum iustius nomen id uendicat: ubi non pater contra filium: nec frater aduersus fratrem: sed homo ipse contra se litigat: quo durante litigio nulla quies animo: nulla potest esse securitas. **CDo.** Discordat animus: & diuersis secum pugnat affectibus. **CRō.** Diuersitatem illam abijce: Vnum uelle incipe: tunc composita erit & immota pax animi: cum discordes affect<sup>9</sup> quasi seditiosi ciues in unam conuenerint uoluntatem: Alioq̄n ut cōtrarij & corrupti humores febrē corporis: sic contrarij affectus febrē pariūt aiorū: quæ tato est piculosior: quāto & anim<sup>9</sup> corpe est nobilior: & æterna mors terribilior tpali: Vtrobicq̄ tñ adhibitu tpamentū & æq̄litas quædā ad salutē ē uia. **CDo.** Pugnat animus nec quid uelit eligit. **CRō.** Malum simul malicq̄ causam stringis: quia nempe nō eligit ideo pugnat. Eligat: & cōfestim pugna cessabit. Eligat dico bonū uelle: Nā si malū magis magisq̄ certabit: Vitia enī inter sese pugnat. Semper uirtutū concordia summa est. **CDo.** Anim<sup>9</sup> in ptes scissus dissidet. **CRō.** Animū i tres ptes distinguere philosophi: quæ primā in arce: hoc est in capite locauerunt: moderatricē uitæ hūanæ: calescētē: serenā: sp̄ deo. pxi mam: ubi tranquillæ honestæq̄ uoluntates habitant. Duarum reliquarū alterā in pectore ubi irā æstuant atq̄ impet<sup>9</sup>: Alterā subter præcordia: ubi cōcupiscentiæ atq̄ libidines: du

De ambiguo Statu: Dial. LXXVI. De Vulneribus: Dial. LXXVII.

plex huius pelagi tempestas: quid agendum igitur tibi sit uides. Fac quod Menenius ille cuius pau-  
lo ante meminimus: persuasit plabi ut subesse patricijs in animum induceret: quo impetrato: ur-  
bem scissam in duas: ad unitatem salubri consilio reduxit: Et tu coges: uel consilio: uel ui par-  
tes ignobiles parere nobilibus: tum demum & non aliter animi pacem spera: qua sublata quod  
aliud quam uaga semper & propositi inscilia: & fluctuans & inconstans uita hominum est & ca-  
ca prorsus & misera: Multi prius ex hac uita abeunt quam quid uelint sciunt. ¶ CDo. Fluctuo in  
consilijs nec quid uelim scio. ¶ CRō. Iam dixi: multis hoc accidere: non uno aliquo tantum  
in tempore sed & in omni uita: & usque post uitae finem. Et profecto ex omnibus quae dixisti: di-  
cturus ues: uix hoc malo per aliquid inuenies. ¶ CDo. Fluctuo & in diuersum agor. ¶ CRō.  
Maximum argumentum male se habentis animi fluctuatio est: Vt enim corpus agrum saepe  
thoro uoluitur: sic aeger animus consilijs agitatur: de quo uix ulla mihi spes salutis parum-  
per abest: quin melius sperem de homine uitijis pertinaciter inhaerente: qui si conuersus fue-  
rit ad uirtutes: in his forsitan constans erit: quam de homine uario: nullis se consilijs applicat:  
qui & si boni aliquid inceptum non consistet neque perseverabit: indocilis stare Et fieri potest  
ut de hoc intelligere liceat Seneca illud obscurum: Quod tota uita elabitur aliud agentibus:  
modo enim hoc modo illud agentes nunquam idem: semper aliud agere sunt dicendi: quam uis &  
alios sensus locus ille recipiat. ¶ CDo. Inter uarias curas iactor. ¶ CRō. Quasi inter tumidum  
fluctus uitae tuae puppis consilij inops & magistro destituta concutitur naufragio proxima:  
ni tu illam dum nondum manu clauus excidit tuto aliquo & salubri sistas in portu: iactisque  
ancoris conuiescas prius quam te animi tempestas opprefferit. ¶ CDo. Fluctuo propositi in-  
certus. ¶ CRō. Hinc praeter animae pericula: quae innumerabilia & immensa sunt: ipse quoque  
oris habitus prodit uariis & inconstans: similisque animo a quo uultus fingitur: ut ait Cice-  
ro: dumque hoc in statu fueris: nunc laetus: nunc tristis: nunc pavidus: nunc securus: nunc ce-  
ler: nunc tardus incedes insigni uarietate conspicuus: quale aliquid traditur de Lucio Ca-  
tullina: At ubi te primum composueris atque ad unum aliquid direxeris: unum uelle coeperis:  
quod bonum utique sit oportet: quoniam natura malorum semper uaria est: Vbi hoc inquam fe-  
ceris: praeter animi quietem rerum optimam uniformitas quoque uultus ac tranquillitas com-  
sequetur: nec spe ulla: nec metu: nec moerore mutanda nec gaudio: res quidem uenerabilis &  
paucorum hominum: quae apud ueteres graecos in Socrate apud uestros in Lelio laudata est.  
Postremo uero in principibus uestris Marco Antonio & Aurelio Alexandro.

De ambiguo Statu: Dial. LXXVI.

CDo.

**A**mbiguo in statu sum. ¶ CRō. Quid est quae so de quo ambigis: Moriendum ne mor-  
talibus: an spernenda quae fugiunt & nullam in prosperis spem habenda: an inuitabiles  
casus rerum esse sed tolerabiles: nec flecti quidem sed frangi posse fortunam: At haec omnia cer-  
ta sunt. ¶ CDo. Ambiguo in statu positus quod de me futurum nescio. ¶ CRō. Vbi: quoniam: qualiter mori-  
ariis ambigere quidem potes: mori autem oportere: nec male mori posse: quod usque in finem bene uix-  
erit: nec cito mori quibusuis in spatijs uitae uiri boni munus impleuit: Vel si id non licuit: at  
spem dedit: nec alibi quam in patria qui mundum omnem sibi patriam fecit: nec alibi quam in exi-  
lio: qui ueram suspirat ad patriam: dubitare ni desipis nullo potes modo. Vnde igitur istae  
ambages: de fortuna forsitan: an tibi fidem: quod uix ulli unquam fecit: an suos potius mores  
seruet tanquam pelagus procellosum: nunc ficta tranquillitate fallax: nunc fluctibus altis minax:  
nunc horrida naufragijs: Ne de hoc quidem ipso: si qua tibi experientia rerum est: dubita-  
tio ulla supererit: quam uis enim euentus ambigui: ipsa tamen ambiguitas: ipsa & uirtus quae  
te inter incerta certum faciet: certa est: cui cum te totum dederis: prouisa omnia nihil erit am-  
bigui. ¶ CDo. Ambiguus status est mihi. ¶ CRō. At non ambiguus deo: id satis est: illi te ipsum  
fidens crede: & dic ei: In manibus tuis sortes meae. Id cum pie feceris: pone metum: pone am-  
biguitatem: pone sollicitudinem. Ille scit quid de te acturus sit: nullius rei dubium: parua qui-  
dem sed firma in nauicula magnum sulcas mare. Fidus tuaque salutis amantissimus guber-  
nator est: Quid refert an uiam uector ignoret si magistro nauigij nota est?

De Vulneribus acceptis: Dial. LXXVII.

CDo.

**V**ulneribus crucior grauissimis. ¶ CRō. O si animae tuae uulnere aspicias: quam tibi haec  
leuia uideantur: sed uos delicatissima corpora insensibiles pene animas habetis. Altera  
uestri parte nihil: altera pati omnia pati: quod est funestum non sentire. ¶ CDo. Vulneribus  
infectis afficio. ¶ CRō. Hostilis mucro lorica penetrat: non animam. Ille nisi ultro suis sese armis

## De Vulneribus acceptis: DIALOGUS LXXVII.

B
 spoliēt iūiolabilis ferro ē. Disputatū habes a magno quodā uiro: paruo quidē sed arguto uolumine: nemiñē lædi posse nisi lædat a seipso: Cui sentētia: Quis ab opinione hoīm uā hemēter abhorreat: p̄ uitate subscripserim. ¶ Do. Grauiſſimis multiq̄ uulnerib⁹ laniat⁹ sum. ¶ Rō. Nullū uulnus grauius eſſe poteſt q̄ ad mortē: talia uero uno in corpore multa eſſe nō poſſunt: Si unū ergo grauiſſimū: reliqua omnia leuia ſint oportet. Tribus & uiginti uulneribus confixus Cæſar: unum non amplius lætale habuit: ut ſane fuerint cuncta lætalia: plus ne q̄ ſemel mori potuit: Multa licet ac profunda ſint uulnera: unus eſt uulnery efferctus: quorum ſape etiam in corpus extinctum inhumana repetitio non uulnerati pœnam: ſed ſæuitiam uulnerantis exaggerat. ¶ Do. Vulneribus debilitatus ſum. ¶ Rō. Sit utinā ſimul debilitata ſuperbia cum ſororibus ſuis: & acceſſerit uulnery comes humilitas: ne de nihilo ſcriptum ſit: Humiliaſti ſicut uulneratū ſuperbū: Bonū uulnus & utile q̄ pluriū ac maiory uulnery medicina eſt. ¶ Do. Vulneribus deformatus ſum. ¶ Rō. An adoleſcentis illius obliuiſceris: cuius mētio bis in hoc ſermone incidit: Sero quidem ſponte faceres q̄ ab alio factum gemis. ¶ Do. Tranſuerſo uulnere facies exarata eſt. ¶ Rō. Non uulnus ſed cauſam uulneris attendo. Iuſto cicatrix bello parta miris modis honeſtat faciem: Viri fortis ſpecioſum pro iuſticia ſuſceptū uulnus multoq̄ ſpecioſior eſt mors. ¶ Do. Vulnere accepto claudus ſum. ¶ Rō. Dicū tenes Horatii Cochlitis: qui cū die illo quo mirabili magis q̄ credibili fortitudine atq̄ conſtantia ſolus Thuſci regis exercitum ſublicio in ponte ſuſtinuit: teſtudine ſuoy manibus a tergo fracta & collapſa hoſtibus clauſum iter ſentiens: utq̄ erat armatus & mille hinc atq̄ illinc miſſilibus circumuentus: ex alto ſe in tyberim proieciſet unoq̄ cum uulnere unde claudus manſit inter ruendum accepto: nando ad ſuos corpore reliquo incolumis perueniſſet: Idq̄ uitium ſibi poſt tempus impetitione honoris obijceretur: ſic eluſit aduerſarium: Minime enim inquit claudico: ſed ita dñj immortales uolueret: ut per ſingulos paſſus meminerim triumphī mei: Præclarum plane factiq̄ par dictum. ¶ Dolor. Manum uulnere perdidit. ¶ Ratio. Si læuam: damnum leuius: At ſi dexteram: Marci Sergij uiri fortiſſimi remedio uti licet: qui hac manu bello punico amiſſa ſibi ferreā fabrefecit: cum qua multis ac trucibus prælijs: non ocioſus bellator interfuit. Id ſi paſſuſceſſerit: dextræ officium in ſiniſtram tranſſer. Noſti ut Cæſareus miles Antilius bello Maſſilienſi: cum iniectam puppi hoſtili dextram amiſiſſet: læua prehēſam tenuit donec pelago mergeretur. ¶ Do. Vtraq̄ manus ferro abſciſa eſt. ¶ Rō. Vbi plus licētia fortuna: ibi plus negocij uirtus habet: fortunæ tamen omnis aculeus uirtute contunditur: hac armatus etiā ſine manibus fortis erit. Memento Cinigeri Athenienſis: qui poſt Marathoniam pugnam: opus immortale Melciadis hoſtibus ad naues profugis imminens: obruncata manu dextra qua una nauium fugæ plenam ſtrixerat: ſiniſtrā mox adhibuit: qua ruſus abſciſa: feræ in morem morſu poſt affixo ſic tenuit quos aliter nō ualebat. Nec tibi miles ille Cænēſis exciderit: qui uulneribus uſu manuum priuatus contra ſuis intētum ſpolijs uictorem: q̄ unum ſibi ſupererat dentibus quidem pro manibus uſus eſt: ceruicemq̄ eius arreptam uulnis implicuit: nec laxauit prius q̄ auribus truncis ac naribus: os hoſtis lacerum tuens: ſeq̄ ultus moriens iā lætior expiraret: Ferocia hæc: Illa ſuauiora mitibusq̄ animis aptiora remedia: ut ſemper ceu rem fragilem caducamq̄ teq̄ uelociter deſerturam corpus aſpicias: ut cum id euenierit: nec concidas nec mireris quidem: ſed exteriore membrory miniſterio amiſſo in ipſos animæ ſinus intimos te conuertas: ubi inuenies aliquid magnifice loquendum agēdumq̄: nec lingua opus eſſe nec manibus. ¶ Do. Vulneribus deformatus ſum. ¶ Rō. Dixi iam: immo ſi cauſa uulnerum pulchra eſt: honeſtatus ac inſignitus uiri quidem fortis pro iuſticia magnū aliquid aggreſſi durumq̄ aliquid perpeſſi: non fœdis frons ſulcata uulneribus uideri debet: ſed notis ſtellata fulgentibus: neq̄ uero cicatrices aut uulnera ſed uirtutis ſunt dicēda ueſtigia: & præclaris affixa frontibus ſigna meritoꝝ. Proinde ſi Cæſarē illū quoq̄ Centurionē Ceſium Sceuā miræ uirꝝ fortitudinis ſed iuſticia nullꝝ: mille laceꝝ pfoſſumq̄ uulneribus hoſtes quoq̄ uenerati: & ppter unius uirtutis admirationē uulnera ipſa deoſculātes armorꝝ fragmina & ſagittas & tepēti cadauere euctas deoy templis ceu ſacrum aliquid affigebāt. Quid de fortis iuſtiq̄ uiri precioſis uulneribus ſentiendum ſic intelligis. ¶ Do. Vulneribus multis infirmus ac deſormis ſum. ¶ Rō. Curate miſeri uulnera: niſi nūc ſanctur hæſura perpetuo. De his em̄ terra uiderit: quæ illa conteget cōſumetq̄: cicatricofaq̄ corpa excipiēs: plana reſtituet. ¶ Do. Inſiſto uulnere hæc aut illa parte corporis trunē ſum. ¶ Rō. De partibus litigas: totū ilico relicturus.

## De Rege sine filio: Dialogus LXXVIII. CDo.

**R**egnum est mihi non filius. CRō. Parum ne tibi igitur sollicitudinū & curarū regni on⁹ iposuit nisi filij insup pondus accesserit: Sarcinis uestris delectamī & dulce est uobis sub falce succumbere. Nullū publicum pondus regno grauius: nulla priuata sarcina grauior q̄ filius & si nulla charior. CDo. Cui regnum dimittā: nullus est filius. CRatio. Dimitte ciuibus libertatem: nil illis gratius: nil te dignius potes. Fuerunt qui uiuētes nec successore carētes hoc ipsum facere meditati sunt: Hiero Syracusius & Augustus Cæsar. Quāto uero satius fuerit multis benefacere cum possis: q̄ optare ut uni malefacias? Quid est aut meli⁹: quid dulcius q̄ in libertate uiuere: quid peius: quid periculosius q̄ regnare? CDo. Non est filius quem heredem regni faciam. CRō. Non est tibi materia perpetuandæ tyrannidis: Nam quid sunt aliud regna q̄ uetustæ tyrannides? Non fit bonum tempore qd̄ natura est malum. Adde quod persæpe qui in regna succedunt a maiorum suorum calle discedūt: Exemplo sunt Hieronymus Siculus tyrannus: & Iugurtha Numidicus: qui Romanorū amicitiam tanta fide ab auis tanq̄ fideliter diu cultam: cum sua uterq̄ pernicie: alter insolentia: alter perfidia uiolarunt. Non habes igitur successorem regni: non habebis tuorū actuum euerforem: sed habebis populum tui nominis amatorē & cultorem: tui memorē: libertatis tibi per sæcula debitorem. Bene tecum egisse fortunā credito: & melius multo q̄ filium tibi uel abstulit uel negauit: q̄ q̄ regnum dedit. CDo. Sine filio rex sum. CRō. Nunc honestius atq̄ liberius regna: Sæpe amor filioꝝ ab amore uirtutis animum deflexit. Legisti ut apud Taprobanem insulam ingētem: quæ lōge trans Indiam in orientali sedet oceano: per transversum diametrum obiecta Britānia: Rex arbitrio populi cōsentientis eligitur: uir ex omnibus optimus: Nihil sanguis: nihil opes p̄sunt: Omne suffragium de uirtute oritur: ita ut nunq̄ iudicio fauor officiat. Sancta & sc̄lix electio quæ ad nostros reges utinam peruenisset: neq̄ malis peiores & peioribus pessimi succedentes orbem terrarum tradita per manus nequitia ac superbia corrupissent. Illic tamen quantumlibet optimus ac perfectus uir unanimi sententia omnium comprobat⁹: ad regnum tamē nō perueniat nisi & senex & filijs carens: ne aut atatis feruor aut filij amor trāsum quo non expedit animū agat. Ita qui & si filium habet: ad regnū non assumitur: & si post regnum illi forte filius natus sit: statim regno cecidit: Neq̄ enim prudētissimi uiri possibile opinati sunt ut idem animus simul & populum curet & filium.

## De Regno amisso: Dialogus LXXIX. CDo.

**R**egno excidi. CRō. Iam solacij genus est filiū non habere. CDo. Regno excidi. CRō. Vtilis casus: in præcipiti sedebas: saluus in plano deposit⁹: & periculosam altitudinem post terga respiciens: uidebis te regni folio descēdentē: ad priuatā uitæ requiem alcendisse. Et si nulla est sine securitate iucūditas: nulla foelicitas: aliq̄to iucund⁹ te: aliquātoq̄ foelici⁹ atq̄ ita alti⁹ eē q̄ fueras cognosces. CDo. Regno depulsus sū. CRō. Habeto gratiam depellenti: duꝝ aurib⁹: aio liquidū qd̄ iubeo. Depulsus em̄ es unde erat abeundum: & quod sponte debueras coactus facis. Optanda uis equidem non deflenda: Nam quis pudor hominem natum aut regnum super homines optare aut se parem factum hominibus indignari: si excellere pulchrum atq̄ optabile: quid ni omnium pulcherrimæ rei excellētia exoptanda sit? Non superbia igitur neq̄ licentiæ: sed uirtutis: ex qua uera diademata regum non ex gemmis auroq̄ fieri: Nemo tam auri cupidus aut gemmarum est qui neget: Quis autem quæso hominum nō uidet: inter homines principatum humanitati debitum: nō opibus quæ opulentum hominem faciunt: non humanum magis atq̄ ita nec meliorem certe nec hominib⁹ altiorem? Sed hic unus ex multis erroribus uestris est in excellentiæ appetitu: quam in sua sede contentam ubi non est quæritis: nō uidentes consequentiam rerum ueram & causarum. Sicut enim inter diuites diuitijs: inter robustos uiribus: inter formosos forma: inter disertos eloquentia: Sic profecto inter homines humanitate præcellitur. CDo. Regia de sede cecidi. CRō. Si incolumis perrarum: Solēt enim qui sic decidunt perire regnoq̄ simul atq̄ anima spoliari: quibus illa relinquitur: tranquillior gratiorq̄ si sapiunt uita est: Quod illos minime latuit: qui non collapsi aut depulsi: sed & stantes & uolentes: aut imperio cessere: aut pontificatum iam sublimiorē regnis ad imperijs reliquere. In quibus Diocletianus clarum nomen habet: qui dimissum ultro ad imperium reuocatus spreuit opes turbidas: ancepsq̄ fastigium & quæsitum ab alijs quærendumq̄ tantis cadibus rursus oblatum expertus exhorruit: & philosophice grauitē cum amicis iocans: oleribus quæ in hortulo suo priuatus sibijpse plantauerat: posthabendum

## De Proditione: Dialogus LXXX.

**C** censuit. **¶ Do.** Regia arce detrusus sum. **¶ Rō.** Latentiū illa discriminum plena erat: inter quæ dudū cæcus animi: quibusdā uelut aureis nec minus urgentibus: quia fulgidis manibus atq; cōpedibus: tenebaris: quibus nunc solutus lumine reddito: qđ fortuna suis auferre sequacibus solita est: illius circulatoris instabilis ludos uidet. Et quis auarus adeo: ut nō auro uisum redimat: eligatq; inopem magis itegritatē nobilissimi sensus: q̄ diuitē cæcitate: Atqui nō minus nobilis: sed sine cōparatione nobilior animi uisus est q̄ corporis: Illum gaude regni nutātis impendio redemisse: rem magnā paruo precio: neq; rem unā tantum: nō modo em̄ cæcitas cū regno abiit: sed libertas rediit: publico seruiicio liberat⁹ es. **¶ Do.** Regia exuor maiestate. **¶ Rō.** Chlamys regia sceptrūq; & diadema: crede expertis: ponderosissima regē sunt: multiplici leuatus falce queri desine. **¶ Do.** Regnū amisi. **¶ Rō.** Immo quidem euasisti: & nudus ex ingenti fastigio enatasti: Solent terræ redditi querelas præmere uotaq; soluere. **¶ Do.** Regni foelicitatē perdidisti. **¶ Rō.** Seu foelicitatē miseram: seu foelicitatem miseriam dici maus: hanc fateor perdidisti: seu utrāq; simul falsam foelicitatē uerāq; miseriam. **¶ Do.** Regnū simul ac potentia regialq; opes pdidi. **¶ Rō.** Gaudendū perditis quæ te pdere potuissent. **¶ Do.** Regni potestate careo. **¶ Rō.** Et regni curis & casib⁹ quorū tadio atq; odio quidā folio excedere uoluerunt: qđ ut uellet: Augustū modestia: Nero nem metus impulit: Nōnulli etiā excesserūt: ut pauloante memorauī. Id qui uelle non potest (Sūt em̄ peruicaces & indomita uoluntates) necessitati saltē uictorib⁹ suo gratias agat ad eum statū ui redactus quē optasse debuerit. Primū boni animi uotum esse debet: honesta consilia libenter amplecti: proximū uel coacte: Qđ magnū illū Syriæ regē non præterit Antiochum: qui omni quæ cis tauz est Asia priuatus: senatuū populūq; Romano gratias agebat qđ eū magna nimis sollicitudine liberatū ad mediocria redigissent. Facete qđē ille si fite: sapiēter grauietq; si uere. **¶ Do.** Regni e folio descēdi. **¶ Rō.** Dicebā supbia ipudentis: addam & amentia negligentis esse conditionis oblitū: fastidire quod sis: esse uelle qđ nequeas: Non possunt omnes homines reges esse: sit satis esse homies: quid non sui regni audis sua sordet humanitas: Quiescite miseri: bene secū agi putēt hi qui reges eē deserint. Cū em̄ dura oīm mortalīū: tum durissima regū fors: quoz & uita innocens labori & scelesti infamia: atq; utraq; periculis exposita: quocūq; se ueterit difficultatū scopulos rerūq; naufragia circa se uidet: Hic erupisse tu miser: ducis: nil unq; tibi foelici⁹ accidit qđ miserimū arbitraris. **¶ Do.** Regnū meum ad aliū translatū doleo. **¶ Rō.** Non tuū certe: sed fortunæ: quæ si donare illud tibi potuerat: cur auferre cum uelit & trāsferre nō possit: Vide autē ne præter transferentis uolūtate: quæ sola sufficiens est: aliæ etiā causæ fuerint trāsferendi: Illæ scz quas quidā sapiēs uir expræssit: Regnū inquit a gente in gentē transfertur propter iniusticias & iniurias & cōtumelias & diuersos dolos. **¶ Do.** Rex esse desij. **¶ Rō.** Hō esse incipis: Ea est enī regū insolentia: ut qđ esse dignatus est: dici se hoies dedignēt.

### De Proditione: Dial. LXXX.

**¶ Do.**

**A** **¶ Do.** Proditus sum ab amicis. **¶ Rō.** Hostibus credo: Si amici em̄ essent: nō te pderēt. **¶ Do.** A familiaribus sum prodit⁹. **¶ Rō.** Ambiguū ē nomē: & familiaris amicus & familiaris hostis dicitur: quo periculum maius tibi fidem non habet. **¶ Do.** Proditus sum ab eis quibus ante alios fidebam. **¶ Rō.** Vix fallitur qui non fudit. Enimvero quo maior quisq; eo minus potest tute fidere: eoq; plus fidere ac pluribus est necesse. Vnde fit: ut cum commune: tum uel maxime regium sit prodi: neq; omnino ullum genus tam obnoxium huic malo: Proditus a suis: ut fama est: Priam⁹: Proditus Minos: Nysus: Oethes: Agamemnon: Alexander: & ante ipsum Darius. Proditū ex nostris Romul⁹: Tarquinius Priscus: Seruius Tullus: Africanus minor: magnusq; Pōpeius & Iulius Cæsar: & mille alij: uel reges: uel regibus altiores. Et quid proditos loquor: quasi querēdi sint: Quis autem non prodit⁹ & in paruis quotidie & in magnis: nisi cui nullus est penitus a quo prodi possit: Prodit⁹ ad extremum Christus: nec regum peste terrestrium cœlestis ille rex caruit. **¶ Do.** Proditus sum magisq; meorum fraudibus: q̄ proprijs tāgor in commodis. **¶ Ratio.** Pie id quidem ac magnifice: Nā & Africanus ille cuius proxime memini sese territum: non tam mortis metu q̄ insidiarum a suis apud Ciceronem dicit: Verumtamen neutro niminm tangi debes: quando enim ita iacta sors est ut lucrum ac perfidia proditoris: bona fides damnūq; sit proditi: elige utrum maus. **¶ Dolor.** Proditor me sefellit. **¶ Ratio.** Plus ille sibi nocuit q̄ tibi: te prodidit: se perdidit: te pupugit: se confodit: te dum spoliat se perimit. Tibi enim regnum forte uel opes: sibi animam: famam: cōscientiæ

## De amissa Tyrannide Dialogus LXXXI.

quietem conuictumque hominū eripuit. Nil scelestius proditore: nil turpius sol uidet: cuius obscœnitas tanta est: ut qui artificio eius egent execrent artificem: & qui ceterorum scelerum famam quærunt: huius infamiã reformidēt. ¶ Do. Proditus sum. ¶ Rō. Proderit forsane tam facile iterque prodi possis. Multi sæpe paruis damnis admoniti: magnis occurrere didicerunt.

### De amissa Tyrannide: Dial. LXXXI. ¶ Do.

**T**yrannidem amisi. ¶ Rō. Si utile damnū est amisisse regnū: quanto est utilius tyrannidem amisisse? Et si em̄: ut dixi: cum de rege sine filio loqueremur: pene omnia regna tyrānides fuerint: tempore tamē quæsierūt robur: ac obliuione hoim uelū sibi iusticiæ texuere: tyrānidis iniusticia simul ac nouitas odiosa est. ¶ Do. Tyrannidē deponi sui. ¶ Rō. Sarcinā reipublicæ grauē: tibi periculosam: nulli bono utilē: dānosam multis: oibus odiosam. ¶ Do. Tyrannidē exui. ¶ Rō. Ne sis nudus: indue iusticiam: modestiam: parsimoniam: honestatem: pietatē: clāmentiam: charitatē: uestes optimas: quibus comparandis: nullo opus est auro: sed sola animi uoluntate. Vestes paratas bonis oibus: tyrānis uel incognitas uel inuasas: qui margaritis ac purpura obuoluti: humanitate interim ac uirtutibus nudi sunt. ¶ Do. Ciues mihi tyrannidē extorserunt. ¶ Rō. Libertatē sibi debitam receperūt: uitam tibi inde debitam reliquerunt: Tu hanc ciuibus tuis debes: qui tibi præter odium nihil debent. Ita pro gratiã actione querimoniã instituis. At iam pridē mos iste percrebuit: ut qui fecit iniuriã queratur: qui passus est sileat. ¶ Do. Longa tyrānide spoliatus sum. ¶ Rō. Seruierunt tibi quibus forsitan te seruire dignius fuit: nūc iniuriã longi & iusti seruitij finem uocas: cū iusticiæ principij iniusticiæ finis sit: ut si multorum calamitates populorum unius hois pauisse licentiam turpe fuit: pulchrum sit pascere desuisse: deque hoc cōqueri impudentiã sit extremã. ¶ Do. Longa tyrannide sum deiectus. ¶ Rō. Sponte descēdisse melius: optime uero nō ascendisses: Nunc qualitercūque descēdisse: bonū ideo: quia iustum: meliorque coacta iusticia: quæ uoluntaria iniusticia est. Audite impiū tyrannū apud inferos exclamantē: Discite iusticiã moniti. Audite & me apud superos exhortantē: Discite iusticiam uel coacti. Hæc em̄ tempestiua: hic utilisque ni respuit: Illa sibi admonitio utique sera ē: Frustra em̄ dicitur quod fieri amplius non potest. Ponite uero iam tumentes aios: superbūque & ferox dominandi uotum ponite: & si non prius saltē post tyrannidē amissam: tyranni esse desinite: & optandi: quod iam assequi nō potestis: finem facite: si non iusticiæ saltem ueracunditiæ hoc præstare: ut mutatis moribus & nouo habitu mentis assumpto amissione diuinarum ditiores facti: quantum fortunæ detrahitur: tantū animis addidisse uideamini. Nunquid ne igitur aduertistis: ut non solus ille rex regum & dñs dominatiū omnipotēs a quo omnis potestas est in cœlo & in terra: manum muneribus suis plenam & extēdit & retrahit: occultis sæpe iustis semper ex causis: sed temporalis quoque rex regem: tyrannus tyrannū: & gens gētem deiecit atque pessundat. An uero nec prophetam illum querulum audiuistis: Et cōgregabit inquit quasi harenam captiuitatem: & ipse de regibus triumphabit: & tyranni ridiculi eius erunt: Coaptate animū fortunæ: seu diuinæ potius uolūtati: & cauete ridiculum fœdumque illud exemplū Dionysij tyrannorum pessimi: qui patria pulsus in exilio puerilium literarum scholas tenuisse dicitur: ut quam in ciues non poterat: in pueros tyrannidē exerce-ret: Trux ingenium affixamque proposito honestique insciū atque æqui iuris impatiens. ¶ Do. Tyrannide amissa ualde doleo. ¶ Rō. Quātum doleres iustæ possessionis amissionem: qui tam doleas iniustæ: quantum re propria spoliari: qui sic doleas aliena: ¶ Do. Tyrānide me deiectum grauiter fero. ¶ Rō. Feres leuius si causam liberes. Multi quidem tyrannorum solo nominis odio ceciderunt: Plures tamen certas cadendi causas habuisse notissimum est & quotidie fit notius. Apud Aristotelem quidem legis in politicis: quod propter uxorum iniurias multæ tyrannides perierūt. Id quoquo modo seu actiue seu passiuè acceptum fuerit: uerum erit: hoc est: seu propter iniurias a tyrannis illatas uxoribus alienis: seu alijs illatas ab uxoribus tyrannorum. Primi exemplum habes: nō modo tyrānidum: sed regnorum Troiani scilicet & Romani. Secundi uero Agidem Lacedæmonum tyrannum: qui cum ipse sibi subditos spoliasset: ad spoliandas eorum uxores amatissimam suam coniugem destinabat: quæ sibi causa nō ultima esse potuit maturandæ calamitatis: quæ hic Aristoteli notus esse nequerit: qui ætate floruit Alexandri: neque tam longæ fuit ut ad huius ætatis puenire potuisset uideatur: cū tamen eisdē in libris non sine admiratione quadā Hieronis ac Gelonis nomen inueniam: qui qualiter sibi noti esse potuerint: attenda ratione temporis non satis expeditio.

## De Perditis Arcibus: Dialogus LXXXII.

**B**

**CD**o. Nec ego alienis iniuriosus uxoribus: nec mea uxor alicui tyrannide: tamen excidi.  
**CR**o. Sæpe se nocentissimi innocentes putant: sunt tamē & aliæ non minores causæ præcipitandæ tyrannidis: Insolentia sc̄z quæ Iulio Cæsari apud historicos obiicit: Illa præsertim quæ senatui se honorificētissime aduenti non assurrexit: quæ hodie nec causa quidē ulla esset. Crudelitas quoq̄ quæ Mezentium apud Virgiliū ad supplicium reposcebat: Gaium ꝑo Cæligulam: & Neronē: & Domitianū ad supplicium traxit: Et inuidia qua maius tormentū nō inuenisse Siculos tyrannos Flaccus ait: neq̄ uestros hodie maius inuenire res loquit̄: **P**ostremo nulla tyrannorū aut maior pestis: aut crebrior auaricia est. Itaq̄ reliquæ singulorū: hæc est oīm. Reliquæ singulos ciues afficiūt: hæc populū uniuersum. Superbia & inuidia ipsos inter tyrannos regnāt: Crudelitas inter paucos sæuit: Auaricia inter oēs. Quiescit illa nōnunq̄ ac minuit̄: hæc semper crescit ac uigilat. Qui præesse igit̄ in populis uolunt: uitare imprimis hoc uitium decet: oēm̄q̄ uitij huius infamiā oēm̄q̄ suspicionē: Nihil est em̄ quod odiosum æque faciat tyrannū: æque præsentia ac dominio indignū. Reliqua interdū magnanimitatis aut iusticiæ sese uelo tegunt: hoc unū uilitate animi miseriamq̄ nō exiit: & contra ceterum munus humani moris errorē: ut nil miserius: nil uilius auaricia est: sic nil quoq̄ miserius credi: nil uilius: Ideoq̄ hoc uitio laborātes indignissimi honore & imperio iudicant̄. Indignatur hoīes illi subijci: qui auariciæ sit subiectus: atq̄ illū alienū in corpus ius habere: quod suū nō habeat in metallū: Velle sibi licitū aliorū uitā: ne dicā: pecuniā: extorquere: suā tangere nō audenti. Prima quidē igit̄ ad securitatē & quietē uia est: non modo tyrannidis appetitū: sed oēm̄ regnādi cupidinē abieciisse: Nam quid stultius: quid laboriosius: quod ue periculosius: q̄ totius in se unū populi sarcinas transferre fragilem forsitan suis propriis perferendis: Sin eligere meliora: consuetudo ueri hostis: & opinionū peruersitas nō permittas. Illud est proximū Aristotelici dogmatis meminisse: ut sc̄z nō tyrannū quis se præbeat: sed reipublicæ curatorē. Introitus inquit & oblationes oportet colligere dispositōis gratia: & si aliquandō oportunū fuerit uti ad bellicas oportunitates: Vniuersaliter aut̄ exhibere seipsum custodē & camerariū tanq̄ cōmuniū nō tanq̄ propriorū: Et itē præparare inquit oportet & ornare ciuitatē tanq̄ procuratorē existentē non tyrannū: Et rursus oportet non tyrannū: sed œconomū & regalē uideri esse subditis: & non suimet curantē sed procuratorem mediocris uitæ persequi non excellētias. His quidem horūq̄ similibus: ut Aristoteli placet & mihi: fit durabilior principatus: Ita tamē talem uideri expedit: ut uere etiam talis sit. Simulatio em̄ tot sub oculis hoīm quos res tangit qualibet arte uel ingenio longa eē nō potest. Vide nūc igit̄ an in parte horū aliqua erraueris: & queri desine & mirari: neq̄ em̄ tyrannidem his uitij obnoxiam desinere: sed durare mirabile est. Ad summā: & reges & tyranni oēs: & quicunq̄ in potentatu aliquo sunt: debent si regnare diu uolunt: acriter excutere memoriterq̄ dictum illud Catonis apud Liuium: Auaricia & luxuria oīa magna imperia euerterunt. **CD**o. Amissa tyrannide priuatæ redditus sum fortunæ. **CR**o. Hostis ciuium eras: factus es conciuis: æquā disce ciuilitatē: & beneficiū fortunæ humilioris agnosce: cum honestius: tū tutius inter ciues bonos q̄ super omēs ciues uiuāt. Iam tibi tranquillior res status: iam securior uita erit: sine metu: sine suspicionibus: sine excubijs: sine ferro: quibus in malis: quæ nam uitæ suauitas speranda sit nescio. **CD**o. Tyrannide perdita priuat⁹ dego. **CR**o. Elige an lamentis acerbare fortunā malis an æquabilitate lenire: Profecto em̄ si nō uulgi strepitum: sed aim ipse tuū & in silentio præteritūq̄ memoriā interrogas: multis te explicitum atq̄ elapsū malis inuenies. Iam tutus uiuere sicusq̄ iam mori poteris: nec sanguine madidus nec ueneno.

**F**

### De perditis Arcibus: Dialogus LXXXII. **CD**o.

**A**

**U**alidis arcibus spoliatus sum. **CR**o. Adhuc ergo tyrannidis supererāt semina quæ iam tandē amissis arcibus abieciisti. Non est satis uenenosum stipitem præcidisse: nisi radicem uulseris: qui arcibus fidit tyrannus esse non desist. **CD**o. Montana arce priuat⁹ sum. **CR**o. Vbiq̄ arces sūt cōpedes libertatis: At in mōtibus nimbis etiā qdam sunt quodāmodo unde uestra superbia in subiectos tonet ac fulminet: his priuari non mō non flebile: sed optandū est. Sūt em̄ aliqua ex his etiā quæ bona uulgos appellat: quibus boni quoq̄ modestiq̄ animi tenerent̄ atq̄ ad illicitū urgeant: quibus motibus si obstare uirtutis ope non ualeas: quid nisi optanda sit amissio earūq̄ res: quæ hos pariūt motus: **CD**o. Arcem fortissimā amisi. **CR**o. Tu fortissimā dicis: fragilem probat euentus. Amisisti potius rem usu ineptam: difficilemq̄ custodia: rem inutilē tibi: uicinis oībus odiosam: iam dor-

## De Senectute: Dialogus LXXXIII.

mire noctibus incipies & dormire alios fines. **¶ Do.** Tutissima mihi arx dirura est. **¶ Crō.** Quomodo esset tuta quæ perijt: ipse tecū cogita: Ego autē tibi ostendā munitissimā tutissimamq; arcem sine muris: sine turribus: sine ullo profuso operoso reꝝ apparatu: Si uis tu to uiuere bene uiue: Nil uirtute securius. Bene autē uiuere nō hoc dico superbe: laute: pompatice: sed iuste: sed sobrie: sed modeste. Nullis opus est arcibus: quæ nō tutū te præstiterint sed sollicitū: formidabilē ac molestū. Quæ est autē hæc uoluptas metui nec amari? An illud Laberij notissimū non audisti? Neesse est multos timeat quē multi timēt: Hoc ille dixit in Iulium Cæsare: Quāto id in alios illo & minores & formidabiliores rectius dici potest: nescio quidē: cur tam multi cupiāt timeri. Nemo enī gratis metuiū una & metuit: & periculo: sius uni est multos metuere q̄ multis unū. Nōne fatius multo est q̄ nullus te metuat & tu nullū q̄ q̄ te multi metuāt & tu multos? Segregari enī ista nequeunt semperq; metu metui quærit. Poscis hui⁹ dicti causam: Illa profecto est quā Ouidius Naso ait: Quia quē metu it quisq; perire cupit: dictū prius est ab Ennio: Quē metuūt inquit oderūt: quē quisq; odit perijisse expetit. Eras in tua arce metuēdus sed & metuēs. Et quos inquires metuebā? Immo uero quis nō oēs metuet qui metui cōperit: sed illos imprimis a quibus ipse metuit: Nam Cicero Enniū secutus: Qui se inquit metui uolent a quibus metuent: eosdem metuant ipsi neesse est. Sæpe idē repero: quia ita se res habet: nec aduertit in hoc cæci: ut in reliquis dū supra omnes esse nitimini infra oēs estis: quid est timore depressius: sic conatus oīs uester in aduersum definit. **¶ Do.** Arcē mihi charissimā amisi. **¶ Crō.** Fac tibi chariorē aliam quam non perdes. Circūualla animū prijs intentionibus: honestis uitā actibus: prudentiā ac fortitudinem ante fores loca: iusticiā atq; modestiā in propugnaculis: humanitatē ac mansuetudinem undiq; in muris: spem: fidē: charitatem arcis in medio: providentiā supremæ turris in uertice: bonā famā in circuitu dei atq; hoīm: adsit amor: absit met⁹: dignos cole: cæteros præteri neq; cultos neq; offensos. Ita nec te alius: nec tu aliū cōtremisces: & in domo humili tutius uiues q̄ in arce uixisti: Hæc tibi arcē nemo usq; inuadet: hæc tibi nemo poterit aut uolet eripere: Hac malos in stuporē: bonos in amorē imitandiq; studiū excitabis. O q̄ facile erat trāquillam serenāq; uitam agere ni uos eam inquietā ac turbidam fecissetis: Oia ferme & uestra & pximorū in perniciē cōquirentes. Ad quid enī arces istæ nisi ad uestra simul alienamq; molestiam: ut neq; uos unq; scz quiescatis: & instar aranearū muscas captatium prætereuntibus insultetis: Atq; cunctis animantibus lustra sufficiūt ac nidi: solus homuncio arces quærit: quo nullum animal supbius nullūq; timidius.

### De Senectute: Dialogus LXXXIII.

**¶ Do.**

**S**enui. **¶ Crō.** Viuere optabas & uixisse te pœnitet: an quid aliud rei est? **¶ Do.** Senui. **¶ Crō.** Ibas assidue & peruenisse te stupes: stupendū poti⁹ nisi quo semp ires aliquādo puenires. **¶ Do.** Senui. **¶ Crō.** Quid ni uiuendo senueris & eundo procelleris? An tu ætatē retrogradā expectabas? Ut uelox utq; instabile: sic & irremeabile tempus est. **¶ Do.** Velocissime senui. **¶ Crō.** Dicebā tibi tempus fugere: iam credere incipis: dici nequit non modo inter opiniones hominū diuersorū: sed unius eiusdē hoīs quid intersit. Iuuenis ante oculos ætatē habēs longissimā opinat: hanc ipsam senior a tergo respiciēs uidet esse breuissimā. Semp futura præteritis longiora uident: cū uel æque sint breuia: uel eo etiam breuiora: quo ad finē properantibus naturalis motus solet esse uahemētior. **¶ Do.** Senui. **¶ Crō.** Est unde gaudeas: si tamen nō inter uitia senuisti: aut si uel ad ultimū surrexisti: bona tibi & utilis est senectus: nec exiguū diuini fauoris iudiciū. Meministi ut ægyptium illum senē Cæsar alloquit: nec ingrātū deis ætatis asserit argumento. **¶ Do.** Senui. **¶ Crō.** Hac in re saltem unus ex paucis: ex tot enī millibus milliū eorū qui nascunt: quota ps illoꝝ est qui ad seniū usq; perueniāt: Ex his ipsis paucissimi sunt quibus iustū senectutis spacium explere datū sit. **¶ Do.** Senui ualde. **¶ Crō.** Prodigiu ac stupor ualde senis occursum meti: enti aīo: quot ille periculosis passibus huc uenerit. Insignis quidē senū raritas: ingēs casuū uitæ mortalis argumentū est. **¶ Do.** Senui. **¶ Crō.** Durū ac difficile stadiū cucurristi: mirū nisi iam fessus & quietis appetēs læte proximā metham spectes. **¶ Do.** Cito senui. **¶ Crō.** Vitæ cursus nunc breuis: nunc breuissimus: longus nunq;: durus semp asperq; & ambiguus: huius ultima pars senē? finis autē est mors. Quid hic habes querimonie singularis: senuisti. Peregisse iam debes uitæ munus: uenisti ad exitū: quiesce. Amens uiator est qui labore uitæ exhaustus uelit ad initium remeare. Nihil fessis gratius hospitio. **¶ Do.** Senui. **¶ Crō.** Multum tibi placuit uitæ labor si eum trāsisse fers grauitate. **¶ Do.** Senui. **¶ Ratio.**

## De Senectute: Dialogus LXXXIII.

Si uiuere delectabat en uixisti: si oportebat paruisti. Et quis sanæ mentis uel quod fieri optauerit factum doleat: nisi male se optasse sentiat uel quod neq̄ omitti neq̄ sine multo labore agi poterat actū eē nō gaudeat: Vndiq̄ igit̄ gaudendū tibi est: seu uoti cōpos delectabilis: seu necessario & graui funct̄o officio. ¶ Do. Senui & uoluptates corporis fugauit ætas. ¶ Rō. Vtere animi uoluptatibus quæ nec minores & profecto stabiliores sunt: nec unq̄ fugiunt nisi cum anima: huic hærent: hanc sequuntur: At corporeæ uoluptates uenientes culipam ferunt: abeunt penitentiam pudorisq̄ & doloris materiam relinquunt. His te explicitum ac liberum gaudere debes: & liberatrici tuæ gratiam habere quæ te manibus tuorum hostium eduxit tibiq̄ debitum munus sed neglectum dilatumq̄ suscepit. ¶ Do. Senui solitisq̄ uoluptatibus careo. ¶ Rō. Nouis assuesce: habet & senectus uoluptates suas: quas gustare ubi cœperis: quæ nunc doles amissa fastidias & reuerti nolis. ¶ Do. Senui & incanui. ¶ Rō. Boni senis uerenda canicies plus habet: nō modo auctoritatis sed honestæ etiam uoluptatis: q̄ fœdæ omnes iuuenū illecebræ. Neq̄ uero mutati coloris te pœniteat: Nam quis tam corrupto sensu tanq̄ obliquo potest esse iudicio: ut nō candidorū calathos liliorum q̄ nigrantium carbonum cistas aspicere: seq̄ si transformādus sit: cygno similem malit esse q̄ coruo? ¶ Do. Senui & squalentes arant uultum rugæ. ¶ Rō. Et tellus arata fructum fert uberius: & uitæ maturiores fructus bene culta in senectute proueniunt. Rugæ te offendunt oris: uultum animi compone: Non illum rugæ occupant: non uariant anni nisi ut formosior sit indies: Deniq̄ semper te si non tu eum neglexeris honestabit. ¶ Do. Senui rugisq̄ & informi situ oblitus uix me ipsum agnosco. ¶ Rō. Hoc tibi iam ab initio euenturum dixi: minus quidē auide speculo imminebis: minus tuis forsitan: minus haud dubie muliercularum oculis placebis: quibus placere uelle maior ne uanitas an libido sit nescio. At qui fidem: qui constantiam: qui grauitatem: qui prudentiam quærūt: certius inter has rugas q̄ in planis ac mollibus maxillis se quod cupiunt reperituros sperent. ¶ Do. Senui meliorq̄ post tergum ætas remanet. ¶ Rō. Immo deterior: Non semper quæ delectant magis atq̄ optantur meliora sunt: Multi malum suum concupiscūt: q̄ non esset nisi quia illud Satyrici uerū est: Pauci discernere possunt uera bona. ¶ Do. Senui & lætiores abiere dies. ¶ Rō. Omnium ferme dies temporū inter se simillimi: animi hominum diuersi: quin unus idemq̄ animus secū discors: hinc iuuentæ furor: hinc impatiētia senectæ: talibus uitam impleuere iudicij: ut melius putet esse quod peius est optimumq̄ quod pessimū. Cæterum dies omnes in se boni: Bonus em̄ rex est & conditor sæculorū. Itaq̄ hic feruidus: hic gelidus: hic secus: hic humidus: hic nubilus: hic serenus: hic turbidus: hic tranquillus: si ad uniuersū decorem naturæq̄ ordinem aspicias boni omnes: Ad uos aut̄ uestrūq̄ iudicium relati: ex æquo prope omnes mali: mœsti: dubij: solliciti: laboriosi: anxij: amari: queruli: febiles: ærumnosi. In his tu mihi nescio quos nominas lætos dies: qui dum aderāt: tristes lamæ: tiscq̄ suis pleni erant: nunc ut læti uideantur: nihil est causæ nisi q̄ abierūt: quodq̄ illis precium desiderium tibi auget irredituri: multaq̄ secum tibi olim segnius forsan amata rapientes: Stultus enim nihil pene amat nisi quod pdidit. ¶ Do. Senui: O si dilapsa redeat iuuentus. ¶ Rō. O non minus stultum q̄ inane uotum ut tu sentis: At si altius aspices: non inefficax: redibit enim in tempore: & ut scriptum uides: Renouabit̄ ut aquilæ iuuent̄ tua. ¶ Do. Senui & ætas bona retro est. ¶ Rō. Omnis ætas ut bona bonis: sic male uiuētibus mala: utrisq̄ autem breuis: prorsus & extremo proxima est: ubi uos manet hinc bonorum merces: hinc supplicium malorū: quæ nam hæc igitur ætas bona: ubiq̄ aspera semperq̄ fugax: nisi quantū ad æternitatem uia est: Alioquin & si dulce aliquid inesset: oēm fuga dulcedinem extinctura uideretur: Quis enim fugiēs degustat: Fugienti Dario fœtidæ atq̄ obscenæ potus aquæ suauissimus fuit. Sitis ut putat Cicero: ut ego sentio: gustū metus extinxerat. Urgebat in tergum Alexāder uictor: Vos a tergo rapidum tempus præmit. Anni celeres præcipientesq̄ dies: horæ uolátiles: Ante oculos autem mors est: nec artatis reditus: nec impulsis mora: nec præuentis est transitus. Viæ huius tot difficultatibus tantisq̄ terrorib⁹ obfessæ: quæ nam quæso pars bona est: sed intelligo: nempe ætatem probris ac libidinibus aptiorem bonam dicitis. Est hic quidem fandi mos ut bonum dicatur quod affectui intentis aptissimum est: q̄ uis effectus ipse sit pessimus: Sic catenam prædo captis infontibus: sic tyrannus arcem libertati plæbis impositam: sic ueneficus præsentaneum aconitum: sic sicarius pugionem promptū cædibus bonū uocat: Sic uos igitur ætatem bonā quæ ad id sc̄ quod maxime cupitis apta est uocatis. Itaq̄ neminem istorū qui annos irreduces deplorāt

D

E

F

## De Senectute: Dialogus LXXXIII.

Puericiam quidem uel infantiam uideas optari: quæ pfecto optimæ partes essent si abesse  
 q̄ longissime a senio bonū esset: ut memorant: sed nec adultam ac solidam iuueturē nec in-  
 cipientem nec adhuc uiridem senectam pessimā omnes & periculosissimā uitæ partē: adole-  
 scentiam requirunt: O quintū & uigesimalū annū dicunt: ubi te reliquimus: ne quē lateat q̄  
 uos præteritaꝝ pœniteat fœditatum: qui non nisi tempus apprime illis idoneū exopratis.  
**CDō.** Senui: cur nō cū Virgiliano rege suspirē: O mihi præteritos referat si Iuppiter aīos.  
**CRō.** At nil tale suspirantē legimus Socratē: nil Platonē: nil Fabiū: nil Catonem & fuere  
 senes: Sed sunt fateor sapientes regibus rariores. Itaq̄ si rex Euander fuit sapiens nō æque  
 sane illud Euandriū suspirium iam cōmune nostris est senibus uulgarūq̄: Surdam stulti se-  
 nes & profugam adolescentiā reuocāt ac suspirant: Nec suspirijs tantū seu tacitis uotis: sed  
 medicaminib⁹ irritis atq̄ inani artificio naturæ uis affertur indomitæ: Quæ in re facete ad-  
 modū lusit Hadrianus princeps canescēti cuidā cui aliquid negauerat: cundē postea ad eas-  
 dem preces medicato interim crine redeuntē ita repulit: Vade inquit hoc iam patri tuo ne-  
 gauī. **CDō.** Senui: o si me nunc redeat iuuentus. **CRō.** Reuersuram modo illā dixi: iam  
 reuersam dico. Si tam facile uotorū omniū compos fias: nihil incassum uoles: pauper certe  
 diuitias optare potest: libertatē seruus: speciem deformis: sanitatem æger: fessus requiem:  
 exul reditum: At iuentā optare uerus senex nequit: Puerile potius uotū est. **CDō.** Senui:  
 heu cur tam cito dulcis me iuuetā deseruit. **CRō.** Nunq̄ non cito deseruit quod iuabat:  
 nūq̄ nō præpropere affuit qd̄ angebat. Vanū autē est optare qd̄ haberi neq̄ nocuitq̄ habi-  
 tum: & si redeat nociturū sit: sed iam parce suspirijs: dum hoc aīo fueris cito canus fieri pote-  
 ris: senex nunq̄: desiderū em̄ iuuentutis in sene quid est aliud q̄ quædā puericia senectu-  
 tis: **CDō.** Senui incuruatusq̄ sum. **CRō.** Iam iam terrā aspice: unde uentis & quo pergis  
 cogita: hinc egressus: huc redis. Natura te principij simulq̄ finis admonet. Poteras aberrare:  
 re: publicum tibi iter ostendit: sane id quidem est satis ingredi: uel curuatus intende: Solēt  
 cæci in uia manu retrahi. **CDō.** Subito senui. **CRō.** Immo sensum: pedetentim: paulatim:  
 leniter: sed nihil cogitantibus oīa subito eueniunt: sicut econtra cogitantibus omnia nihil  
 est subitum: q̄ si flenda tibi fuerat senectus: singuli dies uitæ flendi erant. Illis em̄ passib⁹ ad  
 hūc terminū ibas. **CDō.** Heu senui. **CRō.** O uotoꝝ instabilitas: huc maxime anhelabas:  
 huc peruenire optabas: huc non posse pertingere formidabas: quo cum peruentū esset inge-  
 misceres: monstrum incredibile: nisi tam crebrum esset: senes fieri uolunt omnes: senex esse  
 uult nemo: immo uero senex esse ad miseriam: senes dici ad iniuriam trahunt: quasi sit pro-  
 brum senuisse: qd̄ pfecto nullis uideri debet nisi quibus dedecus sit uixisse: quæ ingēs nō  
 inficior turba est: cui te tamen exemptū esse oportet: ut nostro colloquio frui possis: Alio-  
 quin ut auribus illabantur: sana consilia in animū non descendent. **CDō.** Tandem senui.  
**CRō.** Et quos ager: & quos æquor: & quos bellum: & quos alea decipit: singula detrimē-  
 ta dinumerant: tu unus in finem expergisceris: & tu queri incipis dum iuxta est querelarū  
 finis omnium. **CDō.** Senui. **CRō.** Stultum est senectutē nō cogitare nisi cum uenerit: Nā  
 pfecto si uenturam: si assidue uenientē prospexisses: præsentem imperturbatus aspiceres.  
**CDō.** Heu mihi iam senex sum. **CRō.** Hoc ne igit̄ desles: duræ ac difficile munus imple-  
 se dumosumq̄ iter ac scrupulum transisse atq̄ in amœnam hanc fabulam peregisse: Atq̄ Co-  
 mico more plaudendū erat. **CDō.** Senex sum. **CRō.** An oblitus es ut nuper tibi perfami-  
 liariter notus unus modernorū sententiā rei huius ex tempore protulit: nō modernam sed  
 antiquis parem: Amico em̄ dicēti: Compatrior tibi: nam ut uideo iam senescis: effes utinam  
 qualis eras quando te primū noui: Subito ille respōdit: Parum ne tibi ergo amens uideor  
 nisi ampliorem mihi nunc etiam amentīā impreceris: Noli quæso mihi compati q̄ sim se-  
 nex: sed compatere q̄ iuuenis fui. O quantū sensum tegit breuis ista responsio: quod metiri  
 nequit nisi qui ætatis huius bona probauerit & illius mala meminerit. Bono tuo igit̄ gra-  
 tulare: q̄ q̄ illud quoq̄ uerū sit q̄ sæpe bona inuitis eueniunt & mala nolentibus: Viro autē  
 bono & uirtutum amico & passionū hosti: pluris est haud dubie dies unus huius qd̄ accu-  
 sas temporis integer: q̄ illius alterius integer annus. **CDō.** Heu mihi nam senui. **CRō.** Iā  
 si perstas tibi quoq̄ cum uulgo iure dicitur: non senuisse miserum sed uixisse: ita ut hæc sub  
 uitæ finem tam inepte diceret: Parcite autem iam lamentis querulum genus: & uolētes ite-  
 sub imperium naturæ: nihil flēdum quod illius immota lex statuit. Quid naturale autem  
 magis homiui nato q̄ uiuentē senescere: senem mori: At uos conditionis imemores utq̄  
 respuitis: cum uel alterum uel utrunq̄ necessario obeundum sit. Qz si neutrum uolebatis:

G

H

I

K

## De Podagra: Dialogus LXXXIII.

& tertio abstinendum erat: nascendum mihi credite non fuit. Patimini senescentibus statim membris animos aliquando senescere: neque semper in uobis prouerbum uerum sit: Posse unum animum corpora multa consumere: finite sine murmure corpus simul atque animum ad extremum ferri: simul intruere simul exeant: neque altero ad metham properante alter retrorsum niti uelit alterumque retrahere: frustra tergiuersamini: ire oportet: nec redire licet nec subsistere: Idque uobis facilius debet esse immortalitatem animae & corporis instauratorem expectantibus: quam ceteris quibuscumque quibus uel horum alterum defuit uel utrumque. Frustra inquam obluetamini: humanumque iugum quod nascendo subiistis excutitis. **¶ Do.** Senui & uires corporis imminuta sunt. **¶ Rō.** Si auctae sunt uires animi: bene est: foeliciter permutasti. Maiora enim gesta esse semper & geri posse animi uiribus quam corporis: Nemo nisi animi inops est qui nesciat: Sin uires etiam animi: ut saepe accidit: per ignauiam decreuere: fateor inutiliter uixisti: tuum crimen non aetatis. **¶ Do.** Senui & res meas agere nequeo. **¶ Ratio.** Si quid animo sit agendum: tanto id a senes melius fieri constat: quanto & experientia illi plus est rerumque notitia & passionum minus ac malis uinculis expeditior animus: At res alias non agere senem decet: sed egisse cui corporeus labor omnis a tergo est: Cui si nunc etiam inharet nec auelli uult: ridiculum illud antiquum renouat Romani senis: qui iussus a principe fori laboribus abstinere: quorum ferias imbecillis hinc aetas: hinc fortuna opulens merebatur: sic indoluit ut se quasi mortuum fletet atque ab omni familia fieri uellet. Mirus senex qui quidem ceu speciem mortis horreret: cum nihil seni aptius quiete nihilque sit turpius senes laborioso ac sollicito: cuius uita omnis tranquillitatis exemplar esse debet. Didicisse & potes a philosophis: quid est illud quantum optabile senibus bonis uiuere: uita ut memorant peracta: qua maxima tamen pars mortalium inexplata moritur. **¶ Do.** Senui & repente fugit aetas mea. **¶ Rō.** Forma: ualitudo: uelocitas: uires: uestra fere omnia fugiunt: uirtus manet nec cessura senio nec morti. Illi uni bono stabili ab initio insistendum erat: si neglectum fuit difficilius ad extremum fateor: sed uirtutis studium nulla aetas respuit: immo quo difficilius eo clarior uirtus. Multi nosse seipsum ac sapere uix tandem in senio coepere: serum quidem at imtempestiuum minime: & si enim non iam uita desinenti at instanti saltem morti utile: Cui Hercle uni horae ut sine horrore moesticiaque transigi posset si non ultimum modo sed totum uita tempus impenderetur bene: nisi fallor: impensum esset: Nam nec frustra nascitur qui bene mori: nec inutiliter uixit qui foeliciter desijt. **¶ Do.** Senui iam uicina mors est. **¶ Rō.** Mors aequae omnibus uicina esse potest: & saepe ibi quocumque uicinior est ubi uidetur absentior. Nemo tam iuuenis qui non possit hodie mori: Nemo tam senex qui non possit annum uiuere: si nil aliud quam senectus incidat. **¶ Do.** Prorsus senui. **¶ Rō.** Immo maturuisti: an hoc defles: an poma cum maturuerint querantur: si sensus illis ac sermo datus sit & non potius gratulentur se ad id peruenisse ad quod nata erant. Est ut caterarum rerum: sic aetatis maturitas quaedam quae senectus dicitur: quae ut ita esse uideas & aetas & mors iuueniu acerba quidem & dicitur & acerba est: Acerbitati autem obiecta maturitas quae cum in pomis ac frugibus bona sit: quid nisi in homine sit optima: non quae nesciam antequam maturescant multa marcescere: ea uero non aetatis culpa sed peruersitas est naturae: non quidem omnium sed multorum qui ad bonum nati magno nisu in aduersum tendunt. Maturuisse igitur debes si quid in te succi nobilis fuit: iam melloris tui manum securus expecta. Non mors illa quam metuis sed laborum finis ac principium uitae est: non mors inquam sed difficilis uitae terminus: ad quem pauci tranquilla nauigatione perueniunt: sed pene omnes nudi flentes ac naufragi: Tu per mediam senecturem leue iter in finem prospero agens uento e multis rerum fluctibus portum subis: Subducenda iam fessa puppis in terram tibi: & quocumque te flexeris de fine cogitandum: idque utilius fuerit quam aetatem bonam: quod stulti solent: & naturam matrem optimam accusare.

## De Podagra: Dialogus LXXXIII.

**¶ Do.**

**A**

**¶ Do.** Vrpi torqueor podagra. **¶ Rō.** Nesciebas senectutis mori: Incomitata non uenit: magnam saepe morborum aciem ducit. **¶ Do.** Podagra crucior molesta. **¶ Rō.** Extrema & ignobili parte corporis laboras: quid si nobilissimis laborares corde uel capite. **¶ Do.** Pigra coerceor podagra. **¶ Rō.** Vaga mens hominis freno eget: hunc pertas tenet: illum carcer aut grauior morbus: Ludens te pedibus alligat fortuna: non podagra: sed pediculae sunt: iam disce consistere. **¶ Do.** Podagra inutilis factus sum. **¶ Rō.** Ad cursum credo uel ad saltum: ad choreas: ad palaestram: an te autem ad haec natum putas?

## De Scabie: Dialogus LXXXV.

Ad alia si nescis altiora quædam officia natus es: quæ si caput non ægrotat exequi nil prohibet: Studere licet artibus ingenuis: dare operam pietati: seruare iusticiam & fidem: fragi-  
 le corpus & fugacem mundum spernere: odisse uitia: amare uirtutes: colere amicitias: cõsi-  
 lio patriam iuuare: Hæc sunt uiri boni munimina: quid hic pedibus loci est? **¶ Do.** Debi-  
 litatus sum podagra. **¶ Rõ.** Pugnare cum hostibus forsitan morbus ueter: nõ cum uitijs:  
 quod neq; facilius & certe crebrius est bellum: Et quid scim? an hic ipse dolor corporis cõ-  
 tra quem dimices tibi ad exercitium animi datus sit? **¶ Do.** Pedibus consistere nequeo.  
**¶ Rõ.** Vide quam de reliquo ædificio spem habeas: cuius fundamentum tam inualidum  
 sentis. Vigila ne te incautum opprimat ruina: Contrahe sarcinulas teq; ad migrandũ pa-  
 ra. **¶ Do.** Podagra me ingens habet. **¶ Rõ.** Solet hic morbus: ut perhibent: diuitias comi-  
 tes habere: En tibi remedium aliud: Bene spera: aut læguoris amaritudinem opum dulce:  
 do solabitur: aut inopia pellet asperitas: ita uel solatium aderit uel finis. Si hæc fallunt: ue-  
 niet quæ non fallat: Illa uitæ malis omnibus finem dabit. **¶ Do.** Pedum præmor ægritu-  
 dine. **¶ Rõ.** Si salutem cupis: aut paup̄sis oportet: aut ut pauper uiuas. Multos hac ægri-  
 tudine liberasse traditur paupertas uera defecatrix corporum: quosdam uero frugalitas:  
 quam uoluntariam seu fictam & imaginariam paupertatem dixerim. Vidisti aliquos per-  
 petua uini abstinentia curatos. Ita sit: Dolor dolore: clauus clauo pellitur: ut antiquo dici-  
 tur prouerbio: Vix molestum aliquid sine molestia curatur. Vt præterea cum hoc morbo  
 cunq; alijs multis pacem habeas: non baccho solum sed & ueneri bellum indixisse profue-  
 rit. Sed quid agimus: animorum remedia promissimum non corporum: Habes tamen quã  
 puto unicam morbi huius curam. Hanc si probas: utere: Si minus: nõ te fallant opifices fo-  
 mentorum. Patiëntia em̄ in aduersis efficacissimum atq; optimũ & sæpe unicũ remedij gen<sup>9</sup>  
 est. **¶ Do.** Podagræ uitio curuatus sum. **¶ Rõ.** Ad iter inhabilis: minus idone<sup>9</sup> ad laborẽ:  
 non ineptus ad reliqua gerere: non rei modo familiaris sed reipublicæ & summi: si ita fors  
 tulerit: imperij curam potes. Itaq; memorandum ualde Septinij Seueri Romani principis  
 dictum unum: qui senex ac podagricus: dum cõiurationem nobilium qui se uiuo filiũ eius  
 Augustum dixerant deprehendisset: comprehensis auctoribus seditionis ac filio: oibusq;  
 añ soliu ei<sup>9</sup> affusis metuq; ultimi supplicij tremefactis ac territis: ipse manu ad caput rela-  
 ta: tandem inquit: sentitis caput imperare nõ pedes. **¶ Do.** Podagra me miserũ miris mo-  
 dis torquet. **¶ Rõ.** Noli solas asperitates rerum flere: sed memento si quid dulce aut iucun-  
 dum tibi obtigit: quo incõmodũ hoc solari possis. Vnus ex multis pessimis uulgi mos est:  
 ut in aduersis querulum atq; impatiens: obliuiosum in prosperis & ingratum sit: quo ni-  
 hil iniquius fieri potest: Nam quis æquis auribus audiat: exempli causa: uel Seue<sup>9</sup> ipsum  
 quem diximus de podagra: uel Domitianum de caluicio quod ægerrime dicitur tulisse:  
 uel Augustum senem de sinistro debilitate oculi: uel Iulium Casarem de timore nocturno  
 & quiete uisus turbida: uel postremo alios fortunatissimos uiros de una seu de altera natu-  
 ræ: si dici licitũ sit: aut fortunæ iniuriã sic queretes ut imperij atq; opum uictoriæ ac tan-  
 torum ingrati atq; immemores sint honorum dum se homines meminerint: quos plenam  
 perfectamq; foelicitatem hic sperare demerita sit: amara dulcibus temperare modestia: hoc  
 podagræ proprium: hoc morbo<sup>9</sup> omniũ cõe remediũ inuenies sanũq; consiliũ sanctumq;  
 fateberis: senis illius læta multa adepti: dura multa perpassi: qui bonis de manu dei late  
 acceptis mala quæq; patienter suscipienda censebat: quibus mali aliquid dare uel facere ma-  
 nus illa non nouerit sed humanam respexit opinionem. **¶ Do.** Podagra me in lectulo no-  
 dis insolubilibus præssum tenet. **¶ Rõ.** Te iacente: stare animus potest cœlumq; & terras  
 ac maria permeare.

## De Scabie: Dialogus LXXXV.

**¶ Do.**

**¶ Scabie** præmor importuna. **¶ Rõ.** Iam nõ miror si angores meros ægrefers: quã-  
 do id lugens cui dulce aliqd immixtũ est. **¶ Do.** Graui uxor scabie. **¶ Rõ.** Sũt qui  
 hanc salubrem dicat: Ego aut̄ ne tam mœstæ rei lætatum nomen tribuam: arrã po-  
 tius salutis: siue ad salutem uiam dico: Mollis est qui asperitatem uitæ breuem respuit: cui<sup>9</sup>  
 exitus sit iucundus. **¶ Do.** Arida me scabies exercet. **¶ Rõ.** Iam horologio nõ egebis: erit  
 tecum quæ te noctibus excitet teq; honesto cuipiam fortassis officio uigilem reddat: nemo  
 tam piger quẽ non scabies sollicitũ faciat. **¶ Do.** Scabie torqueor. **¶ Rõ.** Morbus ignobi-  
 lis sed nobilis cura est: labor: æstas: balnea: peruigilium: diæta. Si nec ista profuerint: ad pa-  
 tientia medicinã recurrendũ erit: Illa oibus morbis utilissima est. **¶ Do.** Scabie crucior

B

*Vide eplam  
 summe anteq  
 ad lxx. Colun  
 circa lxxv*

D

E

A

B

diosa & foeda. **CRō.** Neutrum nego: ubi ergo Publius molestum ocium podagrici pedes dixit: me sinente potes addere: moestum negociū scabiosi manus: Sed quid dices: si quo foedior morbus: eo pulchrior patiētia est: quid si paruo ex malo bonū ingēs elicis: Hęc nimirum una est reꝝ quæ contemptum corporis maxime pariūt: quo nihil est melius mortali. **CDo.** Totū me scabies occupat. **CRō.** Totū te: uerū est: id quidē metuo: sed plus est forsitan q̄ q̄ dicere uoluisti: totū em corp⁹ intelligis: sed est uobis inuisibilis animoꝝ scabies cupiditas ac libido & pruritus quidā ulciscendi querēdīq̄: qui quo magis scalpitur acrius æstuat: hūc nec tolli nec leniri poscitis nec sentitis quidem: rāt o minor uobis est semper uetri cura q̄ corporis.

De Vigilia: Dialogus LXXXVI.

**CDo.**

**A** **D**ormire nō possum. **CRō.** Vigila & gaude uita tibi tēpus auctū. Inter obdormire em atq; emori quid interest nisi q̄ alter tēporalis ppetuus alter est sopor: Itaq; nescio an nō satis pprie & somnus breuis mors: & mors somnus longus siue æternus dici possit. **CDo.** Somnum perdidī. **CRō.** Non ui quidem sed blanditijs repetendus est: si incūbas perdis operā: cogi nequit: age aliud: da requiem tēporibus tuis: animo curas leues: improuisus aderit: facile animis uagis & corporib⁹ fessis obrepit. **CDo.** Sæpe mihi somnus interrumpitur. **CRō.** Fac qd̄ solitus fert Augustus Cæsar lectoribus aut fabulatoribus accersitis: interruptū reintegra: Sin grauioribus curis hoc accidit: pone illas: hūc receperis. De huiusmodi em loquebat̄ Maro ubi ait: Salubres curas somnos abrumpere. **CDo.** Somni requiem amisi. **CRō.** Et terrorē somnioꝝ nocturnoꝝ met⁹: q̄uis em sapientis meliora phantasmata Aristoteles opinet: & uer⁹ sit: tamē & uir ille ingenio æque magnus & imperio: Ille aut̄ alter sanctitate & patientia æque insignis: de quibus pauloante simul diximus: somnioꝝ graues sensere molestias. Nam quid alijs sentiant quisq; nouit in se: & lectulū propriū suar̄ testem habet illusionū atq; ambagum & formidinū. Certe horū alter tēpore extremo p somniū exterreri solebat: sicut de illo scriptū est: Alter ut dixisse dudū uideor dum de ocio & quiete differerē: inter ceteras uita molestias querit q̄ terreant eum somnia & uisiones horrore concutiant. **CDo.** Solito minus dormio. **CRō.** Solito igitur magis uiuis: Nempe q̄ doctis placet: ut mors somnus: sic uita uigilia est. **CDo.** Somnum morbus expulit. **CRō.** Sanitas reducet. **CDo.** Somnū amor exclusit. **CRō.** Bis rem unā dicitis: Morbus est em amor & morboꝝ maximus. **CDo.** Somnum metus extinxit. **CRō.** Securitas suscitabit. **CDo.** Somnū senectus eripuit. **CRō.** Mors uicina restituet.

De inquietudine Somnioꝝ: Dial. LXXXVII.

**CDo.**

**A** **S**omnijs inquietor. **CRō.** Si uer⁹ est quod sapiens quidā ait: Multas curas sequūtur somnia: qd̄ uestri quoq; approbat auctores: radicē mali amputa: curas pelle: somnia quoq; pepuleris: Quo em quaso tot curas & tā nihil pfuturas in tam breui uita: de qua iam ab initio promissum est: quid torqueri iuuat & turbidam curis uitā & infestam somnijs quietem uestra uobis facit amentia: Diuinā prouidentia uestro uultis superare consilio: neq; sentitis ut ex alto uestræ ridenē insanix uestræq; deliberationes illo de tempore qd̄ non solum extra uestræ arbitrium: sed etiam extra noticiā uestram est. Neq; auditis Flaccū exclamantē: Prudēs uenturi tēporis exitum caliginosa nocte præmit deus: ridetq; si mortalis ultra fas trepidat. Omne tempus in uestrā trahitis perniciem: de praterito moesti: de præsentī anxij: de futuro pauidi trepidiq;: deq; his curis superuacuis dignos metitis manipulos: labore uigilantes: consopiti somnia. Sin illud forte uer⁹ est q̄ uacantē quoq; curis aiām inquietā somnijs esse uel natura hoīs uel peccatū cogit: Nōne cū ex mille somnijs nec unū uer⁹ esse uer⁹ sit: postq̄ alterutro falli oportet: satius est inquietari somnijs q̄ mulceri: & amara somniare q̄ dulcia: moesti em somniij fallacia lata est: læti aut̄ moesta. **CDo.** Somnijs fatigor. **CRō.** Sperne totam hanc ineptiā & quiesces: si id neq; his te solare comitib⁹ q̄ sista passi sūt: his duob⁹ noiatim q̄s mō dicebā dū de uigilia quereris.

De celebritate nominis importuna: Dial. LXXXVIII.

**CDo.**

**A** **C**elebrior sum q̄ uellē notior. **CRō.** An tu hoc spernis qd̄ maximi exoptarūt duces ac principes: philosophi & poetæ: qd̄ em tot laborib⁹: qd̄ tātis bellis ac studijs agit: nec aliud isignes artifices moliunt̄? Declarat hoc Phidias i Mineruæ statua: qd̄ opus om̄ quæ hoīm manib⁹ facta sunt: primū aut̄ inter prima posuerim: nisi cū aliqd̄ inscribere uetitus fuisset: uultum suū dypeo statuæ sic insculpfit: ut & ab oibus nosceret: &

# De celebritate nominis importuna: Dial. LXXXVIII.

cōuelli inde nisi toto opere dissoluto nullo posset ingenio: nosci in premiū sui laboris optabat. Si quis em̄ non famā sed pecuniā cogitare dixerit artifices: in cōibus fortassis assentiar: in illustribus negem. Multa sunt rei huius indicia: sic cū iactura tēporis damnoq; etiā sæpe operi insistūt: ac ne quid famā excidat lucrē spernūt. Cōprobauit hoc maxime nobilis illa cōstantia eorū quattuor artificum qui ad famosissimū illud opus qđ Artemisia Carriæ regina dilectissimi cōiugis memoriæ extrui fecit magno precio acciti: cū ante perfectum opus obiisset regina ipsa unde operis preciū sperabat: persisterūt tamē unanimiter in sinē nil iam aliud qđ suū decus & facti memoriā cogitātes: proinde cōs hoies claritatē famamq; desiderāt: Solus tu ne paruo illas tadio emptas uelis. ¶ Do. Immo & ego apud posteros clarus esse cupiā: inter coætaneos recusem. ¶ Rō. Quid ita cū hoc maius eoq; difficilius ac rarius sit obstāte quæ præsentīū famā interpellat inuidiæ. ¶ Do. Quia inter absentes mea est gloria: nullus obstrepit: nullus obstat: Inter præsentēs autē & cōtradictio & labor: magnus em̄ labor est magnæ custodia famæ: ut nō ineleganter ait quidā. ¶ Rō. Nimis aut delicatus aut segnīs es qui sine labore magnū aliquid speres: cū pro minimis tot se offerāt laborēs. ¶ Do. Ego uero nō labore respuam sed tadia: Nam quis ferat assidue uisitari: obfideri: posci: exagitari: & sui interim negligentē totos dies ac magnā breuis uitæ partē alijs dare: ut tua necessitate posthabita alienæ inseruias uoluptati: qđ malū si ab initio incidisset: nunq; ad hanc ipsam famā quæ me cruciat uentū esset: sed & nūc præclaros animi conatus & egregia potens est impedire negocia importunū. ¶ Rō. Id quidē ita esse nō nego: durum certe sed tolerabile imo & inuidiosum & optabile: Ceterū utcūq; tuo iudicio acceptū erit pene ineuitabile: Nā quæ ad euadendū uia: nisi uel supbia uel ignauiæ Altera honestū desiderīū te petentiū arcebit: altera etiā extinguet. Si qđ est aliud remediū: urbīū fuga est: qđ si claritas uera sit: nec fuga sufficiet: sequit̄ claritas possessorē suū quocūq; perrexit: & ubicūq; consistit secū erit: nec rure unq; nec in syluis quidem desinet clarus esse qui in urbibus clarus fuit. Non potest famā fulgor abscondi: inter tenebras eminet & ad se oculos atq; animos trahit. Nunquid nō audisti Dandanum Brachmanorū senē præclarissimum ab Alexandro Macedone usq; ad ultimas Indorū solitudines: Cynicūq; Diogenē ab eodē usq; ad illud suū doliū quo p uolubili utebat̄ hospitio uisitato: Nūqd nō usq; ad squalidam ac desertā Linterni uillulā a placatis sola uirtutis ueneratiōe latronibus Scipionē Africorum eundēq; ab ipsīs hostiū ducibus usq; transmaria: Nunquid nō Titum Liuiū ab ultimis galliæ extremaq; procul Hispania usq; ad urbem Romā: Nunquid non deniq; sanctos patres usq; ad intimas & horredas heremi latebras a Romanis etiā Imperatoribus uisitato: Et sileo Salomonē: Immo uero quis unq; uir clarus uisitacionibus caruerit: Amici & noti mutuis alloquijs & confabulationibus delectantur: Ignoti autē solo recreant̄ aspectu. Habet em̄ uiroz̄ illustriū præsentia dulce aliquid: qđ non sentit nisi ipse qui fruit: Hoc tu laboriosum ne dixeris: operosum est fateor sed & gloriosum. ¶ Do. Celebritate nominis atteror. ¶ Rō. Si hanc uis abijcere: uirtus abijciēda est cuius e radice oritur. Id si merito refugis: ferre hanc sarcinā æquo animo est necesse: ad quā multi nequicq; om̄i studio uitæq; ipsius impendio aspirāt: & tu forsitan aspirasti. Patere te uideri ab his qui hoc nisi te tuūq; nomen diligerent: non optarent. ¶ Do. Multi me undiq; usq; ad importunitatē fastidiūq; concelebrant. ¶ Rō. Quid tu igitur: an cōtemni malles atq; abijci. ¶ Do. Innumerabiles usq; ad tadium me honorāt. ¶ Rō. Tu ꝑo dei munus agnoscito: Ille te honorat ut te illū & honorare delectet & inhonorasse pœniteat: Omnis honor & omne quocūq; homini ab homine bonum fit a deo est. ¶ Do. Permolesta res est honor immodicus & crebra uisitatio. ¶ Rō. Et hæc fateor: at prædulces sunt huius molestiæ radices amor & ueneratio: His si animi gustum applicueris: bene sapere incipiet quæ molestant: amara dulcibus tempera: non in hoc tantum sed in omnibus quæcūq; fert præsens uita: in qua non facile reperias mel cui non sit admixtum fel: & sæpius amara præponderant. ¶ Do. Celebritate nimia fatigor. ¶ Rō. Sæpe id quidem accidit: de quo questum diuum Vespasianum nouimus triumphantem: dum solennitate pomparum expectatione ac tadio esset affectus: increpantē seipsum qui triumphum nec sibi nec maioribus suis aut debitum aut speratum tam inaniter in senio appetisset. Quis autem nō sit optāda celebritas per seipsa: ferenda est tamen & amanda. Causæ ipsius uirtus & industria: neq; unq; ut illa careas deserēda: multo gloriosus est labor optabilior qđ ignaua requies. ¶ Do. Salutatoribus obuijs offendor. ¶ Rō. Habes huius quoq; tadj̄ participem Crispum philosophū: Immo quē non habes præter

B

C

D

E

F

## De Dolore ex malis moribus: Dialogus LXXXIX.

Culpis careres plurimis si his ppetuo caruiffes: nūc uēturis malis occurrāt uirtus ac cæcitas: præterita deleāt dolor ac pœnitētia neu lugeas cæcitatē mētis oculos aperturā: lugēdū forsitan q̄ dilata est. **CD**o. Lumen oculorū perdidisti. **CR**ō. Lumē animæ uerum serua. Solent qui alterum oculum amiferūt altero: ut aiunt: acutius uidere. Id si ita est: quid rear nisi ut duobus p̄ditis duobus alijs acutissime uideas: & tuum facias illud Tiresiæ cæci uatis: sed famosus: Obruit ora deus totāq̄ in pectore lucem Detulit. Infœlicē te: uereq̄ cæcū & prorsus exoculatum si hāc etiā perdidisti: quod ut suspicer tuæ si pergis faciēt querelā: perditur nempe flebilius quod unicum est habenti.

**CD**o. Oculos mei capitis perdidisti. **CR**ō. Purga igitur & absterge quos nō perdas: & externis pereuntibus ad interna reflectere. Illic mihi crede non in oculis habitat fœlicitas illa quam quæritis. **CD**o. Lumen oculis non uideo. **CR**ō. Disce uel in tenebris gaudere. An tibi Antipatri philosophi responsū excidit lasciuum fortasse sed proprium: cuius cæcitatē cum amicā mulierculā deplorarent: iocans: Nulla ne inquit uobis uidetur uoluptas esse nocturna: Facete ille quidem breuiterq̄. Multa enī sunt & i obscuro gaudia: sicut & in luce dolor mult⁹. Ego autē tibi honesti solius hortator sum. **CD**o. Amifissos oculos queror. **CR**ō. Si uifurus male: gaudendum potius prærepta tibi nequitia instrumenta. Sin bene: nec sic quidē est quod doleas: rem decoram uisu sed pietati ac sancto p̄posito minime necessaria amifisti. Nō membra sed animum quærīt deus: Purum illi totumq̄ ei offer: quem ubi acceperit: quicquid est reliqui acceptum feret: nil sibi retinuit qui animū dedit. **CD**o. Corporeos amifisti oculos. **CR**ō. Si ad cœlū niteris

consolare cum Didymo: quem cæcum ab infātia: inq̄ hac cæcitate usq̄ ad exitum summo uirtutum exercitio insignem facer Antonius senem uifens: nihil moueri debere ait: eo q̄ oculos amifisset cōes sibi cum muscis & muribus & lacertis: sed gaudere q̄ oculi cōes illi cum angelis salui essent. Antonianum uere cœlestisq̄ magistri discipulo dignum ybum. Sin ad liberalium studiorum decus aspiras: Homerum ac Democritum contemplare: quorum alter: ut fama est: dum mira illa ac diuina distaret: oculis nō uidebat animo lynceus. Alter sibi oculos eruit ne uideret multa: quæ ut ipse arbitrabatur ueri uifus aciem impedirent: cuius factum q̄ uel laude uel uituperio dignū fuerit: non disputo: sed inuenit imitatores. Qz si picturam forte sculpturam ue: Apellis aut Phidiæ artem tibi mente delegeras: amifisse te aliquid nō negem: nisi hoc ipsum lucy est: ab incepto humili retractum cogi altius. **CD**o. Cæcitate inops & inutilis sum. **CR**ō. Quid te ipsum cæce deseris: Mam Tiresias de quo supra diximus: cæcus uisu uaticinio clarus fuit. Num Diodorus Stoicus: sed familiaritate Ciceronis q̄ secula notior sua: uifum perditum auditus solatio leniebat: cum ei: ut Cicero idem ait: libri noctes & dies legerentur: quibus in studijs oculis nō egebat: Hic & philosophiæ simul & fidibus: quodq̄ sine oculis fieri posse uix crederes: geometricis quoq̄ descriptionibus operam dabat: & alienis manibus lineas protrahi iubes suo de illis ingenio diserebat. Caius Drusus absq̄ oculis sed iuris ciuilibus noticia tanta fuit ut domus eius cōsultorum frequentia quotidie repleretur: Et uidebant illi qua iretur ad forum rectus: qua iretur ad causæ uictoriam non uidebant: atq̄ ideo cæci ducis patrociniū implorabāt. Sed clarissimus oīm quos famosus cæcitas habuit Appi⁹ Claudius: & re cæcus & noīe: qui cæcitate præssus ac senio: nō priuatis mō consilijs a populo noscebat quisquis in iure uel in facto scrupulus incidisset: sed auctoritate ac sententia senatum regebat uniuersamq̄ rē publicam gubernabat. Tu cōfestim uno destitute sensu: reliquos oēs atq̄ insup̄ mentē ipsam abijcis haud aliter q̄ qui unius damni leuis impatentia & uitā & uitæ instrumenta p̄ficiunt desperatione præcipiti. **CD**o. Cæcus sum nec quo pergā uideo. **CR**ō. At dux tuus uidet: siue is est animus: siue unus aliquis ex more cæci gressum dirigēs: cuius ductu non modo rectum iter inuenias: sed ad contemptū uitæ nobile: & præclaræ uirtutis actus ultimos ad fastigia summa peruenias: neq̄ nisi uis animi defuerit generosum facin⁹ lux amifsa præpediet. Mei ministri qd̄ sacris Sanson i litteris: quid ciuili bello apud Lucanū Massyliæ Tyrrhen⁹ agat in æquore: de q̄ quidē si poetiæ tubæ minus est fidei: illud certius atq̄ recētius recordare: quod ætate gestum tua uidere oculis potuisti: Vt Ioannes rex Bohemus duorum sine me

## De Auditū perditō: Dialogus XC VII.

dio Romanorū principum: alterius filius: alterius pater oculis semper infirmus: multos ad extremū ānos cæcus: bello hoc qđ inter Gallū cui ille fauit ac Britannū regem sex iam lustris agitur: dū pugna illa oīm asperrima: cui ambo reges intererāt inclinare fortunam suā partis intelligeret: duces suos clara uoce cōpellās: Dirigite me inquit ocuis in eam partem ubi rex hostiū est atq; omne robur exercitus sui: qđ cum mœsti ac trepidi fecissent: ille equo stimulis adactō eo se prācipitē dedit: quo spectare alij cæcūq; oculis psequi uix audebāt: ubi cum fortissima hostiū acie non fortiter mō sed horrifice pugnans: ruit: ipsis mirātibus & laudantibus qui uincebāt. Rem narro notā oibus: sed nisi mādata sit litteris: obliuione periturā. Et quid oro gloriā uiri fortis obfuit uisu caruisse: nisi ut quē uirtus & natura mirabilem fecerant: stupendū cæcitas faceret. ¶ Do. Cæcus sum. ¶ Rō. Iocari incipiā ni desistas queri: Nam quid aliud si uires attulisse tibi cæcitas quiuit: qđ qđ de seipso cæcus effectus? Asclepiades ait: uno scq; ut puero comitator gradiare.

### De Auditū perditō: Dial. XC VII.

¶ Do.

A

**P** Erdidi auditum. ¶ Rō. Iter ecce aliud tædio præclusum est. Multa oculis: multa auribus hauriunt tædia: multa utroq; calle fastidia in aīm penetrāt: quibus euitandis ex æquo pene optabiles uideant cæcitas surditasq;: habent tamē hæ suas incōmoditates ut reliqua fere cūcta mortaliū amarūq; aliquid nō nego: sed patientia mollius ac uirtuti impar. Vbi quānā sit has inter pportiones incōmodorū haud facile dixerim: nisi qđ illa periculosior: ista ridiculosior: Nā quodāmodo amentes uideri solent qui surdastri sunt: Cæci uero magis miseri iudicant. Itaq; surdos risu: cæcos miseratiōe psequimur: Sapiens utrūq; contemnit: nec quid alijs uideat æstimat: sed quid sit. ¶ Do. Auditum perdididi. ¶ Rō. Adulantiū iam susurros atq; obtrectantiū iurgia euasisti diuersimodū sed par malum: nisi qđ aliquanto uirilius est iurgijs qđ blanditijs adhibere aures. Illis nanq; medicamentum aliqñ: his uenenū inest semper. Illud ergo sæpe mordēdo sanat: hoc mulcēdo inquinat: atq; ita peior est falsus amor uero odio. ¶ Do. Amisi auditum. ¶ Rō. Iam qđ ars Vlyxi præstitisse fertur: tibi uel natura præstitit uel casus aliquis: ut si sirenum cantus surdatus aure præfēas: fœlicē te si æstimas: quot inde picula penetrare in aīm potuissent: qđq; olim inde mēdacia: quot errores: quot demū molestiæ subiere. ¶ Do. Auditum amisi. ¶ Rō. Philomenā credo: uel citharā tibiasq; nō audies: sed nec rudētes itidē alellos: nec grunientes sues: nec ululantes lupos: nec latrantes canes: nec sæuiētes ursos: nec rugientes audies leones: nec gemētes pueros: nec altercātes aniculas: nec postremo his oibus grauiores undiq; psonantes stultoꝝ risus ineptissimos & incōditos fletus & confusas uoces: quo nullus qđ sonus in amœnior. ¶ Do. Auditū careo. ¶ Rō. Multiplicibus ereptus es fraudibus. Nulla re crebrius fallunt homiēs qđ uerbis: Nihil hinc piculi est surdo. ¶ Do. Obtorpuere aures mihi. ¶ Rō. Periculosa ps corpis: præcipueq; principibus qui p illā adulatorū flatibus tumefacti sæpe cū populorū risu suaq; pnicie crepuere. ¶ Do. Auditus hebet. ¶ Rō. Si cū alijs loqui phibitū est: tecū loquere: Ciceroniani memor illi: Qui secū loqui potest: sermonem alterius nō requiret: qđ uis & colloqui surdo qđ pmissum legēdo scz scribēdoq;: cum antiqs nēpe loquit qui legit: & cū posteris q scribit: ad hęc cœlestis philosophiæ libros & q legit deū audit: & qui orat alloquit. In hoc quidē gemino colloquio nec lingua nec auribus opus est: sed oculis digitisq; ac deuoto aīo. Et hic igit ut in multis nostri cōsiliū Cicerōis amplectimur: ut sicut cæcus auriū: sic se surdos oculorū subsidio consolet. Tu proinde si audire hoies non potes: scriptos ab hoibus libros lege: & legendos ab homibus libros scribe. Cœlum præterea ac terras & maria respice: horūq; oīm auctorem in silentio contemplare. Nil ad hoc surditas ista nocuerit: multū fortasse profuerit. ¶ Do. Auditus me destituit. ¶

B

**C** Ratio. Quibus tonis aut numeris: diapente constet aut diapasōn: quibus ue proportiones aliæ quæ tractant a musicis nosce uel surdus potest. Et qđ uis humanæ uocis fidiumq; uel organi modos auribus non audiat: si tamen causas animo tenet: delectationē intellet haud dubie præfert auriū uoluptati. Finge aut & hospisios musicos nūeros surdo ignotos: modo uirtutis numeri noti sint: seq; in illis exerceat bene est: nil hic quoq; surditas nocet. Melius enim multo est bonum fieri: qđ doctum: & si abunde doctus ac sapiens sit quisquis abunde bonus est: at qui malus idem & insipiens & indoctus omnium licet quæ sub cœlo sunt eruditissimus litterarum. ¶ Do. Auditus elanguit. ¶ Ratio. Bene qđ hoc tibi prius nō accidit qđ fidem quæ auditu maxime constat acciperes illam habens. Quid quereris:

C

D

De tædio Vitæ: Dial. XCVIII. De grauitate Corpis: XCIX.

seu quid queris: Si hominum cantus aut uolucrum non percipis: cātibus cor intende cœlestibus: internāq̄ aurem deo applica. ¶ Do. Nō audio. ¶ Rō. At cogita & dic tibi: Si nō audio: quid seu ad me: seu de me homines loquantur: Audiam quid loquatur in me domi- nus deus. Illi enim sæpe bellum: hic loquitur pacē semper. ¶ Do. Nil penit⁹ audio. ¶ Rō. Multi silentium appetentes: longis peregrinationibus fatigati sunt: ut aliquibus abditis & semotis in locis quod cuperent inuenirent: Tu quod ab alijs operose quaritur: ubi libet te- cum habes: discite iam bono tuo uti: & transacti memor strepitus ueterumq; tumultuū tan- dem incipe silentio delectari.

De tædio Vitæ: Dial. XCVIII.

¶ Do.

**V**itæ me tædium ingēs tenet. ¶ Rō. Ex præmissis ortum malum: quo nescio an uix aliud periculosius: quippe molestissimum per se desperationi quoq; contiguum atq; ad illam uia est: pro quo nominatim institutum est uestris in templis auxiliū implorare fœlicitiū animarum: quæ terrenis tædijs uinculisq; corporeis resolutæ cœlestib⁹ perfruuntur gaudijs ac serenitate mentis æterna. ¶ Do. Multa me undiq; uitæ tædia cir- cundāt. ¶ Rō. Propellendā tædia cogitationibus lætis ac spe bona & amicorū solatio: & li- brorum: & delectationū honestarū alterna uarietate atq; exercitijs iucūdis: & inertia fuga: sed imprimis patientia rerum & longanimitate inuicta: neq; uel presentium odio uel futu- ri desiderio nec metu deniq; nec spe ulla anticipandus uitæ finis: quod stulti quidam ac mi- seri fecerunt: qui dum paupertatem uitæq; tædia ac labores temporales fugiunt: in æternos incidunt. Sine Cicerōnem nostrum loqui: mortem Catonis huius ultimi suis in libris offi- cialibus excusantem. Sine loqui Senecam: & hanc ipsam miris laudibus celebrantem: & multis in locis disputantem certis ex causis arcessendam manu mortem: uerior altera mul- toq; melior Ciceroniana sententia: qua & tibi & prijs omnibus retinendus est animus ī cu- stodia corporis: nec nisi iussu eius a quo ille uobis est datus ex hominum uita migrandū: ne scilicet assignatum munus diffugisse uideamini: quin & illud e cœlo tibi etiam dictum crede: nisi te deus is cuius est templum hoc omne quod cōspicis istis te corporis custodijs li- berauerit: huc tibi aditus patere nō potest: Et ad summam caue ne aut ullo unq; uitæ tædio ita mortem cogites: ut occupare illam tibi licitum putes: aut ullo gaudio ita non cogites: ut incautum illa animum improuisa deficiat.

De grauitate corporis: Dial. XCIX.

¶ Do.

**G**rauis sum corpore. ¶ Rō. Queri posses si ut uolucris ad uolatum: non ut uir ad uirtutem natus esses. ¶ Dolor. Graue corpus & inhabile est. ¶ Ratio. Hanc que- relam Roscio dimitte atq; Aesopo: Tu si uel per artum circulum flecti: uel per fu- nem aerium labi nequis: quid ad rem: Ito cum uiris bonis gressu sobrio: gestus ac saltus histrionum sunt. Sapiētem ut in actibus: utq; in uerbis: sic in incessu grauitas de- cet atq; modestia. ¶ Dolor. Graui corpore sum. ¶ Ratio. Hac gra uedo una comitum se- nectutis esse solet: ne qui illam amiserit: hanc excludat: quous inter dum non ætatis sed na- turæ comes inueniatur: Vnde fit ut & iuuenes graues & seniculos agiles uideamus. Cæte- rum & si graui sub corpore sæpe animus leuis: & sub leui grauis habitet: corporis tamē atq; animi proportio quædam paritalisq; si obuenerit: haud spernenda est. ¶ Do. Moles cor- poris ingēs est. ¶ Rō. Non minor quous inuisibilis animi moles & constātia: hanc illi obji- ce: nihil graue erit. ¶ Do. Mole corpea demergor. ¶ Rō. Agilitate mētis emerge: & illam extenuare ac discutere laborando stude: circumeundo res multas & difficiles agendo exer- citio mentis & corporis exilio uoluptatum: pelle ocia: arcesce negocia: sperne libidines: odi inertiam: curas ama: molliciem abijce: sectare duriciem: asperis delectare: cibo: potu: accu- bitu: sessione: intentione perpetua: somno breui ac sollicito. ¶ Do. Mole corporea laboro. ¶ Rō. Alius cōtrario: alius alio laborat. Nullius sine labore uita agitur: sed quisquis suū nquit: alienum uel despicit uel ignorat. ¶ Do. Multum corporeæ molis excreuit. ¶ Rō. Si hominis nomē: quod mortale est animal: ab humo ducit: sic maxime homo eris multa hu- mo oblitus: nō potest tamen sic cœlestē naturam terrestris obruere quin & assurgat: nisi se surdam uirtuti & male suadenti credulam præbeat uoluptati. ¶ Do. Graue corpus animū præmit. ¶ Rō. Ipsum collige animum & enormem sarcinam magno nisu perfer: ac cogita sæpe cœlestia ingenia ex hoc fasce corporeæ molis erumpere: & miram ad altitudinem per- uenire. ¶ Do. Corporis onere prægrauor. ¶ Rō. Et si uinci nequeat natura: omni tamē stu- dio enitere ut Indies & uiribus tuis accedat aliquid & sarcinæ detrahatur.

## De grauis ingenij tarditate: Dial. C.

CDo.

A

**A** T graui duroq̄ sum ingenio. CRō. Grauedo m olestior: sed hæc quoq̄ minuitur si diligenter intēderis. CDo. At pigro obtusq̄ sum ingenio. CRō. Quid tu igiē huic morbo indignatione an lamentis succurrendum putas? Longe alio remedio res eget: non est indulgēdum somno: non libidini: non cibo: non uino: non inanibus fabulis: non captandæ excusationū causā: & reflexa in naturā culpæ inertia succumbendū: sed uigilandum: cogitandum: suspirandum: anhelandū: enitendum: assurgēdum: incitanda uis animi: excutiendus torpor: propellenda segnicies: abstinēdū uoluptatibus: incumbendum studijs. Nil tam graue qđ non leuet: nil tam durū qđ non leniat: nil tam obtusum qđ nō acuat: nil tam pigrū qđ nō urgeat: nil deniq̄ tam defossum tanq̄ obstrusum qđ nō eruat: tam sopitū qđ non excitet intentio. CDo. Ingenio tardo sum. CRō. Qui uelocitatē ingenij laudem dicunt: tarditatem dicturos infamiam certe scio. Malim tamen ingenium tardum ac modestum: q̄ uelox & præruptum: Nam ut inde non insignis gloria nec spes operum magnorū: ita hinc errorū grauiū & turpis ignominia metus est: Tolerabilius aut̄ multo est fieri ingloriū q̄ infamē. CDo. Ingenio segni sum. CRō. Qđ eqs segnib⁹ fieri solet: stimulus adhibe: nō hinc tibi corporis excusatio sed laboris occasio data est. Sunt qui statim qđ non ultro prouenerit deferendū putent: at tu præme: insta: contende. Generosum animum difficultas erigit: alit labor: Illic maxime nititur: idq̄ pluris æstimat ubi resistētiæ plus inuenerit. Factū studio ingeniosum Socratē legis: disertumq̄ Demosthenē: & q̄ multis idem accidit: Singulare quidē nomē pauci occupant: Rarior est fama q̄ meritū. CDo. Ingenio hebes sum. CRō. Non tibi profectus: ideo spes erepta: sed industriæ inuenta necessitas. Gloriosius autē tanto est studio prouehi q̄ natura: quanto satius proposito boni aliquid agere q̄ casu. CDo. Ingenio tardo prorsus & inualido sum. CRō. Si litteris nō potes at uirtuti stude. Nemo non ad illam satis ingeniosus ubi nō acumen quærit sed uoluntas: ad quā iudicā litteras nil prodesse: alij obesse etiā opinati sūt: Ideoq̄ deserti studijs in solitudines abiere: & eximia illis scientiæ loco fuit ignorantia litterarū: de quorum iudicio pronūciare difficile est. Id de quo constat: extremū accipe. Nemo te fallat: nec te uulgi stupor: nec stultorū uoces moueant: Maius tutiusq̄ est uirtute q̄ litteris clarū fieri. Itaq̄ semp̄ illud optabile: sape istud formidabile res ostēdit. Q̄ si ad uirtutē animi litterarū lux accesserit: tum demum consummatum quiddā atq̄ perfectū est: ea quidē si qua in rebus humanis potest esse perfectio.

B

## De inopi &amp; infirma Memoria: Dial. CI.

CDo.

A

**S** Ed memoria inopi & infirma sum. CRō. Est hæc alia senectutis infamia haud uerior q̄ reliquæ: sed ut uera sit: huic quoq̄ studij ope subuenias. CDo. Memoria labascit. CRō. Adesto ne corruat & labentē iugi exercitatione sustenta. Fac qđ muro ruinā minanti fieri solet: adhibe repagula oportunis locis & fragilē crebris ac ualidis adminiculis circumualla. CDo. Memoria fluxa est. CRō. Diligentia & artificio illā stringe: cunctis ingenij memoriæq̄ defectibus occurrit industria. Nil patit̄ industria perire: nil minui. Hæc est quæ philosophos & poetas senes uirentissimo ingenio ac stilo: hæc est quæ decrepitos oratores uoce solida ualidisq̄ laterib⁹ ac tenaci memoria seruare potest. Quod nisi sic esset: nunq̄ Solon & quotidie discens aliquid senesceret: & supremū agens spiritum ad colloquiū assidentū amicorū: ex ipsa iam quasi morte consurgeret: Nō Chrysi⁹ acutissimum illud ac profundissimū uolumē ceceptum iuuenis in extrema perficeret senectute: Nō Homerus illa ætate diuinum & coeleste opus excuderet: Nō Symonides octuagesimo uitæ anno Pierium in certamen iuuenili seruire animi senili autem maturitate descēderet: Non quarto & nonagesimo Isocrates ardens illud opus ac mirabile: & prope centesimum Sophocles tragici summū stili decus suam compleret Ediopoden: Nō octogenario maior Cato nulla mutatione uocis aut lateorū: nullo memoriæ lapsu: uel in graui seipsum accusatione defenderet: uel clarissimos oratores ultro ipse ad iudiciū euocaret. CDo. Infirma memoria ē. CRō. Noli ergo illi fidere: sape calculū secū pone: quicqd credideris cōfestim exige: & qđ cras factur⁹ fueras nūc facito. Nō ē tuta dilatio: sic ex malis si qđ boni potes elice. Fides locij desidā parit: diligentia pfidia. CDo. Memoria pene nulla sū. CRō. Ea ē rege cōditio humanarū: ut q̄ pauciora meminerit mior illi fletuū causa sit: ubi nec emēdatio: nec poenitentia utilis locū habet: qđ supest aliud q̄ obliuionis auxiliū.

B

## De Eloquentiæ defectu. Dialogus CII. CDo.

**E**loquium deest. CRō. Altero querendi odij instrumento cares: naturæ benefici-  
um agnosce: quæ ut magnū tibi in ancipites reos: sic in te non parū fortunæ ius  
eripuit: Multi propter eloquentiā perire: Si hinc dubitas: utriusq; eloquij princi-  
pes interroga: Nam minorū ob hanc causam passim pereuntium plena sunt omnia. In qui-  
bus idem ipse periculo qui excellentiæ est propior ac notior fama. Sunt quibus obscurum  
nomen propugnaculū est salutis. Finge autē abesse periculū disertis: nunq̄ abest labor. Ni-  
hil ē in reb⁹ tam inane: pro quo tanti labores tantaq; uigiliæ ultro suscipiant: flatus uolati-  
lis sic exercet animum solida quasi uirtus in uerbis sit. CDo. Eloquentiæ nihil est mihi. C  
Rō. Fortasse multū securitatis: qd̄ non esset si eloquētiæ multū esset: multoꝝ quoq; in qui-  
bus: & tuta forsitan ut uita: sic & tutior fama erit. CDo. Nihil est eloquentiæ. CRō. Cura  
ut sapientiæ sit aliquid: ut innocentia: ut uirtutis. Illa em̄ paucorū: hæc sunt omnium. Non te  
in signis poetarū: non te maior oratorū raritas trahat: Immo uero uide ut subito dictū mutē:  
si te raritas allicit: hoc age: hac ad illam itur uia. Indignū quidē ut nihil meli⁹: sic nil iā rari⁹  
uirtute. Eloquentia ipsa quam paucorū dixi: multo ē crebrior q̄ uir⁹: adeo: qd̄ oēs possūt:  
omnes negligunt: quod pauci possunt omnes appetunt: omnes experiunt. CDo. Verborū  
rum in ops sum. CRō. Reb⁹ intende animum. In uerbus em̄ flatus & labor & eloquū: in re-  
bus quies: uirtus ac fœlicitas. CDo. Loqui nescio. CRō. Multi quæ minus sciunt magis  
agere gestiunt. Equitandi inscium equo impone: uix illum inde diuulseris: Te loquēdi igna-  
rum saltem pudor ad tacendū cogat: & si loqui nescis quod alij audiāt: discere loquentes ali-  
os audire. Non est minus artificium tacere q̄ loqui cum sit tutius atq; facilius. CDo. Nō  
possūm exprimere quod in corde est. CRō. Si intellectu polles magnisq; & altis qui in ani-  
mo sunt sensibus: iucunda uox & uolubilis lingua non suppetit: quiesce. Noli qd̄ infœlici-  
ter succedit retentare. Quid ergo? Bono tuo non tantū æquanimiter sed late utere: alienū  
linque alijs neu linguā stulm̄ superuacuo atteras. Sine inq̄ loqui alios: tu intellige: cum  
secretior: cum maior ex ingenio uoluptas q̄ ex eloquio percipit magisq; continua & plus  
quietis & inuidiæ minus habens. CDo. Coram multis loqui pudor impedit. CRō. Ma-  
gnis hoc uiris accidisse notum est: frontis imbecillitate non uitio linguæ uel ingenij: Quod  
si cum multis refugis: at cum paucis & cum uno loquere: ut clariores fatear contiones: dul-  
ciora eloquia non negabis: Si ne id ipsum potes: ad te redi: tecum loquere: quod iam supra  
monui tuumq; domesticum collocutorem excita: Semp̄ ille quidem præsto est: non insidi-  
atur: non irridet: non inuidet: non fastidit: non exactam atq; laboriosam quærit eloquen-  
tia: confabulationibus gaudet familiaribus interruptisq; sermūculis: quin & multa sæpe  
loquenti silentio acquiescit. Discite tu illo teste contentus esse: qui non qualiter sed quid di-  
cas: seu poti⁹ qd̄ dicere uelis attēdit. Discite tibi theatꝝ honestissimū medio pectoris extruere.  
Discite nō hominū sed ueritatis applausū optare: & aliquando sine strepitu gaudere: con-  
temnatq; modestia quā perfecta nōnunq; extinguit eloquentia. Discite deniq; non ad pōpā  
uiuere: nō ad pompā loq; q̄ uix mai⁹ malū uita hoīm habet. CDo. Blesi oris sum. CRō.  
Fles ne aliquid tibi cōe cum Moyse tali uiro & tam dei amico: Atqui seu antiqua repetis  
seu moderna circūspicis: ut multi occurrēt blesi uiri optimi: multiq; disertissimi scelerati: sic  
perrari qbus utq; cōtigerit singularis eloquentia & excellens uirtus.

## De amissione Linguæ &amp; Loquelæ: Dial. CIII. CDo.

**Q**uid q̄ linguam ac loquelam perdidit: CRō. Quid si securitatē & requiem inueni-  
stis: q̄ mltos manu innoxios lingua perfundedit: Est uoluptas stulta qd̄ sed cō-  
munis uolentiū uideri fecisse quæ nec faciunt nec possunt. Mentitus est qui Israe-  
liticum regem filiūq; eius occidisse se dixit: & facti innocens mendaci⁹ poxnā luit ut periculū  
cesset: Quātus est labor: loqui: respōdere: fabulari: fingere: comere uerba: sententias libra-  
re: cogitare quid & qualiter dicas: quanq; suauiter aerem uerberes: Ita enim uocem ipsam  
diffiniunt: qualiter q; non linguā mō sed reliquū corp⁹ moueas: Nā & huc se porrigit pars  
una rhetoricæ: qualis meditabūdus humi frontē defigas: quā quorsum ue manū porrigas:  
quo terrā ferias pede: an nō satis hæc operosa cōcinnitas: & prærepta pene musicis opa ut  
dulciter sones angis: an non uere loqui labor & silentium quies: C Dolor. Nullatenus lo-  
qui possūm. CRatio. Quæ deficiente eloquentia dicebam: multa dignius perditā repetun-  
tur lingua. Quando igitur loqui nequis tace: & quod necessitas iubet uolēs facito. Quod  
ipsi qui loqui possunt sæpe utilius facerent: sæpe dolent non fecisse. Tace inq̄ neu te dama-

## De Virtutis inopia: Dialogus CIII.

**B** num pati putes: tacens cogita & quiescens tecum loquere: quæ meliora esse quæ perorare: ne diferti quidem negent. **C** Dolor. Mutus factus sum. **C** Ratio. Si muti fuissent Cicero & Demosthenes diutius uixissent & leuius obijissent. **C** Do. Linguæ usum omnem perdidisti. **C** Rō. Et mentiendi consuetudinē & fallendi artes & inimicitiaꝝ: quærendaꝝq; infamiæ instrumentum: Plures em̄ lingua sunt quæ factis infames. Nulla pars corporis ad nocendū promptior: ad frenandum difficilior. Merito ergo quasi magnū aliquid ac rariꝝ pertulit ille qui dixit: Custodiā uias meas ne delinquā in lingua mea. Quæ cū sanctus quidā uir qui ad discendū sacras litteras accesserat: audiuiisset: abijisse dicit: nec amplius audire uoluisse. Cūq; post longū tēpus præceptor suus illū admirans sciscitaret quid tam diu absens coeptum opus omisisset: respondisse dicit: quod primum illud ei uerbū sat superque negocij attulisset: nec dū illud unū omni studio posset implere. Hanc tibi custodiā & hoc frenū seu a natura quidē seu a fortuna oblatū ne cōtempseris libensq; te regendū præbe: ne ue contra tuā fortē calcitres.

**C** Do. Linguā amisi. **C** Rō. Nunc maxime quæ sapiens iubet: omni custodia serua cor tuū: e duabus custodijs ad unā redactus: & dimidia laboris parte liberatus facilius pauca custodias & preciosa uigilantius. **C** Do. Linguā perdidisti. **C** Rō. In quibusdam paucis nobile & argutum membꝛe: in magna autē parte hoim nocēs acq; pestiferæ: & quo multis caruisse sit melius. Sic nō solum in seruo ueꝛe cernitur: quod Satyricus ait: Lingua mali pars pessima serui: sed in plerisq; etiam liberis quibus nihil peius dedit natura quæ linguā. Bella: doli: adulteria: corruptelaꝝq; omnes pene cessarēt: nisi lingua malum semē & spargeret & foueret.

**D** **C** Do. Linguā perdidisti. **C** Rō. Si malam: lucratur es plurimū. Magnæ em̄ diuitiæ sunt: esse inopē maloꝝ. Hæc qui nō habet diues nasci: at qui perdit diues fit: & nouo auctus censu perdendo inuenit quæ inueniēdo perdiderat. Quæ si bonā perdidisti: dico itereꝝ: Cor cōserua: amisisti quidē quo placeres hominibus: serua quo placeat deo: Cui si lingua nō potes corde loquere. Si em̄ de malis scriptū est: Labia dolosa in corde & corde locuti sunt: Cur non pioꝝ in corde pia labia esse: & ipsi corde etiā loqui possunt ubi sint aures dei? Verumq; sit quod alibi scribit idem: Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto. Nulla enim secretissimarum quoq; cogitationū abscondita est deo: nec tacitos minus quæ clamantes audit: Immo non est apud illū clamor altior uæhementioꝝ quæ cordis clamor: ille silentio delectat. Hunc clamorē compræssis labijs pmebat ille gregis primū: postmodū populi pastor famosissimus: qui audire meruit uocē dei dicentis sibi: Quid clamas ad me? Nō loquebatur & clamabat: imo quidē loquebat: sed corde. Sicut autē qui deum audit surdus non est: sic quem deus audit non est mutus.

### De uirtutis inopia: Dialogus CIII.

**C** Do.

**A** **A**T uirtutis inops sum. **C** Rō. Veꝛe damnū: iustus dolor: nisi quæ alia oēs inopia naturalis aut fortuita ac uiolētæ esse possūt: hæc una proculdubio uolūtaria est. Cætera nanq; uel in corpe: uel in ingenio memoriaq; uel eloq; seu externis in rebus sunt: quæ quidem oīa: nō qualia exoptant obueniunt: sed qualia cuiusq; fors tulerit: hæc una autē in uolūtate cōsistit: quā pro arbitrio sibi quisq; moderat atq; efficit. Neq; pro alia potest esse hominū bona uolūtatis: nisi quā uult is cuius illa est: qua & hoc ipsum uult & quæcūq; uult alia: Alioquin si ut uiriū utq; ingenij siue eloquij siue opū defectus inuito accidit sic accideret uoluntatis: nec premio digna uirtus nec supplicio digna esset iniquitas: Nunc autem nō uoluntas uobis hæc aut illa: sed huius atq; illius electio ac libertas nascētibus data est: quæ in bonum flexa bonos facit: in aduersum malos: uti licet hac ut libet: & si ut libet bene uti libeat: haud dubie dei donū: ut male aut peruersitas sit uolentis: illud penitus non licet: ut nō & uolūtatis bona uirtutis & mala uitij radix sit: atq; ita uirtutis inopiā nō patiē nisi qui uult: quā prima & maxia pars uirtutis est uelle.

**B** **C** Do. Quid quæ uirtutē uolo nec assequer? **C** Rō. Multi se id putant uelle quæ nolūt: id nolle quæ uolūt: sic quisq; se fallit: scq; boni auidū: nō modo alij: sed sibi etiā persuadere nitit: nec cuiq; facilius persuadet quæ delectabilis uera uirtus: falsa uirtutis opinio sic delectat ut & propter & amicos fallere & falli isup dulce sit.

**C** **C** Do. Scio me uelle nec posse ideo bonū fieri. **C** Rō. Ut sit ita: uelle nō sufficit: desiderio opus est: eoq; nō modico: sed uæhemēti. Vos autē mala uestra feruētissime cupitis: bona uultis tepidissime: unde fit: ut diuites multi sint: boni autem paucissimi. Nam quid miri est si citius ad optatum ardens intentio quæ uoluntas lenta prouehitur? **C** Do. Vellem bonus esse si possem. **C** Ratio. Studenam poteris: & si bona fide uis esse iam incipe: sed segniciem uita. Si enim minima rerum non habentur gratis: quid de uirtute speres: qua nil in rebus hominū maius est: nil altius? Non tu illam quasi diuerticulum curarum: sed ut rectum atq; unicūq; iter ad felicitatē co-

De Auaricia Dial. CV. De Inuidia actiue: Dial. CVI.

gita: Vaca illi & insiste summo nisu totoq; anim i pondere: neq; uero temporis particulā: ut iucundo cuidam exercitio: sed ut ordinario uitæ officio: quod te beatum & nullius egētem rei faciet: Vniuersum tempus: omne studium impende: quod rebus sæpe uilissimis impendisti: & ad memoriam refer illud sanum magisq; efficax q̄ comptum uerbum Marci Varronis ex Satyrarum eius libro: Si quantū opere sumpstisti: inquit: ut tuus pistor bonū faceret panem: eius duodecimam philosophiæ dedisses: ipse bonus iam pridem esses factus: qd sic accipias uelim: non ut terrenæ philosophiæ quæ ex frequentatis actibus habitū spōdet: cuius quanta sit pmissi fides experti sciunt: sed cœlesti sapientiæ sospitatrici optimæ: suisq; consilijs atq; auxilijs te uirtutis: quæ ue per hanc quæritur salutis debitorem statuas: senti asq; pia confessione: grato animo quodq; est scriptum: Nemo potest esse continens nisi deus det: & hoc ipsum erat sapientiæ scire cuius esset hoc donum: tibi nominatim dictum credas atq; ad omem uirtutem intelligas referendū. ¶ Do. Valde quidem esse cupio nec sum bonus. ¶ Rō. An ualde cupias res docebit. Intensæ uoluntatis indicium perseverantia est. Siue autem gratuitum dei donum uirtus: & profecto eam largitor ille sydereus nisi constanter optantibus instanterq; precantibus uix tribuit: Siue tanta in re ullæ sunt partes ingenij humani: & cum intentione feruida res egeat: tum & continua eget & diuturna: Nam quod studio quæritur repente non prouenit: sic quocūq; te uerteris perseveranti opus est animo. Omissis ergo neglectisq; omnibus hic incumbere: idq; fiet alacrius si memineris semperq; descriptum ante oculos habueris: ad hoc unum atq; ad nihil aliud te uenisse in hęc terrenam habitationem: & hoc a te unum exigere: ut uirtutum gradibus cœlum petas: ita ut quicquid agis aliud uel superuacuum uel damnosum sit.

De Auaricia: Dialogus CV.

¶ Do.

**A**uaricia stimulis urgeor. ¶ Rō. Bene ais stimulis: Nam & quærendarum opū cupiditates stimuli quidam: & quæsitæ opes spinæ sunt. Ita enim illas uocat qui mētiri nescit: Præclaræ uero diuitiæ quæ & quæredæ torqueant & quæsitæ. At si corpusculum: si naturam: si uitæ respicias breuitatem: uidebis te frustra superuacuis curis angere & paucorum egentem multa desiderare. Insuperq; dum quærendis inhias: parta nō cerere: atq; ita quodammodo quæreda perdere: quo nihil est stultius. ¶ Do. Multa quæreda urgeor appetitu. ¶ Rō. Nec aduertis q; inter quærendum tempus & uita cui illa quærebantur elabitur. Sic mira perplexitas incidit: dum uita abūdare uidemini: diuitijs indigetis: dumq; indigentia illa præterijt: supuenit altera: & diuitijs abundantes indigetis uita. Non hoc ignorabat ille Sapiens ubi loquitur de eo parsimoniq;ante qui dicit: Inueniam re quem mihi & manducabo nunc de bonis meis solus: & nescit q; tempus prætereat & relinquet omnia alijs & morietur. Et idem alibi: Qui aceruat iniuste: alijs congregat & in bonis illius alius luxuriabitur. O terribile dictum: sed cōmune quotidieq; se oculis ingerens: nec iccirco proficiens in animis auarorū. Idem rursus: Auaro: inquit: nihil est scelestius: & nihil est iniquius q̄ amare pecunias. Et ut scias quoniam uero omnia consonant: ut ait Aristoteles: ecce ut ecclesiastico sapienti consonat sæcularis: Pecunia inquit Cicero fugienda cupiditas: Nihil est enim tam angusti animi tanq; parui q̄ amare diuitias.

De Inuidia actiue: Dial. CVI.

¶ Do.

**I**nuido. ¶ Rō. Superior affectus ut bene tibi esset optabat: hic ut male sit alijs: tãto hic illo & auaricia peior liuor. Bñ ergo Sapiēs idē de q̄ mō dicebā: Nequā inqt est ocul⁹ liuidi: Insatiabilis ocul⁹ cupidi. ¶ Do. Inuidia torqueor. ¶ Rō. Inuidia Siculi nō inuenere tyrāni: mai⁹ tormentū: Flacc⁹ ait: Idq; ad uestros tyrānos pestilenti austru impellēte translatū est. ¶ Do. Inuidia crucior. ¶ Rō. Simul & peccas & plesteris expedita iusticia. ¶ Do. Fœlicitas uicini mihi parit inuidiā. ¶ Rō. Credo Hercle: nemo uestrū regi Parthorū aut Persarū inuidet: nec illi quidē uobis: fuit qñ uicissim inuidebatis: qa uicinitatē faciebat imperij magnitudo. Sed an nō satis est proprijs malis angere quæ tam multa sunt: nisi & aliena bona uos cruciet: undiq; miseri & infani. ¶ Do. Vicinis inuido. ¶ Rō. Trit⁹ mos: inuidia lippa est: Iōginq; nō uidet: uicinitas atq; pspitas inuidiæ sunt parentes. ¶ Do. Inuido alienis bonis. ¶ Rō. Si es inuid⁹ & pusillanimis sis oportet: oibus ex uitijs nullū pigri⁹ inuidia: altos in aios nō ascēdit: nullū q; miseri⁹. Itaq; reliq; oia bonū aliqd; licet falsum præsupponūt: hæc solis malis pascit & torquef bonis: & qd alijs optat iam sibi habet malū. Alexandri ergo Macedonis dictū placet: Inuidos hoies nil esse aliud q̄ tormēta seu tortores suos proprios: leuis adolescentis uerbū graue.

D  
70

A

B

A

B

## De Ira: Dialogus CVII.

¶ Do.

A

**I** Ed irascor. ¶ Rō. Ego aduersis opem polliceor non uitijs: non fortuita enim illa sed uoluntaria sunt & in uestra potestate: quis te igitur cogit irasci? ¶ Do. Irascor offensus. ¶ Rō. Is fortasse qui offendisse te arguitur se offensus abscq; te queritur: Non tantum est offensus: quantum insolentia. ¶ Do. Ira æstuo. ¶ Ratio. Furis ergo: Ira furor breuis est: inquit Flaccus: Fit aut̄ a plariscq; mala cōsuetudine & impatientia longus furor. Ennius autem iram initium dixit insaniam: cum plariscq; nimis illam sequentibus finis & insaniam sit & uitæ. Siquidem hæc etiã pestis: ut superior: & si sæpe alios: semper tamẽ ante alios possessorem suum torquet & cruciat: ut mirer unde quibusdam uideri potuerit: huic nescio quid melle dulcius inesse: habet fortasse ultio dulce aliquid efferum inhumanũ: ira nihil nisi amarum habet. ¶ Do. Irascor ob iniurias. ¶ Rō. Vix iracundus unq; adeo quisq; fuit: ut nulla re lacessitus irascere: nisi forte Cælius senator: iracũdissimus ille mortalium: qui clienti suo in omnibus sibi consentienti atq; omnia consentienti: irascens exclamauit: Dic aliquid contra ut simus duo: Durum caput qualiter tulisset iniurias qui obsequiũ nõ ferebat? ¶ Do. Irascor quia offendor. ¶ Ratio. Hac in parte uulgo plurimum erratur: Quærentur causæ: finguntur offensæ: inq; his ipsis quæ ueræ sunt causæ iræ modus exceditur. In omnibus peccatis uelum aliquod excusationis obtenditur: & est excusatio ipsa peccatum: Tu quia non tibi ut deo paretur irasceris: & tamen deus ipse quotidie uerbis ac rebus offenditur nec semper irascitur: uos omne uerbulum casu elapsum ad iniuriam capitale trahitis impatiens genus. ¶ Do. Irascor sic meritis. ¶ Rō. Si de te quidem male: si de republica: modo nõ ira sed iusticia illa sit optime: Et ad summam mordit: ut dici solet: Ciceronianũ illud est tenendum: Ira procul ut absit cum qua nihil recte fieri: nihil considerate potest. Iure ergo laudatur Archyta Tarentini dictum: & Platonis amici sui factum: quorũ primus dum se studijs dedito possessiones suas culpa uilici destructas aspiceret: in eum uersus: Sumerem inquit ex te debitas pœnas nisi tibi iratus essem. Alter iratus seruo: non impunem dimisit ut Archytas: sed amico cõmisit ut supplicium exigeret: ueritus ne se iræ imperus quo non deceret impelleret. Hæc horũq; similia frenare iram debet: ne sequaces suos ut solita est in infamiam clademq; præcipitet.

## De Gula: Dialogus CVIII.

¶ Do.

A

**G**ula uellicor. ¶ Rō. Dixi iam his medemur quæ inuitis accidunt: Nam quis spon te ægrotantibus medeatur? ¶ Do. Gula sollicitor. ¶ Rō. Proprie id quidem: Nulla res tam uilis tam sollicitos uos habet: Stupor & pudor est cogitare quo se humanum inclinatur ingenium ad maiora creatũ: nisi respueret terrarum tractus cœliq; & maris abdita penetratis: Meditati estis retia & hamos & uiscum & laqueos & rapaces uolucres imperio parere: & prædari uobis docuistis: ad nil aliud nisi ut gulæ satisfiat: quam non modo explendo sed onerando fatigatis: & angustum uentrem uaria arte laxatis ac præmitis obsequendo: cui aliquãto utilior fames esset: utilissima uero sobrietas: & foedo illi ac misero sacculo simulq; & syluis & nubibus & fluctibus pacem linquens: Ita tamen eunt res: hic est mos nobilium ante alios: hæc sunt artes quæ liberales fuerant: mœchanicæ euasere: ipsiq; qui bellorum duces ac philosophi ac rectores urbium ac patres patriæ esse solent: uenatores atq; aucupes facti sunt: utq; intelligas nullam esse reliquam spem salutis. Nobilitati tribuitur quod est gulæ: aut proculdubio uanitatis. Hoc malum nullo melius modo q̄ generosa quadam indignatione: & rei ipsius extimatione contunditur: uel sensim: ut Ciceroni placuit: uel repente: ut Aristoteli uisum est. Multũ confert cogitatio exitus: quod cũ omnibus uitijs sit cõmune: tamen huic proprium atq; luxuriæ.

## De torpore Animi: Dial. CIX.

¶ Do.

A

**T**orpeo in agendis. ¶ Rō. Quis miretur si post gulæ studium prægrauatum corpusculũ animi torpor obrepit? ¶ Do. Animi aggrauor torpore. ¶ Rō. Torpor hic ex imperfecta uoluntate oriẽ: mox ut bonũ uelle cœperis ardor erit atq; impetus: qui cum ad multa sit pessim⁹ est optimus ad uirtutem. ¶ Do. Torpeo & ad bona operam lentus assurgo. ¶ Rō. Est torpor quidam animis obsit⁹: nec minus ardor quidam generosa pars animæ: sed & hic ardor accendetur & ille torpor excutitur fuga temporis intellecta: quæ tanta est: ut uix metiri eã q̄ uis celer animus possit: & specie uirtutis adamata: quæ talis est ut si corporeis oculis cerni possit: quod uult Plato: mirum sui amorem paritura esset. Hinc te amor igitur: illinc met⁹ excitet: utraq; res in somnis: neq; qui amat eni neq; qui

metuit torpere solet: & tamen hoc ipsum ne torpor soporq̄ uos noxius premat: ad diuinas laudes surgentes nocte precamini: non est somno locus aut inertia: ubi uos hinc mors territat: hinc honestas allicit. Quis enī inter magna pericula magnaq̄ premia cōsopitur? Vbi ad ista respexeris: redibit uigor ad animum: fugiet somnus ab oculis cogitantis: quantum nunc etiam superet imperfecti: quantum transierit ociosi: quod quia non fit: longas aetates inutiles efluxisse conspicimus & senes attonitos ac stupentes dicere: quid hic in tot annis egimus? Comedimus: bibimus: dormiuimus: sero tandē experrecti sumus. Cui⁹ mali praecipua causa est torpor iste quem quereris abigendus in tempore stimulis industria: freno prouidentia: ne cunctando ad inglorium finē cum multitudine rapiaris.

## De Luxuria: Dial. CX.

¶ Do.

**A** Estu quatuor libidinū. ¶ Rō. Atqui libidinem torpor gignit: gula autem illā parit: Quid miri igitur filiam post parētes sequi? Gulam certe & luxuriam cōmunes uobis esse cum baeluis: maximeq̄ bestialem uitam uestram facere: sapientibus uisum est: Itaq̄ cū sint alia grauiora mala: nullū uilius. ¶ Do. Libidine rapior. ¶ Rō. Quoniam uero nisi ad mortem animæ & corporis & infamem notam seramq̄ pœnitentiā & fortasse inutilem: I nunc igitur & raptantem sequere: quæ te tales raptet ad exitus. Cogita autem innumerabilium casus miserabiles ac famosos: non modo singularium hominum: sed urbium & regnorum: qui tibi partim uisu: partim auditu & maxime lectione debēt esse notissimi: raptati nequaq̄: ut arbitror: manū dabis. Audi enim quid hinc doctissimi uiri senserint ac scripserint. Voluptates ait Cicero blādissimæ dominæ maiores partes animi a uirtute detorquent. In hoc inquit Seneca: nos complectuntur ut strangulent: non aliter ergo q̄ latrunculi uiatoribus insidiantes eosq̄ seducentes ac perimentes declinādæ sunt. In quæ ualde proderit: si illud præclarissime apud Liuium a Scipiōe Africano dictum Masanißæ dictum sibi quisquis hac peste laborabit: accipiat: Vince inquit animum: caue deformes: Multa bona uno uitio & tot meritorum gratiam maiore culpa q̄ causa culpæ est corrupas. Idq̄ facilius fiet: si quis acriter rei uilitatem: obscœnitatem: breuitatem: finem cogitet: at lōgum dedecus horæq̄ fugacis forsitan aut momenti unius illecebras multorum annorum pœnitentia uel æterno fortasse supplicio puniendas.

## De Superbia: Dial. CXI.

¶ Do.

**S**uperbia extollor. ¶ Rō. Quid superbis autem terra & cinis? Tu ne tantorū maiorum fasce obrutus atq̄ oppressus extolleris: qui si te omnibus malis explicitus uirtutum omnium alis euectus attolleris: hoc uno bona omnia corrupisses. Nihil est enim odiosius deo q̄ superbia: Per hanc enim ille pulcherrimus creatus raptim corrui: per quam tu peccator uis ascendere. Si sic illi ob id unum accidit: quid per hoc alijs culpis adiunctum tibi euenturum arbitraris: malum sarcinis tuis cumulum superimposuisti. ¶ Superbia uehor. ¶ Rō. Cur quæso: an non te mortalem: an non assidue fatiscentem: an nō peccatorem: an non mille casibus expositum: an non morti obnoxium incertæ: an non deniq̄ te miserum meministi: & non famosissimum illud Homericum audiuisti: Nihil miserius terra nutrit hoies? Scire uelim qd te horę potissime ad supbiā cohortat: an fragilitas mē broꝝ: exercit⁹ q̄ morboꝝ: an uitæ breuitas: an cæcitas aī int̄ spes uanissimas metusq̄ perpetuos fluctuantis: an præteritorę obliuio: an ignorantia futuroꝝ ac præsentiu: an hostium insidia: an mortes amicorę: an aduersitas perseverās: an fugitiua prosperitas? Hæ nō aliæ uobis sunt ad superbiām scalæ: his ascenditis ad ruinam. Atqui cætera hominum pericula: & si iniustam aliquam: tamē excusationem superbia & iuidia nullam habēt. ¶ Do. Doleo me superbum. ¶ Rō. De peccato dolere primus ad salutem gradus est. Et sicut supbia est extollere: sic humilitas est dolere seq̄ submittere: qd̄ quidē facile factū erit mox ut oculos in teipsum tota intentione reflexeris: quod cum ita sit: nolo tibi nec oportet librorum partes scriptas aduersus peccata cōgerere: hoc satis est cuncta arbitrij tui esse desitura ilico ut bona fide uolueris: utq̄ aiunt: receptui contineris teq̄ ad tua signa conuerteris: quod ad præsens malum attinet. Vnum illud adiecerim: Superbiam esse ægritudinem miserorū ac stultoꝝ: Tales nempe sunt haud dubie qui superbiunt: Neq̄ enim aliter superbirent: neq̄ uero sine causa in libro Sapiētia scriptum est: Omnes insipientes & infœlices supra modū animæ suæ superbi sunt. Certæ animæ suæ si saperēt modus erat humiliari conditionis imbecillitate cognita. Sic enim eodem libro scriptum legis: Rex hodie est & cras morietur. Cū enim moritur homo: hæreditabit serpentes & bestias & uermes: Initium superbiæ homis

P

apostatare a deo: quoniam ab eo qui fecit illum recessit: quoniam initium omnis peccati superbia est. Nota sunt reliqua: quibus acriter circūspectis monstrat est superbus hominō.

## De Febribus: Dial. CXII.

CDo.

**A** **F**ebribus aestuo. CRō. Aestus hic aut tepore finiendus aut frigore: utrumuis fecerit bene erit. CDo. Febribus urgeor. CRō. Omnis hic contra naturam motus plus habet impetus q̄ diuturnitatis: & saepe duorum facit alterum: aut corpus expurgat: aut animam absoluit. CDo. Febribus teneor. CRō. Non longum teneberis expecta: Cito te uel sanum oportet esse uel liberum: utrumq; optimum. CDo. Febribus laboro. CRō. Illico requiesces: Natura cum morte confligit: operire exitum duelli: prope est hora uel hinc te morbo: uel omnibus exemptura. CDo. Febribus ardeo. CRō. Min⁹ mali est corpus ardere q̄ animum: de quo præcedētes tuæ septem proximæ sunt querelæ: Quid si ardor alterius salubris est alteri: Quid si hic ardor q̄uis asper optabilis ē: Quātū deniq; boni est præsentis uitæ mala breui gustu perennis admonere supplicij: ut infinitas amaritudines declinare studeant qui tam graui ter paucis horis amariuſcula tolerāt: atq; his angustijs discant illas euadere: quibus nec phyliscus: nec herba medebitur: nec dies creticus: nec mors quidem. CDo. Febribus uror. CRō. Vermium cibus excoquit: Fer te alijs uri: cui totiens alia uſta sunt & de supplicio consilium cape: ex quibusdam malis remedia conflantur: Sæpe paruus dolor ac præsens ut uenturis ac grauibus occurreretur admonuit: sitq; utilis qui molestus erat. Fœlix incendium breue quod æterni refrigerij causa est. CDo. Febribus exerceor. CRō. Eris iā bonæ ualitudis æstimator idone⁹. Vos enī hoīes dei dona nisi amissa uel intermissa non noscitis ingratum genus. CDo. Febre uxor importuna. CRō. Diu simul esse non potestis. Nemo diu ardet: aut illa te deseret: aut tu illā.

## De dolore iliaco atq; extasi: Dial. CXIII.

CDo.

**A** **I**liacum patior dolorem. CRō. Sperare incipe: quādoquidem quod tam tristius metuas nil est. Sicut autem ad extrema gaudij peruenisse principium est doloris: sic extremas doloris principium gaudij sit oportet. Cōtrariorum hæc lex est: Alterum ex alterius sine oritur. CDo. Dolore torqueor iliaco. CRō. Spes est fateor acerba solatij: nil acerbius pati posse. CDo. Iliaco crucior dolore. CRō. Qui dolet ac metuit ille miser est: undiq; tibi pars altera miseræ metus eripitur: Nam quid oro? metuat qui ipsam quæ ab omnibus præq; omnibus metuitur mortem sperat: CDo. Iliaco dolore discredior. CRō. Disce uiuens mori: quodq; non nisi semel fit sapius experire: facies securi⁹ tandem semel quod tam saepe temptaueris: nihil enī noui facies: simillimus dolor iliacus morti est nisi q̄ mors facilior breuiorq;: ut qui hunc fortiter tulit: nisi metus alter interueniat multo illam fortius sit laturus. CDo. Dolore rumpor iliaco. CRō. Magnitudo ipsa doloris sinē spondet: Nemo enim diu moritur. CDo. Quid q̄ dolor extasim parit: CRō. Longos febrium dolores breui transigis suspirio. CDo. Aduentare extasim intelligo. CRatio. Vix id quidem intelligere est: Nam & repente aduenit & præsens intellectum uiribus suis priuat. CDo. Linqui animo incipio: CRō. O fœlix qui rem necessariam: utq; aiunt: durissimam sine sensu sis obiturus. CDo. Sæpe extasim incurro. CRō. Sæpe mortu⁹ reuiuiscis. CDo. Sæpe extasim mortiferam experior. CRō. Hanc plus q̄ semel experiri nequis: Nemo enim plus q̄ semel moritur: Quod autem optimum mortis genus esset inter doctos ac præclaros uiros aliquando quæsitum est: ubi Iulius Cæsar interfuit summus uir & imperator & doctrina: qui & ipse tempore extremo: ut de illo scriptum est: repēte linqui animo solebat: quam quæstionem ille sic absoluit: ut repentinum atq; inopinum interitum commoddissimum diffiniret. Quæ sentētia & si pietati ueræq; religioni fortassis asperior uideatur: sic tamen & cuilibet sapiēti & præsertim pio uereq; religioso uiuendū est: ut sibi nil repentinum aut subitum esse possit: & si quid tale incidat animo: celeritas ipsa non noceat & proficit corpori.

## De totius corporis dolore ac languore uario: Dial. CXIII.

CDo.

**A** **T**oto corpore languo. CRatio. Si non languet hospes corporis animus bene est: quicquid tuguriolo suo eueniat saluus eruperit. CDo. Toto corpore crucior ingens malum. CRō. Stoici unum in rebus omnibus humanis bonum dicunt uirtutem. Et q̄uis alij aliter: hæc uerior tamen uiriliorq; sententia uisa est: cui consequens est: unumquodq; quod huic bono obſcitur malum esse uitium: quo fit ut dolor corporis molestissimus sit: malum tamen utiq; non sit. CDo. Hei mihi misero ego torqueor: tu disper

# De totius corporis dolore ac languore uario: Dial. CXIII.

tas: philosophicæ fabellæ. **CRō.** Iure te miserum dicis: uel hoc ipso quod humanæ uitæ regu-  
las fabellas uocas. **CDō.** Sonora hæc in scholis famosa per libros: sed nec eculos nec ægro-  
tantium ascensura grabatulos dicunt scribunturque facilius quam perbanant. **CRō.** Immo uero & ad  
dolorē & ad ægritudinē & ad mortē profunt: sed non omnibus: quippe quæ non omnium in sede-  
re pectoribus: & profecto quibus credita non sunt salubria esse non possunt. **CDō.** Heu ego cru-  
cior tu disputas. **CRō.** Iste tuus dolor necessario aut lentus erit aut intensus: atque ita uel  
facilem uel breuem patientiam requirit. **CDō.** Hei mihi summo crucior dolore. **CRō.** Si  
summus: neque breuis est dolor: parce gemitibus aut fugiet aut fugiat est necesse: Sit utriusque  
libertas in foribus: Interim forti animo ferre mortalia speciosum ac uirile est. **CDō.** Speciosum  
dictum fateor factum uel possibile quidem reor. **CRō.** Non impossibilitas reorum est sed mollicies  
hominum quæ uirtutis innumeros desertores fecit: & faciet dum omne difficile tanquam im-  
possibile respuitur: uirtus perijt cuius materia difficultas quidem sed honesta est. **CDō.** Su-  
mus homines non dii & moribunda corpuscula uim doloris ferre non ualent. **CRō.** Fragi-  
lia corpora humana non negem: sed non usque adeo quin usque ad tolerantiam omnia aduersi sat uiri-  
um habitura sint: nisi maior multo esset infirmitas animorum. Illa est quæ uiro indignos eiulat  
& muliebres atque humiles uoces elicit. Quid est enim oro te: cur impossibile homini censeas:  
quod sæpe olim & potuisse uides hominem & fecisse. **CDō.** Heu mihi: rursus ad historias uo-  
cor & in medio dolorum æstu uix presentium: uix mei ipsius memor ad memoriã protrahor an-  
tiquorum. **CRō.** An non ergo clarorum recordatio uirorum qui similia fortiter passi sunt mag-  
num affert in omni reorum asperitate solatiū & lenimē. **CDō.** Sentio ad imitandum rarissimos  
hortaris: gloriosa consilia sed alta nimium supraque hominem. **CRō.** Quid supra hominē dicis:  
non deorum sed hominum rationes: hominumque exempla proponimus. **CDō.** Hominum fa-  
teor sed paucorum: estque ultima & exacta raritas nullitati proxima: Non multum inter Phœnicē  
& Chimærā interesse dixerim: Illos sequor qui Chimærā nihil esse uolunt: apud alios namque  
Siciliæ mons est. **CRō.** Quasi uero imitandus tibi proponat Phœnix & non acies uiro-  
rum: quæ quo rarior: eo dignior cui similis fieri uelis: quisquis raros sequi negliget rarus esse uir  
non poterit. **CDō.** Video unum ex paucis fieri iubes: unus ex multis sum. **CRō.** Prope nul-  
lum te maluerim quam ex multis unum: Nescio enim an non esse: an stultum esse sit melius: Atqui  
plurimorum idem & stultorum e numero sit oportet. **CDō.** Ego uero nil peius esse quam nil esse scio.  
**CRō.** Nescio quid mali sit esse aliquid nec esse quod debeas. **CDō.** Ita hoc dicis: quasi quod  
uni forte accidit: debitum sit omnibus: idque ad omnes trahi uelis. **CRō.** Male ais forte: uirum  
enim non fortuita sed deliberatiua prorsus & electiua est: non casu equidem quaerenda sed  
studio. Neque ego quod uni casus dedit: ad cunctos: sed quod uirtus multis tribuit ad unum trahit:  
ad omnes tractura libentius: sed in uno etiam defatigat. **CDō.** At non omnia possumus omnes.  
**CRō.** Non poeticum modo sed pastorium est uerbum: Scio: sed te posse aliquid quod non omnes  
possint: imo iam potes uelle cupio. **CDō.** Quid heu miserum inquietas: nonne satis igitur tor-  
quet dolor. **CRō.** Quietem potius afferre & hunc tibi tortorem auferre meditor: quod nisi  
tu qui potes manum dederis: sola non possum. **CDō.** Pape: quid hoc est quod me posse ais: an  
possum dolorem non sentire quem sentio: aut malum negare quod pessimum experior. **CRō.**  
Primum non requiro: obstat enim natura: alterum ne impetrem: non natura: non ueritas: error  
solus obstitit. **CDō.** Proh superi: quorsum hæc inania quæ philosophica dicitis scio pla-  
ne dolorē non esse animi uitium sed corporis: Scio dolorē aliud esse quam perfidiam: dolere aliud  
quam furari: hæc me ut noua ne doceas satis magnam: & si nil aliud addideris: per se dolor malum:  
cuius ego non noscendi consilio sed ferendi seu quod malim depellendi egeo: noui enim nossemque  
utinam minus quid est dolor. **CRō.** Et ego dolorem rem acerbam scio: immitte: horridam:  
amaram: tristem: naturam aduersam: sensibus odiosam: sed quæ uirtutis ope non dico dul-  
cescere: quod Epicurus dixit: secum ipse dissentiens: sed leniri frangique: forsque etiam si uera animum  
uirtus armauerit aut sentiri partium aut quodammodo nec sentiri quidem possit. **CDō.** Ar-  
matus an inermis ego dolorem ualde sentio & malum græde profiteor. **CRō.** Professionem  
aliam ex te optabam. **CDō.** Si rursus ad speciosa retrahimur: delectant aures uerba mag-  
nifica: sed uera animi: quid si dolor enim corporis animi patientia maior sit. **CRō.** Quid si nullæ  
corporis uel illecebræ uel molestiæ: nulli angores stantis atque obstantis animi uiribus pares sunt.  
Quid si in omni luctamine in domino non uolens terga dederit: sed toto nisu ac bona fide restiterit: sem-  
per animus superior fuit: spiritus abiit uictor. **CDō.** Quid uero si doloris intolerantiam morbi foedi-  
tas grauat & fastidium & pudor. Quid si lepra putre corpus ac miserum inuasit. Quid hic mihi

B

C

D

E

sermo tuus iste contulerit: **CRō.** Multum sane ni respicis ostendet tibi te qui cuncta respiciens: te non uides: iubebit meminisse terreum & mortale corpusculum tibi esse non aereum neq; æternū: nec mirari quidem oportere nec indignari si putredo in terram suam: si in sedē fluxerit esse hominis: mentē & suprema eius ni rebellent ad fœlicitatem perpetuitatemq; dispositam: eiusdem partes infimas & morti obnoxias & omnis miserix capaces: Seu lepra igitur seu epilentia: seu quid his turpius aut tristius incidit: cogitandū tibi acriter in miseriarum uasculum descendisse: qđ suū erat destinatumq; illi sigulo ab æterno: contra quem lutea uasa ne murmurent admonent: qđ illud in honorem: hoc in contumeliā: uerę cū sta fragilia finxerit atq; mortalia. **CDō.** Ergo ego: te consule sine murmure & gemitu lepram feram. **CRō.** Plane me consule atq; auctore: cui si ostenderis murmur aut gemitū utilē tibi leuamēq; aliqđ mali esse uersis ultro consilijstr utrūq; permiserim seu iusserim: Q; si indignatio & querelā nil aliud qđ accessio mali sunt: quid morbo corpis addere animi morbū iuuat teq; miseriorem flendo facere & illū tibi forsan infestiozem: qui labores hominū ex alto uidet: patientiamq; considerat: quā aut remedio compenset aut premior. An uero aduersus oēs corporeas pestes: seu qm̄ noiatim unam defles parum solati: cōtra hanc ipsam est nosse lepram superficiei uitium uel coloris esse non ualitudinis aut integritatis sensuū atq; membrorum: ut Augustino uisum scimus: nec physici contradicunt: sed ut cutem penetret artusq; dilacerans in præcordia ima descendat: quod fecisse legitur Plotino ingenti Platōnico. In animā certe descendere nisi ipsa consenserit non potest qua incolumi non pluris extrinsecus corporis sui habitus apud illam erit qđ bene ualentem apud hospitem: qđ hospitij forte partes extimus uentis ac imbribus scaber sit. Quid qđ lepra possessorem suū uulgo eripit confortioq; hominū sæpe eorum quos ut fugeres recusandum nihil nulliusq; non auxilium implorandum erat ut ad calculum res redeat: multis illa corpus tædij implicās: multis animū explicuit. **CDō.** Heu quid credam rez; pessima laudanti. **CRō.** Rez; pessima nō corporis sed animi uitia morbiq; sunt: nec iccirco ego lepram sed æquanimitatē & patientiam laudo: nec indignanter nimiumq; flebiliter ferre suadeo humanar; tuā propriā rez; fortem: cum summo tibi præsertim imperatore ac philosopho Cōstantino scilicet ac Plotino de quo modo diximus cōmunem: Postremo ante oculos habere cœli dominū non lepram odisse sed uitium: Eūq; ipsum angelor; iudicem atq; hominum: de quo scriptum est: Neq; habitabit iuxta te malignus neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos: non tamen leprosos horruisse seu fugisse: sed illoz; domos adijisse atq; cōiuijs interfuisse. **CDō.** Tu me uerbis superas dolor rebus: ego autē non philosophor; nugis hac in re sed sensibus meis credo illi mihi quid renuncient scio. **CRō.** Primū quidem philosophor; aliquot ut uere ais: nugis quas nec excusare possum nec negare: philosophiæ totius grauitas non perit: quæ in eo qđ nunc agitur: ut in multis laboranti animæ una in terris tuta proculdubio arx est: Dein de nihil absurdus iter mihi amicos qđ sensuū fallaci iudicio uerę quærī: ingenio ac studio ueritas est quæranda nō sensibus. **CDō.** Heu quid me crucias & dolori meo addis tædium: proferas remedium: iam nunq; tu: nunq; philosophia tecum faciet: ut non sentiam qđ sentio. **CRō.** Mos gerend<sup>9</sup> delicato ac fastidienti ægro permittendumq; aliquid interdū: qđ per se nocuum sed utentis desiderio sit utile. Itaq; facile patiar: ut si languor: si supplicium si offensio afflictioq; corporis mala sunt: quæ incōmoda stoicis dici uidētur: honestius ipse quoq; dolor hinc oriens dici uideriq; malum: & si ita uis ingens possit: sed uirtute superabile: Vtq; iam litigio uerbi cedam: amicus noster Cicero nos reducet in gratiam. Non em̄ dolorem inquit: dolorem esse nego: Cur enim fortitudo desideraretur: sed eum opprimi dico patientia: si modo est aliquid patientia: si nihil est: quid exornamur philosophia: aut quid eius nomine gloriosi sumus: Hæc Cicero. Multa ibi præterea diuine cōtra hoc seu incōmodum seu malum in Tusculano suo: scz secunda luce disseruit quinq; diez; disputationes pari libror; numero cōplexus: quem signasse tibi locum uolui: ualet enim miris modis ad id quo nunc egēs: maxime patientiā roburq; animi: quo eneruato atq; amisso: falsæ nulgī subeunt sententiæ: & indigni uiro gemitus erumpunt. **CDō.** Nunc languori meo propius adhibes manum: docens ubi illa reperiam quæ in hoc statu stoicorum opinionibus inhumanis ac saxeis potiora & mihi oportuniora confido: qđ uis & confidendo diffidam: quia dum remedij auidus sæpe locum illum repeto ad tolerantiam doloris: nunq; mihi per me: nunq; uel Ciceronis ipsius uel cuiusq; ope uirium satis inueni. **CRō.** Ego hæc diffidentiam non reprehendo sed laudo: nemo sibi multum fidat: inq; omni difficultate non ab homine

sed a deo speret auxiliū: At nō ita ut armatos uenturos sibi de coelo deos credat: malis forsan interdum: nūq̄ certe diuinitas inertibus fauit: ut subsidio dignus sis: q̄ in te est facito: excitandus attollendus & armandus est animus: contraq̄ suos hostes in aciem educēdus.

**¶ Do.** Reliqua: nisi fallor: intelligo: unum quaro: quanam sunt hęc arma animi quę me moras: **¶ Rō.** Bene habet: Iam cōcipio spem salutis tuę. Inter asperitates enim rerum flere muliebri est: consultare autem niti: ob stare: implorare cōsiliū atq̄ auxiliū: id uirile est & ad uincēdum efficax. Arma quidem animi & bellādi artes pro diuersitate hostium multę & uarię sunt. Nec ullum philosophię munus utilius aut sanctius q̄ de his agere: quę ut reor: aliquanto magis ad uos pertinent: q̄ nosse quid agant astra: quid naturā Iuppiter inuens promittat: quid Saturno iunctus Mars minetur: quos Mercurius interpres uagus a patre fratreq̄ mores capiat: quos ab obuijs quibusq̄: unde imber & æstus: unde tremor terris: qua uī maria alta tumescant: & non nosse unde æstus ac tumor tremorq̄ ac debilitas animorum: quibusue remedijs temperetur æstus: compescatur tumor: tremor ac debilitas roborentur ac firmentur: Quo in studio & si Socratem ludat Aristoteles: idem tamē mutato fortasse animo huic rei non mediocrem operā dedit: sed hęc passim in philosophorum uoluminibus sparsa sūt: quę ignaris ingerere operosum nimis neq̄ compendij huius est: Scienti uero supuacuum: cui non doceri expediat sed moneri. **¶ Do.** Scio ita esse: neq̄ de omnibus quęrebam: sed hoc unum quę tu mihi contra hunc hostem cui nunc cōgredior dolorem arma monstrares. **¶ Rō.** Ad id tibi nec melius possum nec breuius respondere q̄ Cicero. Quærit enim ut tu: & quę sunt inquit ista arma: respōdetq̄ ilico: contentio: confirmatio: sermoq̄ intimus. **¶ Do.** Ediffere oro singula: Legi quidem hoc sæpe olim: tamē uereor ne mihi accidat quod multis solet: qui apud se legentes intelligere sibi omnia uidentur: apud alios locuturi tum demum nihil intellexisse se intelligūt. Dic si libet quę nam ista cōtentio est: **¶ Rō.** Satis id quidem si parum ultra progrediare in ipsius Ciceronis uerbis apparet: Sed ne quid me frustra poposceris: dicam idem aliter. Multa sunt animis corporibusq̄ similia: & ut nullum tantum corporis robur: sic nullus animi tantus est uigor qui nō improuiso & graui falce curuescat: Fac prouideant: erigentur: ne utrunq̄ sua moles opprimat sed deprehendat intentum: sæpe ad subitum magni hostis occursum uir fortissimus licet expauit: da spacium colligendi sese inq̄ instans discrimen animum intendendi: uenientem hostem securus excipiet uisis cæstib<sup>9</sup> pugnaturi athletę brachia uiso onere subituri illic ceruix intenditur: & illa pugnam firmius obeunt: & hoc pondus intenta fert leuius cui negligens ac remissa succumberet. Ad hunc igitur modum insigni difficultate conspecta animus contra illam intendendus est: quod si ad plenum fiat terribilium omnium uictor euadet: Alioquin incredibile dictu est: lētus atq̄ imparat<sup>9</sup> anim<sup>9</sup> q̄ paruis sæpe deijcitur: Hęc est illa animi Ciceroniana cōtētio: seu sic dici mauis intentio: quę (ad hoc enī duob<sup>9</sup> his uocabulis sensus idem) & origo: quę ut uides apud illum in promiscuo usu sunt: deq̄ unius uerbi fonte descendunt. **¶ Dolor.** Video teq̄ libens audio: sed quid est cōfirmatio: **¶ Rō.** Dicam: est in ipsis quoq̄ fortissimis animis nescio quid admixtum diffidentię & ueris imbutos falsa circumsonant: tantumq̄ coit errorum popularium ad arcem mētis expugnandā caterua ut iudiciū tenere difficile sit. Subit interdū torpor quidā: subit dubitatio: an uera sint quę a doctissimis atq̄ sanctissimis uiris de uirtute patientię: de honesti specie: de splendore glorię dici solent: an id uer<sup>9</sup> quod ab alijs disputatum uulgus probat: uacuitatem doloris optimam: pessimum dolorem uoluptatem boni finem: & ille quidē paucorum: hęc ferme omnium uoces sunt: quarum sæpe tantus est sonitus ut pauca illę uoces adhortantium audiri nequeāt: & custodes arcis exterriti omiſsa defensione fugam cogitēt: In hoc statu dubium nutatēmq̄ præsidij firmare animum oportet: ne de sentētia excidat: ut olim Dionysius Heracleotēs: qui cum Zenonis præceptoris sui de dolore sentētiā dolore uictus abijceret: a Cleante condiscipulo irrideri meruerit: Non inquam excidat sed resistat: inq̄ arrepto uestigio pedē figat: intelligēs quid in rebus uerum: quid umbratile: neq̄ laruas horreat: neq̄ clamoribus moueatur: certus dolore nihil nisi ignauiam: uirtute autem & ignauiam & dolorem & mortem & dura omnia uinci posse: Inq̄ hac sententia fixus & immobilis perseveret: promptus pro uirtute pati fortiter: quod multis cogitare terribile est: quodq̄ nunq̄ ab homine fieri posset: qui non super auri ac gemmarum speciem: super muliebrem formam & super omne concupiscibile uirtutis pulchritudinē adamasset: Hac confirmatione animi & falsę opiniones & uani metus infirmantur & acies doloris obtun-

N

ditur: Fitque quod Cicero idem uult: ut sicut in praelio pavidus miles abiectisque armis uiso hoste diffugiens saepe ipse sibi periculum fecit ubi impauido periculum non fuisset: sic ignauum animum & sensibus obsequentem sola cogitatio doloris exanimat: qui uirtute firmatus atque armatus incolumis ac doloris uictor & prope nil molesti sentiens euasisset. Patientia enim non modo animi uim augeri: sed asperitatem ipsam doloris imminui & pene ad nihilum redigi: atque hinc esse ut acerrimo in dolore recti quidam & immoti: alij etiam laeti sint: quod fieri non posset nisi animus a sensu doloris auersus: ipsam de qua loquimur firmitatem atque constantiam induisset. ¶ Me. Intelligere uideor: sed perge quid est sermo intimus. ¶ Rō. Et hoc dicam: Generosa mens aequae uoluptatum dolorumque contemptrix: & utrisque pariter cedere nescia: ubi adesse periculum seque circumuentam hostibus suis uidet: arma capit: obuiamque progrediens seque in praelium cohortas: multa secum deo suo loquitur: quibus hoc ultimo ad Cicero uel nesciuit uel non rite sciuit: non defectu ingenij sed gratiae. Tali sane colloquio ad decoris obseruantiam atque ad illa quae diximus ad incendendas uires: ad consummanda consilia nullum efficacius: Alijs tamē uerbis contra uoluptatum blanditias atque alijs contra dolorum minas esse utendum: & quibus utrobique prouidetur ad uertere scienti: quae nam uel illae blanditiae uel haec minae quaeque impares sint uirtuti: Sed quoniam horum de altero sermo erat: exemplo agam unico sed insigni: quo in reliquis omnibus instructior fias: Quis est hic in dolore sermo intimus: Meministi quibus uerbis Lucanus magni Pompeium inter carnificum gladios usum facit: Sed quia hoc pro qualitate personae a poeta fictum: & secundum ueri similitudinem animo uiri illius in eo statu conuenientibus uerbis expressum est: Exemplum uerum recensque alterum adijciam: hac ipsa aetate superat qui uiderunt adhuc multi: Sannitem illum imperterritum & inuictum senem: qui dum iussu illius cuius nomen suppressisse silentio melius fuerit: curru per ciuitatem duceretur nudus inter duos carnifices candentibus forcipibus: hinc illinc membra carpentes: populo ad tam miserum tanque indignum spectaculum lachrymante: siccis ipse oculis graui & constanti uoce sese alloquens dicebat: Quid facimur anime? Noli oro succumbere: nihil aut irascaris aut metuas: graua sunt ista sed breuia: & pro nostra aeterna ne dubites salute grauiusque supplicium hoc iubenti fuerit quam ferenti: Erige te anime & depelle formidinem: spera in deo: statim erit finis. Quibus uerbis quantam sibi cogitabis certe pectoribus audientium incredibile dictum est: quantam cum misericordia firmitatem: constantiam: securitatem: patientiam infuderit & si artius aestimanti: Non ille intimus de quo agimus sed extimus sermo esset: Nempē qui: ut dixi: a multis exterius audiretur: si haec & his similia & ab alijs in silentio dici possunt & ab hoc ipso forsitan dicebantur: Vicissim enim nunc tacebat: nunc in uoces quas diximus erumpebat. Potest & aliter ille idem sermo intimus uideri: Vnde non quo prodeat cogitanti & huius quidem secum: at cum deo loquentis in doloribus inque periculis: nullum clarius exemplum quam Iob primi: Theodosius secundi. Ille manu dei tactus atque ulceribus oblitus: quanta deum libertate iurganti similis compellet seque ardenti & querula deuotione in deum erigebat: hic cum paucis innumerabili ac barbarico circumuentus exercitu: quo feruore quibusue suspirijs ceu praesentem deum inuocet audiuisti. ¶ Me. Audiui plane & memini & exemplis doceor quid uelis gratiamque non mediocrem Ciceroni habeo: de cuius tribus exiguis granis tres ingentesque aristas messui: ex quibus cultu adhibito messis uberius nasci queat. ¶ Rō. Ita se res habet: doctorum hominum uerba praegnantia sunt: plus continent sensuum quam praetendunt: ut nihil aliud me loquente uisus es mihi dolorum & querelarum tantisper oblitus: unde elicis uahementem quoque cogitationem rei cuiuspiam honestae: atque in illam a rebus alijs quibuscumque animi totius abstractionem multum & dolori & molestijs omnibus posse remedium afferre. ¶ Me. Potest esse ut dicis: sed mihi nunc etiam multum deest ad salutem illam quam intendis animi: magnoque sum in dubio an his omnibus leniatur seu tollatur dolor: an uerba sint animos occupantia auresque mulcentia: ad dolorem nihil. ¶ Rō. Verba corporibus non medentur: fateor: nisi forsitan incantationes & anilia carmina fidei aliquid merentur: at medentur morbis animorum: quorum profecto sanitas corporeum dolorem aut extinguit aut mitigat. Nunquam si patientia nulla esset: tam multa de illa uiri doctissimi differuissent: nunquam tot huiusce rei argumenta animo oculisque & auribus haesissent: quot memoria imagines res tenes: quam multa uidisti aut legisti: quot historias audisti quibus non probatum tibi sed demonstratum esse debeat ita esse ut dico: & si non doloris omnem sensum patientia eripi: quod ipsum tamen & fieri posse & factum esse contendimus: at doloris certe uictoria

O

P

ferendiq; uiriliter uires dari. Quid uero te plus habuit. G. Marius uir litterarum inops: sed uirtutum diues militarium: an non ipse carneus atq; osseus fuit? Quid plus Mutius Pompeiusq;? Quid plus habuit Zeno: qd Theodor?: qd Theodat?: Possidoni?: Anaxarchus: innumeriq; alij: quoz; quidã seruili cõditiõ: sed aior; igenuitate mirabili oẽ suppliciũ per tulerunt: nõ modo fortiter sed iucunde: Quid si ad uestros animũ memoriãq; reflexeris: inuenies i hoc numero pueros etiã ac puellas tulisse cum gaudio: quod uos uiri sine fletu & questibus non ferretis. Sed iam de re: ut aiunt: omniũ asperrima: plura q̃ pro consuetudine dixim?: desinendũ est: dolorẽ em si non lenit uirtus: uerba non lenient. ¶ Me. Heu hinc tu me urges: hinc dolor: & cui credã nescio. ¶ Rõ. Crede nobiliori: In q̃ illud quoq; plurimum adiuuerit: meminisse summũ illud & eximium mũdi decus: eum scilicet qui diuinam atq; humanam in se unijt naturam: tot tantosq; pro te passum cruciatus: ut quã pateris illorum collatione facilia: imo uero dulcia longeq; suauia iudicari possint. Validissimũ hoc remedij genus scrutantes cuncta philosophi nesciuerunt.

## De Furore: Dialogus CXV.

¶ Me.

**A** **N**imius dolor ne furorem pariat metuo. ¶ Rõ. Obsta illi cogitationibus bonis & placidis. Quidam furõri uiam passionibus faciunt ex multis affectibus nõ sanis: uera tandẽ prodit infania: sicut ex contrarijs uera uirtus frequentatis actib; quãri habitum: philosophicum dogma est. ¶ Me. Furere metuo. ¶ Rõ. Si animi uitio ille tibi armandus: armatura animi uirtus est: at si corporis: consulẽdum succurrendũq; illi est si qua rei huius ars est ipsos apud corpoz; magistros qui phisici nuncupantur: quã si in hoc ut in multis alijs aut nulla est aut professorib; suis incognita: Ego artẽ hanc unã tibi præscriperim abstinentiam & omnis excessus fugam. Notum illud atq; antiquum: Viri sancti uirtutibus corpus ædificant: multum conferũt animo simul & corpori frena libidinum ac gulã. Multos strauit luxuria: multos oppressit crapula: multos somnus: multos ebrietas sepeluit: multorum uitã feruor atq; impetus & furibũda licentia uerũ abijt in furorẽ. ¶ Me. Timeo naturaliter in furorem agi. ¶ Rõ. Quod natura infert durum potest esse non miserum: Culpa enim caret quã miserã est radix. Quando autem prouidendi obtigit facultas unum facito: ut te furor si uitari nequit in securo saltem statu animã reperiat. Innocẽs si furere cõperis aut innocens respiscẽs aut innocẽs morieris. Nulla ætas: nulla sanãtã: nulla custodia sic innocentã conseruat ut furor: qualẽ inuenit talem reddit. ¶ Me. Furere metuo. ¶ Rõ. Heroas comites ac reginas metuis. An fastidis Herculem & Aiãcem: Hecubam & Cassandram: an ex alio genere Lucretiam spernis & Empedoclem? ¶ Me. Furere pertimesco. ¶ Rõ. Multa uaticinari solitos furentes accepimus: sic quo nullum acumen sani cãpitã peruenisset: uagus & rapidus furor uenit: Atq; hinc Graij quam uos diuinationem dicitis: a furore Mantican dici uolunt. ¶ Me. Horreo uim furoris. ¶ Rõ. Et sanos mœstos & furentes latos uidimus falsa quũs opinione: Habet & error uoluptatem suam. ¶ Me. Furendi pauor animum exagitat. ¶ Rõ. Laborum ferias quidam simulato furore quãsiere: uerus furor ferias ueras dabit.

## De Veneno: Dialogus CXVI.

¶ Me.

**A** **V**enenum timeo. ¶ Rõ. Potu abstinẽ ciboq; permiscuo: expertorum fides amico rum excubet: suspectos limen arceat: uina turbida fusca exulent: pulmẽta dapũq; permixtio: cautio adsit & sobrietas & tarditas. Præcipitatio autem absit quã & alijs & præsertim genere hoc mortis multos perdidit. Sit ad mensam lenta manus: oculus celer: animus uigil memorq; discriminis: nec tuis tãtum sed tuorum oculis atq; animis obnixus inuigila. Magnis periculis magna obstat intentio: nihil nõ turbat incautum. ¶ Me. Venenari metuo. ¶ Rõ. Operosum remediũ audisti: Vis audire facillimum: Pauper esto: ueneni metum periculumq; discusseris. Hoc siquidem mali genus humilior fortuna nõ recipit: una securitatis parens & terroz; omnium extirpatrix: medicina alia quidem optima atq; promptissima nulliq; hominum negata: multis etiam ingesta nolentibus: neq; uero efficax minus q̃ parabilis: tuta Hercle quũs amariuscũla atq; horridula: Cõprimit animi tumores: liuores diluit: bilem purgat: curat hydropisim causãq; periculorum omnium a radice conuellit: Vestrã opes plenã insidiarum plenãq; formidinum: non minus cyathos metuunt q̃ gladios: nec minus parapsides q̃ sagittas: non mensa: non domus: non cubiculum periculis suis uacat. Dubia quãlibet atq; suspecta præsentemq; uiris inten

tant oia mortē qđ in tēpestate: ait Maro: in trāquillo uobis accidit: & hoc uestrā illā tā dilectā uobis afferunt diuitiā: Paup̄tas uero prāter imerito apud uulgus infamati noīs notam tuta habet omnia. Et si quando turbā inficiā puluis ac strepitus cōquiescat: optabilia ac suauia penitus & tranquilla. Tandem ergo fictilibus & uitreis uasculis terreni homines bibite atq; edite si securi bibere uultis: ac edere aureis uasis ac gemmatis uenena miscentur. Quorsum pergis auaricia: Ipsum quoq; iam uenenum gemmas amat atq; aurum. Cōtra hanc pestem neq; Pōtici regis neq; alterius efficacius antidotum q̄ paup̄tas. ¶ Do. Venenum hausi mors prācordijs innatat. ¶ Rō. Vbi semel moriendum esse decreueris: quod decretum esse debet omnibus qui se meminerint mortales: quid refert an id sitiendo facias an bibēdo: Et rursus an tuo sanguīe madid⁹ an uino: Magnos cōpotores factiq; hui⁹ habes comites: Alexādrū: Hannibalē: Philippomenē: Mithridatem ipsum Claudium: Theramenem: Socratem.

## De metu Mortis: Dial. CXVII.

¶ Me.

A

**M**

ori timeo. ¶ Rō. Hic non timor sed cogitatus esse debet: qui si nouus incipit: nec a prima aetate tecum creuit: si per interualla rediens non assiduus fuit: improuide uixisti: Inhāsisse medullit⁹ utilissimū illud Flacci carmē debuit. Inter spem curāq; timores inter & iras omnē crede diem tibi diluxisse supremū: ut is esses: de quo idem alibi: Ille potēs sui latiscq; deget: cui licet indies dixisse uixi: cras uel atra nube polum pater occipato uel sole puro: hoc est nempe illud a philosophis laudatum: sed per paucis datum uiuere uita peracta. ¶ Me. Mori timeo. ¶ Rō. Et nasci timuisses & uiuere. Vitā limen initium mortis est: uita ipsa cursus ad mortem: seu ueri⁹ mors quā dā: uiuendo uel ad moriendum ibas: uel qđ sapientib⁹ usum est: in horas certe moriebaris. Quid nūc igitur times si mors uitam uel comitabatur assidue: uel necessario sequebatur: Illud quidē docti tantū: hoc etiā uulg⁹ intelligit: quicquid ē natum mori: quicquid moritur natum erat. ¶ Me. Timeo mori. ¶ Rō. Mori times animal rationale mortale. At qui si primū uere esses scđm ut arbitror nō timeres: Humanam quippe naturam duo hęc in unū iuncta perficiunt: Ratio scilicet & mors. Illa animā concernit: hęc corpus: sed inopia rationis metum mortis induxit. ¶ Me.

B

Mortem metuo. ¶ Rō. Nihil est metuendum quod affert necessitas naturā. Qui naturalia enim odit aut metuit: naturam ipsam oderit oportet aut metuat: nisi forte partem ei⁹ alteram amplecti licitum & laudare: respuere alteram ac damnare: quo nihil est insolenti⁹: nō solum homini cum deo sed hominibus inter se. Itaq; uel totū recipis uel totū reijcis amicū: ne si tantum grata decerpseris: nō æquus amicitiaē cultor atq; arbiter uideare. ¶ Me. Mortem horreo. ¶ Rō. Si quid in morte mali est: id ipsum met⁹ mortis exaspat. At si nihil: magnum ipse metus malum est: Stulticia est malum suū uel augere uel facere. ¶ Me. Nomen ipsum mortis exhorreo. ¶ Rō. Nomen mortis infame mortaliū fecit infirmitas. Si qđ animi uirium inesset nihilo plus terroris esset in morte q̄ in cæteris quæ per naturam fiunt. Quid em̄ magis mori timeas q̄ nasci: adolescere: senescere: esurire: sitire: uigilare: cōspirare: quod ultimum plane simillimū morti est: atq; ideo somnum alij consanguineum: alij uero mortis imaginem dixere. Neue seu poetic⁹ lepos æstimetur: seu philosophicum acumē: ipsa ueritas amici mortem somnū dixit: & semel facere metuis quo quotidie delectaris: In-

C

constantiam quidē hanc docti mirantur atq; arguunt. ¶ Me. Trita hęc apud philosophos ac uulgata sunt: delectantq; dum resonant: Interpone silentium timor redit. ¶ Rō. Immo equidem manet: nam si abijisset non rediret: & est non inficior uulgi prācordijs timor mortis innatus: Sed eruditum uirum uulgaria sapere deforme est: quem deceat ut mō dicebā: non turbā uestigia sed paucorum sequi: Nam quod de philosophis dicis: miror quid ita: cum a nautis nauigandi: ab agricolis ferendi: a ducibus bellandi consilium capiatis: uiuendi consilia a philosophis sumpta contemnitis: & pro corporis cura medicos euocatis: pro cura animi philosophos non aditis: qui si philosophi ueri sunt: utiq; & animorum medici & artifices sunt uiuendi. Nam si falsi & solo philosophiaē nomine tumidi: nō modo non consulendi sed uitandi sunt: quibus nihil est importunius: nihil insulsius: quorum abundā tior est q̄ uellem ætas hęc: cum egentissima sit uirorum: Et quoniam a præsētib⁹ prāter meras nugas nihil est quod speres: si ad prisicos reditum inuētumq; aliquid apud illos fuerit quod ægritudinē tuam leuet: noli spernere & dicere quod indocti dicunt: a philosophis ista sumis: Respondebo enim tibi cum Cicerone: Metuebam ne a lenonibus diceres: & reuera: ubi nam piscari uenariq; nisi ubi pisces ferāq; habitant in aquis atq; nemoribus?

## De metu Mortis: Dialogus CXVII.

Vbi fodi aurum: ubi gemmas legi: nisi ubi hoc nascitur: Illæ scitent in terræ uenis marisq̃  
 litoribus: Vnde nisi a mercatoribus merces: unde statuas ac tabulas pictas nisi a statuarijs  
 atq̃ pictorib⁹: Vnde demū philosophica nisi a philosophis peti iubet: Quæ & si apud illos  
 pro thesauris abdita atq̃ ab illis inuenta sint: eadem tamen ab alijs in apertum erui & uel  
 aceruatius uel clari⁹ atq̃ expressius uel breui⁹. Postremo uel aliter dici possunt audiēdi  
 similia oibus spem datura successum paucis: Ea est uis ordinis ac iuncturæ: qđ & in poeti-  
 cis elegantissime Flaccus docet: & sæpe aliter atq̃ aliē & aliqñ potēt⁹ affectura aios tanta  
 est gratia: uel notissima re narrantis: tanta uetustis nouitas: tanta lux fulgidis: tātus formo-  
 sis decor additur: quod nō hic ideo dixerim: quia alibi non possem: sed quia tu hic materi-  
 am obtulisti. Nolo enim quia ignaræ supbia mos est: semel audita nec forte itellecta dum  
 repetunt quasi trita & uulgata fastidias. ¶ Me. Acquiesco recte quidem in his monitis te  
 uersatum uideo: & si ab incepto procul: adhuc enī mortem nihilominus horreo. ¶ CRō. Sūt  
 quædā nomine & opiniōe hominū maiora q̃ re: multa horrore eminus fuerant quæ uicina  
 sunt risui: temere creditur inexpertis: Nemo ex his mortis infamatoribus compti aliquid  
 loqui potest: nihil ipse expertus: nihil ab experto didicit. Mortuū quēuis interroga silebit:  
 is cui iam rei ueritas nota est: garrīet quibus incognita & uanis augurijs astruent qđ igno-  
 rant: hinc apertissima: hinc occultissima rerum mors arcanum & cōiecturale negotium su-  
 spitionibus agitur: in dubio bonis opinionibus inhærendū tenendumq̃ potius quod iucū-  
 dum faciat q̃ quod mœstum animū. ¶ Me. Animus mortem timet. ¶ CRō. Si sibi supua-  
 cuus timor: immortalis est enim ipse: si corpori sui hostis curam gerere pietas in debita: Sin-  
 dissolui metuit: nimis carcerem & compedes suas amat stultus amor. ¶ Me. Timore mor-  
 tis exagitor. ¶ CRō. Stulti omnes mori metuūt: neq̃ id miror quibus foelicitas omīs in cor-  
 pore est: quod extingui morte non est dubium. Iure igitur boni sui finem pauidi cogitant  
 mœsti uident: Natura em̄ hominis hæc est: ut infœlix esse nolle nequeat uirū doctū cui non  
 alia corporis q̃ uilis mancipij cura est: cui in cultu animi omne studiū semp̄ fuit: oīs amor:  
 omne desiderij: omnis spes mortē corpis nō aliter q̃ digressum matutinū e nocturno quo-  
 dam in amœno & incōmodo prorsus hospitio spectare decet. ¶ Me. Mortem nō timere nō  
 possum. ¶ CRō. Posses uitæ huius exitum nō timere: si alterius ingressum sperare posses aut  
 optare: Tuus hic timor inde orit̄. Quis enim formidati uulgo exitus multæ tradant̄ cau-  
 sã: omnes tamen uitæ illius spe propolita euanescent. ¶ Me. Mortem metuo. ¶ CRō. Metū  
 hunc parit impræmeditatio maxime & inopina necessitas moriendi: in uiro docto ac sapi-  
 ente turpissima: & præsertim sene: cuius si rite doctus uereq̃ est sapiens: uita omnis medita-  
 tio mortis est: Qđ si philosophiã uisum fuit antiqua: qđ nūc noua pietati quæ summa phi-  
 losophia & uera est sapientia uideat̄: Aspice ut qui alieno imperio parent subito: longū iter  
 iussi agere solliciti & tristes raptim complicandis sarcinulis inhiant: ut queruli qđ prædictū  
 eis ante non fuerit indignantesq̃ abeunt: ut sæpe in tergum uersi: & nunc quoq̃ hoc: nunc  
 illud obliti murmurent. At qui nulla uia est longior q̃ mori: nulla durior ut perhibent infe-  
 stiorq̃ latrunculis: nulla deniq̃ obscurior: suspectior & incertior: quæ ut cuncta cessarent  
 certe irremeabilis uia est quo attentius prouidendū: ne quid obliuiscamini: quoniam hinc  
 digressis non licebit quod uiantibus cæteris atq̃ aliud quodcunq̃ iter agentibus: litteris  
 scilicet aut amicis oblita cōmittere: quæ ad suos perferant nec remandare aliquid nec subsi-  
 stere quidem nec diuertere licitum nec reuerti: Iter necessarium impossibilem reditus: Ire illo  
 necesse est militis: unde redire nō est necesse. Hoc militibus suis dux Romanus apud Sene-  
 cam: hoc dux uobis uester edicit: Itaq̃ cū oporteat ire nec liceat redire: cūq̃ itineris sit certa  
 necessitas: hora aut̄ mortis incerta: unū est remediū: ut pati aīo sitis sp̄ & uocati respondere  
 & iussi obtēperare: cōpositisq̃ oibus ad primū ducis imperiū iter illud alacriter agere: qđ  
 utiq̃ uobis aut lætis aut tristibus peragendum est: Ea res maxime & metum mortis immi-  
 nuet & dolorē: Nec securos modo sed cupidos hinc abire uos faciet: Alioquin improuisis  
 & incautis eueniet quod Bruto suo in epistolis uere olim uaticinatus est Cicero: Opprime-  
 mini mihi crede Brute inquit nisi prouideritis: sic est inquam: sic illi accidit: sic om̄ibus qui  
 uentura non prouident. Sed cum cunctis in rebus prouidentia necessaria sit: tum in his ma-  
 xime quæ amplius q̃ semel fieri nequeunt: in quibus error unus sufficit ubicunq̃ pes lap-  
 sus fuerit actum est. ¶ Metus. Valde nunc etiam mortem horreo. ¶ Ratio. Alte radicata  
 non facile diuellitur. Scio ut dixi metum mortis sensibus insitum præcipueq̃ uulgarium:  
 philosophi uero mortem neq̃ malum neq̃ bonum: eo q̃ per seipsam nec timendam diffi-

D

E

niunt nec optandam: inter indifferentia numerantes: quæ pro qualitate fruētium: nunc mala nūc bona fieri uolunt: Qd̄ illi etiam ex uestris uideo probari: qui peccatorum pessimam: preciosam uero sanctorum mortem ait. ¶ Me. Mortem metuo: mortem odi. ¶ Rō. Equidem unde hic mortalibus metus mortis: unde hoc odium miror: nisi mollicies animorum nota sit: q̄ hunc scilicet aliosq̄ degeneres augetis atq̄ alitis pauores: An non uides ut magna pars mortalium ipsum nomen mortis exhorreat: quod quid est aliud q̄ naturam propriā horrere: atq̄ id odisse q̄ natus sis: quo nihil inter homines stultius: nihil ingratius in deum. ¶ Multi autem nomen illud ægre audiunt: quod semper internam aurem pulsare debuerat. Nempe sine quo nō est qui seipsum cogitare possit: Quid nanq̄ se cogitet: nisi qd̄ est animal mortale: Quotiens in se quisq̄ reflectitur: nōne sibi ilico nomen mortis occurrit: Sed refugitis: quasi per aurem mors irrumpat: & auertitis animū atq̄ id cogitis obliuiscit: quod mox sui memoriam uel inuitis ingeret. Recusatis ecce mortem cogitare quam confestim & cogitare oportebit & pati: cuius passio facilius sequeretur si cogitatio præcessisset: Nunc simul in angustijs altera alteram exasperat. Omne enim inopinum ac subitum animā quatit. Aequè stultum est uel appetere aliquid frustra: uel uitare uelle quod neque as: eoq̄ stultius utrunq̄ quo damnosius futurū implese quod cupias: Atq̄ nil damnosius in humanis malis q̄ dei suiq̄ ipsius & mortis obliuio: quæ tria numero sic connexa sunt ut uix ualeant dissolui: At uos uestri memores uideri uultis & principij & finis imemores. Obseruasti hos qui domui suæ disponunt: uix est qui dicere audeat: cum moriar: sed si moriar: quasi in dubio ponitur quo nihil est certius. Neq̄ id ipsum si moriar clare sonat: sed si quid de me esset aliud: quid nā eēt hoc aliud quæso & nō potius idem ipsum quod de omnibus fuit: erit ue uel qui nati uel qui nascituri sunt: quibus ut uitæ: sic & mortis multa sunt genera: necessitas una moriendi: Hæc tu cupis excutere: quam nec patres tui nec ulli unq̄ reges gētium excussere nec excutient quidem. Tergiuersamini ut libet: ita uobis eueniet: ut his qui contra hostilis ferri aciem oculos claudunt: quasi periculum quod non uident: nec sensuri sint: Feriemini: moriemini sentietis: An cæci autem: an uidentes: id in uestra manu est. Optate igit̄ bene mori: quod ipsū nisi bene uixeritis frustra est: Optate. inquam & eniti mini: & quod in uobis est facite: Reliquum illi cōmittite qui q̄s in hanc uitam ultro nō uocatus intulit: egressuris non nisi uocatus & rogatus manum dabit: Non mori autem nolite optare: Non modo enim impudens arrogansq̄: sed inefficax etiam & inane uotum est. Assuescite O mortales naturæ legib⁹: & ineluctabili iugo colla submittite. Et si uos ipsos amatis: q̄ nati estis amate: non q̄ nati nō esse uelletis: Neq̄ enim natura uobis sed uos illi obsequi fas est. ¶ Me. Pauorem mortis abijcere diu quidem frustra nitor. ¶ Rō. Miror quid tam diu frustra niteris quo te debuit cogitatio prona perducere: Turpis est enim tam breuis periculi si periculum non natura & periculorum finis est mori: Turpis est inquam uiro tam momentanei discriminis tam longæuus pauor: & tot anni anxij atq̄ suspēsī ad horæ seu suspirij unius euentum. Vis ne autem mali huius ultimum remedium: uis mortis metu perpetuo liber esse: Bene uiue: uita laudabilis mortem spernit: sæpe etiam cupit: deniq̄ hæc terribilium omnium summa est. Siquidem labor: dolor: aduersitas: infamia: carcer: exiliū: damnū: bellum: seruitus: orbitas: paupertas: senium: ægritudo & mors: fortibus uiris nihil sunt aliud nisi experientia schola: campus patientia: gloria palæstra.

De uolūtaria in seipsum manuū iniectiōe: Dial. CXVIII. ¶ Me.

**M**ortem mihi conscire præpositum est. ¶ Rō. Rem unam nunc metuere: nūc optare: hæc tota constantia uestra est. Nunc tu mortem muliebriter formidabas: nunc eandē inhumane appetis: Rogo quæ nam subita mutadi animi causa est: ¶ Me. Cogor ipse mihi manus iniicere. ¶ Rō. Si cogaris iam non uolūtaria manuum iniectio est: q̄ uis dicatur: q̄ coacta uoluntas: uoluntas est: sed profecto non libera: nec uoluntas propria quæ uolendo fit. A quo autem cogaris nosse uelim. Iniici autem manus uel inuito possunt: tu tibi illas iniicere nisi uolens nequis. ¶ Me. Metus. Magnæ sunt causæ quæ me mori uelle cogunt. ¶ Rō. Magnæ fateor si cogunt: sed non cogent si uir esses. Nūc in uestram animi molliciem nihil est inualidum: uide autem an quæ sint hæc causæ rite prælagiam: Ira indignatio: impatientia: furor quidam in se uersus: obliuio deniq̄ tuipsum. Nam si te hominem meminisses humana omnia æquo animo toleranda cognosceres: neq̄ parui mali imo ne mali quidē odio maximū in malū uelles incidere. ¶ Me. Iniicere mihi manū cogor extremis malis. ¶ Rō. Non sunt extrema quæ te præmunt mala: summum illud & extre-

## De uolūtaria in seipsum manuū iniectiōe: Dial. CXVIII.

num malum quod te urget: desperatio: Ceteris enī malis aliquid: huic uni nihil potest eē remediū. Quæ sunt autē hæc extrema quæ dicis mala nisi labor forsitā & paupertas: Hæc sunt enī quæ poeta cōmemorat: de his agens: Qui sibi locū in fontes peperere manu lucēq; perosi p̄icere animas. De quorū sera pœnitētia mox adiecit: Quællēt æthere in alto Nūc & pauperiē & duros p̄ferre labores. Sunt ne autē tam grauiā mala hæc quorū primum boni omnes: forti atq; æquo animo tulere: de quo suo loco diximus: quidam sponte in super elegerunt atq; hinc gloriosi ac in æternum diuites facti sunt: sæculum uiris conuenire apud Crispum: atq; ad id nasci hominem: apud sanctū illum & afflictum senem legimus. At uos inquietissima animalia quicquid non ad nutum auariciæ uestræ fluit uestræq; libidinis iustam uoluntariæ causam mortis opinamini: tam delicata: tam præceps luxuria uestra est: ut leuibus ex causis non fortunæ tantum sed uobis ipsis irascamini: inq; ipsum deum calcitrantes impia ora laxetis: quasi quicquid id est in quo non uobis dominus uester obsequitur iniuria grauis sit. ¶ Do. Magnis malis uictus mori eligo. ¶ Rō. Tædio uitæ credo familiari uitio stultorum omnium: Sapientibus enim omnis uita iucunda est: lætam libenter: tristem ferunt patienter: & si in rebus ipsis nequeunt: patiētia delectantur: Nil in rebus lætius: nil dulcius est uirtute. Illa est quæ molesta lenit: obliqua dirigit: dura mollit ac mitigat: ardua atq; aspera quæq; complanat. Cessant querimoniæ: cessant præcipitia: Et ad summam: Sapientis uita nil serenius neq; trāquillius: Hi autem animorum fletus atq; angores: hæc nubes ac procellæ quæ in scopulos fragilē uitæ cymbam tradunt e sola stulticia oriuntur. ¶ Do. Morbi impatientia mori elegi. ¶ Rō. Stulte eligis ac superbe: Sine dominum de corpe tuo quod ipse fecit arbitrio suo statuere. An quod tibi tuo in ædificio uis licere: in quo non ligna: non lapides tu fecisti: in quo deniq; præter structuram nihil est tuum: id in suo licitum domino omnium non uis: qui non in illo tantum carnem & ossa & sanguinem & spiritum: sed cœlum & terras & maria & omnia quæ in eis sunt creauit ex nihilo: Nec dicas apud temetipsum: Corpus meū graui dolore angitur. Nec tu dominium: sed usum corporis accepisti breue ad tēpus: An tuæ luteæ dom⁹ te dñm credis: Inquilinus es: qui fecit omnia is est oīm dominus. ¶ Do. Dolore nimio cogor ut mori uelim. ¶ Rō. Hic fortassis ad experientiam dolor datur: qui si molestus est: esse poterit utilis: Si intolerabilis: longus certe non erit: Expecta domini reuocantis edictum: Cuncq; uocatus fueris: responde & nō prius. Fixa est dies tua: quam nec anticipare fas est: nec differre possibile. Præoccupauerunt tamen hanc multi: & dum paruam fugiūt breuemq; molestiam in æternas se atq; irremeabiles demerferunt. Habuitq; hæc opinio magnos auctores: Annum Senecæ imprimis: qui ad eā tam constanter: & tam sæpe reuoluitur: ut mihi quidem ueritus uideatur ne non propria sua sit: mirariq; cogat interdum unde tam tristis sententiā tanti uiri pectus inuaserit. Vtq; alia sileam quæ prosequi longum est: quadam ad Lucillum epistola: Si inutile inquit ministerijs est corpus: quid ni oporteat educere animam laborantem: De hinc paucis interiectis: Profiliam inquit ex ædificio putrido ac ruenti. Male ais o Seneca: & multa bene dicta uno polluis maledicto. Non migrandum nempe sed expectandum est: Si ne ædificium tuum ruat: ut anteq; fugias opprimaris. ¶ Do. Non possum pati quæ imminet mori malo. ¶ Rō. Ab hoste forsitā inferendam mortem quæ fortiter lata sit: turpis esse non potest: cum hæc uoluntaria non possit esse non turpis: quia contra domini superioris imperium est: contra quod nihil bene fieri potest. ¶ Do. Mori malim q̄ quæ instantia sunt uidere. ¶ Rō. Nō est uiri non posse erectis oculis utranq; fortunæ faciem spectare: muliebres est trepidos oculos auertere. Quid est autē qd̄ te turbat usq; adeo ut solius opem mortis implores: Tua ne forsitā: an tuorū: an patriæ laborantis aduersitas: Læta illa duo quidem: Nihil em̄ potest fortuna cui non possit uirtus obstare: Tertium hoc pium: sed pietate languida & inerti. Si quidem patriæ seruitus & tyranni facies morte potius repellenda q̄ declinanda sunt. Id est em̄ uiri opus: hoc fœminæ. Qua tamen in re Catonis mortem miris laudibus Seneca idem effert sua illa peculiari opinione de qua diximus. Non sic Cicero: excusasse contentus laudibus abstinet. Air em̄ Catoni: Incredibili grauitate naturæ perpetuaq; constātia moriendū potius q̄ tyrāni uultū aspiciendū fuisse: quē tñ Brut⁹ aspexit & illius poti⁹ morte tollendū q̄ sua morte fugiendū celsuit. Qd̄ q̄ bene seu q̄ male fecerit: nō laboro: Fecit tñ. Cicero autē dū Catonē exculat suæ illi⁹ sētētiæ melioris obliuiscit quā ante ānos plurimos libro sexto reipublicæ posuerat. Ea ʒo est huiusmodi: Dū Publiū Africanū minorem in cœlo cum patre atq; auo colloqui somniātem & audita immortalitate animi

C

D

E

ac foelicitate uitæ alteri<sup>9</sup> moriēdi auidū in duxisset: patrē mox inutile desiderium castigantē fecit his uerbis: Non est ita inquit ille: Nisi enim cum deus is cuius hoc templum est omne quod conspicias istis te corporis custodijs liberauerit: huc tibi aditus patere non potest: Homines enim sunt hac lege generati qui tuerentur illum globum quem in hoc templo mediū uidetis qui terra dicitur: quare & tibi Publi inquit: & pijs omnibus retinendus est animus in custodia corporis: nec iniussu eius a quo ille uobis est datus ex hominum uita migrandū est: ne munus assignatum a deo diffugisse uideamini. An non satis Ciceroniana hæc excusatum arguunt Catonem? Et plane si ab Imperatore terreno ad custodiam loci cuiuspiam deputatus non auderes iniussus te remouere: ferretq; ille hoc grauius si contrarium fecisset: quid cœlestis putas Imperator: cui tanto plus obedientiæ debetur: quanto maior deus est homine? Fuit nuper prisca uirtutis Stephanus Columnensis: non hac solum sed omni ætate uir clarissimus futurus: hic ab ingenti illo suo hoste cui potentia impar erat obsessus: turrim ubi plurimum periculi uidebatur: uni suorum conseruandam certus de illius fide cō miserat: quæ dum cuniculis suffossa latentibus tremeret ac ruinam minaretur: fugientib<sup>9</sup> socijs atq; hortantibus: ut salutis suæ descendendo consuleret: cum iam nihil utilis mora esset: sibi uero periculosa etiā & funesta: Nō descendā inq; nisi ille me reuocet a quo hic positus fui. Id dum Stephano nunciatum esset: & ipse illi metuens atq; eū reuocaturus accurreret: turris fundamentis fatiscens magno corruit fragore: Sic fidelis custos oppressus est: quem uix erutum ruinis dominus suus mœstus ac lachrymans sepeliuit: Eumq; dum uixit & pie desiderauit & fidem eius sæpe meritis laudibus in familiari colloquio prosecutus est. Quid his uerbis uelim uides: Talis enim tibi cōmissi corporis custos esse debes deo qualis hic: Credite sibi turris domino suo fuit: Fuisse tamen nihilominus nō me latet mortem Catonis illa ætate laudatam a multis ac opinione hominum gloriosam. Notumq; est illud Iulij Cæsaris: qui dum uictor Vticam pperaret: ubi ille se peremerat: audita ei<sup>9</sup> morte: Cato meæ gloriæ inquit inuidit: & ego suæ inuideo: Præclarum aliquid haud dubie uidebatur cui uir maximus & gloriosissimus inuideret. ¶ Do. Quid igit obstat mihi aut qd prohibet sapientis uiri mortem inuidiosam summo hominum & excusatam sapientibus ac laudatam sequi: uitæq; difficultates innumeras auxilio spōtanæ mortis euadere? Mori uolo. ¶ Ratio. Vide ne te inanis spes rerum fallat. Sunt nempe alij q; pares eloquio: nihil ad rem at certe sententia potiores: qui Catonis hanc mortem neq; laudent neq; excusent: sed grauissime reprehendant. In quibus Augustinus scrutator ueritatis acerrimus: nō hanc fuisse illi arcessendæ mortis causam: disputat: ne sub Cæsaris imperio uiueret cū filio suo: cum ipse auctor fuerit. Ad Cæsarem cōfugiendi deq; illius clæmentia sperandi omnia nec sefellit: Quod si turpe credidisset: non filium secum uel ueneno uel ferro uel morte quolibet ab eiusmodi turpitudine liberasset: Cū Mælius Torquatus sit laudatus q; filium ipse suum qui contra patris imperium pugnasset ac uicisset: occiderat. Neq; enim turpius dici potest procacis hostis esse uictorem q; superbo parere uictori. Quid ergo Cæsarem dignū iudicauit qui filio uitam daret: at qui sibi uel indignum censuit uel inuidit? Et ad summam mortis illius solam causam fuisse deprehendit inuidiam: quod nec Cæsar ipse dissimulauit ut modo diximus. Aliud enim timere quid poterat: aut quid principem non tulisset: a quo pridem cōsule curia eiectus fuerat: & coniectus in carcerem: & qui se tāta tanq; præsentī in iuria nō occidit: quo inani metu: qua se falsa opinione superbiæ aut crudelitatis occiderit. Quid tam horrificum uultus Cæsaris habuit ut esset morte etiam fugiendus: uiri omnium nō tyrannoz modo sed principum clāmētissimi atq; mitissimi: & si potentior nullum: multos certe ferocios sua ille uiderat ætate: Immo uero nullum uiderat mitiorem: Iure igitur alter quidam scriptor egregius & fide clarus & eloquio: Mihi inquit Cato uideet causam quasisse moriendi: non tam ut Cæsarem fugeret q; ut Stoicorum decretis obtemperaret quos sectabatur: suumq; nomen grandi aliquo facinore clarificaret. Cui quid mali potuerit accidere si uiueret nō inuenio. Gaius enim Cæsar ut erat clāmēns nihil aliud efficere uolebat etiam in ipso belli ciuilibis ardore q; ut bene mereri de republica uideret: duobus optimis ciuibus Cicerone ac Catone seruatis. En tibi alia præter inuidiam causa moriendi uanitas stulta: utraq; nec Catone digna: neq; illa prorsus anticipadæ mortis sufficiens causa est. ¶ Do. Mori malim q; sic uiuere. ¶ Rō. Quid scis an hæc tibi tam tristis uita multis optabilis: multis inuidiosa sit? Sed impatientia res cunctas exasperat. ¶ Do. Mori opto. ¶ Rō. Ut timidus metū mortis: sic desperatis uitæ odiū extorquere difficile est: Vitā

F

G

# De Morte: Dialogus CXIX.

tamen æquanimiter perferendā: mortē fortiter expectandā: hæc nostri remedij sūma sit.

De Morte: Dial. CXIX.

¶ Do.

**M**orior. ¶ Rō. Ad extrema peruētum est: iam nec mortem metues nec optabis: de quibus duobus totidē me proximis tractatibus fatigasti: iam præterea nec dolebis: nec corporis animiq; defectibus subiacebis: nec rerū tædijs aut morbis aut senio aut hominum dolis aut fortunæ uarietate lassabere: quæ si mala sunt: mali finis utiq; bonus est. Tu pauloante de his omnibus querebaris: nunc eorundem de fine conquereris: uide ne sis iniquus: unam rem qui simul doleas esse & finiri. ¶ Do. Morior. ¶ Rō. Iter patrum: imo omnium latum tritumq; iter gradieris: Solus ne tibi nescio quid aliud demum maluisses: Perge autem: non est aberrandi metus: tot sunt uia ducēs comitesq;. ¶ Do. Heu morior. ¶ Rō. Si quis est quem flentem mori deceat ridere dedecuit uiuentem: cum instare semp; supra uerticem uideret unde mox flendum sciret: risum illum haud dubie fletus hic nō longo seiunctus spacio sequebatur. ¶ Do. Morior. ¶ Rō. Non est ferēdus qui sui generis sortem luget: non moreris utiq; nisi mortalis esses: Sin id defles q; mortalis sis: non est flendi locus: ubi esse desinis qd inuitus es: flendum erat ab initio dum inciperes esse qd nolebas: nunc gaudendum: esse enim incipies immortalis. ¶ Do. Morior. ¶ Rō. Omnes hi qui lectulum tuum modo ambiunt: omēs præterea quos uidisti unq;: omnes de quibus audisti aliquid aut legisti: & quantula ea pars hominum est quam nosse potueris: omnes omnino qui uel olim nati sunt uel omnibus terris ac sæculis nascuntur: iter hoc egerūt acturiq; sunt. Cerne animo longam præcedentium lōgamq; sequētium cateruam: comitum q; & hac ipsa hora tecum simul obeuntium: non paruum numerū pudebit credo sortem publicam priuatis urgere querimonijs: dum ex omnibus uel unum cui inuideas nō uidebis. ¶ Do. Morior. ¶ Rō. Hoc est impassibile fieri & iugum fortunæ pariter ac mortis excutere: Geminum ingens bonum: quod uiuēti nulla unq; prosperitas largiretur. Cogita autem quāso quot tibi & q; graues curæ qui superant labores: Si nō dicam infinitam: sed annorum mille qui unius iam præteritæ diei spacio comparantur certam uitam accepisses: quod optime æstimabis: si huius breuis ac fugacis & incertæ uitæ tædia: proq; hac totiens susceptos labores molestiasq; memineris. ¶ Do. Morior. ¶ Rō. Ita mortem fletis O mortales quasi magnum aliquid uita esset: quod si esset magnum aliquid: muscæ haberēt & araneæ & formicæ. Si semper beneficium uita esset: semper maleficium esset mors: quæ magnum beneficium est interdum: dum uel ab intolerabilibus malis: uel ab his quæ summa sunt mala peccatis instantibus animam eripit præseruatq;. Atqui ut magnum aliquid inter uos sola est uirtus: sic si per se spectetur uita hæc: miseriarum innumerabilium officina est: quā qui claudi dolet: is ferias respuit malorum & quietem odit: quam qui appetit laboriosæ finem uitæ cupiat necesse est: Quādo nullus alius est uel laborū uel malorū finis: quid fles igitur? Dies adest qui si traheretur uotis erat optādus: & fortassis ut res hominū sunt & fortunæ uis immanisa & insultus uarij: sæpe etiam uotis optatus est tibi. ¶ Do. Morior. ¶ Rō. Immo e terrea & caduca domo ad æthereum atq; æternum migras habitaculum: & in limine pedē habens moestus auelleris atq; inuitus: & nescio quid retro anxie respectās: an sordiū quas dimittis oblitus: an bonorum ad quæ pergis incredulus. Profecto si qd pauloante dicebā: & quod magni dixerūt uiri: uestra quæ dicitur uita mors est: Illud est consequens: ut eius finis quæ mors dicitur uita sit. ¶ Do. Morior. ¶ Rō. Rex te tuus carcere liberat: iam uincula frangunt quæ fecisse mortalia pium patrem libuit. Idq; uel maxime ad illius misericordiam pertinere: & Plotino uisum: & uestris approbatū sciens: quid queraris nescio. ¶ Do. Morior. ¶ Rō. Vocat te rex tuus foelix nuncius. Sæpe est em nec uidetur faustum quod inuitis acciderit. Consensum adhibe: tūc sentire incipies q; bene tecum agitur: hic quem metuis carceris exitum & malæ uitæ reputans & mortis bona præfagiēs: quasi olor ille Socraticus diuinationis particeps & ob id sacer Apollini moriendo cantabis: si non uoce saltem animo: Et nisi qd absit graue nimis in expiato: te criminū pōdus præmit: quod fecisse Vespasianus corpore legitur: tu facies mēte: ut assurgas moriens: nec te dignum censeas iacētē mori: neq; minus hac in parte tibi tribuas q; ille sibi q; non ut ille sis princeps: Mors enim nescit imperium: Principes non agnoscit: adæquatix optima: Multa forsan in uita: certe in morte nihil illi licuit qd non liceat tibi: quin & plusculū diuinæ opis tibi ni respuis affuturū spero: nō quia tu melior: sed q; tu gratuito dei amore foelicio: q; negata magnis & sapientibus abscondita cōcessit paruulis & reuelauit indoctis. Adde q; tum utilius: tum

A

B

C

D

## De Morte ante diem: Dialogus CXX.

facilius tuum erit assurgere. Illius enim conatus corporeis uiribus egebat: quas morbo extenuat: mors extinguit: tibi ad assurgendum non nisi animi uiribus est opus quæ uicinia sæpe mortis augent. ¶ **CD**o. Morior. ¶ **CR**ō. Quid in tuto trepidas: quid in plano cespitas: quid in prono hæsitās: Non tibi ingeram quæ hoc loco disputant philosophi: Multa sunt enim quæ morientis occupatio & angustia temporis non admittunt: debuit tibi profunde admodum hæsisse quicquid ubiq; de hac re ab antiquis philosophis disputatum ē: Vt enim ipsi idem uolunt: asperarū rerū omnium remedia superuacua facere potest rara quidē: sed in finem rara prosperitas quæ aduersus mortem differuntur: ea semper utilia semperq; necessaria: ut sint moriendi non fortuita sed naturalis & inuicta necessitas facit. Inter cæteros sane multa & ualida in Thusculano ipso: cuius supra memini prima luce recolligit Cicero: quæ nisi olim didiceris: nunc docendi spacium non est: quibus efficit siue in malis sit qui moritur: siue in bonis esse uideatur: quia tamen ex quo fortunæ iaculis patet omnis hominum status: a malis eū non a bonis morte discedere: qđ acer quisq; humanæ obseruator reꝝ haud dubie ueꝝ sentit. Morte igitur non offensum se: sed sibi consultum iri existimat: iam late illam cogitans & cum uenerit uisurus ut liberatoris sui nunciam seu ministrum: & cum transierit respecturus: ceu fenestram unde mundi laqueos & carcerem carnis euaserit. Illud Cicero idem disputando consequitur: seu perit animus seu trāsfertur: ut uel mali nihil: uel boni plurimum sit in morte: argute fortassis apud suos: apud uos nempe non philosophis modo sed ne uulgo dubiū: credo Hercle: nec apud eum ipsum de quo sæpe loquimur Ciceronem: quod magnificentissime multis testatus est locis: sed uel sui collocutoris: uel illius æui diffidentia seruebat. Ad summam igitur sic teneto ut scias immortalē esse animam: quod non solum concursus uestre gentis opinio: sed philosophorū omnium excellentissimi tenuerunt: Nulla tibi spes in occasu aia quæ natura talis est ut mori nequeat: neq; hinc fidas nil mali superesse post obitum qđ nulla sit futura anima quæ pati possit. Sed quia creator animæ ipse est mitis: ipse pius ac misericors: opus suum non despiciet sed ueraciter inuocantibus prope erit. In illum preces: in illum uota: in illum spes ultimæ ferantur: in illius nomen extrema desinant suspiria. I securus: nihil timeas: natura parens benignissima nihil fecit horrificum: mortem formidabilē error facit hominū non natura rei prouida: Si quid magnum uoluis animo: si quid altum struis: humiles & septras uulgi uoces actaq; despice: uerum illos suscipe quorū imitatio ad ueram gloriā uia est: Apud nostros quidem late folliciterq; morientium: innumerabilia sunt exempla. Sin antiquiora perquirimus: multi occurrent: qui mortem non modo ferant fortiter sed afferant: quod in Marco Catone: sicut modo diximus: Marcus Cicero excusat: Seneca autem & laudat: Nobis uero neutrum sat probatur: sed seꝝ minus: quia tolerabilius est errorem excusare qđ laudare: Nos utrunq; rejicimus: quoniam ut uocatū respondere & reuerenter parere laudabile: sic imperatoris iniussu cōmissa de custodia & corporis statione discedere capitalis est habenda defectio: & uel exilio graui: uel summo plectenda supplicio. Sciens repeto ut altius imprimā: Abunde enim: nisi fallor: hæc omnia superior tractatus explicuit. ¶ **CD**o. Morior. ¶ **CR**ō. Immo carnis tributum: naturæ debitum persoluis mox futurus liber: fac libens quod uel nolens faceres: & ut bene ait quidam: mortis hortator cupias quodcunq; necesse est. Non est utilius immo quidem non est aliud in necessitate consilium: quicquid sit a uolēte fit leuius: & desinit esse necessitas si uolūtas accesserit. ¶ **CD**o. En morior. ¶ **CR**ō. En te dominus præstolatur: Accelera ne titubas neu cuncteris: pone suspirationes: non tu tibi charior es qđ illi: Quis uocatus ab amante diffidit: Adhuc forte miraberis timuisse quod optandum esset. Multa iam solutus scies quæ uinctus nullo unq; studio didicisses: usq; adeo ut arcana rerū nosse uolentibus: ad quæ mortali uelo obsita acies uestra non penetrat: quæ profecto cupiditas naturalis est homini: sed uæhementior studioso: nil morte melius putem: nilq; qđ breuius ad optatum ferat. ¶ **CD**o. Morior. ¶ **CR**ō. Immo obdormis uitæq; fessus ut arbitror requiescis. ¶ **CD**o. Morior. ¶ **CR**ō. Vade in æternam requiem: nunc primum uiuere incipis. Bona mors initium est uitæ.

## De Morte ante diem: Dialogus CXX.

¶ **CD**o.

**A**

**Q**uid qđ ante diem morior: ¶ **CR**ō. Ante diem nemo moritur: Sed non omnibus dies idem: Immo ut uates ait eximius: Stat sua cuiq; dies: ad quam quisq; cum uenerit metham attigit. Et quoniam nec redire datum nec subsistere: transeundum est. ¶ **CD**o. Ante diem morior. ¶ **CR**ō. Posset id uerum esse si in diem debitor fuisses: purus

## De Morte ante diem: Dialogus CXX.

debitor semper debet: Semper itaq; nutum sui creditoris obseruet: & semper in numerato habeat quod debet. Habet autem semper: dum mortale corpus habet: nullo mutuo: nullo opus est scœnore: domi habet: Immo quocunq; ierit secū habet: & ut dicit in manu habet unde se liberet: quo soluto nil naturæ amplius: & nil iam cœlestibus ullis debet: ut Virgilius ait. Pone igitur hanc querelam: Ante diem non reposcī qđ omni debet die: quin ꝑ eo qđ dicebam gratias age: quia scilicet ad id debitum nec prece: nec possessione: nec pignore: nec usura indiges: qđ ultimū dixisse fertur Spartanus ille uir fortis incognitus sed dignus agnosci: cum ad mortem ductus: ob hoc ipsum imperterritus iret atq; alacer: qđ capite suo satisfacere Lycurgi legibꝰ posset. ¶ Do. Morior ante diem. ¶ Rđ. Nō intelligo quid sit ante diem mori: nisi quod uulgo dicitur: Ante lucem: seu cum primū elucescit: quæ exercitijs eius quam nunc agis animæ aptissima hora est: Alioquin quis omnino hominū ante suū diem moritur: cum ille sit suus dies in quo moritur nō alius? ¶ Do. Ante tempus morior. ¶ Rđ. Neq; ante tempus neq; post tempus: sed in tempore morieris: nisi sic forte tēpus accipis quod tu tibi: non natura seu fortuna præfixerat. Ante illud enim sic non mori potes: sicut nec post illud uiuere. ¶ Do. Morior ante tempus. ¶ Rđ. Quis nisi amēs queritur ante tempus absolui uinculis & carcere relaxari? Lætandū Mediūsfidius si ante tempus accidisset: sed nec accidit nec accidere potuit: suum tempus habent omnia: hic te terminus manebat: hic metham fixerat qui te ī hoc uitæ stadium induxit: Si de hoc sine quereris: & de alio quolibet queri posses. ¶ Do. Cito morior. ¶ Rđ. Cito natus eras: Non moritur cito qui iam senuit. Q; si nō senueras: cessat altera pars querelæ: q̄uis si portio uitæ ultima est senectus: non senuisse non potest quisquis moritur. Sed intelligo senectutem ut uulgo: annoꝝ congeriem multorum: cui non ut reliquis finis est alius q̄ mors: de initio discrepant uarijs sententijs: sed pro uiribus senescuntium proq; ualitudine corporum atq; animoꝝ habitu ad concordiam redigendis. Tota deniq; res huc redit: ut uel mortis incusare celeritatem de sinas: uel molestias uitæ prolixioris quæ de mortis ipsius tarditate proueniūt: Sed uos uobiscum dissidentes nec mori uultis nec senescere: cum utrunq; certe uel alterum sit necesse. ¶ Do. Amplius uiuere poteram. ¶ Rđ. Immo certe nō poteras: Nam si posses: puto uiueres: Sed hoc dicere uis: uolebā seu sperabam: Et ut est animus mortaliū uitæ audus: spei credulus: utrobiq; perfacile tibi assentiam. At si dicere uis: debebam: quia pauculos adhuc dies uiuere ætati non indebitū uideretur: nō æque consenserim: Quidam enim serius obuenit: multi ocius: nūq; nullus: hæc inter nihil in cōe. puifum: nisi ut oēs mortales una lex teneat: unum mortis imperium: alio tamē atq; alio moriendi genere diuersisq; uitæ spacijs: sic rei unius modus multiplex tempusq; peruarium est. Aequo animo igitur quisq; suum mortis genꝰ: suum diem mortis expectet: nec auiditate uitæ: nec fastidio qđ indocti ingratiq; omnes faciūt: de naturæ legibus queratur aut litiget. ¶ Do. Modicū uixi. ¶ Rđ. Nul- lus tantum uixit ut non sibi modicum uixisse uideretur: & est plane modicum quicquid hic uiuitur: Ita q; si diu uiuere delectat: uitā illam quærite ubi semper uiuitur: quæ & si hic nō sit: tamen hic quæritur. ¶ Do. Vixi modicum. ¶ Rđ. Quid si plus uixisses: nunquid ideo nō uixisses modicum? Spacia uitæ huius imparia & incerta sunt: unum omnibus est cōmune: cuncta sunt breuia: Vixit aliquis octoginta annos: quid hic quæso plus habet q̄ qui octo? Verte acriter te in te nec te fallat uulgi furor: quid plꝰ inq; habet qui diutius uixit: nisi forte curas laboresq; & dolores & tædia ac peccata in lucro ponitis: Aut quid plus haberet si uixisset octingentis? Est in expectatione fateor plusculū aliquid: At cum spaciū utrūq; transferit: mihi crede: nihil inuenies quo plus uixisse foelicius sit. ¶ Do. Morior dum bene agere cogitabam. ¶ Rđ. Quid agere cogitabas nec agebas? Sic forsitan in perpetuū cogitasses. Sūt qui bene agere semper cogitent: nunq; tamen incipiant. Q; si bene agere cœperas: ne dubites: q̄uis boni operis finem mors præuertat apud cæca hominum iudicia fortasse aliqd sed spernendum: apud infallibilem rerum æstimatorē nil tibi subtrahitur: integre merces tua est: non actuum modo sed uotorum. ¶ Do. In medio rerū apparatus morior. ¶ Rđ. Hoc non mortis sed moriētium culpa est: qui breuissimam uitæ telam: tum maxime ordiuntur dum præcidenda erat: qđ nisi sic esset non tam sæpe in expletis uitæ muneribus morte præuenirentur: sed expletis ac transactis uiuerent: qua profecto nulla dulcior uita est: Hanc tamen dulcedinem non tam uitæ breuitas q̄ uiuentium torpor hominibus eripit: quibus nulla ideo longa est uita: quia quantumcunq; sit temporis nunq; uiuunt: semper uiuere meditantur: & iam senes inter noua uitæ consilia fluitantes celeri sine serum

B

C

D

## De Morte uiolenta: DIALOGUS CXXI.

**E** principium antecedunt. **CD**o. Morior dum magna pararem. **CR**o. Hoc multis magnis uiris fereq; omnibus accidit. Fallunt homines cum in multis: tum in morte precipue: quā uenturam nemo est qui nesciat: dilaturam sperant: & abesse procul fingunt sibi quā uicinā semper hinc uitā breuitas & fuga temporē facit: hinc fortunā uis & casuum humanorū circumfusa uarietas. Et o cecitas mira: q; quid uobis sit sperandum in alijs saltem aliquando non discitis: Sed sic est: ægre ad amaras cogitationes anim<sup>9</sup> redit: Ita q; dum sibi quisquis lōgissimū uitā spaciū spondet: dumq; uel æuū Nestoris: uel ut ait Cicero: Metelli fortunā sperat: deniq; dum se quisq; prædilectum naturā filiū credit: de primordijs agitates finis occupat: & multa deliberantes improuisa repente mors aggreditur medioq; intercipit apparatus. **CD**o. Viridi morior ætate. **CR**o. Vt nil in hoc aliud boni sit prouisum tibi ē saltē sentio ne marcescas. Senectus em̄ q̄uis non sit grauis: ut apud Ciceronem ait Lelius: utq; a nobis supra disputatum est: aufert tamē eam uiriditatē: in qua quidē: ut Scipionem ille: sic tu nunc etiam & te fuisse cōmemoras: multis tu fortasse desiderio: nulli iam fastidio futur<sup>9</sup> sis: q; in lōga ætate uitare quāralibet uirtute subdifficile est. **CD**o. Iuuenis morior. **CR**o. Nosti quid in uita passus fueris: quid passurus ignoras: & mihi crede in hoc tā uario tanq; immiti fortunæ regno qui præmoritur comitē fallit. **CD**o. Morte præpedior ne cœpta perficiam. **CR**o. Iuste id quidem: agitis enim semper quæ pegisse pridem decuit: peractiq; nihil est: hoc maxime uobis grauem mortem facit ac miserā: Et si quidem absq; tua culpa cœpta peragere nequiuisti: sufficiat uoluisse. Sin p̄ ignauitā distulisti: displiceat neglexisse. Q; si forsan hæc lamētis causa prætendit: uere aut̄ nihil aliud q̄ uitæ prolixitas & dilatio mortis optat̄ inanis: licet publici uoti tandē te uel sero pudeat: Audite tñ me mortales usq; adeo uitæ cupidi: quæro ex uobis sequestrato uirtutum exercitio: quid om̄ino aliud uita hæc q̄ segnis & inutilis mora est: quæ quātā lacunq; fuerit nequit nō esse breuissima. Dictū ergo placet illius cuius Augustinus meminit: quē in extremis agētē cū amici solarentur ac dicerent: ex eo morbo q̄ minime periturū esse: Respondit: si nunq; bene: at si aliquādo cur non modo: **CD**o. Interruptis rebus morior. **CR**o. Si ad mētem redeunt: aut rebus gestis aut ingenio clariore: magna pars in expletis opibus obiere: paucis in hac breui uita contingit ut concepta seu iam incepta perficerēt: Tu uero quoniā cōmuni hominū more has te in angustias impegisti: nec præterita retractari possunt: unam hanc emergendi uiam arripe: non ut ad multa interrupta flebiliter inutiliterq; respicias: sed ut uiriliter qd̄ unum restat expectas: bene mori.

## De Morte uiolenta: DIALOGUS CXXI.

**CD**o.

**A** **S**ed uiolenta morte pereo. **CR**o. Si nolens moreris: uiolētā mors oīs est: at si uolēs nulla. **CD**o. Per uim morior. **CR**o. Si quidem uitæ uis aufertur: quid iterest ferbris: an gladius: dū libere egrediare: quid refert: an ergastuli tui fores sponte pateant: an frangātur: **CD**o. Vi morior. **CR**o. Multæ sunt species mortis sed mors una: quæ an uiolētā sit: an nō: moriētis arbitriū est: uim uis maior superat: cōsensus extinguit. Sapiens sic instructus est: ut quibus nō potest obstare cōsētiat. Quid tu inquires: Percussori meo ut consentiā iubes: quidā non consenserunt modo sed gratias egerunt: Inuentus est qui percussorum suorū ignorantia excusaret & supremo illis anhelitu ueniam precaret: Neq; ego te cruento cōsēntire carnifici iubeo sed inuictæ sorti: cui qui non sponte paruerit ui parebit. **CD**o. Morior hostili manu. **CR**o. Quid tu igitur amici manu mori posse credideras: quādo id tibi nisi ab ignorante contingeret: **CD**o. Hostili dextera pereo. **CR**o. Hostiles euadis man<sup>9</sup>: Ille dū iræ suæ obsequiū libertati tuæ cōsulit: ptāti suæ detrahit: nilq; ampli<sup>9</sup> in te pōt. **CD**o. Hostili manu occūbo. **CR**o. Sati<sup>9</sup> est sub iniusto hoste p̄cūbere q̄ sub iusto rege. Illic enī occisoris est crimē: hic occisi. **CD**o. Hostili ferio manu. **CR**o. Quid tua magis iterest q̄ dextera q̄ q̄ gladio feriare: Nō de manu sed de uulnere querit: q̄uis & Pōpei<sup>9</sup> manu Cæsaris feriri pro mortis solatio uideatur apud Lucanū optare: & apud Statium Cæpæus Ipseum: apud Virgilium Aeneas Lausum: Camilla Ornithū: q̄ illorū manu occidantur cōsolentur. **CD**o. Ferro morior. **CR**o. Cōmunis tibi cum maximis fortuna: cūq; optimis uiris bona pars eorum quos uel præsens uita fœlicissimos habuit: uel æterna sanctissimos habet: gladio periere: quos si numerem non breuiloqui monitoris: sed longi opus erit historici. **CD**o. Gladio pereo. **CR**o. Alij aliter: quidam laqueo: quidam lapsu: quidam unguibus leonis: aut apri dentibus: multis ferri copia defuit dum optarent gladio perire. **CD**o. Ferro ferio. **CR**o. Quid scis an maiori exitio subtraharis: quodq; miserimū

## De Morte ignominiosa: Dialogus CXXII.

censes: grauioris miseræ fuga sit. Dixi supra ut Plotinum alterum a Platone philosophiæ  
 decus pestilens lepra percussit: Id non dixi: ut alterum ab Homero poetici Graiæ lumē Eu  
 ripidem canes moribus lacerarunt. Lucretius uestrorum uatū primo proximus: cui tam  
 multa Virgilium auferre non puduit: amatorio poculo accepto in morbum rabiemq; com  
 pulsus: gladio ad postremū pro remedio usus est. Herodes rex Iudeæ tam fœdo morborum  
 agmine circumuentus interijt: ut compediōsior ferri mors inuidiosa sibi esse potuerit: utq;  
 auguror fuerit Romanus princeps Hadrianus morbi tædio uictus: impatientiam doloris  
 ferro abrumpere si licuisset optauit. Magnum quendam uirum hac ætate uermes toto sca  
 tentes corpore: mures alium exedisse narrantur. Inter tam multa ludibria humani corpo  
 ris: si electio tribuatur: quis imbecillis adeo ut non ferrum ambiat? **CDō.** Ignibus pereō. **D**  
**CRō.** Quidam animæ uim naturamq; igneam extimantes: id facillimū mortis genus opi  
 nati sunt. **CDō.** Flammas absumor. **CRō.** Vermibus ereptū corpusculum nō putrescet.  
**CDō.** Fluctibus obruor. **CRō.** Piscibus cōuiuū: bustum tibi amplum nobile nitidū. Et  
 qd refert corpus terreū: terræ reddas an pelago? **CDō.** In freto morior: **CRō.** Nō ubi sed  
 qualiter moriaris ad rem pertinet: ubiq; bene mori licet ubiq; male: Non in loco sed in ani  
 mo est quod fœlicem mortem facit aut miseram. **CDō.** In mari pereō. **CRō.** Per sua sum  
 multis scio in mari miserum mori: q; æthereus atq; ardens spiritus suo contrario uideatur  
 opprimi: Sed ut dixi nihil locus ad miseriam: animo totum. Itaq; de hac re nautæ nescio cu  
 ius respōsionem probō: quem cum quidam interrogasset: ubi nam pater eius obiisset? In  
 mari inquit. Cuncq; idem ille de auo & proauo atq; attauo nominatim ex ordine quæsiuit  
 set: respōsumq; idem de singulis accepisset: Inulit: & nūquid tu inquit mare ingredi non ti  
 mes? Respondit nauta dissimulās: & ubi nam tuus obiit pater? Suo ait in lectulo: ubi auus  
 inquit: & is ait & proauus & maiores mei omēs suis in lectulis obire. Tum nauta: Num tu  
 inquit tuum non times in lectulum ascendere? Elegāter quidem aliquantopq; plus q̄ nauti  
 ce. De morte igitur natura uiderit quæ mortales fecit: at de genere mortis: de loco: de tem  
 pore uiderit fortuna. **CDō.** Veneno morior. **CRō.** Comitibus illustres pridem dum de  
 hoc uno agerēt exposui. Regia quidem mors est gladius: sed uenenū magis. Et ad summā:  
 Ridiculū ualde est ubi de morte decreueris: de instrumentis esse anxium.

### De Morte ignominiosa: Dial. CXXII. **CDō.**

**S**ed ignominiosa mors est. **CRō.** Mortem ignominiosam facit non gen<sup>o</sup> aut qua  
 litas sed causa supplicij. **CDō.** Ignominiose morior. **CRō.** Nemo bono male mo  
 ritur: nemo malus bene. Honestam mortem non funeralia: non ministri: non pur  
 pureæ faciunt exuuia: non inuersi clypei atq; enses: & flens dominum familia: & uulgi cla  
 mor ac lamenta: & mœnore uxor insignis & pietate filij: & deiecta ceruice ante feretū nigro  
 indutus: ac lachrymis grādibus humens & homo: nō postremo funereus laudator: & ima  
 gines aureæ diuitis sepulchri: defunctiq; titulus uicturus in marmore donec sua quoq; li  
 cet sera lapidibus mors sit: sed uirtus & clarum meritis uiri nomen: non uulgaris egens au  
 ra: sed suapte eminēs maiestate: quod non præceps & cæcus fauor hominum: sed rerum se  
 ries & innocens uita pepererit: atq; usq; ad mortem ueritatis & iusticiæ suscepta defensio:  
 Interq; medias mortis minas imperterritus atq; infractus animus ac generosa fiducia. Cō  
 tra his decoribus honestam mortem: quis ignominia quæso loc<sup>o</sup> est: aut quomodo turpi  
 ter mori potest qui sic moritur? Seruilem in modum uirgas adhibe & tortores & laqueos  
 & secures: fige cruces & rotarum radios attolle & quadrigas in diuersum age lacera huc &  
 illuc membra rapturas: Adde ignes & craticulas prunis impositas atq; oleo uasa seruētia:  
 & ferarum dentes fame armatos: Adde uncōs & gemonias ac tracta per uicos laniata ca  
 dauera: & quicquid iniuriæ atq; opprobrij: seu uiuum: seu exanime corpusculum pati po  
 test: Dura mors fortasse uidebit: ignominiosa certe nō fuerit: Immo uero nōnunq; eo cla  
 rior quo durior. Itaq; apparat<sup>o</sup> hic exterior & tumultus: & tubæ: & carnificum truces uul  
 tus & irata uox tyranni: nihil profus ad rem: intra teipsum te reflecte: ibi te quære atq; ex  
 cita: omnibusq; quæ supersunt animi uiribus ad extremos casus accingere: aures ab inui  
 so strepitu: a supplicij pompa oculos auerte: tacitusq; totam animam recollige atq; hortā  
 re: resq; ipsas examina non umbras rerum: tu si mortem ipsam rectis oculis spectare au  
 des: nec ferrum puto: nec restim: nec liuentes calices: nec stillātes carnifices horrebis: Vanū

**B** est enim ipsum hostem cum contempseris eius faleras aut signa metuere. **¶ Do.** Ignominiosa morte damnatus sum. **¶ Crō.** Sape actor seu delator infamis & obscœni testes & obscœrus iudex: reus autem ipse clarissimus: Sape ignobilis uulgo mors nobilis uero gloriosusque qui moritur. Iam ut sileam reliquos: quæ & nimis multi & multo impares sunt: quæ uelut ignominiosior mors quam crucis: in qua pependit eximium illud & prænitidum cœli decus ac terræ: ne tale aliquid ignominiosum sibi censeat ulla fors hominis. Et quoniã summo nihil est altius: in hoc desino: Omne genus mortis honestare potest uirtus: uirtutem nulla mors inquinat.

De Morte repentina: Dial. CXXIII. **¶ Do.**

**A** **A** Trepere nimis morior. **¶ Crō.** Paulo ante si recolo sensuisse te dicebas: miror quomodo repentina mors seni est: qui nisi non dicam: delirat: sed insanit: Semper ante oculos mortem habet: Namque cum omni ætati salubriter sit consultum ut omnem diem sibi ultimum credat: hoc amplius rite consultitur senectuti: ut omnem horam sibi putet extremam: Neque illud modo non audiat quod est apud Tullium: Nemo tam senex qui se annum non putet uiuere: Sed ne id quidem quod Seneca ait: diem. **¶ Do.** Subito morior. **¶ Crō.** Quid hic dicam: nisi ut repetam quod ille olim summus hominum nec minor ingenio quam fortuna: uno ne integro quidem ante suum obitum die quasi iam uerum experientia uicinitate præfagiens: dum de hoc ageret: repentinam atque improuisam mortem cõmodissimam iudicauit: quod iudicium ab ea uidebitur religione dissentiens quæ ab hac morte liberari flexis genibus deum orat: Neque ego hæc sententiam ubi sit libertas amplector: aliud tibi nempe cogitandum est: neque uero hanc optabilem: sed ubi sit tolerabilem mortem dico. Siquidem sapienti quicquid eminens cuncta præuiderit: inopinum nihil accidere posse non ambigitur. Vnde fit ut improuisa mors non sit cuius prouida uita fuit: Nam quo pacto rerum maxima negligat: qui parua: qui minima etiam librare sit solitus. Humanis autem in rebus quid mihi maius morte monstraueris: quid par morti? **¶ Do.** Velocissime morior. **¶ Crō.** Impræmeditata modo non sit mors: quo uelociter eo facilius: Et supplicium enim si quod est: utique breue est sensumque ipsum celeritate præueniens: & morti detrahitur quod est in morte durissimum: metus mortis.

De ægotante extra patriā: Dial. CXXIII. **¶ Do.**

**A** **A** Liens in patria ægrotō. **¶ Crō.** Quid refert cui sit patria: ægritudo utique tua est. **¶ Do.** Ludis me: ego extra patriam ægrotō. **¶ Crō.** Qui extra unam patriam est: intra aliam sit oportet: extra omnem patriam nec ægrotare nec sanus esse quisquam potest. **¶ Do.** Diuerticula uerborum quæris: extra meam patriam ægrotō. **¶ Crō.** Vnum hoc bonum huic inest malo: nemo grabatum tuum præmet: non importuna uxor aut filius: sui uterque sollicitus: negligens tui. Quotiens putas uiro uxor: patri filius: fratri frater in ultimis laboranti puluinar iniecerint: & mori adiuerint: quem alienigenæ uetuisserunt? Sape tibi maior est charitas ubi minor creditur: Certe nullus astantium morbo tuo gaudebit: nullus tibi mortem optabit. Quæris causam? Nullus hæreditatem tuam expectabit: Omne in facinus spes & cupiditas impellunt: hæc tranquillitas non facile tibi in patria contigisset: Multi stratum circumstiterent sub officij specie funeri inhiantes: quæ cogitatio ægrotanti ægritudo: nisi fallor: altera est: Obsessum hinc lupis: hinc uulturibus se cernenti: iam cadauer mente captantibus. **¶ Do.** Extra patriam ægrotō. **¶ Crō.** Quid scis: forsitan nunc in patriam redis: Rectum & breue iter in patriam est mori. **¶ Do.** Extra patriam æger sum. **¶ Crō.** O superuacua semper & inanes hominum querelæ: quasi uero ardētior extra patriam febris aut durior sit podagra: Malum hoc omne quod uidetur uoluntarium est: atque in uestra positum potestate: ut pestes aliæ quascunque falsa animis inuexit opinio.

De Moriente extra patriam: Dial. CXXV. **¶ Do.**

**A** **M** orior extra patrios fines. **¶ Crō.** An peregrino id accidit an exuli: Iam seu te in his terris uisendi discendi que studium: seu religiosa deuotio detinebat: & gaudendum que honesto te mors reperit in actu: seu iusta sententia & ferendum non modo fortiter sed libenter. Nullo enim melius modo iniusti scelus hominis quam iusti supplicij spontanea ac tranquilla perpeffione diluitur. Sin potentioris iniuria: neque id tamen ideo dolendum: sed satis: ut arbitror: de exilio disputatum est. **¶ Do.** Extra patriam morior. **¶ Crō.** Dicebam

## De Oriente extra Patriam: Dialogus CXXV.

modo hoc est in patriam redire: nullus rectior trames erat: nullus breuior. An tibi Eudem<sup>9</sup> ille Cyprius familiaris Aristotelis e memoria lapsus est: de quo & Aristoteles idem scribit & Cicero: Qui cum grauitur in Thessalia ægrotaret: uidit in somnis se quæprimum ægritudi ne liberandum: & post quinquennium in patriam reuersurum: Tyrannum uero urbis illius: ubi tunc erat Alexandrum Phæreum ilico periturum. Cunctus ipse paucis post diebus insperata redditus saluti & tyrannus a cognatis esset occisus: atque ita ueram per omnia uisionem ratus: pmissio tempore reditum in patriam expectaret quinti anni ad finem pugnantis Syracusis occubuit: eoque illum modo in patriam suam rediisse somniorum interpretes dixerunt: ne qua penitus pars somnii falsa esset: Ego quid de somnijs sentirem dixi alibi: De hoc in patriam reditu quid occurrerit modo dixerim. ¶ Do. Extra patriam mori cogor. ¶ Rō. Dixi dum de exilio loqueremur & repeto: aut nemo extra patriam moritur aut omnes. Doctis quidem uiris placuit omnem mundi plagam patriam esse: & præsertim forti animo quem non huius aut illius partis amor astrinxerit: alijs eam tantum ubi bene esset: Cōtra: nullam hic esse homini patriam quibusdam uisum est: Illa cōis: hæc altior philosophia est. ¶ Do. Morior procul a patria in qua natus sum. ¶ Rō. Vbi moreris illa demum uerior patria tua est: Illa te diutius possidebit nec uagari sinet & proprium perpetuumque incolam sinu amplexa cōstringet: Disce hanc terram pati quæ te ortum alibi transformabit in se. ¶ Do. Procul a patria mors me manet & sepulchrum. ¶ Rō. Et cœlestes illi diuinique homines quos una ætas & eadem media mundi parte genuerat: toto orbe dispersi sunt: mortibus ac sepulchris. Illum Ephesus: illum Syria: illum Persis: illum habet Armenia: illū Aethiopes: illum Indi: illum Achaia: illos Roma: illum ultima seruat Hispania: quosdam tamē ex his loco mortis ablatos esse: nunc in Italia urbibus fama est qua terreni erant pars quidem ætherea pridem haud dubie cœlum tenet. ¶ Do. Extra patriam mori oportet. ¶ Rō. Quid secundi ordinis uiros loquar: Illum Stridoni Bethleem prius & post Roma: illū Gallia Pannonia: atque illum Athenis abstulit Parisius: hunc Græciæ atque hunc Hispaniæ rapuit Roma: hunc Mediolanum Romæ uiuum: hūc defunctum Africa Sardinia: mox Sardinia Ticinum occidentis duo lucida sydera æqua meritis iuncta animis: uicina corpibus: qui sunt de quibus loquor intelligis: atque ideo multa festinans transeo. Sed ne tertij ordinis exemplum desit. Illum Palestina Cyprus tulit: illū Nursiæ Cāpania: hos Hispaniæ Italia: Illū quidem Bononia: hunc Patauium. ¶ Do. Intelligo plane singula: sed adhuc inuitus procul a patria morior. ¶ Rō. Et ego plane causam rei huius intelligo: quæ scilicet sanctissimis spiritibus cœloque semper hærentibus nulla iam terrenæ patriæ cura esset quæ nõdum tibi deposita: sed mihi crede: si cœlo inhias deponenda est: Attingam tamen dehinc alios uirtutis amicos: cœli memores: nondum tamen cœli studio terræ oblitos. Samij ossa Pythagoræ Metapontus texit. Ciceronem Arpini ortum: Romæ altum: Caiete sinus exanimem uidit. Plinium quem infantem lauit Athesis: grandæuum Veseui cinis extinxit. Virgilium munda dedit Mantua: Brundisium: siue ut alij perhibent Tarentum rapuit: nunc Neapolis tenet. Ouidium Sulmo compegit: Ponticum soluit exilium. Terentium Comicum ut fama est: Carthago genuit: Roma docuit: Arcadia sepeliuit. Flaccū Horatium Apulia: Ennium Calabria: Statium prouincia Narbonensis: Aufonium Valconia: tres Annæos: siue ut alij uolunt: quattuor: duos Senecas uidelicet Galionem & Lucanū misit Corduba: & hos omnes: & Plautum Arpinatem: & Lucillum Aruncum: & Pacuuium Brūdisinum: & Iuuenalem Aquinatē: & Propertium Vmbrum: & Valerium Antiatem: & Catullum Veronensem: & Varrū Cremonensem: & Gallum Forliuiensem: & Actium Pisauensem: & Cassiū Parmensem: & Claudianum Florentinum: & Persium Volateranum: & mille alios Roma retinuit: ac magna ex parte humo condidit: Titoliuius Patauino uix serum uelut ad sepulturam patriæ restituto: Sic ex diuerso multos Roma eadem genuit alibi morituros. Orbis terræ quasi domus angusta est: & ipse quadrangularis: cuius ab extremo ad extremū transitus: & hic uiuere: illic mori. Non pluris est fortibus animis quæ pro uario usu balneum tridinio seu brumali æstium thalamum mutare. Trita est omnibus maximeque illustribus alternatio hæc originis & sepulchri. ¶ Do. Scio sic esse: extra patriam tamē mœstus morior. ¶ Rō. Nihilò lætior ea ipsa quæ tuā dicis patriam moreris: sed indulgetis fletibus dolēdi que causas aucupamini: tamē sua illis isit delectatio: quæ si animi uulgi erroribus circūuētū sancte doctique sicut ac discretæ paupertatis exempla nõ adiuuant: fortunatoribus agant: si quæ doles regibus ac Cæsaribus accidisse monstrauero: ducumque clarissimis maximorum ne hominum for-

B

C

D

E

F

tunam sis recusaturus uidero. ¶ Do. Quid dictura quos ue in medium prolatura sis sentio: Sed quid opus est uerbis: doleo extra patriam mori: mortisq̄ molestiam locus grauat. ¶ Rō. Medicam manum horres: uideo: pergam tamen: q̄ fœliciter tu uideto: mihi uerū dixisse ac fideliter monuisse: fat fuerit. Alexādrum Pella genuit: Babylon premit: Alexādrum conditoris sui nomen ac cinerem custodiuit. Alterum Alexādrum Epiri regia pauerat: Lucanus amnis obruit. Cyrum Persis regem tulerat: Scythia truncum tulit. Marcus Crassus magnumq̄ Pompeium Roma & Romanum Imperium omne suspexerat: quæ uiuorum magnitudinem tolerasset: utiq̄ mortuorum si fors sineret suffectura cineribus: sed alterum trans Euphratem tellus præssit Assyria: alterum Aegyptiaci gurgitis unda contorsit. Catoni huic ultimo Roma principium ac nomē: finem cognomenq̄ dedit Utica. Cornelios Scipiones Roma progenit nobilissima & reipublica saluberrima germina: quibus seruanda sæpe esset & ornanda: hos sic sua fors distribuit ut duo hi qui dicuntur magni Hispania tellure obruti. Superior Africanus Literni: Nasica Pergami: Lentulus intra Siciliam: seiunctis habitent sepulchris: Soli ex hoc numero Asiaticus atq̄ Africanus minor Romæ iaceāt: meli⁹ quolibet in exilio iacturi. Ille carcere multat⁹: hic morte. Sic p̄sæpe ubiq̄ meli⁹ uiuas: meli⁹ moriari q̄ in patria: nusq̄ durius iaceas q̄ domi. Tres Decij: & si duos tantum fama celebret: extra patriam animosissime ceciderunt: cum latinis pugnans pater: cū Hetruscis filius: addidit Cicero & cū Pyrrho nepos: Quid nunc ex ordine occurrentes eximios dūces sequar: omnes Romæ genitos sed extinctos alibi: Attiliū Regulum pro seruanda patria simul atq̄ hosti fide: quo crudelius: eo gloriosius morientem uidit Africa: & sequenti bello Gaium Flaminium Cortona: Aemilium Paulum Cumæ: Claudium Marcellum Venusia: Tiberium Gracchum Lucania procumbentem uidit: Nulli horum Romæ mori cōtiguit. Duæ spes ingētes Imperij Romani in ipso ætatis flore succisæ: Drusus & Marcellinus: Et si ambo in patriam reuersi: ambo tamē procul a patria: Ille in Germania obiit: hic Baione. Quid nunc: tu ne Tarquino superbior: tu ne potētor Sylla es: Atqui ille Cumis exul: hic dominus Puteolis expirauit. Quid minores loquar: Augustus Cæsar pater patriæ: extra patriam obiit apud Cāpaniæ Nolam. Tiberi⁹ dispar moribus imperio par: apud Cāpaniæ Misenum. Vespasianus ac Titus optimi principes ut patrem & filiū decebat: una & eadem uilla: quous prope: extra urbem tamen obiire. At Traianus in occidente natus: in oriente defunctus est. Septimus Seuerus in Africa humilē habuit originē: Romæ superbū imperiū: Eboraci autē in Britāniā spulturā. Theodosiū ī Hispanijs ortū: defūctūq̄ Mediolani: Cōstātinopolis accepit quæ iā prius aliūde æditū sui noīs possidebat auctorē. Quid de alijs dicā: Lycurgū Sparta pfugū: Creta suscepit. Eadē Creta Saturnū regē pulsum a filio abeuntem uidit: Italis finibus abditum humarumq̄ audiuit. Africa lumen Hannibalem tegit urna Bithynica. Thesū: Themistoclem ac Solonem: tres Atheniēsiū coronas sic fortuna dispersit: ut primum Syrus: scđm Persis: tertium Cyprus sepeliret: Imparia tantis cadauerib⁹ sepulchra: Dies me deficiet singulis immorātem: neq̄ te historijs obruere p̄posui: sed monere. ¶ Do. Teneo: sed hos oēs & q̄scūq̄ enūerare alios potes: extra patriam defunctos fateor: sed uolentes nego: dolentesq̄ arbitror. ¶ Rō. Vnde hoc tibi nisi q̄ stulti omnes: scđm se alios æstimant: neq̄ quod sibi difficile est cuiq̄ possibile suspicari possunt: Et fortasse illi ueteri potius prouerbio præbuiti aurem: Bonum ē peregre uiuere: mori malum: cum utruq̄ potius bonum sit: modo bene fiat: longanimiter atq̄ honeste: Malum utrūq̄: si male: si flebiliter atq̄ ignaue: Dicam quod mireris: quodq̄ prouerbio penitus sit aduersum: si qua locorū querimonia iusta est: hanc ego facilius uiuētī promiserim cuius utcunq̄ forsan interfit: q̄ morienti cui omnis loci cura superuacua est iam locis omnibus abituro. ¶ Do. Tangis animū: adhuc tamē in patria mori mallet. ¶ Rō. Volūtas humana nisi uirtus ac sapientia illam frenet per seipsam indomita & effrenis est. Q̄ si altius attendas: totum hoc ad te nihil pertinere fatebere: quādo neq̄ hic amplius esse potes: neq̄ ossibus tuis superesse sensus aliquis quo discernant ubi duri⁹ aut mollius cubēt: neq̄ quo tendis aliunde facilius peruēnisses aut breuius. Eleganter Anaxagoras peregre moriens: an in patriā referri uellet amicis interrogantibus: nihil necesse est inquit: Et adiecit causam: Vndiq̄ enim ad inferos tantundem uiæ est: qđ responsum non minus cōuenit ad cœlum ascensuris q̄ casuris ad inferos. ¶ Do. Utinam domi morerer. ¶ Rō. Si illic esses: for-

G

H

## De Moriente in peccatis: DIALOGUS CXXVI.

san alibi esse optares: sic enim habes: & quod uiuens debueras: disce uel moriens: perdifficile est uobis o mortales morem gerere delicati & queruli: quibus quod habetis omne uilissimum est semper: & solum id optimū quo caretis. ¶ **Do.** O si domi morerer. ¶ **Rō.** Multa ibi forsitan uideres quæ mortem tibi efficerent grauiorem: unde ideo te semotum crede ut reiectis curis omnibus deum solum atq; animam cogitares.

### De moriente in peccatis Dial. CXXVI

¶ **Do.**

**M**orior in peccatis. ¶ **Rō.** Hæc iam nec naturæ nec fortunæ: sed tua propria culpa est. ¶ **Do.** In peccatis morior. ¶ **Rō.** Primum peccare quis te compulit: Deinde quis uetuit commissa diluere: Postremo quis nunc etiam seram licet pœnitentiam impedit: Vsq; ad extremū spiritum liber est animus. ¶ **Do.** Peccata mea moriens mecum fero. ¶ **Ratio.** Caue ne id facias: uenenosum mortiferumq; uiaticum depone dum uacat: dumq; est qui illud tollat ac deleat: ut scriptum ē: Proſiciatq; post tergum suum in profundum maris: Et quantum distat ortus ab occidente longe faciat abs te: Hanc tu horā ne neglexeris: quæ semel elapsa nō redibit: Quod licet horis omnibus sit commune: ut eant semper nunq; redeant: In una tamen ommissa hora in altera forsitan restaurari datum sit: At extremæ horæ negligentia prorsus irreparabilis est. Itaq; quod in arcanis animæ disputationibus inuentum ferunt: uitæ huius errores quasi leues quidam lapsus in plano sunt: unde facile possis assurgere: At peccatum mortis graui & ex alto præruptoq; simillimum est ruturæ: unde facultas nulla sit resurgendi: Huic tanto discrimini cui posthac nunq; succurrere ualeas: nunc occurre dum uales: & memento non modo quid uestri dicant: sed quid Cicero qui de morientibus in diuinatione sua disputans: Tu uel maxime inquit laudi stude eosq; qui secus q̄ decuit uiuerunt peccatorum suorum maxime pœnitēt. Quid a quoq; quales religiosius: quid utilius dici potest: Fiat modo quod dicitur pœniteatq; uel sero: Anceps factor ac periculosa dilatio: & quæ plurimos fallit qui purgationem animæ quæ festina nimis esse non potest: scientes uolentesq; procrastinant & in finem trahunt: quo tempore circumuenti & artati uiciniq; mortis attoniti: nihil de conceptis expediunt. De quo quoniam multa dicuntur a uestris: haud impertinens est audire quid hic quoq; Virgilius & ipse testis externus dicat: quibus uerbis hanc desidiam neglectamq; confessionem notet: ex illius ore mirabile: ubi apud inferos iudicem illum facit iusticia & æquitate notissimū: qui ut ipse ait: Castigatq; auditq; dolos subigitq; fateri: Quæ quis apd supos furto lætat inani Distulit in seram commissa piacula mortem. Sed quis hoc piculosum adeo sit: nihil tamē desperatione periculosius: nihil peius uestra salutis hostis inuenit. Cætera enim suis cūcta remedijs leniuntur: hoc malorum maximum atq; ultimum: abeūtem ubi animam oppresserit: nullus iā remedio locus est. Huic ergo cum semper: tum in fine uæhementius obſistēdum est: quod & tunc urgere acrius solet: & nihil iam est reliqui quo salutis consilia cunctādo rescias. Neq; uero te hinc metus arceat: nec te pudor dolorq; dilationis impediāt: peius est nunq; q̄ ad uesperam expergisci: & omnino quicquid male differtur: peius omittitur.

¶ **Dolor.** Morior absq; ulla spe. ¶ **Ratio.** Male ais: immo uero spem proiectam recipe: & ad motam pectori totis animæ ulnis amplectere: stringe: conserua. ¶ **Do.** Magnum est peccatum meū ualde ¶ **Rō.** Nullū tā magnū peccatū hominis esse potest: quin multo maior misericordia dei sit. ¶ **Do.** Quis poterit tot peccata dimittere? ¶ **Rō.** Et q̄s putas nisi ille de quo sui hostes admirantes litigabāt & querebant: Quis est hic qui etiam peccata dimittit? ¶ **Do.** Quis tātorum ueniam merebitur peccatorum? ¶ **Rō.** Nullus fortasse merebitur aut meritus fuit: multis tamen data est gratis: & dabitur modo: sit qui illam fideliter ac reuerēter imploret. Nullam quidem esse remissionem criminum ingentium persuadere aliqui: ut perhibent: Constantino principi uoluerunt: At id falsum esse: nō modo apud uestros constat: apud quos remissio peccatorum per baptismum & per pœnitentiā nota est: sed apud Paganos etiā fama fuit: falsa licet: quorū morbis ideo inefficax erat medicina: q̄ eis nōdū medic<sup>o</sup> cœlesti aduenerat: pinde nisi mūdari a pctō anim<sup>o</sup> & deleri posset iniquitas: frustra id toties pctōr ille primū maxim<sup>o</sup>: postmodū uir sc̄tissim<sup>o</sup> precaref. ¶ **Do.** Peccati cōsciētia spem præcidet. ¶ **Rō.** Peccati memoria pœnitentiā ac dolorē aīo afferre debet: nō utiq; spem auferre: Sed uos omni ex parte fallimini in peccato seruidi: post peccatum gellidi: Peccando quidem exultatis: memorando autem desperatis. Multi passim peccant sub

spe ueniā: Contra uero multi cum peccauerint ueniā desperant: & utriq; errant: Nam & illis ab initio spem damnosam pellere: & his in finem saluferam spem tenere cōsiliū erat. **CDo.** Grauem culpis mors præcipitat quid agam: **CRō.** Quid nisi quod egisse iam pridem decuit ut infaustam sarcinam festinanter abijcias: qua leuatus ibis plane non præcipitabere: Ibisq; non curuus: nō titubans: sed erectus certo ac stabili uestigio & spe bona. Age ergo ne differas: neū diffidas: ē qui exoratus ab humeris illam tuis tranfferat: qui grauiora iam transtulit: cui nil graue: nil difficile est. Et quis pigra dilatio excusatione careat: laude nō caret emēdatio sera licet: Satius est em̄ sero q̄ nunq; respiscere: Cōfortare: respira: multos a limine tartari pauca piæ lachrymulæ reuocarūt. Stat dexter ad lectuli tui caput: qui non solum infecto illi se mundare uelle respondit: sed quatriduano iam fetenti ut surgeret imperauit: teq; etiam nunc expectat ut mundari uelis ac surgere: non minus ipse hodie q̄ tunc pius: nec solito minus potens: adhuc quo in statu mori uelis in te est: adhuc sine peccatis mori potes: non q̄ peccata non fuerint sed non erunt. Et si enī in præteritis nullū ius nisi obliuionis habere deum: Plinius secundus existimet: habet tamē qd̄ ille uir curiosissimus non uidit: ius etiam abolitionis: Itaq; facta licet infecta esse non possint: ex facto tamē oriens peccatum sic deleri potest: ut iam amplius nō sit: ita ut sicut scriptum est: Quærat peccatum & non inueniatur: non q̄ se peccati uinculis absoluere potentia sit humanā: sed q̄ piæ hominum uoluntati contritoq; cordi diuinū nunq; desit auxilium.

De Moriēte sollicito quid de patrimonio ac liberis futurum sit: Dialogus CXXVII.

**CMe.**

**A**

**Q**uid de patrimonio sperem: quid de liberis: **CRō.** Et patrimonium dominos inueniet: & liberis sua fors erit. **CMe.** Quid de tantis diuitijs fiet: **CRō.** Ne dubitane hæredi nimia uideantur: nunq; tantæ erūt quin aliquid desit: de his tamen illa uiderit quæ res uestras hæc q̄ tā dilectas opes huc illuc iaculatura cōtorquet. **CMe.** Quid facient filij: **CRō.** A terreno patre desertos: in suam curam coelestis pater accipiet: non relicturus ut tu: neq; orphanos facturus: Ille eos nutriet & docebit a iuuentute eorum: modo dociles te præbeāt: & usq; in senectam & senium: usq; ad mortem & sepulchrum non destituet. Spes nascentis hominis deus est: non genitor quis diues quis rex ille sit. Non est adificandum in arena sed in petra: Omnis spes de homine breuis & caduca est. Filij igitur tua spe delusi ponent in deo spem suam: & cantabūt cum Dauid: Pater meus & mater mea dereliquerunt me: dominus aut̄ assumpsit me. Multorū indolem filiorū & uirtutum semē mētibus insitum parentū blanditiæ extinxerunt: Sicut ex diuerso: molliciem sæpe discussit orbitas ac paupertas. **CMe.** Quo deuenient opes: **CRō.** Vnde uenerunt reuertētur: hoc est ad fortunæ manus: Inde rursus ad alios atq; alios abitura: apud neminem diu mansura. Vagæ sunt enī: stare nesciunt. Neq; sine mysterio: Rotūdā nūmi formam opinati sunt: sed uolubilitatis indicium esse dixerunt quidam facete: non inficior: sed non minus triangularis: aut quadra uolubilis haberetur: quod attinet: ad diuitiarum fluxum: quarum natura est labi assidue ac uolui: odisse unius seras arculæ: crebris ac uarijs possessoribus delictari: siue ut rubiginem motu uitent: siue ut fallant circuitione q̄ plurimos: siue ut cum dominis suis de instabilitate contendant: Hæc tu igitur moriens: uel uiuenti superuacuam curam pone: quin si locuples moreris: agnosce fortunæ fidem raram & usq; ad exitum euita diuitiasq; iam tibi nō necessarias alijs linque. At si pauper: expeditus proficiscere seu ingentes seu exiguæ seu nullæ opes tibi fuerint: modicum ad te olim post hac uero nil ad te pertinet nisi q̄ inopem uixisse securius quando laboriosa hæc uita uel præsidia uel tormenta mortem quoq; sollicitant. **CMe.** Quid erit de filijs: **CRō.** Erit ubi uiuat tuum nomen si sint boni: si qua ea consolatio mortis est: non totus interiisse uideberis: in illorum uultibus inq; actibus te sibi redditum amici credent & gaudebunt: At si mali: est cur cupide deferas quos corrigere nequiuisti & corrigendos ac domandos mundo tradas ac fortunæ: ne uel illos moriens suspites qui te mori segnus suspirant: & fors ocius mortuum suspirabunt.

**C**

**CMe.** Quid de opibus: **CRō.** Times ne a te dimissa non sint dominos recuperaturæ: Expectant: exoptantur: æstimantur: neq; tam de cōtemptu q̄ de certamine metuēdū: Proinde iam nunc hæc diuitiæ tuæ esse desinent: cuius autem sint futuræ: quid filios aspicias: Scri autem non potest quidem nec oportet: fat est scire tuas fuisse si fuerunt tuæ: & non potius illius rerum dominæ transeuntium atq; mortalium quæ fortuna dicit: Sed sic tuas dico: hoc est tibi ad breue tempus obsecutas: iam uero tēpus est abeundi cedendiq; alijs: sine illis pa-

rumper obsequant & uicissitudinem suam seruent: nisi ambitiose mori (& qđ stulti quidā fecere) tua tecum tumulo uis inferri: quādoq; sepulchrorum effossorib<sup>9</sup> profutura: Deniq; iam terrā metalliq; curam projice: cœlum tādē teq; ipsum cogita. ¶ Me. Opes meā fugiūt a me. ¶ Rō. Putabas ne māsuras cū fugeret uita: cū tuipse continue rapereris. ¶ Me. Quid de opib<sup>9</sup> meis erit postq; meā esse desierint. ¶ Rō. Quid de eis erat anteq; tuā esse inciperent. ¶ Me. Opes tantas linquo nudus abiens. ¶ Rō. Nudus intraſti: nudus egrede re: nō est qđ queraris: sed ē unde gratias agas. Alieni usus medio tempore tuus fuit: nil tuum tibi præripitur: sed expleto usu reposcitur alienum: E uicinia migrantes aduenā ultro si quis est pudor cōmodata uasa restitunt. ¶ Me. Heu nil tantis ex opibus mecum fero. ¶ Rō. Aufer quantum attulisti: uel si mauis: quantum reges auferunt. ¶ Me. Quid impubes nati agent. ¶ Rō. Adolescent si uixerint ac senescunt: & ipsi suas agent uias fortunamq; suam: & labores uitæ obibūt: interim sub tutela dei erunt: & tu forsan sine patre imo pubes uixisti.

De moriēte anxio qđ uxor eo mortuo sit actura: Dial. CXXVIII. ¶ Me.

**Q**uid dilecta uxor post me faciet. ¶ Rō. Nubet forsitan: qđ ad te. ¶ Me. Quid faciet chara uxor. ¶ Rō. Tuo iugo absoluta: uel subibit aliud: uel libera ceruice uagabitur: uel iam fessa subsistet & quietem sola meditabitur. ¶ Me. Quid aget uxor amantissimā. ¶ Rō. Quid cum te euaserit actura sit cogitas: cum tibi subiecta quid egerit nescias. Magna pars mortalium: quid domi suā fiat nescia: quid ī cœlo agatur: quid ue in terris sit agendum querit. Sane quid deinceps agat uxor: ipsa eadem uel maritus alter uiderit: ad te amplius cura ista non pertinet. ¶ Me. Vereor ne post meum obitum nubat coniunx. ¶ Rō. Quædam uiuentibus uiris nubunt. Fecit hoc apud Hæbreos Herodias: apud Aphros Sophonisba: apud Romanos Martia & Liuia: quæ has duas uirorum cōsensu ac iussu excuset: Tuā uni uiro licet mortuo nubere non licebit. Atqui pauca uiuis coniugibus fidem præstant: tu gelido etiam cineri fidem poscis. Si fida tibi usq; ad diem uitæ ultimum uxor fuit: quid ni totum coniugalis fidei munus impleuerit. ¶ Me. Ne secūdo uxor nubat metuo. ¶ Rō. Ne primo nuberet: magis forsitan metuendum erat: Id ad te pertinet: hoc ad alterum pertinebit. Sic est autem: metuenda contemnitis: spernenda metuitis: nil in rebus iusto precio æstimatis: Maritalis thori duellū securus intraſti non cogitās quid periculi adires: id intrare alium times. ¶ Me. Nollem fateor uxorem alteri nubere. ¶ Ratio. Perfectæ quidem pudicitia secunda nuptiæ quantum licet fateor uitandæ sunt: sed uitanda magis periculosa uiduitas. Est ubi nubere non tantum permittit sed oportet. Difficile est formosam solam caste uiuere. ¶ Me. Dulcis alteri coniunx nubet. ¶ Rō. Raræ sunt earum etiam quas honestas dicunt: quibus non super præsentem cōiugem: alter iā animo desponsatus sit. Mortalis mihi inquit uir est: quid si hic obeat: num ille mihi aut ille erit aptissimus: quem uirtus: quem nobilitas: quem gratia: quem facundia: quem forma cōciliet. ¶ Me. Vxor mea nubet alteri. ¶ Rō. Tua quidem uxor minime: Ne tua enī sit amplius mors faciet: Nec mirabere si cōiuges separat quæ corpus atq; animæ uincula dissoluit. ¶ Me. Nubet iterum uxor mea. ¶ Rō. Et Romanorum ducum nupsere iterum uxores: fer cōmunem cum maioribus fortunam. ¶ Me. Nubet uxor alteri. ¶ Rō. Et Romani duces & principes uiduas duxere: Et sanctissimus rex Dauid uiduas duas in cōiugiū duxit: quæ minorum fuerant uxores: & fortasse te maior aliquis tuam ducet: hanc tu illi tum linque sollicitudinem qui eo pergis ubi nō nubitur. ¶ Me. Nubet alteri dulcis uxor. ¶ Rō. Si meliori nupsert: gratulare prosperitati eius quam amasti. Sin peiori: gaude saltem qđ tu illi iam notior chariorq; futurus sis. Multæ primos uiros nosse ac diligere secundo demum matris monio didicerunt.

De moriēte sollicito qđ post se patriæ euentus sit: Dial. CXXIX. ¶ Me.

**Q**uid post me de patria mea erit. ¶ Rō. Bonorū omniū patria una est: & malorū altera: hæc cui te ascribi in ciuem feceris uideto: Tertia enī patria nulla ē sed diuersorū aut trāsit<sup>9</sup>. ¶ Me. Quid de patria mea erit. ¶ Rō. Patria illa quā petis uno sp̄ in statu ē: Ista quā deseris (qđ sæpe iā dixim<sup>9</sup>) nō patria sed exiliū tuū fuit. ¶ Me. Quid patria post me aget. ¶ Rō. Regia cogitatio esse solet: qđ post se regnis atq; urbib<sup>9</sup> euentus sit: qualē fuisse legis aut magno illi regi Assyriæ: aut Romano illi principū maximo priuatā fortunam hæc cura supeminet. Quā uero ad ultimū sic affectus es: ut illā miseræ officinam

atq; illud hospitium doloris ubi rapidum uitæ tempus multis in laboribus: ne dicam germitib<sup>9</sup>: exegisti: patriam nunc etiam tuam uoces: Et uis scire quid actura sit: dicam: Faciet nempe quod fecit & quod faciūt aliæ: At quid inquiet: Tumultuabit: dissidebit: nouarum rerum sectabitur & partium similitates: mutabit dominos: innouabit leges: utrūq; sape in peius: in meli<sup>9</sup> raro: Calcabit præterea egregios ciues: attollet indignos: pellet immeritos: prædones ararū colet: blandos diliget: ueridicos oderit: bonos spernet: uenerabitur potentes: libertatis hostes adorabit: defensores reipublicæ persequetur: flebit ac ridebit inaniter: aurum gemmasq; mirabitur: uirtutes abijciet: amplexabitur uoluptates: hi sūt mores urbium. Nemo tibi nō certus horum uates fuerit: nisi qui semp rure uixerit: uel obtusis auri- bus ac oculis urbes intrauerit. ¶ Me. Quid post me patriæ accidet: ¶ Rō. Quid sollicitus: quid te anxius es quicquid patriæ acciderit: tua iam domus ab incendijs: a furibus: a ruinis tuta erit. Nihil ad te pestilens annus: nihil annus exuberans: nihil æstus: nihil siccitas: nihil imbres ac grandines niuesq; & glacies & nimium gelu: nihil feræ uel uolucres: nihil bruchus aut locusta: nihil deniq; terræmotus ac fremitus procellarum: nihil annonæ caritas: nihil hostium incurfus aut bella ciuilia. ¶ Me. O quis patriæ stat<sup>9</sup> erit: seu quis demū finis: ¶ Rō. Quis putas nisi qui maximarum urbium fuit: quiq; omnium erit puluis: cinis: sparsi lapides: nudum nomen: Possẽ id innumeris argumentis ostendere: sed rem tenes. Ad summam: Nil ab homine fit æternum: nil humanum præter animam immortale. Cœpta desinent: sata deficiẽt: structa ruẽt: quid plus æquo angeris: quid ætuas: si in cœlo eris & hoc ipsum & mortalia cuncta despicias: Nam qui ad inferos descendunt: charitate amissa: deum atq; homines deiq; opera simul atq; hoim odisse credibile est.

## De studio famæ anxio in morte: Dial. CXXX.

¶ Do.

**Q**uid de me post fata dicent homines: ¶ Rō. Intempestiua sollicitudo: hoc a iuuentute prouisum esse debuit: Qualis fere uita hominū talis est fama. ¶ Do. Quid de me loquentur: ¶ Rō. Quid respōdeam nisi illud doctissimi atq; omnium eloquẽtissimi Ciceronis: Quid de te alij loquantur ipsi uiderint: sed loquentur tamen: Sermo aut omnis ille angustijs cingitur his regionum quas uides: nec unq; de ullo perennis fuit: sed obruitur hominum interitu & obliuione posteritatis extinguitur. ¶ Do. Quid de me dicẽt homines qui post me nascentur: ¶ Rō. Dicerem aliter ista q̄ Cicero: si melius dici posse crederem. Quid autem inquit: interest ab his qui postea nascentur sermonem fore de te: cum ab his nullus fuerit qui ante te sunt nati: Vnum addidit: quod tunc forsan dubitabile: forsan falsum: nūc certissimum & absq; ulla prorsus hæsitacione uerissimum est. Qui nec pauciores inquit & certe meliores fuerunt uiri: Nam quis est Oro iam qui dubitet nunq; quales fuerint futuros homines: ita in peius iuclinata sunt omnia ruinaq; proxima. Cura ergo mirabilis ignotorum atq; imparium dicta metuere: cum excellentium ac uotorum opinioniones ac uerba cōtempseris. ¶ Do. Quæ mihi fama erit extincto: ¶ Rō. Facile melior q̄ uiuẽti cum siluerit liuor. Raro enim uitæ hominum superstes inuidia est: Vt autem uirtus radix est gloriæ: sic deceptrix inuidia: utq; liuidus pollex præsens impedit: sic amotus ueræ laudis restituit incrementum: Itaq; multis busti limen inuidiæ in accessum magnæ gloriæ uestibulum fuit. ¶ Do. Quantum me lōga manet fama: ¶ Rō. Longa forsan ut uos lōgum dicitis: uere autem apud uos nihil est longum: ut uero non modo longa sint omnia sed æterna: sola uirtus efficere potens est præcipueq; iusticia: de qua scriptum est: In memoria æterna erit iustus: quod ut potuit: poeta uester expressit: ubi ait: Sed famam extendere factis: hoc uirtutis opus ẽ. ¶ Do. Quali post obitū fama ero: ¶ Rō. Quid refert quale sit qd̄ mox uel nescies uel cōtempnes: Quid ad te hominū stat<sup>9</sup> dum tu flatu cariturus sis: Spiratẽ uelsci delectariq; auris nō miror: at defunctum stupeo. ¶ Do. Quid de me post obitum dicetur: ¶ Rō. Et quid putas nisi quod mereberis bonū: malū: multū: parū: nihil: in quibusdam mendax: sed in pluribus uerax fama est: alioquin longa utiq; non est: diuturnitatis fundamentum ueritas: ruinosum atq; imbecille mendacium. ¶ Do. Qualis mihi post exitum fama erit: ¶ Rō. Qualis ante exitū fuit uita: nec minus i exitu. De hoc ergo temp<sup>9</sup> omne præteritum: sed imprimis præsens hora uiderit. Sic enim habeto quali quisq; dign<sup>9</sup> sit fama post mortem nulla re melius q̄ morte censerit: quippe cū multos per omnem uitā inglorios & obscuros: sola (dictu mirabile) mors illustrat.

# De Moriente sine filijs: Dialogus CXXXI.

De Moriente sine filijs: Dialogus CXXXI. ¶ Do.

**I**ne filijs morior. ¶ Rō. Eo alacrior mori debes atq; expeditior proficisci: nil post tergum linquēs quod te uellicet. Ille ingens morientū dolor cessat ex cōmiseratiōe oriens deferendæ prolis: immatura præsertim & paterno præsidio indigentis perq; ætatem inopiamq; consiliū & iniurijs & casibus multis exposita. ¶ Do. Nati quos optabam sperabamq; superstites præcesserūt. ¶ Rō. Habes ad quos ire cupias: non a quibus doleas abire non exiguum solamen. ¶ Do. Mors acerba filiorum orbus ut moriar cogit. ¶ Rō. Hoc si miserum censes: quid est quod uel orbum mori cogat uel uixisse coegerit: cum unde tibi filios eligas ingenuorum iuuenum tanta sit copia: eo fortassis obsequentiōres & tui amantiōres habiturus q̄ quos tuo de sanguine genuisses: q̄ illos casu quodam: hos cetero iudicio quæsiuisti. Filij illi anteq̄ noti: hi autem noti & dilecti & electi anteq̄ filij. Itaq; totum illi hoc naturæ: hi beneficio tuo imputēt q̄ filij tui sint: unde fit ut sæpe hæc fuerit fausta successio cui tuto nō mediocre tantum patrimonium sed summū imperium crederetur. Nosti ut Iulius Cæsar prole carēs: sibi Augustum: ille Tiberium pene inuitus quidem: ut post Nerua Vlpium Traianum: ille Elium Hadrianum: ut is rursus Antonium piū: ille Marcum Aurelium sibi filium fecit: fecissetq; ille alium quemcunq; foelicior q̄ Cōmodum genuisset: nulli cōmodum cunctis incōmodum unicum tanti patris infortunium unūq; ex paucis Romani Imperij probum ingens atq; apertissimum argumentum: quāto adoptio fit foelicior genitura: q̄ cum primi ex ordine diu ac foeliciter imperassent: hic tantorū uestigijs ducum spretis iter deuium ingressus: breui & turpi non imperio sed tyrannide: cum rempublicam scēdasset: misero quidem sed se digno sine procubuit: publicumq; ludibrium in se uertit. Iam inde præterea ante hos longe scēd̄m illud fulmē belli punici: maleūmq; Carthaginis Africani illius magni filius in decus gentis assumpserat: hoc scilicet fato: ut quam urbem Auus concusserat: hanc nepos eius euerteret: ut Florus ait historicus: ex Aemilia in Corneliam familiam transfatus: utriusq; decus ultimum fateor non minimum. Ex his uides q̄ nec tibi nec principi deesse filius potest: quodq; est optimum: Bonis bona non desit electio: quæ si adsit: talem tibi fortasse filiū dabit: qualem non dedisset uxor: & uotiuū matrimonij effectum coniugalibus expeditis uinculis inuenies: sic naturæ defectui lex prouidit. ¶ Do. Quomodo nunc domui meæ disponam: orbus morior. ¶ Rō. Magnam uero pietatis: magnam laudis oblatam tibi ne respuas materiam: & quod filijs forsā ingratum ac uel male cumulaturis: uel quoniam uterq; mos est in usus pessimos uersuris breuiq; omnia profusuris conferre decreueras: confer honestius: confer utilius: confer stabilius: Per gami quidem rex Atralus: populū Romanum nec agentem certe: & Asiaticis profecto diuitijs corrumpendum testamento sibi hæredem fecit: Ego tibi alium populum: quem instituas ostendam: Hinc te amicorum: hinc egentū turba circumstant: ex utraq; tibi filios adoptare permittentis: quorum alij te digressum dulci secum cōmemoratione detineant: Alij te quo pergis pia precū festinatione præueniant: ut quæ hic erogaueris: illic centuplicata reperias: fœnus uberrimum certissimumq; utaticum iter istud acturis. ¶ Do. Morienti mihi nullus est filius. ¶ Rō. Quid si multi essent: an ex his tibi: seu custodem domus ac pecuniarum: quæ tua certe amplius non erit eligeres: seu in prælio mortis athletā ipsum quoq; mortalem: seu deniq; comitem ad sepulchrum: ultra enim nec te tui quidem comitētur: nec Metellum sui: Breuis a lectulo mortis ad sepulchrū uia est: Quid refert an hic solus iaceas: an ibi: Friuolæ prorsus & iēptæ causæ filios optādi: Nam si in illis ut uulgo dicitur seruari ac perpetuari tuum nomen optabas: ipse quoq; uulgariter fallebaris. Siquidem filiorum obsecuritas profecto creberrima nec illustrare ipsa utiq; nec seruare paternum potest nomen: At perrara filiorum claritas: ut ipsos semper filios claros facit: sic parentes interdum uicinitate sua cōtegit obscuratq;: quasi minora sol sydera: qd̄ nūq; euidētius q̄ in Iulij Cæsaris patre cognoscitur: quem pene ignotum filij splendor fecit. Et ad summam: quisquis in filio sui nominis spem reponit: rem ptenuem labilemq; in uase fictili locat ac ruinoso: qd̄ est inconsultius non suo: rem maioris apud uulgos q̄ apud doctos precij: neutris tñ conueniendam: sed cum honestius: tum certius locādam in suis incorruptilibus uasis ac solidis in uirtute propria: in rebus gestis in litteris. ¶ Do. Sine natis morior. ¶ Rō. Nō sunt in quos tuæ sese spargant curæ: in te uersæ omnes quo instructior liberiorq; digrediere: te unum respiciens: te metiens. Sis q̄ miser & q̄ foelix moriari: nec incertus moreris: an uel miseræ sit addendum: uel foelicitati detrahendum tuæ: aliena seu turpitudine seu fortuna:

A

B

C

D

De Moriente qui metuit insepultus abijci: Dial. CXXXII.

Et si enim alijs aliter uideatur: in quorum ego sententiam sum pronior: ut magnis tamen scimus uisum esse philosophis: filiorum euentibus imminuitur paterna foelicitas. Imbecille bonum quod in crastinum prominet & pendet ex altero: q̄ si opinionem hanc admittimus: quid hinc fit intelligis: dubitari enim nequit quin multi foelicius obituri fuerint si sine filijs obijissent.

De Moriēte qui metuit insepultus abijci: Dial. CXXXII. CMe.

**A** **I**nsepultus abijciar. **CRō.** Alitibus inuides: an feris: an piscibus: Nam si metuis tibi baculum seu custodem iuxta te poni iube: quo a cadauere depellantur. **CMe.** Ludis in malis meis: nam profecto nil sentiam. **CRō.** Quid igitur times qd̄ non sentias: Nam si sentias probes: sentiētem enim sepelire necare est. **CMe.** Inhumatus iacebo. **CRō.** Tu nisi te tellus praesserit illam praemes: te nisi terra contexerit coelum teget. Notum est illud: Coelo tegitur: qui non habet urnam. Illud quoq; notissimū: Facilis iactura se pulchri: Facilis inq; sic: ut nulla facilior. **CMe.** Inhumatus ero: graue dictu. **CRō.** Dictu nescio: re autem profecto leuissimum: multoq; tolerabilius sepulchro exui q̄ domo q̄ lodice q̄ sagulo. **CMe.** Inhumatus ero: foedum uisu. **CRō.** Foedum fortasse alijs: tibi autē nihil minus. Omnem quidem sepulturam non nisi uiuorum causa institutam esse: doctorū omnium auctoritas & res ipsa consentiunt: Idq; sic esse sepulchrorum species indicio est: quae introrsus inculta & horrida rude incolis suis saxum obijci: exterius multa impensa & artificum ingenio elaborata marmoreas spectantibus atq; aureas praetendit imagines. **CMe.** Insepultus ero: turpe aspectu. **CRō.** Parum ne oro negocij tui habes: ni suscipias alienum: Prouideant quos res tangit: hanc tu enim turpitudinem non uidebis. **CMe.** Insepultus linquar: miserum. **CRō.** Et magnus Pompeius tantus uir insepultus iacuit: Immo nec iacuit: sed iactatus est fluctibus obrutusq;. Neq; adeo te delirium reor: ut opinione tua factus ille foelicior sit sepulchro: sicut nec collega eius Marcus Crassus infœlicior: q̄ qui eum sepeliri iuberet nemo affuit. In reliquis enī pene pares exitu fuere: nisi q̄ Crassi caput ut ditissimū avarissimumq; omnium decebat auro grauius fuit seruatum: tamē utrunq; ludibrio: Nisi forte tertius horum collega foelicior: q̄ altissimi atq; pulcherrimi colosi situs in uertice ostenditur: celsa etiam templa despectant: bello quidem fortunatiorem fateor: busto negem: Sic hoc saxum illo pulchrius fateri oportet non foelicius. Quae enim ista foelicitas non sentiētis seu saxi seu saxo abditi? Alioquin si sepulchro foelix sit: nemo foelicior Mausolo. **CMe.** Inhumatus ero. **CRō.** Inhumati essent Paulus Aemilius & Claudius Marcellus tales uiri: nisi hostis illos infestissimus sepelisset: admiratione uirtutis: nisi fallor: & uerecundia uicq;: non pietate ulla: quae ī illius uiri praecordijs nulla fuerat: Ut sepulturā ego illam pene inuisam futuram ipsis arbitrer sepultis: & si eis optio data esset: inhumatos se iacere maluisse. Insepultus quoq; Cyrus iacuit Persarum rex: neq; id sibi neq; uter Scythicus infamiae fuit: sed crueti mores: quibus acerrimam illam exprobrationem iniuriamq; promeruit. Quid uero nūc singula nuda cadauera colligo: & uel Romanos principes uel externos reges: nō solum sepulchri ultimo & optato quidē: sed inani honore spoliatos: quin etiam laceratos discerptosq; & membratim sparsos: ut inuidiosum diceris integro cadauere iacuisse: cū obseruentur anictris inhumatarum strages gentium: atq; ut ita dixerim: insepultus orbis: Nepe cum ipso quem dicebam Cyro: ducenta Persarum milia: & cum Crasso sexdecim florētissimae legiones: & ad Cānas Romanorū ciuium ac sociorum octogintaquinq; & eo amplius milia: quinquaginta sex milia Poenorum: Hispanorū: Ligurū & Gallorū ad Metaurū amnem ipso cum duce hostium: & ad aquas sextias: id est loco nomen: ducenta theutonum haud procul ab alpius: utrobicq; duce Mario: cētum quinquaginta: ut quidam sunt auctores: & qui minus dicunt sexaginta non amplius Cimbroꝝ milia insepulta iacuerūt. Apud Philippos uero regum gentiumq; omniū auxilia & Italici sanguinis flos uigorq; sic placitum superis hoc sepulchro carentes: campos Aemonios ferasq; & uultures impinguarūt. Quid ad Egates insulas deleta Carthaginēsiū classis: Quid Massiliensium ante portus sui hostia: inq; ipso fidelis patriae prospectus: Quid (ne semp Italos labores loquar) classis Atheniensium ante urbē Syracusā demersa quale habuit sepulchꝝ: Sileo Salaminā & Marathonem trecentaq; milia illic fusa Persarū: & si alij duplo amplius dicāt. Trāseo Hebraeorū cōflictationes: Scytharūq; & Amaçonidum: Arabumq; & Parthorum praelia & Medorum. Praetereo Alexandri Macedonis in oriente uictorias stragesq; illas inermium populorum.

Pestes taceo tales: sape ut cadauer charū licet abstraxisse parumper pietas fuerit. Incurfus quoq; serpētum atq; immaniū bēluarū: quarū impetum Dicæarchus docet: ut ait Cicero: quædam hominū genera esse consumpta. Tempestates præterea & quotidiana naufragia: Nam qui flāmis pereunt nō egentes busti dixeris. Omitto furores domesticos intestināq; discordiam: de qua dictum est: Bellum ciuile sepulturam uix ducib<sup>9</sup> præstare potest: quod de externo ueri<sup>9</sup> etiam est bello. Nec ruinas urbium sequor: Troiæ: Hierosolymæ: Carthagini: Corinthi: Numantiæ ac Sagunti: aliarumq; multarū: ubi magna pars ciuū muris oppressa labentibus & sic patriæ consepulta est. Mitto deniq; terræmotus quibus multi sape mortales obruti: pro sepulchro totum terræ matris uterq; habuerūt: quod cū olim nuperq; crebrum malum fuerit diuersis in locis: nusq; tamen q̄ in Asia insignius: ubi duodecim urbes uno die horrificis terræ hiatibus haustæ memorantur: Hæc tam multa dixerim: ut ridiculum tibi metū eripiam: qui morte magis damnū metuis sepulchri: atq; illud huic uni corpusculo deesse fers grauius: quod tam multis hominū & bellatorū: & qd̄ fuit indignus sanctorū: insuper milibus defuisse compertum est. ¶ Me. Defuncto mihi terra negabit prædurum. ¶ Rō. Non id durū: sed tu mollis qui nec sentiens lædi quæas. ¶ Me. Mortuo mihi terra negabitur: indignū. ¶ Rō. Quid ita: illa ne tibi igitur an tu illi debet<sup>9</sup>? At qui terra tibi fortasse negabitur: non tu terræ: poterit bustum tibi casus aliquis uel iniuria hostilis eripere: Tu e terra ueniens in terram redæas oportet: Id tibi domini tui ore prædictū falsum esse nō potest. ¶ Me. Non me gremio tellus teget. ¶ Rō. At tu illam teges nudo corpore: quid ad te plus hoc post mortem pertinebit q̄ nunc pertinet? Vbi olim unguium aut crinium excrementa: ubi febris erutum sanguinem: ubi deniq; puerilis tunicæ seu fasciæ infantilis fragmēta dimiseris? An oblitus es Theodori Cyrenæi apud Tullium elegās respōsum: cui cū Lyfimachus rex mortē crucis: ut auguror minaret: Istis quæso inquit ista horribilia minitare purpuratis tuis: Theodori quidem nihil interest humi ne an sublime putrescat: Te nisi tellus sinu excipiat ac superficie sustinebit: hinc te gramina uestient: hinc ornabunt flores læti hospite. hinc te imbres madefacient: hinc sol uret: hinc glacies stringet: hinc mouebunt auræ: & fortasse naturalius fuerit ut compactum ex quattuor elementis corpus in totidem resoluatur. ¶ Me. Inhumatus linquor: horridū auditu. ¶ Rō. In opinione horror non in re: quandoquidem apud alios horridum terra tegi: pulchrum igne consumi: qd̄ maioribus uestris uisum scimus: Apud alios pulchrum a feris aut canibus laniari: Innumeri de hac re sunt gentiū ritus: quos curiosius a Crispo collectos strinxit Cicero: Tu nuda iacebis humo: Ast illum præmit lapis horridus: illum putres glebæ obruent: illum mersum uoluent undæ: illum uenti pendulum agitabunt: grando feriet: lacerabunt corui: demum preciosissime conditos ac uelatos purpura: uermes rodent: Quidnā uero habet amplius qui marmore tegitur atq; auro q̄ qui flens apud poetam ait: Nunc me fluctus habet uersantq; in litore uenti: Et si ille erroris publici morem sequens inisci sibi terrā horret: nisi forte nunc etiam fabulis acquiescis anilibus: centum annos errare animas insepultorū hominum circa tartarei amnis ripam: quas sana utiq; ac religiosa mens respuit. ¶ Me. Bustum mihi patrium eripitur. ¶ Rō. Patrius cespes si relinquatur bene est: habes quod tibi Phocion uir magn<sup>9</sup> inuideat: quem ciuem de se aliter meritum ingrata Athenarū urbs defunctū quoq; suis finibus expulit: inaudita crudelitas. ¶ Me. Insepultus abiiciar. ¶ Rō. Ageres tuas: curam hanc relinque uiuentibus.

D

E

¶ Francisci Petrarchæ poetæ Oratorisq; Clarissimi: Liber Secundus:  
in quo de Aduersa Fortuna disputatur: Fœliciter explicit.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or title.

Second block of faint, illegible text.

Third block of faint, illegible text.

Fourth block of faint, illegible text.

Fifth block of faint, illegible text.

Vertical column of faint, illegible text on the right side of the page.

Faint text at the bottom of the page, possibly a footer or signature.

Secretum Francisci Petrarchæ.



Francisci Petrarchæ poetæ Oratorisq; Clarissimi: in librū quē Secretum suū inscripsit: quo de Contemptu mundi disputatur: Colloquium in tertium diem productum: continentē: Præfatio.

**A** Ttonito mihi quidem: & sapissime cogitanti: qualiter in hanc uitam intrassem qualiter ue forem egressurus: Contigit nuper: ut non sicut ægros animos solet somn<sup>9</sup> opprimere: sed anxium atq; peruigilem: mulier quædam inenarrabilis claritatis & luminis formaq; non satis ab hominibus intellecta (incertum quibus uis adhisse uideretur: uirginem tamen & habitus nuncibat & facies) me stupentem insuetæ lucis aspectu: & aduersus radios quos oculorum suorum fundebat: non audentem oculos attollere: sic alloquitur: Noli trepidare: neu te species noua perturber: errores tuos miserta: de longinquo tempestiuū tibi auxilium iatura descēdi: Satis superq; satis hætenus terram caliginantibus oculis aspexisti: quos si usq; adeo mortalia ista permulceant: quid futurum speras si eos ad æterna sustuleris: His ergo auditis: nec dum pauore deposito: Maroneum illud tremulo uix ore respondi: O q̄ te memorem ygo: nanq; haud tibi uultus Mortalis: nec uox hominem sonat. Illa ego sum: inquit: quam tu in Africa nostra: curiosa quadam elegantia descripsisti. Cui nō segnius q̄ Amphion ille Dircaus in extremo quidem occidentis: summoq; Atlantis uertice: habitationem clarissimā atq; pulcherrimam: mirabili artificio ac poeticis: ut proprie dicam: manibus erexisti. Age itaq; iam securus ausculta: ne ue illius præsentem faciem perhorrescas: quam pridē tibi satis familiariter cognitā arguta circumlocutione testatus es. Vix dum uerba finierat: cū mihi cuncta uersanti: nihil aliud occurrebat: q̄ Veritatem ipsam fore quæ loqueret: Illius em̄ me palatiū Atlantis iugis descripsisse meminerā: At qua nā ex regione uenisset ignorabā: nisi coelitus tamen uenire nequiuisset certus eram. Itaq; uidēdi auidus respicio: & ecce lumē æthereum: facies humana non pertulit. Rursus igitur in terram oculos deijcio. Quod illa cognoscens: breuis spaciū interueniente silentio: iteꝝ & iteꝝ in uerba prorumpens minutis interrogatiunculis meq; ut fecū multa colloquerer coegit. Duplex hinc mihi bonū prouenisse cognoui: Nam & aliquantulum doctior factus sum: aliquantoq; ex ipsa conuersatione securior. Spectare coram posse cœpi uultum illum: qui nimio primū me splendore perterruerat: quem postq; sine trepidatione sustinui: dum mira dulcedine captus inhæreo: circumspiciensq; an quisq; secū afforet: an prorsus incomitata meæ solitudinis abdita penetrasset: uirum iuxta grandæuū: ac multa maiestate uenerandū uideo. Nō fuit necesse nomē percūctari: Religiosus aspectus: frons modesta: graues oculi: sobrius incessus: habit<sup>9</sup> sacer: sed Romana facundia: gloriosissimi patris Augustini quoddā satis apertum indicium præferbat. Accedebat dulcor quidam maiorq; q̄ nō nisi hominis affectus qui me suspicari aliquid non sinebat. Nec tamen ideo tacitus mansissem: Iam interrogationis uerba dictanerā: Iamq; in extremum oris limen uox egressura processerat: cum subito ex ore Veritatis: dulcisonum illud mihi nomē auditum est. Ad eum siquidem conuersa: ac meditationem ipsi<sup>9</sup> profundissimā interrumpens: sic ait: Chare mihi ex milibus Augustine: hunc tibi deuotū nosti: nec te latet q̄ periculosa & longa ægritudine tentus sit: qui eo propinquior morti est: quo æger ipse a proprij morbi cognitione remotior. Itaq; nūc uitæ huius semianimis consulendum est: qd̄ pietatis opus melius q̄ tu nullus hoim præstare potest: Nam & iste semper tui nominis amantissimus fuit. Habet aut̄ hoc omnis doctrina: ut multo facilius in auditoris animū ab amato præceptore transfundit̄. Et nisi te præsens forte fœlicitas miserrum tuarū faciat inmemorem: multū tu dum corporeo carcere claudebaris: huic similia pertulisti. Qd̄ cum ita sit: passionū expertarū curator optime: tam & si res omniū iucūdiffima sit taciturna meditatio: silentiū tamen istud ut sacra & mihi singulariter accepta uoce discutias: oro: temptes si qua ope languores tam graues emollire queas. Ad hæc ille: Tu mihi dux: tu consultrix: tu mihi consolatrix: tu domina: tu magistra: quid igit̄ me loqui iubes te præsentem: Illa aut̄: Aurem mortalis hominis humana uox feriat: hæc iste feret æquanimi<sup>9</sup>: ut tamen quicquid ex te audiet: ex me dictū putet: præsens adero. Parere inquit ille & languentis amor cogit & iubentis auctoritas simul me benigne intuens paternoq; refouēs cōplexu: in secretiorem loci partē ueritate præuia parūper abduxit. Ibi tres pariter cōsedim<sup>9</sup>: Tum demū: illa de singulis in silentio iudicante: submotis procul arbitris: ultro citroq; ser-

A

B

C

D

E

## Secreti Francisci Petrarchæ

mo longior obortus: atq; in diem tertium materia protrahente productus est: ubi multa licet aduersus sæculi nostri mores: deq; cõmunibus mortalium piaculis dicta sint: ut non tã mihi q̃ toto humano generi fieri conuitium uideretur: ea tamen quibus ipse uocatus sum: memoriae altius impressi. Hoc igitur tam familiare colloquium: ne forte dilaberetur: dum scriptis mandare instituo: mensuram libelli huius impleui: Nõ quem annumerari alijs operibus meis uelim: aut unde gloriam petam: maiora quãdam mens agitat: sed ut dulcedinem quam semel ex colloquutione percepi: quotiens libuerit ex lectione percipiã. Tuq; ideo libelle conuentus hominum fugiens: mecum mansisse contentus eris: nominis proprii non immemor: Secretũ enim meum es & diceris: mihiq; in altioribus occupato: ut unũquodq; in abdito dictum meministi: in abdito memorabis. Ego enim: ne ut ait Tullius: inquam: & inquit sapius interponerentur: atq; ut coram res agi uelut a præsentibus uiderentur: collocaturis egregijs meaq; sententias non alio uerborum ambitu: sed sola proprioꝝ nominum præscriptione discreui: Hũc nempe scribendi morem a meo Cicerone didici: hunc ipse prius a Platone didicerat. Ac ne longius uager: his ille me primũ ybis aggressus est.

**Francisci Petrarchæ poetæ Oratorisq; Clarissimi: Libri quem Secretum suum inscripsit: de Contemptu mundi disputãtis: Colloquium Primi diei: Felicitèr incipit.**

Augustinus.

A

Q

q

Vid ais hominior: quid somnias? quid expectas? an non te mortale esse meministi? ¶ Franciscus. Memini equidẽ: nec unq; sine horrore quodã cogitatio illa subit animum. ¶ Augu. Vtinã meminisses ut dicis & tibi cõsuluisset: Eteĩ & multũ mihi negocij remisisses: cũ sit profecto uerissimum: ad contẽnendas uitã huius illecebras: componendiq; inter tot mũdi procellas animũ: nihil efficacius reperiri: q̃ memoriã propria miserĩe & meditationem mortis assiduã: modo non leuiter aut supficietenus serpat: sed in ossibus ipsis ac medullis infideat. At multũ uereor: ne hac in re (quod in multis animaduerti) te ipsum decipias. ¶ Fran. Qualiter quãso? Nõ em̃ clare intelligo quã naras. ¶ Augu. Atqui omnibus ex cõditionibus uestris o mortales: nullam magis admiror: nullã magis exhorreo: q̃ q̃ miserijs uestris ex industria fauetis: & impendẽs periculũ dissimulatis agnoscere: considerationẽq; illã si ingeratẽ excludatis. ¶ Fran. Quo pacto? ¶ Augu. Putasne quẽpiã adeo delirare: ut morbo ancipiti correptus: non summe cupiat sanitatem? ¶ Fran. Neminẽ tam dementẽ arbitror. ¶ Augu. Quid ergo? Putasne quẽpiã fore tam pigri remissiq; animi: ut nõ qd̃ tota mẽte desiderat: omni studio consecret? ¶ Fran. Ne istud quidem. ¶ Augu. Sed hæc duo inter me teq; cõueniũt: tertiũ q̃ cõueniat necesse est. ¶ Fran. Qd̃ est tertiũ hoc? ¶ Augu. Vt sicut q se miserũ alta & fixa meditatiõẽ cognouerit cupiat esse nõ miser: & q id optare cõepit sectet̃ sic ut qd̃ sectatus fuerit possit etiã adipisci: Enimuero tertiũ huiusmodi: sicut non nisi ex secundi: sic secundũ non nisi ex primi defectu impediri posse: compertum est. Itaq; primũ illud ceu radix humanæ salutis subsistat oportet: Vos aut̃ insensati: tuq; adeo ingeniosus: in perniciem propriae pectoribus uestris salutiferam hanc radicẽ: omnibus terrenarũ blanditiarũ laqueis (quod mirare me atq; horrere dicebam) extirpare nitimini. Iure igitur illius auulsione: & reliquorũ euerfione plectimini. ¶ Fran. Hæc quidem: ut auguror: longior est querela: egenõq; uerborũ plurium: Ea ergo si libet in tempus aliud dilata: dum certior ad sequentia proficiscor: aliquantisper in præcedentibus immoremur. ¶ Augu. Tarditati tuæ mos gerendus est: Vbicũq; igitur uisum fuerit pedem fige. ¶ Fran. Consequentiam istam non uideo. ¶ Augu. Quid caliginis interuenit: quid ue nũc dubietatis oboritur? ¶ Fran. Quoniam innumerabilia sunt quæ ardentèr optamus studiosq; petimus: ad quæ tamen nullus labor: nulla nos diligẽtia aut p̃uexit aut p̃uehet. ¶ Augu. In rebus cãteris id uerũ esse non inficior: at in eo qd̃ nũc agiẽ cõtra est. ¶ Fran. Quã ob causam? ¶ Augu. Quia qui miserĩã suã cupit exuere: mō id uere pleneq; cupiat: neq; a tali desiderio frustrari. ¶ Fran. Pape: quid ego audio: pauci admodũ sunt q nõ multa sibi deesse præuideãt: qd̃ q̃ uerũ sit: quisq; ad seipsum cõuersus fuerit iteligit. Atq; in eo sese miseros fateant: cõseques siquidẽ est ut bonõꝝ cumulatissimus aceruõ foelices facit: & quicq; inde decesserit: p̃ ea pte necesse est efficiat infœlices. Hæc miserĩe sarcinam oẽs quidẽ deponere uoluisset: rarissimi aut̃ potuisset: notissimũ est. Q̃ multi em̃ sunt

B

C

## Colloquium Primi diei

quos uel corporis aduersa ualitudo: uel charoꝝ mors: uel carcer: uel exilium: uel paup̄tas perpetuis pramit angoribus: Aliaq; huiusmodi generis: quæ sicut enumerare lōgū est: sic tolerare difficile atq; miserrimum: quæ q̄uis sint patientibus permolesta: tamen ut uides abiectis non licet. Dubitari igitur meo iudicio non potest: quin multi quidem inuiti nolētesq; sint miseri. ¶ Augu. Longius retro reuocādas es: & quod usu euenit: uagis tardioribusq; inuentiunculis sæpius a primis elementis dicendorum series retexenda est. Prouecti oris te quidem ingenij arbitrabar: nec putabam adhuc tam puerilibus admonitionib⁹ indigere: & profecto si illas philosophorum ueras saluberrimasq; sententias: quas mecum sæpe relegisti: memoriæ cōmendasses: si & cum bona uenia loqui sinas: tibi nō alijs laboras: & lectionem tot uoluminum: ad uitæ tuæ regulam: non ad uentosum uulgi plausum & inanem iactantiam traduxisses: tam insulsa & tam rudia ista non diceres. ¶ Fran. Quid pauper ignoro: Iā nunc tamen frontem meā rubor inuasit: experiorq; qd̄ p̄dagogis obiurgatibus pueri solent. Vt enim illi anteq̄ admitti criminis nomen audiant: multa se deliquisse memorantes: prima castigatoꝝ uoce confunduntur: Sic ego ignorantia & erroꝝ mihi conscius multorum: & si nondum intelligo quorsum tua pergit oratio: quia tamen nihil mihi non obijci posse persentio: ante finem sermonis erubui. Fare aut̄ apertius quæso: quid hoc est quod in me satis mordaciter arguisti? ¶ Augu. Multa post hoc: nunc unum illoꝝ indignor: qd̄ fieri quenq; uel esse miserum suspicaris inuitum. ¶ Fran. Erubescere desij: quid em̄ hoc uero uerius excogitari potest: aut quis tam ignarus reꝝ humanarū tāq; ab omni mortalium cōmertio segregatus est: qui non intelligat ægestatem: dolores: ignominiam: deniq; morbos ac mortem aliaq; huius generis quæ putantur esse miserrima: inuitis accidere plarumq; uolētibus autem nunq; Ex quo uerum sit miseriam propriam & nouisse & odisse facillimum: depulisse non: ita qd̄ prima nostri duo arbitrij: tertium hoc sit in potestate fortunæ. ¶ Augu. Erroris ueniam uerecundia merebatur: impudentiæ aut̄ irascor grauius q̄ errori: Quo modo em̄ omnes illæ tibi philosophicæ sanctissimæq; uoces exciderūt: neminē his quæ paulo ante nominabas: misere fieri posse: Nam si sola uirtus animū felicitatē (quod & a Marco Tullio: & a multis sæpe ualidissimis rationibus demonstratum est) consequentissimum est: ut nihil quoq; nisi uirtutis oppositum a foelicitate dimoueat: quod quale sit: nisi prorsus obtorpuisti: me licet tacente recordaris. ¶ Frā. Recordor equidem: ad Stoicorum præcepta me reuocas: populorū opinionib⁹ aduersa: & ueritati propinquiora q̄ usui. ¶ Augu. O te omnium infelicem: si ad ueritatis inquisitionem per uulgi delramenta contendis: aut cæcis ducibus ad lucem te peruenturum esse confidis: Calcatum publice callem fugias oportet: & altiora suspirans: paucissimorū signatū uicigij iter arripias: ut poeticū illud audire merearis: Macte noua uirtute puer: sic itur ad astra. ¶ Fran. Vtinā id mihi contingere posset anteq̄ moriar: Sed perge quæso: neq; enī prorsus depuduit: & Stoicorū sententias publicis erroribus præferendas esse nō dubito: quid autem hic persuadere uelis expector? ¶ Augu. En hoc inter nos conuenit: nisi uitio miserum non esse nec fieri: Iam quid ybis opus est? ¶ Fran. Quia multos mihi uidisse uideor: inter quos & me ipsum: nihil molestius ferentes: qd̄ qd̄ uitiorum iugum nō liceret excutere: q̄uis ad id per omnē uitam summis uiribus niterentur: q̄ obrem stante licet Stoicorū sententia: tolerari potest: multos inuitos ac dolentes optantēq; contrarium esse miserrimos. ¶ Augu. Aliquantulū euagati sumus: sed iam sensim ad primordia nostra reuertimur: nisi forte unde decesseramns oblitus es. ¶ Fran. Obliuisci cœperam: sed incipio recordari. ¶ Augu. Id agere tecum institueram ut ostenderem ad euadendū huius uitæ mortalitatis angustias: attollendoq; se altius: Primum ueluti gradum obtinere meditationem mortis humanæq; miseriam: Secundum uero desiderium uæhemens studiumq; surgendi: quibus exactis: ad id quo nostra suspirat intentio: ascensum facilem pollicebar: Nisi tibi forte nunc etiam cōtrarium uiderē. ¶ Fran. Contrarium equidem uideri: dicere non ausim: ea nanq; de te ab adolescentia mea mecum creuit opinio: ut si quid aliter uisum fuerit q̄ tibi: aberrasse menouerim. ¶ Augu. Cessent oro blanditiæ: at quoniam: non tam iudicio q̄ reuerentia assensum dictis meis præbuisse te uideo: loquendi tibi quicquid ex arbitrio tuo fuerit: libertas dat. ¶ Fran. Trepidus quidem adhuc: sed licētia tua uti uelim: atq; ut de reliquis hominibus sileam: testis est mihi hic qui cunctis actibus meis semper interfuit: testis tu quoq;: quotiens ad conditionis meæ miseriam mortemq; reperim: quātisq; cum lachrymis fordes meas diluere uisus sim: uerū id quod sine lachrymis narrare non possum: ut uides: hæcenus frustra fuit. Hoc igit̄ unū est

D

E

F

quod me super ambigēda propositionis tuæ ueritate sollicitat: qua conaris astruere: neminem nisi sponte suâ in miseriam corruisse: neminem miserum esse nisi qui uelit: cuius rei cōtrarium in me tristis experior. ¶ Augu. Vetus est hæc & nunq̄ finem habitura querimōdia: atq̄ licet idem nequicq̄ sæpe temptauerim: adhuc inculcare non desinam: Nec fieri miseræ nec esse qui nolit: Sed est: ut dicere cœperam: inanis hominū peruersa quædam & pestilens libido seipso fallendi: quo nihil potest esse funestius in uitâ. Si enim familiarium dolos uere pertimescitis: propterea q̄ & fallentium auctoritas remedium præripuerit cautela: & aures uestras assidue uox eorum blanda circumsonat: quorum utrunq̄ in alijs cessare uideat: quantomagis proprias fraudes formidare deberetis: ubi & amor & auctoritas & familiaritas ingēs est: q̄ se quisquis plus æstimet q̄ ualet: plus diligit q̄ oportet: nunq̄ propterea deceptus a deceptore separetur? ¶ Fran. Sæpe his uerbis hodie usus es: At ego me ipsum nunq̄: q̄ meminim: fefelli: utinâ non me alij fefellissent. ¶ Augu. Nunc te maxime fallis cū nūq̄ te ipsum fefellisse gloriaris: nec tã tenuis tuæ indolis spes est mihi: quia si animum acriter attenderis: per te ipsum uideas: neminem in miseriam nisi sponte corruere: Sup hoc em̄ alteratio nostra fundata est. Dic em̄ oro te (sed cogita priusq̄ respondeas: atq̄ ad id animum indue: non contentionis sed ueritatis auidum) dic mihi: quem hominū putas peccasse coactum: cum uelint sapientes peccatum esse uoluntariam actionem: usq̄ adeo: ut si uoluntas desit: desinat esse peccatum: sine peccato aut̄ nemo fit miser: qd̄ mihi iam superius cōcessisti. ¶ Fran. Video me nuper paulatim de proposito excidere: & fateri cogor q̄ initium miseriam meam ex proprio processit arbitrio: hæc in me sentio: in alijsq̄ conficio: modo tu mihi quoq̄ uerum fatearis. ¶ Augu. Quid me fateri postulas? ¶ Fran. Ut sicut uerū est: neminem nisi sponte corruere: sic illud etiam uerum sit: innumerabiles sponte prolapsos: non sua tamen sponte iacere: qd̄ de meipso fidenter affirmem: Idq̄ datum mihi arbitror in pœnam: ut quia stare dum possem nolui: assurgere nequeam dum uelim. ¶ Augu. Qd̄ hæc haud prorsus delirantis opinio ista sit: postq̄ te tamen in primo errasse cognoscis: idem in secundo fatearis oportebit. ¶ Fran. Cadere igitur & iacere unū atq̄ idem esse diffinis: ¶ Augu. Immo uero diuersa: noluisse tamen & uelle: & si in tempore differunt: in re tamen ipsa: inq̄ animo uolentis unū sunt. ¶ Fran. Sentio quibus me nexibus inuoluis: nec tamen fortior luctator ē qui arte sibi uictoriā quaesuit: sed p̄fecto uersutior. ¶ Augu. Corā Veritate loq̄mur: cui simplicitas omnis amica est: calliditas inimica: quod ut clare uideas: cum quantalibet deinceps simplicitate procedamus. ¶ Fran. Nihil possum audire iucundius: dic ergo quomodo de meipso mentio fuerat: qua nam ratione mihi mōstraueris hoc q̄ miser sum: id enim me esse non inficio: nunc etiam mea uoluntatis existere ut surgam: cum ego cōtra sentiam: nil me perpeti molestius: nil magis aduersum propriæ uoluntati: sed ultra non ualeo. ¶ Augu. Modo conuenta seruentur: ostendam alijs tibi uerbis utendum fore. ¶ Fran. Quæ nam conuenta memoras: quibus ue admones utendum uerbis? ¶ Augu. Conuēta sunt ut fallacia: laqueis reiectis: circa ueritatis studium: pura cum simplicitate uersemur: uerba uero quibus te uti uelim hæc sunt: ut ubi te non posse dixisti: ultra te nolle fatearis. ¶ Fran. Nunq̄ erit finis: nunq̄ em̄ hoc fatebor: scio quidē & tu testis es mihi: quotiens uolui non potui: quot lachrymas fudi nec profuerunt? ¶ Augu. Lachrymarum tibi testis sum multarum: uoluntatis uero minime. ¶ Fran. Per superæ fidem (hominem enim scire neminem puto) quid ego passus sim: q̄ tumq̄ uoluerim si licuisset assurgere. ¶ Augu. Sile: prius cœlum tellusq̄ miscebit: prius astra concident a neruo: & amica nunc inuicē elementa pugnant: q̄ hæc quæ inter nos diiudicat Veritas falli quæat. ¶ Fran. Quid ais igitur? ¶ Augu. Lachrymas tibi sæpe conscientiam extorsisse: sed propositū nō mutasse. ¶ Fran. Quoties dixi: me ulterius nequiuisse. ¶ Augu. Quotiesq̄ respondi: imo uerius noluisse: nec tamen admiror te in his nunc ambagibus obuolutū: in quibus olim ego ipse iactatus: dum nouā uitæ uiam carpere meditarer: Capillum uulsi: frontē percussi: digitosq̄ contorsi: deniq̄ cōploris genua manibus amplexus: amarissimis suspirijs cœlū aurasq̄ cōpleui: largisq̄ gemitibus solum omne madefeci: & tamen hæc inter idem ille qui fueram: mansi: donec alta tandem meditatio omnē miseriam meam ante oculos congestit. Itaq̄ postq̄ plene uolui: ilico & potui: mira q̄ & fœlicissima celeritate transformatus sum in alteræ Augustinū: cuius historiam seriem: ni fallor: ex confessionibus meis nosti. ¶ Fran. Noui equidem: illiusq̄ ficus salutaris: cuius hoc sub umbra contigit miraculum: imemor esse non possum. ¶ Augu. Recte quidem: nec em̄ myrtus ulla: nec hedera: deniq̄ nec dilecta: ut aiunt: phœbo laurea: q̄uis

G

H

I

## Colloquium Primi diei.

ad hanc poetarum chorus omnis afficitur: tuque ante alios qui solus ætatis tuæ contextam eius frondibus coronam gestare meruisti: grator debet esse animo tuo: tandē aliquando in portum ex tam multis tempestatibus reuertenti: quæ ficus illius recordatio: per quā tibi correctio & ueniæ spes certa præteritur. ¶ Fran. Nihil aduersor: sed inceptum perage. ¶ Augu. Hoc inceptam: ad hoc prosequor: contigisse tibi hæctenus quod multis: quibus dici potest uersus Virgilij: Mens immota manet: lachrymæ uoluunt inanes. Vergego & si multa congerere poteram: unico tamen eoque domestico exemplo contentus fui. ¶ Fran. Cōsulte: neque enim aut pluribus res egebat: aut aliud quodlibet in pectus hoc profundius descēdisset: eo præferim: quia (licet pro maximis interuallis) quāta inter naufragiū & portus tutā tenente: tanta interque foelicem & miseræ esse solent discrimina: aliquale tamen inter procellas meas: fluctuationis tuæ uestigiū recognosco. Ex quo fit: ut quotiens confessionum tuarū liberos lego: inter duos cōtrarios affectus: spem uidelicet & metum (licet non sine lachrymis intermedium) legere me arbitror: non alienam sed propriam meam peregrinationis historiā. Deinceps autem: quoniam omne studiū cōtentionis abiici: ut libuerit perge: sequi enim: nō ob stare disposui. ¶ Augu. Haud hoc postulo. Sicut enim ut doctissimus quidam ait: Nimiū alitercando ueritas amittitur: sic ad ueræ multos sæpe perducit modesta cōtētio. Neque igitur (quomodo pigri & torpentis ingenij mos est) passim omnibus ac quicquid conuenit: nec rursus aperta ueritati studiosius oblectari: quod clarum litigiosæ mentis indicium est. ¶ Fran. Intellego & laudo & consilio utar: perge modo. ¶ Augu. Recognoscis ne igitur ueram illam fuisse sententiam: graduumque progressum: ut miseriarum suarum perfecta cognitio: perfectū desiderium pariat assurgendi: si desiderium potentiam obsequat. ¶ Fran. Iam in animū induxi: nihil tibi non credere. ¶ Augu. Sentio aliquid etiam nūc restare quod uelis: licet: fare age quicquid id est. ¶ Fran. Nil aliud nisi quod ipse mecum obstupescere noluisse hæctenus: quod unū semper uoluisse credideram. ¶ Augu. Adhuc hæsitat: atque ut his iam tandem sermonibus finis sit: fateor & ipse te uoluisse nōnunquam. ¶ Fran. Quid ergo dixisti? ¶ Augu. An nō succurrit illud Ouidij: Velle paræ incipias ut re potiaris oportet. ¶ Fran. Intellego: sed & desiderasse putabam. ¶ Augu. Fallebaris. ¶ Fran. Credo. ¶ Augu. Ut certus credas: conscientiam ipse tuam consule. Illa optima uirtutis interpretis: Illa infallibilis & uerax est: operum cogitationumque pensatrix. Illa tibi dicet: nunquam te ad salutem: qua decuit: aspirasse: sed tepidius remissiusque quam periculis tantorum consideratione requirebat. ¶ Fran. Cœpi quā iubes conscientiam excutere. ¶ Augu. Quid illic inuenis? ¶ Fran. Vera esse quæ dicis. ¶ Augu. Proficimus aliquantulum si incipis expurgari: iam melius tibi erit: si quam male olim erat agnoueris. ¶ Fran. Si hoc uel nosse satis est: non tantū bene sed optime mihi propediem esse posse confido: nihil enim unquam clarius intellexi quam nunquam me satis ardentem optasse libertatem & miseriarum finem: nunquid autem post hoc optasse sufficiat? ¶ Augu. Quid enim? ¶ Fran. Ut nihil amplius agam. ¶ Augu. Impossibilem proponis conditionem: ut qui quod cupit ardentem cupiat & obdormiat. ¶ Fran. Quid igitur ipsum optare profuit? ¶ Augu. Nempe per medias difficultates iter pandet: ad hoc ipsum per se uirtutis desiderium: pars est magna uirtutis. ¶ Fran. Magnam mihi spei materiam præbuiti. ¶ Augu. Iccirco te alloquor ut & sperare doceam & timere. ¶ Fran. Timere quo nam modo? ¶ Augu. Immo pro qualiter sperare? ¶ Fran. Quia cum hæctenus nō mediocre studiū gesserim ne pessimus forem: tu mihi uiam aperis qua optimus fiam. ¶ Augu. At quam id iter laboriosum sit: fortasse non cogitas. ¶ Fran. Quid noui terroris ingeminas? ¶ Augu. Quia hoc ipsum optare: uerbum unum est: secundum quod innumerabilibus consistit ex rebus. ¶ Fran. Terrificas. ¶ Augu. Atqui ut ea sileam ex quibus desiderium istud constat: quæ multa sunt ex quorum euerfione conficitur. ¶ Fran. Quid dicere uelis nō intellego. ¶ Augu. Nulli potest desiderium hoc absolute contingere: nisi qui alijs oibus desiderijs finem fecit. Iam intelligis quæ multa & uaria sunt quæ optant in uita: quæ prius tibi omnia uilipendēda sunt: ut sic ad concupiscentiam summam foelicitatis ascendas: quā profecto minus amat: qui secū aliquid amat quod nō propter ipsum amat. ¶ Fran. Agnosco sententiā. ¶ Augu. Quotus ergo fuerit qui omnes cupiditates extinxerit: quas ne dicam extinguere: sed uel enumerare longū sit: qui aīo suo frenū rationis admouerit: qui dicere audeat: nihil mihi iam cōe cum corpore: quæ uidentur iucunda cuncta sordescunt: ad foeliciora suspiro. ¶ Fran. Rarissimū genus hominum: & nunc difficultatē quā cōminabar intellego. ¶ Augu. His nempe cessantibus: desiderium illud plenum expeditumque erit: Necessē est enim ut quæcumque animus ad cœlū propria nobilitate subuehit: tantū mole corporea & terrenis

K

L

*In demeritate  
o uirtute*

prægrauetur illecebris. Ita dum ascendere: & in imis permanere cupitis: neutrum impletis: in alterna distracti. ¶ Fran. Quid igitur censes esse faciendum: ut integer animus discussis terræ compedibus: tollatur ad superna? ¶ Augu. Ad hunc terminum profecto meditatio illa producit: quam primo loco nominauerā: cum mortalitatis nostræ recordatione contentua. ¶ Fran. Nisi & hic fallor: nullus hominū crebris in has reuoluit curas. ¶ Augu. Non ualis laborque alius. ¶ Fran. Quid? Ergo ne etiam hic mentior? ¶ Augu. Urbanus loqui uelim. ¶ Fran. Hanc tamē sententiā. ¶ Augu. Certe non aliam. ¶ Fran. Ergo ego de morte non cogitor? ¶ Augu. Perraro quidem idque tam segniter: ut in calamitatis tuæ fundū cogitatio ipsa non penetret. ¶ Fran. Contra credideram. ¶ Augu. Non quidem credideras: sed quid credere debueras attende. ¶ Fran. Nunquā post hoc me crediturū scito: si & hoc falso credidisse monstraues. ¶ Augu. Monstrabo perfacile: modo bona fide uerū cōfiteri in animū inducas: utar in hac re teste etiam non longinquo. ¶ Fran. Quo nā quæso? ¶ Augu. Conscientia tua. ¶ Fran. Illa cōtrarium dicit. ¶ Augu. Vbi confusa præter interrogatio: certum respondentis testimonium esse uix potest. ¶ Fran. Quid ad rem? ¶ Augu. Multū sane quod ut clare peruideas aduerte: Nemo tam demēs est (nisi sit idem prorsus insanus) cui non interdum conditio propriæ fragilitatis occurrat: qui non si interrogetur: respōdeat se esse mortalem: & caducum habitare corpusculū. Id enim & membrorum dolor & febrium temptamenta testantur: a quibus prorsus immunē uitam degere: quæ nam dei unquā indulgētia præstabit? Adde quæ & ex funeribus amicorum: quæ assidue præter oculos uestros eunt: spectantium animis terror incutitur: quia dum æquauū quisque comitatur ad sepulchrum: necesse est ipse etiam ad alieni casus præcipitium contremisecat: & de se incipiat esse sollicitus. Sicut ubi flagrantia uicinorum tecta conspexeris: de tuis securus esse non potes: quoniā ut ait & Flaccus: Ad te post paulum uentura pericula cernis. Eo autem uahementius mouebitur qui iuniorem: qui ualidiorem: formosiorēque uideat repentina morte subtractum: sese ante circumspiciet & dicit: Securius hic habitare uidebatur & tamē eiectus est: Nec ætas profuit: nec forma: nec robor mihi securitatem quis spopōdit deus ue: magus ue: mortalis sum profecto. Quod si hoc idem imperatoribus regibusque terrarum: si egregijs formidatisque personis euenerit: multo etiam acrius concutientur astantes: quoniam qui alios sternere solitū norant: subito inde aut paucarum fortassis horarum anxietate prostrantur. Vnde enim nisi ex hoc fonte procedunt illa: quæ in mortibus summorum hominū stupentes faciunt populi: qualia multa (ut te tantisper ad historia reuocem) in funere Iulij Cæsaris meministi? Hoc est illud cōmune spectaculum: quod mortalium oculos & corda perstringit: fatique sui memoriam ingerit aliena cernentibus: Accedit bælarum furor atque hominum rabiesque bellosarum: Accedunt & magnarum ædiū ruinarum: quas bene quidā ait: tutelam hominum fuisse: nūc esse periculū: Accedunt sinistro sydere motus aerei & coeli pestilentis afflatus: & tot terrarum marisque discrimina: quibus undique circumsepti: non potestis oculos auertere ubi nō eis occurrat propriæ mortalitatis effigies. ¶ Fran. Indulge quæso: amplius expectare nō possum: nihil enim ad confirmandū rationem meam dici reor efficacius quā tu multa dixisti: ego ipse inter audiendū mirabar: quid tua uellet oratio aut ubi desineret? Augu. Nōdum quippe desierat: tu eam præcidisti. Hæc enim cōclusio restabat: quæque multa uolitantia circumstent: nil tamen ad interiora penetrare durius: longa cōsuetudine pectoribus miserorum uetustoque uelut calle salutariferis admonitionibus resistente: paucos inuenies satis profunde cogitantes: sibi esse necessario moriendum. ¶ Fran. Paucis ergo diffinitio hominis nota est: quæ tamē oibus in scholis tam crebro repetitur: ut nōdum auditorum aures fatigasse: sed ipsas ædificiorum colūnas iam pridē minuisse debuerit. Ista quidē dialecticorum garrulitas nullū finē habitura: & diffinitionū huiuscemodi cōpēdij scater: & immortalium litigiorum materia gloriarum: Plurimumque aut quid ipsū uerū sit quod loquuntur ignorat. Itaque si quæ ex eo grege de diffinitione nō tantū hominis sed rei alterius interrogos: parata responsio est. Si ultra progrediare silentiū fiet: aut si assiduitas differēdi: uerborum copia audaciamque peperit: mores tamen loquentis ostendēt: uerā sibi rei diffinitiam noticiā nō adesse: cōtra hoc tam fastidiose negligēs tamque supuacuo curiosum genus hominum iuuat inuehi. Quid sper frustra laboratis: ha miseris: & inanibus tediculis exercetis ingeniū? Quid oblitire reorum: inter uerba senescitis: atque inter pueriles ineptias albicantibus comis & rugosa fronte uersaminis? Vobis utinam solis uestra noceret insania & nō nobilissima sæpe adolescentium ingenia corrupisset? ¶ Augu. Contra id fateor studiose monstrum: nihil satis mordaciter dici potest: tu tamen interea dicendi studio euectus quod de diffinitione hominis inceperas omisisti. ¶ Fran. Abun-

## Colloquium Primi diei

de dictum rebar: sed agam expressius: hominem quidem esse animal: imo uero animalium principem cunctoꝝ: nemo tam durus pastor inuenitur ut nesciat: nemo rursus puer si in-  
 terrogetur: aut rationale animal aut mortale negauerit. Itaq; omnibus diffinitio nota est.  
**¶ Augu.** Immo uero paucis. **¶ Fran.** Quid ergo? Si quem uideris adeo ratione pollē-  
 tem: ut scđm eam uitam suam instituerit: ut sibi soli subiecerit appetitū: ut illius freno mo-  
 tus animi coerceat: ut intelligat sese per illam tantum a brutoꝝ animantiū feritate distin-  
 gui: nec nisi quatenus ratione degit: nomē hoc ipsū hominis mereri. **¶ Augu.** Adeo pri-  
 mo mortalitatis suæ conscius: ut eam quotidie ante oculos habeat: per eam se ipsum tem-  
 peret: & hæc peritura despiciens ad illā uitam suspiret ubi ratione superauctus desinet esse  
 mortalis: hanc tandem ueram de diffinitione hominis atq; utilem sententiam habere dici-  
 to: Huius ultimi: quoniā de eo nobis sermo erat: dicebam paucos cognitionē aut meditati-  
 onem idoneā sortitos. **¶ Fran.** Ego me hæcenus ex paucis rebar. **¶ Augu.** Et ego quidem  
 non ambigo tibi tam multa per omnē uitam experientia magistra: tam multa ex libroꝝ le-  
 ctione repetēti: crebras cogitationes mortis occurrere: sed quæ nec satis alte descendāt nec  
 satis tenaciter hæreant. **¶ Fran.** Quid uocas alte descendere: & si met intelligere mihi uide-  
 ar: cupio ex te clarius audire. **¶ Augu.** Dicam: Quis iam uulgo persuasum sit: atq; etiam e-  
 medio grege philosophoꝝ clarissimi testes accesserunt: mortem inter tremenda principium  
 possidere: usq; adeo: ut iam pridem nomen ipsum mortis auditu tetrum atq; asperū uideat.  
 Ne tamen uel similia hæc summis auribus excepta: uel rei ipsius recordatio compendiosa  
 sufficiat: imo rari diutius oportet atq; acerrima meditatione singula morientū membra  
 percurrere: & extremis quidem iam argentibus media terreri: & in summo oportuno sudo-  
 re defluere: ilia pulsari: uitalē spiritum mortis uicinitate lentescere: ad hæc defosso natan-  
 tesq; oculos: obtutum lachrymosum: contractā frontem liuentemq; labentes genas: luci-  
 dos dentes: rugentesq; atq; acutos nares: spumantia labia: torpētē squamosamq; linguā:  
 aridum palatum: fatigatum caput: anhelum pectus: raucū murmur & moesta suspiria: odo-  
 rem totius corporis molestum: præcipueq; alienati uultus horrorē: quæ omnia facilius ac  
 uelut in promptu & ad manū collocata succurrēt: Si cui familiariter obseruari cœperit me-  
 morandum aliquod conspectæ mortis exemplum: Tenacior em̄ esse solet uisioꝝ q̄ audito-  
 rum recordatio. Quam ob causam non sine alto consilio: in quibusdam religionibus atq;  
 sanctissimis: usq; etiam ad hæc ætatem quæ bonis moribus inimica est: illa cōsuetudo per-  
 durat: q; ad cernenda corpora defunctoꝝ: dum lauantur præparanturq; sepultura: eiusdē  
 rigidi propositi professores intersint: ut scilicet triste miserandumq; spectaculū oculis subie-  
 ctum: & memoriam semper admoneat: & animos superstitum ab omni spe mundi fugatis  
 exterreat: Hoc est igitur quod satis alte descendere dicebam: nondum forte consuetudinis  
 causa mortem nominatis: dum nil morte certius: nil hora mortis incertius: cæteraq; huius  
 generis usu quotidiani sermonis iteratis: præteruolant em̄ illa: nō insident. **¶ Fran.** Assen-  
 tior eo facilius: quia multa quæ mecum tacitus agere soleo: nunc te loquente recognosco:  
 Signū tamē aliquod memoriæ meæ si uideatur imprimē: quo admonitus post hoc de me ip-  
 se mihi non mentiar: nec erroribus meis interblandiar. Id em̄ est: ut uideo: q; mentes homi-  
 num calle uirtutis auertit: dum metham apprehendisse rate: ulterius non aspirant. **¶ Augu.**  
 Libens hæc audio ex te: neq; em̄ ociosi & a casu pendentes: sed multa circumspicientis ani-  
 mi uerba sunt. Signum igitur quo nunq; fallaris accipe: Si quotiens de morte cogitabis: lo-  
 co non moueberis: scito te uelut de rebus cæteris inutiliter cogitasse. At si in ipso cogitatu  
 obrigueris: cōtremueris: expallueris: tibiq; iam huic laborare uisus fueris medias iter mor-  
 tis angustias: si cum hoc & illud occurrat: animā illiciet: ut ex his mēbris exierit sistendā in  
 æterno iudicio toti<sup>9</sup> uitæ præteritæ: actuūq; & x̄boꝝ rationē exactissimā sumā eē reddēdā:  
 nullā deniq; in forma corpis aut in mūdi gloria: nullam ingenio eloquētā: nullā in opib<sup>9</sup>  
 aut potētia spē habendā: nec corrūpi posse: nec falli iudicē: nec placari mortē ipsam: laboꝝ  
 non sinē esse sed transitum: Hæc inter mille supplicioꝝ: mille tortoꝝ genera & stridor & ge-  
 mit<sup>9</sup> auerni & sulphurei amnes & tenebræ & ultrices furia: postremo aduersa sif<sup>9</sup> orei pal-  
 lentis imanitas: quæ ue his oibus præpōderant malis: infœlix sine fine ppetuitas: terminā-  
 dæq; calamitatis desperatio & in æternū mansura: nō iā amplius miserātis ira dei. Si hæc oīa  
 sif<sup>9</sup> añ oculos uenerint: nō ut ficta sed ut y<sup>a</sup>: nō ut possibilia sed ut necessaria inuitabiliq;  
 uētura & pene iā præsentia: Inq; his curis nō præteriēs nec despans: sed spei plenus q; dei  
 dextera potēs p̄mptaq; sit extātis ma<sup>9</sup> eruere: tū mō te curabilē præbeas: surgēdiq; aud<sup>9</sup>:

P

Q

R

S

& ppositi tenax: assidu<sup>9</sup> uersaberis: nō frustra te meditatū esse cōfide. ¶ Fran. Grauius me fateor tātis añ oculos coaceruatis miseris terruisti: Sed sic mihi deus ueniat larg<sup>9</sup> sit: ut ego per dies singulos in has cogitationes immergar: præcipueq; noctibus cū diurnis curis relaxatus animus se in ipsum recolligit: cum corpus hoc in morem morientium compono: ipsam quoq; mortis horam: & quicquid circa eam mēs horrendū repperit: intentissime mihi ipse confingo: usq; adeo ut in agone moriendi positus: mihi uidear interdū tartara: & quæ narras: omnia mala conspicerere: eaq; tam grauius uisione cōturbor: ut exterritus tremescq; confurgam: & sæpe usq; ad horrorē astantium: hæc in uerba prorumpā: Heu quid ago: qd patior: cui me exitio fortuna reseruat miseris: Iesu fer opem: eripe me iuicte his malis: Da dextram misero & tecum me tolle per undas: Sedibus ut saltem placidis in morte quiescā. Multa præter hæc alia: phrenetici in morē quocunq; uagum animū pauentemq; tulit impetus: necum loquor: multa quoq; cum amicis: quibus illachrymans ipse nonnunq; cæteros in lachrymas coegi: licet utriq; post lachrymas reuertemur ad solita. Quæ cum ita sint: quid ergo me retinet: quid latentis obstaculi est: ut nunc usq; nil ista mihi cogitatio præter molestias terroresq; pepererit: ego aut idem sim adhuc qui fueram prius: q; hi sunt qbus forte nunq; tale aliquod contigit in uita: eoq; miserior: quo illi (quisquis sit futurus exit<sup>9</sup>) præsentibus saltē uoluptatibus delectant: mihi uero & finis incertus sit: & nulla uoluptas: nisi talibus amaritudinibus resperfa proueniat. ¶ Augu. Noli precor: ubi gaudendū est dolere: peccator em̄ quo maiorem uoluptatem & titillationem percipit ex sceleribus suis: eo miserior calamitosiorq; iudicandus est. ¶ Fran. Forte ideo: quia nunq; ad uirtutis semitam reflectitur: quē nūq; interrupta uoluptas sui raptat immemorē. Qui uero inter carnis illecebras & blandimenta fortuna: duz aliquid experitur: totiens cōditionis suæ meminit: quotiens illum delectatio præceps & inconsulta destituit. ¶ Q si un<sup>9</sup> esset amboz finis: nō intelligo: cur non foelicior dici possit qui nunc gaudet doliturus in postez: q; qui nec sentit in præsens gaudium nec expectat: nisi te forte moueat: q; in fine risus sit luctus acerbior.

T

¶ Augu. Illud magis: quoniam freno ratiōis abiecto (quod quidem profus in illa suprema uoluptate deserit) grauior casus est: q; eodem uel tenuiter retēto ex pari præcipitio corruentis. Ante omnia tamen illud a te prius dictū attendo: q; de alterius sperandum: de alterius conuersatione desperandum est. ¶ Fran. Istud quidem sic esse considero: sed tu interrim: nunquid nō primæ quæstionis oblitus es: ¶ Augu. Cuius? Fran. Quid est quod me retinet: Hic enī quæsiueram: cur mihi uni cogitatio mortis intensā non profuit quā miris modis fructuosam dicis: ¶ Augu. Primum quippe: quia de longinquo forsitan illa consideras: quæ tamē propter breuissimā uitā cursum: tum propter incertos & uarios casus: longinqua esse non possunt. Omnes enim ferme in hoc fallimur: ut ait Cicero: q; mortem prospicimus: quem textum correctores quidā: at uerius corruptores: immutare uoluerunt: negationem uerbo præponentes: & mortem nō prospicimus: dicendum esse firmantes. Cæterum qui mortem omnino non aspiciat: sani capitis nullus inuenitur: re autem uera prospicere procul aspicere est: quod unum super cogitanda morte multos illulit: dum illam uiuēdi metham sibi quisq; proposuit: ad quam si peruenire possit per naturam: tamen paucissimi peruenerunt. Fere enim nullus moritur cui non conueniat poeticum illud: Caniciemq; sibi & longos promiserat annos. Hoc nocere tibi potuit: Nam & ætas & complexionis uigor & uitæ modestioris obseruātia: hanc tibi spem fortasse præbuerūt. ¶ Fran. Noli quæso de metalia suspicari: auertat deus hanc insaniam: me ne huic confidere monstro: quod apud Virgilium famosissimus ille magister maris ait: Et ego in mari magno sæuq; ac turbido iactatus: tremulam cymbam fatiscentemq; & rimosam: uentis obluçantibus: per tumidos flatus ago: hanc diu durare non posse: certe scio: Nullam spem salutis superesse mihi uideo: nisi miserator omnipotens præbeat: ut gubernaculum summa ui flectens anteq; peream: littus apprehendam qui in pelago uixerim: moriturus in portu. Huic opinioni debear: q; opū magnæq; potētiae desiderio: quo multos nō mō coætaneos meos: sed lōgæ uos homines: & cōmunem uiuēdi modū supergressos exæstare uidimus: nunq; arsisse me recolo. Quis enim furor est: omnem ætatem in laboribus & in paupertate traducere: ut inter tot curis coaceruādas diuitias statim moriar: Sic itaq; de his formidolosis reb<sup>9</sup> cogito: nō ut longe distātibus: sed mox affuturis iam iāq; præsentib<sup>9</sup>. Necdū de memoria mea excessit uersiculus quidam: quē adhuc admodū iuuenis: inter multa quæ ad amicū scripsit: hæc in fine subiūgēs: Loquimur dū talia: forsan Innumeris pperata uis: in limie mors est.

V

# Colloquium Primi diei.

Quod si tūc dicere potui: quid modo dicam & experimēto reꝝ & ætate prouectior? Quis quid uideo: quicquid audio: quicquid sentio: quicquid cogito ad hoc unum refero: q̄ si in hac cogitatione nō fallor: ad hæc quæstio illa superest: qd̄ ergo me retinet? **¶ Augu.** Huius miles deo gratias age qui te tam salubribus habenis frenare: stimulisq̄ tam pungentibus sollicitare dignatur. Vix em̄ possibile fuit: ut quem cogitatio mortis habet tam quotidiana tam præsens: hunc mors æterna cōtingat. Sed quoniam deesse aliquid tibi sentis: nec imerito: quid illud sit aperire temptabo: ut eo (si deus fauerit) amoto: i cogitationes tuas totus affurgens: quo adhuc præmeris uetustum feruitutis iugum possis excutere. **¶ Fran.** Utinā id tibi contingat efficere: & ego tanti muneris capax inueniar. **¶ Augu.** Inuenire si uoles: neq̄ enim res impossibilis est: Sed in actibus humanis duo uersant̄: quorū si deest alterum: præpedire constat effectum: uoluntas igit̄ præsto sit: eaq̄ tam uæhemens ut merito desiderij uocabulū sortiatur. **¶ Fran.** Ita fiet. **¶ Augu.** Scis quid cogitationi tui officiat? **¶ Fran.** Hoc est qd̄ peto: hoc est quod tanto tempore desidero. **¶ Augu.** Audi ergo: animā quidē tuam sic cœlitus bene institutam esse: non negauerim: sic ex contagione corporis huius: ubi circumsepta est multū a primæua nobilitate sua degenerasse non dubites. Nec degenerasse dumtaxat: sed longo iam tractu temporis obtorpuisse: factam uelut propriæ originis ac fuperni conditoris immemorem. Nempe passiones ex corporea cōmixtione subortas: obliuionemq̄ naturæ nobilioris: diuinitus uidetur attigisse Virgilius ubi ait: Igne⁹ est illis uigor & cœlestis origo Seminibus: quantū non noxia corpora tardant: Terreniq̄ hebetant artus moribundaq̄ membra. Hinc metuunt cupiuntq̄ dolent gaudentq̄: nec auras Respiciunt clausæ tenebris & carcere cæco. Discernis ne in uerbis poeticis quadriceps illud monstrum naturæ hominū tam aduersum? **¶ Fran.** Discerno clarissime quadripertitam animi passionem: quæ primum quidem ex præsentis futuriq̄ temporis respectu in duas scindit̄ ptes: rursus quælibet in duas alias: ex boni maliq̄ opinione subdistinguitur. Ita quattuor uelut flatibus aduersis: humanæ mentiu tranquillitas perit. **¶ Augu.** Rite discernis atq̄ uerificatum est in nobis illud Apostolicū: Corpus qd̄ corrumpit̄ aggrauat animam: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Conglobantur siquidem species innumeræ & imagines reꝝ uisibilibus: quæ corporeis introgressæ sensib⁹: postq̄ singulariter admixtæ sunt: cateruatim in animæ penetrabilibus densant̄: eamq̄ nec ad ingenitam: nec tam multorum difformium capacē prægrauant atq̄ confundunt. Hinc pestis illa phantasmatu uerostros discerpens laceransq̄ cogitatus: meditationibus clarificis quibus ad unū solum summumq̄ limen ascendit̄ iter obstruens uarietate mortifera. **¶ Fran.** Huius quidē pestis sæpe alias cū in libro de Vera religione (cui nihil cōstat esse repugnantius) præclarissime meministi: In quēlibet nuper incidi: a philosophorum & poetarū lectione digrediens: Itaq̄ cupidissime perlegi: haud aliter q̄ qui uidendi studio peregrinatur a patria: ubi ignotū famosæ cuiuspiam urbis limen ingredit̄: noua captus dulcedine locorū: passimq̄ subsistēs: obuia quæq̄ circumspicit. **¶ Augu.** Atqui (licet aliter sonantibus uerbis: sicut catholicæ ueritatis præceptorem decuit) reperies libri illi⁹ magna ex parte philosophicā præcipueq̄ Platoniam ac Socraticam fuisse doctrinam. Et ne quid tibi subtraham: scito me ut op⁹ illud inciperem: unū maxime Ciceronis tui uerbū induxisse: Affuit deus incepto: ut ex paucis seminibus messis optima cōsurgeret: Sed ad propositū reuertamur. **¶ Fran.** Ut libet pater optime: Ante tamen unū oro: ne mihi abscondas uerbū id qd̄ tam præclaro operi: ut ais: præbuit materiam. **¶ Augu.** Cicero siquidem in quodam loco: iam tūc errores temporū perosus sic ait: Nihil animo uidere poterant: ad oculos omnia referebant: Magni autem est ingenij reuocare mentem a sensibus & cogitationem a consuetudine: hæc ille. Ego autē hoc uelut fundamentum nactus: desuper illud quod tibi placuisse dicis opus extruxi. **¶ Fran.** Te neo locū: In Tusculano est: Te autem hic Ciceronis dicto & illic & alibi in operib⁹ tuis delectari solitum animaduerti: Nec immerito: est enim ex eorum genere quib⁹ cum ueritate permixtus lepos ac maiestas inest: Tu uero tādē iam ut uideret ad propositum redi. **¶ Augu.** Hæc tibi pestis nocuit: hæc te nisi prouideris: perditum ire festinat. Siquidē phantasmatibus suis obrutus multisq̄ & uarijs ac secum sine pace pugnantibus curis animus fragilis oppressus: cui primum occurrat q̄ nutriat: q̄ perimat: q̄ repellat examinare non potest: uigorq̄ eius omnis ac tempus: parca quod tribuit manus ad tam multa nō sufficit. Quod igitur euenire solet in augusto multa serētibus: ut impediunt se sata concursus: Idem tibi cōtingit: ut in animo nimis occupato: nihil utile radices agāt nihilq̄ fructiferum

X

*inuenire*

Y

Z

coalescat: Tuq̄ inops consilij: modo huc: modo illuc mira fluctuatione uoluaris: nūc q̄ in-  
teger: nūc q̄ totus. Hinc est: ut quotiens ad hanc cogitationem mortis aliasq̄ per quas iri  
posset ad uitam: generosus: si sinatur: animus accessit: inq̄ altum naturali descendit acu-  
mine: stare ibi non ualeas: turba curarum uariarum pellente resileat. Ex quo fit: ut tam sa-  
lutare propositum nimia mobilitate fatiscat: oriturq̄ illa intestina discordia: de qua mul-  
ta iam diximus: illaq̄ animæ sibi irascentis anxietas: dum horret sordes suas ipsa nec dilu-  
it: uias tortuosas agnoscit nec deserit: impēdensq̄ periculum metuit nec declinat. ¶ Fran.  
Heu mihi misero: nunc profunde manum in uulnus adegisti. Illic dolor meus habitat: istic  
mortem metuo. ¶ Augu. Bene habes: torpor abcessit. Sed quoniā iam satis hodiernum  
colloquium absq̄ intermissione ptulimus: Reliquis si placet in diem proximū dilatis: nūc  
aliquantisper in silentio respiremus. ¶ Fran. Peroportuna quidem languori meo quies &  
silentium.

**Francisci Petrarchæ poetæ Oratorisq̄ Clarissimi: Libri quem Se-  
cretum suum inscripsit: de Contemptu mūdi disputantis: Colloqui-  
um Secūdi diei: incipit.**

Augustinus.

A



Atis ne feriat i sumus: ¶ Fran. Vt libet quidem. ¶ Augu. Quid tibi nūc ani-  
mi est: quantum ue fiducia: Præfuit em̄ non leue salutis iudicium spes lan-  
guentis. ¶ Fran. Quid de me sperem nō habeo: spes mea deus est. ¶ Augu.  
Sapienter nunc ad rem redeo: multa te obsident: multa circumstrepūt: Tuq̄  
ipse quot adhuc aut q̄ ualidis hostib⁹ circūsideris ignoras. Quod igitur eue-  
nire solet condensam procul aciem cernenti: ut contemptus paucitatis hosti-

um fallat: quo uero propius accesserint: quo q̄ districtius subiectæ oculis cohortes affluxe-  
rint: præstringente oculos fulgore: metus crescat: & minus debito timuisse poeniteat: Idem  
tibi euenturum reor: ubi ante oculos tuos hinc atq̄ illinc præmentia teq̄ circumfallantia  
mala coniecero: pudebit te minus doluisse min⁹ ue metuisse q̄ decuit: parciusq̄ miraberis  
animū tam multis obsessum: per medios hostiū cuneos erumpere nequiuisse. Videbis pro-  
fecto: Cogitatio illa salubris ad quā te nitor attollere: quot aduersantibus cogitationibus  
uicta sit. ¶ Fran. Perhorresco grauiter: quoniam si periculum meum magnum semper ag-  
nouit: tuq̄ illud tantum super æstimationem meam esse ais: ut respectu eius qd̄ timere de-  
bui nihil pene timuerim: quid iam spei reliquum est? ¶ Augu. Vltimum malorum omniū  
desperatio est: ad quam nemo unq̄ nisi ante tēpus accessit: Ideoq̄ hoc imprimis scias ue-  
lim: nihil esse desperandum. ¶ Fran. Sciebam: sed memoriam terror abstulerat. ¶ Augu.

B

Nunc ad me oculos animūq̄ cōuerte: & ut familiarissimi tibi uatis uerbo utar: Aspice qui  
coeant populi quæ mœnia clausis Ferrum acuāt portis: in te excidiumq̄ tuorū. Vide quos  
tibi mundus laqueos tendit: quot inanes species circumuolant: quot superuacua præmūt  
curæ. Primum quidem ut inde initium faciā: unde ab initio creaturæ omnium illi nobilif-  
simi spiritus corruerunt: tibiq̄ ne post illos corruas: summopere prouidēdum est. Quā mul-  
ta sunt quæ animū tuum funestis alis extollunt: & sub insitæ nobilitatis obtentu: totiēs ex  
parte fragilitatis immemorem fatigant: occupant: circumuoluūt: aliud cogitare nō sinūt:  
superbientē fidentēq̄ suis uirib⁹ & usq̄ ad creatoris odiū: placentē sibi: q̄ q̄ grādia æqualia  
tibi fingis esse: non in superbiam tamen: sed in humilitatem inducere debuissent memoran-  
tem: nullis tuis meritis illa tibi singularia cōtigisse. Quid em̄ ne dicā æterno: sed temporali  
dño obsequētiores fecerit subiectorū animos: q̄ in illo spectata liberalitas: nullis suorū me-  
ritis excitata: Student em̄ benefactis subsequi: quā præuenire debuerāt. Nunc uero facillī-  
me licebit q̄ pusilla sunt quib⁹ supbis intelligere. Fidis ingenio: & libroꝝ lectione multorū  
gloriaris eloquio: & forma morituri corpis delectaris. Enim uero sentis ingeniū in q̄ mul-  
tis te sæpe destituat. Quot sunt arcū spēs in qbus uilissimorū acumē hoīm æquare nō po-  
teris: Minus dixi: aialia ignobilia & pusilla repies: quorū opa nullo studio quæas imitari.  
In nūc & ingenio gloriare. Lectio aut̄ ista qd̄ pfuit: Ex multis em̄ quæ legisti: q̄ tū est qd̄ in-  
hæserit aior: qd̄ radices egerit: qd̄ fructū pferat tēpestiuū: Excute pecc⁹ tuū acriter: inueni-  
es cūcta quæ nosti: si ad ignorata referant: eā pportione obtinere: quā collat⁹ oceano riuul⁹  
æstiuis siccadus ardorib⁹. Quæ uel multa nosse qd̄ releuat: Si cū cœli terræq̄ ambitū: si cū  
maris spaciū & astroꝝ cur⁹ herbarūq̄ yutes ac lapidū & naturæ secreta didiceritis: uobis

## Colloquium Secundi diei.

estis incogniti: si cū rectā & tutis ardue semitā scripturis ducib<sup>9</sup> agnoueritis: obliq<sup>9</sup> calle trās uerfos agit furor: si cū oīs aui clarorū hoīm gesta memineritis: qd uos q̄tidie agitis: nō curatis? De eloqo qd dicā: nisi q̄ tu ipse fateberis: s̄pe te quidē ei<sup>9</sup> fiducia fuisse delusū: Quid autem attinet: audientes forsā approbasse quā diceres: si te iudice damnabantur? Quis enim audientium plausus non spernendus eloquentiæ fructus esse uideatur: si tamen ipsius oratoris plausus interior desit: quantulum uoluptatis præstare potest strepitus ille uulgaris? Quomodo autem alios loquendo mulcebis: nisi te primum ipse permulseris? Accirco sane nonnunq̄ sperata eloquentiæ gloria frustratus es: ut facili cognosceres argumento: q̄ uentosa: ineptia: superbires. Quid enim quæso puerilius: immo uero quid infanlius: q̄ in tanta rerum omnium incuria tantaq̄ segnicie uerborum studio tempus impendere: & lippis oculis nunq̄ sua probra cernentem: tantam uoluptatē ex sermone percipere: quarundam auicularum philomenarum in morem: quas aiunt usq̄ in perniciem proprii cantus: dulcedine delectari? Et hoc quidem tibi s̄pe contingit in rebus quotidianis & uulgaribus: quo magis erubesceres: quas tuo inferiores arbitraberis eloquio: eas te ꝑbis æquare nequiuisse. Q̄ multa sunt autem in rerum natura: quibus nominādis propriæ uoces desunt: Q̄ multa præterea quā quāq̄ suis uocabulis discernantur: tamen ad eorū dignitatem uerbis amplectendam: ante ullam experientiam sentis eloquentiā non peruenire mortaliū: Quotiens ergo te quærentem audiui: quotiens tacitum indignantemq̄ conspexi: q̄ quæ clarissima cognituq̄ facillima essent: aīo cogitanti: ea nec lingua nec calamus sufficienter exprimeret? Quæ est igitur ista eloquentia tam angusta: tam fragilis: quæ nec cūcta complectitur: & quæ si fuerit complexa non stringit? Græci uobis: uos uicissim græcis uerborum penuriam soletis obijcere. Seneca quidem illos ꝑbis ditiores æstimat: At Marcus Tullius in primordio operis quod de bonorum & malorum finibus ædidit: Ego inquit mirari non loquor: unde hoc sit tam insolens domesticarum rerum fastidium: nō est omnino hic dicendi locus: sed ita sentio: & s̄pe disserui: latinam linguam non modo inopem: ut uulgo putarēt: sed locupletierem etiam esse q̄ græcam. Et idem cum s̄pe alias: tum in Tusculano suo disputans exclamauit: O uerborum inops quibus abundare te semper putas græcia. Dixit hæc uir ille fidentissime: ut qui se latinæ eloquentiæ principem sciret: audiretq̄ de huius rei gloria iam tunc bellum græciæ mouere: iuxta id quod ab eodem Seneca: græci sermonis minatorie in declamationibus scriptum est: Quicquid inquit habet Romana facundia: quod insolenti græciæ aut opponat aut præferat: circa Ciceronem effloruit magna laus: sed sine ulla dubitatione uerissima. Est ergo ut uides de eloquentiæ principatu: nō tantum inter uos & græcos: sed inter nostrorum etiam doctissimos magna contentio: Inq̄ his castris est qui illis faueat: sicut in illis forsitan qui nobis: quod de Plutarcho illustri philosopho quidam referunt. Deniq̄ Seneca noster & si Ciceroni deferat ut dixi: coactus maiestate tam prædulcis eloqui: In reliquis tamen græciæ palmam defert: Ciceroni contrarium uidetur. Si uero meum his de rebus iudicium expectas: utrumq̄ ueridicum pronuncio: & qui Græciam & qui Italiam uerborum dixit inopem. Q̄ si de his duabus tam famosis regionibus recte dicitur: quid possunt sperare aliæ? Q̄ tum tibi præterea in hac re fidentum uiribus tuis sit: ubi toti prouinciæ: cuius perexigua porciuncula es: hanc sermonis uides esse penuriam: tecū ipse considera: pudebit tantū temporis consumpsisse in eā rem: quā & assequi impossibile: & assecutum esse uanissimum sit. Ut uero iam hinc ad alia pertractāda: transgrediar: Corporis huius bonis extolleris: nec quæ te circumstant deinde pericula cernis? Quid autem tuo tibi placet in corpore: robur ne an ualido prosperior? At nihil imbecillius: fatigatio ex leuibus causis obrepens: & insultus morborum uarij: & uermiculorum morsus: seu leuissimus afflatus: atq̄ huius generis multa confirmant. An formæ forsan fulgore deciperis: & proprii uultus colorem seu liniamenta conspiciens: habes cui inhies: quod mireris: quod mulceat: quod delectet? Neq̄ te Narcissi terruit fabula: nec quid effes introrsus uilis consideratio corporeæ fœditatis admonuit: exterioris cutis contentus aspectu: oculosq̄ mentis ultra non porrigis. Atqui huius quoq̄ caducum fore præcipitēq̄ flosculum: & si alia quæ innumerabilia sunt argumenta cessarent: ipse tibi ætatis inquietus cursus: ꝑ singulos aliqd decerpēs dies: luce clari<sup>9</sup> ostēdere debuisset: Et si forte: qd dicere nō audebis: aduers<sup>9</sup> ætatē & morbos: cateraq̄ formā corpis alterātia: tibi ipse uideret idomit<sup>9</sup>: at illi<sup>9</sup> saltē cūcta subruētis extremi nō decuit obliuisci: fixūq̄ alta sub mēte geri debuit illd<sup>9</sup> Satyricū: Mors sola fatef q̄tula sint hoīm corpuscula: Hæc ni fallor sūt quæ te supbis

## Secreti Francisci Petrarchæ

flatibus elatū: humilitatē cōditionis tuæ cōsiderare prohibent mortisq; reminisci. Sunt & alia quæ iam hinc exequi fert animus. **C** Fran. Subsiste paululū quæso: ne tanta mole reꝝ obrutus: nequeam responsurus surgere. **C** Augu. Dic age: subsistā libēs. **C** Fran. In admirationem me non modicā coegisti: multa mihi obijciens quæ nunq̄ in animū meū descendisse sum conscius: Me ne confisum ais ingenio? At profecto nullū ingenioli mei signū est: nisi hoc unū: nullam me in eo posuisse fiduciam: ego ne libror; ex lectione suꝝ pbior fīā: quæ mihi sicut scientiæ modicū inuexit: sic curar; materiā multar;. An linguæ gloriā sectatus dicor: qui ut tu ipse memorasti: nihil magis indignus: q̄ conceptibus illam meis non posse sufficere: nisi temptandi propositū tibi sit: scis me paruitatis meæ mihi conscius semper fuisse: & si quid forte mihi uisus sum: potuit hoc interdum alienæ ruditatis consideratione cōtingere. Eo enim (qđ sæpe dicere soleo) peruētum est: ut iuxta uulgatum Ciceronis dictū potius alior; imbecillitate q̄ nostra uirtute ualeamus. Quid autē & si abunde contigissent ista quæ narras: Quid mihi tam magnificum cōtulissent: ut hinc superbiendum foret: Nō sum tam meīpsius immemor: neq; tam leuis: ut his meam aurē agitandā præbeā. Quantum em̄ uel ingenium uel scientia uel eloquentia profuerit: nullū lacerantibus animum morbis afferens remediū: quā rem in epistola quadā me diligentius questū fuisse cōmemini. Iam qđ de corporeis bonis quasi serio dixisti: pene in risum excitauit: Me ne in hoc mortali & caduco corpusculo spem posuisse: quotidianas eiꝝ ruinas sentiētem? Deus meliora. Fuit hæc puero fateor cura peccēdi capitis: uultus ornandi: ueꝝ hoc cum primis annis simul euanuit: reꝝ ipsa nunc experior illud Domiciani principis: qui in epistola ad amicam de seipso scribens quærensq; corporeæ pulchritudinis prærapidam fugam: Scias inquit nil gratius decore: nil breuius. **C** Augu. Copiose possem aduersus ista differere: malo tamen tibi conscientia tua q̄ sermo meus incutiat pudorem: nō agam pertinaciter neq; tormētis uerbū extorquebo: qđ generosi solent ultores: simplici negotiatione cōtentus precabor ut posse ac omni studio declines: qđ hæctenꝰ te non admisisse cōtendis. Si quādo autē uultus tui species temptare animū forte cœperit: occurrat qualia mox eadem futura sint membra quæ nunc placent: q̄ fœda: q̄ tristia: q̄ tibi ipsi si reuidere posses horrēda: tecumq; hoc iter philosophicum illud frequēter ingemina: Ad maiora sum genitus q̄ ut sum mancipiū corporis mei. Profecto enim summa insania est hoīm sese negligentū: corpori autē & in quibus habitant membra gementū. Si quis in carcerem tenebrosū atq; humentem olentemq; pestifere ad breue tempus intrusus sit: nonne si non desipiat: intactum se quantū possibile fuerit ab omni parietū & soli contagione seruabit: & iamā egressurus: intentis auribꝰ liberatoris sui expectabit aduētū: Q; si his curis abiectis: cœnoq; & horrore carceris delibutus exire metuat: ac pingendis ornandisq; circa se mœnibus omnē curam studiosus impēdat: loci stillantis naturam frustra superare meditans: nunquid nō merito insanus uideatur & miser? Nēpe uos carcerē uestꝝ & nostis & amatis: Ha miseri & mox uel educendi certe uel extrahendi hæretis: in eo exornando solliciti quē odisse decuerat: Sicut tu ipse in Africa tua Scipionis illius magni patrem loquētem induxisti: O dimus laqueos & uincula nota timeamus: Libertatis onus qđ nunc sumus illud amamus. Præclare quidē modo qđ alios dicere facis: ipse tibi dices. Vnum uerbū qđ ex omni sermone tuo tibi fortassis humillimū: mihi autē arrogantissimū uideꝝ: dissimulare nō ualeo. **C** Fran. Doleo si superbe aliquid dixi: at si factor; dictor; ue moderator est animus: nihil me arroganter dixisse ipse mihi testis est. **C** Augu. Multo quidem importunius superbiæ genus est alios deprimere: q̄ seipsum debito magis attollere: iōgeq; maluissimū: cæteros magnificares: te quoq; cæteris anteferes: q̄ calcatis omnibus ex alieno contemptu superbissimæ tibi clypeū humilitatis assumeres. **C** Fran. Ut uoles accipe: ego nec mihi nec alijs multū tribuo: piget referre quid de maiore pte hominū sentiam expertus. **C** Augu. Seipsum spernere tutissimū est: alios uero periculosissimum atq; uanissimum. Sed progrediamur ad reliqua: Scis quid te aliud auertit? **C** Fran. Quicquid libuerit dicito: modo ne accuses inuidiæ. **C** Augu. Utinam nō tibi magis superbia q̄ inuidia nocuisset: hoc enī crimine: me iudice: liber es: fed alia quædā dicturus sum. **C** Fran. Nulla me deinceps accusatione turbaueris: dic ingenue: quid est qđ me transuersum agat? **C** Augu. Reꝝ temporalium appetitus. **C** Fran. Apage obsecro: nihil unq̄ absurdus audiui. **C** Augu. Repente turbatus & propriæ promissionis oblitus es: Iam inuidiæ mētio nulla est. **C** Fran. Ast auariciæ: a quo crimine nescio an remotior quisq; sit. **C** Augu. Multum te iustificas: sed mihi crede: nō es ab hac peste: ut tibi uideris alienus. **C** Fran. Ego

## Colloquium Secundū diēi.

ne ab auariciae labe immunis sum? ¶ Augu. Ne ab ambitione quidem. ¶ Fran. Age iam urge: ingemina: accusatoris officium imple: quid iam noui uulneris infligere uelis expector? ¶ Augu. Propriae quidem ueritatis testimonium accusationem & uulnus appellasti: uerum est enim illud Satyricum: Accusator erit qui uerū dixerit. Nec minus & Comicū id: Obsequium amicos: ueritas odium parit. Sed dic oro quorsum haec sollicitudines & edentes animū curas: quid necesse erat in tam breuibus uitae spacijs tam longas spes ordiri? Vitae summa breuis spem nos uetat inchoare longā: Legis semper ista sed negligis. Respondebis: ut arbitror: amicorum te charitate compelli: & pulchre errori nomen inuenies. Atqui dementia quanta est ut alteri sis amicus: tibi ipsi bellum & inimicitias indicere? ¶ Fran. Non sum tam illiberalis & inhumanus ut non me contingat amicorum cura: eorum praesertim quos uirtus mihi uel meritum conciliat: Sūt enim quos suspiciam: quos ueneror: quos amem: quos uel miserear amicos. Ex aduerso autē nec adeo liberalis sum ut propter amicos me perditū eam. At quo ad uixerim: per uictū quotidiano praeparare aliquid mens optat: atque hoc in studio (ut quoniam Horatii iaculis me petis: horatianum clypeus me tegat) Sit bona librorum & prouisae frugis in annum Copia: neis fluitem dubia spe pedulus horae. Et quia positū est mihi ut ait idem: nec turpem senectam degere: nec cithara carentem. Et quia multū uereor uitae prolixioris insidias: longe in utrunque mihi ipse prouideo: & musae studijs: reifamiliaris curas interfero: uerum id ago tam segniter: ut euidenter appareat me coactum ad ista descendere. ¶ Augu. Intellego quod alte in cor tuū ista penetrarint: quibus excusatio quaerere amicitiae. Cur autē nō aequae Satyricū illud praecordijs inhæsit: Sed quo diuitias hic per tormenta coactas: Cum furor haud dubius: cum sit manifesta phrenesis: Ut locuples moriaris egenti uiuere fator? Credo quia praecelarius aestimas purpureis stratis oblitum mori: sepulchro iacere marmoreo: linquere successoribus de opulenta hereditate certamen: illasque ideo quibus ista parantur diuitias concupiscis: Superuacuos labor: & si mihi credis insanus. Iam si ad cōmunem hominū respicis naturam: nosti eam paucis esse contentam: Sin ad propriam cogitando reflecteris: uix natus est cui pauciora sufficerent: nisi publicus error obstreperet. Ad populares mores: uel ad ipsius forte qui loquebatur animum respexit poeta dum diceret: Victum in foelicem tellus lapidosaque corna Dant rami: & uulsis pascunt radicibus herbae. Tibi contra fatearis oportet: nihil tali uictū dulcius nihilque suauius: si tuis & non insanientis uulgi legibus uiuas. Quid ergo te crucias si ad naturam tuam te meteris? Iam pridem diues eras: sed ad populi plausum diues esse nunquam poteris: semper aliquid restabit: quod sequens per cupiditatum abrupta rapiaris. Meministi quanta cum uoluptate repostito quondam rure uagabaris: & nunc herbosus pratorum choris accubās: murmur aquae luctātis hauriebas: nunc apertis collibus residens subiectam planiciem libero metiebaris intuitu: nunc in apricae uallis umbraculo dulci sopore correptus optato silentio fruebaris: nunquam otiosus mente aliquid altum semper agitans: & solis musis comitatibus nusquam solus: denique Virgiliani senis exemplo: Qui Regum aequabat opes animo seraque reuertēs Nocte domum: dapibus mēsas onerabat inemptis: sub occasum solis angustam domum repetens: & tuis contentus bonis: nunquid non tibi omnium mortalium longe ditissimus & plane foelicissimus uidebaris? ¶ Fran. Heu mihi nunc recolo atque illius temporis commemoratione suspiro. ¶ Augu. Quid suspiras: aut quis tibi demens temporū malorum praebuit materiam? Nempe animus ipse tuus quem puduit tam diu naturae suae legibus parere: qui quod frenum nō fregisset credidit seruitutis: is modo te raprat uiolentus: & nisi habenas contrahas praecipitatur ad mortem: ex quo primum coepisti ramorum tuorum baccas fastidire: amictusque simplicior: & agrestium hominū sorduit conuictus: In medios urbium tumultus urgente cupiditate relapsus es: ubi quae late quamque tranquille degas: frontis tuae habitus & uerba testantur. Quid enim ibi miseriarum non uidisti: pertinacissimus aduersus infeliciter experta: & adhuc haesitans? Peccatorum forsitan illigatus nexibus: ac patiente deo: ut ubi sub aliena ferula pueritiā exegisti: ibidem tui iuris effectus miserabilem conteras senectutem? Certe ego praesens aderam: cum adhuc adolescentulum te nulla cupiditas: nulla profusus tangebatur ambitio: cum cuiusdam magni futuri uiri specimen praeferebas: Nunc mutatis moribus: infelix: quo magis ad terminum appropinquas: eo uiatici reliquū conquiris & attentius. Quid superest igitur: nisi ut in die mortis (quae forte iam iuxta est: & profecto procul esse non potest) aurum sitiens: calendario semiuuuis incumbans: Siquidem quod per dies singulos crescit: suprema die necesse est ad summū & augeri: & ad uetitū prouenire incrementū. ¶ Fran. Senectutis pau-

F

G

H

I

periem ante prospiciens: si fatigata ætati adiumenta conquirō: quid hic tam reprehensibile est? ¶ Augu. O ridiculas curas insanamq; negligentiam: id anxie cogitare quo uel nūq; forte peruenturus certe: uel ubi breuissimo tempore permāsurus sis: Illius autem obliuisci quo & peruenire necessarium sit & irremeabile peruenisse. Sed ille mos uester execrandus: Transitoria curatis: æterna negligitis. In eo quidem quod de senili paupertate clypeū quaris: errori inhæsit: credo tibi Virgilianum illud: Atq; inopis metuēs formica senectæ: Itaq; illam tibi uitæ magistrā delegisti: excusabilior: dicente Satyrico: Frigusq; famemq; Formica tandem quidam expauere magistra. Ac si non tutus in formicæ magisterium abiisti: reperies nihil miserius: nihil amentius q̄ semper pauperiē pati: nequādo patiaris. ¶ Fran.

Quid ergo? Pauperiē ne suades? Optarē quidē minime: tolerare summopere: si sic res humanas miscens fortuna coegerit. ¶ Augu. Mediocritatem sane in omni statu expetendum cēseo. Non igitur ad illorū statuta te reuoco: qui aiūt: Satis est uitæ hominū panis & aqua: nemo adhuc pauper est: intra quæ quisq; desiderium suum clausit: cum ipso Ioue de scelicitate contendet: nec medium uitæ hominū fluuium cereremq; constituo. Sunt enim ut magnifica: sic auribus hominū importunæ pridem odiosæq; sententiæ: Itaq; infirmitati tuæ morem ingeram: exinanire naturam non doceo sed frenare. Sufficiebant tua quidem uisibus necessarijs si tu ipse tibi suffecisses: nunc autē ipse quam pateris indigentiam peperisti.

K

Cumulationem enim opum: necessitatem ac sollicitudinem cumulare: iam toties disputatum est: ut amplioribus iam non egeat argumentis: mirus error & miseranda cæcitas: præclarissimæ naturæ ac cœlestis originis humanum animū: cœlestibus neglectis: metallis inhiare terrestribus. Cogita quæso acriter atq; oculos mentis intende: nec eos circumradiantis auri fulgor impediāt: quotiens uncis auariciæ tractus: ab altissimis curis ad hæc inferiora diuertes: nonne de cœlo in terras præcipitem corruisse remotisq; syderibus in pfundissimam uoraginem demersum te esse cognoscis? ¶ Fran. Cognosco equidem: & dici non posset q̄ grauius præcipitatus allidor. ¶ Augu. Quid ergo totiens expertus non metuis: & cum fueris erectus ad superna non tenaci<sup>9</sup> pedem figis? ¶ Fran. Nitō quippe: sed quoniam humanæ conditionis cōcutitur necessitas: inuitus auellor: Nec enim sine causa ueteres poetas: geminū Parnasi collem: duobus dijs dedicasse suspicor: sed ut ab Apolline (quæ deum ingenij uocabāt) internū animi præsidium: a Baccho autem reꝝ externarū: sufficientiam implorarent. In quam sententiam me non modo reꝝ experientia magistra: sed crebra etiam doctissimorū hominū inclinauit auctoritas: quos tibi quidem inculcare non attinet. Ita q̄ quis turba deorum ridiculosa sit: hæc tamē uatum opinio haud prorsus insensata est: quæ ego si ad unū retulerim deū a quo omnis oportuna subuentio est: nō me delyrare quidem arbitror: nisi tibi aliter uideatur. ¶ Augu. Ego ita esse non nego: sed quia tempus tam inique partiaris indignor. Vniuersam enī ætatem tuam honestis olim curis destinaueras: si quid in alijs coactus expenderes: ad tempus perditum iudicabas: nunc uero tantum honestati tribuis: q̄tum tibi reliquū fecit auariciæ studium. Quis nō ad ætatē prouectiorem peruenisse cupiat: quæ sic consilia hominum alternat? Sed quis erit finis: aut quis modus? Præfige tibi metham: ad quam dum perueneris subsistas & aliquando respices. Scis illud humano ore prolatum oraculi uim habere: Semper auarus eget: Certū uoto pete finem: q̄s autem cupiditatibus tuis erit finis? ¶ Fran. Nec egere: nec abundare: nec præesse: nec subesse alijs: finis est meus. ¶ Augu. Humanitatem exuas oportet & deus fias: ut tibi non egere contingat. An ignoras ex cunctis animalibus: egentissimū esse hominem? ¶ Fran. Audi eram sæpissime: sed integrare memoriam uelim. ¶ Augu. Aspice nudum & informē inter uagitus & lachrymas nascentem: exiguo lacte solandum: tremulum atq; reptantem: opis indignum. alienæ: quem muta pascunt animantia & uestiūt: caduci animi: inquieti: morbis obsessum uarijs: subiectum passionibus innumeris: cōsilijs inopem: alterna læticia & tristitia fluctuantem: impotentemq; arbitrij appetitus cohibere: nescium quid quātū ue sibi expediat: quis cibo potuiq; modus ignorantem: Cui alimenta corporis cæteris animātibus in aperto posita: multo labore conquirenda sunt: quem somnus inflat: cibus distendit: potus præcipitat: uigiliæ extenuant: fames contrahit: sitis arefacit: audium timidumq; fastidium: possessa perdita deplorantem: & præsentibus simul & præteritis & futuris anxium: superbientem inter miseras suas: & fragilitatis sibi consciū: uilissimis uermibus imparem: uitæ breuis: ætatis ambiguarū: fati ineuitabilis ac mille generibus mortis expositū. ¶ Fran.

L

Coaceruasti miseras infinitas & ægestates: ut pene iam me hoīem natū poeniteat. ¶ Aug.

## Colloquium Secundi diei

In hac tanta hominum imbecillitate tantaque penuria: tu tibi copiam auspicas ac potenti-  
 am: quæ nullis Caesaribus nullisque unquam regibus perfecta contigerit. ¶ Fran. Quis nam his  
 uocabulis usus est: quis seu copiam seu potentiam nominauit. ¶ Augu. At quæ maior co-  
 pia quam non egere: quæ maior potentia quam non subesse: Profecto enim reges dominique terrarum  
 quos opulentissimos reor: innumerabilibus rebus egent. Ipsi quoque duces exercituum quibus  
 præesse uidentur: subsunt: & ab armatis legionibus obsessi: per quas metuuntur: uicissim me-  
 tuant oportet. Desine iam impossibilia sperare: & humana sorte contentus abundare & ege-  
 re: præesse & subesse condiscas: non his moribus degens: fortunæ iugum quo colla regum  
 præmuntur excutias: quod tamē demum excidisse tibi noueris: cum calcatis passionibus hu-  
 manis: totus sub uirtutis imperium accesseris: liber illic futurus: nulla egens re: nulli subie-  
 ctus hominum: denique rex & uere potēs absoluteque felix. ¶ Fran. Iam piget incepti cupioque  
 nihil cupere: sed consuetudine rapior peruersa: sentioque inexpletum quoddam in præcordiis  
 meis semper. ¶ Augu. Hoc est ut ad propositum spectet oratio: hoc est quod te a cognitione  
 mortis auertit: dum terrenis sollicitudinibus implicitus: oculos ad altiora non erigis: quas  
 quidem uelut pestiferas aiores: si quid mihi credis abijcies: nec abieciſſe labor mag-  
 nus fuerit: dummodo te ad naturam tuam composueris: ei que potius quam uulgi furis te uehen-  
 dum regendumque commiseris. ¶ Fran. Fiet id quidem me uolente: sed quod de ambitione  
 loqui cœperas: iam pridem audire desidero. ¶ Augu. Quid a me expectis quod tibi ipse præ-  
 stare potes? Peccat tuum examina: reperies inter pestes ceteras non minimam ambitionum locum.  
 ¶ Fran. Nihil ergo mihi profuit urbes fugisse: dum licuit populosque & actus publicos de-  
 spexisse: sylvarum recessus & silētia rura secutum: odium uentosis honoribus indixisse: adhuc  
 ambitionis infimulor. ¶ Augu. Multa linquitis mortales: non quia contemnitis sed quia  
 desperatis posse consequi: excitat enim se alternis stimulis: spes & desiderium: usque adeo: ut  
 altero frigescente: tepescat alterum & recalente referueat. ¶ Fran. Quid oro me sperare pro-  
 hibeat: adeo ne cunctæ bonæ artes deerant. ¶ Augu. De bonis artibus sileo: at illæ deerant  
 profecto: quibus hodie præsertim ad altos gradus ascendit: ambiendi scilicet magnorum limina  
 blandiendi: fallendi: promittendi: mentiendi: simulandi: dissimulandi: grauiæ & indigna  
 quælibet patiendi: harum & similiarum egenus artium: nec naturam uinci posse ratus: ad alia stu-  
 dia transiisti: caute quidem & prudenter: quid est enim aliud: ut ait Cicero: gigantium more  
 pugnare cum diis: nisi naturam repugnare. ¶ Fran. Valeant magni honores: si his artibus  
 acquiruntur. ¶ Augu. Bene ais: non tamen prorsus in auribus meis tuam innocentiam com-  
 probasti: neque enim honores te non optasse cõcludis: tamen si quærendi molestiam phorrescas: sicut  
 nec Romam uidisse cõtempnit quos uiaque labore perterit: pedem retulit ab incepto: adde que nec pe-  
 dem retulisti: ut tibi ipse psuades mihi que psuadere niter: ne te: ut aiunt: digito cõtexeris: quic-  
 quid cogitas: quicquid agis ante oculos meos est: & que fuga urbium sylvarumque cupidine  
 gloriaris: non excusationem sed culpæ imitationem arguit. Multis namque uisus ad unum ter-  
 minum peruenit: & tu mihi crede: licet calcatam uulgo deserueris uiam: tamen ad eandem  
 quam spreuisse te dicis ambitionem: obliquo calle contedis: ad quam ocium: solitudo: incu-  
 riositas tantarum rerum humanarum: atque ista tua te perducunt studia: quorum usque nunc finis est glo-  
 ria. ¶ Fran. Ad angulum urges me: unde possem licet subterfugere: quia tamen tempus bre-  
 ue est: & in multa dispertiendum: si libet progrediamur ad reliqua. ¶ Augu. Sequere igitur ad  
 præcedentem: gulæ nulla sit mentio: cuius studio nullatenus teneris: nisi uoluptati fauens  
 nonnunquam amicorum blandior conuictus obreperet: Veruntamen nihil hinc meruo: quoti-  
 ens enim urbibus ereptum: rus suum recuperauit incolam: omnes repente diffugiunt insidiarum  
 talium uoluptatum: quibus amotis: ita te uiuentem fatear animaduerti: ut & proprios &  
 communes amicos supergressa sobrietate ac modestia delectarer. Iram quoque præteruehor:  
 qua & si sæpe iusto magis exardeas: confestim tamen naturæ bonitate mitigabilis compesce-  
 re motus animi soles: memor Horatiani consilij: Ira furor breuis est: animum rege: qui nisi  
 paret Imperat: hunc uinculis: hunc tu compesce catena. ¶ Fran. Aliquantulum mihi: fateor:  
 & poeticum hoc: & plurima huius generis philosophorum consilia profuerunt: atque impri-  
 mis tui breuis recordatio. Quæ enim rabies est: pauculos dies quos inter homines agimus:  
 in hominum odium perniciemque cõsumere? Aderit ecce dies ultima: quæ has flammam in pe-  
 storibus humanis extinguat: & sinem positura odij & si inimico nihil morte grauius op-  
 tamus: iniquissimi uoti compotes factura: Itaque quid se: quod alios præcipitare iuuat: quid  
 oportunas partes breuissimi temporis amittere: & uel præsentibus honestis gaudijs uel fu-

M

N

O

b

## Secreti Francisci Petrarchæ

*turæ vitæ consilijs deputatos dies: uix sufferturos ad singula summa: licet cum parsimonia dispensatis auferre necessarijs ac proprijs usibus: inq; alienam pariter & nostram tristitia mortemq; conuertere: Verum hæc mihi meditatio eousq; profuit: ut impulsus non tot<sup>o</sup> ruerem: & si corruissem mox exurgerem: ne ullis autem iracundiæ flatibus agitarer: nullū mihi hæcenus studium præstare quiuit. ¶ Augu. At quia nullum ex huius te flatibus aut tibi aut alteri uereor naufragium: facile patiar: ut si Stoicorum promissa non attingis: qui morbos animorum radicitus se uulsuros spondent: sis in hac re Peripateticorum mitigatione cōtentus: his igitur impræsens omiſſis: ad periculosiora & tibi multo diligentius prouidenda festino. ¶ Frā. Deus bone: quid adhuc periculosiora restat: ¶ Augustin<sup>o</sup>. Quātis luxuriæ flammis incenderis: ¶ Fran. Tantis equidem interdum ut grauer doleam q; nō insensibilis natus sum: Immobile saxum aliquod esse maluerim: q̄ tam multis corpis mei motibus turbari. ¶ Augu. Habes igitur quod te uel maxime ab omni diuinorum cogitatione dimoueat: Quid enim aliud cœlestis doctrina Platonis admonet: nisi animum a libidinibus corporis arcendum & eradenda phantasmata: ut ad prouidenda diuinitatis arcana: cui propriæ mortalitatis annexa cogitatio est: purus expeditusq; cōfurgat: Scis quid loquor: & hæc ex Platonis libris tibi familiariter nota sunt: quibus auuidissime nuper incubuisse diceris. ¶ Fran. Incubueram fateor alacri spe magnoq; desiderio: sed peregrinæ linguæ nouitas & festinata præceptoris absentia: præciderūt propositum meum: Ceteræ ista quam memoras disciplina & ex scripturis tuis & ex aliorum Platoniorum relatione notissima est. ¶ Augu. Haud refert quo uerum monstrante didiceris: q̄ uis multum sæpe possit auctoritas. ¶ Fran. Apud me præsertim hominis illius de quo alte mihi quidem insedit illud Ciceronis in Tusculano: Plato inquit: Et si rationem nullam afferret (uide quid homini tribuo) ipsa auctoritate me frangeret: mihi autem sæpe diuinum illud ingenium cogitanti: iniuriosum uideretur: si cum ducem suū Analogistam facit Pythagoreum uulg<sup>o</sup>: reddendæ rationi foret obnoxius Plato. Sed ne a proposito longius eam: Platonis hanc sententiā mihi pridem adeo & auctoritas & ratio & experientia cōmendauit: ut nil uerius nilq; sanctius dici posse non dubitem. Ita enim interdum deo manum porrigēte furrexi: ut incredibile quadam & immensa cum dulcedine: quid mihi tūc prodesset: quid ue antea nocuisset agnoscerem: & nunc meo pondere in antiquas miseras relapsus: quid me iterum perdidit: cū amarissimo gusto mētis experior: Quod iccirco retuli: ne forte miraris huius me Platonici dogmatis experientiam profiteri. ¶ Augu. Nō miror equidem: laboribus enim tuis interfui & cadentem & resurgentem uidi: & nunc prostratum misertus opem ferre disposui. ¶ Fran. Gratias ago tam misericordis affectus: quid autem opis superest humanæ: ¶ Augu. Nihil: at diuinæ plurimum: continens equidem nisi cui deus dedit esse nō potest. Ab eo igitur mun<sup>o</sup> hoc & imprimis humiliter & sæpe cum lachrymis postulandum est: sollet ille quæ rite poscuntur non negare. ¶ Fran. Feci tam sæpe ut pene iam sibi molestus esse uereor. ¶ Augu. At non satis humiliter: non satis sobrie: semper aliquid loci uenturis cupiditatibus reseruasti: semper in longum preces extendisti: Expertus loquor hic & mihi contigit: Dicebā da mihi castitatem: sed noli modo: differ paululum: statim ueniet tempus: uirrentior adhuc atas: suis eat semitis: suis utatur legibus: turpius ad iuuenilia ista rediretur: Tunc igitur abeūdum erit cum & min<sup>o</sup> ad hoc habilis decursu temporis factus fuero: & sacieras uoluptatum metum regressionis abstulerit: hæc dicēs aliud te uelle precari: aliud nō intelligis. ¶ Fran. Quo nā modo: ¶ Augu. Quia qui indiem poscit: impræsens negligit. ¶ Fran. Ego impræsens sæpe cum lachrymis poposci: sperans simul & illud euenturum: ut effractis cupiditatum laqueis & calcatis uitæ miserijs salu<sup>o</sup> euaderem: & uelut in aliquem salutarem portum ex tam multis curarum inutilium tempestatibus enatarem. At quotiēs postea inter eosdem scopulos naufragium passus sum: quotiēsq; si destituor passurus intelligis. ¶ Augu. Crede mihi: aliquid semper defuit oranti: alioquin uel annuisset largitor ille supremus: uel quod Paulo fecit apostolo: ad perfectionem uirtutis & infirmitatis experientiam denegasset. ¶ Fran. Credo ita esse: precabor tamen assidue nec fatigabor: nec erubescam: nec desperabo: si forte miseratus omnipotens labores meos: aurem precibus quotidianis accōmodet: & quibus si iustæ fuissent gratiam non negasset: idem ipse iustificet. ¶ Augu. Consulte tamen tu enitere: & (quod prostrati solēt) in cubitum erectus: ingruentia mala circumspice: ne ad repentinum cuiuslibet molis incursum: iacentia membra dissileant: nec segnius interim opem attollere ualētis implora: Aderit ille tunc forsitan cū abesse*

P

Q

R

S

## Colloquium Secundi diei.

credideris: unum semper ante oculos habeto: Platonis superiorem illam haud spernendam sententiam: Ab agnitione deitatis nil magis quam appetitus carnalis & inflammatam obstare libidinem. Hanc igitur doctrinam assidue tecum uersa: haec nostri consilij summa est. ¶ Fran. Vt intelligas me hanc adamasse sententiam: non modo in atrijs suis sedentem: sed peregrinis etiam nemoribus latitantem: auidissime complexus sum: At locum animo mutavi ubi illa oculis meis occurrat. ¶ Augu. Quid dicere uelis expecto. ¶ Fran. Scis Virgilium uirum fortem: per quot pericula: in illa suprema & horrenda Troiani excidij nocte circumduxit? ¶ Augu. Scio: quid enim scholis omnibus uulgatus: ipsum quoque casus suos enarrantem facit? Quis cladem illius noctis: quis funera fando Explicet: aut possit lachrymis aequare labores? Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos: Plurima perque uias sternuntur inertia passim Corpora: perque domos & religiosa domorum Limina: nec soli poenas dant sanguine teuceri. Quodam etiam uictis redit in praecordia uirtus: Victoresque cadunt Danae crudelis ubique Luctus: ubique pauor & plurima mortis imago. ¶ Fran. At qui quod diu Venere comitante: inter hostes & incendium errauit: apertis licet oculis: offensorum iram numinum uidere non potuit: eaque illum eloquentem: nil nisi terrenum intellexit: At postquam illa discessit quid euenerit nosti. Siquidem mox iratas deorum facies eum uidisse subsequitur: & omne circumstantis periculum agnouisse. Apparent dirae facies inimicaeque Troiae Numina magna deum: ex quibus hoc excepsi: usum Veneris conspectum diuinitatis eripere. ¶ Augu. Praecclare lucem sub nubibus inuenisti. Sic nempe poeticis interest ueritas figmentis: tenuissimis riuulis adeunda. Sed quoniam rursus ad ista redeundum est: quae restant ad ultimum referuemus. ¶ Fran. Ne ignotis me tramitibus agas: quae nam te redditurum polliceris? ¶ Augu. Maxima tuae mentis uulnera nondum attigi: & consulto dilata res est: ut nouissime posita haereant memoriae. In illorum altero appetituum carnalium de quibus aliqua diximus cumulatione aderit materia. ¶ Fran. Progredere iam ut libet. ¶ Augu. Nisi impudenti pertinacia sis: nulla deinceps superest contentio. ¶ Fran. Nihil gratius uidere possem quam omnem contentionum causam oblatam ex orbe terrarum: Nihil denique tam clare mihi cognitum fuit unquam: ut de eo non inuitus altercarer: quod inter amicos licet orta contentio: asperum quidem & hostile & amicitiarum moribus aduersum habet: sed perge ad haec quibus me statim assensurum putas. ¶ Augu. Habet te funesta quaedam pestis animi: quam acidiam moderni: ueteres aegritudinem dixerunt. ¶ Fran. Ipsum morbi nomen horreo. ¶ Augu. Nimirum: quia diu per hunc grauiter uexatus es. ¶ Fran. Fateor & illud accidit quod omnibus ferme quibus angor: aliquid falsi licet dulcoris immixtum est. In hac autem tristitia & aspera & misera & horrenda omnia: apertaque semper ad desperationem uia: & quicquid infelices animas urget in interitum. Ad hoc & reliquarum passionum ut crebras: sic breues & momentaneos experior insultus. Haec autem pestis tam tenaciter me arripit interdum: ut integros dies noctesque illigarum torqueat: quod mihi tempus non lucis aut uitae: sed tartareae noctis & acerbissimae mortis instar est: & (qui supremum miseriarum cumulus dici potest) sic laboribus & doloribus pascor atra quadam cum uoluptate ut inuitus auellar. ¶ Augu. Morbum tuum nosti optime: modo causam nosces: Dic ergo quid est quod te adeo contristat? Temporalium ne discursus: aut corporis dolor: an aliqua fortunae durioris iniuria? ¶ Fran. Non unum horum aliquod: si singulari certamine temptarer: starem utique: nunc autem toto subruor exercitu. ¶ Augu. Distinctus quid te urgeat eloquere? ¶ Fran. Quotiens unum aliquod fortunae uulnus infligitur persisto interritus: memorans saepe me ab ea grauiter percussum: abiisse uictorem: Si mox illa uulnus ingeminet: titubare parumper incipio: quod si duobus tertium quartum uel successerit: tum coactus non quidem fuga praecipiti: sed pede sensim relato: in arcem rationis euado. Illic si toto rerum agmine incubuerit fortuna: meque ad expugnandum conditionis humanae miseriae & laborum praeteritorum memoriam: futurorumque formidinem congesserit: tum demum pulsatus undique: & tantam malorum congeriem perhorrescens ingemisco: hinc dolor ille grauis oritur: ueluti si quis ab innumeris hostibus circumclusus: cui nullus pateat egressus: nulla sit misericordiae spes: nullumque solacium: sed infesta omnia: erectae machinae: defossi super terram cuniculi: tremuntque iam turre: stant scalae propugnaculis admotae: haerent moenibus unci: & ignis tabulata percurrit: undique fulgentes gladios minantesque uultus hostium: cernensque uicinum: cogitans excidium: quid ni pauet & lugeat: quando his licet cessantibus: ipsa libertatis amissio uiris fortibus moestissima est. ¶ Augu. Quam confusus ista percurreris: intelligo tamen opinionem tibi

T

V

X

peruersam: causam esse malorum omnium: quæ innumerabiles olim stravit steruetq; male tibi arbitraris. ¶ Fran. Immo uero pessime. ¶ Augu. Quam ob causam? ¶ Fran. Non una quidem sed innumeratas. ¶ Augu. Idem tibi accidit ex his qui ob leuissimam quâlibet offensam in memoriam redeunt ueterum simultatum. ¶ Fran. Nullum in me adeo uetustum uulnus: ut obliuione deletum sit: recentia sunt cuncta quæ cruciant: & si quod tempore potuisset aboleri: tam crebro locum repetit fortuna: ut hians uulnus nulla unquam cicatrix astrinxerit. Accedit & humanæ conditionis odium atq; contemptus: quibus omnibus oppressus: non moestissimus esse non ualeo: hanc sibi ægritudinem siue accidiam: siue quid aliud esse diffinis: haud magnifacio: ipsa de re cõuenit. ¶ Augu. Quoniam ut uideo altis radicibus morbus innititur: superficietenus hunc sustulisse non sufficet: repullulabit etenim celeriter: radicitus euellendus est. Vnde autem incipiam incertus sum: tam multa me terrēt. Sed ut facilius sit distincti operis effectus: discurram per singula. Dic ergo quid imprimis tibi molestum putas? ¶ Fran. Quicquid primum uideo: quicquid audio: quicquid sentio. ¶ Augu. Pene nil ne placet tibi ex omnibus? ¶ Fran. Aut nihil: aut perpauca quidem.

Y

¶ Augu. Vtinam saltem salubriora delectent: sed quid apprime displicet responde mihi quæso? ¶ Fran. Iam respondi. ¶ Augu. Totum est hoc eius quæ dixi accidia: tua omnia tibi displicent. ¶ Fran. Aliena non minus. ¶ Augu. Et hoc ex eodem fonte procedit: ut uero aliquis dicendorum ordo sit: adeo ne tibi tua displicent ut ais? ¶ Fran. Desine quæstiuiculis: quater plus etiam quam dici posset. ¶ Augu. Ergo illa tibi sordescunt: quæ multis alijs inuidiosum faciunt. ¶ Fran. Qui misero inuidet: necesse est ut sit ipse miserrimus. ¶ Augu. Quid autem magis displicet ex omnibus? ¶ Fran. Nescio. ¶ Augu. Quid si ego dinumeres fateberis ne? ¶ Fran. Fatebor ingenue. ¶ Augu. Fortuna tuæ iratus es. ¶ Fran. Quid ni oderim superbam: uiolentam: cacam: & mortalia hæc sine discretione uolentem. ¶ Augu. De cõmunibus publica est querela: nunc proprias prosequamur iniurias. Quid si iniuste conquereris: uelles ne in gratiam reuertis? ¶ Fran. Difficillima quidem persuasio: si tamen id mihi monstraueris conuiescã. ¶ Augu. Parcius tecum agere æstimas fortunã. ¶ Fran. Immo amarissime: immo iniquissime: imo superbissime: immo crudelissime. ¶ Augu. Nõ unus est apud Comicum poetam querulus: innumerabiles sunt: Tu quoq; adhuc unus ex multis es: mallet ex paucis. Cæterum quia adeo trita materia est: ut uix noui quicquam possit afferri: Poterisne morbo ueteri uetere remedium adhiberi? ¶ Fran. Ut libet. ¶ Augu. Age ergo: famem ne an sitim: frigusue perpeti compulsi paupertas? ¶ Fran. Nondum eousq; fortuna sauiit mea. ¶ Augu. At quam multis ista quotidiana sunt. ¶ Fran. Aliud adhibere remedium si potes: me quoniam ista nil adiuuant. Non enim ex illis sum quos in malis suis: calamitosorum & circumludentium delectat exercitus: nec minus interdum alienis quam proprijs miseris ingemisco.

Z

¶ Augu. Nec ego ut delectet: sed ut soletur expecto: doceatq; alienas cernentem fortunas: suis esse contentum: Neque enim omnes primum tenere locum possunt: Alioquin quomodo primus erit nisi quem secundus sequitur? Bene uobiscum agitur mortales si nõ in extrema reiecti: de tam multis fortunæ ludibrijs: tantum mediocria pertulistis: quam extrema perpessis: suis quibusdam acrioribus remedijs succurrendum est: quibus tu præsens æger es minime mediocri læsus asperitate fortunæ: Sed hoc est quod uos in has præcipitat erumnas: propria quilibet sortis oblitus: supremum mēte locum agitat: quem omniam ut dixi: nequeunt omnes apprehendere: elusis conatibus subit indignatio. Quod si summi status miserias agnoscerent homines: quem exoptant perhorrescerēt. Idem illorum probatur testimonio: quos ad summa rerum fastigia multis laboribus euectos uidimus: & uictorum mox suorum nimis facilem exitum execrantes: Quod & si omnibus notum esse debeat: tibi tamen præcipue: longa cui experientia persuasum est omnem status altissimi laboriosam atq; sollicitam & prorsus miserabilem esse fortunam: ita fit ut nullus querimoniarum gradus uacet: dum & optata consecuti & repulsi: iustam lamētandi causam præ se ferunt. Illi se deceptos: hi se neglectos æstimant. Sequere igitur Senecæ consilium: cum aspexeris quot te antecesserunt: cogita quot te sequantur. Si uis gratus esse aduersus deum & aduersus uitam tuam: cogita quam multos antecesseris. Et ut eodem loco ait idem: & finem constitue: quæ transire ne possis quidem si uelis. ¶ Fran. Constitui pridem desiderijs meis finem certum: & nisi fallor modestissimum: At inter procaces impudentesq; sæculi mei mores: qui modestiæ locus est: secordiam atq; segniciem uocant. ¶ Augu. Potensne igitur est animi tui statum uulgari aura conuellere: quæ nunquam rectum iudicat: nunquam res suis nominibus uocat: at illam

AA

## Colloquium Secundī diei

si rite recolo spernere solebas. ¶ Fran. Nunquā mihi crede magis spreui: non pluris facio quā de me uulgus aestimet: quā qui brutorum greges animātium. ¶ Augu. Quid ergo? ¶ Frā. Molestē fero quā cum nullus ex coætaneis meis quem ego nouerim modestiora concupiuerit: nemo difficilius ad concupita profectus est. Summū nempe nunquā me locum exoptasse: testis hęc nostra simul & omnium spectatrix: quā cogitationes meas semper introspicens nouit: quotiens humani more ingenij: per omnes statuum gradus mente discurrerem: nunquā tranquillitatem illam ac serenitatem animi quā rebus omnibus praeferendam arbitror: in supremo fortunae culmine positam agnouisse. Ideoque & curarū & sollicitudinū refertam uitam: exhorrentem mediocria: sobrie se semper iudicio praeuulisse: nec uerbo solum: sed mente etiam Horatianum illud approbasse: Auream quisquis mediocritatem diligit tutus caret: absoleti sordibus tecti: caret inuidiaque sobrius aula: nec minus mihi ratio placuit: quā dictum. Sapius uentis agitur ingens Pinus: excelsae grauiore casu Decidunt turres: feriuntque summos fulgura montes: hanc profecto mediocritatem nunquā mihi cōtigitisse doleo. ¶ Augu. Quid si quā putas mediocria supra te sunt: quid si uera mediocritas iam pridem contigit: quid si abunde contigit: quid si illam longe post tergum reliquisti: & multo pluribus inuidia quā contemptus materiam praebes? ¶ Fran. Et si ita esset: mihi tamen cōtrarium uideretur. ¶ Augu. Peruersam opinionem malorum omnium: sed huius praecipue causam esse non ambigitur. Ab hac igitur Charybdi: omnium: ut ait Tullius: remorum ac uelorum auxilio fugiendum est. ¶ Fran. Unde me fugere: quo ue proram tendere: quid denique opinari iubes nisi quod uideo? ¶ Aug. Vides ubi oculos intendisti: ac si retro respicias: uidebis innumera-  
BB
rabilem turbam sequi: teque primo agmine: aliquāto proximiorē esse quā ultimo: sed timor animi rigorque propositi: non permittunt oculos in tergum flectere. ¶ Fran. Deflexi cum interdum multosque post me uenire perpendi: neque sortis meae pudet: sed curarum piget ac poenitet tantarum. Quae ut eiusdem Horatii uerbo utar: Fluitem dubiae sperendulū horae. Si hęc anxietas tollatur: quantum habeo abunde sufficiat: dicamque aequanimiter quod eodem loco ait idem: Quid credis amice precari: Sit mihi: quod nunc est etiam minus ut mihi uiuam: quid superest aui? Si quid superesse uolunt dii: Ego semper dubius futuri: semper aequo suspensus: nullam ex fortunae muneribus dulcedinem capio: adhuc ut uides haec tenus alijs uiuo: quod miserrimum ex omnibus est. Atque utinam uel senectutis mihi reliquiae contingant: ut qui procellosos inter fluctus uixerim: moriar in portu. ¶ Augu. Tu ne igitur in tanto rerum humanarum turbine: tanta uarietate successuum: tantaque caligine futurorum (& ut breuiter dicam) sub imperio positus fortunae: solus ex cunctis hominum milibus curarum uacuat am aetatem ages: Vide quid cupias mortalis: uide quid postules. Quae uero non tibi te uixisse conquereris: non inopiae sed seruitutis est: quam licet (ut tu idem asseris) miseriam esse confitear: tamen si circumspicias: paucissimos homines sibi uixisse reperiēs. Nam & hi qui putantur foelicissimi: & quibus innumerabiles uiuunt: seipsum simul alijs uiuere: uigiliarum & laborum assiduitate testantur. Quid enim (ut supremo te comoneri faciam exemplo) Iulius Caesar: cuius illud uerum: licet arrogans dictum est: Humanum paucis genus uiuit: nunquid postquam eo genus redegerat humanum ut sibi uni uiueret: ipse interim alijs uiuebat? Interrogabis fortasse quibus: His nimirum a quibus occisus est. De Bruto uel Cimbro caeterisque perfidiae coniurationis auctoribus quorum cupiditates explere non ualuit tanti munificentia largitoris. ¶ Fran. Mouisti animum fateor: ut iam nec seruum me nec inopem indignor. ¶ Augu. Indignare potius te non esse sapientem: quod unum & libertatem & ueras diuitias praestare potuisset. Caeterum quisquis causarum absentiam aequo ferens animo: effectus non adesse conqueritur: nec causas certam tenet ille rationem nec effectuum. Exequere autem nunc quid te praemit praeter haec quae dicta sunt: corporis ne fragilitas: an latens molestia? ¶ Frā. Nempe corpus hoc onerosum mihi semper fuit: quotiens meipsum contemplatus fui: at cum alienorum grauedinem corporum respexi: satis obediens me mancipium habere fateor: postquam idem utinam: & de animo gloriari: sed ille imperat. ¶ Aug. Utinam rationis ipse subditus imperio: Sed ad corpus redeo quid in eo molestum experiris? ¶ Fran. Nihil equidem nisi communia quaedam: quae mortale est: quae suis me doloribus implicat: mole praegrat: somnum suadet spiritum uigilante alijsque necessitatibus subigit humanis: quas enumerare & longum & inamoenum est. ¶ Augu. Compone animum precor: teque hominem esse recordare: licet anxietas ista cessauerit: si quid praeter hoc angerit exquire. ¶ Fran. Illa ne tibi inaudita est fortunae nouercantis immanitas: cum uno die me spesque & opes meas omnes & genus &

BB

CC

domū impulsu strauit impio. ¶ Augu. Video oculorum tuorum scatebras: ideoq̄ præte-  
 reo: neq̄ enim nunc docendus sed admonendus es. Vnum igit̄ hic admonuisse sufficet: Si  
 enim non priuatarum modo familiarum: sed notissimas tibi regnorum ex omnibus sæcu-  
 lis recoles ruinas: non nihil tibi Tragædiarum lectio profuerit: ut non pudeat tuguriolum  
 tuum: cum tot regijs ædibus conflagrasse: procede modo: hæc enim parcius dicta: spaciou-  
 us tibi rumināda seruabis. ¶ Fran. Quis uitæ meæ tædia & quotidianū fastidium suffici-  
 ente exprimat: mœstissimam turbulentissimamq̄ orbem terrarum omnium angustissimā  
 atq̄ ultimam sentinam: & totius orbis sordib⁹ exundantem: Quis uerbis æquet quæ pas-  
 sim nauſeam concitant grauem: olentes semitas permixtas rabidis canibus: obscœnas su-  
 es: & rotarum muros quatientium stridorem: aut transuersas obliquis itineribus quadri-  
 gas: tam diuersas hominum species: tot horrenda mendicantium spectacula: tot diuitū fu-  
 rores: illos mœsticia deuictos: hos gaudio lasciuiaq̄ fluitantes: tam deniq̄ discordantes ani-  
 mos arteq̄ tam uarias: tantum confusis uocibus clamorem: & populi inter se anxietatis  
 incursum: quæ omnia & sensus melioribus assuetos conficiunt & generosis animis eripiunt  
 quietem: & studia bonarum artium interpellant: Itaq̄ me deus ex hoc naufragio: puppe li-  
 berat illaſa: ut ego sæpe circūspiciens: i infernū uiuēs descendisse mihi uideor. I nunc & bo-  
 ni aliquid tecum age. I nunc & honestis cogitationibus incumbere. I nunc & uersus tecū com-  
 pone canoros. ¶ Augu. Hic me Flacci uersiculus quid potissimum lamenteris admonuit:  
 doles q̄ importunū studijs tuis locum nactus es: quoniam ut ait idem: Scriptorum chorus  
 omnis amat nemus & fugit urbes: Tuq̄ ipse in epistola quadam eandem sententiam uer-  
 bis alijs expressisti: Sylua placet musis: urbs est inimica poetis. Quod si unq̄ intestinus tu-  
 multus tuæ mentis conuiesceret: fragor iste circumtonās (mihi crede) sensus quidem pul-  
 sare sed animū non moueret. At ne nota pridem auribus tuis ingeram: habes Seneca de  
 hac re non inutilem epistolam: habes & librum eiusdem de tranquillitate animi: habes &  
 de tota hac mentis ægritudine tollēda: librum. M. Cicerōis egregium: quem hesternæ diei  
 disputatiōib⁹ in Tusculano suo habitis ad Brutum scripsit. ¶ Fran. Singula hic haud ne-  
 gligenter legisse me noueris. ¶ Augu. Quid ergo: nihil ne profuerunt? ¶ Fran. Immo ue-  
 ro inter legendum plurimum: libro autem e manibus elapso: assensio simul omnis interci-  
 dit. ¶ Augu. Cōmunis legentium mos ē: ex quo monstrum illud execrabile litteratorum:  
 passim flagicioſissimos errare greges: & de arte uiuēdi multa licet in scholis disputentur: in  
 acta paucum conuertit: Tu uero si tuis locis notas certas impresseris: & fructum ex lectiōne  
 percipies. ¶ Fran. Quas notas? ¶ Augu. Quotiens legenti salutares sese offerunt sententiæ  
 quibus uel excitari sentis animum uel frenari: noli uiribus ingenij fidere: sed illas in memo-  
 riæ penetrabilibus abscondere: multoq̄ studio tibi familiares effice: ut quod experti solēt me-  
 dici: quocunq̄ loco uel tempore dilationis ipatiens morbus inuasit: habeas uelut in ani-  
 mo conscripta remedia. Sūt enim quædam sicut in corporibus humanis: sic in animis pas-  
 siones: in quibus tam mortifera mora est: ut qui distulerit medelā: spem salutis abstulerit.  
 Quis enim ignorat (exempli gratia) esse quosdam motus tam præcipientes: ut nisi eos in ip-  
 sis exordijs ratio frenauerit: animū corpusq̄ & totum hominem perdāt: & serum sit quic-  
 quid post tempus apponitur. In quibus primū obtinere locum reor iram: Cui non frustra  
 rationis sedem superpositam esse diffiniunt: hi qui in tres partes animam diuiserunt: Rati-  
 onem in capite uelut in arce: iram in pectore: concupiscētiā subter præcordia collocātes:  
 ut scilicet præsto sit quæ subiectarum pestium uiolentos impetus repente coerceat: & ex al-  
 to uelut receptui canat: quod frenum quia iræ magis necessarium erat: illi uicinior sita est.  
 ¶ Fran. Cōsulte quidem: qd̄ ut me non tantum ex phisicis sed ex poetis etiam scripturis  
 elicuisse prouideas: per illorum uentorū rabiem: quā Maro describit: Speluncis abditis la-  
 titantem: superiectosq̄ montes & regem in arce sedentem: atq̄ illos imperio mitigantem.  
 Iram atq̄ impetus animi posse denotari mecum sæpe cogitauit. In profundo scilicet pectoris  
 deferuentes: qui nisi coerceantur rationis freno (ut ibidem legitur) Maria ac terras cœlūq̄  
 profundum: Quippe ferant rapidi secum uerrantq̄ per auras. Per terras enim quid nisi ter-  
 ream corporis materiam: Per maria quid nisi humorem quo uiuif? Per cœlum uero pro-  
 fundum: quid nisi interiore loco habitantem aīam intelligit? Cuius (ut alio loco ait idem)  
 igneus est uigor & cœlestis origo: quasi diceret: corpus atq̄ animā: & breuiter totum homi-  
 nem cui dominabunt: in præcipitium agent. Ex aduerso aut̄ mōtes regemq̄ præcidentem:  
 quid nisi capitis arcem & rationem esse quæ illic inhabitat: Sic enī ait: Hinc uasto rex Aeolus

DD

EE

*na simulando*

## Colloquium Secundi diei.

lus antro: Luctantes uentos tempestatēq; sonoras Imperio pramit: & uinculis ac carcere fre-  
 nat. Illi indignantes magno cum murmure montis Circum claustra fremūt: summa sedet  
 Aeolus arce Sceptra tenens. Hæc ille. Ego autem singula uerba discutens: audiui indignā-  
 tionem: audiui luctamē: audiui tempestatē sonoras: audiui murmur ac fremitum: hæc ad  
 iram referri possunt. Audiui rursus regem in arce sedentem: audiui sceptra tenentem: audi-  
 ui imperio trementem: & uinculis ac carcere frenantem: quæ ad rationē quoq; referri posse  
 quis dubitet? Attamen ut de animo atq; ira animum turbante: dici omnia constaret: uide  
 quid addidit: Mollitq; animos & temperat iras. ¶ Augu. Laudo hæc quibus abundare te  
 uideo poeticæ narratiōis arcana: Siue enī id Virgilius ipse sensit dum scriberet: siue ab om-  
 ni tali consideratione remotissimus: maritimam his uersibus: & nil aliud rescribere uoluit:  
 tempestatem: hoc tamen de irarum impetū & rationis imperio dixisti facete satis: & pprie  
 dictum puto. Sed ut unde discesseram reuertar: & aduersus iram & aduersus reliquos indol-  
 tus: præcipueq; aduersus hanc de qua multa iam diu loquimur pestem: aliquid semper ex-  
 cogita: quod cum intenta tibi exlectione contigerit: Imprime sententijs utilibus (ut incipiēs  
 dixeram) certas notas: quibus uelut uncis memoria uolentes abire contineas. Hoc equidē  
 præsidio consistes imobilis: tum aduersus cætera: tum contra animi tristitiam: quæ umbra  
 uelut pestilentissima: uirtutum semina: & omnes ingeniorum fructus enecat. In qua postre-  
 mo (ut eleganter ait Tullius) fons est & caput miseriarum omnium. Profecto autem si ali-  
 os teq; diligenter simul excusseris: omissoq; q; nullus hominū est cui non multæ sint lügen-  
 dæ causæ: Omisso præterea q; delictorum tuorum recordatio: iure mœstum & sollicitum  
 facit: q; unum mœsticiæ genus salutare est: modo desperatio non surrepat: multa tibi diu-  
 ni tus concessa fateberis: quæ inter turbas querulorum atq; gementium consolandi gau-  
 dendiq; materiam præstare queant. Nam in eo q; tibi nondū uixisse quereris: q; ue tumultus  
 urbiū: stomachorum: & maximorum hominum similis querela: & illa cogitatio: q;  
 tua sponte in hos incidere am fractus tuaq; sponte: si omnino uelle cœperis: possis emerge-  
 re: non parum tibi conferrent solamen ubi & consuetudo longior profuerit: Si strepitū po-  
 pulorū uelut cadentis aquæ sonitum aures tuas edomueris: cum delectatione percipere.  
 Id autem: ut dixi: facillime consequeris: si tuæ primum mentis compescueris tumultus: Pe-  
 ctus enim serenum & tranquillum frustra uel peregrine circūeunt nubes: uel circumtonat  
 externus fragor: Itaq; uelut insitens siccō littore tutus: aliorum naufragium spectabis: &  
 miserabiles fluitantium uoces tacitus excipies: quantum ue tibi turbidum spectaculum cō-  
 passides attulerit: tantū gaudij afferet. ppiæ sortis alienis picu? collata securitas: Ex quib;  
 omnem animi tristitiam te iam iam depositurum esse confido. ¶ Fran. Quancū multa mē  
 uellicent: atq; illud imprimis q; urbes relinquere: quasi rem facilem mei censes arbitrij: ta-  
 men quia in multis me ratio de superasti: uolo & hic priusq; deijciar: arma deponere. ¶ Au-  
 gu. Potes ergo iam tristitia relegata: cum fortuna tua in gratiam redire? ¶ Fran. Possum  
 utiq; si modo aliquid est fortuna: nam ut uides: inter Graium & nostrum poetas: hac de re  
 tanta dissensio est: ut cum ille fortunam in operibus suis nusq; nominare dignatus sit: quæ  
 si nil eam esse crederet: hic noster & sæpe eam nominet: & quodam in loco omnipotentem  
 eam etiam uocet. Cui sententiæ & historicus ille nobilis fauet: & orator egregius: Nam &  
 Crispus Salustius dominari profecto ait in re qualibet fortunam: Et Marcus Tullius hu-  
 manarum rerum dominam asseuerare nō timuit: Ego autem quid sentiam: aliud forte tē-  
 pus: ac loc<sup>9</sup> aliter fuit dicendi. Quod uero ad inceptum attinet: eousq; mihi profuit admo-  
 nitio tua: ut me ipsum cum maiore parte hominum conferenti: non tam miser (ut solebat)  
 status meus appareat. ¶ Augu. Gaudeo si quid tibi profui: cupioq; prodesse cumulatus:  
 Sed quoniam satis hodiernum colloquium processit: poteris ne quæ restant in diem tertium  
 differri atq; ibi finem statui. ¶ Fran. Ego uero numerum ipsum ternarium tota mente cō-  
 plector: Non tam quia tres eo gratiæ continentur: q; quia diuinitati amicissimum esse con-  
 stat: q; non tibi solum alijsq; ueræ religionis professoribus persuasum: quibus est omnis in-  
 trinitate fiducia: sed ipsi etiam gentium philosophis a quibus traditur uti nos hoc nume-  
 ro in consecrationibus deorum. Quod nec Virgilius meus ignorasse uidetur: ubi ait: Nume-  
 ro deus impare gaudet. De ternario enim loqui eum præcedentia manifestant. Tertiā igit  
 deinceps de manibus tuis partem huius tripertiti muneris expecto.

FF

GG

Francisci Petrarchæ poetæ Oratorisq; Clarissimi: Libri quem Secretum suum inscripsit: de Contemptu mundi disputatis: Colloquium Tertij diei: Fœliciter incipit.

Augustinus.

**A** **S**Iquid hæcenus sermo tibi meus contulit: oro obtestorq; ut te facilem hauriendis quæ supersunt præbeas: contentiosumq; & reluctansem animū deponas. ¶ Fran. Factum puto: Sentio enim me tuis monitis magna sollicitudine mearū parte liberatū: eoq; paratior ad reliqua audienda transgredior.

¶ Augu. Nondum intractabilia & infixata uisceribus uulnera tua contigi & contingere metuo: recolens quantū altercationis & querelæ leuior contactus expresserit. Spero autē ex aduerso collectis uiribus: animū fortiozem asperiora deinceps æquanimi laurum. ¶ Fran. Nil metuas. Iam assueui & morborū meorū nomen audire: & medici manū auxiliū pati. ¶ Augu. Duabus adhuc adamātinis dextera lauaq; præmeris catenis: quæ neq; de morte neq; de uita sinunt cogitare: has semper extimū: ne te in interitum agerent: necdum quidem securus sum nec prius ero: q̄ te solutum ac liberū illis effractis abiectisq; uidero. Neq; enim reor impossibile: sed p̄fecto difficile: alioquin frustra circa impossibilia uersarer. Est autē ut in adamante frangendo hircinū dicunt: sic in huiusmodi duricie curarum mollienda: sanguis ille mirūimmodū efficax: qui cum cor asperum contigerit: frangit ac penetrat: Tamen id metuo: quoniā in hac re: tuo simul opus est assensu: quē ne præstare possis: siue (ut dicam uerius) ne uelis: multum uereor: ne ipse catenarum circumradiās atq; oculos mulcens fulgor impediatur: ne forte contingat quod euenturū suspicor: si auarus quisp̄ iam aureis catenis uinctus in carcere teneretur: solui etiam uellet sed catenas nollet amittere: Tibi autem ea carceris indicta lex est: ut nisi catenas abieceris: solutus esse non possis.

¶ Fran. Heu mihi: inferior eram q̄ putabam: duæ ne nunc etiam illaqueant animū catenæ quas ego non agnosco: ¶ Augu. Imo uero clarissime: sed earum pulchritudine delectatus: non catenas sed diuitias arbitraris: euenitq; tibi (ut similitudine uersar in eadem) non aliter q̄ si quis aureis manicis atq; compedibus tentus: aurū lætus aspiceret: sed laqueos non uideret: Tu quoq; nunc apertis oculis quæ te uincūt uides: sed o cæcitas: ipsis ad mortem trahentibus uinculis delectaris: quodq; est omnium miserrimū gloriaris. ¶ Fran. Quæ nam sunt quas memoras catenæ: ¶ Augu. Amor & gloria. ¶ Fran. Proh superi quid audio: has tu ne catenas uocas: has quoq; si patiar excuties. ¶ Aug. Hoc molior: sed incertus de euentu: Reliquæ em̄ omnes quibus tenebaris & fragiliores erāt & inamœniores: Ideoq; dum confringerem fauisti: hæc autē nocendo placent ac fallunt quadā spe decoris. Ideoq; pl̄ negotij subest: reluctaberis em̄ ceu summis te bonis spoliare te uelim: aggrediar tamen. ¶ Fran. Quando ego de te talia merui ut speciosissimas mihi curas uelles eripere & tenebris damnare perpetuis serenissimā animi mei partē: ¶ Aug. Ha miser: an tibi physica illa uox excidit: tum consūmatū fore miseriarū cumulū: cū opinionibus falsis persuasio funesta succrescit: ita fieri oportere: ¶ Fran. Haud q̄ excidit: sed a p̄posito remota sn̄ia est. Cur em̄ nō ita fieri oportere arbitrer: Atq; nihil unq; rectū arbitrat̄ sum q̄ esse hos nobilissimos q̄s mihi obijcis affectus. ¶ Aug. Segregem⁹ hic tātis per dū remedijs cōquirendis inhio: ne dū huc illuc distrahor: fragiliore ipetu ferar ad singula. Dic ergo qm̄ prius amoris mētio facta est: Nōne hæc oīm extremā ducis insanīā: ¶ Fran. Ne qd̄ ueritati subtrahā: p̄ diuersitate subiecti: amorē uel deterrimā animi passionē uel nobilissimā actionē dici posse cēseo. ¶ Augu.

**B** **N**eres egeat exēplo aliqd̄ i mediū p̄fer. ¶ Fran. Si infamē turpēq; mulierē ardeo: insanissim⁹ ardor est. Si reꝝ aliq̄ specimē uirtutis allicit: inq; illud amandū uenerandūq; molit⁹ sum: quid putas: nullū ne tā diuersis i reb⁹ statuis discrimē: adeo ne pudor oīs euauit: Ego uo ut ex me aliquid loquar: sicut primū graue & insauistū animi pōdus æstimo: sic secūdo uix quicq; reor esse fœlicius: q̄ si tibi contrariū forsitan uider: suā quisq; sententiā sequat. Est enim ut nostri opinionum ingens ueritas libertasq; iudicandi. ¶ Augu. In rebus contrarijs opinio diuersa: ueritas autem una atq; eadem semper est. ¶ Fran. Istud quidem ita esse fateor: Sed hoc est q̄ transuersos agit: opinionibus antiquis inhæremus pertinaciter nec facile diuellimur. ¶ Augu. Utinā tam recte de tota amoris quæstione sentire: ut de hoc sentis articulo. ¶ Fran. Quid multas tā recte sentire mihi uideor: ut cōtra sentiētes insanire nō

**C**

## Colloquium Secundū diei

dubitem. **C Augu.** Inueteratum mēdacium pro ueritate ducere: nouiterq̄ compertam ueritatem æstimare mendacium: ut om̄is rerum auctoritas in tempore sita sit: demētia summa est. **C Fran.** Perdis operā: nulli crediturus sum: succurritq̄ illud Tullianū: Si i hoc erro libenter erro: neq̄ hūc errorem auferri mihi uolo dum uiuo. **C Augu.** Ille quidē de animæ immortalitate loquēs: opinionem pulcherrimam omnium: ac uolēs q̄ nihil in ea dubitaret: q̄q̄ contrarium audire nollēt: huiuscemodi uerbis usus est: Tu in opinione fœdissima atq̄ falsissima hisdem uerbis abuteris: Profecto enim & si mortalis esset anima: immortalem tamen æstimare melius foret: Errorq̄ ille salutaris uideri posset: uirtutis incutiens amorem: quæ qūuis etiam spe præmij sublata: per seipsam expetenda sit: desiderium tamen eius proculdubio proposita animæ mortalitate lentesceret: Cōtraq̄ licet mendax futuræ uitæ promissio ad excitandum animos mortalium nō inefficax uideretur: tibi uero quid allaturus error iste tuus sit uides: nempe in om̄es animum præcipitaturus insanias: ubi pudor & metus & quæ frenare solet impetus ratiōis ac cognitio ueritatis exciderint. **C Fran.** Dixi iam q̄ operam perderes. Ego enim nihil unq̄ turpe: imo uero nihil nisi pulcherrimum amasse me recolo. **C Augu.** Etiam pulchra turpiter amari posse certum est. **C Fran.** Nec in nominibus certe: nec in aduerbijs peccauit: desine iam amplius insectari. **C Augu.** Quid ergo: uis ne ut phrenetici quidem solent: inter iocos & risus expirare? An aīo miserabiliter ægrotanti adhuc aliquid remedij adhibere mauis? **C Fran.** Non respuo: remedium quidem accidit si me egere monstraueris: bene ualentibus autem remediorum inculcatio sæpe funesta est. **C Augu.** Conualescendo tu quidem quod multis accidit te grauius ægrotasse fateberis. **C Fran.** Ad postremum spreuisse nequeo: cuius & sæpe alias & his præsertim proximis diebus sana consilia sum expertus: Perge igitur. **C Augu.** Primum ergo unam hanc mihi ueritatem tribui uelim: si cogente materia aduersus delicias tuas aliquid formassis insectus fuero. Iam enim hic prouideo q̄ grauius in auribus tuis sonitura sit ueritas. **C Fran.** Anteq̄ incipias: audi paululum: scis ne de quo loquendum tibi sit? **C Augu.** Diligenter mihi præuisa sunt omnia: de muliere mortali sermo nobis instituitur: in qua admiranda colendaq̄ te magnam ætatis partem consumpsisse doleo: & in tali ingenio tantam & tam longæuam insaniam uahemēter admiror. **C Fran.** Parce cōuitijs precor: mulier mortalis erat & Thais & Liuia: Cæterum scis ne de ea muliere mētionem tibi exortam: cuius mens terrenarum nescia curarum: cœlestibus desiderijs ardet. In cuius aspectu si quid usq̄ ueri est: diuini specimen decoris effulget. Cuius mores consumatæ honestatis exemplar sunt: cuius nec uox nec oculorum uigor mortale aliquid: nec incessus hominem repræsentat: hic quæso iterum ac iterum cogita: credo quibus uerbis utendum sit intelliges. **C Augu.** Ha demens: ita nē flammam animi in sextumdecimum annum falsis blanditijs aluisti: Profecto non diutius Italiæ famosissimus olim Hannibal incubuit: nec crebriores illa tunc amatorum impetus passa est: nec ualidioribus arsit incendijs: q̄ tu his temporibus uolētissime passionis flammam atq̄ impetus pertulisti. Inuentus tamen est qui illum tandem abire compelleret: Hannibalem tuum quis ab his unq̄ ceruicibus auertet? Si tu eum & exire uetas: & ut tecū maneat spōte iam serius inuitas: malo proprio delectaris infœlix: atq̄ oculos illos usq̄ tibi in perniciem placentes suprema clausurit dies: cum effigiem morte uariatam & pallentia mēbra conspexeris: pudebit animum mortale caduco applicuisse corpufculo: & quæ nūc tam pertinaciter astruīs: cū rubore recordaberis. **C Fran.** Auertat deus omen: ego ista nō uidebo. **C Augu.** Equidem necessario euentura sunt. **C Fran.** Scio: sed non tam inimica mihi sunt sydera: ut naturæ ordinem in hac morte perturbent: prius intraui: prius ingrediar. **C Augu.** Meministi credo temporis illius quo contrarium timuisti: & quasi iam morturæ amicæ funereum carmen dictante tristitia cecinisti. **C Fran.** Memini certe sed dolui: & adhuc recolens cōtremisco: Indignabarq̄ me nobiliori uelut animæ meæ parte truncatū: illi esse superstitem: quæ dulcem mihi uitam sola sui præsentia faciebat: Hoc enim carmen illud deflet: quod tunc multo lachrymarum imbre respersum excidit mihi: sententiam meministi si uerba tenerem. **C Augu.** Non hoc quæritur quantū tibi lachrymarum mors illius formidata: q̄ tū ue doloris inuexerit: sed hoc agiū ut intelligas quæ sefcōcussit posse formidīnē reuerti: eoq̄ facili⁹ q̄ & oīs dies ad mortē ppi⁹ accedit: & corpus illud egregiū morbis ac crebris pturbationib⁹ exhaustū: multū pristini uigoris amisit. **C Fran.** Ego q̄ & curis grauior & ætate puectior factus sum: Itaq̄ illa ad mortē appropinquate præcurri. **C Augu.** O furor: ex nascēdi ordine ordinē mortis arguere. Quid em̄ aliud orba senec⁹ querit parē

D

E

F

tum: nisi adolescentium filiorum festinatas mortes: Quid annosæ lugent aliud nutrices: nisi infantium suorum anticipatum tempus: quos dulcis uitæ exortes & ab ubere raptos abstulit atra dies & funere merisit acerbo: Tibi uero paucorū numerus annorū quo illā præcedis spem tribuit uanissimam: prius te quā furoris tui fomitem esse moriturū: & hunc naturæ ordinem tibi fingis immobilem. ¶ Fran. Non usquæ adeo immobilem ut contrarium fieri posse sim nescius: sed assidue ne idē adueniat precor: semperque de eius morte cogitanti succurrit iste uersus Ouidij: Tarda sit illa dies & nostro serior æuo. ¶ Augu. Has ineptias amplius audire non ualeo: quid enim quādo præ mori illam posse non ignoras: quid illa moriente dicturus es: ¶ Fran. Quid dicturus aliud nisi me præsentē calamitate miserrimum: Solamen uero ex recordatione transacti temporis habiturum rapiant uenti: tamē ista quæ loquimur & spargant augurium procellæ. ¶ Augu. O cæce: necdum intelligis quanta dementia est sic animū rebus subiecisse mortalibus: quæ eum & desiderij flammis accendāt: nec quietare nouerint: nec permanere ualeant in finem: & crebris motibus quem demulcere pollicentur excruciant. ¶ Fran. Si quid habes efficacius profer: nunquā hoc me sermone terrueris: neque enim: ut putas: mortali rei animū addixi: nec me tam corp⁹ nouerim amasse quā animam: moribus humana transcendentibus delectatum: quorū exemplo qualiter inter cœlicolas uiuat admoneo. Itaque si (quod solo torquet auditu) me prior moriēs illa desereret: quid agerem interrogas: cum Lelio Romano sapientissimo proprias miseras cōsolarer: uirtutem illius amaui quæ extincta non est: hæc dicerem atque alia quæ illum dixisse audio: post eius interitum quem miro quodam amore dilexerat. ¶ Augu. Inexpugnabili erroris arce consistis: unde te deijcere non ociosus labor est: Et quoniā ita te affectum uideo ut multo patiētius auditurus sis quicquid de te quā quod de ipsa liberius dicitur: mulierculā tuā quā talibus laudib⁹ cumules licebit: Nihil enim aduersabor: Sit regina: sit sancta: sit dea certe an phœbi foror: an nympharū sanguinis uia: Ingēs tamen eius uirtus: minimū tibi ad excusationem erroris conferret. ¶ Fran. Quid noui litigij ordiaris experior. ¶ Augu. Dubitari non potest quin pulcherrima sæpe turpiter amentur. ¶ Fran. Iam ad hæc supra responsum est: Si enim amoris in me regnantis facies cerni posset: eius uultus (quem licet multū: tamen debito parcius laudauim) non absimilis uideretur: hæc mihi coram qua loquimur testis est: quod in amore meo nil unquā turpe: nil obscœnum fuerit: nil denique præter magnitudinē culpabile: Adde modū: nihil pulchrius excogitari queat. ¶ Augu. Possū tibi Tulliano uerbo respondere: modū tu quæris uitio. ¶ Fran. Non uitio sed amori. ¶ Augu. Et ille cū id diceret: de amore loquebatur: Locū tenes: ¶ Fran. Quid ni in Tusculano hoc legi: uerū ille de cōmuni amore hominū sentiebat: in me autem singularia quædam sunt. ¶ Aug. Eni uero idem de se alijs fortasse uideatur: uerumque est: tum in alijs: tum in hac præcipue passione: quod unusquisque suarū rerū est benignus interpres. Nec inepte illud: a plæbeo licet quodā poeta: dictū laudatur: Suā cuique sponsam: mihi meā: suū cuique amorem: mihi meū. ¶ Frā. Vis ne si tempus suppetit pauca de multis exponam: quæ te in admirationē stuporēque cōpellant: ¶ Augu. Me ne putes ignorare: quod qui amāt ipsi sibi somnia fingunt: oibus scholis notissimū carmen est: Cæterū ex ore eius piget has insanias audire: quem decet altius & sapere & loqui. ¶ Fran. Vnum hoc (seu gratitudini seu ineptiæ ascribendū) non sileo: me quantulumcunque conspicias: per illam esse: nec unquā ad hoc si quid est nois aut gloriæ fuisse uenturū: nisi uirtutū tenuissimā semetētem quā pectore in hoc natura locauerat: nobilissimis hic affectibus coluisset. Illa iuuenilem animum ab omni turpitudine reuocauit: uncoque: ut aiunt: retraxit: atque alta compulsi spectare. Quid ni em̄ in amatos mores trāsformare: atque nemo unquā tam mordax cōuitiator inuentus est: qui huius famam canino dente contingeret: qui dicere auderet (ne dicam in actibus eius sed in gestu uerborū) reprehensibile aliquid se uidisse. Ita qui nihil intactum liquerant: hanc mirantes uenerant: quæ reliquerunt. Mime igitur mihi est: si hæc tā celebris fama: mihi quoque desiderij famæ clarioris attulit: laboresque durissimos quibus optata consequerem molliuit. Quid enim adolescens aliud optabam quā ut illi uel soli placerem quæ mihi uel sola placuerat: Quod ut mihi contingeret spretis mille uoluptatū illecebris: quāt me añ tēpus curis laboribusque subiecerim nosti: & iubes illā obliuisci uel parci⁹ amare: quæ me a uulgi cōsortio segregauit: quæ dux uiaque oim: torpētī ingenio calcar admouit: ac semisopitū aīm excitauit. ¶ Aug. Infœlix: quōto satius fuerat tacere quā loqui: quā quis em̄ uel in silētio talem te introrsus aspiceret: asseueratio tñ ipsa tam pertinax bilē stomachūque percussit. ¶ Fran. Cur quæso: ¶ Aug. Quia falsū opinari ignorātis est: falsū impudē

## Colloquium Tertij diei

ter asserere: ignorantis pariter & superbi. ¶ Fran. Quid me tam falsum uel sensisse uel per-  
tulisse confirmas? ¶ Augu. Nempe uniuersa quæ memoras primū omniū ubi ais: te quæ  
es per illam esse: si sic iutelligis ut hæc esse illa dederit: mētiris haud dubie. Si uero sic ut nō  
amplius esse permiserit: ueg̃ dicis. O quantū iurgium euadere poteras: nisi illa te formæ blā-  
ditijs retraxisset. Quod es igit̃: naturæ bonitas dedit: quæ esse poteras illa præcipuit: imo  
tu tibi potius abstulisti. Illa em̃ innocens est: forma quidem tibi uisa est tam blanda: tā dul-  
cis: ut in te omnē ex natiuis uirtutū seminibus prouenturā segetem ardentissimi desiderij  
ætibus: & assiduo lachrymarū imbre uastauerit. Quæ aut̃ te ab omni turpitudine illa retra-  
xerit: falso gloriatus es: retraxit forsan a multis: sed in maiores impulit erumnas. Eniuero  
neq̃ uarijs sordibus obscœnam uiam declinare monuit: si in præcipitiū perduxit: nec quæ  
minuitoria sanans ulcera: lætale interim iugulo uulnus infixit: liberaſſe potius quæ occidisse  
dicendū est. Ita quoq̃ quā tuā prædicas ducem: a multis te obscœnis abstrahēs in splendi-  
dum impulit barat̃. Quæ uero alta spectare docuit: quæ segregauit a populo: quid aliud fuit  
quæ præſidentē sibi & unius captū dulcedine contemptorē reꝝ omniū studiosaq̃ negligentē  
reddidisset? Quo nihil in cōuictu hominū scias esse molestius. Iam quæ innumeris illā te la-  
boribus implicuisse cōmemoras: hoc unū uere prædicas. Quid aut̃ hic tam magni muneris  
inuenias cogita: cū multiformes em̃ sint labores quos declinare non licet: quāta demē-  
tia est nouos sponte sectari? At quæ famæ clarioris audium: per illam te factū gloriaris: cōpa-  
rior errori tuo: si quidem ex animi tui sarcinis nullam tibi funestiorē esse monstrabo: sed nō-  
dum eo peruenit oratio. ¶ Fran. Promptissimus dimicator cōminat̃ & uulnerat: ego autē  
& uulnere & cōminatione promoueor: & titubare iam grauit̃ incipio. ¶ Augu. Quanto  
grauius titubabis cum grauissimū uulnus infixero? Ista nempe quā prædicas cui omnia te  
debere asseris: ista te peremit. ¶ Fran. Deus bone: quibus hoc mihi persuadebitur modis?  
¶ Augu. Ab amore cœlestiū elongauit animū & a creatore ad creaturam desiderium inclina-  
uit: quæ una quidē ad mortem pronior fuit uia. ¶ Fran. Noli quæſo præcipitare sententiā:  
deum profecto ut amarem: illius amor præstitit. ¶ Augu. At peruertit ordinem. ¶ Fran.  
Quo nam modo? ¶ Augu. Quia cū creatū omne creatoris amore diligendū sit: tu contra  
creaturæ captus illecebris: creatorem nō quomodo decuit amasti: sed mirat̃ artificem fu-  
isti: quasi nihil ex oibus formosis creasset: cū tamē ultima pulchritudinū sit forma corpo-  
rea. ¶ Fran. Hanc præsentem in testimoniū euoco: conscientiaq̃ meā facio contestem: me-  
(quæ superius dixeram) illius non tam corpus amasse quæ animā: quæ hinc percipies libebit:  
quoniā quo illa magis in ætate progressa est (quæ corporeæ pulchritudinis ineluctabile ful-  
men est) eo firmior in opinione permansi: Et si em̃ uisibiliter in uere flos tractu temporis læ-  
guelceret: animi decus amplius augebatur: quin sicut amandi principium: sic incepti perseue-  
rantiam ministravit. Alioquin si post corpus abisssem: iam pridem mutandi propositi tem-  
pus erat. ¶ Augu. Me ne ludis: an si idem animus in squalido & nodoso corpore habitare  
ret similiter placuisset? ¶ Fran. Non audeo quidem id dicere: neq̃ em̃ animus cerni potest:  
nec imago corporis talem sponduisset: ac si oculis appareret: amarē profecto pulchritudi-  
nem animi: deforme licet habentis habitaculum. ¶ Augu. Verborū quæris adminicula. Si  
enī non nisi quæ oculis apparet amare potes: corpus igitur amasti: nec tamē negauerim ani-  
mum quoq̃ illius & mores flāmis tuis alimenta præbuisse: nimis cū (uti paulopost dicā)  
nomen ipsum non nihil: imo uel plurimū furoribus istis addiderit. Cū enī in omnibus ani-  
mi passionibus: in hac præsertim euenit: ut ex minimis fauillis sæpe incendia magna con-  
surgant. ¶ Fran. Video quo me cogas: ut scilicet cū Ouidio fatear: animū cū corpore ama-  
ui. ¶ Augu. Hoc quoq̃ quæ sequit̃ fatearis oportet: neut̃ te satis sobrie: neut̃ amasse quo-  
modo decuit. ¶ Fran. Torquendus tibi sum ante quæ fatear. ¶ Augu. Aliud quoq̃ te ppter  
hunc amorem in magnas concidisse miseras. ¶ Fran. Hoc quæuis in eculeum sustuleris nō  
fatebor. ¶ Augu. Immo uero sponte tua mox utrunq̃ fateberis: nisi rationes meas interro-  
gationeq̃ neglexeris. Dic ergo: meministi ne puerilium annoꝝ: an uero præſentū turba-  
sollicitudinū: memoria om̃is illius ætatis euanuit? ¶ Fran. Nempe infantia puericiaq̃ nō  
aliter ante oculos meos sunt quæ dies hesternæ. ¶ Augu. Meministi: quantus in illa ætate ti-  
mor dei: quanta mortis cogitatio: quantus religionis affectus: quātus amor honestatis?  
¶ Fran. Memini pfecto doleoq̃ crescentibus annis decreuisse uirtutes. ¶ Augu. Ego quidem  
sp̃ extimui ne illū tā intēpestiuū florē uernalis aura discuteret: quæ si integer illæsusq̃ mansisset  
mirabilem fructum suis tēporibus protulisset. ¶ Fran. Ne a proposito diuertas: quid em̃

K

L

M

hoc ad ea de quibus sermo nobis inceptus erat: ¶ Augu. Dicā: percurrere tecū tacitus quādo integram tibi sentis recentemq; memoriam: percurrere uniuersum uitæ tuæ tēpus: & ubi tanta morū uarietas incesserit: recordare. ¶ Fran. En in ictu oculi trepidantis annoꝝ meoꝝ numeroꝝ seriemq; recensui. ¶ Augu. Quid reperis igitur? ¶ Frā. Litteræ uelut Pythagoræ quam audiuius: legi non inanem esse doctrinam. Cum em̄ recto tramite ascēdens ad biuium peruenissem: modestus & sobrius & dexteram iuberer arripere: ad læuam incautus dextram aut cōtumax deflexi: neq; enī mihi profuit quod sæpe puer legerā. Hic locus est partes ubi se uia scindit in ambas: Dextera quæ ditis magni sub mœnia ducit. Hac iter Elyseum nobis at læua malorū Exercet pœnas & ad impia tartara mittit. Hæc nimis: quanq; ante legissem: non tamen prius intellexi q̄ expertus sum. Ex tunc autem obliquo sordidoq; calle distractus & sæpe retro lachrymans conuersus: dextere iter tenere non potui: quod cū deserui: tunc profecto fuerat illa morum meoꝝ facta confusio. ¶ Augu. At qua nam hoc ætatis tuæ parte contigerat? ¶ Fran. Medio sub adolescentiæ feruore: & si aliquantisper expectas: quotus mihi tunc ætatis annus ageretur facile recordabor. ¶ Augu. Non tam exactum calculum requiro quin potius illud edisserere: quando illius tibi primum mulieris species uisa est? ¶ Fran. Id utiq; nunq; obliuiscar. ¶ Augu. Iunge igitur tempora. ¶ Fran. Profecto & illius occursum & exorbitatio mea unū in tempus inciderunt. ¶ Augu. Habeo quod uolebam: obstupuiſti credo: perstrinxitq; oculos fulgor insolitum. Dicunt enim stuporem amoris esse principium: hinc est apud naturæ conscium poetam: Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido. Post qđ sequitur: Ardet amās Dido. Quæ q̄uis: ut nosti optime: fabulosa narratio tota sit: ad naturæ tamē ordinem respexit ille dum fingeret. Sed cum obstupuisſes ad illius occursum: cur ad læuā potissimū deflexisti: puto quia decliuor uidebaſ & latior: dextera enim & ardua & angusta est: laborem igitur timuisti. At mulier ista tam celebris quam tibi certissimam ducem fingis: ad superos cur non hæsitantem trepidūq; direxit: & quod cæcis fieri solet: manu apprehensum non tenuit: quo & gradiendum foret admonuit? ¶ Fran. Fecit hoc illa quantū potuit: quid enim aliud egit cum nullis mota precibus: nullis uicta, blanditijs muliebrem tenuit decorem: & aduersus suam simul & meā ætatem: aduersus multa & uaria quæ flectere adamantium licet spiritum debuissent: in expugnabilis & firma permāsit. Profecto animus iste foemineus: quid uirum decuit admonebat: præstabatq; ne mihi insectādo pudicitia studio (ut uerbis utar Senecæ) uel exemplum deesset uel conuictum: postremo cum lorifragum ac præcipitem uideret: deserere maluit q̄ sequi. ¶ Augu. Turpe igitur aliquid interdū uoluisti: quod supra negaueras. At iste uulgaris amantium: uel ut dicam uerius: amētium furor est: ut omnibus merito dici possit: Volo nolo: nolo uolo: uobis ipsi quid uelitis aut nolitis ignotum est. ¶ Fran. Incautus in laqueum offendi: si quid tamē olim aliter forte uoluisssem: amor ætalq; coegerunt: nunc quid uelim & cupiam scio: firmauiq; iam tandem animū labentē. Cōtra autē illa ppositi tenax & semper una permanſit: quā cōstantiā foemineā: quo magis intelligo: magis admirror. Idq; sibi consiliū fuisse: si unq; dolui gaudeo: nunc & gratias ago. ¶ Augu. Semel fallenti: non facile rursus fides habenda est: Tu prius mores atq; habitū uitamq; mutaueris: q̄ animū mutasse persuadeas: mitigatus forte si tuus leniterq; ignis extinctus non est. Tu uero qui tantum dilectioni tribuis: non aduertis illam absoluendo: quantū te ipse cōdemnes. Illā fateri libet fuisse sanctissimā: dum te insanū scelestumq; fateare. Illam quoq; foelicissimā: dū te ei amore miserrimū: hoc em̄: si recordaris: inceperā. ¶ Fran. Recordor equidē: atq; id ita esse negare nō ualeo: & quo me sensim deduxeris cerno. ¶ Augu. Ut cernas: apertius animum intende: Nihil est qđ æque obliuionē dei contemptū ue pariat: q̄ amor resq; temporalium: iste præcipue quē proprio quodā nomine amorē: & (qđ sacrilegiū omē trāscendit) deū etiā uocant: ut scz humanis furoribus excusatio celestis accedat: fiatq; diuino instinctu scelus immane licentius. Nec mirari cōueniat tantū posse hūc effectū in pectoribus humanis: ad reliqua em̄ uisa rei species ac sperata fruendi delectatio: & ppria uos mētis impetus rapit. In amore autē & huius simul & mutuus præterea succedit affectus: qua spe prorsus amota: amorem ipsum lentescere oportet. Sicut cū alibi ametis dūtaxat: hic etiā redamantiū alternisq; uelut stimulis mortale pectus impellit: ut non frustra Cicero noster dixisse uideat: quibus ex animi passionibꝫ: pfecto nulla est amore uahemētior: ualde equidē cert⁹ erat: ubi addidit profecto: is qui iam libris quattuor Academiam uidit de omnibus dubitantem. ¶ Fran. Notauī sapius illū locum: & miratus sum q̄ ita uahementissimā hanc ex omnibus

N

O

P

passionibus dixerit. **Aug.** Minime mirareris nisi quia animū inuasit obliuio. Cæterum breui admonitione in multoꝝ maloꝝ memoriā reuocandus es. Cogita nūc ex quo mentē tuam pestis illa corripuit: q̄ repente totus in gemitū uersus es miseriarum & peruenisti ut funesta cum uoluptate lachrymis & suspirijs pasceris: cum tibi noctēs infomnes & perniox in ore dilectæ nomen: cum reꝝ omniū cōtemptus uitæq; odium: & desideriu mortis tristis & amor sollicitudinis atq; hominum fuga: ut de te non minus proprie q̄ de Bellerophōte illud Homericum dici posset: Qui miser in campis mœrens errabat amœnis. Ipse suum cor edens hominū uestigia uitans. Huic pallor & macies & languescens ante tempus flos ætatis. Tum graues æternumq; madentes oculi: tum confusa mens & turbata quies in somnis & dormientis flebiles querelæ ac uox fragilis: luctu rauca: fractusq; & interruptus uerboꝝ sonus: Et quicquid tumultuosius aut miserius fingi potest. Hæc ne tibi uidentur signa sanitatis: Quid q̄ illa tibi fastos lugubresq; dies icho auit & clausit: Illa adueniēte sol illuxit: illaq; abeunte nox redijt: illius mutata frons tibi animū mutauit: lætus & mœstus pro illi<sup>o</sup> uarietate factus es: Deniq; totus ab illius arbitrio pependisti. Scis me uera & uulgo etiam nota memorare. Quid aut̄ insanius q̄ non contentū præsentī illius uultus effigie: unde hæc tibi cūcta prouenerāt: aliam fictam illustri artificis ingenio quæsiuisse: quā tecū ubiq; circumferens: haberes materiam semper immortalī lachrymarꝝ: ueritus ne fortasse arefcerent irritamenta earꝝ: Omnia uigilantissime cogitasti: negligenter incuriosus in reliquis. At ut omnium delyratiōnū tuarꝝ lupremū culmen attingā: & quod pauloante cōminatus sum: pergamus. Quis digne satis excretur aut stupeat hanc alienatæ mentis insaniam: cū non minus nominis q̄ ipsius corporis splendore captus: quicquid illi consonū fuit incredibili uanitate coluisti: Quam ob causam tātōpere siue Cæsaream siue poeticam lauream q̄ illa hoc nomine uocaretur adamasti: ex eoq; tempore sine lauri mentione: uix ullum tibi carmē effluxit: nō aliter q̄ si uel Penei gurgitis accola: uel Cirrhæi uerticis sacerdos existeres. Deniq; quia Cæsareā sperare fas non erat lauream poeticam quā studioꝝ tuorꝝ tibi meritum promittebat: nihilo modestius q̄ dominā ipsam adamaueras & cupisti: Ad quā adipsiscendam: quāq; alijs ingenijs subuectus: quanto tamen cum labore perueneris: tecū ipse recogitans perhorresces. Nec me latet quin responsioni paratū & adhuc hiscere meditantē uideo quid tibi nunc in animo uerfetur. Cogitas nempe te his studijs aliquanto prius etiā q̄ arderes deditū fuisse poeticūq; tibi illud decus ab annis puerilib<sup>9</sup> aīm excitasse: q̄ ego quidem nec inficior nec ignoro: uerum eniuero & multis retro sæculis obsolefactus: mos atq; hæc ætas studijs talibus aduersa & longarꝝ discrimina uiarꝝ: quibus usq; ad limen nō carceris modo sed mortis accessisse: aliaq; non minus uiolenta fortunæ obstacula proposita tum retardassent seu forsitan irritassent: nisi prædulcis nominis memoria iugiter animum interpellans: cæteris curarum sarcinis excussis: per terras & maria inter tot difficultatū scopulos: Romam te Neapolimq; traxissent: ubi tandem q̄ tanto ardore cupiebas adeptus es. Quæ omnia si tui mediocris furoris argumenta uideantur: ipse ego non mediocriter furerere certus ero. Iam uero sciens illa prætereo: quæ ex Eunuchō Terentiij imitari non puduit Ciceronē: ubi ait: In amore hæc omnia insunt uitia: Iniuriæ: suspitiones: inimicitia: inuidia: bellū: pax rursus: Recognoscis in illius uerbis insanias tuas præcipueq; celum: quē sicut inter passionē amor: sic in hac parte peste: primas partes obtinere non ambigi. Sed occurre forsitā & dices: Hoc ita esse nō inficior: sed adierit ratio: cuius hæc uita temperetur arbitrio. Iam ita te responsurꝝ ille prouideat: ubi addidit: Incerta hæc: si tu postules ratione certa facere: nihilo plus agas: q̄ si des operam ut cum ratione insanias. Hoc equidem dicto q̄ absq; dubitatione uerissimū sentis: omnibus (nisi fallor) euasionibus tuis obuiatū est. Hæc atq; huiuscemodi sunt in amore miseria: quarꝝ accurata dinumeratio nec expto necessaria nec credibilis in expto. Illa tñ est oīm præcipua (ut ad ppositū reuertar) q̄ dei suiq; pariter obliuionē parit. Quō em̄ tot maloꝝ molib<sup>9</sup> incuruat<sup>9</sup> anim<sup>9</sup> ad illū unū purissimūq; uerū boni fontem reptādo pueniet: Quæ cū ita sint mirari iā desine nullā uæhementiorē animi passionē Tullio uisam esse. **Fran.** Victus sum fateor: qm̄ cuncta quæ memoras de medio experientia libro mihi uideris excerptisse. Itaq; libet: qm̄ Terentiani Eunuchi mentionē fecisti: ex eodē loco sumptā inferuisse querimonia. O indignū facinus: nūc ego me misere sentio & tædet & amore ardeo: & prudēs: sciēs: uiuus uidēsq; perco: nec quid agam scio. Libet & eiusdem poetæ uerbis a te consilium flagitare: proinde dum tempus est etiam atq; etiam cogita. **Augu.** Ego quoq; Terentianis tibi respōsum uerbis dabo. Quæ em̄ res in se neq;

consilium neq̄ modum habet ullum: eam consilio regere non potes. ¶ Fran. Quid igit̄ faciam: desperabimus ne? ¶ Augu. Omnia prius temptanda sunt: Quod autem nunc p̄bar ti consilij mihi sit: breuiter accipe. Nosti de hac re non tantum ab egregijs philosophis singulare tractatus: sed ab illustribus etiam poetis: integros libros esse cōpositos: qui ubi nā quærendi qualiter ue sint intelligendi: tibi p̄sertim qui hæc reꝝ magisterium profiteris: ingerere iniuriosum fuerit: qualiter autem lecta intellectaq̄ in salutem tuam uertenda sint: admonuisse forsitan non erit alienum. Primum igitur quod ait Cicero: nonnulli ueterem amorem nouo amore tanq̄ clauum clauo excutiendum putant. Cui consilio & magister amoris Naso consentit: regulam afferēs generalem: Qz successore nouo uincitur oīs amor: & p̄cudubio sic est: disgregatus enim & in multa distractus animus: segnior fertur ad singula. Sic Ganges (ut aiunt) a rege Persarum innumerabilibus alueis distinctꝰ: atq̄ ex uno alto metuendoq̄ flumine: in multos spernedosq̄ riuulos sectus est: sic sparsa acies penetrabilis hosti redditur: sic diffusum lætescit incēdium. Deniq̄ omnis uis ut unita crescit: sic dispersa minuitur. At contra quid hic mihi uideatur intellige. Valde siquidem metuendū est ne dum ex una eaq̄ (si dici fas est) nobiliori passiōe subtraheris: dilabar in plurima & ex amante mulierosus: uagus & instabilis fias. Meo nempe iudicio si inuitabiliter pereundū sit: nobiliori morbo peris̄se solacium est. Quid igitur consulam quæris: colligere animum & effugere si possis: ac de carcere in carcerem migrare non improbo: Spes enī forsitan in trāsitu libertatis fuerit aut leuoris imperij. Ereptum uero uni iugo: collum per infinita sordidorum seruitioꝝ genera circumferre: non laudo. ¶ Fran. Pateris ne medico perorāte: ægꝝ morbi sui cōscium aliquid interloqui? ¶ Augu. Quid ni patiar: multi enim ægotātis uocibus quasi quibusdam indicijs ad inquisitionem oportuni remedij penetrarunt. ¶ Fran. Hoc igitur unū scito: me aliud amare non posse. Assueuit animus illam adamare: assueuerunt oculi illam intueri: & quicquid non illa est: in amœnum & tenebrosum dicunt. Ita q̄ si aliam amare iubes: ut sic ab amore liberer: impossibilem mihi conditionem obijcis: actum est perij. ¶ Augu. Sēsus hebet & appetitus obtorpuit: nihil ergo cum admittere ualeas in trorsum: exteriora tibi remedia adhibenda sunt: Potes ne igitur in animū inducere fugam exilium ue: & notorum locorum caruisse cōspectu? ¶ Frā. Licet tenacissimis uncis trahar: possum tamen. ¶ Augu. Si hoc potes saluus eris. Quid ergo aliud dicam nisi Virgilianū uersiculum paucis immutatis: Heu fuge dilectas terras: fuge littus amatū: Quomodo em̄ unq̄ his in locis tutus esse poteris: ubi tam multa uulnerum tuorum extant uestigia: ubi & p̄sēntium cōspectu: & p̄teritorꝝ recordatione fatigaris: Vt igitur idem ait Cicero: Locum mutatione tanq̄ ægroti iam conualescentis curandus eris. ¶ Fran. Vide oro quid p̄cipis: quotiens enim conualescendi auidus: atq̄ huius consilij non ignarus: fugam retētaui & licet uarias simulauerim causas: unus tamē hic semper peregrinationū rusticationumq̄ mearꝝ omnium finis erat libertas. Quam sequens per occidentem: & per septentrionem & usq̄ ad oceani terminos: lōgelateq̄ circumactus sum: quod quantū mihi profuerit uides. Itaq̄ sæpe animū tetigit Virgiliana comparatio: qualis coniecta cerua sagitta: quā procul incautam nemora inter Cressæa fixit Pastor agēs telis: liquit uolatile ferrum. Nescius illa fuga syluas saltusq̄ peragrat Dictæas: hæret lateri lœtalis arundo. Huic enim ceruo non ab similibus factus sum: fugi enim sed malum meum ubiq̄ circumferens. ¶ Augu. Qd̄ a me nunc postulas ipse tibi respōdisti. ¶ Fran. Quo pacto? ¶ Augu. Quia malū suum circumferenti: locoꝝ mutatio laborē cumulat: nō tribuit sanitatē. Potest ergo tibi non improprie dici qd̄ adolescenti qui peregrinationē nil sibi p̄fuisse querebat: Respōdit Socrates: Tecū em̄ inquit pegrinaberis: tibi quidē imprimis sequestranda uetus hæc curarꝝ sarcina & p̄parandus est animus: tum deniq̄ fugiendū. Hoc enī non in corpibus modo: sed in animis quoq̄ compertū est: qd̄ nisi in patiēte sit disposito: uirtus est agētis inefficax: Alioquin ad extremos Indorꝝ fines penetrare quidē poteris: semp̄ Flaccū uera locutū fateberis: ubi ait: Cœlū non animū mutant: qui trās mare currūt. ¶ Fran. Miro mō p̄plexus sum. Tu enī cū mihi curandi sanadiq̄ animi documēta p̄bes: curandū prius sanandūq̄ p̄dicas: ac deinde fugiendū. Atqui de hoc ipso animo dubitat qualiter sit curandus. Si enī curatus est: qd̄ ultra queriēs? Si aut̄ incuratꝰ: ubi locoꝝ mutatio: qd̄ tuipe astruis nō adiuuat: dic exp̄suis quibus remedijs utendū est? ¶ Augu. Nō curandū sanandūq̄: sed p̄parandum dixi animū. Cæterum siue curatus erit & poterit locorum mutatio perennem sanitatem conferre: siue nondum curatus: sed p̄paratus tamen & ipsam eādē afferre potest. At si neu

S

T

*in dario pubescentia*

## Colloquium Tertij diei.

trum: quid nisi doloris irritamēta præstabit ista mutatio: & de loco in loca crebra iactatio: Non desinam Flacco teste uti: ratione inquit & prudentia: curas non locus effusi late maris arbiter aufert. Et uere sic est: Ibis enim spe plenus & desiderio reuertendi: omnes animi laqueos tecum trahens ubicunq; fueris quocunq; te uerteris: relinque uultum & uerba contemplaberis. Et quod est amantium infame priuilegium: illam absentem absens audies & uidebis & putas amorem his subterfugijs extinguere: Mihi crede inardescit utrunq; potius: hinc ab amoris auctoribus inter multa præcipitur: interponendas amantibus non nunquam breuis absentia morulas: ne uicissim fastidio forte presentia & assiduitate uilescant. Hoc igitur moneo: hoc suadeo: hoc iubeo: edocēdo animū deponere quæ præmūt. Atq; ita sine spe reditus abeundum: tunc intelligis quid in sanandis animis possit absentia. Quod si locum corpori tuo grauem pestilentemq; sortitus: perpetuis illic morbis inquietam uita ageres: nonne irrediturus effugeres: nisi forte (quod ualde permetuo) q̄ maior est hominibus corporis cura q̄ animi. ¶ Fran. De hoc quidem uiderit humanum genus: de eo autē profecto nihil est dubij: quin si loci uitio in morbos incidissem: salubrioris eos loci mutatione depellerem. Idemq; uel multo magis de animi morbis optarem. Sed hæc: ut uideo: difficilius cura est. ¶ Aug. Hoc utiq; falsum est: magnum philosophorum consentit auctoritas. Idq; hinc liquet q̄ morbi animi omnes curari possunt: nisi æger obliuiscatur: corporei autē nulla arte curabiles multi sunt. Cæterum (ne nimis abstrahar ab incepto) in sententia persisto: præparando ut dixi animū instruendumq; dilecta relinquere: nec in tergum uerti: nec assueta respicere: ea demum amanti peregrinatio tuta est. Idq; tibi (si saluam cupis animā tuā) noris esse faciendum. ¶ Fran. Vt quæcunq; dixisti percepisse me sentias: imparato animo peregrinationes nil conferunt: paratum sanant: sanumq; custodiunt. Hæc ne triplicis tui dogmatis summa est: ¶ Aug. Profecto non alia & bene diffusius dicta perstringis: ¶ Fran. Atqui prima duo sic esse si nullus ostenderet ex me ipso perpenderem: tertium uero quid sanato iam & in tutum producto animo: absentia opus sit: non intelligo: nisi forte recidiuæ metus hæc suaserit ut diceres. ¶ Aug. Id ne tibi modicum uidetur: quod si in corporibus: quanto magis in animis formidandum est: multoq; leuius periculosiusq; reuertit adeo ut uix quidem scdm naturam salubrius a Seneca dictum sit: q̄ q̄ in epistola quadā ait: Si quis amorem exuere conatur: uitāda est omnis admonitio dilecti corporis: Et subicit rationem: Nil enim facilius recrudescit q̄ amor. O uerissimū & ex intimis experientia penetrabilibus erutum uerbum. In qua re nullum ante te testem citauerim. ¶ Fran. Verū id esse fateor: at si aduertis non de eo qui iam exiit: sed de eo qui exuere conatur: ista dicuntur. ¶ Augu. De eo dixit ubi propius periculum est. In quocunq; enim uulnere ante cicatricem atq; in morbo quolibet ante sanitatem formidabilior est omnis offensio: nec tamē & si ante periculosior sit: postea in tuto contemnitur. Et quoniam altius in animos penetrant exempla domestica: quotiens tu ipse qui loqueris: in hac ipsa ciuitate quæ malorū tuorū omnium: non dicam causa sed officina est: postq; tibi conualuisse uidebaris: & magna ex parte conualueras si fugisses per uicos notos incedens: ac sola locorū facie admonitus: ueterū uanitatum ad nullū occursum stupuisti: suspirasti: substitisti. Deniq; uix lachrymas tenuisti: & mox semifaucius fugiēs dixisti tecum: Agnosco in his locis adhuc latere: nescio quas: antiqui hostis insidias: reliquæ mortis hic habitant. Itaq; si me audis: quanq; sanus esses: a quo longissime quidem abes: in his locis habitare diutius non foret consilium. Neq; enim cōuenit uinculis obsessum: circa carceris fores oberrare: cuius dominus in somni studio circūcūit: laqueos disponens illorū pedibus: præsertim quos effugisse cōqueritur: cuius omni tempore limen apertū est: facilis descēsus auerni. Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Quæ si sanis etiam: ut dixi: quanto accuratius prouidenda sunt his quos adhuc morbus nō deseruit: Hos Seneca dum hoc diceret respexit: maioriq; periculo præbuit cōsiliū. Illos enī cōmemorare supuacū erat qui in medijs torrentur ardoribus qui de salute non cogitant: proximū gradum attingit eorū qui ardent adhuc: sed flāmas exire meditantur. Nocuit multis ad sanitatem redeuntibus: parcissimus haustus aquæ: qui ante ægritudinem pfuisset. Sæpe fatigatum leuis motus impulit: qui uiribus integrum non mouisset. Q̄ minima sunt interdum quæ animū emergentem in summas miseras reimpellunt. Conspecta in altero tergo purpura ambitionem renouat. Visus nummorū aceruus avariciam integrat. Spectata corporis species luxuriā incendit. Leuis oculorum flexus: amorem dormitatem excitat. Hæc nimirum pestes facile in animos propter nostram demētiam ueniunt: Ac postq; semel

## Secreti Francisci Petrarchæ

Y

iter didicerunt: multo facilius reuertuntur. Quæ cum ita sint: nõ tantum locus pestiferus relinquendus: sed quicquid in præteritas curas animũ retorquet: summa tibi diligentia fugiendũ est: ne forte cum Orpheo ab inferis rediens retroq; respiciens: recuperatam perdis sanitatem: hæc nostri consilij summa est. ¶ Fran. Amplector & gratias ago: sentio enim lætiori meo consentaneum esse remedium: fugamq; iam meditor: sed quo potissimum cursum dirigam incertus sum. ¶ Aug. Multæ tibi undiq; patēt uia: multi portus in circuitu: Scio tibi imprimis Italiã placere: & natalis soli insitam esse dulcedinem. Nec imerito: Nã neq; Medorum sylvæ ditissima terra: Nec pulcher Ganges atq; auro turbidus Hermus: Laudibus Italiæ certent: Non Bactra neq; Indi: Totaq; thuricremis Panchaia pinguis arenis. Quod quidem ab egregio poeta nõ minus uere dictum q̃ disertè: nuper tu ad amicũ scripto poemate latius extendisti. Italiam igitur suadeo q̃ moribus incolarum cœloq; & circumfusi maris ambitu & intersecãtis oras Apœnini collibus & omnium locoꝝ situ: nulla usq; statio curis tuis oportunior futura sit. Ad unum uero eius angulum te artare noluerim. I modo fœlix quocunq; te refert animus. I securus & propera nec in tergum deflexeris: præteritorum obliuiscens: in anteriora contēde. Nimis diu iam & a patria & a teipso exulasti: tempus est reuertendi. Aduesperascit enim & nox est amica prædonibus: uerbis tuis te cõmoneo. Restat unũ q̃ pene iam oblitus eram: Tam diu cauendam tibi solitudinem scito: donec sentias morbi tui nullas superesse reliquias. Vbi enim rusticationes nihil tibi profuisse memorasti: minime mirari decuit. Quid remedij quæso in rure solitario ac reposito reperire crederes? Fateor sæpe dum solus es: fugeres suspirãs urbemq; respectans: irrisi ex alto & dixi mecum: En ut huic misero lethæam amor intulit caliginem: & pueris omnib; notissimorum uersuum abstulit memoriam: morbum fugieus currit ad mortem. ¶ Fran. Recte tu quidem: Sed quorum uersuum mentionem facis? ¶ Aug. Nasonis sunt: Quisquis amas: loca sola nocent: loca sola caueto. Quo fugis: in populo tutior esse potes. ¶ Frã. Recordor optime: ab infantia pene mihi familiariter noti erant. ¶ Aug. Quid multa nosse profuit: sed ea necessitatibus tuis accõmodare ne sciuisti? Ego quidem eo magis in seclãda solitudine errorem tuum admiratus sum: q̃ & auctoritates ueterum aduersus id noueras & nouas addideras: Nihil enim tibi prodesse solitudinem sæpe conquestus es: quod cũ multis in locis: tum in eo præsertim poemate: quod de statu tuo luculentissime cecinisti: cuius ego dulcedine interim dum caneres delectabar: stupebamq; quid ita medias inter animi procellas: ex ore insani tam dulcisonum carmen erumperet: aut quis amor musas cohiberet: ne a consueto domicilio tãtis turbinibus offensa: tantaq; hospitis alienatione diffugerent: Nam q̃ ait Plato: frustra poeticas fores compos sui pepulit. Quodq; eius successor Aristoteles nullum magnũ ingenium sine mixtura dementiae alio spectat: nec ad istas insanias referendũ est: Sed de hoc alias. ¶ Fran. Ego ita esse fateor: sed me dulce aut tibi iure placiturum aliquid cecinisse non putabam: Nunc amare carmen illud incipio. Si quid autem alterius remedij habes: oro ne subtrahas egentis. ¶ Aug. Omnia quæ noris explicare ostētantis se potius q̃ amico consulentis est: Neq; enim tam multa remediorum genera interi; & exterius morbis inuenta sunt: ut in quolibet cuncta temptētur: quoniam ait Seneca ad Lucilium: Nihil æque sanitatem impedit q̃ remedioꝝ crebra mutatio: nec uenit uuln; ad cicatricem in quo diuersa medicamenta temptantur: sed ut altero infœliciter succedente: ad aliud recurratur. Itaq; q̃ uis multa & uaria morbi huius medicamenta sint: pauca tamē inseruisse contentus ero: eaq; potissimum quæ tibi magis ex omnibus profutura confido. Non ut aliquid noui te doceam: sed ut ex notis & uulgatis omnibus: quid mihi efficacius uideat̃ intelligas. Tria sunt (ut ait Cicero) quæ ab amore animũ exterrēt: Satietas: Pudor: Cogitatio. Possent plura: possent & pauciora numerari: sed ne a tanto auctore digrediar tria esse fateamur. De primo superuacũ est loqui: quoniam impossibile iudicabis tibi ut res se habet: satietatē amoris ullã posse cõtingere: At si appetitus rationi crederet: & ex præteritis futura p̃saret: facile fatereris q̃ tũlibet dilectæ rei: nõ satietatē mō sed fastidiũ & nauream posse surripere. Ver; quia compertũ habeo me hoc tramite frustra niti: q̃ & si satietatem fore possibile: & ubi assit amorē necare cõcedas: ab ardētissimo tñ desiderio tuo q̃ longissime hanc abesse contendes: egoq; ipse consentiam. Superest ut de duobus reliquis attingam. Hoc mihi sicut arbitror nõ negabis: Ingenium quoddam & ponderosum animũ tibi tribuisse naturam. ¶ Fran. Nisi in propria causa fallor: usq; adeo id uerum est: ut sæpe grauius tulerim: q̃ nec sexui satis conuenirem: nec sæculo: in quo ut uides: impudentiũ sunt

Z

a

*Lucilium Seneca*

## Colloquium Tertij diei

*Handwritten notes in the top right corner, including a large initial 'C' and some illegible text.*

omnia: honores: spes opesq: quibus & uirtutes cedunt & fortuna. **¶ Aug.** Non uides igitur quātum inter se ista discordant: amor & pudor: Dum ille animū urget: hic cohibet: Ille calcar incutit: hic frenum stringit: Ille nihil attendit: hic uniuersa circumspicit. **¶ Fran.** Vnde nimirum multo cum dolore distrahi tam diuersis affectibus: Ita enim alternis horis insultant: ut modo huc: modo illuc turbine mentis agiter: quem toto sequar impetu nondū certus. **¶ Aug.** Dic precor bona cum uenia: uidisti ne te nuper in speculo: **¶ Fran.** Quid hæc quæso sibi uult quæstio: Et soleo quidem. **¶ Aug.** Utinam neq: crebrius neq: curiosius quæ satis est: Quæro autem ex te: nonne uultū tuum uariari in dies uides singulos: & inter micantes temporibus canos animaduertisti: **¶ Fran.** Putabam te singulare aliquid uelle dicere: Ista uero cōmunia sunt omnibus qui nascūtur adolescere: senescere: interire. Animaduerti in me quod in coætaneis meis fere omnibus: nescio em̄ quo modo senescunt homines hodie citius quæ solebant. **¶ Aug.** Neq: alior: senectus iuuentutem tibi: neq: aliorū mors immortalitatem tribueret. Cæteris igitur obmissis ad te redeo. Quid ergo: mutauit ne animum ulla ex parte corporis conspecta mutatio: **¶ Fran.** Concussit utiq: sed non mutauit. **¶ Aug.** Quid autem tunc tibi animi fuit: aut quid dixisti: **¶ Fran.** Quid aliud putas quæ illud Domitiani principis: Forti animo fero comam in adolescentia senescētem. Tanto igitur exemplo pauculos canos meos ipse solatus sum: Cæsariq: regem adiunxi. Muma quidem Pōpilius: qui secundū inter Romanos reges diadema sortitus est: ab adolescentia canus dicitur fuisse. Nec poeticum defuit exemplum: si quidem Virgilius noster in Bucolicis quæ. xxxij. ætatis anno scripsisse eum constat: sub psona pastoris de se ipso loquēs ait: Cædidior postq: tondenti barba cadebat. **¶ Aug.** Ingens tibi exemplor: copia est: tāta utinā eorum quæ cogitationem mortis ingerent: Hæc enim quæ canos appropinquātes testes senectutis mortisq: prænuncios dissimulare docent exempla: non approbo. Quid enim aliud suadent quæ lapsum ætatis negligere & supremi temporis obliuisci: Cuius uel semper memineras totius nostri colloquij finis est: Tu uero cum ad caniciem iubeo respicere: canorum illustrium uiroꝝ turbam p̄fers. Quid ad rem: utiq: si immortales illos fuisse diceres: haberes quor: exemplo caniciem non timeres. Quæ si tibi caluiciem obiecissem: puto Iulium Cæsarem protulisses in medium. **¶ Fran.** Nō alium profecto: quid enim illustrius potuissem: Est autem (nisi fallor) grande solacium: tam claris septum esse comitibus. Itaq: fateor taliū exemplorum: uelut quotidianæ supellectilis usum non reijcio. Iuuat em̄ non modo in his incommodis: quæ mihi: uel natura tribuit uel casus: sed in his etiam quæ tribuere possent: habere aliquid in promptu: quo me foler: quod consequi non possum: nisi uel ratione uiuacis: uel exemplo charissimo. Si mihi igitur exprobrasses quæ aduersus fulminis fragorem timidior sum: quia id negare non possem (Est em̄ hæc mihi non ultima causa lauri diligendæ: quæ arborem hanc non fulminari traditur) respondissem Augustum Cæsarem eodem morbo laborasse. Si cæcū dixisses: & id uerum foret Appij cæci & Homeri poetarum principis. Si monoculum: Hānibalis Pœnoꝝ ducis: aut Philippi Macedonum regis clypeo usus essem. Si surdastꝝ: Marci Crassi. Si caloris impatientem: Alexādi Macedonis. Longum est per cūcta discurrere: sed ex his cætera colligis. **¶ Aug.** Aperte quidem: neq: supellex hic exemplorum displicet: modo non segniciem afferat sed metum memoremq: diu discutiat: laudo quicquid id est: propter quod nec aduentantem metuas senectutem: nec præsentē oderis. Quicquid uero non esse senectutem huius lucis exitum suggerit: nec de morte cogitandū: sum opere detestor atq: execror. Rursus præcipitatā æquo aio tolerare caniciem: bone indolis indicium est: legitime autē senectuti morulas necere: annos ætatis subducere: canos nimix celeritatis arguere: eosq: uel occultare uel uellere: demētia: quæuis cōmunis: tamen ingēs est. Non uidetis o cæci quanta uelocitate uoluunt sydera: quor: fuga breuissimæ uitæ tempus deuorat atq: consumit: & miramini senectutē ad uos uenire: quā dieꝝ omnium rapidissimus cursus uehit. Duo sunt quæ uos in has ineptias cogunt: Primū quæ angustissimam ætatem alij in quattuor: alij in sex particulas: alij in plures etiā distribuunt. Ita rem minimam: quia quantitate non licet: numero tēptatis extēdere: quid autē sectio ista cōfert: Finge quasilibet partiūculas: oēs in ictu oculi p̄pe simul euanescūt. Nuper eras genitus: modo formosissim⁹ infans: iam iuuenis: iam uir: uide quanto uerboꝝ impetu subtilissimus poeta lapsum uitæ fugiētis expressit. Nec quicq: igit laxare nitimini: quæ lex naturæ oim parētis angustat. Secundum est quæ inter iocos & falsa gaudia senescitis. Itaq: sicut Troianos qui supremam noctem inter talia traduxerunt: latuit: Dum fatalis equus saltu super ardua uenit Pergama:

c

d

## Secreti Francisci Petrarchæ

& armatum peditem grauis attulit alio: Sic uos senectutem quæ secum armatam & indomitam mortem affert: incustoditi corporis moenia transcendentem non sentitis: nisi tū demum quando dimissi per funem hostes inuadunt urbem: somno uinoq; sepultam. Nō minus enim uos & mole corporis & dulcedine rebus temporalium sepulti estis: q̄ illos somno uinoq; sepeliuit Maro. Hinc Satyricus non ineleganter: Festinat: ait: decurrere uelox Flosculus: angustæ miseræq; breuissima uitæ Portio: dum bibimus: dum sarta unguenta puellas Poscimus: obrepit non intellecta senectus. Hanc tu igitur (ut ad propositum redeam) obrepentem & iam foribus insultantem temptas excludere? Causas non seruaris naturæ gradibus: ante diem festinasse: gratosq; tibi esse quisquis nō senex occurrit: qui te infantulum uidisse testetur: præsertim si more cōmunis sermonis: id heri aut nudius tertius sese uidisse contendat. Nec aduertis idem & decrepito cuilibet dici posse. Quis enim non heri: imo uero quis non hodie puer est? Nonagenarios pueros uidemus: passim de rebus uilissimis alternantes: pueriliæq; nunc etiam sectantes studia. Dies nempe fugiunt: corpus defuit: animus non mutatur: putrescant licet omnia ad maturitatem suam ille non peruenit. Veræ est quod uulgo ferunt: animū unū corpora multa consumere: pueritiam quidem fugit: sed ut ait Seneca: puerilitas remanet: Et tu mihi crede: nō adeo ut tibi uideris forsitan puer es: cū maior pars hominū hanc quā tu nunc degis ætatem: non attingit. Pudeat ergo senē amatorem dici: pudeat esse tam diu uulgi fabulam: & si te nec ueræ gloriæ decus allicit nec deterret ignominia: alieno tamen pudori uitæ tuæ mutatio succurrat. Etenim famæ cōsulendū propriæ: ni fallor: & si ob aliud nil: saltem ut amici liberentur ab infamia mētiendi. Qd̄ cū omnibus prouidendum sit: tibi aliquanto diligentius: cui tantus de te loquentiū populis absoluendus est. Magnus em̄ labor est magnæ custodia famæ. Hoc si Scipioni tuo truculentissimum hostem consulentem facis: in Africæ tuæ libris: patere nunc ex ore p̄j patris idem tibi consiliū prodesse: ineptias pueriles abijce: adolescentiæ flāmas extingue. Noli semp cogitare quid fueris: quid sis aliquādo circūspice: neu tibi frustra propositū speculū arbitraris: memento quid in quæstionibus naturalibus scriptū est. Ad hoc em̄ inuenta sunt specula: ut homo ipse se nosceret: Multi ex hoc consecuti sunt: primō quidem sui notitiam: deinde etiam cōsiliū aliquod: Formosus ut uitaret infamiā: Deformis ut sciret uirtutibus esse redimendū quod corpori deesset: Iuuenis ut sciret tēpus illud esse discendi & uirilia aggrediendi: Senex ut carnis indecora deponeret & de morte aliquid cogitaret. ¶ Fran. Memini semper ex quo primū legi: memoratu em̄ digna res est: sanūq; consiliū. ¶ Aug. Quid uel legisse uel meminisse profuit? Excusabilius erat ignorantia clypeū posse prætere: nōne em̄ pudet hæc scienti: canos nil mutationis attulisse? ¶ Fran. Pudet: piget & poenitet: sed ultra non ualeo. Scis autem quid hinc mihi solaciū est q̄ illa mecū senescit? ¶ Aug. In hæc ita credo tibi uox Iuliæ Cæsaris Augusti filia: quā cum genitor argueret q̄ nō grauis sibi cōuersatio esset ut Liuiæ: illa patris monitis illustri facetissimo responsō: & hi mecū inquit senescunt. Sed quæso nunquid honestius iudicas: si iam senior anum illam ardeas: q̄ si adolescentulā amares? Immo uero eo foedius: quo amandi minor est materia. Pudeat ergo animum nunq; mutari cū corpus mutetur assidue: & hoc est qd̄ de pudore dicendū tēpus obtulit. Cæterq; quia ut Ciceroni placet: ualde est absonū: cū in locum rationis pudor succedit ab ipso fonte remedior: id est ab ipsa ratione auxiliū imploremus: Idq; intenta cogitatio præstabit: quā ex tribus animū ab amore deterrētibus ultimā collocaui. Nūc autē ad illam arcē te uocari noueris: in qua sola tutus esse potes ab incurisibus passionū: & per quā homo diceris. Cogita igitur imprimis animi nobilitatē: quæ tanta est: ut si de ea uelim disserere: mihi liber integer retexendus sit. Cogita fragilitatē simul ac foeditatē corporis: de qua non minus copiosa materia est. Cogita breuitatē uitæ: de qua magnorū hoīm libri extant. Cogita fugam temporis: quā nemo est qui uerbis æquare possit. Cogita mortē certissimā: atq; horam mortis ambiguā: omni tēpore omnibus locis impendentē. Cogita in hoc uno falli homines: q̄ differendum putant quod differri non potest: Nemo enim tam suis ipsius immemor est: quin interrogatus: se quandoq; moriturum esse respondeat. Itaq; ne te spes uitæ longioris ludat: obsecro quæ innumerabiles circū uenit: quin potius uelut ex cœlesti quodam oraculo prolatum carnē amplectere: Omnem crede diem tibi deluxisse supremū. Quid enim aut supremius est aut profecto supremo proximius omnis qui mortalibus illuxit dies? Ad hæc & illud cogita q̄ turpe sit digito monstrari & in uulgi fabulam esse conuersum. Cogita quantum professio tua discordet a moribus. Cogita quātum illa tibi no-

*maxe sunt iuncta  
enla hibernu*

*e*

*Nota  
Sarcadio de sept  
contra amon*

## Colloquium Tertij diei.

cuerit animo: corpori: fortunæ. Cogita quæ multa propter illam nulla utilitate perpeffus es. Cogita quotiens illufus: quotiens contemptus: quotiens neglectus sis. Cogita quot blanditias in uentum effuderis: quot lamenta: quot lachrymas. Cogita illius: inter hæc altum sæpe ingratumque supercilium. Et si quid humanius: quæ id breue auraque mobilius æstiuam. Cogita quantum tu famæ illius addideris: quantum uitæ tuæ illa subtraxerit: quantum ue tu de illius nomine sollicitus: quantum illa de statu tuo semper negligens fuerit. Cogita quantum per illam ab amore dei elongatus: in quantas miseras corruisti: quæ sciens sileo: ne arguar a quoque si quis forte aurem in hos sermones nostros intulerit. Cogita quæ multa occupationes te undique circumstent: quibus utilius & honestius incumberes. Cogita quæ multa inter manus tuas inexplata sunt opera: quibus ius suum reddere multo æquius foret: nec tam iniquis portionibus hoc breui punctum temporis partiri. Postremo quid id est quod tam ardentem expectas: Verum hoc acriter uiriliterque cogitandum est: ne fugiendo forsitan artius illigeris: quæ multis sæpe contingit dum exterioris formæ dulcedo per angustias: nescio quas rimulas subit: & malis remedijs alitur. Pauci enim sunt: ex quo semel uirus illud illecebrosæ uoluptatis inbibierint: foeminei corporis foeditatem: de qua loquor: fat uiriliter (ne dicam satis constantem) examinent: facile relabuntur animi: & urgente natura: in eam potissime partem recidunt: in qua diutissime pependerit. Id ne accidat: supremo studio prouidendum est. Pelle omnem præteritarum memoriam curarum: omnem cogitatum: qui statum seu cursum transacti temporis admonet excute: & ut aiunt: ad petram paruulos tuos allide: ne si creuerint ipsi: te coeno subruant. Inter hæc coelum deuotis orationibus pulsandum: aures regis ætherei pijs precibus fatigandæ: nulla dies: nulla nox sine lachrymosis obsecrationibus transigenda est: si forte miseratus omnipotens finem laboribus tantis imponeret. Hæc agenda tibi cauendaque sunt: quæ diligentius obseruant: adierit diuinum auxiliū: ut spero: & inuicti liberatoris de extra succurret. Sed quoniã iam (& si pro necessitate tua pauca quidem: pro breuitate autem temporis satis) multa de uno morbo dicta sunt: Ad alia transeam. Restat ultimū malum quod in te curare nunc aggrediar. ¶ Fran. Age pater mitissime: nam reliquis & si non plene liberatum: magna tamen ex parte me leuatum sentio. ¶ Aug. Gloriam hominū & immortalitatem nominis: plus debito cupis. ¶ Fran. Fateor plane: neque hunc appetitū ullis remedijs frenare queo. ¶ Aug. At ualde metuendum est: ne optata nimium hic inanis mortalitas: ueræ immortalitatis iter obstruxerit. ¶ Fran. Timeo quidem hoc unum inter cætera: sed quibus artibus tutus sim: a te potissimum expeto: a quo maiorum mihi morborum remedia suppeditata sunt. ¶ Aug. Nullum profecto maiorem tibi morbum inesse noueris: & si quidem forte foediores sunt: uerum quid esse gloriam reris quã tantopere expetis edisere? ¶ Fran. Nescio an diffinitionem exigas: At ea cui notior est quæ tibi: ¶ Aug. Tibi uero nomen gloriæ notum: res ipsa: ut ex actibus colligitur: esse uidetur incognita. Nunquid enim tam ardentem si nosse: optares: certe siue illustrem & peruagatam uel in suos ciues uel in patriam uel in omne genus omnium meritorum famam: quod uno in loco Marco Tullio uisum est: siue frequentem de aliquo famam cum laude: quod alio loco ait idem: utrobique gloriã famam esse reperies. Scis autem quid sit fama: ¶ Fran. Non occurrit id quidem ad præfens: & ignota in medium proferre metuo. Ideoque quod esse uerius opinor: siluisse maluerim. ¶ Aug. Prudenter hoc unum & modeste: nam in omni sermone: graui præsertim & ambiguo: non tam quid dicatur: quæ quid non dicatur attendendum est. Neque enim par ex bene dictis laus: & ex male dictis reprehensio est. Scito igitur famam nil esse aliud quæ sermonem de aliquo uulgatum ac sparsum per ora multorum. ¶ Fran. Laudo: seu diffinitionem seu descriptionem dici mauis. ¶ Aug. Est igitur flatus quidam atque aura uolubilis: & quod ægrus ueras: flatus est hominū plurimorum. Scio cui loquor: nulli usque odiosiores esse uulgi mores ac gesta perpenti. Vide nunc quanta iudiciorum peruersitas: quorum enim facta condemnas: eorum fermociunculis delectaris: atque utinam delectareris dumtaxat: nec in eis tuæ foelicitatis apicem collocasses. Quo enim spectat labor iste perpetuus: continuæque uigiliæ ac uahemens impetus studiorum? Respondebis forsitan: ut uitæ tuæ profutura cõdificas. At uero iam pridem uitæ simul & morti necessaria didicisti. Erat igitur potius quemadmodum in actum illa produceres experiendo temptandum: quæ in laboriosa cognitione procedendum ubi noui semper recessus & inaccessæ latebræ & inquisitionum nullus est terminus. Addeque in his quæ populo placerent studiosius elaborasti: his ipsis placere satagēs: quæ tibi præ omnibus displicebāt: hinc poematum: illinc historiarum: denique omnes eloquentiæ flosculos carpēs

quibus aures audientium demulceres. ¶ Fran. Parce quæso: hæc tacitus audire non possum. Nunquam ex quo pueritiam excessi: scientiarum flosculus delectatus sum: multa enim aduersus litterarum laceratores eleganter a Cicerone dicta notavi: Et a Seneca illud imprimis: uiro capere flosculos turpe est: & notissimis se fulcire uocibus ac memoria stare. ¶ Aug. Nec ego dum hæc dico: uel ignauiam tibi uel memorie angustias obieci: Sed quod ex his quæ legeras floridiora in sodalium delicias reseruasti: & uelut ex ingenti aceruo: in usus amicorum elegantiora consignasti: quod totum inanis gloriæ lenocinium est: & tandem quotidiana occupatione non contentus (quæ magna licet temporis impensa non nisi presentis æui famam promittebat) cogitationes tuas in longinqua transmittens: famam inter posteros concepisti: Ideoque manum ad maiora iam porrigens: librum historiæ a rege Romulo in Titum Cæsarem: opus immensum: temporisque & laboris capacissimum aggressus es: Eoque nondum ad exitum producto: tantis gloriæ stimulis urgebaris: ad Africam poetico quodam nauigio transmisisti: & nunc in præfatos Africæ libros sic diligenter incumbis: ut alios non relinquas: ita totam uitam his duabus curis: ut intercurrentes alias innumeras sileat: prodigus preciosissimæ irreparabilisque rei tribuis: de quo alij scribentes tu ipsius obliuisceris: & quid scis an utroque opere inexplato: mors calamus fatigatum e manibus rapiat: atque ita dum immodice gloriam petens: gemino calle festinas: neutro peruenias ad optatum. ¶ Fran. Timui hoc fatior interdum: graui enim morbo correptus uicinam mortem expaui: Nihil in eo statu sentiens molestius quam quod Africam ipsam semiplicitam linquebam: Itaque alienam dedignatus limam: ignibus eam proprijs manibus mandare decreueram: nulli amicorum satis fides: qui post omissum spiritum id mihi præstaret: Propterea quid Virgilium nostrum ad Imperatorem Cæsare Augusto: hac in resola non exauditus esse memineram: quid te moror: parum absuit: quin Africa præter uicini solis ardores quibus æternum subiacet: ac præter Romanorum faces quibus ter olim longe lateque perusta est: meis etiam flammis arderet: Sed de hoc alias: est enim amara recordatio. ¶ Aug. Adiuuas sententiam meam narratione hac: dilata parumper solutionis dies: sed non cassa ratio est. Quid autem stultius quam in rem exitus incerti: tantos labores effunderes? Scio tamē quid tibi (nec ceptum destituas) blandis: spes una peragendi: quæ quoniam facile (nisi fallor) extenuare non possem: uerbis eam amplificare temptabo: ut eam uel sic longe imparem tantis laboribus tuis ostendam. Finge igitur esse tibi & temporis & oculi & tranquillitatis abunde: euanescat omnis torpor ingenij: omnis corporis languor: cessent fortunæ impedimenta omnia quæ interrupto scribendi impetu sæpe properantem calamus auerterunt: foelicus tibi & supra uotum cuncta perueniant. Quid tamen tam grande facturum esse te iudicas? ¶ Fran. Præclarum nempe rarumque opus & egregium. ¶ Aug. Nolo nimis oblectari: præclarum opus concedatur. At quæto præclarioris impedimentum si cognosceres: quod cupis horreres: Hoc enim dicere ausim: uel imprimis animū tuum ab omnibus melioribus curis abstrahit. Adde quod hoc ipsum præclarum: nec late patet: nec in longum porrigitur: locorumque ac temporum angustijs coartatur. ¶ Fran. Intellico istam ueterem & tritam iam inter philosophos fabellam: terram omnem puncti unius exigui instar esse: animū unum infinitis annorum milibus constare: famam uero hominum nec punctum implere nec animū: cæteraque huius generis quibus ab amore gloriæ animos coartant: Sed quæso si quid habeas ualidius profer: hec omnia relatu magis speciosa quam efficacia sunt exoptus: Neque enim deo fieri cogito: quod uel æternitatem habeam: uel cælum terrasque complectar: humana mihi satis est gloria: ad illam suspiro & mortalem non nisi mortalia concupisco. ¶ Aug. O te si uera memoras infelicem: si non cupis immortalia: si æterna non respicis totus es terrenus: actum est de rebus tuis: spei nihil est reliquum. ¶ Fran. Auertat deus hæc insaniam: sed æternitatis me amore concupis flagrasse: testis est mihi curarum mearum mens conscia: Sed hæc dixi uel si forsitan lapsus sum: hoc dicere uolebam: mortalibus utar pro mortalibus: nec imodico uastoque desiderio naturæ rerum uitam asferre molior. Itaque gloriā humanā sic expeto: ut sciam & me & illam esse mortales. ¶ Aug. Ut hoc prudenter: sic illud insulsissime: quod propter auram inanem: iamque ut ipse asseris pituram: speram sura destituit. ¶ Fran. Haud equidem destituo: sed fortassis differo. ¶ Aug. At quæpiculosa dilatio est in tanta dubij celeritate temporis: tantaque uitæ fuga. Ad hoc uelim mihi respondeas: si ab eo forte quod solus uitæ mortisque metha statuit: unum duntaxat præfixum hodie foret annus integer uiuendi idque tibi sine ulla dubitatione constaret: quæ esse incipies huius anni temporis dispensator. ¶ Fran. Equidem parcissimum ac diligentissimum sumoque studio prouiderem: ne quod nisi feris impenderet: uixque aliquem tam uesanum insolentemque reor: qui non idem respondurus sit. ¶ Aug. Respondum

probō: Sed stuporem quem mihi furor hominū parit in hac re: nō modo meus sed nec omnium qui unq̄ eloquentiā studuerunt stilus explicet: omnium licet in hoc unū ingenia laborēsq̄ conueniant: citra uero facundia fessa subsistet. ¶ Fran. Quā tāta admirationis ratio est: ¶ Aug. Quia rerum certarum auarissimi estis: incertarū prodigi: cuius contrariū nisi prorsus insaniretis esse debuerat: Profecto enim anni spacium: & si breuissimū sit: ab eo tamen qui nec fallit nec fallitur promissum: & in partes distributum licentius spargi poterat: extremis periculis ad salutis consilia reseruatis. Illa omnium iuexcrabilis & horrenda dementia q̄ nescitis utrum supremis necessitatibus suffecturum sit: in ridiculas uanitates ceu superabundet effundere: qui annum habet ad uiuendum: certum quoddam habet ille sed modicum: qui uero sub ambiguo mortis imperio est (sub quo quidem omnes degitis mortales) nec āni nec lucis: deniq̄ nec horæ integræ cert⁹ est. Annū uicturo sex licet mēsi⁹ emensis: adhuc semestri superest spacium: Tibi uero si hic perdit⁹ dies: quis spōsor est crastini: Verba sint Ciceronis: moriendum esse certum est: & hoc ipsum incertum an hæc eadem die: nec est aliquis adeo iuuenis: cui compertum sit: se usq̄ ad uesperam esse uicturū. Quæro igitur ex te: quæro itidem ex cunctis mortalibus qui uenturis inhiantes: præsentia non curatis: quis scit an adficient hodiernæ crastina uitæ tempora dii superi: ¶ Fran. Nullus profecto: ut pro meipso & pro cunctis respondeam: sed speramus annum saltem: quem nemo tam senex est ut non superesse sibi speret: quod Ciceroni placet. ¶ Aug. At ut eidem uideatur: non modo senum sed adolescentium quoq̄ spes stulta est: sibi pro certis incerta promittentium. Sed detur quod omnino impossibile est: & amplum simul & certum uitæ spacium contigisse: quanta tibi uidetur amentia meliores annos atq̄ optimas aui partes: uel in placendo oculis alienis: uel in auribus hominum demulcendis expendere. Deterrimas autem atq̄ ultimas pene ad nil utiles uiuendiq̄ simul & finem & fastidium allaturas: deo tibiq̄ reseruare: ut animæ tuæ libertas extrema omnium cura sit: certo quibus in tempore: nōne tibi ordo transuersus uidetur meliora postponere: ¶ Fran. Est autem aliqua propositi mei ratio. Eam enim quam hic sperare licet gloriam: hic quoq̄ manenti quarendā esse per suadeo ipse mihi. Illa maiore in cœlo fruendum erit: quo qui peruenerit hanc terrenam ne cogitare quidē uelit. Itaq̄ istum esse ordinem ut mortalium rerum inter mortales prima sit cura: transitorijs æterna succedant: q̄ ex his ad illa sit ordinatissimus progressus: inde autē regressus ad ista non pateat. ¶ Aug. Stultissime homūcio: sic igitur quicquid uoluptatum cœlum habet aut tellus: & utrobique ad nutum fluentes ac foelicissimos tibi fingis euentus: At mille hominum mille & totidem spes ista sefellit: Innumerabiles animas orco demersit: dum enim alterum pedem in terra tenere putāt: alter in cœlo: neq̄ hic consistere: neq̄ illuc ascendere potuerunt: Itaq̄ miserabiliter lapsi sunt: subitoq̄ illos uel in ipso ætatis flore: uel in medio rerum apparatus uegetabilis aura destituit. Et hoc tibi quod tam multis contigit contingere posse nō cogitas: Heu si forte interim (quam deus phibeat ruina) multa molens pateris: quantus dolor: quantusq̄ pudor & q̄spera pœnitētia q̄ in diuersa distraç⁹ euauisses in singulis. ¶ Fran. Misereatur altissimus ne ista contingant. ¶ Aug. Misericordia diuina liberet: quibus humanam tamen non excusat insaniam: Nolo autem de misericordia nimium speres. Sicut enim desperantes odit deus: sic inconsulte sperantes irridet. Illud equidem ex ore tuo auditum esse doleo: philosophorum in hac re ueterem ut ais fabellam posse contemni: ea ne quæso fabula est quæ geometricis demonstrationibus terræ totius designat angustias: ac Cretam quā longiusculam licet insulam esse confirmat: An ea quæ asserit ex omni terra q̄nq̄ distincta: ita uocēt çonis maximā illā mediāq̄ sol⁹ ardorib⁹: duas autem dextera læuacq̄ importunis frigorebus perpetuacq̄ glacie oppressas: habitaculū hominibus non præstare: duas reliquas inter mediā & extremam incolit: An ea quæ bipertita huius habitabilis alteram partē: obice magni maris inaccessibilē uobis sub pedibus uestris locat: quā utq̄ hoies teneant: scis q̄ta dissensio inter doctissimos hoies olim sit. Ego autē quid sentirem absolui in libro de Ciuitate dei quos te legisse non dubito. Alterā uero uel totā uobis linquit habitabilem: uel ut quibusdam placet in duas partes subdiuidens: unā usibus uestris attribuit: aliam septentrionalis oceanī reflexibus circumcludit atq̄ aditum interdicit. An ea quæ hanc ipsam uobis habitabilē quātulacūq̄ sit: freto paludibusq̄ ac syluosis arenosisq̄ & desertis locis iminuit peneq̄ ad nihilum redigit: hoc telluris exiguum in q̄ tātope supbitis: An ea forte quæ i hoc ad extremū artatq̄ habitaculi uestri situ diuersos uiuēdi mores: aduersusq̄ religionū ritus: dissonas linguas dissimilesq̄ habitus edocet:

atus spirituales : qui sunt iusticia: pax: fortitudo: temperantia: castitas: patientia: & cæteri tales. Et licet æterna sapientia se omnibus cõmunicet liberalissime cum sit infinite bona : tamen a nullo capi potest uti est . Identitas enim infinita non potest in alio recipi : cum in alio aliter recipiatur: & cum non possit in alio nisi aliter recipi: tũc recipit̃ meliori modo quo potest: Sed imultiplicabilis infinitas in uaria receptione melius explicat̃: magna enim diuersitas imultiplicabilitatẽ melius exprimit . Ex quo euenit ut sapientia in uarijs formis uarie recepta hoc efficiat : ut qualibet ad identitatẽ uocata modo quo potest sapientiam participet: Vt quædam eandem participant: in quodam ualde distante a prima forma: quibus uix esse elementale tribuit: Alia adhuc in nobiliori gradu: quibus uitam præbet uegetabilem: Adhuc alia in altiori: quibus uitam sensibilem: post hoc quibus animalẽ: deinde quibus rationalem: demũ quibus intellectualẽ: Et hic gradus est altissimus proximior scilicet sapientia imago. Et hic solus est gradus habens promptam & innatam aptitudinẽ se ad sapientia gustum eleuandi: quia in illis intellectualib⁹ naturis imago sapientia uiuit uita intellectuali: Cuius uitæ uis est ex se uitalem motum exerere: qui motus est per intelligere ad suũ proprium obiectum qd̃ est ueritas absoluta quæ est æterna sapientia pergere. ¶ Nũc itaq̃ pro hoc breui tempore: hæc sic dicta sufficiant : ut scias sapientiam esse non in arte oratoria: aut in magnis uoluminib⁹: sed in sepatione ab istis sensibilibus: ac in conuersione ad simplicissimam & infinitam formam: & illam recipere in templo purgato ab oĩ uitio : & feruido amore ei inhærere: quousq̃ degustare eam queas & uidere q̃ suauis sit illa in qua est om̃is suauitas. Qua degustata uilescent tibi omnia quæ nunc tibi magna uidentur: & humiliaberis ut nihil arrogantia in te remaneat: neq̃ aliud quodcunq̃ uitium: quin castissimo & purissimo corde semel degustatæ sapientia indissolubiliter adhærebis: etiam hunc mundũ & cuncta quæ non sunt ipsa magis q̃ ipsam deferendo : & cum indicibili læticia uiues ac morieris: & post mortẽ in ipsa amorosissimo amplexu æternaliter requiesces: Qd̃ tibi & mihi cõcedat ipsa dei sapientia semper benedicta.

Francisci Petrarchæ Poetæ Oratorisq̃ Clarissimi : Dialogus secũd⁹: In q̃ de uera Sapientia disputat̃: Explicit foelicit̃.

**Tractatuū ac capitulorū primi libri de Rebus Memorandis: Clarissimi uiri Frācis Petrarchæ Poetæ Laureati: collecta: ordinata: enumeratiuaq; ānotatio**

**Tractatus prim⁹ est De ocio & solitudine quorundam clarorū uiroꝝ.**

- Ca. I. De ocio solitarij ac diuisione eiusdē: & de quo ocio auctor uelit tractare.
- Ca. II. De ocio Scipionis Africani primi.
- Ca. III. De ocio Scipionis Africani secūdi.
- Ca. IIII. De ocio Marci Tullij Ciceronis.
- Ca. V. De ocio Mutij Sceulæ.
- Ca. VI. De ocio Epaminūdæ Thebani.
- Ca. VII. De ocio Achillis.
- Ca. VIII. De ocio Socratis.
- Ca. IX. De ocio Roberti regis Siciliae.

**Tractatus secūdus est De studio & doctri-  
na aliquorū Illustriū uiroꝝ.**

- Ca. I. De cōtinua tiōe primi tractatus cum secundo & sequentibus.
- Ca. II. De studio Iulij Cæsaris.
- Ca. III. De studio Augusti Cæsaris.
- Ca. IIII. De studio Marci Varronis.
- Ca. V. De studio Marci Tullij.
- Ca. VI. De studio Tyronis liberti Tullij.
- Ca. VI. De studio Crispi Salustij.
- Ca. VII. De studio Titi Liuij.
- Ca. VIII. De studio Plinij secūdi.
- Ca. IX. De studio Marci Catonis.
- Ca. X. De studio Roscij histrionis.
- Ca. XI. De studio Aesopi histrionis.
- Ca. XII. De studio Archimedis.
- Ca. XIII. De studio Pythagoræ.
- Ca. XIII. De studio Platonis.
- Ca. XV. De studio Aristotelis.
- Ca. XVI. De studio Socratis.
- Ca. XVII. De studio Demosthenis.
- Ca. XVIII. De studio Democriti.
- Ca. XIX. De studio Carneadis.
- Ca. XX. De studio Chryssippi.
- Ca. XXI. De studio Cleantis.
- Ca. XXII. De studio Isocratis.
- Ca. XXIII. De studio Sophoclis.
- Ca. XXIII. De studio Diodori.
- Ca. XXV. De studio Solonis.
- Ca. XXVI. De studio Roberti regis Siciliae

**Tractatuū & capituloꝝ secūdi libri de Reb⁹ Memorandis Annotatio.**

**Tractat⁹ prim⁹ est de Memoria prima parte primæ uirtutis scilicet prudentiæ: quæ in præteritoꝝ cognitione sita est.**

- Ca. I. De diffinitioe prudentiæ scđm Tullij & eius diuisione.
- Ca. II. De memoria Iulij Cæsaris.
- Ca. III. De memoria Quinti Fabij Maxi.
- Ca. IIII. De mēoria L. Luculli & Hortensij.

- Ca. V. De memoria Lucij Scipionis.
- Ca. VI. De memoria Annei Senecæ.
- Ca. VII. De memoria Latronis Portij.
- Ca. VIII. De memoria cuiusdā innoati.
- Ca. IX. De memoria Themistoclis.
- Ca. X. De memoria Cyneæ.
- Ca. XI. De memoria Cyri Persarū regis.
- Ca. XII. De memoria Carneadis.
- Ca. XIII. De memoria cuiusdam amici sui innominati.

(xti.  
Ca. XIII. De memoria Clemētis papæ se/  
**Tractat⁹ secūdus est de Intelligentia secūda**  
pte primæ uirtutis scilicet prudentiæ: quæ  
sita est in præsentij cognitione.

- Ca. I. De subinstitioe ipsi⁹ intelligentiæ: & ordine q̄ auctor intendat agere.
- Ca. II. De ingenio & eloquētia Virgilij.
- Ca. III. De ingenio & eloquētia Cicerōis.
- Ca. IIII. De ingenio & eloquētia Iulij Cæ.
- Ca. V. De ingenio & eloquētia Titi Liuij.
- Ca. VI. De ingenio & eloquētia Octauiani Augusti.
- Ca. VII. De ingenio Asinij Pollionis.
- Ca. VIII. De ingenio & faciūdia L. Crassi.
- Ca. IX. De ingenio & faciūdia Marci Anto.
- Ca. X. De ingenio & faciūdia Gaij Gracchi.
- Ca. XI. De faciūdia Homeri.
- Ca. XII. De ingenio & eloquentia Demosthenis & Aeschinis.
- Ca. XIII. De eloquētia Platonis.
- Ca. XIII. De eloquētia Hegesiæ Cyrenaici.
- Ca. XV. De eloquētia Carneadis: Diogenis & Critolai.
- Ca. XVI. De eloquētia Aristotelis.
- Ca. XVII. De eloquentia Isocratis.
- Ca. XVII. De eloquentia Thucydidis.
- Ca. XVIII. De eloquentia Pisisstrati.
- Ca. XIX. De eloquentia Periclis.
- Ca. XX. De ingenio Antipatris Sidonij.

**Tractat⁹ tertius est de alia parte eloquentiæ: quæ dicacitas siue facetitas siue sales posunt appellari.**

- Ca. I. De declaratioe q̄rūdā facetiæ: q̄bus p̄prijū uocabulū apud nos nō est: De modo q̄ p̄cedēdi: & quē auctor uelit imitari.
- Ca. II. De dicacitate siue facetitate Augusti Cæsaris.
- Ca. III. De dicacitate Marci Tullij.
- Ca. IIII. De facetitate Vespasiani Augusti.
- Ca. V. De facetitate Tiberij Cæsaris.
- Ca. VI. De facetitate Domitiani.
- Ca. VII. De dicacitate Lucij Cecilij.
- Ca. VIII. De dicacitate Lucij Cecilij.

## Tractatuū ac Capitulorū:

- Ca. IX. De Facetitate Virgilij.  
 Ca. X. De dicacitate Valerij.  
 Ca. XI. De dicacitate Quinti prætoris.  
 Ca. XII. De dicacitate Lucij Mallij.  
 Ca. XIII. De dicacitate Satellij Quadrati  
 contra Sabinum.  
 Ca. XIII. De dicacitate Iuliæ augusti filia  
 Ca. XV. De dicacitate Diogenis philoso.  
 Ca. XVI. De dicacitate cuiusdam iuuenis  
 qui similis erat Augusto.  
 Ca. XVII. De dicacitate Mithridatis regis  
 Ca. XVIII. De dicacitate Publij Syri.  
 Ca. XIX. De dicacitate cōiugis Aconis Co  
 mitis Aestensis contra uirum.  
 Ca. XX. De facetitate uxoris Agapiti de  
 colūna contra Bonifaciū papā octauum.  
 Ca. XXI. De facetitate cuiusdā nobilis in/  
 Ca. XXII. De facetitate San' (nominati.  
 tij regis Castellæ contra papam.  
 Ca. XXIII. De facetitate cuiusdam comi/  
 Ca. XXIII. De dicacitate Dini (tis Fuxi  
 contra aliquos fenēs.  
 Ca. XXV. De dicacitate Donati Patauini  
 contra quendam iudicem.  
 Ca. XXVI. De dicacitate Publij cōtra Mu  
 tium inuidum.  
 Ca. XXVII. De dicacitate contra Antonis  
 um fugientē: cuiusdam serui sui.  
 Ca. XXVIII. De dicacitate cuiusdam su/  
 toris contra Plancum.  
 Ca. XXIX. De dicacitate Fausti Syllæ: fi/  
 lij: & Catonis censorij.  
 Ca. XXX. De dicacitate Catuli senatoris  
 contra iudices corruptos.  
 Ca. XXXI. De facetitate Ciceronis.  
 Ca. XXXII. De dicacitate Asinij Pollonis  
 contra Cæsarem.  
 Ca. XXXIII. De dicacitate Curtij.  
 Ca. XXXIII. De dicacitate Licinij liberti  
 Augusti contra eundē Augustū. (eūdē  
 Ca. XXXV. De duplici dicacitate contra  
 Ca. XXXVI. De dicacitatib' cōtra Vespā  
 sianū Augustū.  
 Ca. XXXVII. De dicacitate Ambij Cri/  
 spi contra Domitianū Augustū.  
 Ca. XXXVIII. De dicacitate cōtra C. Au:  
 Ca. XXXIX. De dicacitate cōtra Neronē  
 Ca. XL. De dicacitate Lucij Crassi contra  
 Gaium Domitiū.  
 Ca. XLI. De dicacitate cuiusdā philosophi  
 contra quendā libertū supbū. (cedonū.  
 Ca. XLII. De dicacitate Philippi regis Ma.  
 Ca. XLIII. De dicacitate contra regē Anti  
 gonum monoculum.  
 Ca. XLIII. De dicacitate Hannibalis con  
 tra Antiochū Syriæ regem.

- Ca. XLV. De dicacitate Dini cōtra quen/  
 dam ipsum illudētem. (nē Veronēsem.  
 Ca. XLVI. De dicacitate Dantis cōtra Ca  
 Ca. XLVII. De dicacitate Petri Naui con  
 tra Hugutionē.  
 Ca. XLVIII. De facetijs pauperū & inge  
 niosis remedijs in necessitatib' adinuētis  
 Ca. XLIX. De ingenio paupis (i generali.  
 erga Cæsarē Augustū salutādū p' coruos  
 sic edoctos.  
 Ca. L. De dicacitate alteri' de eodem.  
 Ca. LI. De eodem.  
 Ca. LII. De eodem.  
 Ca. LIII. De ingenio cuiusdam homunculi  
 græci erga Augustum: quō suæ cōsuluic  
 Ca. LIII. De duab' uis: qb' (pauptati.  
 religiosi multi habuerūt magnas diuitias  
 a dño Ioāne papa uicesimofecūdo.  
**Tractatum ac capitulorū Tertij li/  
 bri de Reb' memorādis Annotatio.**  
 Tractat' prim' est de Sollertia: astutia siue  
 calliditate: opationes aut uerba hominū  
 concerneñ.  
 Ca. I. De Sollertia Lucij Iunij Bruti.  
 Ca. II. De sollertia & astutia Romulij.  
 Ca. III. De sollertia Mumæ Pompilij.  
 Ca. III. De astutia Minois ac Lycurgi.  
 Ca. V. De astutia & calliditate cuiusdā sū  
 mi sacerdotis idolatre circa initia urbis.  
 Ca. VI. De sollertia. S. Africani maioris.  
 Ca. VII. De astutia & sollertia Hānibalis:  
 Fabij: Solonis & Themistoclis in genera  
 li: & Fabij in speciali.  
 Ca. VIII. De astutia Publij Villij.  
 Ca. IX. De astutia cuiusdā patris ad corre  
 ctionem filij.  
 Ca. X. De astutia M. Volusij & Saturnini  
 p'scriptoꝝ ad euadendū periculū.  
 Ca. XI. De astutia ciuiū Tusculanorū ad  
 uitandū furorem exercitus Romanorū.  
 Ca. XII. De astutia Augusti Cæsaris ad de  
 prendēdū cōiuratōdes quæ siebāt cōtra  
 Ca. XIII. De astutia Otthonis. (eum.  
 Ca. XIII. De astutia Galbæ principis sup  
 iudicio iumentis.  
 Ca. XV. De puido cōsilio Tiberij in dimis  
 tendo curiam Impatoris Augusti.  
 Ca. XVI. De callido cōsilio M. Antonij in  
 omittendo scribere orationes suas.  
 Ca. XVII. De cuiusdā artificis calliditate  
 ad magnificandū nomē suū.  
 Ca. XVIII. De astutia cuiusdā serui: p' quā  
 fecit dñm suū Dariū 'regem esse Persarū.  
 Ca. XIX. De reprehensione illoꝝ astutia qui  
 nimias amicitias fugiendas asserūt gratia

# Li. De Rebus Memorandis Annotatio

- uitandi honoris & laboris.
- Ca. XX. De exclusionē alioꝝ astutia q̄ propter periculū odij futuri & meriti uitādas dicunt amicitias.
- Ca. XXI. De astutia Solonis fingentis se stultū: quo liberius posset loqui legē p̄ni/
- Ca. XXII. De sibi figmēto Vlyxis. (ciosā.
- Ca. XXIII. De astutia Themistoclis cōtra inuidiā Lacedæmonioꝝ uolētū impedi/ re refectionē muroꝝ Atheniensū.
- Ca. XXIII. De astutia Hānibalis ut incre/ pari nō possit a suis Carthaginētib⁹ de p/
- Ca. XXV. De consilio De/ (dito praelio. mosthenis dato mulieri paupculæ quæ re ceperat depositum.
- Ca. XXVI. De astutia Aristotelis sup titu/ lo quorūdā libroꝝ a se factoꝝ.
- Ca. XXVII. De astutia cuiusdam Atheni/ ensis: qui ut uitaret mortis periculum: pu blice petijt dignitatis gradum.
- Ca. XXVIII. De astutia rustici asinarij con/ tra Alexandꝝ p̄ quā mortem uitauit.
- Ca. XXIX. De astutia Anaximenis philo/ sophi contra Alexandrū per quā saluauit ciuitatem euertendam.
- Ca. XXX. De astutia cuiusdam contra opi/ nionē cōmunem notātis my steriū statuæ publicæ & litterarū sūtārū.
- Ca. XXXI. De astutia Castrutij cōtra Lip/ pum dispensatorē suū apposita in ambi/ guitate scripturæ.
- Tractatus Secundus ē de Cōmuni hominū sapiētia ī factis uel dictis & de exēplis eoꝝ
- Ca. I. De intentiōe auctoris ī hoc tractatu.
- Ca. II. De sapiētia Scipionis Africani circa erudiendos hoies indomitos & inextptos
- Ca. III. De cōmēdatiōe hoīs si/ (maloz. ne adueritate seipsum domantis.
- Ca. IIII. De sapiētiā practica Cæsaris Au/ gusti ad aīandū subditos ad bonū & uir/
- Ca. V. De quibusdam uerbis sapiē (turē. tiar: quæ aliquando dicuntur ab insanis quibus notabilia.
- Ca. VI. De sapiēti uerbo Impatoris Ve/ spasiani dicto cuidā Mœchanico Roma/ no ad commodū plābis.
- Ca. VII. De sapiētiā Titi Impatoris circa cognitionē gratiæ dei ī captiōe ciuitatis Hierusalem.
- Ca. VIII. De sapiēti lege lata a populo in Senatu Romano super exceptionē Maf/ nissæ regis & regimine sui ab eoꝝ impio.
- Ca. IX. De alijs duobus casibus in quibus idem Senat⁹ sapiēter puidit reipublicæ.
- Ca. X. De sapiētiā Catonis in generali: & de quattuor suis dictis sapiētib⁹ ī speciali.
- Ca. XI. De sapiētiā silētiō Licinij Fimbriæ
- Ca. XII. De sapiētiā Marci Agrippæ in te/ nendo cōcordiā: Et de exhortatione Mar/ ci Tullij Ciceronis monētis fratrem suū ut imitētur sapiētē uirum.
- Ca. XIII. De sapiēti cōsilio Q. Ciceronis dato M. Tullio Ciceroni fratri suo: qd̄ si seruasset: necātus nō fuisset.
- Ca. XIII. Qualiter Seneca sapiēti cōsilio usus ut mortem uitaret cessit bonis: quam tamen uitare nō potuit.
- Ca. XV. De sapiēti cōsilio Varronis: in ex/ pendēdo pro aliq̄ bono saltē duodecimā partē temp̄is eius qd̄ qs expēdit ī suo cō/
- Ca. XVI. De sapiēti doctrina Fa (trario. uorini: & alioꝝ pluriū sapiētū cōtra di/ ctum diuinatoꝝ & eoꝝ falsa uaticinia.
- Ca. XVII. qd̄ sapiētes nunq̄ debeāt inten/ dere in uerboꝝ auctoritate sc̄m Domi/
- Ca. XVIII. qd̄ sapiēti a sc̄m Afra (tiū. niū est filia memoriæ: & efficacius habet ex rerū experientia q̄ ex libris.
- Ca. XIX. De sapiēti dicto Pacuuij loquēti/ tis de his q̄ habēt sapiētiā in ore & in uer/ bis: & non in factis.
- Ca. XX. De quadā poetica fictione Aristo/ phanis: p̄ quā stat⁹ humanæ uitæ mōstra/ tur illusio ex falsis & breuib⁹ gaudij suis.
- Ca. XXI. De sapiētiā uoluptatis: quæ poti/ us demētia est: optata hostib⁹ populi Ro/
- Ca. XXII. De sapiēti optatu cui/ (mani. dā hostis Romani Imperij: ut donis cor/ rumpi posset: q̄ citius perire posset ipsum
- Ca. XXIII. De sapiēti demon/ (imperij. stratione periculosi stat⁹ Tyrānici: facta a Dionysio Syracusano Tyrāno Damoni.
- Ca. XXIII. De sapiēti dicto Iugurthæ con/ tra corruptā uenalaritē Senatorū urbis.
- Ca. XXV. De alio sapiēti dicto Philippij rē gis Macedonū in epistola ad Alexandrū.
- Ca. XXVI. Qualiter Olympias māter Ale/ xandri sapiēnt castigauit filiū dulci admo/ nitione quia se dicebat filiū Iouis.
- Ca. XXVII. De sapiēti correptiōe Alexan/ dri suisips⁹ a uanitate: ex occasiōe Olym/ piadis matris suæ.
- Ca. XXVIII. De sapiēti doctrina regis Cy/ ri de perpetuitate aīæ & immortalitate mē/
- Ca. XXIX. De sapiēti di/ (tis humanæ. cō Themistoclis: Pot⁹ uelle dare filiā uiro sine pecunia: q̄ pecuniæ sine uiro.
- Ca. XXX. De sapiēti consilio Damocletis dato Atheniensib⁹ ut cōplacēt Alexan/
- Ca. XXXI. De sapiēti abrogatione legū & restitutiōe earūdē facta p̄ Agēsilauū: ut ex/ traordinariā iusticiā exerceret.

## Tractatum & Capitulum.

- Ca. XXXII. De sapiētib<sup>9</sup> dictis Attici Solonis: sup uarietate & æq̄nimitolerantia ipsi
- Ca. XXXIII. De sapiēti dicto Chir<sup>9</sup> (us. Ionis Lacedæmonij scripto in tēplo Apollinis: Nosce teipsum.
- Ca. XXXIII. De sapiēti doctrina Cleoboli Lyndij: & Comici Terentij: & Flacci: In cūctis seruare modum.
- Ca. XXXV. Q̄ raro fideiubēdū sit, p̄ alio scđm Thaletē Milesiū: & q̄ de<sup>9</sup> introspicat mētes sicut exteriora.
- Ca. XXXVI. De sapiēti uerbo Biātis: Plures mali: Et de alio uerbo eiusdē: uel Stilbonis: Oia mea mecū porto.
- Ca. XXXVII. De sapienti doctrina Pittaci sup tempe expendendo.
- Ca. XXXVIII. De sapiēti uerbo Periādri:
- Ca. XXXIX. De sapiēti (Meditatio totū. tissima lege Lycurgilata Lacedæmonijs.
- Ca. XL. De sapientia Pythagoræ philosophi: Et de reformatiōe ciuitatis Crotonis & legib<sup>9</sup> ibi datis p̄ eum.
- Ca. XLI. De Socratis sapiētissima doctrina: circa diuinā orationē: desiderioꝝ moderatiōē: cognitiōē sui: hypocrisis fugā & maloz̄ tolerantia.
- Ca. XLII. De documētis sapiētib<sup>9</sup> Platonis circa uitandā uoluptatē: circa reipublicæ beatitudinē: & sui admīstrationē: ac diuini auxiliij in cūctis inuocationē.
- Ca. XLIII. De sapiēti dicto Xenophontis: eosdē labores faciliores esse in principe q̄ in milite: Et de ratiōe ipsius.
- Ca. XLIII. De sapiēti doctrina Aristotelis ad assistendū principib<sup>9</sup> sine periculo: Et ne se quis laudet aut uituperet: ac ut quis fugiat uoluptates: deq̄ cognitiōe creatoris p̄ cognitiōē creaturæ mūdiālis: de electione q̄; Theophrasti philosophi per factū in morte sua ut succederet ī auditorio scholæ suæ.
- Ca. XLV. De sentētia sapiētis Theophrasti: Pro magno & insigni amici cōmodo tenuis infamia subeūda est.
- Ca. XLVI. De sapienti doctrina Isocratis: Prudentē in cōuiuio pauca loqui.
- Ca. XLVII. De Epicuro & eius sapiētib<sup>9</sup> dictis ipsiusq̄ falsa p̄fessione philosophiæ.
- Ca. XLVIII. De sapiēti cōsilio Indidis dato Lacedæmoniesib<sup>9</sup> ne crederēt cuidā alteri malo cōsilio apparenter bono.
- Ca. XLIX. De uirtute & cōtinētia Xenocratis: & sapiēti cōsilio tacēdi.
- Ca. L. De sapiēti & breui dicto Heraclidis: comparātis cursum mūdi & tēpus: fluminis in idem reuertenti.
- Ca. LI. Quis debeat dici beatus & quis nō scđm Anaxagorā philosophū.
- Ca. LII. De dicto Hecatonis: Si uis amari: Ca. LIII. Q̄ Cretes inimicis suis (amari<sup>9</sup> malū nō optāt q̄ delectationem ex mala cōsuetudine pueniētem.
- Ca. LIII. De consilio Panætij philosophi cōtra insultus & pericula huius mūdi.
- Ca. LV. De sententia Possidonij discipuli
- Ca. LVI. Q̄ scđm Anacharsē (Panætij philo. leges urbiū simillimæ sūt araneæ:
- Ca. LVII. Q̄ regē expe<sup>9</sup> (telis: & q̄re horrentia & plura uidere: multū cōfert ad sapientia acquirendam.
- Ca. LVII. De sapiēti p̄citate & deliberatione Simonidis sup questione: Quis aut
- Ca. LVIII. Q̄ scđm Ari<sup>9</sup> (qlis esset de<sup>9</sup>. stophanē leo nō est educāsus ī ciuitate: & qd hoc significet.
- Ca. LIX. De doctrina Philladis Histrionis dicētis: In scāna nil magis magno duci cōuenire q̄ cogitare p̄ subditis.
- Ca. LX. De sapiētib<sup>9</sup> p̄uerbjs & doctrinis Publicij histrionis tam ex libris Senecæ q̄
- Ca. LXI. Q̄ scđm La<sup>9</sup> (ex Saturnalib<sup>9</sup> berij uictoria hūana ē instabilis: & q̄ p̄cedit sequi: & q̄ uincit postea uincet.
- Ca. LXII. De p̄uerbjs uulgarib<sup>9</sup>: & ipsoz̄ cōmēdatiōe ī generali & ī speciali.
- Ca. LXIII. De cōtēptu diadematis inoiati regis scđm Valerij.
- Ca. LXIII. Q̄ nullū mai<sup>9</sup> supplicij de hoste optari potest: q̄ q̄ papa fiat scđm Har
- Ca. LXV. De Roberti res (drianū papā. gis Sicilia sapia: & prudēti dispositiōe q̄ ad oia in morte sua.
- Ca. LXVI. De sapia Maphei uicecomitis Mediolani: & de sapiēti recuperatione perditæ patriæ suæ.
- Ca. LXVII. De religioso qui conuiuium ad crastinum refutauit: quia crastinum.
- Ca. LXVIII. De sapienti (non habebat. usu & doctrina Brixienis circa eruditiōē proprioz̄ liberoz̄.

Tractatum ac capituloꝝ Quarti libri de Rebus Memorandis: In quo de puidētia tertia parte primæ uirtutis scilicet prudētiæ tractat: Annotatio.

Tractatus primus est de Coniecturis.

Ca. I. De Appio Claudio q̄ cautissime p̄spiciēdo uidebat Romanoz̄ uirtutē negocijs ali segnitiez̄ marcescere.

Ca. II. De snia puidētissima Quiti Metelli dubitantis an uictoria Romanoz̄ in Carthaginē latabilior an formidabilior esset

# Li. De Rebus Memorandis Annotatio

Ca. III. Qualiter Scipio Nasica praeuidens mores Romanorum in pace ruituros: aduersus fatus est sapientissimo Catoni: consenti pernitus delenda esse captam Carthaginam.

Ca. IIII. De prudentia Lucii Syllae regnantis quam habuit de Iulio Caesare inope adhuc adolescente: & qualiter Pompeium admouit ut caueret illum puerum male praecinctum.

Ca. V. De transitu a coniectura Iulij ad coniecturas aliorum Caesarum.

Ca. VI. De coniectura Theodori: quam habuit de Tiberio discipulo suo quem lutum sanguine maceratum uocitabat.

Ca. VII. De coniectura Tiberij de Caio Caligula: dicentis illum suo omnique exitio uiuere ac uenenosum & mortiferum mundo animal Romanum alii.

Ca. VIII. De coniectura Domitij in natiuitate Neronis filij sui: dicentis ex se & Agrippina coniuge sua nihil nisi abhorrendum & publice nociturum potuisse perire.

Ca. IX. De coniectura Vespasiani circa successione duorum filiorum suorum in Imperio.

Ca. X. Qualiter Iosephus praeuidit Vespasianum bellum agere: pro Neronem futurum esse Caesarem.

Ca. XI. De transitu a Caesaribus: quod sua prouidentia tamen admiratissimi memoriam meruerunt: ad eos in quibus & prouidentia mirae & consilium.

Ca. XII. De prouido consilio Herenni (laudat. nij qui Romanum exercitum apud Caudinas furcas captum inclusit: uel prorsus liberari cum honorificetia: uel ex toto interimi consilio).

Ca. XIII. De prouido consilio Hanno (luit. nis Carthaginensis ut Hanno ab exercitu abstraheret: & maneret inter ciues).

Ca. XIII. Qualiter Achitius praedixit ciuibus: cauendum esse adolescentem Periclem.

Tractatus Secundus est: De oraculis.

Ca. I. Quid sit oraculum secundum Senecam.

Ca. II. De responsio illusorio: quod dedit Apollonio Claudio quaedam diuinatrix dicta Phebe.

Ca. III. Qualiter Nero percontator mathematicorum & idolorum: responsis fallacibus frequenter in uita & in morte illusor fuit.

Ca. IIII. De duplici oraculo seu responsio facta Traiano pro Apolline in templo Helios.

Ca. V. De responsio illusorio quod accepit Caius Caligula in templo fortunarum.

Ca. VI. De responsio quod accepit Vespasianus in monte Carmeli.

Ca. VII. De oraculo dato Atheniensibus in aduentu Xerxis.

Ca. VIII. De responso (uentu Xerxis: dato Lacedaemonijs).

Ca. IX. Qualiter in consilio obscurus: in adulando pro clarus fuerit idem Apollo: & de laude Socratis.

Ca. X. De simili adulatio ad Lycurgum.

curgum: de quo uero responsio Gygi regis Lydo.

Ca. XI. De responsio illusorio quod (rum dato accepit Croesus rex Lydorum.

Ca. XII. De simili responsio quod accepit Pyrrhus rex Epirotarum: Et de responsio Crassi.

Ca. XIII. De responsio deceptorio quod accepit Philippus rex Macedonum.

Ca. XIII. De responsio simili dato Alexandro Epirotarum regi.

Ca. XV. De responsio Cleophanti dato: Itaque de eorum redargutione quod eiusmodi oraculis tractat Tertius de Naturali diuinatione (Credunt. natiue: quae maxime somnium consistare creditur).

Ca. I. De Sibyllis & earum oraculis: (dicitur. quae quaedam diuinitatis familiaritate ad intimum ueri fontem propius accedere uidentur).

Ca. II. Quid de somnium M. Tullius Cicero.

Ca. III. De somnio Tarquinij superbi (senserit).

Ca. III. De somnio Publij Decij.

Ca. IIII. De somnio ruricolae Romani.

Ca. V. De somnio Caij Gracchi.

Ca. VI. De somnio diui Iulij Caesaris.

Ca. VII. De alio somnio eiusdem.

Ca. VIII. De somnio Calphurniae uxoris.

Ca. IX. De somnio Artoris (Iulij Caesaris medici diui Augusti Caesaris).

Ca. X. De somnium praeis & mens diui Augusti: quibus secutura eius praesignata est celsitudo.

Ca. XI. De somnio Quinti Catuli.

Ca. XII. De somnio M. Tullij Ciceronis de.

Ca. XIII. De somnio Senecae (Augusto. de Nerone).

Ca. XIII. De somnio Vespasiani Augusti.

Ca. XV. De somnio Galbae Impatoris.

Ca. XVI. De somnio Otthonis Impatoris.

Ca. XVII. De somnio Cassij.

Ca. XVIII. De somnio Rufi equitis Romani.

Ca. XIX. De somnio cuiusdam innotati.

Ca. XX. De somnio Croesi regis Lydorum.

Ca. XXI. De somnium Astryagis regis Medorum.

Ca. XXII. De somnium Alexandri magni regis.

Ca. XXIII. De somnium (gis Macedonum. ducum nobilium: & de somnium poetarum & philosophorum).

Ca. XXIII. De somnio (philosophorum. Hamilcharis Carthaginensis ducis).

Ca. XXV. De somnio Hanno ducis Carthaginensis.

Ca. XXVI. De somnio matris (thaginensis. tris Dionysij Syracusani).

Ca. XXVII. De somnio mulieris cuiusdam de eodem Dionysio Syracusano.

Ca. XXVIII. De somnio matris Phalaridis agrigentini.

Ca. XXIX. De somnio Alcibiadis.

Ca. XXX. De somnio Socratis.

Ca. XXXI. De somnio Eudemij. (monidis).

Ca. XXXII. De somnium poetarum: Et primo Si

## Tractatū ac Capitulorū:

- Ca. XXXIII. De ſōnio Sophoclis.  
 Ca. XXXIII. De ſomnio cuiuſdā Arcadis  
 inoīati: q̄ ſociū ſuū a Caupone iugulari ui  
 Ca. XXXV. De q̄dā q̄ ſomniauerat (dit.  
 ouum ex lectulo pendere.  
 Ca. XXXVI. De uaria inſpretatiōe ſom  
 niij Curſoris q̄ p̄ noctē aſtimauit ſe curru  
 Ca. XXXVII. De inſpre (q̄dr̄ijugo uehi  
 tatiōe ſomniij alteri<sup>o</sup> curſoris q̄ ſe i aqlam  
 trāſformatū ſomniauit.  
 Ca. XXXVIII. De ſomnio mulieris quæ  
 uidit ſigillata ſe genitalia habere.  
 Tractat<sup>o</sup> Quart<sup>o</sup> ē de Vaticinijs furētū: nec  
 nō & de præſagijs ac diuinatiōib<sup>o</sup> moriē.  
 Ca. I. Q̄ fidē præbētib<sup>o</sup> furētū uati. (tiū.  
 cinijs: ipſi q̄ ſi furere uideantē.  
 Ca. II. De uaticinio remigis mentecapti de  
 futura ſtrage Græciæ.  
 Ca. III. De uaticinio furibūdi Corneliij.  
 Ca. III. Q̄ tolerabilior ſit opinio de præ/  
 ſagijs morientū q̄ de uaticinijs furentiū  
 Et de uaticinio Hectoris morientis apud  
 Homer<sup>o</sup>: Ac cuiuſdā rhodij apud Poſſi/  
 Ca. V. De uaticinio Auguſti Cæſ. (doniū  
 ſaris morientis.  
 Ca. VI. De uaticinio moriētis Claudij prin  
 Ca. VII. De uaticinio Therameſ. (cipis.  
 nis Athenienſis morituri.  
 Ca. VIII. De uaticinio Calani Indi de mor  
 Ca. IX. De uaticinio moriē. (te Alexādri.  
 tis Adelectæ: de filio ſuo Aeternio.  
 Tractat<sup>o</sup> Quint<sup>o</sup> de Haruſpicio & Augurio  
 Ca. I. De inuentione Haruſpiciæ.  
 Ca. II. De augurio: & q̄ præcipui fuerit au/  
 gures: unde etiā initiū habuerit.  
 Ca. III. Quo tpe Auguria primū obſeruari  
 ccepta ſint. Et de Actio Nauio q̄ nouacu/  
 Ca. III. De augurio mor. (la cotē ſcidit.  
 tis Iulij Cæſaris.  
 Ca. V. De augurijs Octauiaui Auguſti.  
 Ca. VI. De dracōe Tiberij Cæſaris a formi  
 Ca. VII. De augurio Gal. (cis deuorato.  
 bæ Imperatoris.  
 Ca. VIII. De augurio Veſpaſianoꝝ.  
 Ca. IX. De haruſpice Germaniæ q̄ ob au/  
 guriū Romam miſſus fuit.  
 Ca. X. De auſpicio per q̄d Vehioꝝ ciuitas  
 Ca. XI. De augurio (a Romanis capta.  
 ſerpentis qui Syllæ apparuit.  
 Ca. XII. De auſpicio Gaſij Flaminij: & irri/  
 ſione haruſpiciæ.  
 Ca. XIII. De augurio Caſij Cracchi.  
 Ca. XIII. De augurio M. Claudij Marcel.  
 Ca. XV. De augurio Hoſtilij Mantini.  
 Ca. XVI. De augurio Marci Craſſi bellū  
 Parthicū ingreſſuri.

- Ca. XVII. De augurio C. Octauij cōſulis.  
 Ca. XVIII. De augurio Pompeij magni.  
 Ca. XIX. De cōmendatione Marci Marcel  
 li qui auguriū contempſit.  
 Ca. XX. De auſpicio Roſcij hiſtrionis.  
 Ca. XXI. De augurio Deiothari regis.  
 Ca. XXII. De apibus Platonis & formicis  
 Ca. XXIII. De augurio Theba. (Midæ.  
 noꝝ ex cantu galloꝝ gallinacioꝝ.  
 Ca. XXIII. De augurio Lacedæmonioꝝ  
 Tractatus Sextus de Omini. (ex ſimia.  
 bus & Portentis.  
 Ca. I. Q̄ nihil contra naturā fiat: licet aliq̄  
 Ca. II. De omine exclamo (fieri uideantē.  
 re Romani militis accepto: q̄ dixit: Sta/  
 tue ſignū: hic optime manebim<sup>o</sup>.  
 Ca. III. De omine Aemilij Pauli ex Tertia  
 filia ſua accepto.  
 Ca. III. De omine Ceciliae Metelli.  
 Ca. V. De omine Petilij circa Lætū montē  
 Ca. VI. De omine Craſſi: Solē ſe relictur<sup>o</sup>  
 Ca. VII. Quōd primo hoīes ad (aſſerētis.  
 omina & deinceps ad ac<sup>o</sup> ac geſtus deuer/  
 Ca. VIII. De omine Furij Camilli. (nerūt  
 Ca. IX. De omine aſini a Caio Mario uifi.  
 Ca. X. Quōd hæc uanitas ominū eradica  
 ſit: Et cōtra Auguſtū Cæſarē q̄ hæc obſer  
 Ca. XI. De aquila quæ tentorio (uauit.  
 Auguſti inſederat omen.  
 Ca. XII. De omine Luiuæ parturientis.  
 Ca. XIII. De gallina quæ cū ramo lauri ce  
 cidit in gremiū Luiuæ Auguſtæ.  
 Ca. XIII. De omine q̄d habuit Galba  
 Impator p̄ imperio ſubeūdo.  
 Ca. XV. De omine Veſpaſiani.  
 Ca. XVI. De portētis ſolis: lunæ ac alijs p̄/  
 Ca. XVII. De boue hūa. (digioſis oſtētis  
 na uoce locuto: & q̄ buſdā alijs portētis.  
 Ca. XVIII. De portentis tpe Heinrici ſepti  
 Ca. XIX. De horribili portento (mi uifiſ.  
 hominis uifiſ ſuper equo.  
 Ca. XX. De monſtro q̄ drupede cū huma/  
 no capite in agro Veronenſi nato.  
 Ca. XXI. De puero bicorni nato in agro  
 Florētino: de quo inferi<sup>o</sup> carmīa ponuntē.  
 Ca. XXII. De hoīe q̄ p̄ quadraginta dies  
 abſq̄ cibo uixit: & de muliere i germania  
 quæ p̄ triginta ānos abſq̄ cibo fuiſſe nar/  
 Ca. XXIII. De uipera in galea Aço. (raſ.  
 nis uicecomitis Mediolanenſis reperta.)  
 Tractatus Septimus de Stratagematibus.  
 Ca. I. De excuſatiōe auctoris apud lectore  
 cum de moſtſtia locutur<sup>o</sup> ſit: cur ab hoīe  
 petulantiffimo exordiū ſumpſerit. (to.  
 Ca. II. De Tiberij præcipis primæuo iſtitu/  
 Finis

Frāncisci Petrarchæ Poetæ Oratorisq; Clarissimi: Rerū Memorandarum Liber primus Incipit.

Tractatus primus: De Ocio & Solitudine quorundam Clarorum uirorum. De ocio solitarij ac diuisione eiusdē: & de quo ocio auctor uelit tractare: Ca. I.

**E**d mihi cuncta uersanti: cum id solum temporis uixisse uidear qd ocio/ sus aut solus uixi: uisum est non aliudē q̄ ab ocio & solitudine potissimū ordiri: non modo q̄ hic plurima & maxima uitæ meæ solatia p̄cessisse nouerim: sed q̄ multis etiam claris uiris iactatis iuter curarum fluctib; huius portus quæsitum remediū recordabar. Cæter; cum solitarij ocij duo sint genera. Illud somno & inertia amicū: qd quidam lucifugæ sectantē qui uillis suis utuntē pro sepulchris: & in illis sese infodiūt uiuentē: nulla re alia q̄ ocij cognomine gloriosi: nō litterato tantū: sed uiro etiam obscenū atq; indignū cōmemoratione prætereo. Alterum illud attingam non tam urbis odio q̄ litterarū & uirtutis amore constitutū: unde animo uel studio; cupido uel ad ea intēto de qb; proxime dicturus sum: gratissima proueniūt alimenta: ut hinc merito uelut a primo dicēdo; fonte totius narrationis descendat exordium. Quem uero nūc historicus illustrissimæ cohortis statūā signiferū: nisi quē poetici laboris primū ducē in Africā meæ libris statuisse nō p̄cēnitet.

De Ocio Scipionis Africani primi: Ca. II.

**S**cipio ille qui primus agnomen Africani rebus gestis uirtute meruit: amator solitudinis atq; ocij fuit. Itaq; spiritū domitorem gentiū & militare illud corpus bellis exercitum auresq; castro; & tubarū fragoribus oppletas huc referre consueuerat: non ut uirtus ocio langueret: sed ut sese mēs uarietate negotio; distracta colligeret: q̄ obrē neq; sibi unq; ociofus perpetua mentis occupatione grāde aliquid moliens: neq; sibi solus unq; uidebat altissimis atq; pulcherrimis comitatus curis: neq; theat; aut uulgi plausum quærebat: rerum suarū plaudente memoria ac conscientia; testimonio contentus. Iure ergo dicere solitum accepim;: Nūq; se minus ociofum esse q̄ cum ociofus: nec min; solum q̄ cū solus esset. Idq; ipsius Africani non mediocrem æmulū Marcum Portium Catonē scriptū reliquisse auctor est Cicero.

De Ocio Scipionis Africani secundi: Ca. III.

**H**uius nepos & ipse Africanus Scipio: sicut laboris supra fidem patiens: sic ocio; cu- pidus quietis solus sæpe cum Lelio rusticari pegrinariq; solit; creditur: Interdūq; littorib; Italicis uagabundus: expugnatricē illam Carthaginis Numantia; dextera ad marinas conchulas lapillosq; candidulos inter legēdos inclinasse. Sic enī ad id qd superat negotiū: ocio breuissimi temporis animū recupabat. Verecunde hæc apud Cicero- nem reuerēterq; narrant; eos incredibiliter: ne uera deseram: repuerascere esse solitos cū rus ex urbe tanq; e uinculis euolassent.

De ocio Marci Tullij Ciceronis: Ca. IIII.

**D**ives bellorum memoro: Marcus Tullius Cicero post innumerabiles labores quos in republica pertulit: post tam multa discrimia: quæ sibi ille turbulentissim; consu- latus: & cum improbis certamen imortale pepererat: fracta tandem libertate ciuiū uelut puppe submersa nudus ornamentis suis omnib; enauit: inq; ocium secessit: in quo quidem rura peragrādo: sicut ipse de se loquitur: sæpe solus erat. Sed qd negotiū quæso cū illius ocio: quæ frequentia cū illius solitudine conferenda est? Quā licet ipse casum patriæ miseratus grauitate defleat: inde tamen ad omnes populos peruenta diui ingenij monumē- ta fluxerūt. Plura enim ibidem: ut ait idem: breui tempore: euerfa q̄ multis annis stāte res publica scripsit. At qui fatum suū declinare nō ualuit: in tempestate tutus: in portu naufragium passus est.

De ocio Mutij Sceuolæ: Ca. V.

**M**utius Sceuola diuini pariter & humani iuris illa ætate consultissim;: a procella fo- ri fugiens in ocium & pilæ & aleæ calculo; ludo fertur operam dedisse: eaq; uicissi- tudine rerum mole prægrauatum ingenium releuasse: Et his quidem ocia uitæ di- uerticula contigerunt.

## De ocio Epaminūda Thebani:

Ca. VI.

**E**d ne ab hac illustrium cōmemorationis rerū alienigenæ sese fortassis exclusos putent: Epaminūdas Thebanus quem apud præstantissimos auctores uel primū uel inter primos Græciæ duces semp̄ inuenio: Cuiq̄ litterarum studiū ac philosophiæ doctrina tanta inerat ut mirabile uideretur: sicut Iustinus historicus ait: unde tam insignis militiæ scientia homini inter litteras nato. Is inquā cum quo Thebanorū omnis gloria: ut aiunt: & orta simul & extincta est: & suauitate musica gemino labori debitum ocium exorians: præclaræ quidem: ut est apud Ciceronem: græcis fidibus cecinisse dicitur.

## De ocio Achillis:

Ca. VII.

**I**mile apud Homerum de Achille: qđ ducē suū imitati nostri quoq̄ uates asserūt. Id quidem prone suscipimus & habemus. ppositi nostri testem: clarissimū adolescentem siue fictum suscipamur ab Homero & eiusdem sententiæ auctor est excellentissimus poeta. Profecto nunq̄ id in eo quem nobilitandū proposuerat sibi ficturus: ni laboriosa militiæ alternam ocij remissionē necessariā iudicasset.

## De ocio Socratis:

Ca. VIII.

**E**d alio spectare arbitror: qđ de Socrate scriptū est: cum iam senior foret uacare sibi dīb<sup>9</sup> cōpisse: Nō enim apud me similitudinem ueri habet: tantū uirū illa ætate præsertim discendi potius gratia tam parua & eiusdem sententiæ auctor est excellentissimus doct̄ fatigatus talis ocij solatium quæsiuisse. Qđ parci<sup>9</sup> miror dum eundem arundine crucibus inferta colludentem infantulis suis intueor: qđ cernens familiarissim<sup>9</sup> sibi risisse fertur Alcibiades.

## De ocio Roberti regis Siciliæ:

Ca. IX.

**A** **T**ne semper uetustissimis imoremur: sitq̄ aliquis & ætati nostræ loc<sup>9</sup>: Robert<sup>9</sup> hierosolymitanus & Siculus: rex regum: & philosophorū huius æui meo princeps iudicio: per singulos dies statutis horis: e medijs regiæ uitæ turbinib<sup>9</sup>: in ocium uelut in aliquam quietissimam stationem sese conferre consueuerat. Illic multiplex ei quondam exercitium dum tulit ætas: uni tandem cuncta cesserunt. Fuit illi in urbe Neapolitana palatio confine pomerium: præ altis circumseptū mœnib<sup>9</sup> & pelago non modica ex parte circumfluxum. Huc modo cum paucis: modo cum ingenti procerum caterua quotidie ueniens: balista lusitabat. Idq̄ tam sedulo: ut confestim (tantum erat & tam ad omnia uersatile celestis acumen ingenij) eius artificij magistros post tergum linqueret. Quæ res primū non hostibus modo: sed suis quoq̄ minus uenerabilem fecisse creditur: ignorantibus q̄tū negociorū sub illo ocio tegeatur. Qđ ubi tandem rebus ipsis innotuit: contemptus omnis in admirationē & gloriam uersus est. Interfui ego sæpenumero dum dimetiendis ictib<sup>9</sup> ac cliuis singulorum sagittas internosceret: Interea tamē dum eundo & redeundo tempus teritur: & senile corpus recrearet & acres subiectorum controuersias uixq̄ extricabiles populorum nexus absolueret. Quid notissima replicem: Constat hunc inermē ludentemq̄ (qđ omnes uidimus) armatos exercitus fudisse & grauissima sæpe discrimina: non tantū a suorū perculisse ceruicibus: sed etiam ne appropinquarent prouidisse. Deniq̄ non aliē q̄ si balista illa cunctorum transfidisset oculos: suorū semper peruertisse consilia. Et ille quidē nuper indignum præsentia tanti regis orbem deserēs: migravit ad superos: Ego autē quous erga illius memoriam uaria hominū studia: præcipue Italicoꝝ meorum dissonantes opiniones nouerim: quia tamen non illius aut huius auri uoluptati: sed nudæ reꝝ ueritati studeo: Roberti nomen in operis mei primordijs fulgere uolui: & cum præfatiōe ueniā si forte cui molestus sum: quotiens illum rerum qualitas obtulerit liberius iam sine adulationis suspitione: nisi fallor: de morib<sup>9</sup> eius loquar. Nullum mihi gratificandi propositum: nulla spes quæ nōnunq̄ a uero scriptorum animos auertunt: me quidem uera memorare conscientia mea (si illi parum fidei est) testis est mors. Breui quidem fore cōfido ut unica pestis tot tandem confutata uirtutibus conticescat & gelido saltem abeat sepulchro: Nunc quoniam properantem calamum longa rerum series expectat: de ocij satis dictum est.

Tractatus secundus: De studio & doctrina aliquorum Illustrum uirorum:

De continuatione præcedentis tractatus cum isto & sequentibus: Ca. I.

**V**perest de studio tractare: Quæ nam enim præcedentium erat & sequentium oportunior iactura: Nempe præcedentibus tam cognata materia est: ut si ocium demas: studium turbidū & inquietum relinquať: At si studiū detrahis: inglorius torpor & pigro situ marcidus carcer est ocium. Ita fit ut hoc in illius requie fundatum: illud huiusmodi laboribus semper ornatum sit. Rursus & illud constat memoriæ ingenioq; & eloquentiæ: de quibus secuturis tractatibus agendum est. Nullum omnino post naturam ipsam mai⁹ certiusq; patrocinium fore q̄ uæhementē animi applicationem ad eandem summa cum uoluptate quā studium uocant: ex quibus solū dum confatur doctrinæ nomen. Quocirca dilatis medijs: principium finemq; cōnectēs: hūc studio simul & doctrinæ locum dedicaui. Verum q̄uis quod omnium gentium pace dixerim & Reginæ urbis ueneratio & excellens rerum gloria mereatur: ut posthabita ratiōe tēporum: in exemplorum relatione primū semper Romana locum teneant: uix hic tamē mihi uideor narrationis initium reperturus: propter id uidelicet q̄ Theodosi⁹ Macrobi⁹ haud quidem ignobilis scriptor ait: soli sapientiæ studio deditos: ut abunde Græcia tulit: ita Romanam nesciuisse. Sed quid agam scio: Rimabor exercitus Romanos forumq; lustrabo & uel ex armatis legionibus uel ex forensi strepitu studiosas & contemplationi deditas animas eliciam.

De studio Iulij Cæsaris:

Ca. II.

**D**iuus Iulius Cæsar: quem armorū laus & uictoriarū gloria cœlo exæquarūt: a studio litterarum medio q̄uis in bellorum furore non abhorruit: nunq̄ se cessisse & ipse gloriatur & magni consentiunt auctores. Accedit operum fides: præter adolescentiæ suæ libros: quos publicari dum bibliothecas ordinat: Augustus uetuit: multa iam prouectus scripsit famosissima. Si quidem & anni totius ordinem & bisexti rationem: & quicquid de mensura æui uetustioribus ad eam diem uel ignotum uel cōfusus fuerat: summo studio digessit: litterisq; & memoriæ tradidit posterorum. Atq; ut in Saturnalibus scriptū est: omnem inconstantiam temporis uagam adhuc & incertam: in ordine statā diffinitōis coegit: & edicto palam posito publicauit. Scripsit Anticatores duos: scripsit & de Analogia auspiciorū. Rerum præter hæc a se gestarum: tam gallici q̄ ciuiliis belli: libros edidit: nō a suis magis q̄ ab hoste laudatos. Marcus enim Tullius alioquin multum in Cæsare grauius inuexit: hos tamen libros erubuit illaudatos præterire. Commentarios inquit scripsit ualde quidem probandos: nudi sunt recti & uenusti: omni ornatu orationis tanq̄ ueste detracta. Sed dum uoluit alios paratam habere unde sumerent qui scribere uellent historiam ineptis gradū fortasse fecit qui illa uellent calamistris inurere: sanos quidē homines a scribendo deterruit. Eisdem Cæsaris libros: scriptor rerum suarum (ut fama fert) Iulius Celsus: ut Suetonio uidetur hirtius: ita cōmendat: Difficillimā rem suscepi Cæsaris nostri cōmentarios rerum gestarum galliæ. Nec multo post: Quos utinam qui legerint inquit scire possint q̄ inuitus cœperim scribēdos: quo facilius caream stulticiæ atq; arroganticiæ crimine: qui me medijs interposuerim Cæsaris scriptis. Constat enim inter omnes nihil tam opere ab alijs esse profectum: q̄ non horum elegantia cōmentarioꝝ superes: qui sunt æditi ne scientia tantarum rerum scriptoribus desit: adeoq; probantur omniū iudicio ut præcepta non præbita facultas scriptorib⁹ uideatur. Cuius tamen nostra maior q̄ reliquorum est admiratio. Cæteri enim q̄ bene atq; emendate: nos etiam q̄ facile atq; celeriter eos per fecerit scimus. Et hæc quidem ille. Sane de celeritate apud Suetonium habetur expressus ubi ait: Et hos libros & alios plurimos in quibus etiam poema quod interscribitur tanta cum uelocitate peregisse: ut quosdam ex eis in Alpium transitu scripserit: ex citeriore in transalpinam galliam reuertens belli gallici temporibus: quosdam ipsorum bellorum ciuiliū sub Mutinense discrimen: quosdam ab urbe Romana in ulteriorem Hispaniā proficiscens: quam uiam simul cum studio diebus quattuor & uiginti perfecit. Incertum his similibus operibus linquens: utq; animi foret aut corpis an robore uel celeritate mirabilior.

## De studio Augusti Caesaris:

## Ca. III.

**A** **D**iuus Caesar Augustus diui Iulij filius: tam studiose paternis uestigijs inhæsisse traditur: ut grauissimis bellorum studijs & imperij curis oppressus & tot coniuratorum obsessus infidijs: horas & momenta colligeret: nec ullum tempus inutiliter labi sineret. Constat inter comedendum radendumque uel lectioni operam dare solitum uel scriptura: Inter crebra quoque somni (cuius parcissimus fuit) inter bellaque licetorum sibi uel confabulatorum solatium adhibere. Studia liberalia (ut Suetonius ait) ab ætate prima cupide & laboriosissime exercuit. Mutinensi bello in tanta mole rerum & legisse & scripsisse & declamasse quotidie fertur. Itaque uarij generis (ut ait idem) profana oratione composuit. Inter orationes ad populum: & aliqua de uita sua tredecim libris Cantabrico bello nec ultra exposuit. Scripsit & Epigramatum libris & epistolarum ad amicos: conditum facetissima grauitate & luculentissima breuitate: quod opus inexplicatum & carie semefum: adolescenti mihi admodum in manus uenit: multum frustraque postmodum quaesitum. Cæterum epistolæ aliquæ sparsim a scriptoribus referuntur: quarum indaginem studioso committimus lectori. Nec latinis modo sed graecis: nec rhetoricis tantum: sed & philosophicis delectatus est: eo pertinet quod Apollodori Pergamæ philosophi filiorum eius Dionysij & Canoris amicum quaesuit: patremque grandæuum iuuenis ipse secum: ne ullis locis aut temporibus uacaret ab urbe Romana Apolloniam usque perduxit. Ex utriusque autem linguæ auctoribus quos studiosius lecebat: illa cupidius hauriebat quæ uel præcepto uel exemplo ad eruditionem uitæ morumque elegantiam pertinent priuatæ uel publicæ disciplinæ. Hæc & diligenter ænotata seruabat: & cum res exigeret uel amicos uel totos exercitus uel prouinciales aut urbanos magistratus illorum interiectione commonefacere solebat. In audiendis recitatoribus poematum siue historiarum siue alterius generis inuentorum: mitis & patiens fuit. Omnino singulare hoc habuit: quia cum omnium præcipue principum mos sit: præsentia contemnere: uerusta mirari: iste unus ætatis suæ fauit ingenijs. Digna quidem sapientissimi extimatoris ueneratio: Quænam enim ætas illustrium apud nos ingeniorum fertilior fuit: Marcum Varro: Marcum Ciceronem: Crispum Salustium: Titum Liuium: Anneum Senecam: Asinium Pollionem: Virgilium Maronem: Horatium Flaccum: Ouidium Nasonem: innumerabileque alios uno tempore suis licet uiuendi gradibus distantes habuit: qui seinuicem uiderint uel uidere potuerint. Libros integros senatus recitare uel populo per edictum notos facere suetus erat: Inuentum paternum de temporis ratione unico errore comperto super incerta laude paucis diebus emendauit: & ut est scriptum: in Saturnalibus: omnem hunc ordinem æreæ tabulæ ad æternam custodiam incisione madauit. Nec poetriæ expers fuit: Exerat eius in Virgilium carmen breue quidem: sed nec humile nec insulsum: Aggressus & tragicum opus studio seruati calle medio destituit deleuitque. Librum uero uersibus hexametris consummauit: cui nomen Sicilia: quo ego nonnunquam uelut clypeo aduersus obtrectatores meos uti soleo. Inter multa quæ impacatis mihi latratibus obiectant: peregrinum & inauditum poematis mei titulum fremetes: cui nomen est Africa: quod quidem uarijs hæctenus fortuna repagulis dilatum: hæret inter manus diutius quam putabam. Sed ad inceptum redeo.

## De studio Marci Varronis:

## Ca. III.

**A** **N**on indignaberis Marce Varro præponi tibi duos tam grandes uiros: quos sibi præpositos nec uniuersus olim orbis erubuit. Neque nesci eram inter studia latinorum primum tibi locum eximiamque laudem deberi memineram id tibi ab externis tributum & a nostris tantum præconiorum certatim a multis in unum hominem congestum: ut ipse si aurem applicueris erubescas: tametsi uera & meritis etiã nunc inferiora prædicentur. Sunt qui de te scribant: Vir doctissimus Varro: qui tam multa legit ut aliquid ei scribere uacasse miremur: tam multa scripsit quam multa uix quemque legere potuisse credamus. Sunt qui te Romanorum omnium longe præcellentissimum putent. Sunt qui in hoc graecis quidem deferant: ut uir fide pius eloquioque sacer Lactantius Firmianus: qui Institutionum suarum libris: neminem te doctiorem nec apud grecos uiuisse confirmat. Atque ut clarissimum ex omnibus tibi reddam testimonium: Marcus Tullius: & quod gratius audias in ipsis Academicorum libris: ubi nihil omnino firmandum: sed de omnibus dubitandum disputat: omnium te facile acutissimum dicit. Deinde uelut memor propositi: subsequitur: Et

sine ulla dubitatiōe doctissimū. Sane q̄ ad studiorum tuorū attinet uigilias : q̄ quis multa & uaria dici possent: nihil tamen amplius dicam q̄ quod in eisdem Academicis de te uel potius tecum loquens Cicero: Sunt (inquit) uera ista Varro: Nam nos in tanta urbe peregrinantes errātesq; tanq̄ hospites ueraces tū libri quasi domum deduxerūt: ut possemus aliquando qui & ubi essemus agnoscere: Tu ætatē patriæ: tu descriptiones temporum: tu sacrorum iura: tu sacerdotum: tu domesticam disciplinam: tu bellicam : tu sedem regionum & locorum: tu omnium diuinarum humanarumq; rerum nomina: genera: officia: causas aperuisti: Plurimum quidē poetis nostris omninoq; latinis & litteris & uerbis luminis attulisti: atq; ipsum uarium & elegans omni fere numero poema fecisti: philosophiamq; multis locis inchoasti. Hæc de Marco Varrone: Marco Cicero. Quibus ego nihil addiderim: nisi unum quo eorum quæ dicta sunt omnium crescat admiratio: hunc illum non scribendo modo sed legendo: breuis hominum uita uideatur: Nihilominus tamen interea sub Pompeio magno militauit: & ab eodem bello piratico naualem promeruit coronam: celeberrimi particeps triumphī.

## De studio Marci Tullij: Ca. V.

**Q**uem uero Varroni Comitem dederim: nisi quem modo testem dedi: Marcū Tullij. Hos enī & ætas iunxit: & Plinius secund⁹: i libro naturalis historię septimo: iuxta collocauit. Hic itaq; cum multum temporis philosophiæ (sicut sæpe meminī) ab adolescentia tribuisset: repente in curas reipublicæ atq; in ambitionis laqueos delapsus: philosophiæ studium coactus est deserere: ad consulatum mox prouectus: in quē nefariorum ciuium omnis impietas: & (ut uerbo eius utar) nescio quo pacto omnium scelera ac ueteris furoris & audaciæ maturitas erupit. At post consulatus exitum: simultatum perennibus reliquijs uexatus: tot tantisq; difficultatibus obsessam traduxit ætatem: ut in philosophia parum aut nihil scriberet: contentus eloquentiæ principatu. Postremo autem ubi a facie bellorum ciuiliū: in ocij solitudinem abiit: de quo paulo ante dictum est: ad intermissam diutissime philosophiam iam senior reuertens: omnem in ea curam ac studium posuit: ut ciuibus suis ocio prodesset: quibus antea negotio profuisset. Itaq; libros innumerabiles uarijs de rebus ædidi pulcherrimos: quos qui se uel legisse iactat uel uidisse: q̄ id uere profiteatur ipse uiderit: Mihi quidem uix unq̄ peregrinatio longior suscepta est: ubi non incognitos Ciceronis ne dicam libros: sed inaudita librorum nomina compererim. Philosophiam ad id tempus non nisi græco cognitam sermone: prim⁹ omnium latinis litteris illustrauit: Poetriam nō spreuit: sed parū fœliciter temptauit: testis est Seneca: Eloquētia illum sua: in carminibus destitutum: quod ipsum aliqua nunc etiam ex opusculis eius indicant: Tanta autem bonarum artiū segnicies incessit: ut magna pars librorum eius ætati nostræ perierit. In librorum quidem Marci Varronis interitu q̄ nec illud sine nostri temporis infamia contigerit: tamen stili forsan incultioris asperitas utcunq; huiusmodi negligentiam excuset: sed in operibus Ciceronis unde excusetur nō intelligo. Ante omnes quidem desletus est studiosorū choris reipublicæ liber: cui⁹ magnificentiam & ipsius Ciceronis & aliorum testimonio: excerptaq; inde particula coniecturari licet: tātillū nobis uel ad acuedū forte desiderij uel ad præsentij cōuitiū reseruatū est. Reliquū nescio an unq̄ sit recuperatura posteritas. Vnus autē huic uiro & studioꝝ & uitæ termin⁹ fuit immergentē sese penit⁹ litterarū fontib⁹: indigna & i publicū dānosa mors rapuit: De qua locus alter ueniet dicendi.

## De studio Tironis liberti Tullij: Ca. VI.

**O**bestantem audire mihi uideor Tironem: ne eum a tanto segregem patrono. Hic Marci Tullij libert⁹: hō diligentissim⁹: ut Aul⁹ Gellius meminit in libro noctiū atticarum: librorum patroni studiosissim⁹ fuit: eos uigilanter & disponere & emē dare solitus. Bonum opus nisi quod libertini hominis cura cumulauerat: ingeniorū torpor effudisset. Cōstat hunc de patroni sui iocis libros ædidisse: & quicquid sibi passim memoratu dignum acciderat: accuratissime colligentem in unam cōgeriem redegisse ne qua pars illius eloquij periret.

## De studio Crispi Salustij: Ca. VI.

**C**Rispus Salustius: nobilis ueritatis historicus. Sic enim de illo apud auctores uerissimos scriptum uideo: Quo fidelis res Africæ complecteretur: libros punicos perquisiuit peregrinamque linguam per interpretem flagranti studio scrutatus est: quin & maria transgressus dicitur: ut oculis suis crederet de conditionibus locorum. Belum Iugurthinum coniurationemque Catilinæ compediofo & ad unguem (ut dici solet) castigato complexus est stilo. Sed nullo famosior quam historiaram libro: qui ætati quoque nostræ: ne certum eius sileam dedecus amissus est. Veterum quidem testimonio illustris apud nos solo iam nomine superstes.

## De studio Titi Liuij: Ca. VII.

**A** **T**amquam ut moenia urbis egressi: non statim ex Italia fugiamus: quo studio putandus est arsisse Titus Liuuius Patavinus: quo omnem Romanam historiam ab urbe conditam ad Cæsarem Augustum cuius ipse claruit temporibus Centum quadraginta duobus uoluminibus scripsit: Opus ipsa mole mirabile stupendumque: præsertim quia in eo nihil raptim & tumultuario: ut aiunt stilo (quod quidam solent qui omne uerbum labijs oblatum scriptis mandant) sed tanta maiestate sententiarum tantaque uerborum modestia compleuit omnia: ut ab arte eloquentiæ non multum abesse uideantur.

**B** Sed heu quantam ætatis nostræ maculam: Huius tam ingentis tamque egregij operis uix portio subest: exigua quidem: cum in decades: uel ab ipso conditore uel quod magis reor a fastidiosis postmodum lectoribus sectum foret: ex quattuordecim non nisi tres decades supersunt: prima scilicet: tertia & quarta. Secundam quidem ipse ego hortante quondam facræ memoriæ Roberto Siciliae rege: summa sed hæcenus inefficaci diligentia quæsiui. Atque utinam falsus uaticinator inueniar: Cito enim nisi mores hominum mutantur: de hoc euenturum uereor: quod olim proposuerat Gaius Caligula nequissimus tyrannorum: de quo est apud Suetonium Tranquillum: quod Titi Liuuij historiam: & Virgilij poetæ libros & imagines: parum abfuit quin ab omnibus bibliothecis amoueret: utque ingenio uiri huius clarissimo: nubem obliuionis quam non attulit imperiosa crudelitas: auferat sensim incuriosa segnicies.

## De studio Plinij secundi: Ca. VIII.

**A** **N**ecte Plini secunde Veronensis: a Tito Liuio disiungam: a quo nec ætate nec patria longinquus es. Tu quidem quamuis equestribus militijs industrie functus: procuraciones quoque splendidissimas atque continuas summa integritate administrasse perhiberis: ueruntamen tantam liberalibus studijs dedisti operam: ut non nisi temere: plura quis in ocio quam tu inter tam multas occupationes scripsisse memoretur. Ut enim minora sileam: triginta septem Romanæ totidemque naturalis historiæ libros ad Vespasianum principem: uberrima florētissimaque sermonis elegantia descripsisti. Sed quot præclaros uerustatis auctores: tot posteritatis pudores ac delicta commemoro: quæ quasi non contenta propriæ celeritatis infamia: alieni fructus ingenij ac maiorum fastidijs uigiliisque elaboratos codices: intolerabili negligentia perire passa est. Cunctum nihil ex proprio uenturis daret: uitam hæreditatem abstulit. Primum nempe Plinij opus: in quo (ut est apud Tranquillum) omnia bella tractauerat quæ cum Romanis unquam gesta sunt: ex oculis nostris euauit: nec usquam superest: tot ego quidem talium satis ardens explorare audierim. Hoc autem & quicquid in hanc sententiam questus sum: non ad minuendum post nascituri populi studium retuli: quin dolorem meum potius effundens & ætati curiosissimæ in quibus non oportet rerum tam honestarum profusum incuriose soporem ac torporem exprobrans: Equidem apud maiores nostros nihil querimoniarum similis inuenio nimiumque nihil iacturæ cuius ad nepotes nostros si: ut auguror: res eunt: forte nec sensus ullus nec noticia peruenisset: ita apud alios integra: apud alios ignorata omnia: apud uenturos lametandi materia. Ego itaque cui nec dolendi ratio sed nec ignorantia solamen adest: uelut in confinio duorum populorum constitutus ac simul ante retroque prospiciens: hanc non acceptam a patribus querelam: ad posteros deferre uolui.

## De studio Marci Catonis: Ca. IX.

**N**unc calle medio Romam rursus quasi maiestatis aut sacrilegij reus retrahor: eo quod Marcum Catonem illum senem: qui apud alios scriptores primum in hac acie locum tenet silentio suppressim abierim: cuius tam uahemens studium fuisse conpertum est: ut ex quo primum litterarum dulcedinem gustauit: nulla unquam alia dulcedine distrahi potuerit: Non bellorum curis: non uictoriarum læticia: non gloria triumphorum quibus ornatissimam ætatem egit. Itaque quod de paucis scriptum utranque rem consummate præstitit: Si arma sumpsisset: natum in armis crederes: Si se ad studium uertisset: inter litteras educatum. Et quod magis mireris: non hoc sibi propositum fuit ab infantia quando altius impressa difficilium auelluntur: sed latinæ litteras ætate modo prouectus: græcas uero senio grauis attigit: cum maxime fugere solet animus mortalium: tunc acrius inardescens cupiditate discendi: scripsit libros rerum uariarum ac multarum eloquentia uelusta: quorum omnium clarissimus est liber Originum. Fuit autem: ut Plinius ait: & triumpho & censura super cætera insignis: magis tamen etiam nunc: Nam claritatem litterarum præceptisque omnium rerum expectandarum datis generi Romano: inter prima uero agrum colendi omnium confessione optimus & sine æmulo agricola: Vitam quidem iniurijs stimulatam: procellis inquietam duxit. Hinc sibi uelut gubernatori egregio: ex tempestate maritima non minus gloriæ partem quam laboris. Quater eum & quadragesies causam dixisse testis est Plinius. Et cum nemo sapius accusatus: semper tamen absolutus fuit: Quod nisi fallor & summæ innocentiam & importuni rigoris indicium uideri potest. Denique sexto & octogesimo ætatis anno: cum a cæteris uitæ officia deseruntur: accusatus ad capitalem causam: non adhibuit aduocatos: sed progressus in rostra: causam ipse suam constantissime defendit: adeo ut nec linguæ tarditas: nec cerebri seu laterum fragilitas: nec ulla prorsus mutatio in tam longæuo oratore posset intelligi. Unde autem in ætate quassa ac ruenti tanta rerum omnium integritas? Nimirum hoc illi studium iuge præstabat: & ut ipsis Valerij uerbis utar: omnia in suo statu æqualis ac perpetua industria continebat. Nec ad suis ipsius tantum quin ad aliorum quoque defendendam causam hic sibi animus eademque affuit facultas. Sub ipsum enim longissimæ finem uitæ: aduersus accusationem singularis: & tamen maxime florentis oratoris Galbæ se opposuit: Hispaniamque prouinciã quam inuenis armatus manu uicerat: incrimis senex lingua defendauit.

## De studio Roscij histrionis: Ca. X.

**I**ngens & pene ridiculus a Marco Catone ad Roscium histrionem descensus: Ipse tamen ne hinc ubi eum alij scriptores admiserunt: excludatur obsecrat: ne uel de illo inter bibliothecæ penetralia loqui pudeat: pro quo non puduit Marcum Ciceronem in foro loqui: & (quod mirari cogit) populum Romanum obiurgare: quia is agente gestum Roscio tumultuosus: nec satis attento silentio fuisse uidebatur. Denique pro quo habitam orationem scriptis mandare non piguit: profecto enim ad quamlibet artium applicetur animus intentione uahementi: ad præsentem materiam spectare potest: Nam quid refert? Artes uariæ: studium unum est. Roscio itaque ludicræ artis famosissimus magister: tanto illam studio exercuit: ut nullum populo nisi domi prius examinatum actum exprimeret. Qua diligentia eo profectus est: ut apud ipsum Ciceronem scriptum est: mirandam eorum impudentiam qui agerent in scæna gestum inspectante Roscio. Et sequitur huius dicti ratio: Quis enim sese commouere potest: cuius ille uitia non uideat? Hinc sibi contigit: & ut nomē ingens & largas opes quæreret: nec uulgo solum: sed clarissimis uiris ac principibus ciuitatis acceptus foret: præcipueque Ciceroni: cui tam familiariter notus fuit: ut eum Cicero accusatum publico iudicio defenderet. Constat præterea (ut in Saturnalibus scriptum est) contendere Ciceronem solitum cum Roscio: utrum ille sæpe eandem sententiam uarijs gestibus efficeret: an ipse eloquentiam copiam diuerso sermone pronunciaret. Quæ res ad hanc fiduciam Roscium attraxit: ut librum conscriberet: quo eloquentiam cum histrionia compararet: hinc scilicet motus quod altera uocis sono: altera corporis motu: latentes affectus animi: diuersa quidem uia: sed pari repræsentare uideatur industria. Hic est Roscio ille qui inter cæteros magni nominis: Lucij Syllæ charissimus: & ab eo

dem dictatore anulo aureo donat. Tanta deniq; (ut Macrobius ait) fuit gratia & gloria: ut mercedem diurnam de publico mille denarios sine gregalibus solum acciperet.

## De studio Aesopi histrionis: Ca. XI.

**Q**ue artifices factis & professione simillimos stilo separem: Aesopus & ætate & arte & opibus & gloria & amicitia Ciceronis: postremo rebus omnibus Roscio pene par fuit: nisi q; arte scanica librum quem me legisse meminerim nō scripsit: studio certe non inferior. Ambos deniq; ad audiendū uidendumq; Horrensium & eloquio clarum & multo maxime motu corporis conspicuum: imitandi studio simul curiā frequentasse notum est. Sed iam satis multa de nostris: Hinc mihi procul ab his littorib; nauigandum: & in amplissimum studiorum pelagus prora flectenda est.

## De studio Archimedēis: Ca. XII.

**Q**uæ nam uero ab Italiæ finibus digresso prior tellus occurrit Trinacria: quæ ipsa Solim (ut aiunt) Italiæ pars erat: nunc Italiæ insula est. Libet ergo orationis meæ cymbam i portu Syracusio parumper alligare: dum salutato Archimede: proficiscor in Græciam. Hic Syracusis ortus: illic uixit: illic obiit: quæ res licet pure terminis artatum indicet: animus tamen eius nullis circumclusus finibus sed maria & terras & cœlum omne percurrens meditatione liberrima: quo penetrare acies humana non poterat: oculis mentis intendit: eoq; claritati euasit: ut aut summū aut summis parem locum teneat: unicus: ut Liuius ait: spectator cœli syderumq;. In altissimis quidē questionibus quas cœlestium indago disseminauit in terris: magna pars dissidentium hoc utitur patrono. Studium enim summum fuit naturæ opus: quatenus homini licet repræsentare: Primus omnium spherā acri artificio meditata est: in qua cœli speciem solisq; lunæ atq; errantium reliquarum diuersitates & motus: non tantum animis sed oculis etiam nostris expressit: fugacissimū cursum temporis ingenio dimensus. Effecit idē (ut Ciceronis uerbis utar) q; ille qui in Timæo ædificauit mundum Platonis deus: ut tarditate & celeritate dissimilimos motus una regeret conuersio: quod in hoc mūdo fieri sine deo nō potest: ne ī spherā quidem eosdem motus Archimedes sine diuino ingenio potuisset imitari: Stupendū & incredibile prorsus inuentum: nisi mundus ad hoc omnis uteretur. Nec cœlestium sed & terræorum mirus artifex geometriæ peritissimus: repertor machinarum quibus obfidionem patriæ aduersus Romanum exercitum & Marcellum ducē un⁹ seniculus haud dubie tardiozem fecit. Cuius ingenij ueneratio hostis etiam meruit fauorem: sed eum immodica mentis intentio inefficacem reddidit. Capta siquidem ad extremum urbe: cum eam diripiendam dux permitteret iusto militum furori: unum de tot milibus excepit Archimedem. Ille nihil aut extremis casibus motus: aut publici sentiens tumult⁹: figuris geometricis quas in puluere designauerat totus impendebat. Introgressus interea unus ex militibus Romanis: inter rapinæ sitim & imperatorij præcepti memoriam hæsitabūdus elato mucrone supra uerticem: rogitātis ut nomen suū ederet: iubebat. At is (oculos atq; aures ingens animi cura concluserat) ferociter percunctanti certum aliquid ostendere non ualens: opposita tantum manu ne puluerem sibi suum confunderet: obsecrabat: Miles cōtemptorem ratus interfecit. Cuius mortem miseratus dux Roman⁹: imunitatem frustra sibi destinatam in affines ei⁹ transtulit: sibi uero qd unum supererat honorem tribuit sepultura. Quā quidem multo post tempore deiectam: & suis etiam ciuibus incognitam: Marcus Tullius inter densissimos uepres se reperisse: ut ignorantibus indicasse cōmemorat: ut in Tusculano suo scribēs: Quātus homuncio: cuius semirutum bustum sparsoq; cineres inuenisse gloriatur Romani princeps eloquij: Fortasse prolixius q̄ propositi necessitas exigebat in illius memoriam dicta sint: cuius historiam nusq; deinceps in hoc opere occursum reor.

## De studio Pythagoræ: Ca. XIII.

**I**n Græciam transfretanti: primus Pythagoras occurrit philosoph⁹ & philosophici nominis inuētor. Hic Sami Demarato patre genit⁹: locuplete negociatore: longe locupletior ipse negociator mox futur⁹. Deinde ab ætatis suæ primordijs: sapientiæ pariter atq; honestatis arduum ac laboriosissimū callem ingressus: natalis soli de-

reliquit angustias toto orbe peregrin<sup>o</sup>. Siquidem ut in historia poeticis uerbis utar: Vir fuit hic & ortu Samius: sed reliquerat una & Samon & dominos odioq; tyrānidis exul spōte erat. Ecce iam actus prim<sup>o</sup> spūs egregij seruiēti patriæ liberæ exilium prætulisse. Sed qd sequitur uerum est. Isq; licet cœli regione remotus: Mente deos adiit & qd natura negarat Visibus humanis: oculis ea pectoris hausit. Sic est profecto: de nullo fere philosophorū tot feruntur arcana: q̄uis in multis uelut uiator nouus raris signatum uestigijs iter agens: a recto deuiasse: & si dici fas est delyrasse uideatur. Non alienum est referre quod de hoc uiro in Tusculanis libris scribit Cicero: testem afferens uirum Pontiu Heraclidem: ut ipse asserit dictum. Narrat enim usq; ad illam ætatem omnes qui i rerum occultarum uestigatione uersabantur: habitos & uocatos fuisse sapientes: Ipsum ea tempestate Pythagoram Sicutem peruenisse: & cum Leonte eius loci principe de nōnullis reb<sup>o</sup> doctū atq; elegans habuisse colloquium: Qd princeps admirā: quæ nam sibi ars esset percontatus est: Pythagoras uero gloriosum illud uetustatis nomen erubescens: artis nullius titulum usurpare: se quidem philosophum esse respondit. Inauditum ille rursus nomen admirans: ut uim ei<sup>o</sup> exponeret orauit. Cui Pythagoras: p̄similis mihi uita hæc mercato cuipiā celeberrimo uideatur: Ut enī quidam uiribus aut celeritate contendūt: nihil præter palmam uictoriæ petentes: quidam distrahendis comparandisq; mercibus lucrum spectant: alij neutrum omnino cogitantes: solo uisendi noscendiq; studio trahuntur: quod genus hominū præceteris liberale & ingenuū uidetur: sic in istam quam degimus uitam: uelut in mercatum maximum conuenisse omne genus hominum uidemus: quorum alij gloriam: alij lucrum aucupantur. Quia uero per paucis pretis omnibus quid agatur studiose circumspiciūt: cognitio nem rerum & nihil aliud querentes: hos enim nondum certe sapiētes: sed sapientiæ amatores: id est philosophos uoco. Et hæc quidem de inuentione huius nominis: quod intantum post enituit: nostris uerbis alieno diximus testimonio: q̄ nec indigna memoratu res ut præsertim de Pythagora nobis institutus erat: nec alter oportunior dicendi locus uidebat. Nunc ad propositum reuertamur. Iste est Pythagoras qui ardenti rapiēda uirtutis studio & in ægyptum profectus: transacti temporis noticiam & a sacerdotibus ægyptijs in Persidam: inq; ipsam (ut Iustin<sup>o</sup> ait) Babyloniam: syderum cursus omnemq; cœli rationem ac mundi originem a Persarum magis: Cretam deinde Spartamq; rediens: ab eorum sapientibus mores egregios: Minoisq; & Lycurgi instituta pdidit. Fuit & Pherecydis Syri discipulus: illius antiqui qui primus omnium dixisse reperitur: animam imortalem: opinionēq; sanctissimam ab illo susceptam Pythagoras confirmauit. Cuius rei Cicero testis in Tusculanis est. Deniq; in eam partem Italiæ quæ tunc magna Græcia dicebatur transgressus est: multisq; suis memorabilib<sup>o</sup> monimētis æditis Metaponti diem obiit. Vir magnus imprimis & qui non nominis solum inuentor: ut Cicero idem ait: sed rerum etiam amplificator fuit: priuatimq; & publice præstantissimis institutis & legib<sup>o</sup> Italiam exornauit. Hui<sup>o</sup> autem tam uæhemētis studij & tam copiosæ doctrinæ fructum: uenerationem quandam singularem uiuens moriensq; percepit. Sed de hoc alibi.

## De doctrina Platonis:

## Ca. XIII.

**D**E Platone (qd Salustius ait de Carthagine) melius erat tacere q̄ parum loqui: ne tamen aut ipse unde laudem meretur silentio tegatur: aut mihi torpor ex admiratione surreperit: cerptim memorabiē. Hic antiquissimo uerumq; nobilissimo genere: multum ipse nobilior Athenis ortus: eruditus a Socrate: patria & præceptore clarissimis: breui tamen sic utrunq; superauit: ut nihil aut Socrati illo discipulo foelicius contigerit: aut Athenis illo ciue gloriosius. Habuit & præceptores alios: Dionysium imprimis scripturarum rudimentis: Aristonem Argiuū in palæstra: in qua luctator exercitatissim<sup>o</sup> euasit. Picturæ quoq; artem nō liquit intēptatā. Adhuc & Tragœdias scripsit: tamq; illi poetandi fiducia incesserat: ut ad eius professionem aspiraret: nisi magister Socrates hoc eius propositum mitigasset: ad altioris gloriæ desiderium attollens. Heraclidis primū sectator fuerat: deditus tandem Socrati cœquæ uis suis post se relictis: ipsam Socratis doctrinā & ornauit eloquentia & rationibus armauit. Vbi uero Socratem sibi mors eripuit: ne quid omnino temporis amitteret: q̄uis iam eloquio & sapientia cœlo par esset omni iudicio: tamen ægyptios sacerdotes adiit: & ad quem mundus certatim discendi studio confluebat: ipsum ab alijs discere non potuit. Inde autem Astrologiæ peritissimus discedens: ad Theo-

dosium Cyrenaicum præclarum illius temporis geometricum profectus est: Quibus omnibus uel undiq; conquisitis mercibus instructus: per Pythagoræ tandem uestigia in Italiam uenit. Inuenisse ibi eum: tum multos: tum Archytam Tarëtinum Timæumq; eos cognouisse & ab eis didicisse Pythagorea omnia: auctor est Cicero: Imprimisq; immortalitatem animæ a Pherecyde (ut aiūt) repertam: a Pythagora susceptam: inexpugnabilis ualuit argumentis. Inter Pythagoræ successores artiori amicitia complexus est Timæum ex Locris oriundum: Sub cuius nomine præclarissimū librum scripsit. In omni sane Pythagorea doctrina: nō min⁹ castitatis imitator q̄ ingenij fuit. Præter hæc etiā ad Indos & ad magos penetrare decreuerat: fecissetq; nisi eum uelut in portu bellorum tempestas i patria tenuisset: Vbi nihilo segnius interea Parmenidis ac Zenonis inuentoribus se dedit: ex multorum scilicet ingenijs libans quod mox refusus erat in plurimos. Scripsit equidem diuina potius q̄ humana facundia libros multos. Et ut de eo quæ scripta sunt ad contextū referam: primus omnium tripartitam philosophiam copulauit: & sibi inuicē necessaria partes nec pugnare inter se tantūmodo: sed etiam mutuis se adiuuare auxilijs ostendūt: Nam q̄ uis de diuersis officinis hæc essent ei philosophiæ mēbra suscepta: Naturalia Pythagoreis: Dialectica rationalis atq; moralis ex ipso Socratis fonte: unū tamen ex omnib⁹ & quasi proprij partus corpus effecit. Et cum princeps harum familiarum impollutas sententias & inchoatas auditoribus tradidisset: hic eas tum ratione limādo: tum orationis angustæ honestissima specie induendo: perfectas atq; etiam admirabiles fecit. Hacten⁹ alienis uerbis usus sum: tempus est ex me aliquid loquendi. Hinc igitur ualidissima philosophiæ radix exoriet: in plurimos postea sectarum ramos dissidentibus ingenijs diuisa. Itaq; iure optimo: non Græci tantū: sed Marcus Cicero & omnes doctiores latinoꝝ: uno ore uel Platonem sibi gloriæ philosophoꝝ principem appellāt: uel qui minus: hunc uel illum gloriæ sibi tribuūt collegam: Alij Plotinū ut Macrobi⁹: alij Xenophontē ut Aulus Gelli⁹: Ita de collega fortassis aliqua: de Platone nulla questio est. Nec sum nescius ab hac tanta Platonis laude quosdā (ut Tulliano eos nomine designē) plabeios & minutos: uel si Senecæ uocabulo uti malim: cathedrarios philosophos discordare: qui non aliter q̄ in magno exercitu seditiosum uulgius & ignauū magnis clamorib⁹ permiscerent: nouosq; sibi duces faciunt: iusti imperij desertores: Quib⁹ igitur militibus licet obstrepant innumeris: paucos uel græcorum uel latinorum obiticiam: quorum cōgressu nec anceps bellum sit nec necessaria sentētia: constetq; alios fortassis a pluribus Platonem certe a melioribus laudatum. Sed de hoc multa loqui locus dehortatur: ne scilicet a rerum narratione in contentionis studium transisse uideamur: Præstat igitur cœptū sequi: & ne uulgatum ingeram: lectorem (si forte nescis) admoneo extare libꝝ elegantem Lucij Apuleij Madaurensis illustris Platonici: qui liber inscribit de Platone. Illic qdē & ipsi⁹ p̄spiciā & tempus originis & parentū fratrumq; ac præceptorū noīa & studia & peregrinatiōes & patrimonij modum: deniq; tanti uiri opinionel celebres ac famosas: de deo: de Ideis: de mundo: de anima: de natura: de tempore: de stellis erraticis: de animalibus: de prouidētia: de fato: de dæmonibus: de fortuna: de partibus animæ & corpore singulari domicilio: de sensibus: de figura corporis humani ac dispositione membrorum: de diuisione bonoꝝ: de uirtutibus: de triplici uirtute ingenioꝝ: de tribus causis appetendorū bonorum: de uoluptate: de labore: de amicitia inimicitiaq;: de turpi amore: de tribus amoribus: de speciebus culpabiliū hominū: de statu & moribus atq; exitu sapientis: de ciuitatibus: de republica: deq; eius institutione legibusq; optimis: De his inquā omnibus succincta breuitate cōspiciū nec iamœnū cognitu reperiet tractatū: De initio quidem mundi idem sibi qdē nostris: cuius contrarium successori eius Aristoteli uisum est: mundū non cœpisse: ut testat Cicero in primo Tusculanarū questionū libro: Licet Apuleius in hac eū opinione uariantem dicat. Cæterum tamen si ab initio huius operis decreuissim: ne quid aliunde q̄ ex secularibus litteris sumptum interfererē: siue ignorantia aliarum mihi consci⁹: siue ideo ne res distantissimas importuna permixtione confunderem: tamen cum ad hunc tantum philosophiæ antistitem tamq; religioni nostræ consentaneū uentum foret: temperare mihi non potui quo min⁹ præfixam stilo metham parumper excederem: idq; ab ipso recognoscerē: qdē nō modo noster sed sequeces etiā sui memoriæ pdiderūt. Igit̄ aduētū suo in ægyptū quē supra retuli: præ astrologiā: prophetarū quoq; rit⁹ ac doctrinā didicisse Platonē fama ē. Qd̄ & ipse Apulei⁹ uitæ actūq; singulos eius diligētissim⁹ scrutator asserit: Et

gloriosus pater Augustin<sup>9</sup> in libris q̄s de christiana doctrina ædidit: curiosius exeq̄. Nar-  
 rat enī fuisse suis t̄pib<sup>9</sup> hæreticos q̄ dixerāt saluatorē nostr̄: non propriā sed platoniam ha-  
 buisse doctrinam: ex ratione temporis blasphemiam colorantes: q̄ prius Platonis philo-  
 sophiam q̄ Christi euangeliū esse cōstaret. Quæ calumnia per sanctissimæ memoriæ Am-  
 brosium Mediolanensem episcopum ita conuicta est: ut ostenderetur Platonem poti<sup>9</sup> quæ  
 uera sensisset: non quidem ex ore saluatoris quem uidere non potuit: sed ab ipsius præconi-  
 bus lōge ante præmissis accepisse. Si quidē quo tempore in ægyptum uenit: seu sorte seu di-  
 uinitus: illic inuenisse Hieremiam: a quo propheticum suscepisset arcanum: quod (ut dixi)  
 successor eius Apuleius quīs multo breuius nec expresso Hieremiæ nomine consensit: Idē  
 tamen Augustinus in alijs postmodum libris in quibus ciuitatem dei ædificat: & aduersa-  
 riam subuertit: in hanc ipsam historiam reuersus: excussa diligentius annorum serie com-  
 perit q̄ de Hieremia scripserat non fuisse possibile: quia Hieremias scilicet centum ānis an-  
 te Platonis originem prophetasset. Addit & aliam impossibilitatē: Negat enim translationē  
 septuaginta interpretum ex hebræa in græcam linguam potuisse ad Platonis noticiam p̄-  
 uenire: quæ celebrata fuit regnante apud ægyptios Ptolemæo: & ut fieret insistente: annos  
 circiter sexaginta post Platonis mortem. In hac igitur difficultate perplexus Augustinus: p̄-  
 coniecturas egreditur: opinaturq̄ Platonem ut in sua doctrina tantam seruet cum catholi-  
 ca ueritate concordiam: seu ueterum forte quibusdam libris edoctum: seu potius iuxta il-  
 lud apostolicū: Quia q̄d notū est dei: manifestum est in illis: deus enim manifestauit illis:  
 & quæ sequuntur: seu (i quod magis inclināt & multis indicijs impellitur) ut quodāmodo  
 pro ueritate consentiat: q̄a sc̄z ille uir acutissimi & ad discendū insatiabilis ingenij: sicut in  
 ægyptias: sic & in hebræas litteras alicuius interpretis colloquio penetrarit. Vndecunq̄  
 sane hæc tam ueritatis amica philosophia manauerit: quā dei donū fuisse nemo dubitat:  
 q̄ta sit inter illius opinionis & christianorū fidem paritas: qui scire uolet: legat ipsius Augu-  
 stini Cōfessionū librum septimū: ubi reperiet in omnib<sup>9</sup> fere quæ de uerbo dei dicunt a no-  
 stris: Platonem consentire: præterq̄ in susceptione humanæ carnis: ubi non cōtradixit ille  
 sed siluit. Hinc est q̄d in eisdem Cōfessionū libris scriptum est: Cæterum philosophorū scri-  
 pta plena fallaciæ & deceptionū sc̄d m elementa huius mundi quod ait apostolus: In Pla-  
 tonicis autem modis omnibus prædicari deum & eius uerbum. Sed ego uideo q̄ cupide  
 in idem quod mihi contingere meditabar incubuerim: deinceps igitur in perpetuū cohi-  
 bebo: finis quidem uitæ quia studios<sup>9</sup> Platonis fidelissim<sup>9</sup> testis erit: non est prætermitten-  
 dus: sub capite morientis Stephanionis numeros constat inuentos: ut non min<sup>9</sup> uere de hoc  
 q̄ de carne Adæ dici possit: q̄ unus fuerit & philosophādi finis & uiuēdi: Obijt annis æta-  
 tis uno & octogita exactis (mira res dictu) ipso suo natali die: Q̄obrem ut in epistola qua-  
 dam meminit Anne<sup>9</sup> Seneca: Magi qui tunc forte Athenis erant: immolauerūt defuncto:  
 amplioris fuisse sortis q̄ humanæ rati: quia cōsummasset perfectissimū numerū: quem no-  
 uem nonies multiplicata componūt.

## De studio Aristotelis:

## Ca. XV.

**U**T apud Aristotelem minus temporis exigam: causa est mora longa: q̄ apud præce-  
 ptorem traxi. Accedit q̄ quacunq̄ ferme de ipsius laudibus dici possunt: iam uul-  
 go & scholasticis omnibus nota sunt. Sed quoniam illustria nomina recensentē tan-  
 tam uiri doctrinam siluisse nefas est: quid aliud de ipso dicam q̄ q̄d Macrobius: Hic uir  
 tantus nihil mihi uidetur ignorare potuisse accepimus a græcis: Hodie etiam apud eos  
 Platonem propter ingenij singularem quandam altitudinem diuinum: Aristotelem uero  
 propter scientiæ ubertatem dæmoniū dici. Innumerabilia de hoc extunc magnorum ui-  
 rorum testimonia sed res tam clara ut teste non egeat. Itaq̄ non sum multus in conquiren-  
 do quid a singulis in hui<sup>9</sup> gloriā conferat. Marcus Cicero cū summo ingenio scientiæq̄ co-  
 pia prædictum dixisset de eodem loquens: Aristoteles inquit longe omnibus (Platonē sem-  
 per excipio) præstans & ingenio & diligentia. Eandem sententiā ferre uidetur Augustinus  
 ubi in ipsis libris de Ciuitate dei: post memoratū proxime supra sermonē habitum de Pla-  
 tone sic adiecit: Aristoteles Platonis discipulus: uir excellētis ingenij & eloquij: Platoni qui-  
 dem impar: sed multos facile superans. At si cōmentatorem eius Auerroim audire uelim<sup>9</sup>:  
 iuratus testis ubi res exigat firmabit: naturam in hoc uiro fecisse potētiae extremū: compa-  
 rantemq̄ sibi quempiam ridebit: Ego utrosq̄ audiens silebo: & si loqui cogar: dicam illud  
 pastorium carmen: Non nostrum inter uos tantas componere lites.

## De studio Socratis: Ca. XVI.

**D**euertit ordinem temporū maiestas rerum. Primus omnium Socrates humanā doctrinam singulari studio complexus: philosophiā usq; ad eum diem circa stellarum cursus & cœli dimensiones uarijs ambagibus hāsitantē in terras attraxit: & in urbibus atq; intimis mortaliū prœcordijs propagauit: Incipiens de animorū morbis ac motibus remedijsq; & uirtutibus tractare: moralis primus artifex (ut ait Valerius) uitæ magister optimus.

## De studio Demosthenis: Ca. XVII.

**S**ed ubi Demosthenem relinquo: quo nemo unq; laboriosius: nemo per plures obluçantis naturæ difficultates in altū reptauit: Perplexitatē linguæ: exilitatem uocis: fragilitatē laterum: & impotentes arterias adiecerat ei fors nascendi: una ex aduerso studij assiduitas fregit hæc omnia: oris torporem: sæpe qđ exprimere nequibat: iterādo discussit: operosa exercitatione uocis ac laterum remedium aduenit: ut in quibus maxime sibi displicuerat: in eisdem postea aures auditorū singulari demulceret. Plurimos uersus uno spiritu per montem oppositum impigreq; gradiens reddebat. At ne in contionibus fori murmur ac dissonum uulgus horresceret: iuxta procellosum pelagus undis obstrepentibus plenoq; interdum lapillis ore perorabat: ut inde digresso & talibus impedimentis libero nil difficile uideretur. Eleganter itaq; Valerius habuisse hunc cum rerum natura certamen dicit: sed uictoriam retulisse. Quorsum uero tantis laboribus: Si me interrogas: ad summū eloquentiæ fastigiū: qđ non segnus apud suos: q̄ apud nos Marcus Tullius apprehendit ac possidet. Et iste quidem tenax propositi: atq; amantissimus litterarum: sequens uero etiam amentissimus uidetur.

## De studio Democriti: Ca. XVIII.

**D**emocritus imoderato studiorum impetu euectus: existimansq; imprimis magnamolientibus onerosam diuitiarū sarcinam: reseruata sibi ad necessarios usus modica parte patrimonij: residuū patriæ suæ dono dedit. Qđ ne quis exiguum putet: tantas fuisse opes: ut patri eius laus impensa fuerit: Persarum regem cum illo immenso exercitu mille milium armatorū habuisse conuiuam. Sic iam leuior expeditiorq; profectus Athenas ad studioꝝ fontem: assiduo disciplinarū haustu discendi sitim compescuit: Minus hoc mirum facit charior abiecta sarcina. Siquidem ratus idem uarias imagines quæ per oculos corporeos in animam irrumpunt: cogitationis acumen obtundere: ut huiusmodi phantasmatis aditum obstrueret: oculos sibi passus est erui: Hæcq; in historijs Græcorū contineri auctor est Aulus Gellius. Apud Ciceronem quidem ita scriptum ē: Democritus luminibus amissis: alba scilicet & atra discernere nō poterat: at uero bona: mala: æqua: iniuqua: honesta: turpia: utilia: inutilia: parua: magna poterat sine uarietate colorum: licebat uiuere beate: sine notione rerum non licebat: Atq; hic uix impediri aciem conspectu oculorum arbitrabat. Et cum alij sæpe quod ante pedes esset non uiderent: ille infirmitatem omnē peragrabat: ut nulla extremitate consisteret. Hæc ille. Mihi uero cui minus est animi in inuestigatione quidem ueritatis: cuius desiderio Democritus ardebat: ad excitandum animum non leue calcar habere uidetur oculi: quoniam si philosophandi principium fuit admirari: unde oro crebrius atq; profundius q̄ per oculos admiratio in animū descendit: Quæ obrem flagrans huius propositū miror: sed inane consilium obstupesco.

## De studio Carneadis: Ca. XIX.

**C**arneades non segnus sed aliquāto modestius: Neq; enī sensus sibi corporeos abscidit: sed eorum usum rationis imperio subiecit. Tanta quidem intentione ferebat ad id quod mēte conceperat: ut quocunq; se uoluerit totus illic esset. Deniq; ad mensam sedens: non cibum potumq; sumere: non sumptum ad os ferre meminisset: nisi Mellissa quædam quæ sibi pro coniuge seruiabat: apprehensam leuiter dexteram: ad obsequium neglecti corporis retulisset. In hoc profecto uerificatum est qđ philosophis placet: docto uiro cogitare esse uiuere. Sic enim uixit quasi cogitationibus aleretur. Idem disputaturus cum Chrysippo: hellebori haustu sese ante purgabat: & aduersus acutissimū hominē suū acuebat ingenium. Inter has curas octogintanouem ætatis annos nusq; interrupto studio trāsegit. Hic est ille Carneades quem graues & indecisas Peripateticorū & Stoicorum lites: honorarij more arbitri diffinire solitum: auctor est Cicero.

## De studio Chryssippi.

Ca. XX.

**N**on differam Chryssippū: qui disputator an illa queator eximius: octogīta uitæ suæ annos ita partit<sup>9</sup> est: ut plus dimidio in unius ingentis uoluminis studiū impenderet: nec residui temporis momentū perire passus. Itaq; tam multa scripta ædedit: ut ad eorū cognitionē cōmunis hominū uita nō sufficiat. Studiū laudo: Subtilitatē hominis laudarem: nisi occurreret qđ apud Senecam inueni: Chryssippi acūmē inquit in seipso frāgitur: qđ de uno dictum: innumerabiles tangit.

## De studio Cleantis:

Ca. XXI.

**H**uius: ut Ciceroni placet: magister: ut uult Valeri<sup>9</sup>: discipulus Cleantes: & studiosior & uiuacior fuit: ut ad nonū & nonagesimū annū docendo discendoq; perueniret: Et diebus quidem agitatione mentis aduersus ignorantia: noctibus uero aduersus paupertatē corporis labore pugnauerit: duas res difficillimas uigilātissimo subterfugerit ingenio.

## De studio Isocratis:

Ca. XXII.

**P**ar ætas Isocratis: qđ assiduitate studij præseruatis ad extremū ingenij uirib<sup>9</sup>: quarto & nonagesimo ætatis anno librum scripsit iuuenilis roboris atq; animi testem. Ipse post quinquēto superuixit. Hic est ille græcus orator: de quo in Saturnalib<sup>9</sup>: qđ primū omnia uerba soluta & uaga sub numeros artauit: Qđ si sic accipim<sup>9</sup> ut carminis inuentorem æstimem<sup>9</sup>: ratiotempore obstabit. Constat enim: & Tullius in Rhetoricis testat: hunc & Aristotelem fuisse coætaneos: Et Aristotelem uero: iam Roma flore uisisse nō ambigitur. Rursus Homerū & Hesiodum græcorū poetarū: præclarissimos: ante conditam Romam fuisse: idem Tullius testis est. Inuentor ergo non carminū: sed numerorū fuit eorū quibus utuntur oratores: qđ ipse Marcus Tullius de Oratore diligēter exequit: docens & hoc serius inuentum: & ad id æmulatione poetarum fuisse peruentū qđ eos lætius qđ oratores audiri: sola numerorū suauitate perpenderāt. Atq; illud adiūgit: non fuisse Isocratē hui<sup>9</sup> inuenti principē: quippe eū Transmiatus & Gorgias præcesserūt: uterq; numerosior. Sed iccirco hui<sup>9</sup> rei titulū ad Isocratē puenisse: qđ in eius exercitio moderat<sup>9</sup> se gesserit: quando Gorgiam senem adolescens ipse castigauerit repertū in Thessalia: & huiusmodi numeros quos festiuitates appellabat intempestiui<sup>9</sup> abutentem.

## De studio Sophoclis:

Ca. XXIII.

**Q**uintum his adiciam studiosum senem Sophoclem: qui iuxta centesimū ætatis annū in extremo uitæ exitu Tragœdiam scripsit Edipoden. Qua sola (ut Valerius ait) omnium eiusdē studij poetarū præripere gloriā potuerit: sicut sepulchro eius insculptū gloriosū sed ueridicum epigramma testatur.

## De studio Diodori:

Ca. XXIII.

**D**iodorū quendam stoicum refert Cicero domi suæ cæcū multos annos uiuisse: sed post cæcitatem multo qđ prius diligentius philosophiæ operam dedisse: fidibus quoq; usū more Pythagoreo: & lectioni librorū: quo uno modo poterat alieni lumīnū auxilio: dies noscēsq; tribuisse: adhuc qđ uix absq; oculis possibile uidetur: & geometrica tractasse: iubentem discipulis unde & quo quāq; lineam duci uellet.

## De studio Solonis:

Ca. XXV.

**Q**uæ Solonem quem primū poni par fuerat: in extremū reijcimus: Sed in multis legis obseruatum: ut ætate & gloria priores ultimū teneant locum. Studium igitur Solonis ac doctrina: multis & magnis testibus constat. Siue enim operis effectus consulis: & illa nimirū toto orbe illustres Atheniensium leges: hunc auctiorem recognoscūt: Siue ipsiusmet testimoniū expectas: & ipse quidem de se loquēs ait: Se quotidie discentem aliquid senescere: Siue famam publicam percontaris: & hæc tibi inter illos primos sapientia professoris præfert haud dubie Solonem: Siue summi philosophi auctoritatē maui & in Platonis Timæo Solonem e numero septem sapientū primarium inuenies: Siue uitæ finem interrogas: qui de actibus humanis incorruptissim<sup>9</sup> testis est: Ille te docebit quant<sup>9</sup> in eo pectore uigisset studioꝝ ardor: quem nec senescētis corporis ruina: nec gelidæ mortis uicinitas possit extinguere. Nō habuit ad studium prætaxatas horas: semp in exercitio mētis erat. In hoc unum uiuebat ut disceret: nec discere potuit nisi dum uiuit: nec uiuere uoluit nisi dum disceret. Vtrunq; igitur pari fine conclusit. Si quidem (quod multi faciunt auctores) in illo supremo fugientis uitæ spiritu: cum inter assidentes sermo forte grauior esset ob-

A

B

ortus: ille sollicitus senex moribundum caput extulit: & opinatibus amicis: ipsum (quod tali statu multis accidit) & inusitatum corporis motum aculeo mortis urgeri: atq; ideo qd nam sensisset interrogantibus: Volo (inquit) hunc uestrum sermonem intelligere & mori. O dignam uocē: cui<sup>9</sup> auctori nulla mors noceat. Neq; solū prudētia cæterisq; laude dignis (ut est apud Platonē) præstitisse uideat Solon: sed etiā carminib<sup>9</sup>: q; si nō pfūctorie: sed dedita opa poetica exercitat<sup>9</sup> fuisset: nec impedimēto belloꝝ: ciuiliū quæ conceperat omisisset: forte nec miōr Homero fuisset: nec Hesiodo. Et hæc studioſo doctoꝝ: uetustat. exēpla sint.

## De studio Roberti regis Siciliae:

## Ca. XXVI.

**A** **S**ed qd posteritas dicet: Quib<sup>9</sup> piaculis in<sup>9</sup> pnepotū populos ignauia nostra purgabit<sup>9</sup>: Libidinis auariciaq; studiū incessit: ois pene mortalīū labor huc respicit. Si q; est q ad studia honestaq; artiū applicuisse uideat animū: is tñ q primū scholas ingrediē die: de pecuniaria mercede iā cogitat. Hos ergo nō tam studiosos q̄ mercenarios uoco: nihilq; plus eis q̄ pelagi aut telluris aratorib<sup>9</sup> tribuo: nisi q̄ illi man<sup>9</sup> & corpa: hi lin/guas & ingenīū uenales habēt: eo foediores q̄ pulchriore parte hoīs feruūt. Sed cur inuisis & nihil pfuturis imoror querelis: Cur nō poti<sup>9</sup> ueterib<sup>9</sup> refertā recentibusq; inanē & uacua memoriā extutor: Si qs usq; esset ad redimēdū ætatis nostræ pudorē satis efficax: & pu/to nec maiorū umbris: nec successoz; linguis ne insultēt: fortiorē clypeum opponi posse: Roberti Siciliae regis nomē. Is enī nō post labores studioꝝ: (qd de multis uidim<sup>9</sup>) in altiorē p/uenerat statū: sed in regia nat<sup>9</sup>: imo qdē: si dici fas ē: Rex anteq; nascereē: nō patre tm: sed tā paternis q̄ maternis auis & pauis ortus regib<sup>9</sup>: educatus in amplissima fortuna: tot prupit obstātia rex puer. Et ut simul cūcta cōplectar: nostro sæculo genitus: pcessu aut ætatis uariante fortuna: maximis periculis circūuent<sup>9</sup>: aliq̄ diu passus est carcerem: nec minis nec insultib<sup>9</sup>: nec blanditijs fortunæ: nec inertia tēporū a studijs abstrahi quiuit unq;: seu pacis seu belli negociū tractaret: seu curā corpis ageret: p diē & p noctem ambulās sedēsq; libros ppe se uoluit. Ois ei<sup>9</sup> de reb<sup>9</sup> altissimis sermo erat: Et qd de Casare Augusto diximus: hic multo minore & q̄si nulla prfus subsistēte materia diligētissime semp custodiuit: ut īgenia sæculi sui cōplectere benignitate regia: & inuētionē nouas recitantib<sup>9</sup>: nō tm patiētissim<sup>9</sup> auditor: sed plausor & humanissim<sup>9</sup> fautor assisteret. Hæc uita ei<sup>9</sup> usq; sub extremū fuit. Ni hil unq; puduit addiscere senē philosophū & regē: nil noctis quoq; cōmunicare piguit. Hoc intimū in ore habuit: discēdo docēdoq; sapientē fieri. Q̄to deniq; litterarū amore flagrauerit: uel una uox eius indicat: quā ego meis aurib<sup>9</sup> audiui. Dū enī die qdā multa colloquens ex me quaesisset: cur tam sero eū uisitassem: & ego (id qd erat) terræ marisq; pericula: nec nō & impedimēta fortunæ uaria: traxisse uotū meū dicerē: Incidit nescio quō francoꝝ regis mentio: interrogāte eo: unq; ne in illius aula fuisset: Respondi: nec unq; qdē me cogitasse de hac re: Subridēte eo: & rationē flagitāte: quia illiterato in quā regi inutilis: & insup onerosus esse nō placuit: dulcius mihi satis est cū paupertate mea foedus ratū seruare: q̄ tem/ptare regū limina: in qb<sup>9</sup> nec quemq; intelligere: nec itelligerē a quoq;. Tūc adiecit: audisse se q̄ primogenit<sup>9</sup> regis litterarū studiū nō negligeret. Cui ego: Idē me audisse respondi: uerū id patri molestū: & ferūt eum filij præceptores: p suis hostibus ducere. Qd an uerū sit: neq; nūc assero: neq; tūc asserui: sed ita famā loq; atq; id mihi omnē adeūdi cogitationē u<sup>9</sup> tenuē præcidisse narraui. Quo audito: ille generosus spirit<sup>9</sup> infremuit: & toto corpore cohorrui: & post aliquātulū silentij fixis in terrā oculis: & ut frons testabat non sine magna indignatione trāfacta: Singula enī ac si præ oculis haberē teneo: caput extulit & ait mihi: Sic ē uita hominū: sic sunt iudicia & studia & uolūtates uariæ. At ego (inquit) iuro: dulciores & multo chariores mihi litteras esse q̄ regnū. Et si alterutro carendū sit: æq̄nīm<sup>9</sup> me diademate q̄ litteris cariturū. O uox uere philosophica: & omniū studioſoz; hominū ueneratione dignissima: Quātū mihi placuisti: quātū studijs calcar addidisti: & q̄ pfunde & q̄ tenaciter meis præcordijs inhaesisti. Et de studio qdem regis hæten<sup>9</sup>. Quid loquar de doctrina: Certe qui uel odio uel obtrectādi cōsuetudine multa uirtutib<sup>9</sup> detrahūt: sciētia sibi titulū non inuident. Sacrarum scripturarum peritissimus: philosophiæ charissimus alumnus: orator egregi<sup>9</sup>: incredibili physicae noticia: poetriam non nisi summatim attigit: cuius ut sæpe dicentē audiui in senectute poenituit. Nō inuenio suscepi sermonis exitū: nisi aliqd de me ipse glories. Venerā Neapolim clarissimis famæ uocib<sup>9</sup> expreç<sup>9</sup>: & illud unicū sæculi nostri miraculū uisur<sup>9</sup>. Lat<sup>9</sup> fuit aduentu meo: ut q; de me grande magis q̄ uerū aliqd audiuisset. In longū eam si singula psequar: Visum est mihi tandē lauream poeticā quā a teneris ānis op/

tatterā sibi potissimū debere: Neq̄ enī ante clariorē tam insueti muneris auctorē uidebar habitur⁹: Quā cū sibi narraſsem: regi⁹ ille anim⁹ ut q̄ nullā nisi ī altis & gloriosis actib⁹ uoluptatē caperet: gaudiū suū cū uerbis humanissimis cū sydereā frontis serenitate testat⁹ est. Catey: ut ipse exeam: ubi paruitati meae altissimū illud igeniū cōdescēdit: cū quādā de arte poetica ac de pposito & differētis poetay: deq̄ ipsi⁹ laureā p̄rietatib⁹ dixissē: aures eius aiāq̄ tangētia: multis audiētib⁹ hęc mihi tribuere dignat⁹: ut assereret non paruam t̄pis sui partē poeticis studijs impensurē se fuisse: si quā ex me audierat ab ineunte etate cognouisset. Ego aut̄ primū uidere incipio cōtigisse mihi qd̄ semp̄ cogitauī: ut sensim longiq̄ ferar q̄tiens p̄dulcis cōmemoratio incidere illi⁹ animā: quā ut cœlū quoq̄ decoraret sibi q̄dem etate optima: mihi aut̄ regnisq̄ suis imature nimis hinc abijt. Multos forte p̄terea me plaudēte reby: scriptores alij memoratu dignos scriptis suis inserēt: Ego q̄dem et̄ incomitatu nō debere regem esse sciam: tamē qd̄ dolens indignāsq̄ p̄titeor etate ac idoneū sibi comitē nō inueni. Nūc qm̄ inter uirtutū p̄ludia satis hāsisse mihi uideor: desiderū lectoris diutius nō trahā: sed huic primo libro uelut q̄dam toti⁹ opis uestibulo methā statuens: inter ipsas uirtutes sacrū & neglectū hoib⁹ habitātes domiciliū ingrediar: nō eq̄dem ut incola: sed ut pegrinus obstupēs paucorū gloria: quos reby gestarum meritis limen illud traſiuisse uideo.

## Francisci Petrarchæ Poetæ Oratorisq̄ Clarissimi: Rerum Memorandarum: Liber secundus Incipit.

Tractatus primus est de Memoria prima parte primæ uirtutis scilicet Prudentiæ: quæ in p̄teritorū cognitione sita est.

### De diffinitione Prudentiæ secūdū Tullium: & eius diuisione: Ca. I.

**I**ngrediēti mihi qd̄ reuerentē uelut religiosi cuiuspiā tēpli fores: primogenita sororū occurrit ī limine. Ea est prudentia: quæ nihil ē aliud (ut a Marco Tullio diffinit⁹) nisi reby bonay & malarū scia: Sine q̄ (ut philosophis placet) ne dicā haberi: sed ne intelligi penit⁹ ulla uirt⁹ pōt. Hęc possēt minuti⁹: sed trifariam breuissima partitōde deducit ī p̄teritorū memoriā: p̄sentiū intelligētā & p̄uidentiā futuroy. Et qm̄ p̄ partes cōmodissime oīs tractat⁹ absoluit⁹: A memoria qd̄ simulq̄ cum uirtutum prima:

ab homine quodam ingenti principe initiū repetendū est.

### De memoria Iulij Cæsaris: Ca. II.

**D**uo Iulio Cæsari: hoc ip̄mis etiā ab hostib⁹ datū scio: ut memoria polleret eximia: de q̄ Marcus Tullius ait: q̄ nihil soleret p̄ter iurias obliuisci. Et legere simp̄ & scribere & audire & dictare solit⁹ tradit⁹. Epistolā de reb⁹ maximis q̄ternal dictabat alij: ipse manu p̄pria q̄ntā scribēs: ac si calamū eximeres septenas parit dictabat. Quæ qd̄ uelocitas: an uolubilitas p̄mptissimi ingenij: an amplissimæ firmitas memoriæ dici mereret: incertus sum. Sigd̄ celeritas ingenij: tenacitas memoriæ laus ē. Qd̄ libet ei nomē imposueris: magna res imprimis & mirifica: tam facile singulis adesse: tam fidelit̄ omniū meminisse.

### De memoria Quinti Fabij Maximi: Ca. III.

**N**ec sum nesci⁹ hui⁹ quoq̄ rei singularē Quinto Fabio Maximo laudē contigisse. Inter multa nimis: quæ ipsi⁹ uiri gloriā extollūt: hoc nō in ultimis posuerim: q̄ ingenti q̄dā fuit nōtia uetustatis ac memoria: de q̄ est apud Ciceronē: q̄ oīa nō domestica solū: sed etiā externa bella memoriæ terebat. Itaq̄ mime miror qd̄ bello punico secūdo: cui p̄cellē iam grāda u⁹ interfuit: dicta ei⁹ cōsiliaq̄: tū in populo: tū in primores pat̄y p̄ oraculis habebant. Vere enī mihi uideor dictur⁹: q̄ multa trāfacti temporis meminerūt: nisi obtuso nimis crassoq̄ sint ingenio: fore quodāmodo futuroy uates.

### De memoria Lucij Luculli & Hortensij: Ca. IIII.

**S**ed cū duplex memoria sit: Vna reby: uerborū altera: Primā qualē in Fabio modo retuli: talē in Lucio Lucullo: amplissimo & Impatore simul & philosopho admirabilē cōperio uiguisse. Secūdā habuisse uideō Hortēsi⁹. Vtriusq̄ testis ē Cicero cōtane⁹ amboꝝ

### De memoria Lucij Scipionis: Ca. V.

**E**x omnibus aut̄ gentib⁹ ac sæculis: nullū in hac re facile p̄tulerim Lucio Scipioni: si modo uerū est qd̄ tradūt ipsū populo etiā Romano noīa reddidisse. Mira & speciosa capacitas: ubi tam multa & tam uaria noīa locū inuenissent. Res qd̄ pene incredibilis:

nifi eam multis inter quos Plinius ſecūduſ: p̄prio teſtimonio cōfirmaffent.

De memoria Annei Senecæ: Ca. VI.

**U**T aut Romanos externosq; cōueniēs & extrema participās iūctura cōglutinet: Lucius Anneus Seneca: Cordubensis originis: sed Romana uirtutis: hāc diuinam sibi memoriæ ubertatē usq; ad miraculū cōtigisse testat: Nec credibile est tantū uir: falso quicq; gloriari. At enī se duo milia nominū recitata: eodē ordine reddidisse: & ducentorū atq; amplius discipulorū totidē uersiculos: cū singuli singulos dixissent: ordine retrogrado recitasse. Nec inferior laus illa quæ sequit̄. Addit enī eam sibi memoriā fuisse: nō ad cōplectendū ea quæ audierat: sed ad cōtinendū quoq;: Quorū alter ex agilitate cōsequendi facultatē dimittēdi: alter ex retinēdi diuturne: capiēdi segnicie annexā habere consueuit.

De memoria Latronis Portij: Ca. VII.

**L**atronis Portij memoriā: mori uetat Seneca: perierat nisi ille scriptis eā suis commendasset. Tantū uni clari māsuricq; nois fidelis ualet amicitia: quæ amicū morti eripit secūq; ppetuat. Inē multa nimirū quæ de Latrone suo dulciter familiarit̄q; cōmemorat: memoriā illi & natura ualidā: & artificio munitā tribuit: & capacē simul & tenacem. Itaq; nec quæ scripserat lectitabat: satis erat scripsisse: cū idipsū celerrime faceret: in trāscursu didicerat: nec quæ semel hāserāt: auelli poterāt. Memorit̄ quæcūq; dixerat seruabat. Quæ memoriæ foelicitate fræt: librorū auxilio nō ægebat scribere: sed i aīo gloriabat̄. Et quæ illic scripserat: sic i expedito habebat: ut nec i uerbi qdē ulli unq; recordatiōe laberet: quasi libz sub oculis habens loquebat̄. Proponebat cuiuspiam ducis nomen: tanta inerat historiarū memoria: gesta illius celeriter & ex tempore narrabat: Non ceu pridem cognita depromeret: sed uelut modo scripta perlegeret. Et hūc quidem Latroni: iuxta Senecam suum locū: ut debuit: & utriq; pfecto gratum reddidi.

De memoria cuiusdam innominati: Ca. VIII.

**I**bidem alterius memoriæ miraculū retulit: Nomen eius tacens: scilicet qui poema recens ab ipso qui illud ædiderat auditū: tam celeriter arripuit: ut mox suū esse cōtenderet. Argumentū satis uiolentū afferēs: q; ipse memoriter id redderet: qd̄ recitator primus & uerus auctor carminis nequiret: Præceps qdem famæ cupiditas: sed inter raras naturæ doctes: miranda uis memoriæ.

De memoria Themistoclis: Ca. IX.

**A**B occasu ad orientē uerso: Primus omnium græciæ gētis Themistocles occurrit: q; inter grauissimas occupatiōes publicas priuataſq;: cunctorū conciuū suorū noīa (& erat Athenis natus) in memoria tenebat. Stupidum negociū: nisi Lucij Scipionis mentio præcessisset. Idē indigno exilio coactus: cū ad Xerxem Persarū regē se cōferre decreuisset: breui t̄pis spacio Persicū prius idioma p̄didicit: ne qd in primo colloquio pegrinū: aures regis offenderet. Itaq; min⁹ miror tātis naturæ præditū munerib⁹: artificiosam memoriā contempsisse. Quæ cū in græcia repta: apud nos hodie uulgata ē. Quā cuidam eius artificij perito sibi promittenti: respōdit: malle se obliuiscendi artē discere: Visa qdem auditq; oīa memoriæ adhærebāt: & iccirco nō tam nouis sarcinis urgere: q̄ turba rerū innumerabiliū prægrauatū pectus exonerare cupiebat.

De memoria Cyneæ: Ca. X.

**C**Yneas quoq; clarissimā hui⁹ excellētiae gloriā cōsecutus est: q; legatus a Pyrrho Romam missus: postero q̄ urbē ingressus erat die: homo aduētici⁹ & alienigena uniuersum senatū p̄prijs noib⁹ salutauit: Sūt q; equestre ordinē: sūt q; urbanā plebē senatui circūfusam adiiciāt: operosus saluator ac diligēs: etsi ob aliud non uenisset.

De memoria Cyri Persarum regis: Ca. XI.

**C**Yrus Persarū rex: etsi maximis exercitib⁹ præisset: omnium t̄n militū noīa meminerat. Mithridates uero duarū & uiginti (ut notiores qui de illustrib⁹ historici loquunt̄: ut Aulus Gellius: qnq; & uiginti: ut aut Plinius: qnq; ginta) gentiū quæ sub imperio ei⁹ erāt diuersas linguas nouerat: & ut iura cuiuslibet patrio sermōe redderet: & i cōt̄dib⁹: singulaz nationū in̄pretē nō req̄reret. Quæ res & illū militib⁹: & hūc populis suis acceptissimū fecit.

De memoria Carneadis: Ca. XII.

**E**Xtremū mihi nūc: sed nullū præcedētium iferi⁹ memoriæ mōstrz differēdū ē. Carneades qdē (ut aiūt) i græcia quæ q̄ e bibliothecā uoluit educeret: i morē legētis memoriē reddebat.

Huic uero dici potest: superuacuos codices fuisse. Hic pfecto non scribebat in animo tantū sed sculpebat. Tempus est & p̄sentia memorandi.

De memoria cuiusdam amici sui innominati: Ca. XIII.

**A** Micus quidam meus: ab adolescentia ad hanc ætatem: tam multis & domus & patriæ laborib⁹ periculisq; iactatus est: ut ociosum ferme nullū tempus inuenerit: quo nihil huic de qua loqmur facultati potest esse funesti⁹: Vaga enī mens multa complectitur: pauca stringit. Cæterū huic inter uarias & innumerabiles ac discerpētes animum curas: inexhaustam quandā memoriā militarē insitam aīaduerti: quæ crebro in horrorem compulsi cogitantē. Q̄to uberior fuisset: si eam sibi (quod studiosi hoīes solent) circūuallare & fulcire quotidiana lectiōe licuisset: Vidisse semel uel audiuisse satis est: nunq̄ obliuiscitur. Nec res modo meminit: sed uerba: tempus & locū: ubi quid primū acceperit. Sæpe totos dies aut longas noctes colloquēdo transegit⁹: audiēdi nanq; cupidior nemo est: post annos uero suborta earundē rerum mentione: si quid forte plus minus uel aliter dixisset: submissa uoce confestim admonebat: hoc me aut illud uerbū mutare. Admirantiq; & unde nosceret percūctanti: non solū tempus quo id ex me audiuisse: sed sub cuius illicis umbraculo: ad cuius undā fluminis: in cuius maris littore: cuius montis in uertice (longinqs enī secū oras circūiui) me singula recognoscente memorabat: Iterū & iterū expertus fateor ad loquendū illo p̄sente q̄ uel cautior certe uel tardior fact⁹ sum. Et hæc quidem memoria sub armis: at sequens sub amictū religionis inter libros habitat.

De memoria Clementis papæ: Ca. XIII.

**A** Clemens sextus: egregius nūc Romulei gregis pastor: tam potentis & iuictæ memoriæ traditur: ut quicquid uel semel legerit: obliuisci etiā si cupiat non possit. Hoc sibi & studioꝝ nutrix alma Pariseos: & orbis uniuersus tribuit. Ego enī & si sæpe ante pedes eius fuerim: tamen de hac re nihil præter famā habeo: cui facilius accedo: recolens id sibi non nouiter tributū: sed ante diu q̄ hoc fortunæ culmen ascenderet. In q̄ euecti: circumstrepentib⁹ adulantū turbis: ueræ laudis iudiciū amiserūt. Illud addidit miraculo: hanc tantam sibi memoriā: magno quondā capitis ictu (cuius adhuc testis ætas extat) ingens supermo uertice cicatrix puenisse. Memorabilis casus si modo uerus: Hoc enī habet inē multa clarorū admiratio uiam fabulis aperire solet. Sed si ita est: cōpensent hoc tam fœlicis uulnere illorū casus duriores: de quib⁹ est apud Pliniū: Quorū alter ictu lapidis litterarū omnium: alter præcipiti casu matris & affiniū & p̄pinq; tertius autē morbo seruoꝝ suorū: quartus etiā proprij noīs oblitus est. Hæc sunt exēpla memoriæ: de qua p̄fundius loq̄ difficile: & alterius t̄pis op⁹. Sicut enī nulla copiosior aut ditior ē animi supellex: sic nulla fragilior: nulla fugacior. Hinc est q̄ prima omnium senescit: Cuius rei non solū Seneca: sed experientia est testis: Et plusculū indigens reparatiōe: opis indiget: & casibus ac morbis pluribus exposita est: quin & ipso ualitudinis uiuēte flore: uel curis acerbis: uel somno graui: uel p̄urbatione ridicula. Deniq; leuissimis & innumerabilib⁹ ex causis ita repēte nōnunq; animū destituit: ut attonitus rerū omnium ignarus & loci & temporis: & non absentū modo sed astantiū. Postremo suimet obliuione cæcissima confundat: nisi cōfestim reuolet ipsa quæ fugerat. Deinceps ad secundam primæ uirtutis partē transeam⁹.

Tractatus secundus est de Intelligētia secunda parte primæ uirtutis scilicet prudentiæ: quæ sita est in p̄sentiū cognitione.

De substinctiōe ipsius intelligētiæ: & ordine quo auctor intēdat agere: Ca. I.

**A** Intelligētia in rerū p̄sentiū cognitione sita est. Hanc uisum est nobis subdistinguere. Est quoddā genus hominū percipiēdis litteris potissimū: quos usitato noīe ingeniosos appellam⁹: quibus in actib⁹ humanis hebetiore sint interdū mentis acie: Alij ex diuerso ad res gerēdas acutissimi: perceptioni litterarū inhabiles habent: quos quisq; uel sagaces uel cautos uel sollertes dixerit: puto nec a uero nec a cōmuni hominū sermone deuiauerit: Quibus magna pars conuenit eorum: quæ græco uocabulo stratagemata appellāt: ubi scilicet ī republica pro qualitate uogocij: p̄santis subito capiē consiliū. Est autē cum in longinquū tempus consilij effect⁹ extendit: ubi locū sibi uendicat prudentia: quæ tertia prudētiæ pars est: per quā nō tam p̄sēntia: q̄ ex p̄sentiū siue præteritorū collatione futura noscunt. In his enī: nisi fallor: omnis prudentia uersat. Has igit partes exequar hoc ordine: ut agā primo de ingenio: cui eloquē

tiam adiungā: quæ est magna pars eius: ubi facietias quoq; & illustres uerborū iocos dictos ex tempore in unū colligā: qđ ille maxime dulcis eloquētia fructus uideat: auresq; fatigatas mulcēt: & mœstū animū exhilarās: & qui si locū & tempus obseruauerit: conciliat audientū fauorem: opinione quadā agilis & iucūda prudētia. Hinc de sollertia quæ opatiōes aut uerba hominū concernit expediā. Et licet non ignorē sapientiā quiddā maius ac sublimius importare: qđ qđ uel prudentiæ uel cuiusq; uirtutis contineat angustijs: quia tamen rerū floridiora carpenti: prætereūda hui⁹ mentio nō fuerat: nec alibi oportuni⁹ poterā: hoc loco sapiētia exempla quæ clariora uidebunt interserā. Post hæc prudentiā ipsam in proprijs finib⁹ locabo: hoc est non ut ex rebus bellicis sed ex ipsa hominū uita & ex cōmuni rerum agibiliū aceruo pferant exēpla: ubi pmixtum & de cōiecturis agam: mox de oraculis: de somnijs: de ominib⁹: de portentis: qđ hæc quoq; in anteriora pspiciāt qđ breuissime perstringā. Nouissime stratagematicū tractatū: partim secūdā: partim tertiā prudentiæ uim in armis necessariā repræsentantē adijciam: quæ copiosa & ampla est materia & necessario i plures pticulas secāda. Quippe cū de unaq; nō tantū apud græcos sed etiā apud nrōs: integri sint cūctorū libri: & qđ scđm pmissionis ordinē: de ingenio pri⁹ est agendū: præfari libet: quæcūq; fere studiosorū noīa collegi: eadem & ingeniosorū esse hominū. Sed repetitionem mīme necessariā effugiens: quorundam hic noīa congrā: quorū non tam studiū qđ ingenium nobilitatū est. Ad hæc non nudi & incompti: sed eloquētia uestiti ingenij exempla præfens habebit locus.

## De ingenio &amp; eloquentia Virgilij:

Ca. II.

**I**nter ingenia latinorū: si mihi iudicij locus & libertas non eripiē: nescio quē Virgilio prætulerim. In quo si sic intelligat: ut anim⁹ meus fert: puto quisq; operū eius elegantiam: & in singulis uerbis lumen aliqđ sub nube poetica: ad hæc & sententiæ grauidā ueritatē: ac diuini stili artificij diligentē introspexerit: fatebit doctrina posse aliq; excellere: ingenio fortasse neminē. Nam de eloquētia quid aliud dicā: nisi qđ Macrobi⁹: qđ quattuor eloquētia generib⁹ collectis: de quib⁹ mox agam ego: unūqđ qđ genus suo separatim tribuit auctori: ueni Virgilio simul oīa dare nō timuit: Ceterū tam illustri hæc eloquētia: atq; hæc (ut ait Seneca) diuina facultas ingenij: oratione soluta Virgilium destituit. Quid enī potest i carminib⁹: nullū nescire arbitror: qđ uel semel Castalio de fōte gustauerit.

## De ingenio &amp; eloquentia Tullij Ciceronis:

Ca. III.

**E**d qđ ad summā spectat eloquentiā: cōsensus latinorū: omniū Marco Tullio: gratiorū uero Demostheni palmā defert. Ego autē dilato parū per Demosthene donec gratius inter suos colloceē: de Cicerone prius dicam: Quē latini eloquij principē sine dubitatione philosophis: oratoribus: historicis & poetis concorditē uisum est: qđ ipsū & catholici tractatores asserūt: & uulgo iam ita esse p̄uasum est uerū. Ne tamē (ut idem ipse Tullius ait in quodā loco) utar in re certa testibus non necessarijs: singulorū testimonijs prætermittis: ad ipsius eloquētia uim: paucorū sed illustriū & notissimorū effectū cōmemoratione demonstrandā p̄pero. Hæc est qđem: quæ fortissimis septū armis nihilq; non ausurū Catilinā: in armis exterruit: & de incendio urbis ac ciuiū sanguine cogitantē: trusit in exiliū. Quæ moenia Romana: quæ theatra: quæ templa: quæ arcē capitolij: quæ bonorū lares: quæ totū deniq; corpus impij: miserrimæ impendētiq; iam præripuit ruina. Quo merito prim⁹ omniū (ut testat Plini⁹) parens patriæ appellat⁹: prim⁹ in toga triumphū: linguæq; lauream meruit: faciūdiā litterarūq; latinorū parēs: omniū triūphorū laureā adept⁹: maiorē (ut idem ait) qđto plus est ingenij Romani terminos intantū pmouisse qđ imperij. Addidit etiā Cæsare dīctatorē: ipsi⁹ quondā Ciceronis hostē: de eo talia scripsisse: ex testis inimicitia testimonio fidē quærens. Hæc inquit ē illa facudia: quæ Verrem audacē hominem scelestūq; criminib⁹ suis oppressit: quæ ad ultimū Archiam præceptorē quondā suū in ciuitate retinuit: Et de tenui semente: uberrimā messē genti reddidit colono. Quæ cōtentiones agrarias frumētariasq; discussit: quæ Roscio scanici tumult⁹ reo ipunitatē quæsiuit: quæ mirabilē sæpe periclitantib⁹ de salute capitis ueniā impetrauit. Hæc eadē Deiothero Galaciæ regi: Ligario capitaliē accusato: sub hoste potētissimo iudiciū agente: uitā seruauit gratiāq; restituit. Heu qđ pauca de qđ multis enumero: Breuiter loquar: corda hominū in manib⁹ habuit: Regnū inter audiētes exercuit: quicqđ usq; eloquij per latinorū fuit alueos: ex hoc fonte p̄cessit. Vt tamē Virgili⁹ p̄saica: sic iste (ut est apud eundē Senecā) in

carminib<sup>9</sup> defecit. Duoq<sup>3</sup> Romanæ eloquētiæ parētes: hanc gloriā ita partiti ſūt: ut uterq<sup>3</sup> ſuis finibus cōtentus: aliena nō inuaderet. Hic lingua glorioſus: hic calamo: ſi tamē quiuis a poetiſ abſtineret. Sed o pietas: eloquiū illud tam multis ſalutiferū: auctori ſuo peſtilēs ac funeſtū fuit. Nempe cū aduerſus effrenatā libidinē Marci Antonij Triūviri plurima liberius dixiſſet ſcriptiſq<sup>3</sup> mandaiſſet: uulſu ei<sup>9</sup> occiſus: trūcata qua ſcriperat manu: capite q̄ illa dictauerat amputato: Qd̄ cū in roſtra reportatū eſſet: ad illud intuēdū nō minorē curſum populi lachrymātis fuiſſe legimus: q̄ ad audiendū eſſe cōſueuerat. Hæc oratoris morſ: at Philippica ipſa nō moriē: Id enī eſt libri nomē: ſed æternū uictura: grauiffimiſq<sup>3</sup> uulne- ribus reperiūtēs Antonij: & famā ei<sup>9</sup> interemit: & mortē Ciceronis ulciſciē. Cū hoc Ci- cerone Caluus orator p̄ eloquētiæ principatu longauū: ſed: ut Seneca teſta<sup>r</sup>: nequiſſimū habuit certamē. Locus admonet: ut ipſa Macrobij uerba ſubiūgā: ne quid de hoc pegrina- rū opinonū lectorem lateat. Quattuor enī q̄dem ſunt eloquētiæ genera: Copioſum & tor-rens: in q̄ Cicero dñat. Breue & circūſectū: in q̄ Saluſtius regnat. Siccū & aridū: qd̄ Fron-roni aſcribim<sup>9</sup>. Pingue & floridū: in q̄ Plinius ſecūduſ quondā: & nūc iterū inferior noſter Symmach<sup>9</sup> luxuriat. Hæc oīa apud unū Virgiliū inuenies: Hæc ille. Ad qd̄ firmādū p̄ba- tionē ex ipſiſ Virgilij uerbis elicit: Quas qm̄ longū eſt: in Saturnalibus qſq<sup>3</sup> inq̄ſitionis laborē nō recuſabit inueniet. Sane qd̄ de eloquētia Saluſtij dicit: ita tempandū eſt: ut ad hitorias referat t̄m: in q̄bus ſuo q̄dam corrupto acriq<sup>3</sup> & plane maſculo ſtulo utiſ. In cæte- ris enī qd̄ de Virgilio iam & Cicerone diximus: ſua ſibi non reſpondet eloquētia: Vt enī eſt apud eundem Senecā: orationes Saluſtij in honorē hitoriarū legunt. Et hæc q̄dem hæte- nus. Quibus ſi aſſentiri libet: i unaquaq<sup>3</sup> arte: q̄ driptitæ eloquētiæ designatos præſides ha- bemus. Et qd̄ uix cæteri in ſingulis: Virgiliū ſimul omnib<sup>9</sup> gloriante. Hanc uero diſtinctio- nem: & ſi colore nō careat: apud aliū non inueni: qn̄ i unū Ciceronē public<sup>9</sup> fauor inclinat.

D

De ingenio & eloquētia Iulij Caſaris: Ca. III.

**S**icre aut uelim: q̄ ſex ſimul eloquētiæ principes cōſtituerūt: quē Iulio Caſari locū dabūt: Cui<sup>9</sup> eloquentia militaris: ut eſt apud Suetoniū: aut æquū præſtantiffimo- rū gloriā aut exceſſit: Accuſator Dolabella: pluſq<sup>3</sup> militaris ſūmi oratoris officiū impleuit. In qua q̄dem accuſatōe: extorqueri ſibi cauſam optimā. L. Cottæ patrociniū quaſtus eſt: q̄ uerbo uim faciūdiæ p̄pria<sup>9</sup> expreſſit: ut Valerio uide<sup>r</sup>. Et nimirū uerbū extorquere hanc uim habet: ut reus ille: non facili & ad utrūlibet ſe habēte: ſed ex artiſſimo qd̄ indiffolubi- liq<sup>3</sup> laqueo: ubi caſareo eloq̄ uic<sup>9</sup> erat prærept<sup>9</sup> uideret. Poſt quā accuſationē: ut Suero- nius idem ait: haud dubie principib<sup>9</sup> patronis annumerat<sup>9</sup> eſt. Huic Marcus Tullius: & qd̄ magis miraberis ad Brutū ſcribens: clariffimū eloquētiæ testimoniū phibuit: negans ſe ui- dere cui Caſar cedere debeat: adiūgenſq<sup>3</sup> eū elegantē ſplendidāq<sup>3</sup> atq<sup>3</sup> magnificā & gene- roſam quodāmodo rationē dicēdi tenere. Et ad Corneliū nepotē de eodē ſcribēs: Quē inq<sup>3</sup> oratorē huic antepones: eorū q̄ nihil aliud egerūt: Quis ſententiſ aut acutior aut crebrior: Quis uerbis aut elegantior aut grauior: Pronūciaſſe dicit: ut Suetonius refert: uoce acuta: ardenti motu geſtuq<sup>3</sup> nō ſine uenūſtate. Huius eſt illud præceptū omnib<sup>9</sup> q̄ eloquētiæ ſtu- dent memorabile: in primo libro eius de analogia poſitū: ut ſcilicet inſrequens atq<sup>3</sup> inſolēs uerbū tanq<sup>3</sup> ſcopulū fugiam<sup>9</sup>. Enumerare poſſem q̄bus præliſ oratio eius ita militū ani- mos inſlāmauit: ut periculi oīs imemores: lati etiā & exultātes in ferrū ruerūt: q̄s ingentes exercit<sup>9</sup> ſeditiones uoce cōpreſſerit: q̄t armatorū milia ſolus & inermis oratione terruerit: uſq<sup>3</sup> adeo ut periculi oīs imemores: ad nutū porātis inuēti ſint & q̄ colla porrigerent & qui ferirēt: qui gemeret nemo: niſi & narratio longior & aliſ locis oportunior foret.

A

B

De ingenio & eloquentia Titij Liuij: Ca. V.

**Q**ua ſede præterea Titij Liuij locabūt: cui<sup>9</sup> eloquētiæ fama de ultimis mūdi regio- nib<sup>9</sup>: admirātes claros uiros Romā uſq<sup>3</sup> p̄duxit: Qd̄ & Plini<sup>9</sup> ſcribit: & poſt Hie- ronym<sup>9</sup> in principio Geneſeos: ne quis ignorare ualeat teſtat<sup>9</sup> eſt. Quāta fuit opis excellē- tia: ut p̄ tantū maris & terrarū ſpaciū: ad urbē orbis dñam: & domitis nationib<sup>9</sup> impantē: nō urgentē negotio: nō ob ipſius uidēdæ deſideriū: in ætate præfertim Caſaris Auguſti: ſed ob unū dūtaxat ei<sup>9</sup> incolā audiendū: cōcurſus illuſtriū fieret.

De ingenio & eloquentia Octauiani Auguſti: Ca. VI.

**C**aſaris Auguſti ingenij tam p̄mptū inuenio: ut uerſus ex tpe factos cū inſ amicos referret: interrogaretq<sup>3</sup> cui<sup>9</sup> poetæ uerſus extimarēt: nihil aliud reſpōderet: q̄ cuiuſ

cunq̄ forent esse optimos. Sed qđ ad hūc actū pertinet: puto nullum æquari posse Nasoni poeta: q̄ (ut est apud Senecā) hoc sæculū amatorijs non artib⁹ tantū sed sentētijs impleuit: De exūdanti qđem facultate carminū Ouidius ipse gloriaē nec mendaciē. Sed ad Augusti eloquētiā reuertor: Nō laboro inter eloquētiā principis ipsum collocare nisi q̄tū ad iocos & facetias: in q̄bus primū tenebat locū: Sed surripe famæ eius nolo: qđ clari sibi tribuerūt scriptores. Pronūciauit dulci & proprio qđam oris sono elegāti ac sobria usus eloquentia: sententias ineptas fugiēs: præcipueq̄ yborū inusitator: (ut ybo ipsius utar) fetorē horruit: Vnū in loquēdo studiū intelligi: & q̄ clarissime conceptū mentis exprimeret. Hinc & præpositionib⁹ & cōiunctionib⁹ abūdare: quibus incomptior sed plane luminosior resultat oratio: & intellectus res̄ expeditior. Ignota sectantes spreuit irrisitq̄ & castigauit: In suis hunc morē insaniā uocans ea loqui uel scribere quæ admiratiōis plusq̄ intelligētia alatura sint animis audientiū. Inhæserat sigdem: ut arbitror: paterno præcepto qđ pxime cum de Iulio Casare loquerer inserui.

**De ingenio & eloquentia Asini Pollionis: Ca. VII.**

**A** Sinius Pollio præmittendus nō uidet̄: quē ut apparet cuiusq̄ iudiciū: fore mediū iter duos eloquētissimos latinoꝝ: Marcū Tulliū & Titū Liliū: Seneca cōstituit. Ita nō ipernēdus auctor: neminē de præmissis sex præ Tulliū enumerans: tres uult eloquētiā principes quos in epistola qđam uidet̄ oibus præferre: secūdū faciēs Pollionē: Cuius orationē Ciceronianæ dissimilē: & ut uerbis eius utar: salebrosam & exilientem dicit: & ubi mīme expectes relicturā. Huius & si nulla eloquētiā monimēta in manus meas adhuc uenerint: quia tamē ipsum p se nomē celebre ac puulgatū erat: non fuit mihi de eloquētia scribēti silentio obruendū: præsertim ubi inferiores noiauerā. Igit̄ iuxta Casarē Augustū cuius floruit tempibus: placuit eū collocare: Hoc adiecto: qđ nomē eius præter multos laudatores Mantuanis etiam musis honestatū est. Sed aliq̄tū sper retro redeundū est.

**De ingenio & facundia Lucij Crassi: Ca. VIII.**

**E**xcellentē & egregiā Lucij Crassi facundiam si aliū de nescirem⁹: hinc liceret intelligere: qđ in libris de oratore Marcus Cicero mortē eius magnificētissime deplorans: oēs illū temp̄ eloquētia: paucis uero ante obitū diebus sese etiā uicisse cōmemorat: Certatim quoq̄ se cū eloquētiā studiosis ad eum locū quē nouissime pedibus ille calcauerat: post ips⁹ mortē rediisse: captis dulcedine ac recordatiōe sermonis quē ex eo nup̄ audierāt: & uelut iter̄ auditoris. Addit etiam id uni Crasso singulariē contigisse: ut q̄tiens poraret: totiēs solito altius: ac sine exemplo locut⁹ uideret̄. Eni uero quia fama huius aliq̄to apud uulgus ignotior est: nō alienū extimaui duo testimonia afferre illius cui de hac re præcūctis habēda fides est: Apud Ciceronē ita scriptū uideo: Crasso dicēte: nemo tā arrogās q̄ similiter se unq̄ dicitur̄ esse cōsideret. Et iterū: Omnib⁹ auditis orōnibus: sine ulla dubitatione sic statuo & iudico: neminē omniū tot & tanta q̄ta sint in Crasso habuisse ornamēta dicendī.

**De ingenio & facundia Marci Antonij: Ca. IX.**

**A** Dem Marco Antonio testis adest. Sigdem cum in qđam loco de hoc deq̄ supio: re simul loquens dixerit: fuisse utrūq̄ tum studio & ingenio & doctrinā præstantē oibus: tum in suo genere pfectū: ut neq̄ in Antonio deesset ornatus orōnis: neq̄ in Crasso redūdaret: alio tamē loco omniū quos ipse audisset eloquētissimū ait Antonium: quasi de industria dubiū relinques: qđ tātaq̄ laudū staterā potissimū inclinaret. Sed fama hui⁹ uulgatior uidet̄: cui multum addidit nouissim⁹ dies uitæ. In illa enī tempestate mariana: ubi nullus tunc portus erat: iussi sceleris ministri Antoniū occidere: cū ad conspectū hoīs uenisset: orōne eius attoniti coruscātes iam mucrones recōdebāt: diuina uis eloquij: impijs iussionibus addicti: & sanguine optimoꝝ ciuiū stillantes carnifices: nihilq̄ præter sanguinē sitiētes: infecta cæde rediissent: nisi scutarioꝝ qui serius uenerat: uerboꝝ nō degustata dulcedine: irruens in Antoniū: mandatū nefarinm adimpleset. Huius est ille ad p̄uadendū efficax actus oratorius: cui⁹ in Oratore meminit suo Cicero. Cum enī Marcū Aquiliū q̄ consul fuerat & dux: apud senatum & populū clarus: omni tandem honore spoliatum: & ad extrema fortunæ præcipitatū senē: in capitali causa defenderet: & in medio orationis ardore & deformē squalentēq̄ reum sustulit: putremq̄ eius discindēs tunicam: ac generosi quondam tunc miserādi pectoris cicatrices iudicibus ostentās: simulq̄ ad Gaium Marium q̄ inēstantes erat uersus: & ut collegæ dudum sui misereret̄: multum cum lachrymis obtestans:

## De ingenio &amp; facundia Gaij Gracchi: Ca. X.

**A**D admirandū lectori potius q̄ imitādū subijciē exemplū Gaij Gracchi: qui ex familia eloquēti & seditiosa genit⁹: in utroq; maiorū suorū uestigijs inhæsit. Sed qm̄ un⁹ tantū fidem locus exigit: is eloquētiæ operā acriter dedit: adeo tñ hō uahemēs pmouebat: tantoq; impetu rapiebat in dicēdo: ut uarietate uocis (quæ de rebus oratori summe necessarijs una ē) examinare nō possēt. Qd̄ in se uitiū aīaduertēs: seruū musicæ modulatiōis expertū in loco contionib⁹ p̄pinq̄ clam habere solit⁹ erat: qui eburneā clam fistulā celerit̄ inflaret: qua cū aut lentius agētē accēderet: aut nimis accensum receptū tanens: ab imoderato cōtentiōis ardore mitigaret. Nō mediocris sane diligētia iuuenis hoīs: in auitū succrescētis eloquiū. Tamē quia de Cicerone locus hic sumit⁹: oratorib⁹ in q̄rū manus ista uenerint (si modo quisq; tāgere dignabit⁹) qd̄ apud eundē auctōrē nō lōge post hoc exēplū scriptū est p̄ cōsilio dabo: ut fistulatore dōmi reliquētes: sensum doctæ cōsuetudinis ad loquendū secū deferāt. Nūc ad uetustissimū Romanæ faciūdiæ monumentū uenio.

## De facundia Homerī: Ca. XI.

**H**omerus apud græcos soliū possidet ingenij. Cui⁹ sentētia: non ego: sed Plinius auctor est: uberiorē sibi hanc latiorēq; gloriā nō limitatis finib⁹ assignās. Constat ingenij ipsius ope philosophiæ magnas partes multo meli⁹ multoq; graui⁹ q̄ ab ipsis philosophiæ p̄fessorib⁹ absolui. Certe Macrobi⁹ hūc oīs diuitis inuentiōis fontē originēq; pronūciat. Et merito: Quis enī corpe secus fuisse memores: fuit tñ animo p̄spicaci tanq; luminoso: ut Tullio in Tusculano suo de illo scribēs diceret: Piculā ei⁹: nō poelimum uidimus. Quæ regio: quæ ora: q̄ loc⁹ græciæ: quæ species formæ: quæ pugnæ: quæ acies: qd̄ remigiū: qui mot⁹ hominūq; ferarū nō ita expict⁹ ē: ut quæ ille nō uiderit nos ut uidem⁹ effecerit: Quid de eloquētia disputē: cū in sæpe memoratis Saturnaliū libris ingēs & iextricata lis sit in nostrū poetā ac Graiū: dū milib⁹ argumētōrū modo hic: modo ille superior ostendit⁹: modo tam pares: ut lectorē iudicij dubiū relinquāt: quā dubietatē expressit elegans Satyricus his uersib⁹: Conditor Iliades cantabiē: atq; maronis Alitisoni: dubiā faciētia carmina palma.

## De ingenio &amp; eloquentia Demosthenis: &amp; Aeschinīs: Ca. XII.

**A**ut ut unus locus duos olim impacatos iūgat aduersarios: supremā eloquiū arcem inter oratores Graios (quod null⁹ ambigit) possidet Demosthenes: pximā tenere uideē Aeschines. Horū ē cōtētio illa famosissima: quæ uniuersam fere graciā audiendi quondā desiderio suspēdit. Qd̄ aut̄ specios⁹ spectaculū incidisse poterat: q̄ in eloquētissima natione: duos omniū ætatū excellētissimos oratores sup̄ reb⁹ altissimis: notorio & capitali odio dissidētes: de salute & gloria certaturos: in unū ante conditū tempus & locū cōuenisse: Potius mirer si nō remotiores etiā populos rumor exciuerit. In ea q̄dem actione Demosthenes rei partes gessit. Itaq; uict⁹ tandē accusator Aeschines: & ob eam rem patria p̄fugus: cum q̄dam tpe Rhodiorū precib⁹ apud q̄s exulabat: suā primo: mox orationē Demosthenis audiētē populo accuratissime p̄legisset: Illis utriusq; uim stupētib⁹: sed plusculū Demosthenis: O (inqt Aeschines) si illū porantē audisset. Ingens: ut ait Plinius: testis inimici: meo qd̄ iudicio: uel ob hoc uerus mirator eloquētiæ: q̄ p̄fessiois suæ potius q̄ alieni memor odij: qd̄ laudandū erat: etiā in hoste prædicaret: præsertim cū dissimulare taceatq; possēt. Cōstat enī quosdā i scribēdo graues: parū uahemētes in loquendo: quosdā ex diuerso q̄ omne scribēdi studiū auctōritate frontis motuq; corporis eleganti claraq; & p̄ q̄litate reꝝ uolubili p̄nūciatione transcēdant. Quo nihil in orōne potenti⁹ norūt q̄ artis oratorix præcepta didicerūt: Illoꝝ gloriā minuit præsentia: horū auget: Illos legi præstat: hos audiri. Horū igiē in numero posuit Demosthenē ille.

## De eloquentia Platonis: Ca. XIII.

**E**loquētia Platonis anteq̄ etiā loqui possēt emicuit: dū infantulū in cunabulis cōsopitū: innoxio cōtactū circūlabētes apes mellificauerūt i labellis eius: Clarū mellisui leporis omen nec fefellit. Nō puto de hac re fide digniorē Tullio testē expectari: q̄ multis locis ita mirat̄ Platonis eloquentiā: ut sese imparē qd̄ammodo fateat̄. Verū intra modestū philosophi sermonis morē se cōtinuit Plato: terminos suos nihilo foelicius excessit: qd̄ de Virgilio Salustioq; & ipso etiam Cicerone dictū est. Quis inquires hui⁹ est testis: Idē q̄ cæterorū Seneca in declamationib⁹ sic ait: Eloquētissimi uiri Platonis oratio quæ p̄ Socrate scripta est: nec patrono nec reo digna est: Demosthenes uero cuius pxime mentionē habui: orator eximius: philosophus minor: Vt si forte qd̄ in hos duos interfit nūc roges: recte

**B** mihi uidear responsur<sup>9</sup>: In altero pl<sup>9</sup> facultatis oratoriae: In altero plus philosophicae grauitatis. Nec aliud sensisse mihi uideat Cicero: ubi ait: Id quidem nemini graecoꝝ uideo contigisse: ut idem utroque in genere laboraret: sequereturque & illud forense dicendi: & hoc quietum disputandi genus. Et mox dictum exemplis munies subsecutus est: Equidem & Platonem existimo si genus forense dicendi tractare uoluisset: ornate splendideque ac grauissime & copiosissime potuisse dicere. Et Demosthenem si illa quae a Platone didicerat tenuisset & pronuciare uoluisset: ornate splendideque facere potuisse. Aduertis lector sententiam Ciceronianam urbanitate conditam: pronuciatur<sup>9</sup> de duobus sumis uiris quod sentiret: ita quolibet suis finibus angustat: ut in eis praeferebis: neutri ingenium: sed alteri uoluntate solam censeat: alteri diligentiam defuisse. Asperius Seneca ut Hispanus homo: sed nisi fallor & uerius: quod eodem loco quod Platonis & eorum trium quos paulo ante noiaui: nec non & quorundam aliorum eloquentiam imperfectam ostendit: rationem imperfectionis asserens: Magna inquit & uaria res est eloquentia: nec adhuc ulli se sic indulget ut tota contingeret. Satis foelix est qui in aliqua parte eius receptus est. Sic est haud dubie. Itaque ego consulto & statuisse naturam arbitror: ne quis uidelicet sibi mortaliu arroget: uelut in omnibus excellens: Nam sic saepe iustissime totius humani generis ignorantiam accusamus: quod de singulis hominibus extimandum est.

**M** De eloquentia Hegesiae Cyrenaici: Ca. XIII.

**M** Vlti tradunt auctores: sed eos quos ego quidem legi: Marcus Tullius antiquior Hegesiam quandam Cyrenaicam fuisse: tam penetrabilis ac praepotentis eloquij: ut illo uitae huius exponente simul & deploratae miseriae: plurimi aduentum uitae sponte relinquere. Mirum praefus & inauditum & natura ipsa ualentius orationis genus: quod & uitae odium & desiderium mortis ingereret. Itaque tanquam publici status expugnatricem Ptolemaeus rex uitae suorum consulens: iudicio silentio coercuit: ac scholas clausit: calamum non excussit. Liberae ergo reliquit in quo enumeratis hominum calamitatibus: ita diffinit: nulli omnino mortaliu ut uiuat expedire. Ibidem refert: inuentum qui lecto Hegesiae libro: nulla uel animi uel corporis interueniente molestia sola stili efficacia se in undas maris ex muro praecipitem daret. libensque moreret. Et testem affert Callimachum poetam: qui sic praempti tumulo titulum inscripsit: genus & causam mortis continentem. Et quidem nimis uulgata sunt.

**A** De eloquentia Carneadis: Diogenis & Critolai: Ca. XV.

**A** Trium simul qui sequuntur eloquentia apud graecos: & nos celebrata est: Quis & Carneades Academicus: Diogenes Stoicus: Critolai Peripateticus: ab Athenis legati Romam missi sunt: Hi & legationem in senatum & uetusto more praeter interpretem pegerunt: petentes mulctam remissionem quam propter horopi uastationem Senatus populusque romanus populo Atheniensium indixerat. Quae quidem mulcta: ut est in Saturnalibus: fuerat talentum. cccc. Et praeterea celeberrimo urbis loco: maximo populi concursu ostentatae eloquentiae gratia sepatim quisque differuit: Traditumque est memoriae: Carneadis impetuofam & torrentem: Diogenis prudentem & iucundam: Critolai circumspectam & suauem eloquentiam fuisse.

**A** De eloquentia Aristotelis: Ca. XVI.

**A** Am dudum de Aristotele dubius sum: errori ne publico taciturno obsequer: furentique cedam uulgo: an uera potius elatebris in aperum eruam. De huius quidem ingenio nullis mouet: de eloquentia apud multos ambigit. Constat autem hunc uirum iam doctrinae nomine clarissimum: aduersa Socratis oratoris gloria promotum: ad eloquentiae studium uertisse animum. Quod cum in multis locis: tum in Oratore Ciceronis habet expressum his uerbis: Aristoteles cum florere Socratem nobilitate discipulorum uideret: quod ipse suas disputaciones a causis forensibus & ciuilibus: ad inanem sermonis elegantiam trastulisset: imutauit repente totam formam praepriam disciplinae. Et post pauca. Itaque ornauit & illustrauit doctrinam illam: omnem rerum cognitionem cum orationis exercitacione coniunxit. Nec uero hoc fugit sapientissimum regem Philippum: quod hunc Alexandro filio doctorem addiderit: hunc scilicet a quo & sciendi praepcepta percipet & loquendi. Hinc est ut inter tripartitam philosophiae multiplices tractatus: rhetoricorum quoque libros scriberet: quales hinc collige: quod Cicero ipse in rhetoricae suae libris: non dissimulat illum huic arti plurimum adiuuante atque ornamento subministrasse. In eisdem libris de eodem loquens: Veteres inquit scriptores artis a principe illo atque inuettore Lysia: unum in locum conduxit Aristoteles: & noiam tim cuiuscumque praepcepta magna conquisita cura praepcive conscripsit: atque denudata diligenter exposuit. Hinc tantum inuectoribus ipsis suauitate & breuitate dicendi praestitit: ut nemo illum praepcepta ex ipsorum libris cognoscat: sed omnes qui quod illi praecipiant: uelint intelligere.

gere: ad hunc quasi ad multo commodiorē explicatorē reuertant. Hæc Cicero. Ego autē curiosior sum quā necesse est: memor tamen quia cum præscriptis alijsq; claris & crebris testimonijs: Aristotelem non minus eloquētia quā scientia copiosum: in libris tamen eius qui ad nos uenerūt: sane certa fides eloquētiæ uestigiū nullū est. Vnde grādis mihi stupor oboritur: illos mentiri constat: elingues simul & paces: qui quoniā Aristoteli suo quem semper in ore habent: similes esse nullo modo possunt: illum sibi simile nituntur efficere: dicētes eū ut qui altissimis rebus intenderet: oīs eloquētiæ contemptorē: quāsi in altis nulla uerborū claritas habitare possit: Sic quæ a Cicerone dictū est: Cū (inquit) de rebus grādibus dicas: ipsæ res uerba rapiūt: ita sit tum grauior: tum etiā splēdidior oratio. Sed hi quidem dum inertitiæ propriæ excusationes quarunt: duci suo par crimen obijciunt. Quantum uero ex præmissis apparuit: dicere huic monstro subesse causam posse: quæ ex græca in latinā linguā seruatīs ornamentis eloquētiæ trāsiri nō possit: nisi aliquot Platonis libelli: ex illa in hanc linguā trāslati: suspicari tale aliquid nō sinerēt. Sæpe igitur de hac re cogitātī: nil aliud occurrit quā Aristotelicos libros trāsferentū uel pigritiā certe: uel inuidiā: uel inscitā: denique quæcumque uoces nomine uitii fuisse: cuius tam late cōtagia fluxerūt: ut iam spes remediij nulla sit.

### De eloquentia Isocratis: Ca. XVII.

**E**t si nihil amplius dixero: licet ex præmissis Isocratis eloquētiā contēplari. Quātū enī fuit tantū philosophū: & proposito tam tenaciter inharētē: ab incepto diuertere: & ad peregrini studiij amorem desideriumque traducere: Præsertim cum Aristotelis cōsuetudinē exprimens Calceidius: dicat hūc uirum suo quodam more pleni pfectiq; dogmatibus electum: quod uisum est ceterorū fastidiosa incuria negligentem: quāuis enī quem primum fuerat studiosè imitatus: eidem postmodum enixe aduersatus sit: tamen profecto non sine quadam magna uimouendus fuit Aristoteles.

### De eloquentia Thucydidis: Ca. XVII.

**T**hucydides scriptor historiæ: populo Atheniensi præfuit: tandem ab eisdem patria pulsus: forte ad exilij solamen Tragœdiæ operam dedit. Quæ cum ad suorū aures uenisset: publico consensu reuocauerūt eum ab exilio. Cuius imperiū neglexerunt: eius (ut ait Plinius) eloquentiam mirati.

### De eloquentia Pisistrati: Ca. XVIII.

**H**oc uelut medio ad externæ militaris eloquētiæ mentionē uentum est: cui primas partes Pisistratus obtinet: quem nulla re alia ciuibus suis oportunū: sed rara quadam eloquentia florentem: ob hoc solum Atheniensibus imperitasse patientibus: atque ultro deferentibus imperium constat: Gens sapientissima usque adeo unius hominis eloquentiā suspexit: ut se suaque omnia: præcipueque libertatem (qua nihil charius habebant) ei uni postponerent. Quæ ne magis obliuione quā iudicio factum extimetur: non defuit instantissimus atque grauissimus orator. Siquidem pro libertate: contra Pisistratū Solon stetit: sed nec armis sed uerbis certabat: tamen Pisistrati eloquentiæ: succubuit libertas cum Solone ipso: qui sub iugum trahebatur populo plaudente. Fuit autem Pisistratus & doctrina & ingenio clarus: ut qui primus Homeri libros: confusos antea (sicut Cicero testatur) sic disposuisse dicitur: ut nūc habemus.

### De eloquentia Periclis: Ca. XIX.

**H**uius & tyrannidis & eloquentiæ successor Pericles: dicendo tam similis fuit: ut quāsi hunc audiret: illum audire se crederet: si modo unquam audiisset. Hoc tamen iste ualētior quæ alter eloquentiā armis iuuerat: huic sola lingua sufficit ad imperiū. Quæ & diuturnum gessit & magnificū: quadraginta annis rempublicam tenuit: eodemque tempore & urbanis rebus præfuit & bellicis. Inermis ipse: sed tam armata fuit eloquētia: ut cum aduersus omnium salutem diceret: cum delectatione tamen ab omnibus audiret. Aduersa enī rebus erat species uerborū & populo nocēs: populariter loqui uidebat. Neque solum uulgus dulcedine captum deludebat: sed prouectos & ingeniosos uiros: obtrētates in reliquis: ad confessionem eloquētiæ coegit. Siquidem & ueteres Comici (ut ait Cicero) cum illi maledicerent (quæ tunc Athenis fieri licebat) leporem tamen melle dulciorem in labris eius habuisse dixerunt: tātāque in eo uim fuisse: ut in eorum mentibus qui illum audissent: quasi aculeos quosdam relinqueret.

**A** Ntipater Sidonius quidā: tam exercitati ingenij fuisse credit: ut & sus hexametros aliosq; diuersorū generū: ex iprouiso copiose diceret: Quocūq; animū linguāq; uertisset: nihil operosi illi q̄ sermo: Vulgaris alijs solet: huic numeri aderant & carmina resonabāt. Fecisse ferunt idē ex modernis qdā: sed tā pueriliē tāq; ridicule: ut iudice me: nec nomē nec locū int̄ illustria mereant. Deiceps parūper frena stilo laxent: ut nō tā p̄terito defessus: q̄ uenturo se p̄pans labori: in aliqđ uicinū gratūq; diuersorium dessectat oratio.

Tractatus tertius est de alia parte eloquentiæ: quæ dicacitas siue facecitas siue sales possunt appellari.

De declaratiōe quarūdam facetiarū: quib⁹ propriū uocabulū apud nos nō est: De modo quoq; procedendi: & quem auctor uelit imitari: Ca. I.

**A** **D** Ars eloquentiæ leuior in manibus est. Vt enī in cogitationib⁹ inq; actibus huiusmanis: sic i uerbis quoq; serijs: cōtracta fatigatio iocorū uicissitudine mitigat. Qđ genus: uel facetias appellare possum⁹ uel sales: qđ sermonib⁹ nostris sapidissimū condimentū prabeāt: uel ut ē apud Ciceronē apophthegmata: sed latentes & taciti: cui apud græcos: scōmatos: apud nos p̄priū uocabulū non est: nisi forte dicam⁹ cū Macrobio: morsum figuratū fraude: uel urbanitate testū. Cui qm̄ lepos admixtus est: ungit (ut aiūt) ac pungit: mulcet enī exterius: introrsum uulnerat. Hinc uidem⁹ interdū ridentib⁹ q̄ adsunt: ipsum ad quē iactati scōmatis sensus penetrauerit: irasci. Potest qdem nuda sine figuris exprobratio tam p̄prijs tanq; sonantib⁹ ac breuib⁹ uerbis p̄ferri: ut & si nihil p̄e uuln⁹ agat: ipsi tamen p̄mpte uibrati sermonis acies: sicut ei in quē cōtorta fuerit dolorē: sic ceteris nescio qđ acerbæ uoluptatis afferat: nihil p̄e uerba curātib⁹. De singulis quāq; diuertar: attingā: Sed de his primū qb⁹ austeritas minor est.

**B** Et licet eloquentiæ (cui⁹ mentio p̄cessit) ars pulcherrima sit: unaq; de septē liberalib⁹: tñ partis aut ars oīno nulla est: aut si q̄ est: a Cicerone tradit̄ in libro q̄ inscribit̄ Orator. Illic enī ut ipsum libri nomē indicat: Oratorē instruit & ad contentionandū acuit. Nos aut̄ hoc loco de uita cōmuni & q̄tidianis hominū sermūculis exēpla decerpim⁹. Illud qdem p̄ oēs (ut ita dicā) art⁹ æque cōpersum est: hoc p̄ se stat limitatū suis finib⁹ angustis. Sane (atq; ut ipse uocat) pacutū & breue illa a ueteribus cauillatio: hæc dicacitas noiata est: sed uocabula p̄miscemus atq; cōfundimus. Sane de his rebus apud græcos libri scripti sunt: q̄ ridiculorū artem siue rōnē pollicent̄. Titulus librorū spem discēdi faciet: p̄lege iuenies: ut est apud ipsū quē saepe nomino Ciceronē: ridicula & falsa multa græcorū: ut nihil in eis nisi ipsa insulsiitas rideat. Q̄to melius Cato ille Censori⁹: qui nō artē (quæ nō erat) pollicet̄: sed ipsos iocos ac facetias tam Socraticorū (q̄ in hac re nomē habēt apud græcos: sicut apud n̄ros Plaut⁹) q̄ ceterorū studiose recolligit. Cui⁹ hoc loco studiū imitari disposui: nō artem daturus: sed hæc legentibus si modo q̄sq; tam ociosus unq; erit: q̄ hæc in manus accipiet: non paruā indagine molestiā p̄receptur⁹. Quæ enī quæso ars dicēda ē: rei repētina: inopinata: improuisa: & ex tpe iaculāda: Est enī rerū huiuscemodi p̄cipua ī respōdēte laus. Cui non longe insultatiōis spaciū dat̄: ad manū habeat oportet: quæ in lacescentē sine cūctatione retorqueat. Qualia sunt multa eorū quæ sequunt̄. Quale ē (ne exemplū p̄senti dicto desit) illud P. Sulpitij: qui cum aduersus C. Philippum turbulentū hominē: & publicæ dignitatis usurpatorē: senat⁹ causam aīosi⁹ defenderet: Inērogat⁹ ab illo: qđ latraret: subito respondit: Quia furē uideo. Quid breui⁹: qđue liberali⁹: meditatio longior obtulisset? Solet enī canis latrare cōspecto fure. Aut q̄le ē illud: qđ n̄ri t̄pis adolescēs decrepito cuidā respōdit. Cū enī ille ludēs insultaret: q̄ adhuc eo p̄mpti⁹ in equū ascēderet: Nimirū inq; septuaginta annis anteq; ego nascerer artē hāc exercuisti. Innumeralia sūt generis hui⁹: in qb⁹ artē ponere (cum ne cogitationi qđē locus sit) artificioris fuerit fortassis ingenij. Mei qđē p̄santis p̄positi (ut dixi) nō est: artē ne dicā suffodere: sed tradere: etiā ubi ī p̄mptu est: Feror enī alio. Et qm̄ p̄ euidētia dicēdorū: nō alienū fuerit hacten⁹ p̄fari: cōruptū deiceps p̄seqr.

**A** **C** De dicacitate siue facetitate Augusti Cæsaris: Ca. II.  
Cæsar Augustus (ut est in Saturnalibus) in huiusmodi dicacitate nō est quoq; minor & fortasse nec Tullio: Affectauit enim iocos: saluo tamen maiestatis pudoris respectu: de quibus aliqua delegi: similiter & de ceteris arbitrio meo: non ut de iocis librū texere Ciceronis exēplo dici possim: Sed ut inter tot seria & grauiā: respirandi locum fatigatus lectōr inueniat: in his quæ apud maiores noua: apud nos magna ex parte in quotidiani sermonis cōsuetudinē abierūt. Igif August⁹ ab adolescētia iocatus est. Vatinius po

dagra morbū (q̄ fere omniū mos est) dissimulare nitebat: dicens se iam mille passus p̄ diē  
 ambulare: Dixit hoc ille forsitan post hyemale solstitiū. Hinc irridēdi materiā Cæsar arri-  
 puit: Et min⁹ inquit miri est: longiusculi dies incipiūt. Cuidā libellū sibi timid⁹ offerēt: &  
 ob multā præsentiā suæ reuerentiā: nūc porrigētī dexterā: nūc itentidē retrahētī: Putas ne  
 ait assem elephātī dare: Vrban⁹ principis iocus: & tam humanā cōditōis memor: q̄ qd̄  
 maior principū pars uellet obliuisci. Aliū (nolētis Nomēculator ille fuit) quē obliuio sum  
 & officio suo iparē: grauiiter ferebat: egressuro igit̄ & Augustum num qd̄ in foro agi uellet  
 p̄cunctātī: Cōmēdatorias ait litteras tecū p̄fer: notū enī ibi nullū habes. Orator qdam cla-  
 rus sed gibbo p̄minentī deformat⁹ Galba: de quo lolij uulgatissim⁹ iocus erat: Ingenium  
 Galbæ male habitare. Is inq̄ coram Cæsare causam agēs & uelut eloquio gloriabūd⁹: sæ-  
 pe iterans: corrige in me si quid corrigendū uideris Auguste: hoc ab eo tandē respōsum ha-  
 buit: Ego te Galba monere possū: corrigere aut̄ nullo modo. Purpurā emi præcepit: nō  
 respondebat animo suo color: uenditor uitū excusabat. Et attolē dicebat purpuram Cæ-  
 sar: ac sursum oculos intēde. Cui Cæsar: Ego ne ut populo Romano bñ uestitus uidear: in  
 solario ambulē oportet. Solebat ad cœnā inuitatis nō negare: q̄ se ciuib⁹ suis cōiuctū non  
 supbo q̄ familiarissimū faceret: A paup̄ima ac tenuissima cuiusdā cœna rediens: hospiti  
 illū uerbis p̄sequētī: hoc unū ad aurem iocoso murmure respondit: Tam familiarē me tibi  
 nō putabā. Cū extrui for̄ præcepisset: & cōsummatis audis: architecti nimīa tarditatē  
 inuisam haberet: eodemq̄ tempore & a Cassio Seuero accusati plurimū absoluerēt: ac ue-  
 lut ab inquieti & calūniosi hoīs laqueis æqtate iudicū expedirēt: Vtinā inquit August⁹  
 forū meū accusare Cassius. Petebat a Cæsare congiariū Patinnus cautus: q̄ melius p̄sua-  
 deret: Vulgatū iam apud oēs affirmabat: magnā pecuniā sibi ab illo datam. Respōdit: Sed  
 tu noli credere. Alteri cuidam cū ab officio remotus esset: similia flagitātī: atq̄ addētī: Nō  
 se cupiditate ad id petendū induci: sed pudoris p̄prij respectū: & ut sine noxa præfecturam  
 eqtū sp̄dte dimisisset: Insup & liberalitate cæsarea dign⁹ putarēt: sic elusit: Tu te accepisse pa-  
 lam dicito: ego me dedisse nō negabo. Quidam Roman⁹ eques diem functus erat: post cu-  
 ius mortē æs alienū ingens qd̄ usq̄ ad extremū uel extra terminū occultauerat emerisit: Re-  
 compta miratus Cæsar: Ite ait & cubiculārē mihi culcitrā eius compate: Obstupētib⁹ mā-  
 datū: rationē adiecit: Sōnos inqt̄ alliciet culcitra: in q̄ ille tantis debitorib⁹ molib⁹ oppressus  
 somnū capere poterat. Mos antiq̄s erat in agris suis sepeliri: Vectius qdam agrū excolens:  
 illic iuēto sepulchro patris nō pepcit: sed atrarū supinduxit: qua i reita lusit August⁹: Hoc  
 est (inquit) uere sepulchrū patris colere. Filia ei⁹ Iulia festinatos canos ægreferēs: clam uel-  
 lere cōsueuerat: supuenit ornatricib⁹ operi inhiantib⁹ improuisus Cæsar: & uulos capil-  
 los in illarū gremio notauit: sic tamē oculos auertit ut nec uidisse uiderēt. Et tūc qdem ni-  
 hil de hac re: post tempus sciens i sermōne senectutis incidit: filiā sciscitat⁹ est: utrū suo tem-  
 pore canos: an nullas habere comas mallet: Atq̄ illi sine hæsitatiōe respondentī: & caniciē  
 caluitio præferētī: sic insultauit: Cur igit̄ hæ ante tempus te decaluāt: Audita fama Hero-  
 dis Iudæorū regis: q̄ infantes circa bimatū oēs in Syria natos: inter q̄s mādasset & propriū  
 filiū occidi: Meli⁹ est: inqt̄: Herodis porcū esse q̄ filiū: Alludens mori hebraico: sic enī car-  
 nib⁹ suillis: sicut humanis abtineret. Tragœdiā scribere adortus erat: cuius mētionē inter  
 studia ei⁹ feci. Tragœdiā nomē erat Ajax. Eam enī siue iam q̄ displicuisset: ut Macrobi⁹ re-  
 fert: siue iceptū stilo nō succedēte: ut Suetonio uidet̄: aboleuerat. Et interrogātib⁹ amicis:  
 qd̄ iam Ajax suus ageret: In spongiā inqt̄ incubuit. Nō incōsulte (nisi fallor) agerem⁹: bo-  
 na pars scriptorū: si in iudicando de opusculis nostris hui⁹ ioci memoriā haberem⁹. Sed ne  
 forte dicatior August⁹ q̄ principē decet: cæteris silētū indixisse uideat̄: Attingam alios.

De dicacitate Marci Tullij: Ca. III.

**M** Arcus Tullij Ciceronē fratrē: ac Lentulū habebat generū: homūtionē pusillā ad  
 modū staturā: In utrūq̄ cauillat⁹ est. Venerat in puinciam cui frat̄ præfuerat: Illic  
 imaginem eius dypeatam q̄ amplissima forma & ad pectus depictam (ut mos erat) cer-  
 nēs: Frater inquit meus maior est dimidius q̄ totus. Rursus generum ingētī gladio accin-  
 ctum uidens: Quis generum meum ad gladium alligauit? Quo ioco nunc erga insignis  
 paruutatis homines uulgo utimur. Alter illi gener erat Piso: qui cum in incessu cunctati-  
 or foret q̄ cōueniret uiro: filia ex diuerso concitator q̄ deceret foeminā: uno uerbo lusit in  
 utrūq̄: Ait enī filia: Ambula ut uir. Anceps ioc⁹ duos simul pupugit. Apud Damasippū  
 cœnans: cū ille mediocre uinū mēsa adhibitū: grādiloquis uerbis attollens diceret: Bibite

B phalernū hoc: q̄draginta annoꝝ est: Respōdit: Bene fert ætatē. Facete unde gloriā ille uino petebat: hic ueniam dedit. Illusit & in Iuliū Cæsare: ad quem cū post ciuiliū belli uictoriam uenisset: interrogat⁹: cur homo doctus in electione partiū tam puerilē aberrasset: Hoc unū qđ responderet habuit: Præcinctura me decepit caute simul & iocose: Cū enī meritoꝝ cōparationi locus amplius non esset: habitus ducū contulit: & quasi rerū omniū præcellentiā Cæsari tribuens: solo quo uideret inferior se deceptū affirmauit. Constat enī Cæsarem ppter habitus negligentiā: ab ineūte ætate male præcinctū puerū uocari solitū. Illusit & Vatinio qui paucis dieb⁹ consul fuerat: Grande inquit p̄digium anno Vatinij: qđ illo consule nec bruina: nec uer: nec æstas: nec autū⁹ fuit. Eidē quærētī: qđ ad se uenire neglexisset: Volēbam inquit in consulatu tuo uenire: sed nox me comprehendit. Mihi tamē & si uno loco sic scriptū inueni: uerisimili⁹ uideť qđ alibi legitur: hic iocus Caninio poti⁹ dict⁹ qđ Vatinio: qđ Vatinij paucis: Caninius nō nisi uno tantū die consulatū tenuit. De quo est alter Ciceronis iocus. Vigilantē consulē habem⁹ qui in consulatu suo somnū non admittit. Illud uulgatū: solere flamines diales fieri: nunc diales esse consules. Et interrogatio ludicra quibus consul consulib⁹ fuisset. Longior sum si Ciceronis iocos ad unū colligā. Cæterū ex paucis acerui totius libamē obtulisse sufficiet. Hoc quidē inter prætereūda non fuerit: qđ magnis auctorib⁹ constat eū sæpe fontes in iudicio defendentē: deficientē iusticia cōfugisse ad iocos: & eo præsidio uictoriā quæsisse. Nec illud ignotū qđ in his creberrimus foret: cōsularē scurrā ab hostib⁹ uocitatū: quin ab ipso de quo supra dixim⁹ Vatinio qđ hanc eius notā scriptis ædidit. Sed iam satis iocatus es Cicero: maior quidem iocator interuenit: cedendū est.

A **U** De facecitate Vespasiani Augusti: Ca. III.  
 B **U**espasiani principis facetissima quædā sūt: Illud imprimis. Mulier amorē fassa seq̄ amādo periturā nisi opem ferret: rigorem maiestatis precibus ac blandicijs euitit: & in amplexus tandē Cæsareos admissa est. Cū certam pecuniā summā uel concubit⁹ uel amoris preciū princeps amanti daret: dispēsator ignarus qualitē eam pecuniā rationib⁹ inscriberet p̄cunctabat: Respōdit: Vespasiano adamato. Quid in tali præfertim sene iocosi⁹ e Vnus ex domesticis: cuidam externo sub obtentu germanitatis dispensationē impetrare nitēbať: agnouit fraudem: & dilata re: illū pro quo petebat accersijt: certiorqđ ab eo fact⁹ qđ p se supplicaturo spondisset: id sibi numerari iussit & uoti compotē dimisit. Reuersus intercessor instare. Cui Vespasianus: Aliū tibi fratrem quære: quē tuū putas meus est. Dū iter ageret: mulio auriga descēdit ad calciandas mulas: substituitqđ uehiculū. Rapta interim occasiō: litigator anxi⁹ accessit ad principē: quæ uellet narrādi tēpus habuit. Aduertit tātū cōmētū Cæsar: interrogatqđ mulione q̄ti calciasset: pepigit luci partē. Festiue utrumlibet nisi auariciæ suspicio iocis insita uideret. Sed de hoc alias. Plura stant ei⁹ talia: qn & supremo uitæ tempe iocari non desistit. Ad primū ægritudinis insultū: statim qđ erat mortifera arbitrat⁹: ut puto: inq̄: deus sio: Illudens prædecessorib⁹ suis in deoꝝ numerū relatis,

**Q** De facecitate Tiberij Cæsaris: Ca. V.  
**Q**uæciderūt a sæuissimis ingenijs facetissimi sermūculi: quos uel ob hoc ipsum cōmemorare libuit: Quis enī imitior Tiberio Cæsare: præsertim postqđ Capreas attigit cruentissimo eius ocio famosam & infelicē insulā: Illic moras trahentē: Hlensū adijt legatio consolatiōis obsequiū principi ferens sup mortē unici filij: Cui⁹ mortis dolorē ille memoriāqđ oēm non tam forti qđ inhumano aīo confestim aboleuerat. Itaqđ uelut intempestiuis consolatorib⁹ sic allusit: Ego quoqđ fortunæ uestræ cōpatior: quia magnificū ciuē Hæctorem p̄didistis: Ultra millesimū annū iocandi materiā quæsiuit: animo ferox actiqđ metuendus.

**Q** De facecitate Domitiani: Ca. VI.  
**Q**uis præterea Domitiano sæuior: q̄s ab honestatē artū studio remotior: Et tamē agēte natura: nō nihil paterni leporis inerat. Eius illa referunt de Metio qđ in cultu corpis mult⁹ erat: Vellē inq̄ tam formosus esse qđ Metius sibi uideť. Alteri⁹ comam p̄mixta canicie flauescentem: p̄fusam mulso niuem appellauit.

**Q** De dicacitate Lucij Cecilij: Ca. VII.  
**C**ecilius iuriconsult⁹ ab hoc ordine nequaqđ repellendus est: Lapidat⁹ erat a populo Vatinius dum gladiatorū mun⁹ ederet: ea iniuria permot⁹: ædilitio edicto caueri p̄curauerat: ne quis sibi pomū in arenam mitteret. Per eos dies cōtigat ut Ceciliū

quidā consuleret: Eset pomū nux pinea? Si in Vatiniū inquit missurus es: pomū est haud dubie. Idē mercatori cōsulenti: quo nam modo nauem cū socio diuideret? Respōdit: Si nauem diuiferitis neuter habebit.

De dicacitate Lucij Cecilij. Ca. VIII.

**I** Vcius Cecilius cū Caio Casare pila ludebat: nec deerant collutores alij. Iussit Casar ceteris cētena sextertia p singulos numerari: quinquaginta Cecilio. At ille: una ne tantum manu (inquit) ludo?

De facecitate Virgilij. Ca. IX.

**N** Ec ille pida Virgilius cū sibi exprobratū esset q̄ uersus Homericos abstulisset: & in operis sui congeriem redegit: respondisse tradit: magnarū esse uiriū auferre clauam de manu Herculis: non dissimulans se illis uersib⁹ non precario sed p suis uti. Qd̄ esse per maximū ex Herculea Homeri magnitudine: latenter affirmās facete admodū & breuiter: qd̄ ad ignominia dicebat: in gloriam suam uertit.

De dicacitate Valerij. Ca. X.

**U** Aleri⁹ P. Clodio ienso sibi: Quid ait duri⁹ minaris q̄ ut eā Dyrrhachiū & reuertare sumpta iocandi materia de exilio Ciceronis: qui eo in exiliū prexerat: agente Clodio: confestimq̄ redierat.

De dicacitate Quinti pratoris. Ca. XI.

**Q** uintus uel Eqntius prator de optime atq̄ innocētissime administrata puincia reuerfus: in morbū inciderat: Is dum gelidas man⁹ se habere amico cōquereret assidenti: Certe ait ille nup̄ calidas de puincia retulisti: de furtoꝝ scilicet & rapinaꝝ frequentia iocū texens. Qui uiro integerrimo & bene sibi cōscio risū mouit: fastidiūq̄ disculsi: suffusus noxio ruborem.

De dicacitate Lucij Mallij. Ca. XII.

**I** Vcius Mallius pictor egregi⁹ deformes filios habebat: quibus uisis amic⁹ apud eum coenās: nō similit̄ ait pingis & singis Malli: Ille autē nimirū: fingo enī in tenebris: in luce pingo.

De dicacitate Satellij Quadrati cōtra Sabinū. Ca. XIII.

**S** abinus qdam noie: diues ineptissim⁹ a Seneca referē: qui atate sua fuit hebes: q̄q̄ & obliuiosus: gloria tamē auidissim⁹: quā ex litteraꝝ noticia pcurabat. Itaq̄ magnis precijs seruos comparauit: quorū alter hūc: alter illū poetā familiarit̄ memoriē nosset: hoc scilicet expeditū iter ad eam quā appetebat gloriā ratus: si serpi ut peculū: sic & litteras dño quaereret. Hac tali familia instruct⁹: cōuiuas suos questiūculis exgitabat. Serui ad pedes aderat: & de quacūq̄ re sermo esset obortus: accōmndatos materia uersus insurrabāt. Quos ille gloriabūdus dū pnūciare uellet: i medio harebat. In hūc igit̄ Satellij Quadratus: ut ipsi hoc narrātis uerbis utar: stultoꝝ diuitū irrisor & arrisor & derisor ita iocat⁹ est. Cū ille iactaret centenis milib⁹ seruos sibi singulos cōstitisse: Minori precio inqt Quadrat⁹ totidē scrinia emissēs. Idē Sabinū ut luctaret orabat. Cūq̄ ille admirās diceret: Quō luctabor hō æger ac fragilis & uix uiuere ualēs? Noli quāso inqt Quadrat⁹ hoc dicere: Aspice q̄t seruos habes robustissimos. Merito has nugas audiebat demens: q̄ ex alienis bonis gloriā speraret. Sed & aliq̄tis per locū iocis muliebrib⁹ præbeam⁹.

De dicacitate Iulij Augusti filij. Ca. XIII.

**I**ulia Augusti filia (quæ pfecto nō ultima inē illustres foeminas fuisset: si prudētia curā quā primā esse par fuerat: nō in ultimis habuisset) inē m̄tas & uarias natura dotes: humanitatē moꝝ comitatēq̄ sermōis habuit: cauillatrix iprimis iucūdiffima. Cōtra crebros p̄ris monit⁹: culta lasciu⁹: oculos ei⁹ turbasse cognouerat: modestiore habitu reuerfa mitigare paternā indignationē cogitauit & obtinuit. Itaq̄ uerba quæ dolor oppresserat: gaudiū expressit. Et sentis ne ait q̄tomagz hic q̄ extern⁹ habit⁹ deceat Augusti filia: Nō obstupuit illa tāti cōsoris maiestātē: Sed heri me (inqt) iuri: hodie p̄ris oculis ornaui. Eandē in spectaculo ludoꝝ circūuallauerāt adolescentū impudicoꝝ agmina: cū ex aduerso Liuia Augusta uenerādo modesta comitatu staret. Hæc Casareæ cōiugis ac nata uarietas populū erexerat: sed ipsum principalit̄ Augustū. Cōmonefecit ergo Iuliā breui scripto: circūspiceret q̄ta moꝝ imparitas: inē duas dignitate pares foeminas foret. Illa castigatōre suū repulit: his uerbis: Et hi mecū senescēt. Amico sobrio & prudēti: ut se p̄næ frugalitatē imita

triciē faceret: modestosq; illi<sup>9</sup> mores in animū induceret: respondit: Ille se Cæsare obliuiscit: ego Cæsaris me filiā recordor. Sed iam satis multa de nostris.

De dicacitate Diogenis philosophi: Ca. XV.

**D**iogenes Cynicus ille famosissim<sup>9</sup> contēptor omniū quæ optāt ab alijs: de Antisthene præceptore suo sic iocari solitus traditur: Ille me ex magnis diuitijs ad inopiā deduxit: effecitq; ut latas ædes sub angusto & uolubili dolio permutarē: Quātum uultro citroq; laudū ac gloriæ sub hac irrisione clauderetur. Itē aduersus dialecticū sophistā lepidissime cauillatus est. Proposuerat ille per contumeliā hoc modo: Quid ego sum: id tu nō es. Annuit Diogenes. Ille pcedens i sophismate: homo aut inquit ego sū. Et id quoq; confessus est. Tūc ex concessis concludit: Igitur homo tu non es. Indignat<sup>9</sup> has ineptias: hoc inquit ultimū falsum est pculdubio: Et si uerū fieri uis: a me incipe.

De dicacitate cuiusdam iuuenis qui similis erat Augusto: Ca. XVI.

**I**uuenis alienigena Romā uenit: forma corporis tam similis Augusto: ut omnē populū spectaculi admiratione suspenderet. Augustus re audita: ad se iuuenē euocātū cernens: effigiemq; suam in illius facie recognoscēs: in hanc sententiā interrogauit: Fuit ne unq; o adolescens mater tua Romæ: Sensit ille quo pergeret: Et mime (inquit) mater: at pater meus sæpe. Facete & illatā suspicionē repulit: & nouā peperit: Et hæc quidem historia sic in Saturnalib<sup>9</sup> tradita est. Valerius autem Maxim<sup>9</sup>: non Augusti sed inno minati prætoris: neq; matris sed duorū patrū mentionē facit: præterea non Romæ sed i Sicilia interrogatū responsum ue cōmemorat. Percūctante enī magistratu Romano quendā eius prouinciæ sibi forma corporis simillimū: & mirari se dicēte unde hæc tanta similitudo cū pater suus nunq; in Sicilia fuisset. At ille respondit: Pater meus sæpe Romā uenit. Quæ nam sane uerior fideliorq; narratio est: fides (ut aiunt) apud auctores maneat.

De dicacitate Mithridatis regis: Ca. XVII.

**M**ithridates Ponti rex Cappadocū: sororis suæ filio sub simlione colloquij insidias tendēs: gladiū abdiderat: crudelis licet adolescēs & ad iteritū destinat<sup>9</sup>: regio tamen illoꝝ more temporū: scrutatorē præmisit: qui dū Mithridati manū in secretiores partes corporis mittit: locatus ille: Caue ait ne aliud telū q̄ quod quæris inuenias. Eoq; modo suspitiōe detracta: iocis textit insidias. Mirū quod in eo statu iocari posset: sanguine mox nepotis respergendus.

De dicacitate Publij Syri Ca. XVIII.

**N**on est huic loco subtrahendus Publius quidā e Syria: qui a primis ānis huic rei deditus: & libertatē ob id unū consecut<sup>9</sup>: Romæ tandē & per Italiā uictis omnib<sup>9</sup> similiū studiosis: præter fauorē populorū Iulij Cæsaris ingentē quoq; gratiā pmeruit. Is & mimos scriptitauit: & multa eius extant non magis iocosa q̄ grauiā: ppter quæ tum primū charus & libertate dignus haberi cœpit: duo referunt: dñi sui patron<sup>9</sup> seruū suū hydropicū in arena resupinū ad solem cernēs: qd illic ageret quæsierat: anteq; ager responsum exprimeret: pcessit Publius puer ex inopinato: & aquā inquit calefecit. Idem inter conuiuas disceptātes: quid esset ocium molestū: acceptā omnib<sup>9</sup> sententiā dedit: podagrici pedes dicēs. Hæc atq; huiuscemodi latentis ingenij indicij & manumisso erudiendi materiam præbuerunt.

De dicacitate coniugis Açonis Comitissæ Aestensis cōtra uirū: Ca. XIX.

**T**ot naturæ fortunæq; munerib<sup>9</sup> quib<sup>9</sup> Aço Marchio Aestēsis ætate patrū claruit: ne absq; molestia frueret: min<sup>9</sup> spectatā habuisse creditur uxoris fidē. Ita cū fortissimū ex illa susceptū puerū i ulnis habens: suspirasset: causam quæsiuit illa suspirij: Cui maritus: uellem inquit hunc puerū meū esse: omni dubietate submota ut tu<sup>9</sup> est: Et hæc certitudinē libens magna fortunæ: mearū parte redimerē: Atqui ait illa: nihil hic impensæ est: negocij parū: Arreptoq; filio: hic inquit qd nemo dubitat me<sup>9</sup> ē: Annuēte uiro: Vt nihil igitur dubij super sit: de manib<sup>9</sup> meis suscipe eum: ait: tuus sit.

De facecitate uxoris Agapiti de colūna cōtra Bonifaciū papā octauū: Ca. XX.

**B**onifacius octauus Roman<sup>9</sup> pontifex: duob<sup>9</sup> fere lustris domū de Colūna uagam egit: ac toto orbe disperfam. Fulminabat ille de terris: & ad exemplū tonātis athei cuius gerebat uices edictis minacib<sup>9</sup> intonabat. Capitale fuerat aliquem de generosis exulib<sup>9</sup> hospicio suscepisse. Nunciatū est interea Agapiti uxore quæ sanguine illum

contingebat esse pregnantē. Sensit hostem suū Romæ fuisse: & accensus ira atq; odio: per/  
 duci ante pedes suos mulierem iussit. Venit illa uerecūde: & uentrem studio tegens. At ille:  
 ut erat in sermone mordacissim⁹: Demitte inquit pallium meretrix: Quis te grauidā fecit:  
 Loq; coacta: Pater ait sanctissime: tu mihi uirū meū abstuleras: quid facerem: quod & ætas  
 & forma suaserūt: consiliū cœpi: Inter innumerabiles pegrinos quos hic ann⁹ in urbe hæc cō/  
 gregauit: circūspiciens unū uiro meo simillimū: notauit: placuit oculis meis ille: & i exulan/  
 tis uiri memoriā susceptus est per noctem: mane abiens qualem cernis me dimisit. Hæc au/  
 tem alludens ad uiri habitū dicebat: qui sub ueste peregrini ignotissim⁹ ad uxorē penetra/  
 uerat. Risit Bonifacius: & muliebri facundia mitigatus est.

**De facetitate cuiusdam nobilis inominati: Ca. XXI.**

**I**n collibus apud quos natus sum: uidit ætas nostra nobilem quendā uirum: cuius  
 primū studiū fuit excipere transeūtes apparatus magnifico. Die quodam a syluis &  
 uenatu: cuius quoq; p̄ studiosus erat: incultam & dumis laceratā tunicam indutus: rediens  
 plenam hospitib⁹ domū reperit. Quibus honorādis intentus: dum huc illuc cuncta p̄ ui/  
 dens discurret: in quēdam illorum superbū & stabula miscentem famulū incidit: cœpitq; eū  
 blande corrigere. Impatiēs iræ furcifer: extenta manu faciem eius percussit: Secessit ille taci/  
 tus: Mox cernens famulus quem pulsauerat: inter discubentes medium trepidare cœperat.  
 Tandem explorato quisnam esset affusus erroris ueniam poposcit. Cui ædiū domin⁹: Tibi  
 inquit libens parco: huic autem: & tunicam suam digito signauit: non parco: quæ ut ita tra/  
 ctarer præstitit.

**De facetitate Santij regis Castellæ contra papam: Ca. XXII.**

**Q**uodam tempore dum christianorū proceres fines sarracenorū inuadere: & terram  
 Christi sanguine consecratā indigno seruitio decreuissent liberare (qđ heu sæpe faci/  
 mus nunquāq; perficimus) agitatū est in consilijs: quis nam tantis cœptis dux aptissimus  
 foret: Visusq; est & optim⁹ Santius Hispani regis frater: quem & exp̄tencia armorū cōmē/  
 dabat & genus & probitas: nec suspectū luxus faciebat (frequens principat⁹ malum) nul/  
 lis enim ingnatus opibus aut delitijs: sed hispano more asper & agrestis: & sub diuo inē la/  
 bores educatus erat. Accersitus igiē omniū consensu Romā uenit: & latinā linguā nesciū:  
 unū ex fidis interpretis loco habuit. Publicū qđ in tali solet celebrabā consistoriū. Illic inē  
 multa recitatū erat Romani p̄tōficis decretū: ubi Aegypti regem fecerat. Quo audito sub/  
 latus est ingens plausus omniū: admirans Santius: sedentem ad pedes interpretē quid sibi  
 uellet strepitus p̄cunctatus est: Vbi audiuit se Aegypti regem p̄nūciatū: Surge ait: & diuū  
 papam pronūcia Calliphū de Baldacho: Festiua & uere regia libertas: pro inefficacis regni/  
 noje inanis p̄tōficatus titulum pensauit.

**De facetitate cuiusdam comitis Fuxi: Ca. XXIII.**

**C**omes olim Fuxi in Cathaloniā p̄fectus: erat homo liberalis & qui nil negare di/  
 dicisset. Illic ut aiunt turba petentiū obfessus: nihil sibi reliquerat præter mulā quā  
 ponderosus senex equitabat. Reditū paranti: non defuit qui calcaria insuper precibus ex/  
 torquere nitere. At ille protēto pede subridens: Accipe inquit: modo mihi aliquem expe/  
 dias qui mulam meam Fuxum usq; sollicitet.

**De dicacitate Dini contra aliquos senes: Ca. XXIII.**

**D**inus quidam conciuis meus: qui ætate nostra gratissimæ dicacitatis adolescens fu/  
 it: casu præteriēs per loca frequētissima sepulchris: aliquos sibi notos senes illic cō/  
 fabulantes comperit. Qui ut iocandi peritum irritarent: iocari simul omnes (ut est ætas il/  
 la loquacior) & manib⁹ etiam apprehēdere cœperūt. Ille se p̄ripiens: hoc unū omnib⁹ re/  
 spondit: Iniquū hoc loco certamen: uos ante domos uestras animosiores estis: senio scilicet  
 cet eorum & uicinæ morti alludens: Nec prius intellectus q̄ eo ab oculis ablato: cœmiteriū  
 circūspicientes: quas ille domos loqueret perpendere. Innumerabilia dixit ad hūc modū  
 quæ apud nos uulgo etiam nota sunt. Hoc enim loco non iocos eius p̄sequi: sed nomē at/  
 tingere propositum fuit.

**De dicacitate Donati Patauini contra quendam iudicē: Ca. XXV.**

**D**onatus Patauin⁹ fuit nuper poetarū omniū quos nostra uel patrū nostrorū uidit  
 ætas facillime princeps: nisi iuris ciuili studiū amplexus & nouē musis duodecim  
 tabulas imiscuisset: & animū ab heliconijs curis ad forensem strepitū deflexisset. Is

amici subita causa & moras respiciente necessitate: ipso quotidiano ac domestico quo forte inuentus est habitu: rogatus in iudiciū uenit. Nouus iudex qui tribunal impleuerat: egregio uiro nec assurrexit: nec aliquo eum honore dignatus est. Cœperat Donatus amici causam planis uerbis ac uulgaribus agere: & illum in singulis dictis obluantē urbane admodū ac suauiter cōuincere. Indignatus iudex tanquā maius aliquid dictur⁹: sic interrogauit: Scis literas. At ille: scio paucas inquit. Risit insulsus iudex Idiotam ratus: Ad inceptū redijt sermone: Nec ante se delusum sensit quā disertissimi uiri & ratione simul & oratione superatus: Nomen abeuntis quærens: ab absentibus didicit Donatū esse: cuius ea tempestate non Parua tū celebris: sed per omnē Italā fama erat. Deinceps ad ea trāseam⁹ in quibus permagnū ingenium nec minor festiuitas sed morsus est acrior: quibus abundare & si prudentis nō est: qui tamen præcedentibus similia erant: ad eloquentiā similiter spectare uidebant: qualiacūque forent segreganda non censui. De mordacibus iocis.

## De dicacitate Publij contra Mutium inuidum: Ca. XXVI.

**M**utius quidam fuit inuidi & iniqui animi: qui æque alienis bonis & suis malis torqueretur ingemisceretque. Hunc molestiorē solito cernens Publius: ita iocatus est: Aut Mutio nescio quid mali accidit: aut cuiquam nescio quid boni.

## De dicacitate contra Antonium fugientem: cuiusdā serui sui: Ca. XXVII.

**P**ost obsidionē Mutinensem fugiēs Antonius: seu naturali humore seu corpibus exhaustis creberrime bibebat: subsistebatque per singulos passus ubi bibēdi facultas afforet: mox fugā præcipiti consternatione resumebat. Interrogatus unus ex familiaribus eius: quid nam Antonius ageret: Respondit: quod canis in ægypto: bibit & fugit. Certū est enim canes ægyptiacos crocodilorum cōtactu anxios atque lymphaticos fugere & bibere.

## De dicacitate cuiusdā futoris contra Plancū: Ca. XXVIII.

**P**lancus Meuiam Gallam uxore habuit: nō satis probati nominis foeminā. Cū autē amici causam agentis: testis ex aduerso futor processisset quidam: putās Plancus uilitate officij testem suspectū reddere quasi incognitū: sciscitat⁹ erat qua arte se regeret: Gallam inquit calco. Galla autē futoris instrumentū erat. Qua equocatione nominis: inter uanā artis suæ professionē: & interrogantis ignominiam mordaciter lusit.

## De dicacitate Fausti Syllæ filij: &amp; Catonis censorij: Ca. XXIX.

**S**yllæ filia duos simul adulteros habebat: Pompeiū quendam cognomēto Maculā: & Fuluiū fullonis filiū. Lusit in dedecore domestico Faustus sic: Miror inquit sororem meam cum fullonē habeat: maculam habere. Nec Catonis censoria asperitas iocorum talium expers fuit: Sacrificio utebatur antiquitas: cui Proteruia nomē erat: ex quo quicquid cibi sacrificantibus restabat: ignibus tradebatur. Albidius quidam nebulosus: patrimonium omne deuorauerat: domū solam quæ gulæ superat ignis absumperat: fecisse Albidium Proteruiam iocabatur Cato: cuius nomē Catonis Vticēsis memoriā reuocat: & rei quā illo inspectate potuisse continere: uahementer indignor ac stupeo.

## De dicacitate Catuli senatoris contra iudices corruptos: Ca. XXX.

**P**ublio Clodio uiolatas religionū ac manifesti adulterij reo dati iudices: quia de criminibus constabat sententiā pronūciaturi: præsidium a senatu petierunt: tū demū peti solitum cū aliquis reus potens condēnandus esset. Interim P. Clodius ad artes suas in extremis casibus sese uertens: aliquos ex iudicibus illustriū foeminarum apud quas cōsuetudine & muneribus & suarū interuentu precum potens erat: permisso concubitu & præscito ad ulteriores stuprorumque participes: & ob hoc sibi propitios fecit: alios magnis pecunijs oneratos corrupit. Quid multa: Vbi condēnatio sperabatur: summa cum populi Romani & illius sæculi infamia absolutus: nocentior absolute quā crimine. Quā ut eleganter ait Seneca: plus est distribuere adulteria quā facere. Itaque prius adulter: post leno. Propriè primū accusatus: propter secundū liberatus. Mira res & uix credibilis: nisi eam clarissimi auctores litteris mandassent: Hos iudices absoluto Clodio mordaciter ludens Catulus: senatum his præcontatus est uerbis: Quid a nobis præsidium poscebatis: an forte ne pecunia perfidiæ uestræ precium uobis eriperetur: Erubuisse poterat scelesti homines: sed apud animos libidinibus avariciæque deditos pudoris iactura leuissima est. Facile igitur præsentē pudorē: preceptis uoluptatibus ac pecunia solabant. Istud potius miror: unde illis temporibus tanti & tam compositi facinoris impunitas: Ut enim cum eodem Seneca cōcludam: pudet dicere: nunquam apertius quam coram peccatum est.

## De facetitate Ciceronis: Ca. XXXI.

**S**ed quis omnium iocator aut promptior aut mordacior Cicerone? Cui enim quæso pepercisset: aut cuius magnitudinem timuisset: qui & Pompeio suo non pepercit: & fortunam Cæsaris non expauit? Sane cum æqualiter ambos laceſſeret: grauius offendebatur amicior. Venerat ad castra Pompeij in primordio ciuiliſ belli: reprehendentibus amicis quod nimis distulisset: Minime inquit sero ueni: nam nihil hic paratum uideo: Pompeij tarditatem in apparatus bellorum ludens. Cum uero ad ipsius Pompeij conspectum puenisset: & ille interrogatus dixisset: ubi nam Dolabella gener tuus? Respondit: Cum socero tuo. Vnicuique uerbo disculsa calūnia: & generi & sua: qui in dissentiendo de republica principum uestigia sequerentur. Gallus quidam de Cæsaris exercitu ad Pompeium transfugerat: illi ciuitatem Romanam dederat Pompeius: Exclamauit Cicero: O bellum hominem: Gallo ciuitatem promittit alienam: nobis nostram reddere non potest. Solebat de Pompeio nimium mordaciter iocari his uerbis: Ego quem fugiam habeo: quem sequar non habeo. His horumque similibus hoc unum Pompeius reludebat: Cupio ad hostes Cicero tranſeat: ut nos timeat: Quasi tantam illam loquendi fiduciam Ciceroni non aliunde quam ex familiaritate nimia prouenire confirmans. Iam quotiens & quam grauius lusit in Cæsarem: Andron quidam Laodicensis Romam uenerat: & aduentus sui causam interrogauit Cicero: Atque illo respondente: per patriam suam libertate legatum ad Cæsarem uenisse: seruitutem Romanam dissimulare non ualens: graeco sermone in hanc sententiam respondit: Si obtinueris: & pro nobis incede. Abutebat Cæsar uno tempore matrem & filiam: Nomen matris Seruilia: quæ & Marci Bruti generatrix fuit: quæ ut ait Suetonius: ante alias dilexit: & cui super alias donationes: margaritam ingenti precio mercator est: Filiam nomen Tertia quæ ipsius soror Bruti: & G. Cassij coniunx erat: Cum itaque bona ciuitatum subhastarentur iussu Cæsaris: & Seruilia magni ualoris prædium exigua pecunia comparasset: lusit Cicero: Equidem quo melius emptum sciatis: cõparauit hunc fundum Seruilia: Tertia deducta. Rogatus pro amico ut ei decurionatum pararet: multis audientibus respondit: Romanus habente Pompeio difficile est quod postulas: tacite facilitatem Cæsaris nimiam inculans: super senatus dignitatibus passim profundedis. Eodem pertinet quod Laberio ait: Cum enim senatu supra modum aucto: parum afforet quoniam loca senatoribus nouis deessent: una & rudem senatum: & Laberium non inuenientem ubi nam assideret: & ipsum qui angustiarum materiam præbuerat Cæsarem illuſt: Recepiſsem inquit tene nisi anguste sederem. Hunc tamen iocum non inultum tulit: Ita enim ille percussit: Mirum si anguste sedes: qui duabus sellis sedere soles: dupliciter animi & fidei constantiam obiectans: quæ multi tunc obijciebant uiro egregio. Sed imerenter & indigne hæc optimus & innocuus ciuis audiebat: ne excusationem eius sileam: quæ est in Saturnalibus: unde iocosa huius magna ex parte decerpta sunt. Equidem quod sequitur excusare nescio: parumque abest ut sententiam reuocem: Egredier enim omnem ludi modum & apertum continet odium: quod dicam eo magis: quo non uolatili leuitate loquendi excidit: sed mensura grauitate a scribente dictatum. Sic enim in epistola quadam ait: quæ ad G. Cassium interfectorem Cæsaris misit: Vellem Idibus Marcij me ad cognam inuitasses: profecto reliquiarum nihil fuisset: Nunc me reliquiarum uestrae exterrent: Augustum Cæsarem ac Marcum Antonium: reliquiarum nomine significans. O hostile & uirulentum iocum: & qui Laberij dictum Antonijque factum prope iustificet. Multa se offerunt similia: Sed nimis amicum meum urgeo: Subsistam igitur. Nec a Cicerone tantum: sed etiam uulgo laceratus est Cæsar. Siquidem peregrinis ac nouis hominibus admissis in senatum: præcipue gallis: inuentus est libellus hoc continens: Bonum factum: ne quis senatori nouo curiam monstrare uelit. Item illa publice canebantur: Gallos Cæsar in triumphum duxit: idem in curiam. Et rursus: Galli brachas deposuerunt: latum clauum sumpserunt. Et hæc quidem ideo: primum: quia illud idem respiciunt quod in Laberium iocans Cicero mordebat. Nunc paulo superius redeundum est. Aedilitatem agens Cæsar cum Marco Bibulo Capitolium ac forum comitiumque & basilicas ac porticus adornauerat: ludosque insuper fecerat communi impensa: Sed quia collega obscurius: clarissimum Cæsaris nomen erat: cum apud animos hominum omnium gratia reflecteret in Cæsarem: iocatus est Bibulus: idem sibi quod Polluci contigisse: Etenim cum fratre ille communem domum habens: sileretur in populo: & Castoris tantum domus diceretur: sic communem ipsius ac Cæsaris largitatem unius & non alterius factari. Cum eodem postmodum Marco Bibulo consulatum gerens: quod absque ullo eius respectu rem-

A

B

C

D

publicam uersaret: iocandi occasionē uulgo dedit: Fuere qui quotiēs ex more tale aliquid agerent: qđ consignatione diei & consulis ægeret: non Cæsare & Bibulo: sed Iulio & Cæsare consulib⁹ gestum scriptis mandarēt. Hinc uulgati mox sine auctore uersiculi: Nō Bibulo quicq̃ nuper sed Cæsare gestū est: Nam Bibulo fieri consule nil memini. Et hæc inuidiosa magis q̃ obscœna. Cōtra illa turpissima. Adolecens admodū adhuc Sylla supstite: cū fortunæ suæ nauigiū patriæ tempestatib⁹ nuper agnosceret: secessit: Asiam petēs atq̃ apud Nicomedem Bithyniæ regem paulo familiari⁹ subsistens: ex leuissima causa grauissimā & inexpurgabilē cōtraxit infamiā: tanq̃ adolecētiae flore pstrato regiæ libidini. Hinc suspicio pro ueritate suscepta: & omnib⁹ sine fine: non tam iocandū q̃ obtrectandū materia data est. Consul ingenti patrū repugnantia Galliam p̃uinciā obtinuerat. Hinc imodice lætus magna senatus frequētia linguā frenare non ualuit: mœstis & nolentib⁹ inimicis se qđ optasset consecutū dicitās: cū cētisq̃ uices odij redditurū. Vbi cū quidam eas minas ægre ferēs id nulli foemina facile fore dixisset: satis habuit mordacē iocum: urbana responsione discutere: Et regnauit inquit in Syria Semiramis: magnāq̃ quōdā Asiæ partem Amaçones tenuere. Iam ista non inter iocos numero: in quib⁹ nihil colorate agitur sed palam ingerunt opprobria. Dolabella regiæ pellicem: sponsum interiorem regiæ leuicæ uocauit. Bibulus ipse non Cæsarem sed Bithynicā dicit: & foeditati miscet inuidiā: dicens ante sibi regem cordi fuisse: nūc regnū. Octauius qdam æger oīno: eoq̃ linguæ mordacior in publicū pgressus: Pompeiū regis noīe salutauit: Mox uersus in Cæsarem: Aue inquit regina. Cicero ipse quem ad mordaces iocos cogor reuocare: Cū aperte nimis multa de hac re scriptis etiā mādaasset: defendentē quondam Cæsarē Nicomedis filiaē causam in senatu: ac magna regis erga se merita recēsentē interpellauit: Et remoue inquit ista oro te: qm̃ notū est & quid ille tibi & quid illi tu dederis. Curio cū stabulū Nicomedis: & Bithynicū fornicem appellasset: simplici non content⁹ macula: utriusq̃ sexus ignominia adiecit in oratione quadā: omniū mulierū uirū: & omniū uiroz mulierē uocitans. Sed quid hostilia miramur: cū a suis etiam militib⁹ a quibus nullū impatorū aut ducū æque dilectū cōstat irrisus sit: Quo die de Galilijs triūphabat: currū de more psequētes: hoc inter multa cecinerūt. Gallias Cæsar subegit Nicomedes Cæsarem. Itē illud: Ecce Cæsar nūc triūphat qui subegit Gallias: Nicomedes non triūphat qui subegit Cæsarē. Illud præterea urbani: Seruate uxores: mœchū caluū adducim⁹: Aurum in Gallia effudisti: hic sumpsisti mutuū. Hæc tamē triūphalis utcūq̃ pompæ libertas excusauerit: Sed quis nam in illis patientiā habuisset? Circa supremū uitæ tēp⁹ Lucij Bruti qui Tarquā expulerat: statuaē subscriptū fuit: Vtinā uiueres. Statua Cæsarīs hoc modo: Brutus quia reges eiecit consul primū fact⁹ es: Hic quia consules eiecit: Rex postremo factus est. Mirū qđ homo inuicti spiritus & nullos metuēs: tam ptulerit multa. Qđ non minus ppter admirationē eius attingi: qđ ppter rerū seu uerborū gratiā: ut scilicet appareret q̃ta maiestas animi uelut ex alto despicientis terrirepas mortaliū nugas. Neq̃ enī facile uidebam unde melius exempla congererem: quibus moneremur non confestim excaudescere: & ad omne uerbū acrius in iram rabiēmq̃ prumpe: Præsertim memorantes illū: & ab hostib⁹ & a suis grauissima tolerasse. Cui quidem in utrosq̃ p̃mpta facultas ultionis si libuisset affuit. Sed hæc hæctenus.

**A** De dicacitate Asini Pollionis contra Cæsarem: Ca. XXXII.

**A**vgustus quoq̃ cum multa luderet: aliquot interdum mordaciora pertulit. In illa triuuirali p̃scriptione fesceninos in Asinium Pollionē scripserat: Ille pro responso hoc tantū reddidit: At ego taceo: non est enī facile in eum scribere qui potest p̃scribere.

De dicacitate Curtij: Ca. XXXIII.

**C**urtio equiti Romano molli ac stomachoso: ad mensam Cæsarīs forte macer turdus obuenerat: Nihil autē importunius diuite delicato: mediocria cuncta fastidite dante animos gula. Quasiuit Curtius nunqd mittere liceret: Quid ni inquit Cæsar: Nō expectauit ille amplius: p̃tinusq̃ per fenestrā misit: p̃pe dignus qui pari p̃teruia iocandi post turdum mitteretur.

De dicacitate Licinij liberti Augusti contra eundē Augustū: Ca. XXXIII.

**L**icinij libertus Augusti: operib⁹ patroni pecuniam largiter in subsidiū præstare consueuerat. Cœpto opere: scripsit ei certā pecuniā p̃mittere: Sed id non explicite: imo litteris nūeros representantib⁹: Aīaduertit Cæsar aliquātulū spacij uacantis: illud propria manu totidem q̃ similibus additis litteris impleuit: duplicauitq̃ summā tam

sollerter ut nulla suspicio inesset: Agnouit libertus & pmissi duplū soluit tacuitq;. De hinc opus aliud aggresso sic allusit: Misso chirographo in quo scriptum erat: Cōfero tibi domine ad noui operis impensam qd̄ uidebis: Locosam fraudem retemptari: urbana dicacitate prohibuit.

De duplici dicacitate contra eundem: Ca. XXXV.

**A** **I** Am illa mordaciora sunt. Cœnam clamdestinā magno sumptu studioq; fecerat: q̄ ipse quidem Apollinis habitu: cæteri conuiuæ singuloꝝ deorum dearūq; gesta discubuerant. Eius cœnæ inuidiam infamiamq; cumulauit publica fames atq; inopia quæ illis diebus urbem inuaserat. Itaq; præter apertas inimicoꝝ exprobrationes: & effusos i populū uersus sine auctore famosissimos: conclamatū esse omne frumentū deos comedisse. Item uere Cæsarem esse Apollinē sed tortorem: quo quidem cognomine Apollo quadam urbis parte colebat. Nec defuerunt qui famā principis ab omni parte morderēt: Cultæ suppellectilis uasoz; Corinthioꝝ auidior putabat: quin & aliquoꝝ noīa ob hoc unū ut uasis eorum potiret: in proscripitoꝝ numerū retulisse. Laborabat & altera infamia: q; in alea ludo multum temporis expenderet. Ex quibus primam notam secuti temporis egregia contententia discussit ac diluit: secundā non expauit. Ideoq; ab omni parte integerrim⁹: atq; ut Tranquillus ait: sine suspicionē ullius uitij: aleæ famam usq; ad senectutē sine dissimulatione sustinuit. De primo quidē ita lusum est: ut triūuiratus tempore subscribere ad statuā ipsius: Pater ergo Argētarius: ego Corintharius. Bis cynicus iocus & mores simul pungit & originem: quā quidam ab argentarijs deriuatam dicūt: licet alij antiquissimā honoratissimāq; diffiniant. De secūdo autē bello Siculo mordax epigrāma iactatum est huiusmodi: Postq; bis classe uictus naues perdidit: aliquando ut uincat: ludit assidue alea.

Item aliæ dicacitates contra Vespasianū Augustum: Ca. XXXVI.

**A** **E** Xtant & in Vespasianū mordaces ioci: præcipue cupiditatē in principe lacerantes. **B** **F** ama erat eum auarissimos quosq; ad amplas pcuraciones pmouere: ut publicis damnis ditatos: plurimis cōdemnaret & ad inopiam reduceret: Hinc uulgare pro uerbiū: talibus eum pro spongijs uti solitum: sitientes scilicet implendo plenosq; uacuando. Eidem uetus auaricia ad hūc modū exprobrata est: Senex bubulcus i primordio principatus eum adiit: libertatem gratuitam suppliciter petens. Negate Cæsare: exclamās: Vulpes ait pilum mutant sed non mores. Sane licet intempestiuū hoc loco uideatur: ne tamen ex his suspicio falsa fortassis animū lectoris occupet: differre nolui: q; hanc auariciæ notā & Suetonius Tranquillus scriptor fidelissimus: necnon & ipsius facta dictaq; principis excusant. Siquidem & initio imperij: testatus est imensa pecuniā op⁹ esse: ut possit inopia corruentes respublicas subsistere. Præterea qualitercūq; quæsitis: optime: ut ait idem Suetonius: usus est in omne genus hominū liberalissim⁹. Sed nihil est iniquius iudicio populari: pro libito crassatur inexorabiliterq; diffinit. Nec uerba: nec facta profuerunt: quo min⁹ etiam defunctum sequeret infamia. **B** **V** iuus ex more ueteri sumens mortui psonam: factorūq; ac dictorum uiuentis repræsentator: percontatus publice dispensatores: quāti funeralia cōstarent: Vt audiuit centum sextertia constare: mordacit̄ exclamans ex persona principis: Date mihi centū sextertia meq; uel i tyberim projcite. Et hoc quidem in mores iocatu est: & in oris sui habitum. Quidam urbanus natura dicacior: hortante Vespasiano: ut contra se aliquid diceret: Faciam inquit cum uētre exonerare desieris. Nitenti enī atq; impellēti simillimam faciem habuisse eum: & scriptores rerum tradūt: & imago uult⁹ sui quæ uulgo adhuc aureis uel argenteis æreisq; nūmismatib⁹ iusculpta reperit̄ indicat.

De dicacitate Ambij Crispi contra Domitianū Augustū: Ca. XXXVII.

**D** **O** mitiani quoq; principis mores tragico dente digniores iocantium licentia momordit: Certā diei partem deputare solitudini in consuetudinem adduxerat: Illic nihil q; muscas aucupari solit⁹: graphicoꝝ acutissimo trāssigere. Quærebat ad ianuam: ullus ne in thalamo staret cum impatore: Respondit Ambi⁹ Crispus: Nullus: imo ne musca quidem.

Item aliā dicacitas contra Claudium Augustum: Ca. XXXVIII.

**C** **L** audius Augustus princeps: inē multa turpis & nefariæ demētiæ: libertis ac spardonibus se suaq; omnia credidit: eisq; miser paruit: cui Romanū late imperiū parabat: omnib⁹ tamen Narcissum & Pallātem prætulit: Quibus & honores & lucra sine fine contulit: rapinasq; quas uellent permisit exercere: eousq; donec illis solis locupletibus uen-

ditis omnibus: ararium in super impos esset. De cuius interdum paupertate conquerenti Claudio: sic Libani mordacitate responſu est: Abundare incipies: si a duobus libertis tuis admissus in societatem fueris.

De dicacitate contra Neronem: Ca. XXXIX.

**I** Am uero quod mordacibus uerbis potius est Nero: Tametsi nulla mordacitas ifandi pueri dendi que principis meritum possit adaequare: Puerum quendam Sporum nomine cuius infami amore deperibat: dempta uirilitate in sexum foemineum transformare nisus: obluentem natura: eoque dementiae raptus erat: ut non sine dote & ornatu exquisitissimo: qualis conjugibus Caesaris esse consueuerat: magnifico apparatu nuptiarum in domum suam publice euocatum: haberet legitimae uxoris loco. In quo coniugio ita iocatus est quidam: Bene agi poterat cum rebus humanis: si Domitius pater talem habuisset uxorem: quod proprie damnosam mundum Neronis originem denotauit.

De dicacitate Lucii Crassi contra Gaium Domitium: Ca. XL.

**H**uius Imperatoris atque: Gaius Domitius Aenobarbus: homo durus seditionisque & arrogans fuit. In cuius mores ita lulisse traditur Lucius Crassus orator: Quid mirum si Aenobarbum Domitius habet: cum & os ferreum. & plumbum cor habeat: Sed iam satis domitium lusum est.

Alia dicacitas cuiusdam philosophi contra quendam libertum superbum: Ca. XLI.

**L**ibertus regius repentinis opibus inflatus: philosophos aliquos ad coenam inuitauerat: Qui cum de rebus uarijs ex more differerent: & quaestiones eorum non intelligenti pridicule uiderent: alludens libertus: Immo agite (inquit) o conuiuia: dicite mihi quid causae est quod ex albis nigrisque fabis non nisi unius coloris efficitur pulmentum: Tangit & modestos animos indignitas. Igitur arridens unus ex philosophis: non passus has ineptias: Quintu nobis ediffere: cur de albis & de nigris flagris uniformes maculae resultant: Satis mordaciter praeteritae seruitutis elatum praesentibus admonuit.

Alia dicacitas Regis Philippi Macedonum: Ca. XLII.

**P**hilippus rex Macedonum: is cum quo Romani primum bellum Macedonicum gessere: iocofior etiam inter serua fuisse traditur quod deceret regem. Is cum ad Tarquini Quincti Flamini multorumque gratiae principum colloquium uenisset: & disceptatio de altissimis rebus esset: ubi suus regnum sui statim uertebat: dicente Aetolorum praetore phana: quid multis uerbis opus est: inter nos bellum iudicabit. Istud quidem (inquit rex) etiam caecus uidet: cauillatus in loquentis lippitudinem.

Alia dicacitas contra Regem Antigonum monoculum: Ca. XLIII.

**D**ec minus mordacior: at alioquin stultior Theocritus: non Syracusius sed Chius: quod cum ad infensum sibi regem Antigonum altero oculo captum traheret: spem praebentibus suis fore ut cum ad oculos regis peruenisset misericordiam inueniret: Respondit: Impossibilis igitur est ista conditio: Actum est perij. Caeterum haec intempestiua mordacitas: & Theocrito mortis: & Antigono homicidij simul & piurij causa fuit. Iurauerat sibi enim parcere: sed asperitate motus non pepercit.

Alia dicacitas Hannibalis contra Antiochum Syriae regem: Ca. XLIII.

**U**lgiatissimus est Hannibalis iocus: qui cum uix tandem bello uictus a Romanis: ad Antiochum Syriae regem confugisset: Et ille bellum moturus populo Romano: innumerabiles equites elephantorumque turritorum & falcatorum curruum copias campis explicaret: noscendam uirum gratia: exercitumque auro & purpura atque exquisitis cultibus onustum intuens: Hannibalem quem lateri habebat interrogasset: Satis ne putaret illa omnia Romanis esse: Respondit mordaciter iridens: ut qui exercitum illum ducemque nec minus Romanos nosset: Optime & satis iquit esse puto Romanis haec: quod uis auarissimi sint. Acris urbanitas si diligenter attendit: quod tum inter quaerentis & respondentis animum intersit. Sed aliquantisper ab exemplis ueteribus abundum est.

De Dicacitate Dini contra quendam ipsum illudentem: Ca. XLV.

**D**inus idem cuius supra memini: cum quadam muliere nobili ab adolescentia stupri consuetudinem habuerat: cuius uir uel coniectura rei uel noticia infestus illi erat: sed nil nisi uerbotenus audebat: Ita quod sub specie iocandi multa interdum aspera iactare: Die quodam in comitatus Dinus in magna populi frequentia humili uehebatur equo:

Alter ut pudorem incuteret riuali: arrepta equi coma: & illius paruitatem & infedentis p/ ceritatē irridere putans: Hunc ambulare (inquit) doces: sed ubi quæso primū hanc artē di/ dicisti: At ille equo calcaribus adactō: Domi tuæ inquit. Sic destinatū sibi ruborem in int/ rogantis faciem refudit.

Alia dicacitas Dantis contra Canem Veronensem: Ca. XLVI.

**D** Antes Allegerius: & ipse conciuus nuper meus: uir uulgari eloquio clarissim⁹ fuit: Sed moribus parum per contumaciam & oratione liberior q̄ delicatis ac studiosis ætatis nostræ principū auribus atq; oculis acceptū foret. Is igitur exul patria: cum apud Canem magnū: cōmune tunc afflictōꝝ solamen ac profugium uersaretur: primo q̄ dem in honore habitus: deinde pedetentim retrocedere cōperat minusq; in dies dño place/ re. Erant in eodem conuictu histriones ac nebulones omnis generis: ut mos est: quōꝝ un⁹ p̄cacissimus: obscōnis uerbis ac gestib⁹ multum apud omnes loci ac gratiæ tenebat. Qd̄ moleste ferre Dantē suspicatus Canis: p̄ducto illo in medium: & magnis laudib⁹ concele/ brato: uersus in Dantē: Miror inquit quid causæ subsit: cur hic cum sit demens: nobis tamē omnibus placere nouit: & ab omnibus diligit: qd̄ tu qui sapiens diceris non potes: Ille au/ tem: mīme inquit mirareris si nosses: qd̄ morū paritas & similitudo animōꝝ amicitiaē cau/ sa est. Idem cum inter cōuiuas nobiles discūberet: & cōuiuū domin⁹ iam uino hilarior & ci/ bo grauis uberrim sudaret: uicissimq; loqueret̄ friuola multa & falsa & iania: nec finem fa/ ceret: aliq̄ diu indignans tacitus audiuit. Cunctis tandem silentio attonitis: gloriabundus ipse qui loquebat̄: & q̄ si facundiaē laudem omnīū testimonio consecutus: humentib⁹ pal/ mis Dantem arripit: Et quid inquit: Sentis ne q̄ qui uerum dicit non laborat: Et ille: Mi/ rabar (ait) unde hic sudor tantus tibi.

Alia dicacitas Petri Naui contra Hugutionem: Ca. XLVII.

**H** Ugutio ætate nostra multis actus fortunæ tempestatib⁹: ad aulam tandem memo/ rati Canis magni Veronensis: uelut in portum aliquem fessus senex appulit: ubi magnifice exceptus: qd̄ in illa domo præcipuū erat: nō hospitis sed parentis locum tenuit. Orta autem (ut sit) super mensas semel edendi mentione: cum multi magni comestores re/ ferrentur ab alijs: expectat⁹ Hugutio ipse qui inter maximos habebat̄: ut de se aliquid lo/ queretur: Cœpissetq; uir imensi corporis de esu suo in ætate iuuenili quædam incredibilia narrare. Petrus Nauus q̄ in eadem Canis aula sapientia celebris sed mordax habebat̄: re/ spondisse traditur: Minime quidem miror hæc quæ dicis: cum maiora sileas quæ tamē sci/ mus Pisas & Lucā uno prandio comedisti. Pungentis ioci cuspidem transfixisse senis ani/ mū reor. Constās est enim opinio: potuisse die illo quo de dictarū ciuitatū dominio pul/ sus erat: uulgi tumultu comprimi: si e cōuiuio surrexisset.

De facetijs pauperū & ingeniosis remedijs in necessitatib⁹ adinuentis in generali. Ca. XLVIII.

**H** abet & paupertas ingenij suū: habet & cogitationes alias: Nec nūc ulla cōmemo/ ro quæ uniuerſis urbibus campisq; & littorib⁹ nota sunt: quot curas quantosq; la/ boreſ p̄ mortali foelicitate solliciti: domi militiaq; terra pelagoq; suscipim⁹: q̄ cupi/ de q̄ piculoꝝ omniū oblit⁹: Impiger extremos crurit mercator ad Indos: Per mare pau/ periem fugiens per saxa per ignes: Sed illa dūtaxat quæ in remedium suscipius ociosa pau/ pertas excogitat: qualia sunt hæc in Saturnaliū libris præcedentib⁹ intermixta: quæ quo/ niā facetiarū non expertia sunt: relatu non indigna iudicauī.

De ingenio pauperis erga Cæsarem Augustum salutandū per coruos sic edoctos: Ca. XLIX.

**P** endente inter Augustum Cæsarem & Marcum Antoniū fortuna: cuius belli neq; mediocres casus erant: neq; uulgaria præmia uictoria: i gensq; apud omnes gentes finis expectatio: Pauper quidā Romæ in cunctos sibi prouidens euentus: ingeniū tale cō/ mentus est: omni diligentia duos coruos enutriuit: effecitq; (tantum in omni re studiū ua/ let) ut dicacibus uerbis: alter Augustum: alter Antoniū salutaret. Idem Augusto tandem uictore in patriam reuertenti: saluatorē suum manu præferens occurrit: qui inter crocità/ dū hæc uerba fundebat: Ave Cæsar uictor impator: Delectat⁹ August⁹ uiginti milia num/ morum loquacem uolucrem comparauit. Arguta quidem: sed diu præcōcepta subtilitas.

Item de eodem: Ca. L.

**A** Thuius socius ex tempe consiliū cœpit. Socio enī ditato inuidens (neq; latius apud

ullum genus hominum regnat inuidia) Cæsarem adiit: obtinuitq; ut coruum altere afferri iuberet. Iussus illū attulit qui hostem salutare didicerat: his uerbis: Aue uictor Imperator Antoni: Non ampli⁹ mor⁹ est Cæsar: q̄ ut prioris auis precii: præcipet cū delatore partiri.

De eodem: Ca. LI.

**P**er idem tempus inuent⁹ est qui picam ad salutationē similem: inuentus & qui psitacū erudiret. Et hunc & illam emi placuit.

Item de eodem: Ca. LII.

**T**otum uicini⁹ successibus admonitus inops sutor: & ipse corui ingeniū agere iſtituit: qd̄ cū frustra diutius temptasset: tædio affectus crebroq; mutam auem increpitās aiebat: Opera & impensa perijt. Vix tandem coru⁹ & hoc & salutationē quæ iubebat expressit: & in publico positus prætereuntē Cæsarem salutauit. Qd̄ ille audiens: Satis inquit salutatoꝝ talium domi habeo. Procedens in uociferatiōe solita coruus ait: Opera & impēsa perijt. Effusus in risum Cæsar: maiori q̄ cæteris precio redemit.

De ingenio cuiusdam homūculi græci erga Augustum: quomodo suæ cōsuetudinis paupertati:

Ca. LIII.

**A**d Augusti famā: non ex Italia tantū: sed ex Græcia atq; orbe toto concursus fiebat litteratoꝝ hominū. Venit inter multos Græculus poeta paup: q nihil præter musas & calamū haberet: Is in cōsuetudinē adduxerat principē a palatio descendentē præoccupare oblato carmine aliq̄ ipsius gratiā cōtinēte. Qd̄ cum non intelligēte uel dissimulāte eo ne quicq; sapi⁹ exptus foret nec adhuc cessatur⁹ uideret: scripsit Augustus manu ppria breue carmē græcū: qd̄ illi ad se de more pperanti præmisit: carmine carmen pensatur⁹. Ille cum ueneratiōe susceptū: cū admiratiōe plegit. Postq̄ satis & gestu & uerbis distantis ingeniū collaudasse uisus ē: accedēs ppius ex macri crumena paucos excussit nummulos porrexitq; principi munusculū græco sermōe psecut⁹: Cuius hæc fuit sentētia: Non scdm factum tuū Auguste: si plus habere plus darē: Cunctis q̄ aderāt in laticiā uersis. Ex illius actū qd̄ agendū sibi foret admonit⁹ Cæsar: accersito dispēsatore diserti homūculi cōsuluit paupertati.

De duabus uis: quibus religiosi multi habuerūt magnas diuitias a domino

Ioanne papa uicesimosecundo: Ca. LIIII.

**P**rincipū morib⁹ intēdere: & quæ illis saluo decore placeāt excogitare: nō inutile cōsiliū ægēti. Qd̄ si unq; clarissime dieb⁹ nostris apparuit sub Ioāne uicesimosecūdo Romano pōtifice. Hō pstudiosus & uæhemētior⁹ animi: hinc lectiōi libꝝ iuhiabat: illinc similtates acerbæ & inextricabiles agens cū imperio Romano: alterā uitæ partē huic studio deuouerat. Cæterū cū a legēdo & seniū & curæ uarietas retardaret: gratissim⁹ erat illi q̄sq; defloratos: ut pprie dicā. libros sub breuiloquio pstringeret redigeretq; in eas quas tabulas uocāt: In qb⁹ omē qd̄ ex libris quæreret facillimū esset inuētū. Rursus affectu alio impulsus: nihil cupid⁹ audiebat q̄ rumores ex Italia germaniaq;. Has enim ante alias supra stomachū gerebat: qb⁹ audiedis siue ueri siue falsi: nihil ad rem: modo lati essent atq; magnifici: mirū imodū creduli senis incensum pecc⁹ mulcebat. His duab⁹ igit uis multos eo tpe uidim⁹ ab extrema inopia raptim ad magnas diuitias puenisse: Ex illoꝝ grege præcipue q̄ religionis titulo gloriātes: quæ pfecti uidentē paupertatē: præ cūctis mortalib⁹ exosam habent. Hic mihi qm̄ lectoris fastidio parcere ppositū est: secūdi uoluminis finis esto.

**Francisci Petrarchæ Poetæ Oratorisq; Clarissimi: Rerum memorandarum Liber Tertius Incipit.**

**Tractatus prim⁹ est de Sollertia: astutia siue calliditate: operationes aut uerba hominum concernē.**

**De Sollertia Lucij Iunij Bruti Tarquini superbi auūculi: Ca. I.**

**S**peit acumē animi sollertiaq; res gerēday: quæ solā prudētiā uulg⁹ appellat: Qua i re primo Romanæ libertatis auctori prim⁹ quoq; loc⁹ dabit. Lucij Iunius Brutus: Tarqni supbi auūculi sui naturā & mores ab adolescentia contēplat⁹: cū omnē illi yrtutis habitū odiosū ac formidabilē uideret: ob eamq; suspirationē iuuetutis præcipuū florē: & imprimis fratrem suū crudelitate extincū: Qd̄ unū sibi de spe reipublicæ cōsiliū erat a sollertia mutuat⁹ est: uerbis atq; actib⁹ delyrātis specie induit: unoq; itē altero ridiculos⁹ admissio affectatæ uacordix breui fidē fecit. Su

peruacuum uisum est ferrum adigere iugulo demerit: ita cum ceteris pereuntibus sub hac nube latuit: donec erumpendi tempus affuit. Idem adolefcens regis iussu patris munera Delphico Apollini ferentibus ridiculi gratia: ut Plinius uerbis utar: comes additus est metuens ne manifesta reuerentia dissimulata prudentia daret signum terebrata uirga sambuca aurum infusum aris obtulit. Denique regis filius post iussionem patris adimpleta: de regni successione contentus: cum respublicum esset ab Apolline: de regno quidem nihil: sed summam potestatem obtenturam illi qui matri primum osculum tulisset. Ceteris de regnia dictum estimantibus: Brutus parentem publicam humani generis terram intellexit. Subitoque uelut ab aliquo socio impelleret prius corruens furtiuum terram osculum ingessit. Nec multo post assumpta libertate primum consul mentem Apollinem non est passus.

De sollertia & astutia Romuli:

Ca. II.

**A** Tque ut ad infantiam & incunabula Romani imperii reuertat: que uersutus & que sollers Romuli consiliu: qui ad fundandam incolendamque nouam urbem: latissima iuuentute contracta: cogitans unum nec amplius aetatis populum ope foeminea destitutum: finitimorum matrimonia: quia preces sperata fuerant: calliditate quaesiuit. Simulata namque ludorum equestrium pompa: cum ad rei famam ingens ex uicinis circum urbem utriusque sexus turba concurreret: nuptis intactis ut scilicet rapto adulterio uacaret: uirgines frequenter rapuit spectaculo plurimorum: licet bellorum causa at profecto necessariam stirpis martia propagine & unicuque perpetuam ad ciuitatis adminiculum.

De sollertia Numae Pompilii:

Ca. III.

**E** T ut ordinem diadematum teneat exempla sollertia: Numa Pompilius secundus Romanorum rex: aiauerfa populi ferocia quam ardentissima praedecessoris institutione coepat: mitigandorumque mores: ratus occasione nouitatis temporum usus est: Sentiebat adhuc Alpinum quendam ac pastorium inesse animis. Itaque saepe solus Aricini nemoris opacior & gelido fonte roscida spelunca ingredi longaque ibi noctu moras agere: submotis procul arbitris solebat simulato coniugis egregiae familiari uti colloquio. Sic iuncto deorum metu facile credulum & inexpertum populum quibus libuit legibus ac superstitionibus inuoluit. Quod mirantes quidam usum Pythagorae philosophi consilio putauerunt: quorum opinioni & temporum & locorum ratio aduersa est. Constat enim Pythagoram in Italiam uenisse Superbo regnante: quod tempus ab interitu Pompilii super humanam uitam longissimum modum distare notum est. Illud quoque coeptum: non urbem Romam sed extremum Italiae angulum tenuisse Pythagoram: ut appareat in eum & illum de quod agimus Romam non regem nullum profus uel loci uel tps fuisse commercium. Quo rex iste maior uir habendus est: ut Marci Tullii uerbis utar: quia sapientiam constituedam ciuitatis duobus prope saeculis ante cognouit que eam graeci notam esse senserint.

De astutia Minois ac Lycurgi:

Ca. IIII.

**N** on tamen negauerim in constitutione caeremoniarum ac legum Minois ac Lycurgi sollertiam secutum. Quorum primum ex antro Iouis leges uelut ipsius Iouis de manibus acceptas efferebat: ut eam uirgo Cretenses mixta cum impio religione premerent. Aliter eadem arte: sed diuerso numine in condendis Lacedaemonum legibus usus est.

De astutia & calliditate cuiusdam summi sacerdotis idolatre circa initia urbium Romanae:

Ca. V.

**E** Ad eam primam aetate Romanorum uacca portentosa pulchritudinis ac staturae in finibus Sabinorum adita. Consulti aruspices responderunt fore ut quisque Dianae cuius in Auentino templum erat eam uicem in mastrasset: uniuersi orbis monarchiam patriam suam quaereret. Bouis dominus gaudio exultans: ne quod pro moras de ingentis rei occasione praetermitteret: in Auentinum prope productam ante aram statuit. Et iam cultris ac uasculis ex more conquisitis accigebatur: erat totum in sacrificium intentus Sabinum uelut omnium terrarum impium quaesiturus. In hac anxio re coepit summum templi sacerdos sub obitu religionis abstrahit ab icepto: pro quo sancte admones: ne ante sacrificet quam sese uiuis undis praelabetis fluminis abluerit. Haesit ille: & dum uenerabundus ad sinistram ripam Tyberis ex colle descenderet: callidus prouasor raptim sacrificium pegit. Non inuisa sacerdotis astutia: ut tunc res erant: Sed quod Valerius addit: hac arte quaesitum Romanis impium terrarum orbis pradiculum profecto nunquam eo magnitudinis putatum foret: si non magis ardens excellensque clarorum uirum ciuium & armorum experientia quam furtiuum pegrinae bouis sacrificium contulisset.

De sollertia Scipionis Africani maioris:

Ca. VI.

**S** cipio Africanus maior proximum tenebit locum. Hic exercitum in Africa traiecitur Libyum puenerat. Erant circa latus eius treceti iuuenes Romani: quibus ad bellum strenue

geredū nec animi deerāt nec corpa: sed arma & equi. Quorū congſitio fatigato arario haud facilis uidebat. Itaq; cū longi apparat<sup>9</sup> facultatē temporis angustia negarent: nisi in castris esse: ut inermes cū armatis mixti tenerent & ipsi consilioꝝ ducis ignari mirabant & mirari reliquos cogebant. Scipio igitur sollertia succurrendū ratus ægestati: totidē Siculis equi-  
**B** tibus qui ex omnib<sup>9</sup> genere ac diuitijs florebat: ut armati egregie atq; equis excellentib<sup>9</sup> in-  
 structi statuta die adessent: præcepit. Q<sup>d</sup> cū non sine querelis tacitis exequerent: & affines  
 singuloꝝ metus urgeret: præfixa dies affuit: mœsti atq; solliciti ob hoc unū quia puocandi  
 ius non erat: paruere. Legens in frontib<sup>9</sup> secreta pectorū Scipio: i tempe reuersos alloquitur  
 mitius: Et uideo uos inqt tadio ac labore longinquæ militiæ cōterritos: & quo nam pacto  
 uos hoc onere leuare queā iam dudū cogito. Proinde dicite inrepidi prius q̄ in discrimen  
 uentum sit: quid cuiusq; fert anim<sup>9</sup> hic. Cū unus ex eo numero seu loquēdi p̄mptior seu ti-  
 midior pugnādi: malle se detractare militiā si suæ potestatis fieret: aperte respōdisset. Tum  
 Scipio: quādo palam mihi loqueris: uicariū inqt tibi dabo. Q<sup>d</sup> cū ille libens amplectere-  
 tur: uni ex Romanis inermib<sup>9</sup> in mediū prolata arma & equū tradidit adolescens Siculus.  
 Id exemplū secuti oēs quib<sup>9</sup> quies esset charior q̄ gloria: cū bona gratia Romani ducis ex-  
 emptū imparato labori militē uidentes: eandē conditionē acceperūt. Sic militādi necessitas  
**C** querulis remissa: & ingenio effectū ut q<sup>d</sup> alioqn inimici fecissent: læti & gratias agētes ar-  
 ma & equos traderēt Romanis. Eximiāq; illam equitū alam eoq; atq; alijs bellis p̄batif-  
 sam euasisse: auctor est Titus Liuius. Idem ab adolescētia supra q̄ credi posset mira qua/  
 dam arte in ofſtationē uirtutis ac gloriæ instruct<sup>9</sup> erat. Percrebruerat aut fama seu ex reb<sup>9</sup>  
 gestis seu ex moribus seu ex forma corporis oriens: nō humana sed diuina eum stirpe p̄ge-  
 nitū: cui q<sup>d</sup> i tali re usu euenit & fabularū ambages aderant: uisum serpentē insuetæ magni-  
 tudinis in lecto matris: sibi infantulo draconē circūfusum nihil nocuisse: & multa huius ge-  
 neris uulgus credulū motura hanc de se opinionē tali ingenio nutriuit: ut de origine q̄dem  
 sua nihil sponte loqueret. Et cū interrogaret an uera essent quæ passim ferebant: nec affir-  
 cans: Qđ est inquit ante pedes nemo spectat: cœli scrutantur plagas. Quintus ecce supue-  
 nit præmissis omnibus fide dignior Cato: q̄ mirari se ait: qđ nō ridet haruspex haruspicem  
 cum uidet: Qđ eo spectat: quia tot ineptijs credulos homūculos illudunt: ut occursum me-  
 moriam & risum ex mutua consciētia mouere debeat. Infinita sunt doctoz hominū in hęc  
 sententiam. Hęc raptim ad retrahendū ab his ineptijs adolescentes dixerim: q̄ q̄ delyros  
 similiē senes ineptos uideam: qui cum mirari potius deberēt quomodo tam diu membris  
 trementib⁹ uixerunt: consulūt qualiter uicturi sint: de morte autem nihil interrogant: qua-  
 si illa quia tantum eos distulit oblita sit. Cæterum de tota hac re ad utrāq̄ partem conq̄si-  
 tis argumentis & psuasionibus uarijs: libri duo extant Marci Tullij accuratissime compo-  
 siti: qui inscribuntur de Diuinatiōe. Illi quidem cui hæc breuiora non sufficient adeūdi sūt.

Q̄ sapientes nunq̄ debeant intendere in uerborum auctoritate  
 secundū Domitium: Ca. XVII.

**S**ed mihi mētio Faurorini: Domitiū urbis Romæ clarissimū grāmaticū in animū  
 adducit: Cui⁹ responsio licet paulo q̄ uirum modestum deceat cōcitatior facta sit:  
 sapientiæ tamen plenam continet sententiam. Interrogatus enī ab illorum aliquo  
 de peregrinoꝝ quorūdam pprietate: animo simul & fronte permotus: Nulla inquit pror-  
 sus bonæ salutis spes reliqua est: cum uos philosophoz illustrissimi nihil iam aliud q̄ yba  
 auctoritatesq̄ uerboꝝ cordi habetis. Pauca præterea turbata uoce in hanc sententiā quest⁹  
 ita cōclusit: Utinam muti omnes homines essemus: minus improbitas instrumenti habe-  
 ret. Quid nunc dices Domiti: quādo philosophia posthabita & neglecta: garrulitatē pro  
 uirtute sectantes: omnes se certatim ad dialecticam transtulerunt: nec pudet in puerilibus  
 senescere sapientiæ studium p̄fessos

Q̄ sapientiā secundū Afranium est filia memoriæ: & efficacius habetur ex  
 rerum experientia q̄ ex libris: Ca. XVIII.

**D**etur & poetis locus. Afranij circa hanc ipsam de qua iam diu loquimur sapientiā

celebris ac uulgata sententia est Vfus: eam ac memoria filiam opinantis: Quo itelligi uult: sapientiam non in libris tantum ac disciplinis moralibus consistere: sed in experientia rerū omnium magistra: accedēte fideli eorum quæ quis uiderit memoria. Hinc sibi enī & alijs certius quemq̃ consulere argumento rerum: in quibus sæpe periclitat̃ sit: q̃ uerborū: in quib⁹ alienis ingenijs lusum est. Altius quidem in animos descendere semel uisa q̃ septies audita compertum est. Ipsius Afranij uerba in togata cui Cæcillie est nomē: in Atticarū noctium libris posita: huc transferre propter eorum uetustam elegantiam uidetur. Sunt autem huiusmodi: Vfus me genuit: mater peperit memoria. Sophiā me uocant Graij: uos sapientiam.

De sapienti dicto Pacuuij loquentis de his qui habent sapientiam in ore & in uerbis: & nō in factis. Ca. XIX.

**P**acuij excludam: cuius dictum unū scribi debere pro forib⁹ temploꝝ omnium: in eisdem libris scriptum est: Ego inquit odi homines quorū ignaua opa: & philosophica sententia: Nihil indignius neq̃ intolerabili⁹ fieri potest: q̃ q̃ homines ignaui ac desides: operati barba & pallio: mores & emolimēta philosophiæ in linguæ uerborūq̃ artes conuertant: & uitia facundissime accusent: ipsi uitij madentes.

De quadam poetica fictione Aristophanis: per quā stat⁹ humanæ uitæ monstratur illusio ex falsis & breuib⁹ gaudijs suis: Ca. XX.

**I**nter exempla sapientiæ: cernens Aristophanē: temperare mihi nequeo: quo minus unū quoq̃ de tam multis nostri poetæ figmentis & illustrib⁹ dictis annumerē. In illa etenim horrenda nocte Troiani excidij: per quam nō inepte quidem intelligitur humanæ uitæ status: falsis quidem ac breuib⁹ gaudijs illusio & uelut somno foelix: mox ut expurgisci cœperis: tenebris atq̃ horrore obsitus: inter innumerabiles miseras ac labores & pericula urgere cum lachrymis ad ineluctabilem interitū. In illa inquā nocte Aeneam ipsum suum per hostes ac flammam errantem fecit: Sed donec lateri genitrix Venus affixa est caligantib⁹ oculis securæ. At ubi primū illa digrediē: purgatis luminib⁹ uiri fortis: iratas facies deorum apparuisse: subiungit. Qua in re more poetico magnæ sapientiæ recondit arcanū: Quin & experimēto compertū & magnorū hominū auctoritate testatum est: ab aspectu diuinitatis nihil magis abstrahere q̃ usus ueneris: quo amoto & simul uisus discussa caligine incipit quidem deus apparere sed iratus. Ita tamen ut euadendi nō abripiat facultatē.

De sapia uoluptatis: quæ poti⁹ demētia ē: optata hostib⁹ ppli Romani: Ca. XXI

**Q**uod autem retrogrado ferar stilo: Fabritius ad Pyrrhum legatus a senatu: dum morā trahit apud regem: audiuit a Cynea qui uersa uice a rege legatus ad senatum uenit Athenis esse quēdam qui sapiēs habere: disputare solitū ac diffinire: Omnia quæ agimus in uita: ad uoluptatem referri: illam finem esse ac premiū actionū laborūq̃ omnium. Eo autem audito: uir temperatissim⁹ obstupuit. Quod cum domi narraret: Titum Coruncanem & Marcū Curiū sic optasse ferunt: Dent dij talem sapientiam hostib⁹ populi Romani. Sapientis sui ludo dicta illis imprecata. Profecto enim qui uoluptati rerum suarum terminū constituit: nihil gloriosi aut magnifici operis: illa semp animū retorquēte suscipiet.

De sapienti optatu cuiusdam hostis Romani Imperij: ut donis corrupi posset: quo citius perire posset ipsum imperium: Ca. XXII.

**A**tq̃ ut parumper i Italia subsistam⁹: non absimiles C. Pontij Sannitum imperatoris preces: Vtinā inquit ad id tempus me fata reseruassent quo Romani dona accipere cessassent: Non essem passus eos diutius regnare. Sapienter id quidē hostis optabat: uidebat enim imperiū donis corruptibile: diuturnū esse non posse.

De sapienti demonstratione periculosi status Tyrannici: facta a Dionysio Syracusano Tyranno Damonij: Ca. XXIII.

**D**ionysius maior: qui Syracusas Siciliæ nobilissimā quondam ac florentissimā ciuitatem graui seruitio calcauit: tam delictis q̃ feritate notissimus: cūctis uarie blandientibus: solus de se uerum testimoniū dedit. Cum enim Damon quidam fortunarum eius præcipuus mirator: statum illius cæloten⁹ attollens: eum omnium mortaliū longe foelicissimū prædicaret. Vis ne inquit igiē foelicitatis meæ particulam degustare: Immo uero inquit ille: nihil magis opto. Tum Dionysius imperauit Damonem in conuiuium perducere: & in loco ornatissimo discubere: ostro & syndone circum amictū: parietes serico: floribus solum omne substratum: Electissimæ dapium ingens copia & suauis Bacchi discolor uas

rietas in gemmis translucentibus & in uasis aureis artificio uincente materiam alternatim apponebantur conuiuæ attonito & gaudenti. Aderant omnis generis odores & gulæ irritamenta extremo procul oriente transmissa. Ministrabāt tenerrimæ ætatis & formæ uarios ris adolescentuli: nutum edentis obseruantes attentius & alacrius obsequentes. Coronatus Damon purpureum lectum molli premebat accubitu. Iam fœlix: iam sibi sapiens uidebatur & tyrannicæ fœlicitatis uerum sibi iudiciū arrogabat. Hæc inter ex laqueari inaurata trabes supra caput discumbentis coruscus mucro demittitur: equinæ caudæ setula tremente suspensus: iam casurus & similis iam cadenti. Ille autem subito horrore percussus expalluit: Harere cibus faucibus: non apparatus: non ministros: non epulas circumspectare: denique nusquam oculos ab acie ferri minantis auertere. Orauit tandem ut abire permitteretur: nolle se diutius esse fœlicem. Atqui inquit Dionysius: talis die noctuque uita mea est qualem tu momento temporis protulisti: Hæc est illa fœlicitas quæ inexpertus tantopere mirabaris: Sic castigatum hominem dimisit. Hactenus hæc a multis rerum scriptoribus tradita: sententijs alienis: nostro sermone retulimus: hoc addentes historiæ: nequaquam potuisse tale aliquid nisi ab homine acuto & proprium atque omnium tyrannorum statum alius intelligente cõfingi: Et actum quidem magnæ sapientiæ nullus negauerit. Quod iccirco minus miror: quia hunc ipsum Dionysium fuisse acrem & in uictu temperantem: atque in gerendis rebus industriū: testis est Cicero: tam scelesti tam peruersique propositi tantisque ciuium suorum circumuentum odij propter exiti temporis flagitia: ut & si uitam tyrannicam dediscere uellet (O misera peccatorum conditio) sine capitis sui periculo non liceret. Hinc iam seruato regionum situ: sicut ex Italia in Siciliam: sic e Sicilia in Africam nauigemus.

De sapienti dicto lugurthæ contra corruptam uenalitatem

Senatorum urbis:

Ca. XXIII.

**A**T quoniã sensim ad extrema delapsi sumus: quod uelut longinque potius cernebat non multo post tempore genitum alter hostis ante oculos habebat: tam cito Romani mores euerfi sunt simul cum uictorij regum ac gentium irrumpente urbem auaricia: De Iugurtha loquor Numidarum rege: qui corrupta muneribus senatus parte atque auro uictis belli ducibus: sæpe uotoque iniquissimorum compos: Cum tandem pecuniæ & artibus suis fides Romam sub fide publica uenisset: atque inde præter spem uerecundia uincente cupidinem iussus secederet: portas urbis egressus crebroque tacitus subsistens & in tergum uersus: in finem traditur dixisse: O urbem uenalem & mature perituram si emptorem inuenerit. Quod uerbum quis ab hoste prolatum: dictum mirum est quod late uulgatum sit ad infamiam Romanorum. Ceterum ex eodem sapientiæ fonte prodierunt & superioris uotum & huiusmodi exprobratio.

Aliud dictum ad propositum præcedentis: Philippici regis Macedonum in epistola ad Alexandrum:

Ca. XXV.

**A**m uero qui cum Iugurtha inter templa regum uenimus: Philippus occurrit Macedonia Rex: Cuius ad Alexandrum filium subiectorum beniuolentiam muneribus aucupantem: extat epistola huius sententiæ: Quis tibi error suggerit fili: eos te fideles habiturum quos pecunia paraueris amicos: Sapientem ac regie. Pecuniæ siquidem mercenariorum atque seruorum opera: amore atque humanitate ingenuorum amor & fides quaeritur.

Qualiter Olympias mater Alexandri sapienter castigauit filium dulci admonitione quia se dicebat filium Iouis: Ca. XXVI.

**H**uius lateri cõiux hæreat Olympias: quæ ab Alexandro filio Iouis receptis: in quibus se Iouis Ammonis & Olympiadis reginæ filium inscribebat. Rescripsit uerosam nati castigans insolentiam his uerbis. Amabo inquit Fili mi quæscas: ne deferas me neque criminis aduersus Iunonem. Malum mihi prorsus illa dabit magnam: cum me litteris tuis pellicem esse illi confiteris. Laudata mulieris sapia: adulatorum flatibus & falsis opinionibus imbutum filium: non asperne nota ferociam irritaret: sed lepide ac salubriter admoneret.

De sapienti irruptione Alexandri suipsius a uanitate: ex occasione Olympiadis matris suæ: Ca. XXVII.

**S**ic & ipse filius respiciens aliquam sapientem loquitur. Dum enim Indiâ bello premit: & muros ciuitatis quæ obsidione cinxerat incautum oberrat: sagitta crus traiecit non dimisit inceptum sed intempestiuo dolore labore auxit: Verum postquam refrigescens sanguis & subarescens uulnere patientiam uicerunt: exclamauit: Omnes me filium Iouis dicunt: sed dolor hic hominem me

esse testatur. Conscientiam propriam excutere: & illi potius q̄ blandientiū sermūculis fidē dare ac stulticiam dediscere: uel sero proximus ad sapientiā gradus est.

De sapienti doctrīna regis Cyri de perpetuitate animæ & immortalitate mētis humanæ: Ca. XXVIII.

**A** **n** Ec extorquebit aut breuitatis studium: aut uulgatæ rei uitādū repetitione fastidiū: ut sermonem Cyri maioris morientis a Tullio ex Zenophonte trāslatū prætermitam. Sic enī filios alloquit̄: Nolite arbitrari O mi filij charissimi: me cū a uobis discessero: nusq̄ aut nullum fore: Neq̄ enī dum eram uobiscū animū meū uidebatis: sed eum esse in hoc corpore ex his rebis quas gerebam intelligebatis: Eundem igitur esse creditote & si nullum uidebitis. Nec uero clarorū uiroꝝ post mortem honores permanerēt: si nihil eorū ipsoꝝ animi efficerent: quo diuti⁹ memoriā sui tenerem⁹. Mihi quidem nunq̄ psuaderi potuit: animos dum in mortalib⁹ essent corporib⁹ uiuere cum exissent ex his emori. Nec uero tūc animū esse insipientē cū ex insipienti corpore euasisset: sed cū omni admixtione corporis liberatus: purus & integer esse cœpisset: tunc esse sapientē. Hæc ad contextū de regij uerbis elicui. Opinio quidem immortalitatis animæ: non solum ut uera sed ut studio quoq̄ uirtutis amicissima pie ac tenaciter amplectēda est. Hæc enī sublata: omnis p̄fecto mortalium ardor frigidescet quo ad honesta succēdamur. Quis enī dempta spe premij mortis tot humanæ uitæ pericula tantosq̄ labores p̄feret? Quis se a uoluptatib⁹ arcebit: aut impet⁹ animi frenare uolet? Qua ira aut libido uocauerit: sequetur quisq̄: Ita totus hic pulcherrim⁹ atq̄ optimus rationis ordo turbabit̄: interq̄ marcidū ocium & effrenatam rabiem sine salutis respectū fluctuabit humanū genus. Duo igitur in rege miror: Et q̄ dogma tam uerum tamq̄ salutiferū: Cæterū in illa ætate uix dum principibus cognitum philosophis: tam cōstanter affirmat: & q̄ in ipsa morte faciat. Neutrum enim sine magna quadā sapientia & singulari contigisse arbitror.

De sapienti dicto Themistoclis: Potius uelle dare filiam uiro sine pecunia: q̄ pecuniā sine uiro: Ca. XXIX.

**P** Ræscriptis regibus Themistocles Atheniensis accedat: nō ipse quidem Rex: sed nec Perfidis aut Græciæ regum inferior. Hic interrogāti amico: An honesto inopi: an diuiti sed infami unicam filiam in matrimoniū daret. Virum sine pecunia: q̄ pecuniā sine uiro se malle respondit: Virtutem in homine spectandam potius q̄ fortunam.

De sapienti consilio Damocletis dato Atheniensibus ut complacerent Alexandro: Ca. XXX.

**A** Theniensibus quondam diuinos honores negantibus Alexandro: Videte ait Damocles ne dum cœlum custoditis terram amittatis. Non minus sapienter dictum q̄ festiue. Qui enim potenti minora negat: maiora permittit. Et imodicus libertatis usus seruitutis occasio est. Et his quidem dicto: ac uicinis eorum factō sapiens inuentus est.

De sapienti abrogatione legum & restitutione earundem facta per Agesilauum: ut extraordinariam iusticiam exerceret: Ca. XXXI.

**A** Gesilauus Lacedæmonius: deprehensa cōiuratione scelestorū: ciuium aduersus salutē publicam: cum eos nec raptim aut citra iuris ordinem condemnare possit: nec de indemnatis sc̄dm Lycurgij leges sumi supplicium liceret: & periculosam animaduersionis moram esse constaret. Inter has difficultates dubi⁹: hoc tādē consilij cœpit: Legibus abrogatis coniuratos morte multauit: confestim restituit leges. Ita nec contra eas nec contra rempublicā factum est: & huiusmodi abrogatio confirmatio iuris fuit. Sed iam satis inē duces hæsim⁹: deinceps sapientiæ ac philosophorū qui in græcia floruerūt ex innumeris pauca memoriæ prodita renouare temptabimus: lectores orantes: dent ueniam si in rebus magnificis paulo cunctatior stilus est: nec tacita nostri admiratione contentus: alienis parumper dictis interstrepit.

De sapientibus dictis Attici Solonis: super uarietate & æquanimi tolerantia ipsius: Ca. XXXII.

**A** **a** Atticum Solonem prædicare solitum ferunt: Expectandum fore nouissimum uitæ diem ut quis beatus iure uocaretur: Omēs nempe dum uiuimus: quocunq̄ gradu positi: subiaceamus imperio & ludibrijs fortunæ: a quibus perraro quidem immunes: a peri-

culo autem ac minis nunq̄ tuti sumus. In quātalibet igitur rerum affluētia: de futuro semper incerti: dici non possumus foelices. Quod uerbum altius intelligitur ab his qui ex altissimo dignitatis ac potentiaē solio: ubi firmiter stare uidebant: repente corruerunt. Id cum in multis saepe: tū clarissime ī Croeso Lydoꝝ rege: ubi hoc dictum a Solone tradit Herodotus apparuit. Hunc enim potentissimū suā aetatis: Solon ut a longe uitā finem respiceret: moriuit: nec prius intellexit q̄ a Cyro Persarum rege breui post uictus flammisq̄ traditus: ī mediis iam morte Solonem uerum uatem exclamauit. Quod admirās Cyrus: auferrī tātis per supplicium imperauit: donec quid ille uociferaret agnosceret: Et adiuuit repentinus imber qui impetum flammisq̄ compescuit. Re autem intellecta: fortunā uim reputans & statim hostis miserat: uitam sibi sed sine regno: & ut quidam adijciunt: sine libertate restituit. Recte igitur dici potest: q̄ de mortali foelicitate sola mors iudicat. Quobrem breuibus quidem inclusum: sed late patens & salutare cōsiliū Solonis uni datum: ab omnibus obseruandum: qui uel sunt uel fieri cupiunt sapientes. Non solum si prop̄ foelicitatis de qua diximus iudicium: quod ita Solonem sensisse Croesi finis indicat: sed etiam si prop̄ uitā ad unum aliquod signum disponēdā certitudinem: quod uerba ipsa non respuunt: intelligere uellemus ad finem uitā respicere. Profecto si hoc temporis momentum degere cupim⁹: trāquille proponendus animo est aliquis certus uitā cursus ac terminus: ad quem omnia nostra referantur. In quo q̄ cōmuniter peccetur ab omnibus: nō audeo dicere. Progredere in uulgus quisquis hoc scire cupis: passim tibi senes ridiculi occurrent: noua in te cōsilia post ultimum mortis tempus agitantes: nec aliter anxij q̄ si per eadem uitā uestigia reuersuri sint. Curam quā prima esse debuerat: ad extrema trātulit mortalīs incuria: Atq̄ utinā senectutis cōsilia constarent miseris: quibus saltem in morte tuerent: Ad hęc quoq̄ titubant assidue: eoq̄ magis: quia multa uidendo multiuoli facti sumus. Omne genus hominū percurre: rarissimos iuenies qui liquido quid sibi uelint explicare queant: Bene quidem ac foeliciter sibi esse cupere affirmabunt omnes: sed id quo nam modo aut quibus uis expectāt. Hęc est illa cōsiliorum inconstātia: uotorum confusio. Nec mirum: Sicut enim ī alto nauis quem portum petat ignara: sic uita hominū ad quem finem dirigatur nescia: uaga semper & incerta fluctuabitur: ut diuersis illa flatibus: sic aduersis hęc agitata sententijs. Ad mille simū licet annum uiuatur: pluribus certe cōsilijs sed pari uanitate peccabitur. Ego autem uereor ne sapientissimi uiri uerbum puerilibus magis querimonijs implicuisse uidear q̄ declarasse. Hinc igitur ad aliud eiusdem dictū transeo: Fortunam propriam miserabiliter flenti amico huiuscemodi solamen adhibuit. In locum eminentem unde omnis ciuitas uideri possit adducto: Circūspice inquit hanc terram incolumis. Quod cum is sedulo fecisset: Nunc ait apud animū tuum uersa quot quantiq̄ hæcē⁹ ī domib⁹ moerores fuerint: quot modo sint: quot impostero futuri: cōmunemq̄ mortalium querelam in patiētia & lamentis propriam tuam facere definito. Sapientē atq̄ magnifice. Quātus est enim error: Nemo se hominem natum esse conqueritur: humana cūcti patimur cum gemitu: tantaq̄ peruersitas incessit: homines esse cupimus & dolemus. Hinc consequens est eiusdem dictum: Si omnium calamitates & miseria in unum conuehantur: uiritim ī singulos refundēdā: & ad hunc immensum atq̄ inextimabilem malorum cumulum cuncti conueniant mortales: fore: ut attonitus quisq̄ cum proprijs & usitatis abire malit: q̄ nouam ex uniuerso sibi obuenientem portionem sumere. Quod dictum eo spectat: ut nos qui mediocrib⁹ agimus in cōmodis sortem nostram æquanimiter lecterem⁹: nō tam ad aliquod pondus præeūtium: q̄ ad sequentium turbam oculos habentes. Nec ignari si quibusdam inuidemus: innumerabiles esse quibus inuidiosi sumus: ut permisceri singuloꝝ mala & æquis partib⁹ distribui nobis qui nunc de statu nostro sine fine conquerimur nequa q̄ expediat.

De sapienti dicto Chilonis Lacedæmonij scripto in templo Apollinis: Nosce teipsum: Ca. XXXIII.

**P**rogrosso in medium Solone: quid sex alij qui in eodem sapientiaē nomine gloriantur faciet: Falso gloriari dixerit q̄spia: nisi & ipsi de sapientiaē suā fontib⁹ singulos saltem haustus sitiēti præbeant lectori. Qd̄ igit̄ in ducib⁹ obseruatū est: obseruet̄ in hoc ordine. Ad latus Atheniēsis Lacedæmonij sedeat Chilo. Ipse ē q̄ illi⁹ auctor sententiā traditur: quā in templo Delphici Apollinis scripta fuit: Nosce teipsum. Cuius præcepti tanta

est: ut non hominum cuiquam: sicut ait Cicero: tribueretur: sed deo. Quo quidem: ut ait idem: non credo id præcipi ut membra nostra aut staturam figuramue noscamus: neque nos corpora sumus: nec ego hæc dicens corpori tuo dico. Cum igitur nosce te dicit: hoc dicit: nosce animū. Nam corpus quidem quasi uas est aut aliquid animi receptaculū. Ab animo tuo quicquid agitur: id agitur a te. Hæc Cicero. Quod & mihi plane probatissimū & eo sperare uidetur: ut & cognitos animi defectus reformemus: & in actionibus nostris nosmetipsos metiamur: atque extimemus acriter quid quisque animi robore: quid lingua: quid ingenio ualeat: quid uiribus corporeis: ne aut ignarus sui: nobilitatem insitam desidia corrumpi sinat: aut uaria opinione tumefactus ridicula corruat audacia.

De sapienti doctrina Cleoboli Lyndii: & Comici Terentii: & Flacci: In cunctis seruare modum: Ca. XXXIII.

**C**leobolus Lyndius dixisse fert Aristometron: quod latine sonat Modus. Quid hoc breuius: quid sapientius dici potest: Cuius in singulis uitæ nostræ particulis meminisse conueniet: seu uigilandū: seu dormiendū: seu laborandū: seu quiescendū erit: seu loquendum uel tacendum. Et ut breuiter cuncta complectar: quicquid agemus: quicquid cogitabimus: nisi hoc ante oculos semper habuerimus: facillime crebro nimis oberrabimus. Hinc traxisse uidetur Comicus Terentius quod ait in Andria: Nam hoc arbitror apprime in uita esse utile: ut ne quid nimis: explicauerat alijs uerbis Cleoboli sententiam: si addidisset: Et ne quid parum: nisi forte hoc ipsum nimis ad utrumque porrigetur. Itaque plenius locutus mihi uidetur Flaccus: ubi ait: Est modus in rebus sunt certi denique fines: Quos ultra citraque neque consistere rectum.

Quod raro fidei uobis sit pro alio: secundum Thaletem Milesium: & quod deus introspicit mentes sicut exteriora: Ca. XXXV.

**D**oxam præsto esse sponte uel adesse uadimonio: Thaletis Milesii sententia est: Quam cõperta sapientiam lachrymosam sero poenitentium querelam & miserabiles patrimoniorum casus indicat eorum qui pro alijs sponderunt. Idem cum ab eo quaereret: Num quid operationes hominum laterent deos: Ne cogitationes quidem ait. Quo tacite monemur non minus abdita mentium quam exteriora corporum actuumque introsipientis dei oculis approbare: nullam in latebris spem habentes.

De sapienti uerbo Biantis: Plures mali. Et de alio uerbo eiusdem: uel Stilbonis: Omnia mea mecum porto: Ca. XXXVI.

**B**iantis Prienæi dictum est: Plures mali. De cuius scilicet dicti ueritate nemo ambigit: qui modo inter homines educatus sit: Plures enim ex milibus quot repire liceat bonos: utinam minus euident foret. Parum abest quin melius fuisse uideatur: Omnes mali. Eo enim peruentum est: ut bonus habeatur quisquis distat a pessimo. Eiusdem est uox illa famosissima. Cum enim patria eius expugnata & incensa: omnes ciues quos cladis publicæ fortuna subdlexerat: chariorum rerum sarcinulas efferret: atque ipsum uacuum abeuntem ut idem faceret monerent: Ita inquit Bias facio: Omnia mea mecum porto. Quæcumque extra animum sunt nec bona nec sua iudicans sed fortunæ. Nec sum nescius dictum hoc non Bianti sed Stilboni tribuere Senecam. Quem in epistola quadam refert capta patria: amissis liberis & uxore: solum sed beatum ex incendio publico exeuntem: interrogatum a Demetrio rege illo formidato urbium euerfore: utrum omnia perdidisset: respondisse: Omnia sua secum esse. Ut uolet quisque accipiat: siue Bias: siue Stilbon dixerit: de auctore potest dubitari: de dicti ipsius maiestate ac sapientia nequaquam. Qui Bianti hoc ascribere maluerunt: testem locupletissimum ac fide dignissimum Ciceronem & sequaces eius: qui Stilboni Senecam citabunt & ipsum quoque magnū testem. Potest autem fieri ut & Bias hoc dixerit & Stilbon. Siue quia alter alterius dictum legendo uel audiendo didicisset: siue quia: ut in Oratore ait Cicero: similitudine ingenij in eadem uestigia incurrisset. Quod si res omnino in discrepationem ueniat: scio cui ex testibus plus apud me fidei sit: Nisi quia Cicero quodam loco hoc narrans sic ait: Saepe illum laudabo sapientem Biantem: dubitationem omnem absciderat: sed addidit: ut opinor: hoc uerbum ne Stilbonem Seneca reijciam facit.

De sapienti doctrina Pittaci super tempore expendendo: Ca. XXXVII.

**P**ittacus mityleneus: tempore agnoscere præcepit. Quod siue oportunitatem atque occasionem ne quid in tempestiue agamus aut loquamur: cum omnia tempora sua habeant: siue temporibus præcipite

fugã: cui nullo modo præterq̃ bonis & glorioſis actibus reſiſtitur: cõcernit: ut ſcđm primũ ſenſum rebus aptũ tempus diſcernam⁹: ſcđm alterum tempore parcius utentel: rem anguſtam & irreparabilem quo uno poſſumus remedio laxemus: qualitercũq̃ in quã ſapienter fit ſapienterq̃ conſulitur.

De ſapienti uerbo Perianđri: Meditatio totum: Ca. XXXVIII.

**P**eriander Corinthius ait: Meditatio totum. Sic eſt haud dubie: quicquid acturus eſ anteq̃ incipias meditare: ut te ratio ad optatum ꝑuehat finem: Alioqn periculoſe quodlibet aggredieris: non rationi ſed caſibus obſequẽs fortuitis. Illud quoq̃ ue- riſſimũ: Totam docti hominis uitam i meditatiõẽ conſiſtere. Recte itaq̃ dictum eſt: Medi- tatio totum.

De ſapientiſſima lege Lycurgi lata Lacedæmonijs. Ca. XXXIX.

**A** Vit animus mihi Lycurgum inter Solonẽ & Chilonem collocare: ut & conciuẽ ſuũ præcederet: & legiferũ Athenienſem legifer Lacedæmonius ſequeret. Retrahendi manũ ab inceptis cauſa fuit: ut in his ſeptẽ uetultæ Graiorũ perſuaſioni morẽ gere- rem: nec ſtilo confunderẽ: aut alijs ꝑmiſcerem quos ſegregatos abſq̃ particeps famoſi co- gnominis eſſe uoluerũt: q̃uis eoſ ipſos: ut eſt apud Ciceronẽ: qui iſta ſubtili⁹ quærũt i nu- mero ſapientiũ non habent. Sed utcũq̃ res ſe habeat: cur inter hos non fuerit Lycurg⁹ ſæ- pe miratus ſum. Sane admirationẽ tempus abſtulit: quoniã ut in epiſtola quadam ait Se- neca: Lycurgus ſi eadem ætas fuiſſet: ſacro illi numero acceſſiſſet octau⁹. Quia ergo tantũ plebiſcitũ abrogare non poteram: hæc ten⁹ tantũ differre ſum compulſus. Itaq̃ Lycurgus e duob⁹ grãciã luminib⁹ illuſtrauit alterum: cum alterũ Solon illuſtraſſet. Ex legibus aut̃ quas ciuib⁹ ſuis ſanxit: hæc memoratu digna narrant: Auri & argenti uſum uelut cuncto- rum criminũ radicem extirpauit: in pecuniã locũ rerum compenſationẽ ſtatuens. Populos principib⁹: ꝑrincipes iuſticiã ſubegit: utroſq̃ parſimoniã quã domi militiãq̃ utiliſſimã ar- bitrat⁹ eſt. Regibus bella: magiſtratib⁹ iudicia: ſenatui leges: populo ſenat⁹ ac magiſtratuũ creandor⁹ ius ꝑmiſit. Cõuiuia omnib⁹ æqualia: eaq̃ non niſi i publico fieri. Iuuenes ſingũ- lis in annos ueſtib⁹ cõtẽtos eſſe: Hiſq̃ uni⁹ cultus ac preciũ uoluit: ne aut latebre luxum: aut imparitas æmulationẽ pareret. Primã ætatẽ foro arcuit: & rure agi uoluit ꝑcul ab ur- bana luxuria duriter ac ſeuere: ſine pulmento ſine molli accubitu uiros i urbem reuerti. Ser- nes primũ honoris gradum: non diuites tenere: Vnde uenerabile & Lyſandrũ dicere ſolitũ refert Cicero: honeſtiſſimũ ſenectutis domiciliũ Lacedæmon. Virgines idotatas nubere: ne dotis reſpectus aut eis inſolentiã adderet: aut uiris & in uxor⁹ electione uerum iudiciũ & in matrimonijs regendis uirilẽ præriperet libertatẽ. Agros deniq̃ cũctoꝝ ita diuidi: ut ad ſin- gulos ciues æque portiones ꝑuenirẽt: ne patrimoniõꝝ inæqualitas quõſdã in ciuitate præ- potentes: quõſdã ægenos & imbecilles faceret: ſed omnes ſicut in iure ciuiũ: ſic in honorũ abũdãtia pares eſſent. Q̃ in illa fortãſſe republica expedire uir ſapienter intelligebat: apud Romanos autem quot quantarũq̃ ſeditionũ cauſam inuexerit: quã idipſum continebat: notum eſt omnibus qui Romanos legerint labores. Itaq̃ legem illam & docti & boni om- nes execrantur. Vnde Cicero: primũ officium eſſe dicit rempublicam gubernantis: ut ſuum quiſq̃ teneat. Et poſt pauca: Capitalis inquit oratio eſt ad æquationẽ bonor⁹ pertinẽs: qua peſte quã poteſt eſſe maior: Hanc enĩ ob cauſam maxime ut ſua tenerent̃ reſpublicæ ciui- tateſq̃ conſtitutæ ſunt. Quã quidem ciuitatum cõmoditatem eo articulo quem i extremo poſui ſuſtuliffe uidetur lex Lycurgi.

De ſapientiã Pythagoræ philoſophi: Et de reformatione ciuitatis Crotonis & legibus ibi datis per eum: Ca. XL.

**D**e quo ut dixi: cur in numerũ ſapientiũ grãciã non ſit admiſſus mirabar: de Pytha- gora nõ admiror. Is enim ut in ſupiorib⁹ expoſitũ eſt: glorioſum illud arrogãs co- gnomen ſapientiã erubuit: primuſq̃ philoſophũ ſe dici maluit: Nec pauca tamen eiũdem ſapientiã extant argumẽta. Primũ omniũ urbs Croton in extremo Italiã littore ſita ẽ: nũc licet ad mimũ redacta: quondam tamen ut Cicero teſtatur: omnib⁹ copijs florentiſſima & inẽ urbes Italicas beatiffima. Eius ciuitatis populus graui prælio attrit⁹: armor⁹ deſpera- tionem atq̃ omis uirtutis odium ſimul & ocio inhærere cõperat. Qua tempeſtate popor- tune trãſuect⁹ ad Italiã Pythagoras: Crotonẽ adijt labẽteſq̃ & iã in luxuriã ꝑlapſos: ciuita- tiſq̃ mores ſapiã ſuã præſidio firmauit erexitq̃. Tãtũq̃ apud eos ualuit: ut populũ nõ min⁹

**B** uitijs q̄ ferro domitū assiduis monitis ad antiquā ȳtutis habitū reformaret. Sapiētissim⁹ orator p̄ affectuū uarietate: uario remedioꝝ genere utēdū ratus: sexū & atatem in contio- nibus distinxit: sua oratione sepatim apud quemlibet usus: Viris fortitudinē & ignauia fugam: mulierib⁹ pudicitia & cōiugalem fidem: pueris uerecūdiam & litterarū amorē: om- nibus pariter frugalitatis studiū suadebat: Extorsitq̄ porando: ut non tātū uiri: sed foemi- nā etiam ab omni morū peruersitate uelut ab ancipiti fouea pedem retraherēt: eūq̄ ad al- ta uocitantem sequerent: usq̄ adeo ut sponte sua uestes quoq̄ purpureas aureasq̄ & cate- ra corpoꝝ ornāmēta rescerent: docte ornatū muliebṛē in pudicitia non in auro gemmisq̄ consistere: hisq̄ potissimū armis atq̄ his facibus s̄uire luxuriam. Quid igitur miri est: si cuius singuli tam salubre cōsiliū experti fuerant: eundem omnes consultorē publicū ele- gerunt: Huius est illud dictum: Alium animū fieri templa ingrediētib⁹: & deorum simula- chra de p̄p̄nquo spectantibus: q̄ mortalis infirmitas diuinitatis quadam ueluti uicinita- te cōtremiscat. Eiusdem & illud institutū: Vt discipuli prius q̄ questionib⁹ atq̄ altercatio- nibus implicarent: q̄nquēnio tacerent: audire & meminisse contenti: Nec a temeraria p̄ca- citate: ut nostri iuuenes: sed a sobrio attentōq̄ silentio sapientiā auspicantes.

De Socratis sapientissima doctrina circa diuinam orationē: desiderioꝝ mo- derationē: cognitionē sui: hypocrisis fugam & maloꝝ tolerantia Ca. XLI.

A

**S**apientia titulū consecutum hominū consensu: dei: ut aiunt: responso sapientissimū iudicatum: Socratem subijciam: Inde alios non sapiētissimos: sed amorē ac studiū sapientia professos. Sed a Socrate incipiam: Cuius imprimis sanctum ac uenera- bile consiliū habemus: A deo nisi ut nobis beneficiat nihil postulare. Ille enī quid nobis expediat solus nouit: Nos autem cæci: futuroꝝ nescij: aduersus propriam salutē ineptis & inoportunis precib⁹ sapissime laboramus. In quo quidem quia Satyricus multum grauiterq̄ uersatus est: libet & nobis aliquantulū immorari. Itaq̄ nihil hoc præcepto sapienti⁹: nihil tutius: nihil utilius: nihil contraria obseruatōe dementi⁹. Insistat quisq̄ secum repu- tare quotiens optauerit nocitura: quotiens optatum uotoꝝ exitum breui postmodū exe- cratus sit: intelliget illi uni nos nostraq̄ desideria melius cōmitti: qui nec præteritis nec fu- turis fallitur: deniq̄ cui omne æuū præsens est. Quid enim miseri optamus? Primæ mor- taliū preces pro opib⁹ potentiaq̄ fundunt: quibus cōiuncta semper inuidia: q̄ multos ob- ruerit enumerare non attinet. Quid de uxorib⁹ ac liberis dicam? Inter optabilia q̄ præci- puum locum tenent apud animos mortaliū: ignorantib⁹ miseris quātū laborum ac sollici- tudinū secum ferāt. Q̄ non adeo occultum est: quin uiros inuenias quos nō ter & ampli⁹ in die tædeat nuptiarū ac pœniteat. Sic maritalis lectul⁹ quotidianis surgijs ac querimō- nijs plenus est: sic somni uacuis & quietis. Vt illa grauiora prætereā: Rarā coniugi fidem: suspitionesq̄ perpetuas: peruigiles adulterōꝝ insidias: & domesticū opprobriū: uulgo pri- us notū q̄ marito: Adde turpissimū errorem & ridiculā credulitatē: cui audax uox & spes inntitē: educationēq̄ sanguinis non sui: atq̄ hæreditates melius ad amicos sic meritos p̄ uēturas: ut constat: matrimonij religio sobolis tamen irrequieta conditio est: Aut enī ui- tia contristant: aut spes metusq̄ sollicitāt. Igitur ad hæc parcius optandū deoq̄ ut reliqua cōmittendū erat. Quid de uanitate hominū loquar: qui formam corporis optant nascitu- ris filijs: Sibi enim impossibilia optare delyrantis est: atq̄ inter corporis & animi decorem antiqua lis uertitur. Scimus quia formosis pudicitia seruare & si libeat: uix licet: tantus ar- dor libidinū: tanta corruptelarū circumstat ambitio. Omitto foemineam pulchritudinē p̄- pter quam præcipites rerum publicarum mutationes contigisse compertū est: Propter quā potentissima olim regna & ualidissimæ urbes corruere. Ista uirilil forma quæ nullius peri- culi uidetur: quot ne dicam uolētes: quorum est innumerabilis multitudo: sed nolentes inē- dum & negantes ad potentioꝝ thalamos magno capitis ac fama discrimine propulit: & mox uel offensorum s̄uitie maritoꝝ: uel publicis iudicijs deprehēfos obiecit: I nunc & la- ctea atq̄ aurea filij ceruice gloriare: quā ultiore gladio præbiturus es: qui deformis in lectu- lo suo forsan moriturus naturalem uitæ cursum in pace peregisset. Iam quibus illos uerbis irrideam: qui nihil nisi dierū longitudinē & uitæ spacium precantur? Cum sit primū sum- ma dementia in tantis angustijs spaciosum aliquid sperare: Deinde uiuacitas hæc quā cō- tingere permissum est homini multis sæpe pestilens fuit: Et quos iuuenes uirentissimo flo- rentissimoq̄ rerum statu foelix exitus abstulisset: senes factos uel fortuna destituit uel affli-

B

xit & ignominiosa mors rapuit. Longior uita credite periculis ac calamitatibus innumeris exposita est. Et si formidatam mortis horam tantisper distulit pro usura breuissimi temporis quod propria incommoda proferre: quot suorum funera comitari: quot infausta uidere coegit spectacula: ut non ineleganter dixerit Callimachus: multo sapius lachrymasse Priamum quam Troilum. Finge autem quod in nullo uidimus: in paucis legimus: ut ad nutum cuncta proueniant: se necus ipsa quot scatur angoribus: Ego quidem nondum expertus sum: an expertus ignoro: Veruntamen his senes quod a tanto tempore cupiebant consecuti: quid aduersus atatem illam uociferent non intelligo. Virilior illos honestiorque ratio uidetur: qui honores: qui gloriam aut domesticam aut bellicam: qui doctrinam: qui eloquentiam concupiscunt. Eadem tamen est infamia haec: quoniam adeptos & antiquis temporibus & nostris sese suasque respublicas propter nescio quem ruiturum titulum sepulchri funditus euertisse compertum est. Quorum aliqua exempla ad terrorem legentium libenter insererem: nisi quia id scienti superuacuum fieret: Ignoranti autem fieri breuiter modo non posset. Igitur finem facimus: hoc cum Socrate consulentes humano generi: Nolite mortales perniciem uestram exoptare: desinite inani precum murmure templa complere: atque aures dei fatigare: ne forte importunitate uictus: damnosa largiatur. Quid uotis incerta paciscimini: quid sanctorum calles uisceratis: In illo spes uestra sint cui longe quam uobis ipsis chariores estis. Illi intrepidam rerum uestrarum consilium arbitriumque permittite: qui profecto meliora & si non semper iucundiora praestabit. Quod si oino noiam aliquid orare libet: illa poscite quorum nunquam poeniteat uirtutum cultum: criminum cautelam: sanam mentem. Nec saturicam adiectionem sani corporis respicio: Et quod culmen humanae felicitatis est petite suppliciter. Quoniam de uno sapientissimi uiri uerbo pro ipsius quidem qualitate per pauca: pro instantis autem nostri modo fati multa diximus: Reliqua uelocius percurramus: Idem Socrates ad gloriam aspirantibus: quae ingens turba est: rectum ac compediosum callem: non omnibus sane notum designabat: ut scilicet talis quisque fieret: qualis uideri cuperet: simplex uirtutis studiū sectandū dicens: simulationis atque hypocrisis uiam relinquendā: quae perducere quo pollicentur nequeunt. Idem ab adolescēte dubio consultus: Nuptias ne contraheret: an in calibatu permaneret: ratus fore: ut quicquid dixisset ab illo magna fiducia susciperet. Hac errorē respōsione discussit: Falleris inquit si uelut e duobus bonis quod sit melius expectas: Vtriusque difficultates ac molestiae: Hinc angor tardiusque solitudinis: stirpis defectio externique dolor haereditis: Inde iugis querelae ac curae sarcina: dotata coniugis audacia: socrus repuerescētis proacitas: fastidium propter iniquorum: adulterorum meretrix: anceps exitus natorum: Deinceps ipse tibi consule & quae tolerabiliora uideantur elige. Alterum adolēcentem cum uidisset insignem uultu atque habitu sed tacitum: loquere inquit ut te uideam: prius quidem quoniam ut supra diximus: non uultus aut corpus: sed animus cuiusque is est cuius quodammodo facies sermone reuelatur ut uideri possit: qui inuisibilis est natura. Nec minus sapienter interrogatus a quodam: cur sibi ad tranquillitatem animi nil peregrinatio profuisset: Noli inquit admirari quoniam te ipse circūfers. Profecto enim excutere uitia moresque malos conuenit & habitum cui assueuimus exuere. Cum se quisque quod fuerat domi reliquerit & in uirum alterum uersus: nouum uiuendi genus induerit: tum demum tuto peregrinari potuit: Alioquin quid prodest patriam fugisse si seipsum non effugiat: Siue montes transcedet: siue conscendet nauim: comitabuntur cor urentes negotiorum curae & consciae mentis arcana: supplicia & terrores consuetudinum pessimarum laquei: Hoc est enim seipsum circūferre. Peregrinatio igitur non sufficit: dicente Satyrico: Coelum non animus mutant qui trans mare currunt. Huius eiusdem uiri est illa sibi conueniens semper uniformitas: quam ex nostris in C. Lelio fuisse legimus: ex graecis in Socrate: quod in ipso Xanthippe uxorem praedicare solitam refert Cicero: eodem scilicet semper uultu uidisse exeuntem illum domo & reuertentem. Animaduertis quidem tantis fluctuationibus hominum ceterorum: ac tam crebris motibus: ut iure dictum sit a Seneca: de aliquo quem heri uideris merito dici posse: hic quis est: liquet illam moris constantiam nisi sapienti unquam potuisse contingere: praesertim hoc addito quod apud eundem Ciceronem sequitur: Non fuisse eam Socratis frontem quam M. Crassi illius ueteris: quem semel ait in omni uita risisse Lucilius. Cuius unicus risus causa: nec ab ipso nec ab alio quod sciam prodita est. Et erat cognitum non indigna res. Sed tranquillam & serenam affectu rationem. Iure enim inquit erat semper idem uultus: cum mentis a qua is fingitur nulla sit mutatio. Quae nisi fallor consummatae sapientiae laus est. Ad nomen Xanthippes unum Socratis responsum in memoriam redit. Siquidem litigiosam illam & procacem coniugem & foemineis importunitatibus abundantem: tum patientissime

C

D

E

F

supra& fidem æquanimi& perferret: admirans Alcibiades quæsiuit: quã ob causam fœmi-  
nam tam intractabilẽ intra domus suæ limen diutius patere? Qui in hanc sententiã respõ-  
dit: Domi qualis uiuendũ sit addisco: & uxoris iurgijs aduersus exteriorẽ arrogantiã arma-  
tus egredior. Ita quod sapientis est proprium: alienis uitijs sese meliorẽ faciebat. Hæc tanta  
Socraticæ sapientiæ fœlicitas: possessorẽ suũ nec in fine destituit. Etenim furibũdo patriæ cõ-  
sensu: morti destinatus: cum oblatam uenenis potionẽ nec animo nec fronte cõmotus acce-  
pisset: & iam bibere inciperet: querelam ac gemitũ memoratã coniugis audiuit hoc flebilis  
iterantis: Innocentẽ uirum mori. Qua uociferatiõẽ conuersus: ac labijs a poculo tantisper  
amotis: Nunquid igitur ait o mulier: nocentem mori fœlicitus iudicabis? Sic castigata ux-  
ore: ad id quod inceperat reuersus: mortem hausit intrepidus. Hactenus multa quidẽ de uno  
homine: sed pauca de Socrate.

De documentis sapientibus Platonis circa uitandam uoluptatẽ: circa reipu-  
blica beatitudinem: & sui administrationem: ac diuini auxiliũ in cunctis inuo-  
cationem: Ca. XLII.

**A** **C**uius discipulus Plato: malorẽ escam uoluptatẽ uocat: Præclare atq; ut ait Cicero  
diuine. Sicut enim hamus credulũ piscem implicat: sed non aliter q̃ si escam præse-  
rat: sic malorẽ uitia sub obtentu uoluptatis sequaces animas trahũt. Quis enĩ nisi  
spe aliq̃ uelut esca illectus: ad peccandũ gratis accederet? Sed heu q̃ facilis & q̃ breuis quã-  
tarũq; miseriarũ causa. Idem: Tũ demũ beatum futurũ terrarũ orbem ait: cum aut regnũ  
sapientib; aut sapientiã regnantib; obuenerit. Idem aut similes esse ciues qui de reipublica:  
& nautas qui de gubernaculi administratiõẽ contenderẽt. Aptã quidẽ cõparatiõ: Vtrobiquẽ  
enim labor appetit. Quod cum in nautis nunq; aut raro uisum sit: admirari mens non suffi-  
cit: unde hæc in urbibus est gladiantiũ sese ciuiũ q̃tidiana dissensio: ob hoc unũ: quia unus-  
quisq; periculosum & difficile rerum publicarũ regimen festinat inuadere & ab eodem re-  
liquos arcere. Quod eo indignũ uideri debet: quia sententiã opinionũq; diuersitas ac liber-  
tas animorũ in consilijs non satis sufficiens inimicitiaẽ causa est: Eodẽ philosopho dicente:  
Eos pro hostib; habendos: qui arma contra nos ferant: nõ qui suo iudicio tueri rempubli-  
cam uelint. Eidem: nihil grãde: præsertim sine inuocatiõẽ diuinitatis aggrediendũ uidetur.  
Cõsulte quidẽ. Quãtulũcũq; enĩ ẽ hoĩs igeniũ: nunq; tñ uirib; humanis magnæ res fiet nisi  
auxiliũ supueniat ab alto. Quod tunc uberius sperari potest: cũ digne preces obuiã missæ sũt.

De sapienti dicto Xenophõtis: eosdem labores faciliores esse in principe q̃  
in milite: & de ratiõẽ ipsius: Ca. XLIII.

**A** Nteq; eã lõgõ: & æmulũ huic & cõdiscipulũ adiciã Socraticũ Xenophontẽ. Cuius  
illud imprimis apud Ciceronem Africanũ laudat: q̃ eosdẽ labores impatori faci-  
liores diceret q̃ militi. Præclare: Quippe præsentẽ molestiam uenturæ spes gloria  
solatur aut minuit. Quod nõ tantũ in re militari: sed in reliquis omnib; locum habet latissi-  
meq; patet. Neq; enĩ frustra princeps oratorũ ait: Honos alit artes oēsq; incẽdimur ad stu-  
dia gloria laudis. Et nostrorũ nõ secũdus poetarũ: Immẽsum gloria calcar habet. Cæpto  
nunc ordine descendam.

De sapienti doctrina Aristotelis ad assistendũ principib; sine periculo: Et ne se  
quis laudet aut uituperet: ac ut quis fugiat uoluptates: deq; cognitiõẽ creatoris  
p̃ cognitiõẽ creaturæ mundialis: De electiõẽ quoq; Theophrasti philoso-  
phi per factum in morte sua ut succederet in auditorio scholæ suæ: Ca. XLIII.

**A** **P**hilosophicæ nos hæreditatis series ad Aristotelẽ p̃duxit. Cuius illa laudanẽ: Alexã-  
dro Callisthenẽ sub eodẽ Aristotele suũ condiscipulũ ac familiarẽ postulanti: p̃ quẽ  
rerũ quas gessisset memoria scriptis mandaret: misit quidẽ: sed tali consilio instru-  
ctum: ut coram illo aut assidue taceret aut placita loqueret: securus si seruasset alterutrum.  
Verum is dum corripiẽdis insolẽtissimi regis moribus: non consiliũ præceptoris: sed philo-  
sophiæ suæ libertatẽ sequit: in tyrãni sæuitiam mori iussus uidit. Eiusdẽ Aristotelis docu-  
mentũ est a paucissimis obseruatũ: ne scilicet de nobis ipsis aut uituperãdo loq̃mur aut lau-  
dando: Alioqn illinc dementia: hinc sanis iactantiæ aduersus nos ore proprio testimonium  
p̃feremus. Nec min; salubriẽ illud monet: ut uoluptates abeũtes contẽplemur. Quod si acri-  
ter fecerim; earũdem breuitas simul ac fœditas fructu carens: empta dolore corpori nocẽs

atq; animò: gloriaq; & yrtuti capitaliè inimica suadebit: ut de præteris poenitentiã agètes re-  
 duces fortit ac magnifice contēnam? . De uoluptatib<sup>9</sup> aut ita iudicat: omēs quocūq; sensu  
 corporeo imodice susceptas esse fœdas fugiēdasq; sapiēti: Eas uero præcipue quæ gustū ta-  
 ctuq; consisterēt esse turpissimas. Q; cū cæteræ sint hominū tantūmodo: hæ quidem sunt  
 homini cōmunes cū bælis: Quare quisq; nō modo stulticiã: sed bestialitatē etiam ac ferit-  
 atē declinare studet: ab his animū summopere coerēat. Illud ab eodem sapiēter excogita-  
 tum desert Cicero. Fingant inqt aliqui sub terra nati: sub terra educati magnifico quodam  
 palatio prædecoris picturis atq; imaginib<sup>9</sup> adornato: suppeditatē affatim omniū rerum co-  
 pia quib<sup>9</sup> abūdare solent q; fœlices appellant: affluētib<sup>9</sup> præterea omīs generis delitijs q̄rū  
 ille locus capax sit: lumie etiam pēnni tenebras arcēte: & subtili hominū artificio aduersus  
 naturale domicilij torpētis incōmodū excubante: ita tamen ab infantia edocti esse diuinā  
 quandā potestātē a naturā creatricē reꝝ mirabiliū: hisipsis deniq; sic institutis: alioqn hu-  
 manarū rerū prorsus ignaris: post multū tempis subito in hæc loca quæ incolimus cōtin-  
 gat emergere: dubiū non erit qn cernētes cœlum: terras & maria: nubes quocq; cœlo uagas  
 & uentos & pluuias: adhuc & solem diuinæ lucis auctorē & mundum auro ram terris inuehe-  
 re & tempus laboratib<sup>9</sup> aptum mortalib<sup>9</sup>: rursus abeūtem quiete nocti silētioq; cedere: illā  
 uero sydereo ornatu aut crescētis semp aut decrescētis lunæ uarietate distincā: atq; hūc mi-  
 rabilē totius orbis ordinē: & hæc oīa non fortuito: sed certis & imotis legib<sup>9</sup> agi: summa cū  
 ratione statim sine ulla dubitatiōe fateant deū esse ut audierint: seq; hæten<sup>9</sup> i ædificijs ho-  
 minū habitasse: huius aut pulcherrimi & imensi operis creatorē: & ut ita dixerim: archite-  
 ctum deū fore. Hæc ppe modū Aristotelica sentētia ē: nō suis uerbis expressa: sed qdē aliē:  
 licet aliē Apłs noster ait: Inuisibilia dei a cōstitutioe mūdi p ea quæ facta sunt intellecta cō-  
 spiciunt: sempiterna quoq; uirt<sup>9</sup> ei<sup>9</sup> ac diuinitas. Sed ad Aristotelē reuertor: cui<sup>9</sup> quoq; sa-  
 pientia: ut de Socrate dixim<sup>9</sup>: in finē enituit. Iacebat suprema laborans ægritudine: ad quē  
 cū discipuloꝝ cœt<sup>9</sup> cōuenisset: instantiū ut iudicio suo pbatū eis magistrū ac doctrinæ suæ  
 hæredem uelut testamētaria dispositione relinqueret: q; post uitæ suæ exitū instituerentur.  
 Sensit Aristoteles nec compatiōes odio carere: nec modicū famæ pondus suā secum tractu-  
 ram esse sententiã: sed tam pijs discipuloꝝ preces spernere nō poterat: Respōdit itaq; se cū  
 primū ex cōmodo liceret factur<sup>9</sup> qd; peterēt. Ex multis quidē claris uiris eius auditoriū fre-  
 quantantib<sup>9</sup>: duo longe ante cæteros stabāt: Theophrast<sup>9</sup> ex Lesbo insula & Menedem<sup>9</sup> ex  
 Rhodo oriūdas: ut nulli dubiū foret de his tantū consuli. Nō multo post eisdē illis q primū  
 deprecati fuerāt circūfusis obsequij causa: Vinū inqt Aristoteles quo utor asper<sup>9</sup> & iam oē-  
 nū ē: quærite mihi uel Rhodiū uel Lesbiū: qn pot<sup>9</sup> utrūq; degustādū afferte: utar eo qd; de-  
 lectauerit. Vtrūq; cū attulisset: Rhodiū poscit. Quo gustato: firmū Herde uinū ait & iucū-  
 dū. Gustato dehinc Lesbio: inquit: Vtrūq; bonū: sed hoc gustu meo suauis. Quo dicto dis-  
 cussa est omnis ambiguitas. Constabat enī sapienē sed & modeste: ac: ut ait Aul<sup>9</sup> Gelli<sup>9</sup>: le-  
 pide simul ac uerecūde prælatū esse Theophrastū linguæ & ingenij suauitate conspicuum.  
 Q; obrem breui post subtracō rebus humanis Aristotele: tanti præceptoris consiliū secuti  
 certatim se ad Theophrastū contulerūt omnes.

De sententia sapientis Theophrasti: Pro magno & insigni amici commodo  
 tenuis infamia subeunda est: Ca. XLV.

**E**Ius ut adhuc p philosophoꝝ successione q̄ cœpim<sup>9</sup> stil<sup>9</sup> eat: dictū haud prætereū-  
 dū reor: Pro magno inqt & insigni amici cōmodo tenuis infamia subeūda ē. Mini-  
 ma qdē honestatis & famæ iactura: maiore honestate: quæ erga amicū bñ merētem  
 exhibem<sup>9</sup> compēsari potest. Neq; ait ab hac sentētia noib<sup>9</sup> terreamur q; utilitas honestatis:  
 q; aliena nostris postponēda uideant: qm hæc nō uocabuloꝝ splendore: sed reꝝ ponderi-  
 bus extimāda sunt. Si enī in rebus parib<sup>9</sup> aut nō longe disparib<sup>9</sup> de nostra honestate atq;  
 amici utilitate quareret: prona & facilis diffinitio ē: præpōderāte multū honestate reb<sup>9</sup> om-  
 nib<sup>9</sup>: in pposito aut pinde est ac si parua auri lamina magno æris ponderi cōparet: Genere  
 enī & q̄litate superat: q̄titate consequent & precio uincit. Hæc Theophrasti p usu uitæ cō-  
 munis (nisi fallor) satis pbabilis & colorata sentētia est: Alijs cōtra fortasse uideat: ut libet  
 quisq; pronunciet. Mihi autem qd; ad hūc locum attinet: sapientum atq; illustrium quat-  
 tuor philosophoꝝ sententias seruato interim magisterij atq; successionis ordine explicuisse  
 sufficit: Deinceps perpaucorum qui restāt nomina qua fors impulerit uagabor.

De ſapienti doctrina Iſocratis: Prudētem in cōuiuio pauca loqui: Ca. XLVI.

**I**ſocrates in cōuiuio ab his qui aderant rogatus ut eis de eloquētia ſua cōmunicare uellet: Veniā popoſcit: Quæ enī præſens locus & tempus exigit: inq̄t: ego nō calleo: quæ ego calleo nec loco ſunt apta nec temporī. Sapienter. Stultum eſt enī non intellecturis: aut quo dixeris ſpreturis uerba iaſtare. Inter ebrietatē igitur & iocos ſerij hoīs ac ſobrij conſilium eſt: ut ſileat. Vnum non abſimile alterius dictum: ut meminerim: huius narratio cauſa eſt.

De Epicuro &amp; eius ſapientibus dictis ipſiuſq; falſa profeſſione philoſophiæ: Ca. XLVII.

**A** **E**pīcurus igitur in medio ſuorū ſtabit: Hūc omnes lacerant: omnes huic obſtrepunt: omnes inſulāt: omnis in hunc philoſophorū ſecta couſpirat. Nec īmerito: Hic ē enī ille (de quo Cyneas retulit Fabritio) qui ſicut in cœno aurū: ſic ſummū bonū ī uoluptatib⁹ poſuit: huic uirtutem ipſam uelut ſordidæ ancillulæ dñam ſubiecit: Ad hanc deniq; diffiniūt referri omnia quæ aguntur ab omnibus. Effoeminatū dogma & qdē infame: inter hominē & pecudem nullū ſtatuens diſcrimen. At ſi quædam uoces & impatorū & regum inſolentiū placuerūt: quid prohibet placere aliqua ab inſami licet prolata philoſopho: cuius præſertim tam multa ſunt & conſulta ſapienter & dicta ſuauius: ut eis Seneca tantus uir: epistolā ſuas & ſulciat & exornet: Ex quib⁹ reliqua potius q̄ ex ipſis primū auctoris libris uulgata relinquēti: pauca quæ mihi altius inſedere uiſum eſt ab alijs ſemēta colligere. Quæ ideo magis innotant: ut Seneca idem ait: quia mirū eſt fortiter aliqd dici ab homine mollicitē profeſſo. Et ruruſ: qd fieri in ſenatu ſolet: faciēdū ego in philoſophia quoq; exiſtimo: Cū cenſuit aliquid qd ex parte mihi placeat: iubeo illam diuidere ſententiā. Et ſequit: Pro eo libet⁹ Epicuri dicta egregia cōmemoro: ut iſti qui ad illa conſugient: ſpe mala inducti: qui uelamēta ipſa uitiorū ſuorū habituros ſe exiſtimāt: pbent quocūq; ierint honore uiuendū. Hacten⁹ de Epicuro eleganti apud Senecā: Nūc ad ipſum de quo nobis ſermo inſtitur⁹ eſt uenio. Nunq̄ uolui populo placere inq̄t Epicur⁹: Quid uirilī⁹: qd magnificenti⁹: qd ſapientē uiro digni⁹ a quocūq; uel peripatetico dici poteſt: Nec min⁹ librata ratio: Nam quæ inq̄t ſcio non probat popul⁹: quæ pbat ego neſcio. Præclare ſi modo nō uoluptatis ſed uirtutis amicus id diceret. Quid enī neſcire te dicis Epicure: cū unus ex omnī grege philoſophorū uulgaris infantiæ deſenfor exiſtas: & qd ab indoctis ebrjjs in cōuiuio eructat: a te ſobrio pbetur in ſcholis: Sed omittamus hominē: quicqd dixerit ab alio dictū extimem⁹. Idem ait: Si ad naturā uiues: nūq; paup: ſi ad opiniones nunq; diues eris. Et haſ diuitias & hanc paupertatē in meipſo ſum expertus: Ideoq; dictū ſident⁹ laudo: eoq; me tuor aduerſus amicos iurgia: deſidiā mihi an modeſtiā exprobrantiū: q; facili niſi potuiſſem altius aſcēdere: qd ultro uocantē deſpexiſſe uideo fortunā. Patiētia qdē mihi op⁹ eſt æterna: quādo illis obiurgādi uoluptas æterna eſt. Aures durauit: illis linguas nō frenātib⁹ & callū ſupinduxi: ut ad nullū uerborū uuln⁹ doleam: aut eis indignè pura fide: Sed niſi fallor cōfuſa ac puerſa opinione monentib⁹ unū teſtor: fruſtra eos torqueri: qm̄ q̄ longius in tpe pcedo: eo firmi⁹ in ppoſito pſiſto. Nec me piget aut pœnitet incepti: q̄n poti⁹ amicos dementiæ tædet & miſeret: quos nec tempus: nec ratio: nec uerior admonitio: nec exemplū: nec pudor: nec faſtidiū: nec metus: nec uicina mors ab erroribus reuocare poteſt. Et hæc qdem de meipſo loq̄ cum amicis dulce fuit: Cū enī ſingulis ſatiſ fieri ſine labore non poſſit: ſimul omnib⁹ ædito quieſcāt: & ſibi conſulant: curamq; quā p me ſumpſerūt: pro me deponāt: Ego enī pro Epicuro ſtatui: ſpretis opinionib⁹: naturā ſequi: diuitias mihi quietiſimas ac ſecuriſſimas pmittentē. Quō aut mutarer: qui ne ī hoc qdem peccare me nouerim: Immo ſi error ē: errore delecter & gloriar: quo nihil pœnitentiæ magis cōtrariū eſſe poteſt: ſine q̄ ſpes ſalutis delinquentib⁹ uana ē. Sapientiffime ergo & hoc ab Epicuro dicit: q̄ initiū ſalutis eſt notitia peccati. Nec qd ſequit ab eodem dictū obliuifci ualeo. Quippe cū affigi animo Seneca iubeat: Alquis inquit uir bon⁹ nobis eligēdus eſt: ac ſemp ante oculos habendus: ut ſic tanq; illo ſpectate uiuam⁹: & oīa tanq; illo uidente faciam⁹. Alibi imaginariū teſtem exprimēs: ſeiſum noiāuit. Sic enī inquit: Fac oīa tāq; ſpectet Epicurus. Vtrunq; locum tractās Seneca: Scipionē eligi ſuadet aut Catonē: aut Leliū ſi Cato uideat aſterior: deniq; aliquē cuius oratiōe ac morib⁹ & honeſtate delecteris. Saluberrime qdem iſtud ab altero dictū: ab altero cōfirmatū eſt. Neq; enī dubitari poteſt interuentū clarorū hominū ſi

is desit: memoriã ipsam frenũ esse animo ne in præceps peccatis urgẽtib⁹ rapiat. Qui hanc sibi meditationẽ familiarẽ fecerit: quotiẽs ad peccadũ labi coeperit: subibit ex recordatione uerecũdia: & manu uelut a præsentẽ retrahet: nec actus soli: sed cogitationes quoq; ruborẽ exprimẽt. Ita repositis animi motib⁹ testem quẽ natura negauit: imaginatio formabit & in imas pectorũ latebras introducet. Mihi quidem & Cato placet & Lelius & super omẽs Scipio. Sed qm̄ nostris nũc hoib⁹ consulendũ: eligite uobis Ioannẽ uel Antoniũ: Si horũ du- rior sanctitas uidet: eligite ex eorũ numero qui & peccatũ & ueniã experti orare pro peccan- tibus didicerũt Paulũ: Augustinũ: quorũ nec ambigua uirtus nec censura suspecta est: q̄q; nobis q̄ nec muta simulachra: nec lapides manufactos: nec uana phantasmata: nec scelera- tas fũrum & adulterorũ umbras: sed unũ uerum imortalẽ ac uiuentẽ in sæcula deũ colim⁹: quid fictionib⁹ opus est: Meminisse sufficiet illum cũctis actib⁹ & cogitationib⁹ nostris assi- stere: nõ testem modo sed iudicem in quo iusticia & misericordia sũma est. Multa sũt præ- terea magnifica uoces Epicuri: quas p̄seq̄ & longũ ẽ & mĩme necessariũ: Sed una omnium regula est: Sententia placet: auctor displicet. Quis enĩ illũ: ut ait Cicero: & bonũ uirum & cõmunem & humanũ fuisse nemo neget: bonũ tamen philosophũ nullus affirmat nisi i ea- dem nutrit⁹ uoluptatis officina: Qm̄ sentẽtijs clarissimis abũdans: eas (ut dixi) ad turpis- simũ finem refert. Et hinc quidem ad uni⁹ actus memoriã uocor: ubi spretũ similiter aucto- rem legimus manẽte sententia.

De sapienti consilio Indidis dato Lacedæmoniensib⁹ ne crederent cuidam alteri malo consilio apparẽter bono: Ca. XLVIII.

**I**n consilio Lacedæmoniẽsi de graui ac magna re disceptatio oborta: Hæsitates ani- mos tenebat cũctantib⁹ cæteris: uita quidã obscœna sed luculẽta facundia: reipu- lica consiliũ salutiferũ forte dederat: tam proprijs tamq; sonantib⁹ uerbis ut ab omnibus pbaretur: quodq; ille suaserat iam iam lege populi firmandũ uideret: Dum in il- lius sententiã patroni omẽs certatim ruerent: Indides un⁹ e senũ numero quib⁹ auctorita- te præcipua apud Lacedæmones ciuili disciplina quasi magisteriũ obtigerat indignabun- dus exurgit: Et quis iquit uos error præcipitat o ciues: aut quanã reliqua spes salutis huic urbi est: si talibus consiliariib⁹ aditum aperim⁹: Q; si consiliũ placet: oro ne id foedari cõsul- toris infamia patiamur. Simul his dictis: uirum quẽdã fortissimũ atq; conspicuã famæ sed pigri & inamœni sermonis protraxit in medium: Cõsensuq; atq; hortatu uniuersa cõ- tionis idem illud consiliũ enũciatione quidem rudi & incomptis uerbis adegit exprimere. Quo facto: & primi auctoris suppresso noĩe: plæbiscitum ex indiferti sententia factum est: Atq; hoc nobile & illustre consiliũ: & huiuscemodi rei suaforẽ prudentissimũ senem uocat Aulus Gellius: qui hanc historiã Aeschinis eloquẽtissimi uiri orationib⁹ scriptam refert.

De uirtute & continẽtia Xenocratis & sapiẽti cõsilio tacẽdi: Ca. XLIX.

**Q**uam uoluptatis patron⁹ Epicurus: tam hostis Xenocrates: nec minus loquẽdi q̄ agendi abstinens. Hic ergo cũ casu inter maledicos quosdam foret: atq; illis ex mo- re obtrectantib⁹ absentiu famæ: solus cõticesceret: Interrogat⁹ cur id faceret: quia lo- cutum inquit me aliquãdo poenituit: tacuisse nunq;. Laudatũ hoc a sapiẽtib⁹ responsũ mĩ- hi pelnius pbaretur: si sermonũ sæpe: taciturnitatis raro poenituisse dixisset.

De sapienti & breuĩ dicto Heraclidis: comparantis cursum mundi & tem- pus: flumini in idem reuertenti: Ca. L.

**H**eraclides ait: In idem flumen bis descendim⁹: & non descendim⁹. Sapiẽt id quidẽ sed tam breuiter q̄ obscure. Nempe cui hoc esset p̄positum & qui cognomẽ ab ob- scuritate meruerit: cæterũ incomprehẽsibile temporis fugam hoc eloquio significa- re uoluit. Quæ quoniam in flumine sensibus apertior est: iccirco de flumine loqui maluit: ex quo digressus & si confestim unde emerit redeat: nomen quidem fluminis idem: quã mutata reperit. Recte igitur in idem flumen & descendisse & non in idem: sed in aliud dici potest descendisse. Hominis autem & si parũper occultior: nihil tamẽ moderatior fuga est. Fugit enĩ non fluminis tantum more: sed limus & umbra tenuis fuimus & sumus euro uolente rarissimus. Nullum tam breue temporis momentũ est: qđ non aliquid uitæ de- trahat. Hæ ipse nos horæ quas inter cæcas uoluptates agimus ad mortem rapiunt: riden- tes ad lachrymabile exitum festinamus: præcipites agimur nec sentimus: Ideoq; improuifi corruimus & repẽtinũ casum ducimus: quem ab ipso lucis lumine: quæ cernimus uniuersa

prænuñtiant. Irrequietus enim cœli motus nihil in hoc ambitu linquit imotum. Nihil manet eorū etiam quæ solidissima iudicanē: Nec opera tantū hominū: sed naturæ alternanē & intereūt: Corruūt rupes: tumescūt ualles: alta iuga mōtiū campis æquabunē: Auertēt flumina & nouos alueos quærēt: alia arefcēt: alia ex terræ uiscerib⁹ erūpent: Hic se artabit: hic laxabit pelagus: nec diu littoꝝ species eadem erit: Piscator ueniet in aratoris fines: & quæ nūc puppib⁹ ac remis quatit: aratro sulcāda regio est. Hæc fiūt semel: & facta sunt: oīa secū tempus trahit: omnia absorbet: omnia circūuoluit ac miscet: nihil stare pmittit: Et magna mutant & mīma. Calamus hic dum ista pcurreret: ter mutat⁹: ter mihi ferro castigādus fuit. Hanc tantam tempis & cum tempore reꝝ omnīū celeritatē cernebat Heraclides: sed affectator breuitatis ambigua paucissimis hæc uerbis impleuit. Quæ mihi quidē omīa a primis annis & lecta & audita & asseruata memoriē: sed diu tenaciē credita: nūc tandem tam comperta sunt ut pene manib⁹ palpenē: nec aliter ānos numerare cœperim q̄ solebā dies. Sic me rapi uideo: sic remanere nihil post tergū stupeo: ut rudis uector secūdis flatib⁹ puppe cōuulsa littora nota circūspiciens ex oculis eripi & arenam quā pedib⁹ ante calcauerat se sedente uanescere. Cui: ut Virgili⁹ ait: terræq; urbescq; recedunt. Certe maiori hominū partī sedenti & ocioso & qd̄ admiror nō sententi tempus & mortalia cūcta præterfluūt: Hinc est ut in extremo longæuā uitā positi se senuisse nō intelligāt: qd̄ sollicitudines & uigilia testant: quas pfecto nō tam cupide susciperēt si supuacuas scirent. Scirent autē si forte expigiscerent & ubi sunt aliqñ respicerēt. Idem enī talib⁹ euenit (ut in eadem similitudine uerser adhuc) qd̄ in his qui imēsum maris spaciū dormiēdo cōficiūt: Prius enī in portū delatos nauticus fragor excitat q̄ soluisse se nouerint.

Quis debeat dici beat⁹ & quis nō secūdū Anaxagorā philosophū: Ca. LI.

**A** Naxagoras interrogat⁹: q̄snā eius iudicio beat⁹ esset: Nullus inq̄ eorū quos tu beatos putas: In illos potius habitat quos miserimos reris. Nō diuitijs suis oppressus: nō honorib⁹ tumens: non uoluptatib⁹ eneruatus: sed uel auiti ruris non auid⁹ colonus: uel ppriæ disciplinæ modest⁹ possessor ac sobri⁹: sua q̄ uulgi estimatiōe foelior.

De dicto Hecatonis: Si uis amari: ama: Ca. LII.

**H** Ecaton quoq; ab hoc contubernio repellēdus non uideē. Cui⁹ ex multis hoc placuit: Ego inquit monstrabo tibi amatoriū sine medicamēto sine herba sine ulli⁹ uenefici carmine: Si uis amari: ama. Eleganē artib⁹ magicis seria indicit. Non est necesse Thessalica tempe fixis ī terrā oculis lustrare: & per Herculeos calles Medæ stupētī exteras herbas internoscere: Nō ferino ritu corpib⁹ humanis particulas rapere: & informia deformare cadauera: Non carminib⁹ tartarum & elemēta concutere. Licet ferales sucos ab amatis labijs auertere: licet spiritib⁹ & sepulchris parcere. Ad id enī qd̄ cupim⁹ cōpendiosior & honestior uia fert: Si uis amari: ama. In cæteris quidē rebus diuersi generis compensatio admittit: amor amore pensandus est.

Q. Cretes inimicis suis maius malum nō optant q̄ delectationē ex mala cōsuetudine prouenientem: Ca. LIII.

**C** Retes in turba exemplorū sunt. Cum enī cæteri mortaliū inimicis suis aspera quælibet ac tristia: mortem: exiliū: pauperiē: ignominia imprecant: hi solū delectationē orant: sed eam quæ ex mala cōsuetudine percipiē. Et hi qd̄ qd̄ de Tito Coruncanō & Marco Curio supra diximus: uerbo mitissime: re atrociter. Pfecto enī ptinax malorū actū iucunditas præcepit ad interitū uia est.

De cōsilio Panatij philosophi cōtra insultus & pericula hui⁹ mūdi: Ca. LIIII.

**P** Anatiij philosophi illustris sentētia hæc ē: Decere animū sapiētis uiri inter tumult⁹ & pericula rerum humanarū positi circūspicere omnia: & undiq; ingruentia mala præcauere. Itaq; semp̄ p̄mptum expeditūq; ad omnes insult⁹ uitādos tolerādosq; consistere: Sicut athleta solēt ad certamē brachijs elatis & toto corpe præpari: nec min⁹ animo ne qd̄ oīno repentinū aut improuisum accidat. Magnificū prorsus & salutare cōsiliū: Quis enim labores ac humanæ uitæ discrimina: quis casus uarios enumeret: Hinc fortuna sæuit: hinc blandit: hinc iuuent⁹ effundit: hinc senect⁹ trahit: hinc morbi obsidēt: hinc minā mors: hinc alienis & externis motib⁹ q̄timur: hinc intrinsecis & nostris. Supbia attollit: met⁹ deijcit: spes suspēdit: cupiditas inflāmat: gaudiū dilatat: dolor angustat: liuor inficit: gula sollicitat: accēdit ira præcepit: & quotidianū ac blandū malū adamātinōs animos

fecit luxuries. Quis autē inter hæc tutus: q̄s intrepidus nisi sit demēs? Quis unq̄ athleta tam periculoso se credidit duello? Illi q̄dem singulis hostib⁹ occurrūt: nos cum mille cōgregimur. Itaq̄ nō tantū athletarū more: ut uult Panætī⁹: exerti: sed Romanorū ducū q̄ exercitib⁹ præfunt: donec in patriam cōtigerit puenire: ueluti iam dimicādum sit: instructa uirtutū acie semp ad pugnā parati simus si in terra hostili inter tot insidias salui esse cupimus. Sed Panætio suus quoq̄ discipulus iungendus est.

De sententia Possidonij discipuli Panætij: Ca. LV.

**Q**uam eruditorū diem plus placere q̄ imperitorū lōgissimā ætatem: inq̄t Possidonius. Præclare: Neq̄ enī tempus metiendū est q̄d fœnerātes solēt: sed uirtus & gestarū rerum gloria: quib⁹ nihil est cōmune cū tempe. Nō illius finib⁹ artanē: sed p̄p̄rijs quos nihil angustat: In quātalibet breuitate multū patent. Hinc præclaros iuuenes uidem⁹ & obscuros senes: quorū noīa si ad alienigenas pferant: subit audientiū animos opinio diuersa. Fama enī crebrior & rerū multitudo apud uulgus: senectutis argumenta sunt. Vidi ego quorūdam tam gloriosam adoleſcētiā: ut ad eos uisendos de longinq̄ ueniretur: dū interim senes ac decrepiti uicinis etiam incogniti laterent: Audiui affirmantes nunq̄ se nisi oculis suis p̄p̄rijs fuissent fidem ætatis habituros: Quosdā enī sibi defunctū: alios senem finxisse eū de quo tanta fama. Itaq̄ cōgressu primo stupuisse q̄d uenit ignorantibus: quāto lætior sit sapiētis iuuē⁹. Mihi: ut ait Possidonius: unus etiā peritorū est placitior dies q̄ stultorū ætas. Hoc in urbib⁹ euidentissimū est. Quā enī aliam ob causam Romā atq̄ Carthago circa quingentesimū annū formidabiles & toto orbe notissimæ fuerant: cum tot urbes aliæ: & p̄ Europam: & per Africā pmutādis mercib⁹ aut agris fodiendis ingloriæ bina aut terna uel eo ampli⁹ egerint annoꝝ milia finitimis inauditæ? Persuasū uulgo scio Romā omnīū urbiū esse uetustissimā: cū ne sit longi⁹ abeundū: in circūitu ei⁹ multas uetustiores esse certū est. Sed hæc eius opinionē: ut dixi: ingens & singularis gloria cōflauit.

Q̄ secundū Anacharsen philosophū: leges urbium simillimæ sunt aranearū telis: & quare hoc: Ca. LVI.

**A**nacharsis philosoph⁹: p̄p̄rie admodū ac prudētē: urbiū leges aranearū telis simillimas dicebat. Sicut enī illæ imbecilla aiāntia inuoluūt: frangūtur a fortib⁹: sic hæc pauperū delicta puniūt: a potētib⁹ cōtemnunt. Q̄d Catonis dicto cōuenit superius relato de furib⁹ publicis ac priuatis. Dies autē deficiet si p̄gim⁹ philosophorū: uniuersa complecti. Iam igitur & poetis Graijs aditum pandamus.

Q̄ rerum experientia & plura uidere multum confert ad sapientiam

acquirandam: Ca. LVII.

**B**omer⁹ Vlyxē suū: sub cui⁹ noīe uirū sapientē ac fortē uult intelligi: terra mariq̄ iactatum fecit: & carminib⁹ suis toto pene orbe circūtulit. Q̄d imitat⁹ uates noster: Aeneā quoq̄ suū p̄ diuersa terrarū circūducit. Vterq̄ cōsulto. Vix enī fieri potest ut aut sapientia cōtingat inexperto: aut experientia ei qui multa nō uiderit. Vidisse autē multa hæcēti in unoterrarū angulo: uix potest euenire.

De sapientis procacitate & deliberatione Simonidis super questione: Quis aut qualis esset deus: Ca. LVII.

**S**imonides poeta: suauis & uir doct⁹ ac sapiēs (ut ait Cicero) ab Hierone Siculo rogat⁹ edicere q̄dnā aut q̄lis esset deus: ad deliberādū unū diei spaciū poposcit. Id cū fluxisset: reuocat⁹: & q̄d pridie quæsitū erat iussus absoluerē: biduū postulauit. Eo rurū elapso: petijt q̄triduū. Et cū sic sæpe spaciū duplicasset: admirās tyrān⁹: q̄d sibi procraftinatio hæc uellet p̄cuncta⁹ est. Quia q̄ diuti⁹ inq̄t cogito: eo mihi species uidēt obscurior. Prudentē nō temerarie & ipudētē: ut q̄dā solēt: haud aliū uerbis deū cōscribētes q̄ si uel is hūanis itellectib⁹ capef: uel ipsi nūc de cœlo ueniētes itersuissē dinis cōsilijs meruissē.

Q̄ secundum Aristophanem leo non est educandus in ciuitate: &

quid hoc significet: Ca. LVIII.

**A**ristophanes comic⁹ Periclem quē uirū cautissimū fuisse cōstabat: finxit ab inferis reuertētē: & ciues suos monētē: nō oportere i ciuitate leonē educari: si educat⁹ fuerit obsequi oportere. Persuadere uolens hoc figmēto adolescentib⁹ generosis ac præferocib⁹ habenas substringi debere: postq̄ laxatæ sint: sero cōtrahi imodica frenū reculante licētia. Possē igitur inimicū libertati nimīū fauorem potētib⁹ negari: cōsecutis eripi non posse.

De doctrina Philladis Histrionis dicentis: In scæna nil magis magno duci conuenire q̄ cogitare pro subditis: nam sic cōmodius magnitudo eius exprimitur.

Ca. LIX.

**A** **C**omœdia i scænam breuis est transit<sup>9</sup>. Quis & illam crederet exempla sapiētiae misuram: Phillades histrionis qui primū uetustū & inconditū saltādī morem prædecora nouitate pmutasse tradit. In illa arte clarissim<sup>9</sup> discipulū habuit Hylam noie: quē cum impense admodū usq̄ ad paritatis atq̄ ad æmulationis studiū erudisset: & iam pro discipulo aduersariū haberet: cœpit eum obseruare tam sedulo ut sæpe iusteq̄ redarguēs spectante populo Romano se adhuc supiorem approbaret. Vno audito cōiecturari reliq̄ licet. Saltabat Hylas canticū cui<sup>9</sup> græca clausula latine sublimem sonabat & ingentē. Hanc uero magnitudinē atq̄ altitudinē Hylas sese attollens dilatan<sup>9</sup> q̄ ueluti corpore metuendo repræsentabat. Non abstinuit Phillades: sed ex ipso consensu spectantiū exclamans græcis uerbis increpuit. Tum coactus a populo idem canticū saltauit. Cūq̄ ad id qd̄ in altero reprehenderat puenisset: nō sese extulit: non effudit: sed cōtraxit: sinxitq̄ meditantē docte q̄dem & prudenter: Quā nil magis magno duci cōuenire censuit: q̄ pro subditis cogitare: nec aliter cōmodius magnitudinē eius exprimi.

De sapientibus prouerbis & doctrinis Publii histrionis tam ex libris Senecæ q̄ ex Saturnalibus:

Ca. LX.

**A** **P**ubliū quē in philosophis inseruit Seneca: ab historicis nō excludā: ubi ppositū est ex oī hominū genere memorāda congrere. Hui<sup>9</sup> eqdē in mimos multa tam grauiē tāq̄ magnifice dicta sūt: ut e medijs philosophiæ fōtib<sup>9</sup> eruta uideant. Et sicut est i ephis ad Luciliū nō ex calceatis sed ex coturnatis discēda sūt. Vnū eius dictū ille locus habet. Alienū inquit est omne qd̄ optādo euenit. Quid aliud hic dicit iocor<sup>9</sup> artifex: q̄ Bias patria capta nudus fugiēs (siue ille sit Stilbon) nihil eor<sup>9</sup> quæ fortuna tribuit suū putans. Quædam eius præcepta sensib<sup>9</sup> uerbia q̄ uerbis in Saturnalib<sup>9</sup> anumerata sunt. Hæc qm̄: ut ibi scriptū est: lepida & ad cōmunē usum accōmodatissima & singulis uersib<sup>9</sup> circūscripta sunt: & breuitate & gratia ne excludant impetrāt. Quæ tamen nescio qualē oīa fere Senecæ puerbijs inserta reperiam: siue ipse: siue alē: siue qui sp̄iā de alieno liberalis fuerit: pprio tamē auctori surripēda nō arbitror. Sunt tamē huiusmodi. Bñficiū dando accipit qui digno dedit. Feras: nō culpes qd̄ mutari nō potest. Cui plus licet q̄ par ē: plus uult q̄ licet. Comes faciūsus in uia pro uehiculo est. Hæredis fletus sub psona risus est. Furor fit: læsa sapius patiētia. Improbe Neprunū accusat q̄ iter<sup>9</sup> naufragiū facit. Nimiū alcādo ueritas amittit. Pars bñficij est qd̄ petis si cito neges. Veterē ferēdo iuriā inuitas nouam. Nunq̄ periculū sine periculo uincit. Frugalitas inserta est rumoris boni. Ita amicū habeas ut hūc posse fieri inimicū putes. Hæ Publii sunt sentētiæ: in quarū singulis aliquātis persistere nō grauaret: nisi quia tractat<sup>9</sup> sapiētiae inter insipietis man<sup>9</sup> nescio quo pacto supra q̄ putauerā excreuit: & ad finē ppero. Hæc dixisse satis ē: has mihi sentētiās nō tam histrionis q̄ philosophi uideri: facileq̄ omnes oīno meo iudicio pbari: præ penultimā: quā nō sine causa Seneca uelut sibi aduersam liq̄: atq̄ ultimā: de q̄ qd̄ cū Cicerone sentirē: dixi iam.

Q̄ secundū Laberium uictoria humana est instabilis: & qui præcedit sequitur: & qui uincit postea uincitur:

Ca. LXI.

**C**eterū pro tot Asiæ regibus aut populis in Capitoliū secutis: currus triumphantium Romanor<sup>9</sup> sufficiat ad uindictā: q̄ nūc Roman<sup>9</sup> eques a concub<sup>9</sup> longe distractus Asiaticū uictorē suū in hoc opere subsequit. Laberius inter eos qui mimos scriptitarūt diu clarissim<sup>9</sup>: uictus tandem est a Publio. Quippe a quo nūc talium studiosus nemo non uict<sup>9</sup> est: Qd̄ & Iulius Cæsar diffiniuit his uerbis: Fauente tibi me uictus es Laberius a Cyro. Et Laberius ipse tam æquanimit<sup>9</sup> tulit: ut uictum se sine altercatione faterē his sapientiae plenis & memoratu dignis uersibus: Non possunt primi esse omnes omni tempore. Summū ad gradum cum claritatis ueneris: Cōsistes ægre: & citius q̄ descendas decides. Cecidi ego: cadet qui sequit<sup>9</sup> laus est publica.

De prouerbis uulgaribus: & ipsorum commendatione i generali & i speciali:

Ca. LXII.

**A** **N**unc quædam & sine auctore famosissima: longo usu in prouerbiū uersa: & uelut omnium hominum approbata consensu: qualia sunt: innumerabilia i sermone uul-

gari: quæ uel horrens uillicus uel tremēs anus sic enunciet interdum: ut mirari nos cogat & subsistere: & repetiti uerbi laudare sententiæ: acumen: ornatum: uim: sonum: magnificentiam: breuitatē. Deniq; uel in silentio fateri: nihil de tali re melius: nihil uerius: nihil sapientius: nihil elegantius etiam ab eruditissimis & disertissimis dici posse. Nimirū a talibus nec ab alijs a primordio dicta sunt: licet ea postmodū & spectata uerital & memoriæ amica breuitas in uulgus effuderunt. Multa quoq; huius generis passim per auctores libros offendimus: ex quibus exempli causa pauca subiecim⁹. Fortes fortuna adiuuat. Obsequiū amicōs: ueritas odium parit. Sine Libero & Cerere friget Ven⁹. Licet hæc apud Terentiū sint. Item qd̄ inter Senecæ uerba cōnumerant. Auarus nihil recte facit nisi cum moritur: Sic est profecto: Viuens enī nulli bonus nec sibi nec alteri: moriens hæredē uoti compotem facit: & se curis liberat nulli malus. Itē illud: Summū ius: sūma iniuria: Qd̄ sane: ut Cicero uult in officioꝝ libris: intelligi: & sanam habet sententiā: si non ad localem unionē contrariorū trahitur: & non minus sapiētē dictum apparebit: ubi in animū uenerit: quāto plura flagitia in magnis urbibus q̄ in solitudine perpetranē. Superuacū per singula discurre: Hic raptum filia: ille uxoris adulteriū: Alter fratris: alter nati uolentē mortē deflet. Hic imeritum carcerem: hic eculē passus est: hic furtum pertulit: hic rapinam: hic præsidis: hic potētioris uicini supbia quatit: hic de uerboꝝ: hic de uerberū indignitate conquerit: hic auito lare pellitur: hic obsceno premiū seruitio. Tot iniuriarū modis leges non sufficiunt. Atqui hæc in medijs urbibus fiunt præcipueq; illustrib⁹: mirum cum has cōstet summo iure subsistere: Alioqn̄ ruituras quis neget: Sed ut uetus puerbiū testatur: hæc prorsus aduersa simul stant: Summū ius: sūma iniuria. Nec illud sapiētia uacat græcum puerbiū: quo iubemur: ut Quā quisq; nouit artē in hac se exerceat. Id q̄ male seruet nostris præsertim temporib⁹: quis non uidet: qui uel tenuiter ad humanos actus oculū deflectat: Hic legū peritus in bellum ruit: Ille armis exercitus for̄ terit. Ille dñio genitus mercib⁹ ac fœnori studet: Ille aratris natus: a ligonib⁹ ad tyrannidē aspirat. Hic disputator argutus cōtionantib⁹ obstupet: hic contionator egregius dialecticis syllogismis inhiat: uterq; manū calamo applicat. Et quia sibi aliquid uidetur intelligere: ardet libros componere: seq; notum facere posteritati. Quia in re me quoq; cum cæteris arguo: & ardens famæ desiderii totq; diurnos ac nocturnos labores meos: forsan effectu carituros atq; interim ad alia etsi non speciosius: certe fructuosius conuertēdos. Non est cuiusuis ingenij libros scribere: Magna quidem res ē & singularis & difficilis & paucorū hominū. Sed multa inquis intelligo: multaq; longo studio quæsiui: cur me a scribendo de hortaris: Quia fieri potest ut recte quis sciat: & id qd̄ sentit polite eloqui non possit. Quis hoc profecto Marcus Tullius. Et si nullus diceret: unū quisq; tamen ita esse fatebit: cui non sit insitū pro uoluptate potius q̄ pro ueritate contendere. Quid igitur faciam dicet: Si consiliū poscis: accipe qd̄ ego impetu animi raptus mihi ipsi nequicq; sapius inculco. Studium tuū ambitione careat ac pompa: saluti inuigilet nō gloriæ. Profecisse te depulsi tenebris ignoratiæ: uel ad intellectus lumen dūtaxat uel etiam linguæ claritatem agnoscis: deo gratias agens utere bono æquanimi: humiliter: & ubi facilius ac foelicius potes ingenii exerce: Scribere autem ei⁹ rei peritis linque: memor Graij puerbij qd̄ nunc in manib⁹ est: Ita forte mēbranis parceret: faciendiq; libros aliq; erit modus. Sed instabis: Ego laborem non metuo: nec aliter q̄ tu scribendi ppositū frenare possū quid hic præter temporis ac studij iacturam reprehensibile est: Respondit idem Cicero: Mā dare quemq; inquit cogitationes suas litteris: qui eas nec disponere nec illustrare possit nec delectatione aliqua allicere lectorem: hominis est intemperantē abutentis & ocio & litteris. Vides igitur non sapientiæ tantum: sed modestiæ causa temperandū. At rursus urgebis & inculcabis mihi Satyricū illud: Tenet insanabile multos scribendi cacethos: quid fiet: abstinere non possum ab hoc mūdo delectabili: da ueniam. Hæc negare nequeo morbo simili laborans: Id tibi tamen mihiq; denuncio euenturum qd̄ ibidem Cicero subiūgit: Suos inquit libros ipsi legant cum suis: nec quisq; attingit præter eos qui eandem licentiam scribē di sibi permitti uolūt. Hactenus mecum cum lectore rixat⁹ sim: deinde ad propositū reuertor: Quā quisq; nouit artē in hac se exerceat. Metiā se ipsum quisq; nec qd̄ pulcherrimū sed qd̄ aptissimū sit cogitet: sibi atq; illud arripiat: Nūc aut̄ aliena miramur: nostra cōtēnimus: & incōsulta gloriæ cupidine nō nostris actib⁹ exercemur. Ipsi deniq; uim naturæ nitimur inferre: Minime igitur mirum est si studiorum nostrorum tales sunt exitus. Et de his quidem atq; horum similibus nihil amplius.

B

C

D

E

De contemptu diadematis inominati regis secūdū Valeriū: Ca. LXIII.

**I**nter auctore carentia apud Valeriū inominati regis dictum ponā: qui oblatū diademata non confestim supimponēs capiti: cum animo & manib⁹ diuti⁹ uerlasset: his ad postremū uerbis usus est: O charū & illustrē potius q̄ foelicem pannū: cuius quis discrimina curasq; & molestias prauideat: de terra subleuare negligat. Sapiens dictū fateor: sed tum quocq; regem dicerem: quādo historix aditum uiderē diadema eum cū uerbis abieciſſe. Crebri enī sunt regnoꝝ ac rerum tempaliū dñatores: rarissimi contemptores. Nec sine causa dictum reor a poeta: Aude hospes contēnere opes: quia arduus & paucarū mentiū est ille contemptus.

Q; nullū maius suppliciū de hoste optari potest: q̄ q; papa fiat secūdum Hadrianum papam: Ca. LXIII.

**R**egio simillimū pontificale uerbum: Tempus ē enī iam ad ætatem nostram descendendi: Hadrianū Romanū pontificem sæpe dicētē audiuisse: Polycrates refert: qui sibi præfamiliaris fuit: nullū se ab hoste suo quolibet maius suppliciū optare q̄ ut papa fieret. Et profecto nisi fallor: summi pontificat⁹ sarcinam quā uulgo foelix & inuidiosa uidetur: humeris subh̄isse difficillimū & gloriosum miserix genus est: His dico qui eā se q̄ ab omni contagio præcipioq; præseruare decreuerūt. Reliquis enī quāto leuior uidet: rāto funestior status est. Videſ itaq; apud utrosq; formidabilis. Q; si ille fatebat qui id on⁹ paucis diebus pertulit: quid illis uideri debeat qui sub falce senuerunt?

De Roberti regis Siciliae sapientia: & prudētī dispositione quo ad omnia in morte sua: Ca. LXV.

**A** **S**ed noīe truncus erit & informis sapiētix tractatus absq; Roberti noīe. Nec ego nūc uitā ei⁹ quā tota moris ac sapiētix norma ē: nec longe ætatis acta cōmemoro: de quibus solis uꝑoetico uel historico sermone: quātūq; præsens ipetus animo suaserit: integer retexēdus nobis liber ē: si largiēte deo studijs nostris ociosum tempus affuisset. Ut si quid apud posteros fidei aut gratix noster labor iueniet: nepotū populus intelligat hunc ætati nostrā regē cōtigisse: quē nulla nō sapiētissimū ætas dictura sit. Quil enī iclytū nomē eius ope nostrā nō ægeat cōtraq; poti⁹ nostrū eius auxilio: & claritatē & diurnitatē sperare queat: tamen tam digno tamq; honesto officio fungi dulce erit pmixtilq; noib⁹ amboꝝ regiam famā null⁹ indigā: debito obsequio pseq; ppriā uero & ill⁹ radijs illustrare: & i auū parit fortassis extēdere. Quis enī libꝝ q; de Roberto rege inscript⁹ erit abijciat? Quis non cupide quocūq; stilo scriptū relegat? Hoc nēpe pposito precib⁹ quas heu supremo mitissimus digressu fundere dignat⁹ est ilicet acqueuim⁹: ut Africam sibi Scipioni deniq; nostro dicarem⁹. Quāta aut nobis uoluptas erit de illo scribere: cui tam libētī animo de illo scripta sacrauimus? Q; deniq; iucundū cū uenerit: quo nihil in terris dulcius iam nūc cogitatione præsumim⁹: Vex; & si uitā differre cogimur: mortē saltē liceat attigere: Immo uero uitā melioris exordiū: quis enī mortē dixerit? Decubuerat corpe quidē languidus: sed animo alacri & infracto: nullus dolor: nulla cōsternatio: nullus egrediēdi metus: nullum manēdi desiderium: in illo præfertim habitaculo: ubi tanto cum honore pmanerat corpis ergastulū artusq; satis fatiscētes uelut totidē libertatis suæ uincula cernebat: Arebat cutis & uitalis calor infra senile pectus: iam redactus assidue decreſcebat: ingemiābāt morbi: rareſcebāt spiritus: trāſibat dies ultim⁹: extremæ horæ tempus instabat. Nullā interim querelā: nullā ipsius lachrymā ſuebāt: cū alienas abstergeret. Sentio qd mihi argutus nūc lector obijciat: Fortitudinis hoc poti⁹ q̄ sapiētix uideri. Nō inficio: non contēdo: sciens & uirtutibus inesse cognitionē quandā: & hūc ipsum de quo loqmur omnib⁹ usq; in miraculū abundasse. Hoc sane qd sequē ad qd per tot præambula tendebat: stilus sapiētis & uniuersa circumspicientis atq; in extremis solito iudicio fruētis animi signū est. Quid enī phibet qd in singulis uel regib⁹ uel philosophis mirat antiqtas? In hoc (dicendū est enī sapi⁹) & rege simul & philosopho posteritatē admirari. Nouerat se suis esse charissimū: seq; id meritum gaudebat qb⁹ grauissimū se mœrorē relinquere cert⁹ erat. Videbat adolescētulos regni successores: & ætatē multis obiectā periculis uerebat. Nouerat sacrū religiosā cōiugis arcanū: fugā e sæculo illo adhuc supstite: meditātis. Tuto qdē poterat illustri foeminæ regni pondus cōmittere: Poterat illi aīo supadificare quātūlibet fūdāmēta: nō deerāt nisi ipsa: qd eue⁹ do/

cuit: quous miserata casu publicu salutis propria succurrere maluisset: seque post sepulchra tanti  
 coniugis mox intra sacros parietes monasterii sepelisset: ad altiora suspirat. Hoc muliebri pro  
 positu iam pridem cognitum multa uoluentis animi angebat quod habenas rerum post se flecteret: quod regnum  
 statim acciperet. Circumspiciebat scopulos: meminerat percellere & ab aegre & ab austro ueteru  
 rasque praefragiens tempestates gubernator egregius: clauum commissurum in expertis: quod mixtum si sol  
 licitudinum uariarum fluctibus aestuabat. Tot difficultatibus rerum: quae uegetum licet ac ualidum  
 dum fatigare debuissent: moriens indefesso animi uigore consuluit. Primum omnium flentes ac  
 eius conditionem miserantes: magnifice castigatos docuit nil sibi triste: nil asperum: nil misera  
 bile: nil molestum: denique nil nisi suauiter profus & iucundum morte contingere. Satis se iuxta  
 Caesarem sententiam uel naturam uixisse uel gloriae: optare se iam ex corporis statione disce  
 dere: sperare ab hoc mortali folio digressum ad stabiliora regna proficisci. Minime itaque luge  
 ndum: sed omni gaudio persequendum iter suum. Quid multa? Sic omnium gemitus oratione  
 compescuit: sic omnem miseriarum mortis opinionem ex audientium pectoribus extirpauit: ut  
 nunc usque sese feliciter arbitrentur: quibus illum ex ipsa morte contionantem contigit audire: nec  
 morientis cubiculo ulla philosophorum scholas praefereat. Demum aduersus singula quae ter  
 ribilia prouidebat accommodata remedia ueluti praestitura uenenis antidota dictauit: Regni  
 gubernacula successoribus quos matrimonio iunxerat tradidit. Idem admonens: Hoc  
 istud consilio: hoc illud periculum declinate. Sic cum subiectis: sic cum amicis: sic cum hostibus  
 uiuite. Haec & alia similia: cum solita & aucta magis maiestate dixisset: tota mente in deum  
 uersus expirauit: & e corporeis uinculis laetus excessit. O felicem perfectamque sapientiam: in  
 ter mortis angustias cum caeteris hominibus: ne dum rerum externarum: sed sui etiam ipsius uix  
 ulla superest memoria: ita secum omni ex parte consistere: ita supstitis consolari: tanquam non ip  
 se: sed hi morituri sint: ita res suas disponere ceu rus peteret non sepulchrum: Et regno quidem  
 longum consuluit: modo uoces abeuntis animis inhaerint: nec (quod multum uereor) externis uitae  
 consiliis euanescant: Ego autem haec tenus domini mei finem referens: inter contrarios affe  
 ctus distrahor: & amara quadam pascor dulcedine: nec unquam nisi lachrymis coactus ab hoc  
 sermone diuellerer.

De sapientia Maphei uiccomitis Mediolani: & de sapientia recuperatione per  
 ditae patriae suae: Ca. LXVI.

**M** Apheus uiccomes: uir hac aetate prudentissimus est habitus. Is Mediolanensis patria pra  
 m potens inimici uiribus pulsus: dum ad Canem magnum Veronensem exulum atque  
 inopum: ut iam diximus: hospitale notissimum confugisset: turbas hominum atque con  
 spectum uitans: quod curis grauioribus pressi solent: procul a ciuitate solitariu: ut aiunt: sibi ele  
 git habitaculum. Vbi cum breui tempore deserti senis exilium ludibriu esse inciperet: quod fama  
 loqueretur: solum ac uagantem dies integros supra ripam Benaciacus agere: superbus hostis  
 unum ex suis ad eum illud edicti gratia misisse traditur. Qui soliuagum ut audierat prospiciens: alii  
 quamdiu contemplantur accessit: & domini sui uerbis quaesuit: Primum quod illic solus ageret: Re  
 spondit senior: Retia tendo solus ideo ne quis obstrepet. Subsecutus nuncius: Qui me inquit  
 dirigit: scire cupit ex te quibus uisus & quando speres in patriam reuerti. Et ille: Eisdem inquit  
 quibus egressus sum: Sed non antequam flagitia sua sceleribus meis praponderare coeperint:  
 tunc me purgatum leuioremque remeare: illum ponderibus suis descendere ac praecipitem agi  
 necesse est. Quod cum Mediolani domino renunciatum foret: exclamasse unum ex assistantibus ferunt: Se  
 nius ille ex omnibus quae habuerat nihil praeter spem sensumque retinuit. Nec dum tamem  
 tuto contemnit. Et profecto sapienter ad utrumque responderat. Primum quod secretum eius percul  
 ab omnium turbis ageret. In secundo enim non sapiens modo: sed uates fuit. Si quidem non mul  
 to post: hostis exuperante nequitia: cui insolens dabat alimeta felicitas illo deiecto: ipse ui  
 ctor in patriam rediit. In qua usque in praesentem diem ut uidemus ipsius & nepotes domina  
 tur & filij.

De religioso qui conuiuium ad crastinum refutaui: quia crastinum non  
 habebat: Ca. LXVII.

**D** Idem unum audire placuit: & referre delectat. Religiosus quidam uir spectatae sancti  
 tatis ac iam senio grauis ad insequentis diei conuiuium inuitatus: Si quid ait nunc ex  
 me uultis praesto sum: quod uero cras agendum sit: uos quibus uacat cogitate: Ego enim a  
 multis annis crastinum non habui. O felix si uera memorasti. Quid enim miserum formidare potest

q̄ craftini curis resecatis: hūc diē ut extremū ordinat: ut extremū aspicit: Omnīū rez suaz̄ ī expedito rationē habēs: nec de präteritis nec de futuris anxī. Sūma hunc & sacra cū delectatione uiuere necesse est: impletis uitæ officijs & sarcinulis rite compositis: adhuc inē ho mines cunctantē & nihil iam präter dei reuocantis imperiū expectantē. O iterū & itez̄: fœlix: nec scio an fœlicior: si dicere posses qđ est apud Senecam: Iam paratus nihil cogito: de die toto cogitare arbitror: alioqn̄ stulte se artasse ad uesperam.

De sapienti usu & doctrina Brixienſis circa eruditionē proprioꝝ liberorum: Ca. LXVIII.

A

**Q**uam hoc recte præmissis addiderim: uiderint doctiores: mihi prætermittere quidē non libuit: Brixienſis uir & morum & sanguinis nobilitate conspicuus dicitur. Ego enim hominē non noui: sed qđ sæpe mihi relatum est teneo. Inē multa nimirū quæ sapienter & cum amicis & cum uicinis agit: hunc cum filijs morem seruat: usq̄ ad quartū/decimū ætatis annū ferulis & uerberib⁹ lasciuientes domat: tenerū ac tractabile ingenīū omnibus modis ad arbitrium suū fingēs. Postq̄ uero pubertatē attingūt: flagris abiectis: precibus ac monitis ad uirtutem cohortat̄ & rectam uiuēdi uiam sedulo illis obtestans & pericula dinumerat̄ quæ obliq̄s tramitib⁹ gradiētes manēt. Hoc patris officīū dicitur: filios enī esse: non seruos cum quibus neruis & catenis agendū. Adicit & illam facti rationē: Quid inquit se simul & filiū torquere iuuat: sapientē nemo nisi deus facit. Itaq̄ dum nihil intelligunt: officīū tuū imple: Post admonuisse satis est: De reliquis si quid carcere uel supplicio dignū interuenerit: & tibi parce & filio: curamq̄ hāc omnē supremo artifice cōmitte. Sensi ego quidem in multis: sed in meipso clarius frustra naturæ repugnari. Quanto enī studio parentes mei egerant: ut patrimoniū aucturus ius ciuile pdiscerem. In quo uiuentib⁹ ijs ali quātulū processi. Ut autem mihi relictus sum: eo redij unde nunq̄ animi intentiōe discesseram. Valde parētib⁹ cupiebā obsequi: sed natura cogebat: nec dici necesse est qđ omēs norunt q̄s procul hæc me ab illoꝝ opinione raptauerit. Nunc quoniā duo maximi tractatus unū ingentem librū occupant: Pars primæ uirtutis tertia: quarto mandabit uolumini.

B

**Francisci Petrarchæ Poetæ Oratorisq̄ Clarissimi: Rerum memorandarum Liber quartus: In quo de prouidentia tertia parte primæ uirtutis scilicet prudentiæ tractatur: Incipit.**

Tractatus primus est de coniecturis.

**De Appio Claudio qui cautissime prospiciendo uidebat Romanorum uirtutem negocijs ali segnitieq̄ marcescere: Ca. I.**

**A**liquis incipiam. Quid enim populo Romano in terris altius fuit: hui⁹ euentus ab illustrib⁹ uiris multo ante prouisus est. Appius Claudij in omni sermone negocium Romanoz̄ ocio præferre solitus fertur. At quæ memoria tam demens est: quæ ocij dulcedinem negocioz̄ curis si facultas securitalq̄ cū ocio contingat: non præferendā censeat. Sed in anteriora prospiciens uir cautissimus: uidebat id quod exitus approbabat: Romanam uirtutem negocijs ali segnitieq̄ marcescere.

**De sententia prouidentissima Quinti Metelli dubitantis an uictoria Romanorum in Carthaginem lætabilior an formidabilior esset: Ca. II.**

**Q**uidem qđ hic generali quadam admonitione atq̄ indefinite censuerat: Quint⁹ Metellus reb⁹ ipsis applicuit. Bello enī secundo punico: pulso tandē ex Italia Hannibale ac subacta Cathagine: cunctis gaudio exultantibus: solus in senatu graui ac circūsp̄cta sententia usus est: Ignorare se asserens an ea uictoria lætabilior an formidabilior esset reipublicæ. Sicut enī Hānibal alpes ingenti strepitu transgressus cōcussa Italia dormitantē populū Romanū excitasset: Ita uerendū ne illo digresso silentio & pacis reditu rursū obdormiscerēt: Et quos labor ac metus exercuerant: securus torpor opprimeret.

**Qualiter Scipio Nasica præuidēs mores Romanoz̄ in pace ruituros: aduersatus ē sapiētissimo Catoni: cēsenti penit⁹ delēdā esse captā Carthaginē: Ca. III.**

**N**am quid aliud ante oculos habebat ille uir optim⁹ a senatu iudicatus Nasica: tertio bello punico: dum a sententia Catonis Censorij: q̄ uir omnīū sapiētissim⁹ habe-

batur: acerrime constanterq; dissensit: Et illo censente inexorabiliter delenda esse Carthaginiam: aduersatus est. Non q; urbem infestissimam parcius odisset: sed q; patriam diligenter: cuius mores prauideri se dicebat: in luxuriam abituros: amoto amulæ urbis stimulo. Atq; utinam eius tunc consiliu ualuisset: longioris æui forsitan Romana felicitas fuisset: Nec hostili urbe ferus flammisq; consumpta: ipsa tam breui post tempe: non armis sed uitijis repellentibus corruisset: pace belloq; gloriam inquantem: atq; orbem domitum uendicantem luxuria. Et hoc quidem de moderatore terrarum ac principe nationum populo: Nunc quæ de illustribus populis eius uiris: ab alijs itidem præclaris coniectoris prauisa sint referam: A Cæsariibus incipientibus: quibus nihil occurrit hac in urbe sublimius. In hac quoque: tanta rerum altitudine: quia de longinquo cernenti: supremum omnium primu mihi uertex ostendit: ille mihi stilo etiam præferendus est.

De prudentia Lucij Syllæ regnantis: quam habuit de Iulio Cæsare inope adhuc adolescente: & qualiter Pompeiu admonuit: ut caueret illum puerum male præcinctum: Ca. III.

**I**ulius Cæsar futurus rerum dominus: ad illud principatus fastigium: imo uero ad cælum opinionone hominum peruenturus: quippe imperium oceano famamq; terminet astris (ut Virgilius ait) ipse is inquit: ut mundus agnosceret: nihil non licere fortunæ: inopem atq; sollicitam & inquietam egit adolescentiam. Persequente eum Lucio Sylla: qui tunc euersæ rei publicæ imperitabat: e medio atq; hominum ex oculis fugiens: nec in latebris tutus erat: nisi eas crebro: & (ut ait Suetonius) prope per noctes singulas commutaret: seque ab inquisitoribus pecunia redimeret: Importuno morbo quartanæ præter cætera uexatus: Sic cum amico suo ludebat eo tempore fortuna: dum inter sextumdecimum & uigesimum ætatis annum ageret: Interuentu tandem uirginum uestalium & clarissimorum uirorum: qui eum affinitate: & persecutores suum amicitia contingebant: uix ueniam consecutus est. Cum enim Sylla preces eorum non admittebat: atq; illi ex aduerso obstinata importunitate precarentur: nec facturi finem uiderent: fessus exclamauit: Et uobis hunc Cæsarem habetote: dum noueritis hunc ipsum cuius salutem tanto studio procuratis: futurum quidem optimatum quorum uos mecum pugnaturos fuistis & publicæ salutis euersorẽ: Nam Cæsari multi insunt Marij. Idem Sylla optimates crebro (sicut Suetonius refert) & noiatim Pompeiu magnu (ut est in Saturnalibus) amicũ & familiarem suu: tum cum nihil oino formidabile uideret: admonuit: ut caueret illum pueru male præcinctum: Cæsarem habitu significans. Quid hac prudentia diuini? Quid his coniecturis certius? Pueru studijs liberalibus eruditu: nec diuitijs nec potestate terribile: sic introspicere ut senectutis etiam euenta prouideas. Quid enim: nonne quod de optimatibus prædixerat: tum sæpe: tum in campis Thessalicis impletu est: ubi totus fere Romanæ nobilitatis sanguis effusus turbidos amnes transmisit ad maria: Quod autem Pompeiu præmonuit: haud quaquam superuacuu fuisse: & quidem Thessalicus dies experimẽto fuit: & ille præcipue quo ad littus ægyptiu urgente fortuna compulsus est: & modo triumphator gentium: infandi regis imperio miserabiliter discerpitus: inopem regi truncu uolendu fluctibus: medicatu caput spectandũ præbuit uictori.

De transitu a coniectura Iulij ad coniecturas aliorum Cæsary: Ca. V.

**A**liquot coniecturas sub hoc nomine reperio: ut prope suspicari cogar: nescio quid non prouidentia tantu sed diuinationis sub illis pectoribus habuisse.

De coniectura Theodori: quam habuit de Tiberio discipulo suo: quem lutum sanguine maceratum uocitabat: Ca. VI.

**T**acque de Tiberio imprimis libera coniectura Theodori: eoq; mirabilior: quo & ante concepta apertius expressa est. Hic enim tunc rhetoricæ magister: Tiberiu pueru perspicaciter intuitus: quotiens obiurgare eum uellet: non nisi lutum a sanguine maceratu uocitabat. Satis proprie etiam si post moru suorum experimenta & imperij facinora diceretur. Quibus uerbis uel accommodatius uel breuius post annum septuagesimu illi loquens: segnem ac foedam & cruentam hominis naturam: ac præsentem actus effigiare potuisset: quæ senis mores ex puerilibus indicijs designauit.

De coniectura Tiberij de Caio Caligula: dicentis illum suo omniumque exitio uiuere: ac uenenosum & mortiferu mudo aial Romæ alii: Ca. VII.

**A**ge quæ euidens ipsius Tiberij de Caio Caligula successore prudentia. Habebat eu

supra fidem: non tantū sibi obsequētē: sed suis omnibus nihil indignantē: Oīa etiā aspera & grauiā æquanimīter tolerantē: usq; adeo: ut principat<sup>9</sup> actibus primæuo obsequio colatis: res in prouerbiū uersa sit: Nullus seruus Caio melior: nullus peior domin<sup>9</sup>: Et tamen interdum dicere solebat: Illum suo & omniū exitio uiuere & uenenosum & mortiferū mundo animal Romæ ali. Mirum q̄ eum uiuere diutius passus est. Sed puto sic recens Christi mors & sanguis innocuus exigebat: sic humanū merebat gen<sup>9</sup>: ut scelestū imperiū ferus & inhumanus princeps exciperet. Ipse quidem Tiberius dignus erat talem & prouidere & habere suæ mortis auctorem: Nam de eo minus miror q̄ Galbam quem præuiderat rebus potiturū: sub ānis puerilib<sup>9</sup> nō sustulit: Neq; enī dissimulauit causam: q̄ ille tunc puer in extrema demū ætate puenturus esset ad imperiū. Itaq; uiuat sane inquit qm̄ id ad nos nihil pertinet. Et Caij quidem fructus ex ipsis floribus potuit cōijcere: at Galbæ principat<sup>9</sup> quibus coniecturis: uel ipse: uel Augustus (simile enī & de ipso scribi uidef) tam lōge præuiderat: Non uacat res miraculo: nisi quia ut id Cæsari<sup>9</sup> insitum quodāmodo credat: Vespasian<sup>9</sup> effecit: quem mox attingam: si ordinis nō deserendi gratia: unū prius adiecerō.

**De coniectura Domitij in natiuitate Neronis filij sui: dicētis ex se & Agrippina coniuge sua nihil nisi abhorrendū & publice nociturum potuisse procreari: Ca. VIII.**

**D**omitij<sup>9</sup> Neronis: mūdo pestilēs & dānosus: pater natū sibi filiū audiēs: congratulātib<sup>9</sup> amicis: nullo tact<sup>9</sup> gaudio: Scitote inqt ex me & Agrippina nihil nisi abhorredū & infaustū ac publice nociturū potuisse procreari. O isœlix: sed uerax uates: Unde hæc tibi tanta præscientia futuroꝝ: Not<sup>9</sup> eras tibi tu: nota coniūx execrabilis: q̄s te impetus implicuit tā mœstis amplexib<sup>9</sup>: Sed debebat hic part<sup>9</sup> morib<sup>9</sup> humanis: & princeps imperio Romano: qui Caligulæ nomē ac titulos obscuraret: ac tu genituræ miserabilis pater: sciens mūdo nocuisti: clara profecto hinc illincq; cōiecturæ aderant indicia: quib<sup>9</sup> tam proprie ad cōmunis filij noticiam penetrares.

**De cōiectura Vespasiani circa successionē duorū filiorū suorū in Imperio: Et qualit<sup>9</sup> Domitiano prædixit: fungos nō esse sibi metuēdos sed gladios: Ca. IX**

**V**espasian<sup>9</sup> quidem (ne differā qd̄ pollicitus sum) duos filios habēs: q̄q̄ nec hæreditas iam Cæsares faceret sed fortuna: nec ipse cuiq̄ suorū successisset: tam constantē tamē filiū suū: & qd̄ mirabile est: utrūq; sibi successurū præuidit: ut multas cōiurationes & insidias peressus: tandem in senatu nō dubitaret asserere: frustra se dolis appeti & inani successu: Se enī sublato: aut filios suos imperiū habituros aut neminē. Nec fefellit oraculo similior uox q̄ mortalis hominis cōiectura. Idem Domitianū filiū sup cœnā fungis abstinentē: cunctis audientib<sup>9</sup> irrisit: fati sui negociū dicens: Nec enī fungos sibi metuēdos esse sed gladios. Tanto ante illi genus suæ mortis denunciāns. Hinc iam ab urbe simul & Cæsari<sup>9</sup> abeundum est.

**Qualiter Iosephus præuidit Vespasianū bellum agentem: post Neronem futurum esse Cæsarem: Ca. X.**

**O**ccurrit autē post Vespasianū Iosephus: uir apud suos clarus: nec obscur<sup>9</sup> apud nostros: qui ab eodem captus: tempore quo Neronis imperio bellū gerebat iudæa: cum sibi uincula circūdari uidisset: quasi nihil motus breui captiuitate & oīno futuricert<sup>9</sup>: Tu idem (inquit) Vespasiane: quē nūc alterius iussu uinciri facis: cito Impator factus iubebis absolui. Id sane qbus cōiecturis præuiderit incertū: nisi quia & nota Neronis impietas: uel ocē calum: & spectatū Vespasiani meritū: ascensum polliceri poterat: quo rerū potente: nihil inhumanū formidandū erat. His forte uir puidus ad salutis ac libertatis spem ratiocinādo peruenerat: ppter qd̄ tam intrepide loquebat.

**De transitu a Cæsari<sup>9</sup>: qui sua prouidentia tm̄ admiratiōis memoriā meruerūt: ad eos in quib<sup>9</sup> & prouidentia miratur & consiliū laudatur: Ca. XI.**

**Q**uæcūq; fere de Cæsari<sup>9</sup> dicta sūt: uacua cōsilij dixerim: sed plena miraculi. Quid enī pfuit de longinquo uenturos casus præuidisse: nec obuiā isse cū iri posset si morido poterat: Nec erat: ut est apud poetam: Fortuna omnipotē & ineluctabile fatū: Vt cūq; se res habebat: propter admirationē tantū memoriā meruerūt. In his autem qui sequunt<sup>9</sup> & prouidentia miror & consilium laudo: futuris periculis abiectū: quibus & ut plæ

rumq; solet: ab imperita multitudine spretum atq; calcatum sit: Nihil enim bene suadentiū laudibus officit obstrepentiū furor: Multis profuit ad gloriam quæ dicerent: quæ ue consu- lerent contemni: dum clarior prouidentia fides: magnis post laudibus quaesita est.

De prouido consilio Herenniū qui Romanū exercitum apud Caudinas fur- cas captum inclusumq; uel prorsus liberari cum honorificentia: uel ex toto in- terimi consuluit: Ca. XII.

**P**ontius Sannitū Impator: apud Caudiū ambos cōsules atq; omnē exercitū Ro- manū forte præruptis & angustis locis icluserat. Miserabile spectaculū: tot fortissi- mos uiros adempta pugnae copia & armatos simul & captiuos cernere. Cum in- teruentus noctis animos ab operibus in curas traduxisset: nec minus læticia uictoribus q̄ inclusis dolor consilium ademisset: Visum est Herenniū uictoris patrem: uirum & atate & sapientia prouectum consulere: Neq; enim pcul aberat. Senex audito rerum statu: consiliū dedit: ut abire pmitterent: Insuper & honorificis uerbis & omni obsequioꝝ genere psequerentur. Qd̄ ubi in consilio castroꝝ: apud feroces animos iuuenū agitari cœpit: nimis molle ac prorsus senile consiliū de tam infestis hostibus & indigna res omnibus uideri. Ptoinde iussus nūcius reuerti: & uirilium respōsum poscere. At ille omnes ad unū occidēdos censuit Romanos. Eniūero tum cūcti: præcipue imperator delyrantē iam senio patrem affirmare qui de eadem re tam repugnātia suaderet: Quia tamen fama hoīs ingens erat: placuit rursū exquirere: si qd̄ forte mediū cōsiliū haberet. Tum uero senior stratu sese iussit attolli: & ue- hiculo impositū: ad castra filij perferri: Cuiꝰ ad aduentū circūfusis omibus: Nihil inq̄t no- ui consilij daturus uenio: sed eorum quæ dedi dicturus rationē. Primū quidem est: Roma- nos bello clarissimos & optimos mortaliū uiros: grādi & insperato bñficio astrictos ex ini- micitijs ad amicitias attrahere: & uobis ac posteris uestris tam ualida gentis præsidū pro- mereri. Quonā enī modo unq̄ odisse poterunt aut eos aut sobolē p̄ q̄s se meminerint ui- tæ ac libertati redditos: Sed hoc uobis displicet. Secūdū reor uti præsentī fortuna & gentē inimicā extirpare radicitus: Sic enī in longum: non tantū uobis consulitis: sed his q̄ ex uo- bis etiam nascentē. Tertiū sane qd̄ ex me petitis: consiliū nullū est: Nam quos inq̄t i mani- bus habetis: dimittere cōtumelijs affectos: ea demū sentētia est quæ nec hostē tollit nec ami- cos parat. O sapiētē senē & singula p̄udentē: Vexuntamē cæcus & insolens uictoris ani- mus: utroq; consilio despecto: tertiū qd̄ ille damna uerat amplexus: exercitum ac consules exarmatos: & sub iugum actos relaxauit. Qd̄ cum annūciatū esset Herēnio: ut audiuit eos moestissimos deiectis frontibus abire: nec amicū nec hostem posse a quoq; Romano uerbū extorquere: Heu inquit miseri: q̄ graues minæ sub hoc silentio premunt. Id quoq; q̄ uere præuiderit: subsecuta Sannitū strages duce Papyrio Curfore: reimpositūq; iugum Pontio legionibus testantur.

De prouido consilio Hannonis Carthaginensis ut Hannibal ab exercitū ab- straheretur: & maneret in ciues: & qualis de uictis Romanis per Hannibalem solus Hanno consuluit esse tractandū de pace. Ca. XIII.

**A**t ut duos puidos senes de diuersis climatibꝰ cōiūgam: Hanno Carthaginēsis uir apud suos spectata puidētia: præferuidū Hannibalis ingenū ab infantia contē- platus: semper suasit continendū domi sub legibꝰ: docendūq; ex æquo cū ciuibꝰ suis uiuere: Abstrahēdū ab exercitibus: ne intempestiuo assuefactus imperio: postq̄ ciuem dedidicisset: tyrannū ageret. Id an salubriter præmoneret: declarauit exitus. Q̄ta enī cum Africae Hispaniaq; & Italiae ruina: quantoq; populorū cū gemitu ac sanguine: imperitandi dulcedinem semel degustatā perpetrare puer ille nisus sit: tam notum est ut cōmemoratiōe non egeat. Nouerat utiq; senex hic: alteram eius exilij partē: qd̄ periculi ascribit Aristopha- nes: de quo dictum est supra. Ideo ut Hannibali: ad summā licet potentiā euecto: obtrecta- re non desierit: & in Italia iam tonantis uictorias ausus sit uerbis extenuare: q̄ uis obstrepē- te populo: & tristis exitus uaticinari: seu pacis eum amor cogeret: seu patriæ: Nam inuidiā in tanto uiro etsi aduersarij crimentē: ego non suspicor. Deniq; post Cannensem cladem: & illud pene nouissimū uulnus imperij Romani: cum Mango tam magnæ felicitatis nuni- cius in Carthaginensi senatu rem omnem: ut gesta erat exposuisset: & stragis infinitæ mo- dum quasi numero non posset: coram affulsis anulorū aureorum modijs qui Romanis ci- uibus occisis dempti fuerant metire: cūctis læticia attonitis: Hanno solus in eodem habi-

tu persistens: interrogauit: nunquid ob tam grauem casum quisq̄ sociorū populi Romani ad Hannibalē transfugisset: Vbi nullum ideo fidem mutasse cognouit: censuit legatos e uestigio mittendos qui pacem a Romanis peterent: in eo rerum statu facili⁹ impetrādam. Quæ sententia parui remissiq̄ animi: multis tum fortassis uisa est: post autem: sero licet: geminis Carthaginensiu ruinis summa puidentiæ apparuit.

Qualiter Achitus prædixit ciuibus cauendum esse adolescētem Periclem: eo q̄ esset i sermone similis Philistrato libertatis publicæ euerfori: Ca. XIII.

**A** **N** Ec illa prætereūda est Achiti senis exclamatio: qui cum primo contionātē adolescētem Periclem audiret: repente Philistrato quem senio grauem iuuenis audierat recordatus: Cauete ait hunc iuuenē ciues. Est enī in loquēdo persimilis Philistrato. Vulgo quidem plausibile nihil nisi præsentia cernēti: seni autem & præterita memoranti & futura prouidēti: formidabiliter loq̄ uisus est. Quid igitur? Falsum ne prælagit: aut nō recte præuidit: qui ex sermonū similitudine: coniecturā traxit ad similitudinē animorum? Profecto Pericles alter erat Philistratus: nisi q̄ ad euertendā libertatē ille linguam pariter & dexteram armauerat: huic lingua suffecit. Et nūc hi tres senes remaneāt inuicem fabulantes: modo diuersitas linguarū non impediatur: ostentātesq̄ alter alteri: incredulā patriam iuuenū cōsilijs in cineres resolutam: Nos iter inceptū seq̄mur. Postq̄ uero p̄ præsentia a præteritis in anteriora transgressi sumus: non alienū forte fuerit aliquot species attingere earum rerum per quas ad præsentia secuturi temporis curiositas humana suspirat: q̄ uis non ignoremus puidentiā uiroꝝ diuinationē anicularū esse propriam: Verū quia utriusq̄ studium de futuro est: eatenus similes uident: ut illa rectis tramitibus p̄cedente: hæc perplexis erret anfractibus. Itaq̄ quo illa peruenit: hæc nititur frustra q̄dem: nisi dirigente p̄ tenebras fortuna mortalē ignorantia: idq̄ perraro: sicut sapiētissimis uiris uisū & experimēto comperitū est. Quā ob rem iuxta positæ sūt: ut uno uelut obtuitu: uideat quā fugas: quā uē seq̄ris. Id enim est eius de qua iam diu loquimur prudētia. Placeat autem ex oraculis exordiri.

Tractatus secundus est: De oraculis:

Quid sit oraculum secundū Senecam: Ca. I.

**A** **O** raculum est: ut a Seneca diffinitur: uoluntas diuina: hoīs ore enunciata. Q̄ si sic intelligitur: iam piget incepti: præstat titulum abradere: Nam quis ego sum qui sacros dei nuncios prophetas ueteres attingam stilo: Non ea uis animo: neq̄ id meæ facultatis est op⁹: Verū quia etsi migraturo similis: sæpe impedimenta collegerim: migrare tamen hæcenus non contingit: eoq̄ uisco te neor: ut a secularib⁹ studijs nequeam auelli. Sic intelligi postulo: nō tanq̄ de infallibilis & omnipotētis dei: sed quasi de dæmonioꝝ: quos illi deos uocant: respōsis: scripturus sim. Si enim illi dij forent: cur non hæc oracula dicerent? Diffinitio quidem non abhorret: Vtq̄ enim mortalis homo cōsueuerat illis spiritib⁹ impleri: & sic uentura prædicere: sed tã multis ambagibus obsita: ut facile internoscas: q̄ fallax instigator anhelantis uatis pectus impelleret. Ex hoc genere responsum illud ē Delphici Apollinis: datum Targnio supbo: Q̄ si apertum & euident fuisse: nequaq̄ tantam laudem acumen interpretis meruisset. Sed de hoc suo loco dictum est: Hic autem similia quædam ex uaria librorū lectione collegi: quibus lector admonitus gaudeat: & deo gratias agat: q̄ ex tenebris educit⁹ & ad serenā lucis speculum reseruatus est. Nec uereatur aut Iouem aut quemuis alium ex illoꝝ dijs: & quem in hoc præcunctis attollunt Apollinem irridere: præsertim cum Marcus Tullio: uir eius setæ atq̄ illorum temporū longe doctissim⁹: in libris suis: libera eum irrisione despiciat: quē ille suspiceret publicæq̄ cederet infantiæ: Nobis tñ insitum est: & execrari pegrinū mēdacis dei nomen & odisse. Ad hoc autē proderit aliquas eius fallacias agnoscere: quib⁹ humani generis illusor poti⁹ q̄ consultor: famā sibi diuinitatis multa miseroꝝ cæcitas quæsuerit.

De responso illusorio: quod dedit Appio Claudio quædam diuinatrix dicta Phemenoes: ne minas belli dubitaret possessurus in Eubote cellā: Ca. II.

**A** Ppius Claudius is qui ciuili bello Pompeianas partes secutus est: de euentu rerum dubius: uicinū castris qui iam tñ neglectus obmutuerat: retemptauit Apollinem. Itaq̄ Phemenoes quædam templi uates in antrum compulsa: solitoq̄ exastuans furore: fertur in hanc sententiam respondisse: Magnas huius belli minas Romane ne times: Nihil enim ad te: quoniam in pace licet⁹ Euboicū uelut quidam Eubotæ cellam posside/

bis. Quo ille responso uelut in somnis accepto: perplexior discessit inde q̄ uenerat: Sed non multo post apud locum qui Eubotæ cella dicit̄: quo secutus responsi quem putabat sensū se cōtulerat: ante supremū prælium morbo iterijt. Ita subtractus bellis & sepulchro conditus: euboico fidem fecit oraculo.

Qualiter Nero percontator mathematicorū & idolorum: responsis fallacib⁹ frequenter in uita & in morte illusus fuit: Ca. III.

**N**ero Cæsar portendi sibi mutationē status a mathematicis accepit: Qui in hoc cōcordes: in eo discordabant: quæ nam fortuna imperio deiectū exciperet: His æger delphicum oraculū experiri statuit: Sic enī sibi uisus est abominans: hæsitacionem suam ad diuinū cōsiliū traducturus. Inde sibi responsum est: Annū tertium & septuagesimū caueret. Qd̄ cum audisset: hominī incōsiderato & uix tricesimū ætatis supergresso tāta securitas incesserat: ut iam nil metuens: & prosperitatē & ætatem sibi integram sponderet: quasi ante prænunciatū tempus ab Apolline: mori nō posset. Eodemq; uanitatis & insolentiæ raptus est: ut preciosissimis quibusdā rebus maritima tempestate deperditis: affirmaret eas ad se uel piscium obsequio reuersuras. Talibus intumuerat errorib⁹: cum subito ab omnibus destitutus & ad turpissimā cōpulsus est mortem: utiq; cōsiliario dign⁹ Apolline: q̄ uis mendacij parens: ne quid mentir⁹ uideret̄: consuetis ambagib⁹ atq; arte p̄ uiderit: q̄ ipse Nero suprema illa nocte audito clamore militari: suū execrante & Galbæ nomen celebrante: sero licet quiuerit intelligere: & ad infœlicitatis suæ cumulū auctorē oraculi ueridicum opinari. Galba enī successor tertiu⁹ & septuagesimū annū tunc agebat.

De duplici oraculo seu responso factō Traiano per Apollinē in templo Heliopolis tam per litteras uacuas clausas sibi missas: q̄ per frustra uitis sectæ in sudario inuolutæ: mortē Traiani i uindemijs proximis secuturā designātis: Ca. IIII.

**A** pud Heliopolim Assyriorū templū: fuit p̄plexus ut aiūt nūminib⁹ incertū: qd̄ & sol sibi coleretur: & Iupiter & Apollo. De hoc quidem incertior fama est: sed hūc quoq; templi eius accolam: ex furore ministroꝝ & ex diuinatione confirmant. Hunc igiē Traianus hortantib⁹ amicis bello Parthico consulendū ratus: Romano more fidem oraculi præterptare uoluit: ne quid forte mortalis fallaciæ fingeretur: sigillatimq; litteras transmiserit: ad quas sibi petijt responderi. Erat enim mos & de longinquo per epistolam consulēdi: Spiritus ille uaferrimus qui in consignatione imperialiū litterarū forsan interfuerat: temptatum se intelligens: ut humanam irritaret insaniam: nō esse se commentū consulentis ostēdit. Oratus enim ad id qd̄ in litteris clausum erat respondere: Chartam poposcit: quā cūm sacerdotes attulissent: sicut erat claudī iussit & remitti. Illis quidem attonitis: & qd̄ sibi uelent præstygia dei sui: cum admiratiōe reputantib⁹: Nec minus admirans impator: oblatā uidit & aperuit: ut qui solus facti conscius foret: & chartam illi signatam quoq; sed uacua misisset. Ita q; iam satis expertum credens: & de templi religione certissim⁹: secundis litteris cōsuluit: Esset ne post belli finem Romam reuersurus: Ille autem scripto nihil: uitem i partes sectam ac sudario inuolutam remisit principi: Traiani mors proximis uindemijs consecuta: reliquiæq; Romam reportatæ: responsi nubilum discusserrunt.

De responso illusorio quod accepit Caius Caligula in templo fortunarū: q̄ caueret a Cassio: a quo fuit postmodum interfectus: Ca. V.

**S**ed ne Apollo solus impatorib⁹ nostris irriferit: Gaius Caligula uarijs undiq; prodigijs pulsatus: templum fortunarū Anthij cōsuluit: quem locum ueluti natalē sibi omnibus locis atq; secessibus (ut Tranquillus ait) semper prætulerat: Responsum: Caueat a Cassio. Ea re permot⁹: Cassio longinquo qui p̄ consulari imperio tūc Asiā obtinebat: destinauit mortem. Et forte consultor id agebat: sed Caius interim a Chærea: q̄ & ipse licet minus uulgato nomine: Cassius erat: interfectus est.

De respōso quod accepit Vespasian⁹ in mōte Carmeli: quicquid mēte concepisset ac temptasset: successurū fœlicitē: quāuis arduū & laboriosum: Ca. VI.

**V**espasiano autē sub Nerone rem Hierosolymis gerētī: uicinū Carmeli montis oraculum experiendi desideriu⁹ incessit: Vnde in immensum auctus est: accepto responso: quicquid mente concepisset: quicquid temptasset successurum fœlicitē: quāuis arduum aut laboriosum uideretur: Parūper iste fidelius & paulomin⁹ ueracit̄. Sed ad Apollinem reuertor.

## De oraculo dato Atheniensibus in aduentu Xerxis: Ca. VII.

**A** Tunc clarius inter uicinos locutum putes: sub aduentu Xerxis: territis græciæ urbi-  
bus: ab Atheniensibus consultus: quo nam modo saluti propriæ ac filijs puidere-  
Respondit: Muris ligneis. Id ambiguū more suo confusumq; consiliū Themistocles  
interpretans: pro muris ligneis naues intellexit. Itaq; hortate eo: deserta urbs turba ad bel-  
landū inhabilis: & preciosissima rerū repostis locis abdita: Ipsi autem armati classe cōscen-  
sa: experiri fortunam pelagi decreuere: casus præstitit & Salaminatæ uictoriæ successus: ut  
cōsultor uerax haberetur. Qua in re: si non plus illinc Xerxis ignauia: hinc Themistoclis cō-  
siliū ac uirtus: q̄ Apollinis oraculum effecisset: ægre pfecto muris ligneis: hostiū tam nu-  
merosus excipi ualuisset.

## De responso dato Lacedæmonijs: Ca. VIII.

**P**aulo Lacedæmonijs apertior: quibus eadem tempestate consulentibus. aut urbi aut res-  
gi eorundem pereundū esse respondit. Atq; ita contigit. Rex enim Leonides gloriosus  
me moriens: patriam reliquit incolumē: quāq; recte iudicantibus: oraculo regis mors: uirtu-  
ti regiæ: salus urbis ascribēda sit.

Qualiter in consilio obscurus: in adulando uero clarus fuerit idem  
Apollo: & de laude Socratis: Ca. IX.

**A** **Q**uid q̄ in consilio anceps & obscurus: in adulando clarus & simplex reperit: Quid  
causæ putem interuenisse: nisi ut illic remediū occultaret: hic superbiam & inanem  
iactantiam mortaliū pectoribus ingereret: Utrobiq; fallendi ppositū utilia tegere:  
damnosa reuelare: Socratem omnium qui uiuerent esse sapientissimū respondit. Nullum hic  
inuolucrū: aperte locutus est: Nec puto falsum dixit. Sed quorum his laudandi blanditijs  
pergeret: non uideo nisi ut hominē doctissimū: & cuius moleste sapiētia ferebat: æstimatio-  
ne suis ipsius tumidum: & uelut diuino iudicio prælatum insanire compelleret. Harū forte  
blanditiarū fidem sibi reddebat Socrates: cum Xenophonti discipulo (scdm Platonem)  
præclarissimo interroganti: Nūquid suaderet Epicurū sequi: Postq; sententiā suam expli-  
cuit: hoc in sine responsum dedit: Et nostrū quidem inquit humanū est consiliū: sed rebus ī  
obscuris & incertis: ad Apollinem censeo referendū: ad quem etiā de maioribus rebus Athe-  
nienses publicæ semper retulerunt. At quāto tu Socrates melior: quātoq; consilij sanioris:  
q̄ is ad quem discipulum remittebas: nisi in hoc uno qd̄ ille tibi optimus & consultissimū  
uideretur. Sed: redeo ad Apollinem:

De simili adulatione ad Lycurgū: deq; uero responso Gygi regis  
Lydorum dato: Ca. X.

**A** **L**ycurgo Delphicū consulenti: Ignorare se ait: eum ne dijs an hominibus aggregaret:  
Immo uero non ignorabas perfide: cui loquebaris hominē esse nō deum: tibi tamē  
& omnibus tui similibus dijs longe præferēdū: Sed quid aliud hac simulata igno-  
rantia uoluisti: nisi ut egregium uirum: & inter homines præcellentem: ridiculum semideū  
opinionē sua faceres: & immēsis laudibus inflatum: ex eo qd̄ fuerat: magno ut sibi uideba-  
ris teste conuelleres: eumq; qui ad te homo certus ac modestus uenerat: remittens imode-  
stum: atq; inter diuinitatis ac humanitatis uestigia titubantē: Vnū mihi ueterator hic ui-  
detur respondisse fideliter: nisi talium moris esset: aliquid interdum ueri dicere: quo liberi  
in reliquis mentiant: Siquidem cū Gyges ille Platonius: pessimū nefas: de pastore rex Ly-  
dorum: & insuetis fortunæ fauoribus sese efferet: oracula Delphis exquireret: nū quisq; in-  
ter homines se beator foret: Vox ab antris reddita: Agladium Sophidiū inopem quendā  
ac rusticū seniculum in finibus Arcadiæ latitantē: cæterū cupidinibus ac terroribus liberum  
& exiguo rure: regum diuitias exæquantē foeliciorē diffiniuit. Mec imerito: Nō enim exte-  
rius sed introrsus: & in ipso animo uera foelicitas sita est. Huic aperte uerum respondit (ut  
dixi) quo liberus illuderet multis. Illusit autem ne longius eam: in eodē regno alteri: quē  
multo minus circūueniri par fuerat.

## De responso illusorio quod accepit Croesus rex Lydorum: Ca. XI.

**C**roesus opulentissimus Lydorum rex: bellum moturus in Persas: tali responso ferē il-  
lusus. Croesus Halym penetrans: magnā peruertet opum uim. Amphibologice pror-  
sus ac fallaciter. Nam ut ait Cicero: hostium uim se peruersurū putauit: peruertit autem sua  
am uim. Vtri eorum accidisset: uerum oraculum fuisset.

De simili responso quod accepit Pyrrhus rex Epirotarum: Et de responso Crassii: Ca. XII.

**N**ihilo purius actum esse: traditū est cum Pyrrho: qui bellum Romanis illaturus: dū Delphos consulit: hoc responsum: ut ait Ennius: accepit. Aio te Aeacida Romanos uincere posse: demens Pyrrhus si non intelligeret utra partū uicisset: uerificatū oraculum uideri. Sic uersutus artifex tueretur: sic in omnes casus profugiū ueritatis occupauerat. Hoc inq̄ adeo manifestam fallaciam præfert: ut q̄q̄: sicut Ennius idem ait: semper fuerit stolidum genus Aeacidarū: tamen: ut dixi: perpēdi absq̄ difficultate potuerat. Illud obscurius q̄ Crassum decepit: q̄ uel Chryssippū potuisset fallere. Sic enī apud Ciceronē scriptum est: Cui tamen ad postremū tota res cōmenticia uidetur: & hoc a poeta fictum suspicatur: Illud ab historico. Rationes affert. Primū enim latine Apollinem nunq̄ locutū fuisse. Deniq̄ Pyrrhi temporib⁹ iam uerificari desisse. Et hoc ultimū (ut eo libro permulta) irrisiue dictum arbitror: Tamen utcunq̄: non multum his rationib⁹ moueor: quoniam & in latinam linguam transferri: & in carmine inferri potuit ambiguitas oraculi: græcis & solutis primū uerbis ædita: Nam si ad linguam respicio: quæcūq̄ oraculis dicta sunt: latine quidem apud nostros: de græco fonte descendūt: græce uel ab Apolline prolata: uel ab illis memoriæ mandata: nec linguarū uarietas obsuit ueritati. Tertia igitur me Ciceronis ratio uiolentius impellit: Ait enim: hoc Pyrrho responsum inauditum græcis. Itaq̄ satis credi potest: hoc ab Ennio: suo quodam iure factum esse. De Herodoto autem quem Cicero ipse patrem historiæ uocat: q̄ superioris oraculi fictor extiterit: non tam facile crediderim. In dubio igitur uisum est: & utrunq̄ attingere: & Ciceronianā de hac re nō præterire sententiā.

De respōso deceptorio quod accepit Philippus rex Macedonū: Ca. XIII.

**Q**uā uero illud anceps & inopinabile: q̄ Philippus Macedo ex eodem Adyto accipit: ut iminens sibi scilicet a quadriga periculum præuideret. Quo audito rex anxius: dissolui currus per omnem Macedoniā imperauit: quin & oppidum Boetiæ cui quadriga nomē erat: ut fatalem sibi perpetuo declinauit: Vel ut quidā ferūt: iussit euersti. Frustra tamen: Alio nanq̄ minax oraculum spectabat: Capulus gladij quo eum Pausania transsodit: quadrigæ celaturam dicitur habuisse: Hoc quidem est: curas atq̄ animi tormentū credulis mortalibus ingerere: cautelam remediūq̄ præripere. Itaq̄ Tullius eleganter illudit: Nec enim obscura tātum sed mendax admonitio: quasi rex capulo: & non cuspidemoriturus sit: Hic sane nullum respōsi colorem: nullum ueritatis uestigiū: aut uiuens aut moriens intellexit.

De responso simili dato Alexandro Epirotarū regi: Ca. XIII.

**H**uius autem generis: & uxoris Olympiadis germanus Alexander: Cui Iupiter ille nihil fidelior aut certior Apolline respondit: urbem Pandosiam amnemq̄ Acherusiam uitaret. Eo cupidius ex Epiro descendens: ubi urbem ac amnē prænūciatum esse nouerat: in Italiā uenit: ibi pugnans cū Brucijs ac Lucanis: iuxta urbē & flumen Acheronta: bello uictus & interfectus est. Itaq̄ sero fatalibus noibus auditis corruens: agnouit frustra se patriam reliquisse. Potuit hic uir placatior mori Ioui suo q̄ Philippus Apollini.

De responso Cleophanti dato: Itemq̄ de eorum redargutione qui eiusmodi oraculis credunt: Ca. XV.

**H**is autem furijs agebatur insensata mortalitas: fidens consultorib⁹ infestis: Senatū sibi e media inimicorū urbe delegerat. Nondū tempus erat ex tam profundis tenebris emergendi: Persequēbat humanū genus diuina ultio: & sic meritum premebat: ut si dīci fas est: supstitionib⁹ humanis cælestis patientia faueret. Quid enim fuisse aliud reor (si modo est uerum q̄ clarissimi auctores tradidere) Cleophantē ut ipsi nominant sophistam ineptum ac mordacem: ut ego arbitror philosophū & prudentē: sed ut fere accidit parum læti successus hominem: irridēdi animo consuluisse Apollinem Delphicum: an esset hæcenus equū reperturus: cum uero nec equū quæreret: nec hæcenus habuisset: responsumq̄ reperturū quidem equū: sed ex eodē casurū: & præcipitio moriturū: Cleophantem uero iure optimo deridentem quæ audierat: dum redijt: casu quodam habuisse obuiū Attalum regem sibi insensum: atq̄ eo mandate deiectum de prærupto saxi cuiusdam uer-

tice: cui equi nomē agricolæ forsan & pastores indiderant expirasse: & læso (ut aiūt) deo iu-  
 sta supplicia pepēdisse (ut mihi magis uidetur) iniquæ sorti tributum inexpiabile psoluisse:  
**B** Quis autem miretur uulgus indoctum obstupefactū huius euentu: cœpisse Apollinem nō  
 modo ut uericū: sed uelut acrem quoq; suarū offensarū uindicem: plus etiam solito uene-  
 rari ac metuere: Sed quæso te Valeri Maxime: uosq; qui secū & cum Apolline sentitis: si tā  
 grauitē & tam cito ultus est Apollo temptatoris huius iniuriā: quid fecit Marco Tullio: nō  
 temptanti: sed apertissime contēnti: neq; id uerbo uolatili: sed æternū pemansuris libris:  
 Neq; id semel modo sed millies: & quotiens in hæc uerba reuoluī: usq; adeo: ut non ætate  
 sua tantū: sed & diu ante cessasse Delphis oracula: & nihil illo specu mutōq; terræ hiatu: di-  
 cat inueniri posse contēpti: opineturq; nec primis sæculis illic fuisse: nisi fortuitæ raræq;  
 ueritatis habitaculū: quādo & eos qui euasiūculas quærūt: dicētes uim loci eius euauisse  
 tractu tempis: sic irridet: ut dicat eos nō aduertere qd̄ de ui diuina agi: quæ si est: utiq; æter-  
 na est: sed p̄inde loqui quasi de uino aut salfamēto: quæ uim suam sumūt temporanea po-  
 testate & paulatim euanescūt: Itaq; hæc dicētes: philosophos supstitiosos & pene phanati-  
 cos appellat: qui excusationes friuolas ineptijs suis malūt exquirere: euauisse fingentes: q̄  
 ueritatē ingenuē confiteri: & errorem suū uel sero recognoscere: quo diutissime circumuenti  
 sunt super huiusmodi oraculis: partim falsis (ut ipsis Tullij uerbis utar) partim casu ueris:  
 ut sit in omni oratione sapissime: partim flexilios & obscuris: ut interpres egeat interprete  
**C** & fors ipsa ad sortem referēda sit. Hæc de Apolline Marcus Tullius. Legeras tu q̄dem Va-  
 leri ista: & p̄culdubio noueras: ut qui ex Tulliantis libris magnā cōflasti operis tui partem:  
 quo te ac sæculū tuū magis admiror: quo nam modo uanitas hæc tantū fidei apud doctis-  
 simos uestros inuenerit: præsertim postq̄ innotuerat eam tam libere ac tam graui: ab illo  
 latinarū litterarū parente contēni: Nec adduci possum ut credā: non id te atq; alios doctos  
 homines sensisse. Illud poti⁹ rear: sicut stellas quas cœlo appositas: & cœlestis fugæ mode-  
 ratrices ferunt: q̄uis ad orientē moueant: firmamēti tamen impetus in diuersum rapit: sic  
 uos licet motu pprio ad ueritatē p̄nos: populorū tamē errorib⁹ uiolēt in nō contrarium  
 deuolutos. Nisi forte nūc etiā opinari libet: Apollinē nostrū nō segnius in Cicerone iniuri-  
 as ultum suas: uosq; in opinione confirmat: indignū & crudele supplicii tanti uiri: cui utinā  
 nō magis uel Romanū odiū q̄ Delphicū: uel Philippicarū q̄ diuinationis liber: uel in Cæ-  
 sare & Antoniū: q̄ Apollinē dicta nocuissent. Et de oraculo satis dixisse mihi uideor.

Tractat⁹ Terti⁹ de naturali diuinatiōe: quæ maxime somnijs cōstare credi.

De Sibyllis & earum oraculis: quæ quadam diuinitatis familiaritate ad inti-  
 mum ueri fontem propius accedere uidentur. Ca. I.

**A** **P**roximū a dijs (ut ipsi uocāt) imortalib⁹ tenere locū putabant mortales ho-  
 mines: aut diuinit⁹ aut humanit⁹: idq; seu naturalit̄ seu artificio quodā futu-  
 rorū præcij: Quippe qbus in hac hominū cæcitate: discutiēs umbrā corpore-  
 am: & obiectā uenturi nubē penetrās: inest diuinitio magnifica quædā res &  
 salutaris: si modo est ulla: sicut de hac tota re locutus Cicero præfat̄. In hoc  
 aut̄ genere Sibyllis nō indigne prim⁹ gradus dabi: q̄ quadā diuinitatis familiaritate ad  
 intimū ueri fontem p̄pius uideant̄ accedere. Et has q̄dem plurimas fuisse nouim⁹: quarum  
 nōnulli scriptores & numerū & ætatē & patriā & actus & noīa collegerunt. Qd̄ nobis hoc  
 loco p̄sequi longū nimis: & curiosum magis q̄ necessariū uidet̄. Sed qm̄ de naturali diui-  
 natione institutus nobis erat sermo: quæ & furore: hoc est oraculis a furētē redditis & som-  
 nijs constare credatur: dicto de Apollinis: aliqd̄ de Sibyllinis oraculis dicendū occorrebat  
 prius q̄ ad somnia uenirem⁹: Ac nescio an hæc quoq; adhuc fides & auctoritas uigent: illis  
 quoq; iam pridem error explosus est: meruerūt anteponi. Sed uetustatis ordinē secut⁹ sum:  
**B** Ex cūctis q̄dem Sibyllis: & hoc attigisse satis sit: Quattuor celebrant̄ Delphica: Erythræa:  
 Cumana: Tyburtina. Primā ante tempus heroicū: in ipso Apollinis tēplo uaticinantē me-  
 morāt: multos ex eius uersib⁹ Homerū poetam operib⁹ suis interferuisse. Secundā nomine  
 Eriphylē: & Lacenos maris iperū amissuros: diu ante cecinisse: & p̄iturā Troiam: & Meo-  
 niū uatem: qui multis post sæculis natus est mendacia scripturū. Extat libellus quē sibi at-  
 tribuerūt: in quo (si modo suus est) Troianorū & græcorū exitus: ac Romanæ urbis & im-  
 perij originem & labores & successus uarios: Inter hæc aduentū dei in terras: multa q̄ reli-  
 gionis nostræ clarissima: multa quoq; de errorib⁹ externis & iternis: deniq; alienigenarū ac

nostris euentibus: non modo usque ad hanc aetatem: sed usque ad finem saeculi prophetavit. Tertia noie Amalthea: cuius locum nuper prope Cumas Campaniae uidiimus: Romanos ex cunctis mortali-  
 bus delegisse traditur: quibus uentura praediceret. Indignata suum cunctis seruire furorē: ut  
 eleganter ait quidam. Quin & libros addidisse: in quibus Romanoꝝ fata remediaque conscri-  
 pserit: qui Sibyllini dicuntur: & quorū omnis Romana historia plena est. Nota res est antiq̄s  
 annalibus & nouis testatissima: Anum peregrinam & nulli cognitam adisse Tanquium superbū:  
 ac nouem libros attulisse: dicentē eos diuina esse oracula & uenales fore. Regem uero pcon-  
 tarū de precio: cum grande quiddam audiuisset: irrisisse. Anū tribus libris accenso coram  
 igniculo perustis: quaesiuisset uellet ne sex alios eo precio compare quod primū omnibus statue-  
 rat. Eniuero tum Tanquium delirantē senio foeminam pculdubio credidisse ac derisisse. pflu-  
 sius: iam tribus alijs in eandem flammam coniectis: tres qui soli superant porrexisse regi: mi-  
 tiusque iam & in modum consulētis: ut hos eodem precio emeret hortata est. Regē muliebri fi-  
 ducia attonitū: libros quo suadebat precio compassse: uēditricē ilico euauuisse: nec usque ui-  
 sam aut repertam: libros in sacrarium repositos: consuli & pro oraculis haberi multis consue-  
 tum saeculis: donec incenso tandem Capitolio perierūt. Quartā uero noie Albuneā omnium  
 nouissimā Sibyllarū: temporibus Angusti Caesaris fuisse: atque illū successibus licet & eximio fa-  
 uore hominum elatum: diuinos tamē honores quos ei populus Romanus obtulerat renuentem  
 in proposito sobrio ac modesto confirmasse: Adductoque per noctem in Tarpeium collem: & ostē-  
 sa in caelo uirgine: sydereū infantem ulnis amplexū: unū deū docuisse fama est. Extare huius  
 uisionis argumentū in terris: arā caeli: & in eodem & ipso loco quē dum caelum suspicit uesti-  
 gis praeserit: admirās templū puerperae dedicatum uirgini. Ceterū de alijs sex Sibyllis pra-  
 cipitare sententiā non est meū: Scio enī quia deo nec impossibile quicquam: nec difficile: licuisse  
 secretum suū credere cui libuit. Video harū uatum responsis & oraculis ab orbe toto: sed  
 ab urbe singularitē: & ab illo sapiente: tum populo ac senatu tantū fidei tributū: ut per decem  
 siue etiam quādecim uiros celebri apud eos sanctitate ac fide conspicuos: in dubijs casibus  
 reipublicae ex Sibyllinis libris: uelut e caelo suae salutis consilia quaerentē. Possē & hic ut  
 in oraculis Apollinis: aliquā iniquissimorū spirituum fallaciā suspicari: ni uiderē doctores no-  
 stros diuino spiritu afflatos: Sybillis credere: & praesertim Erithrae: multa quae de Christo  
 praedixisse creditur: suscipientes alacriter & ad diuinitatis testimoniū pferētes. Denique usque  
 adeo haesitantes: ut ex eis quidam praesentiae huiusmodi rationem afferāt: quod scilicet Sibyl-  
 larum insigne uirginitas est (ut eorum uerbis utar) & uirginitatis precium diuinationis: Aeoli-  
 co enim sermone Sibylla: σῖο ὑβούλι: dicitur: id est dei consilium: quod sola scribitur nos-  
 se uirginitas. Audio tamē Ciceronem ex diuerso: diuinationis hoc genus paulo reuerentius  
 quā ceteri refellentē: cum quatenus quidem ex uerbis eius colligo: Iulio Caesare rerum poti-  
 ente cōtigerat: ut Sibyllinis libris ex more aditis: responderet in hanc sententiā: Quē uere regē  
 haberēt: Regē quoque eū appellādū si salui esse uellēt. Regiū autē nomē apud alias gentes ue-  
 nerabile: apud Romanos odiosum & importabile semper fuisse nouimꝰ. Itaque Cicero con-  
 silium illud abominatur ac respuit: humanaque fraudem modis omnibus subesse nō dubitat.  
 Ambages enī huiuscemodi quae indefinite prolatae: possent ad quēlibet hominē ac rem: &  
 ad omne tempus applicari: non ab illa quae librorū auctrix dicitur furere: sed ab aliquo ac  
 uersuto compositas uideri. Alia deinceps ex eisdem libris elicit iudicia: diligentē & artificiose  
 mentientis scriptoris potius quā insani. Ad postremū tamen si Sibyllam damnare nō aude-  
 at: libros tamen eius non facile legendos: nec iniussu senatus aedēdos censet. Et de his qui-  
 dem haecenus.

### Quid de somnijs Marcus Tullius Cicero senserit: Ca. II.

**S**omniorum causas scrutentur alij: nos hoc libro (quod saepe iam diximus) rerum  
 exempla conquirimus. Sed praefari libet Marcum Tullium aduersus hanc quoque  
 uanitatem & eorum amentiam qui somnijs fidem habent acriter disputasse. Quae  
 disputatio (nisi fallor) si ne dicam mihi: sed cuius homini retexenda sit: aut illius uesti-  
 gis insistendum: idemque narrationis ordo seruandus erit: aut profecto aliquid uel de sen-  
 tentiarum grauitate: uel de uerborum elegantia remittendum. Quis enim quae nō nisi  
 impudentissimus: sperare audeat illum diuinum atque aureum orationis fontem: non se  
 si diuerterit turbaturum: aut parem: uel claritatem uel suauitatem procul a scatebra-  
 rum suarum praemordijs reperturum? Verecundius quidem foret ac tutius ipsam

Tullianam disputationem aut omittere aut non aliter quā Tullianis uerbis exprimere. Sed nec prætermittre uisum est: rem etsi non lectori: mihi certe necessariam præbatamque: nec rursus totam disputationis seriem ad contextū resoluerē. Ne sim longior quā oportet: medium elegi: summā rei colligens: quæ talis est: Non decere philosophū aut prudentem hominem iæptis atque anilibus supstitiōibus aurē inclinare: sed ridiculū opinari: quæ uigilantes nec præsentia intelligere nec præteritorum meminisse queat: eos cum obdormierit etiā uetura prænoscere: Quasi amicitior familiariorque sopitis atque stertētib⁹: quæ uigili animo apertisque oculis meditātib⁹ sit deus. Qui si auctor somniorum esset: futurūque aliquid denūciare hominibus uellet: uel aperte uel aliqua quæ intelligi posset inspiratione consulere: Cum omnium qui sub cælo sūt mortalium (nemo enim non somniat) ne dum lectulos: sed ægrotantiū quoque grabatulos circumcūre & insufurrare innumerabiles ambagum species: neque cum experrecti fuerint memoriā habituris. Deinde si dormientibus tantum consuli uellet: clariora saltem statuisset somnia: non atra & confusa: quæ dormientes expauescant: & uigilantes ad interpretem diluculo referre soleant. His accedit: quod cum deus nullius falsi auctoris sit: uera esse omnia quæ in somnijs cernimus necesse esse. Quæ cum ita sint: illud potius philosopho dignū arbitratur Cicero: æstimare uisa hæc: quibus sopor hominū abundat naturaliter euenire: sine ulla significatione rerum futurarū: Animū enim agitante propria natura a motu nunquam posse requiescere. Eni uero cum languida & somnolenta mole corporis: nec membris nec sensu uti possit officio: dum per seipsum ad aliquid agendum uidentūque cæcus rapitur: incidere in imagines ambiguas rerum uariarū: Idque ex reliquijs in hærentibus earum rerum quas uigilans egerit aut cogitauerit prouenire. Cuius rei testem facit Aristotelem: Earumque perturbatio ne miras in eundem & inenodabiles occurrere somniorum formas. E quibus si quædam falsæ: quædam ueræ sunt: scire cupit ille uir doctissimus: qua nam inter noscantur nota: Siue ea nulla est: cur incassum interpretes fatigemus? Quin & si ulla est: ad hunc terminū uiam illā his nugatoribus censet incognitam: præsertim cum explorare res abditas: & ea quæ in somnijs hominibus diuinitus portendunt (quod hi hominūculi profiteri non dubitant) profundissimi ingenij perfectæque doctrinæ sit: Hos autem uideamus primū ex leuissimo (ut ipse ait) & indocilissimo genere consistere: deinde non ex ulla somniorum uis: sed ex proprio acumine iudicare: Ideoque inter se uarios atque discordes. Ad quod probandū quædam afferret: de quibus inferius dicemus. Ita quis diuinationem concederet: quæ negat: diuinū tamen nullum contenderet. Scio quidem de hac re alios aliter sentire: nec sum nescius quātū gloriæ puer hebræus ex somniorum interpretatione percepit: sed illic non ars humana sed cælestis reuelatio. Hæc tædem de somnijs utuncumque meis uerbis explicita: non tam mea quam Ciceronis intentio est. Etsi enim Academico more disputans: nihil pertinaciter affirmet: quo minus liberū relinquat & integrū auditorē: quia cum ut ipse alio quodam loco de Socrate & Platone loquens ait: uixisse secum mihi uideor ex loquendi usu: de opinione eius non aliter certus sum: quam si quæ legi ex ore narratis accepissem. Quo magis miror ita quosdam de somnijs scripserisse: uelut indubitata traderent historiam: cum ipsum de cuius fontibus hauriebant cernerent hæc eadem dum recitat contententem: Velle mihi uidentur supstitutiones hominū augere. Sic enim somnia renarrant quæ casus aliquis uera fecit: quasi nihil frustra somnari persuadere cupiant rudibus ingenijs: quæ in illas primū litteras fors impegerit. Ita apud credulū uulgus auctoritas interpretū ingens erit: neglectisque rebus omnibus: satis negotij cuique suū somnū afferret: aliquāto plerumque tibi tribuet sollicitudinis quam quietis. Quāto fatius fuerat docere ut de mille unū non accidit: cui uel tenuis sit cum ueritate cognatio. Totis autem noctibus dormientes: ac sæpe meridianes: quid mirum si nonnunquam uero quædam proxima uidemus? Horum aliqua iam hinc scribere aggrediar. Falsa enim quis caperet liber: Et hæc quoque sic legi uolo: ut agnoscat potius fortunæ uis: quam quæ fides somnijs habeatur.

## De somnio Tarquinij superbi:

## Ca. III.

**A**Tuta uetustissimis incipiam: scribit Acius in Bruto Tarquinium superbum huiusmodi somnium uidisse. Pastorem ad se uenire: arietes geminos agerem: seque cum ex his alterum immolasset: aspexisse superstitem irruentem obnixis cornibus: se autem repentino impetu grauiter prostratum: atque humi resupinū: dum cælum suspicit: animaduertisse solis orbem nouū & insuetum iter agere. Quod cum ad interpretes retulisset: mortitū regem aiunt: cauendū ne quæ ipse rudem ut pecus & monstrū putaret: Ille eū latenti prudentia

armatus regno pelleret. Solis autem ostentum: cōmutationē stat<sup>o</sup> populo significare. Atq̄ non aliter euenit: Brutus cuius germanū rex oppresserat: & cuius ingeniū ludibrio erat: ille regem nomenq̄ regium expulit. Romana res mutata: unius in locum perpetui regis: duos annuos magistratus habere cōepit.

## De somnio Publij Deci: Ca. III.

**C**um Romani quondam iniquis locis a Sannitib<sup>o</sup> circumclusi grauitur urgerentur: Publius Decius tunc tribunus militū: uisus sibi est in somnijs inter densissimos cū neos occumbere: multa moriēs gloria. Quo somnio uir fortissim<sup>o</sup> & gloriæ sitientissimus: non tam territus q̄ ad pmissi exitus cupiditatē animatus: nullū periculi gen<sup>o</sup> declinare cōperat: & ab amicis ut cautius pugnaret admonit<sup>o</sup>: somniū ac propositū suū illis exposuit. Tūc tñ præ opinionē illæsus: saluū exercitum e faucib<sup>o</sup> hostiū eduxit. Verum post triennio interiecto: sera fides somnio quæsita est. Bello siquidem latino consul ipse se p̄ publica deuouit: & in medias inimicorū acies inuectus: tanta gloria oppetit: ut natum ad simile mortis hæreditariæ desiderii excitaret. Hæc ad hūc proprie modum & in annalib<sup>o</sup> Romæ scripta & apud Tullium relata sunt. Alij aliter sed illustrius<sup>o</sup> deferendū est.

## De somnio ruricolæ Romani: Ca. III.

**I**dem & in eo qd̄ sequitur dicendū: qd̄ apud alios uarie: apud Ciceronē in hęc sententiam refertur. Dum ludos loui bello latino facerēt: primū quidem subito ad arma concursum: & urbs omnis cōmota est: Deinde dum interruptos ludos reintegrarent: in ipso apparatu: seruus quidam in ora populi: uirgis cæsus fūrcamq̄ circūferēs ad suppliciiū actus. Post autem ruricolæ Romano per quietem adesse quidam uisus: qui ludorū præsidem sibi displicuisse narraret: eamq̄ rem senatu notam facere præciperet. Timuit in expertus agrestis Capitolii pulsare: dormienti rursū imago eadem obuersata consulelere uisa est: ne se in suam perniciem segnicie impelleret. Nec ideo ille securior factus est: Cū, cianti filius morte subtrahit: & imagine iterum minatius imperatē: ipse in super membris debilitatur ac contrahit. Sedeni cum coactus rem omnem ut acciderat amicis exposuit: ex eorum arbitrio lectica in curiam uectus: cum tandē rei seriem patribus explicasset: domū incolumis suis pedibus redijt: somnioq̄ senatui approbato: ludi ex integro institui sūt. Ego autem plane uideo qualiter semel & sæpius per quietem occurfare queat uel Iouis uel alterius cuiuslibet imago: at quo nam ille modo corporeas uires auferre possit aut reddere: nō satis intelligo: Ausim tamē uel somnio nō credere: quāq̄ hoc Fabius: hoc Aulus Gellius: hoc Cælius: deniq̄ hoc omēs historici (ut apud Ciceronē) asserunt: cum uideam nec ipsū ad credendū facilem: uel illud meminisse: nequaq̄ impossibile: & amissionē & recuperationem uiriū: & filij mortem: & quæcūq̄ talia in somnijs seu uisi seu dilati seu postea in senatu expositi tempus incidisse. Quid enim p̄hibet quocūq̄ tempore fieri: qd̄ omni tempore fieri potest: Noua tamen res fateor euentuq̄ mirabilis: & ad fallendū efficax.

## De somnio Caij Gracchi: Ca. V.

**N**ec enim id prætereundū qd̄ in eadē historia scriptū est. Caius Gracchus quæstura candidat<sup>o</sup>: uidere per somniū Tiberiū Gracchū germanū suum: qui pridem gladio perierat uisus est: & audire dicentem: quātumlibet differret ac traheret: idem illi tandem qd̄ sibi præparatū mortis genus. Hoc ex ipso Gaio Graccho prius q̄ tribunatū plæbis in quo perijt consequent se audisse: & multis renarrasse: ipse scriptor historiæ Cælius testatur.

## De somnio diui Iulij Cæsaris: Ca. VI.

**N**unc in augustos ingrediamur thalamos: & quid in stratis aureis somnie exploremus. Diuus Iulius Cæsar adhuc Romanus eques: uisus erat per quietem cum matre misceri. Nihil est equidem qd̄ non & possit & soleat somniantibus occurrere: & quæ noncō cogitarūt: & quæ cogitata horrida: & quæ secūdū rerum naturam impossibilia in auditaq̄ sunt: uident. Ipse tam fœdo somnio grauitur turbatus: rem ad interpretes retulit. Illi eū spe nō modica repleuerūt: pmissum orbis imperiū asserētes: qm̄ mater cui incubisset terra esset: cōmunis ei<sup>o</sup> & cūctoz genitrix. Nō dubito multos iam idem somniasse: non eodē successu. Carterz ut ea uera interpretata uiderent: singularis uiri p̄ & fortuna præstitit.

## De alio somnio eiusdem: Ca. VII.

**N**ec segnior mortis q̄ imperij prænūci<sup>o</sup> sibi somn<sup>o</sup> accidit. Noctē qd̄ quā dies uitæ nouissim<sup>o</sup> insecut<sup>o</sup> est: uidit se a terris ablatū supra nubes uolitare: & in dū dexterā

cum Ioue coniungere. Qd̄ q̄uis ad coniectorē relatum non legamus: tamen ut res docuit: & instans a rebus humanis digressus: & relatio eius inter deos significari potuit.

De somnio Calphurniæ uxoris Iulij Cæsaris: Ca. VIII.

**A** **L**iquāto tamen clarius Calphurniæ uxoris somniū: Quæ eadem illa nocte cædis præuia: tectum palatij collapsum: uirumq̄ in gremio transfixū suo uidit in somnijs. Qd̄ cum Cæsari narrasset: multis cum precibus ac lachrymis obtestans ne luce proxima in Capitoliū ascenderet. Ipse collatis somnijs simul: & aduersa tentus ualitudi-  
**B** ne: parumper hæsitauit: utrum pergeret an se domi contineret: his quæ nūc agere destina-  
 uerat in tempus aliud dilatis: atq̄ ita substitit donec ille trux & inhuman⁹ proditor: q̄ sub  
 eo tam gloriosam militiam & tot amplissimos honores gesserat: frequentem senatū adesse:  
 & expectare ait: & ut moras rūperet egit. Tum siue insita urbanitate uictus: ne tot illustriū  
 uirorum expectatiōne frustraretur: siue ut Valerio placet: ne foeminea uisione territus uide-  
 retur: siue ut ego arbitror: quia fatalis eum reposebat dies: uentumq̄ erat ad terminū quē  
 præterire non licebat: paruit: & circiter q̄ntam diei horam: eo profectus unde non redijt.

De somnio Artorij medici diui Augusti Cæsaris: Ca. IX.

**A** **H**oc forsan exemplo monitus diuus Augustus: huius cædis magnificus uindex: ne  
 quaq̄ contemptor somniōꝝ fuit: eaq̄ sibi quodam tempore salutaris obseruatio  
 fuisse legitur. Dum enim interfectores patris iusto stimulante odio prosequit̄: for-  
 tuna quæ Thessalicam aream uentilandis ciuilibus bellis egerat in campis Philippicis: ad  
 huc pene Romano sanguine fumantibus: Romanos iterum cōtraxit exercit⁹. Instabat au-  
 tem pugnæ dies: cui Augustus graui tardatus morbo: nullatenus interfuturus uidebat̄. No-  
 cte igitur cui prælium successit: Artorio medico dormienti: Mineruæ effigies obuersata est:  
**B** iubens ne ægrotum suū ob infirmitatē pateretur prælio abesse. Qd̄ ut agnouit Cæsar: ani-  
 mi uiribus fragile corpus adiuuans: lecticæ sese imposuit̄ educi aduersus hostem impauit.  
 Initocq̄ certamine: dum mirabili constantia & morbi simul & armōꝝ profert impetum: ter-  
 tium utroq̄ maius periculū euasit. Eodem enī tempore quo acies configebāt: Brutus ī ca-  
 stris remansisse illum ratus: in tentoriū eius irrupit: cubiculūq̄ in quo iacere putabat̄ innu-  
 meris gladijs cupide laniatū atq̄ discerptū est. Sapiens igitur uel in somnio Minerua dixe-  
 rit quispiam: quæ agri curam non sibi sed medico cōmisit: & apparenti morbo intentū ab-  
 dita pēstis admonuit. Quo consilio succursum est: ne ad supremū fortunæ fastigiū uentur⁹  
 adolescens: primis gradibus excideret: quem inter homines descensura diuinitas: terrarum  
 tunc futurū præsidem præuiderat ab æterno: & lege sanxerat inuiolabili.

De somnijs patris & matris diui Augusti: quibus secutura eius præ-  
 signata est celsitudo: Ca. X.

**I**ure igitur magnus & incōparabilis uir clarus Augustus: sub quo deū cæli nec na-  
 sci puduit nec describi. Cui⁹ futurā magnitudinē genitrix: claritatē genitor: si quæ  
 somnijs fidelis est: per quietem uidit anteq̄ nasceret̄. Actia quidem mater prægnans  
 uidit uiscera sua ad cœlū tolli: & inde per omnē terrarū atq̄ ætheris circūitū diffundi: Pater  
 autem Octauius: iubar solis aluo uxoris emergere. Quid his uisis illustrius: quid certius:  
 Octauius idem post partū coniugis: cum per deserta Thraciæ ducēs exercitū Romanū: & in  
 templo Liberi patris more barbarico sacrificās: interrogāsq̄ de filio: responsum a sacerdo-  
 tibus accepisset: Eum de quo quæreret futurū mūdi dominū: nocte proxima filiū uidere ip-  
 sum existimauit augustiorē effigie humana: fulmine ac sceptro & Iouis exuuijs uerendum:  
 nec non & radiata corona laureatis curribus insidentem: duodenis equis niue candidiori-  
 bus agi. Et hæc ostensa parentib⁹. Quibus minor inest admiratio p̄pter illa quæ de eodem  
 somniarunt alij.

De somnio Quinti Catuli: Ca. XI.

**Q**uintus Catul⁹ dedicat⁹ Capitolio: prima nocte uidit Iouem ex multis adolescen-  
 tibus circa aram colludentib⁹: uni seorsum abducto: in sinū recondisse reipublicæ si-  
 gnum qd̄ in manibus habebat. Noctē altera eundem illum puerum in gremio Io-  
 uis ipsius cernens: ac religione tactus: amouere cupiens: uocem Iouis audire uisus est ue-  
 rantis ac dicentis: puerum illum ad reipublicæ præsidium enutriri. Die autem postero pue-  
 rū Augustū incognitū sibi casus obtulit. In quem uahemēti admiratione defigens oculos:  
 persimilem asseruit ei quem bis dormiens uidisset.

## De somnio Marci Tullij Ciceronis de Auguſto: Ca. XII.

**A**rcus autem Tullius Iulium Cæſarem mane in Capitolium ſecutus: ſomniū no-  
cturnū inter domesticos recenſebat: Viſum ſibi puerum uultu ingenuo & modoſto  
de cœlo in terras catena aurea demiffum: eiꝫ cum ante limen Capitolij uestigia  
preſſiſſet: flagellum a Ioue traditū: Inter hos ſermones Auguſtus ſupuenit: quem paucis ad  
huc notum: auunculus & mox pater ut ſacris afforet adduci iuſſerat. Hūc ex inopinato cō-  
templatus Cicero: eſſe quem per ſomniū uidiffet aſſeruit. Et quoniā Tulliū Cæſaribꝫ inſer-  
ruit caſus: aliud eiꝫdem & ab ipſo ſcriptis æditū ſomniū referendū eſt. Exul patria qꝫ exi-  
lium glorioſum ſibi: calamitoſum patriæ dixit: Nec mentitꝫ: & in uilla quadam moram tra-  
hens: cum poſt multū noctis obdormiſſet: ſomniauit incomitato ſibi ac mœſto & deſertis  
locis erranti occurriſſe C. Mariū laurea & inſignibꝫ conſularibꝫ ornatū: ac ſollicite pcon-  
tatū: quid in ea ſolitudine tam triftis ageret: Audita cauſa: cognitaꝫ ciuiū iniuria qui eum  
imeritū expuliſſent: familiariter cōſolantē: arripiſſe eiꝫ dexteram & licetorū proximo tra-  
didiffet perducendū in monumentū ſuum: illic ſpem fortunæ melioris illi ſitam. Eaꝫ ſe ui-  
ſione per quietem delectatū ſcribit: Id & euentu comprobatū ſomniū fateꝫ qꝫ in Marij mō-  
numēto: hoc eſt in æde Iouis mariana de ſuo reditu magnificentiſſimū ſenatus conſultum  
factum ſit. Et quia uiri doctiſſimi de Impatore mitiſſimo ſomniū attingi: quid alter uir peri-  
tus de impio ac feroci principe ſomniauerit attingam.

## De ſomnio Senecæ de Nerone: Ca. XIII.

**A**ñneus Seneca iam tunc ſenator Romanus: a Claudio principe ad magiſteriū Ner-  
onis adhuc pueri & qui bonæ indolis ſpem dabat aſſumptus: nocte ſtatim pꝫxima  
ſomniaſſe dicitur: Caiū Caligulā cuius pridem famoſiſſima crudelitas dignū exi-  
tum inuenerat ſe diſcipulū habere: Potuit experrectus admirari: At nō multo poſt: mutati  
ſeu uerius detecti Neronis mores: & omnis humanitatis expers animus: admirationē ſu-  
ſtulerunt. Quin tam Caligulæ ſimilis euasiſt Nero: ut non alter: ſed ille idem quodammo-  
do reuerſus ab inferis uidereſ. Hinc ad Imperatorē ſomnia reuertor.

## De ſomnio Veſpaſiani Auguſti: Ca. XIII.

**V**eſpaſianū ſomniaſſe ſerūt: ſtateram in medio uestibulo palatij pari libramine ap-  
penſam: & i lance altera Claudiū & Neronē: in altera ſeſe ac Titū & Domitianū ſi-  
lios ſuos ſtātes aīaduertiſſe. Qꝫ nō prius intelligi potuit: qꝫ omnibꝫ diem functis  
annotatū eſt: eodem numero annoꝫ: illos duos & hos tres imperitaſſe. Idē multo ante ul-  
lam principatꝫ ſpem in pegrinationē Achaicam Neronē pꝫſecutꝫ: p noctē audire uiſus erat:  
tum ſibi ac ſuis foecundioris fortunæ primordiū fore: cū primū Neroni dens erutus fuiſſet.  
Qꝫ cum ſecum recogitans in atriū exiret: obuiū habuit medicū: dentem in manibꝫ habentem:  
quē tunc eruerat Neroni: atꝫ ultro oſtentantē ſibi ſomniū fortuna ratū fecit. Per eoſ-  
dem enī dies: ad compellendā Iudeæ rebellātis inſolentiam: Veſpaſianꝫ quo nullus aptior  
rātā rei uidebat cū exercitu miſſus eſt: iſꝫ ſibi & ſuis haud dubie primꝫ ad iperij gradꝫ fuiſt.

## De ſomnio Galbæ Imperatoris: Ca. XV.

**G**alba quidē Tuſculanæ Fortunæ templū ſupſtitioſe colere cōſueꝫ: ad ornatum eiꝫ  
monile margaritis ac gēmis precioliſſimis intertextū ex oibꝫ theſauris ſuis extruxer-  
rat. Mox mutato cōſilio: Capitolinæ Veneris celebrioribꝫ aris ipoſuit dedicauitꝫ.  
Secutæ noctis quietis: imaginē ſibi Fortunæ turbatoris obtulit ſtatuto: ſe ſuſtratā munere  
lamentātis: minasqꝫ teſtātis: ſe qꝫ cū ſuis muneribꝫ abiturā. Quo ille tremefactꝫ ſomnio: eſſi  
placare minas ſacris fruſtra niſus: paucis diebꝫ inſiectis uita & iperij ſpouatꝫ: abeūtē tene-  
re non potuit fortunā.

## De ſomnio Otthonis Imperatoris: Ca. XVI.

**H**inc ſucceſſor eiꝫ Ottho grauē urgētē & inſequētē hoſtiliē: p noctē uidere uiſus tra-  
diſt: eaꝫ ſpecie tam territꝫ ut ſlens largiē: & e cubiculo i terrā plapſus adhuc dormi-  
ens a cubicularijs iuentꝫ ſit. At ne etiā huiꝫ terror uanꝫ uiderēſ: hic quoꝫ ſacris nec  
nequicē placare conatꝫ offenſi prædeceſſoris aīam: paucis poſt diebꝫ & uita & ſolio præ-  
ceps: dignū illi ſupplicij reſpondit.

## De ſomnio Caſſij: Ca. XVII.

**A**equē triftis ac terrifica: nec lætioris exitꝫ Caſſij Parmēſis ges poſt bellū Aſiaticū.  
Victo cui enixe ſeruierat Antonio Anchonæ: qꝫ deſperatis rebꝫ ſe cōtulerat: p noctē  
dormiēs: quēdā immēſi corpis & æthiopici: nigrioris inſuetæꝫ pꝫſus deformitatis

hominē: in cubiculū suū ingredientē cernere uisus est: & stupefact⁹ aspectu: ex eodē quisiñā foret inqrere: Ille aut̄ nescio qd horrifonū græco murmure respondisse. Quo metu somnū frāgēte trepidantē: seruos suos exciuit: q̄s ea specie thalamū irrupisset interrogans: Quib⁹ aperte negantib⁹ quempiam intrasse: curis æger rursus somno succubuit. Et eadem uisio/ ne itez̄ experrect⁹ & territus: illato lumine seruos lectū circūfistere præcepit: Nocturno pa/ uori diurn⁹ successit dolor: Per eosdem enim dies: ab Augusto Cæsare quem cōmuni inse/ ctatione non contentus: noīatim grauib⁹ maledictis irritauerat: capite mulctatus est.

De somniō Rufi equitis Romani: Ca. XVIII.

**H**ic Vic subnectam Arterij Rufi equitis Romani somniū: quo nullum certius. Hic dum forte ludus gladiatorius fieret Syraculis habitans: a quodam se somniauit inter/ fici. Id somniū dum amicis luce proxima in confessū spectaculi recitaret: unū par in septa ludorum imissum est. Qd̄ ut conspexit Arterius dirigit: & alterum ex his esse de q̄ somniauerat testatus: abire se uelle ait: Amici credulitatē pauoremq̄ irridentes: ut maneret coegerunt. Ecce autem consertis illi manibus: in extremam circi partem urgendo ac niten/ do puenerant: ubi tunc is ipse qui timebat: summa ui correptum aduersariū strauit humi: ac superincūbens: dum in omnes partes se uersanti & ic̄tum declinanti: mucronē nitit̄ ad/ gete: Arteriū iuxta sedentem: & inter globos hominū assurgere non ualentē: ferrum regen/ te fortuna fatali uulnere confecit.

De somniō cuiusdam innominati: Ca. XIX.

**S**imile quiddam uel legi uel audiui somniasse quēdam: morderi se a leone marmo/ reo: ex his qui in temploꝝ uestibulis cerni solent: & morsum puenire mortifery: die autem postero: cum templi fores casu præteriret: leone conspecto: nō sine risu: som/ nium suū inter comites renarrantē: & manu in apertum os illius protinus iniecta: dicentē: En nocturnus hostis meus: scorpionē qui ī imis faucibus leonis delitescbat: locraliter pu/ pugisse. Sed domi iam satis somniatū est.

De somniō Croesi regis Lydorum: Ca. XX.

**C**roesus rex: adolescentē filium generosā indolis quē regni successorem animo præ/ elegerat: ferro pemptum somniauit. Nunq̄ postea securus: summū studiū adhibuit quo infasta uisionis minas effugeret. Non suffecit filium ab omni belloꝝ consue/ tudine reuocasse: ferri & armoȳ usum interdixit. Neq̄ id satis: comitibus custo d̄issq̄ præ/ ceptum: ut qui gladijs uterentur semper longius abessent. Aper ferocissim⁹ interea uicinas Olympi regiones iuaferat: q̄ plurimisq̄ mortaliū fulmineo dente consumptis: coegerat ut ruricolariū plebs malis exterrita: supplex ad opem regiam confugeret. Hic amore laudis in/ ardescens: anxium patrem multis precibus aggressus: euicit tandem ut pmittēte eo ad ma/ ctandam feram ipse pficisceret: præsertim quia nullum inde ferri periculū timeret. Eo cum peruentum esset: omnes imanem uastatorem uelut hostem conglobati circumsistunt. In eo turbine ab altero a suis socijs: cui potissimū nati custodiam infœlix genitor cōmiserat: elapsum spiculum dum aprum petit: in adolescentē incidit: præuisum ī somnijs & ineluctabi/ le (ut aiunt) ferens fatum.

De somnijs Astyagis regis Medorum: Ca. XXI.

**D**on discedam a regibus: quoȳ euentib⁹ iuxta se positis: cuiuis latius appareat: quā/ tus sit labor fortunæ iugum: & adamantinas catenas quibus humanū illa gen⁹ al/ ligat excutere. Astyages Medoȳ rex: urinam filix Mandanes: cunctos Asia popu/ los inundantē cum dormiens uidisset: id ad nascituri nepotis magnitudinē pertinere arbi/ tratus: eamq̄ iam causam suspectam habens: quæ nulla erat: natam licet unicam sibi: nec ex Medis oriundo: nec suæ fortis uiro (ne partus forte uel patria uel sanguine superbiret) sed procul in Persis: gente tūc humili & ignota: Cambysi fortunæ mediocris homini uxo/ rem dedit. Visus est item cernere uitam ex eiusdem genitalib⁹ exortam: tam mirabilis incre/ menti ut omnes regni sui angulos adumbraret. Sed enim metu supra metum addito: natū nepotulum iussit exponi: ut ait Valerius: ut Iustin⁹: iuterfici. Vtrūlibet frustra fuit. Hic enī puer ille Cyrus est: qui Asiam omnem & inundare coegit sanguine: & imperio pressit: deie/ ctosq̄ armis auo: Medorum regnum transtulit in Persas: regum primus & maximus.

De somnijs Alexandri magni regis Macedonum: Ca. XXII.

**A**lexandro Macedoni: Iuuenis incognitus per somniū uisus erat: uiolentas manus

usq; in interitum inferre. Is postea cum ad uigilantem ex Macedonia uenisset: recordatus rex: qui nam esset interrogauit: Auditore q; Cassander foret filius Antipatris: somniorum ueritatem græco carmine delusit: quasi nefas ratus de tali amico suspicari: atq; illius dextera oblatum uenenum: nihil minus metuens accepit. Aliud eiusdem regis mirificum somniū referē. Familiaris illi Ptolemæus uenenata aspide saucius: uāhemētissimo cruciatu moriēs afflictabat: Misera? Alexāder forte dū p noctē assidet: i grabati spondā somno suo repēte p̄cubuit: Cōfestim draco quē genitrix Olympias ī delitijs habebat obuersari uisus est: radicē ore gerēs & hūano more formatis ybis: locū castris p̄ximū signare q̄ illa nascerēt: & asserere futurū ut ei? ope languēs amic? curaret. Rex inē hac euigilās: uisidē palā recitata misit q̄ ostēsā quæreret radicē. Qua inuēta: & Ptolemāū & alios multos eadē peste liberatos ferūt. Ridet tñ hoc somniū Cicero: eo præsertim q̄ ore radicē tenēs loquū draco: qd nō posset etiam uir disertus. Et reuera: quis hoc audiēs: nō uel medicū serpentē uel serpentinū rideat oratorē: Quid enī magis in Demosthene miramur: q̄ dum pleno lapillis ore perorantem legimus: Veruntamē nihil non facile somnianti.

## De somnijs ducū nobiliū: &amp; de somnijs poetarū &amp; philosophorū: Ca. XXIII.

**A** Regijs ad ducū somnia transeant: mox uisuri quid philosophi somniēt: qd poetæ: Non in Parnaso (illa enim altior cura est) sed in lectulis suis sobrie ac duriter somnū capiētes: Inde ad plabeiorū uisa uertem? stilū: ne qd forte genus hominū relinquam?. At ne quis forsitan miret: q̄ in re quā uariā & fallacē dixim? & dicturi sum?: tam diligētē insitim?: sciat q̄ apud egregios auctores sparsim omnia: sed apud somnios? irrisorē Tulliū præf q̄ quæ de somnijs Casareis dixim?: magna pars & præcedētū & sequētū scripta ē. Non inuile præterea nec supuacū arbitramur: illustrib? exēplis rem cognoscere: unde prius effectū est: ut etiā doctos homines interdū somnia conturbēt. Neq; enī ulla tam demens aut supstitiosa anicula usq; terrarū uiuit: quæ hac uanitate moueret: si semp falsa & nunq; fortuito casu uera somnia deprehēdisset obseruatio humana. Nūc paucis uerbis psuasum est: ut omnib? crederēt: cum potius ex multis falsis psuaderi debuerit ne cui fides esset. Mira res dictū: cū in reliquis actib? mortaliū: unicū mendaciū multis ueris suspicionē falsitatis afferat: somn? solus est cuius unū idq; temerariū atq; fortuitū: uerum innumeris mendacijs fidem quærīt: eoq; mirabilior: quia ad hoc ipsum rarū: uerū inter crebra mendacia internoscendū: nulla fert uia: nulla nota est: nisi post euentū. Sed de hoc fatis ab initio dictū est. Ad ordinē reuertor: qd supest uerorū somnios? coniectur?.

## De somnio Hamilcharis Carthaginensis ducis: Ca. XXIII.

**D** Vx Carthaginis Hamilchar Syracusas obsidēs: in somnis audire uisus erat: se postridie intra obsessæ urbis moenia cœnaturū. Ea re ad uictoriæ spem reflexa: mane alacris ad oppugnandā urbem instruebat aciē. Talia uolūti ac molienti (qd sæpe fit) grauis tumultus in castris exortus est: Carthaginētib? ac Siculis inē se dissidētib?: Op̄pidani occasione fratri: repēte portas egrediunt: & fusis hostib? uictores: ducē turbatis suorū ordinib? succurrere cupientē: atq; ideo negligentē sui intercipiūt: & sic in urbem ducūs: & in compedib? cœnans: intellexit q̄ falsus interpret ueri somnijs fuisset. Huius quidē Agathochles historicus auctor est: At sequentis Cælius.

## De somnio Hannibalís ducis Carthaginensis: Ca. XXV.

**H** Annibal & ipse dux Carthaginensiu: in templo Iunonis Lucinæ repertā colūnam aureā asportare decreuerat. Incertus aut̄ an solida ex auro: an supfictenus inaurata esset: terebrādo temptauit. Et certior fact?: esse auream totā: in pposito rapiendi firmat? erat. Cui inter somnū: Iunonis species adesse uisa: ut auaris & sacrilegis cœptis abisteret monuit: minata si pergeret: rebus cum suis spoliare: se quoq; illum uno quo solū uideret lumine priuaturū. Quo somnio dux aliqñ ferox: & cui nullus dei me?: nulla religio (ut de eo scriptū est) motus tamen traditur. Nec miror: Quid enī monoculo terribilius: q̄ oculi supstantis amissio: Itaq; minas timuit: & euentum experiri noluit: nihil loco mouere ausus: ex eo ipso auro qd ex foramine dū temptaret exciderat: bucculam fieri & suprema columnæ parte reposuit. Qd sequit? eiusdem ducis somniū: apud Silenū est græcum historicū: & res ips? exactissime præstantē: quē Cælius & multi ex nostris scriptorib? sequunt: præsertim quotiens de Hannibale sermo incidit. Est enī huiusmodi: Hannibal uictō Sagunto: Romana bella iam meditās: inē quietē uisus est: imperio Iouis ī deorū consiliū admissus: de iferēdo Italiæ bello mādātū accepisse ab ipso Ioue: qn & unū ex eo numero sibi ducē de

putatū quē seq̄ iuberet cū exercitu neq; retrospectare. Cū his digrediēf cōmissis: nequiuisse lo-  
cū (quē de nō respiciēdo iussus erat) obseruare. Ita q; uidēdi auid<sup>9</sup>: i tergū deflexis oculis: ui-  
disse terribilē & imānē bāluā acris serpētib<sup>9</sup> obuolutā: hōief: aīalia: urbes: domos: atq; arbu-  
sta: & obuia quālibet p̄sternētē atq; calcantē. Qui spectantē ducē suū interrogasse: qd̄ illud  
monstri esset: Ducē q; dixisse: Hęc est Italiā uastitas: Tu uero p̄ceptoꝝ memor & uolū-  
tati deorum perge obsequēs: & quid retro fiat ne labores. Huiusmodi quidem uiso: seu uera  
seu ficta est: Italiā miserabilis strages: quā tot per annos illo sub hoste ptulit: ut uera fuisse  
uideatur & inter ueras referatur impetrat.

De somnio matris Dionysij Syracusani: Ca. XXVI.

**I**n Siciliam uenio: Dionysij mater hunc ipsum gerens utero: secūdū quietē Statilinū  
parere uisa. Rem ad coniectores detulit: qui galleata a Siculis uocabant: hi sic inē-  
pretati sunt: ut ex ea nasciturū p̄clarū ac diuina gratia omniū fortunatissimū p̄-  
dicerent. Cuius rei Philistus (homo ut ait Cicero doctus & diligens) testis est.

De somnio mulieris cuiusdā de eodem Dionysio Syracusano: Ca. XXVII.

**H**uius autē matri claritas atq; fortuna: sed crudelitas Hymēræ cuidam haud ignobili  
(ut aiunt) fœminæ p̄monstrata est. Quæ quondam dormiēs uisa sibi quodam  
inter ostendente: in cœlum scandere: & cuncta contemplās: subter scabellū & sub ipsi<sup>9</sup>  
Iouis uestigijs: iacentē ac uinculis innexū ualidis: cernere robustū fuluumq; & lentiginosum  
hominē. Quo conspecto sciscitari ducem suū: quis ille hominū: quid ue illic uincē<sup>9</sup> ageret  
Responsum ē: Sicilia Italiāq; pestem fore: confestim ut ex ea custodia erupisset delæuiturā  
late per populos. Eam uisionē tunc inter pares notam fecit uulgauitq;. Interiecto tempore  
dum Dionysius: qui ad eam diem obscuri nominis ac fortunæ fuerat: laxatus tandem coꝝ  
lestis providētiæ compedibus: tyrannidē inuasisset: Mulier eadem ilico ut oculis suis oblat<sup>9</sup>  
est: illum esse quem sub Iouis pedibus uidisset: asseruit. Quæ asseueratio: ut effectū uerax: sic  
sibi properatæ mortis causa fuit.

De somnio matris Phalaridis agrigentini: Ca. XXVIII.

**A**t Phalaridis mater: Mercuriū (cuius simulachrū paterā manu tenens: inter deoꝝ  
effigies domi suæ colebat) in somnis uidit: ex ea patera sanguinē humi spargere: pa-  
uimentoq; illisum rebullire: donec sensim domū omnē fastigiōtenus inūdaret. Qd̄  
in una uisum: in multis domibus uerū fecit cruenta nati fœuitia. Hui<sup>9</sup> quidem uisionis au-  
ctōr est Ponticus Heraclides doctus uir: ut ait Tullius: & discipulus Platonis. At sequen-  
tis: eodem ipso Tullio: uetustiore testem non inuenio.

De somnio Alcibiadis: Ca. XXIX.

**A**lcibiades paulo prius q̄ e rebus humanis pelleretur: se amicæ suæ ueste contectum  
somniauerat: Alias fortassis illecebras sperare licuit amanti: Sed enim breui post oc-  
cisus: & nullo miserante insepultus iacens: amicæ obuolutus amiculo est. Non differam  
philosophos.

De somnio Socratis: Ca. XXX.

**S**ocrates dū carcere clauderetur: Erichthoni familiari suo narrauit: excellentis formæ  
mulierem ad se in somnijs accessisse: & noie appellatē: uersum Homericū ex quo ter-  
tia sibi luce moriendū illa cōiiceret recitauit. Atq; ita accidit. Satis locupletes testes rerū eti-  
am grauiorū. Huius enim somniij Platonē auctorem affert Cicero: sequētis Aristotelem.

De somnio Eudemij: Ca. XXXI.

**Q**uius familiaris Eudemius Cyprus in Macedoniā p̄fiscens: Pheras Thessaliæ ur-  
bem opulentam & egregiam: sed Alexādi cuiusdā inhumana tyrannide pessunda-  
tam uenit. Illic morbo corrept<sup>9</sup> est tam graui: ut de uita eius desperaret medici. Sic  
afflictio: iuuenis eleganti specie p̄ noctem adesse uisus: tria denūciauit euentura: Vt ager mox  
sanitati restitueret: Vt eius urbis tyrannus intra paucos dies mortē obiret: Vt ipse post qu-  
quenniū remearet in patriam. Et prima quidem duo clare ut annūciata erant euenere: Nā  
& ipse p̄ter spem conualuit: & tyrannus ab uxoris suæ fratrib<sup>9</sup> trucidatus est. Tertiū ue-  
re parumper obscurius: Quinti enī sub anni finem dum Eudemius e Sicilia ubi tunc dege-  
bat in Cyprum reuersurus expectaret: ad Syracusas bello interemptus est. Cōiectores ue-  
ro sic somniū excusasse legimus: ut dicerent hominem tum demū cum e corporeis uinculis  
eualerit in patriam reuerti.

## De somnijs poetarum: Et primo Simonidis: Ca. XXXII.

**S**equitur somnos illustrare uatū. Simonides proiectū ac desertū in littore cadauer sepeliuit: & cum mox nauigatur<sup>9</sup> obdormisset: uidit illius humati speciē monentē: ne nauim si naufragio perire nollet ascenderet. Paruit: & ceteris pfectis subsistit solus incolumis: Reliquos enī sub oculis suis rabies uetorū & uis tempestatis obsorbuit. Fefellit hic uulgare puerbiū: perdi beneficia quæ defunctis fiunt. Itaq; hūc tam gratum & tam uilis busti tam bene memorem: nobiliore ac stabiliore monumento poeta egregi<sup>9</sup> imortali eum poemate amplexus honestauit.

## De somnio Sophoclis: Ca. XXXIII.

**S**ophocles autem tragœdiarū scriptor: cum ex Herculis templo: patera aurea magni ponderis furto sublata esset: ab ipso Hercule per quietem quisnā id fecisset edoctus traditur. Quæ cū homo pstudiosus: & uel illi periculū afferre metuens: uel somnio parum credens: sapius neglexisset: reuertēte per singulas noctes imagine: coactus tandem ad Areopagitas uisionem detulit. Captus ex indicio ac tortus: furtū fassus: pateram restituit. Ex eoq; tempore Herculis indicis cognomen templo aditum.

## De somnio cuiusdam Arcadis innominati: qui socium suū a Caupone iugulari uidit: Ca. XXXIII.

**S**uperuacū uideri potest somniū attingere: quæ ætate Ciceronis creberrimū (ut ipse ait) apud stoicos: hodie etiam i uulgus effusum est: de duob<sup>9</sup> Arcadib<sup>9</sup>: qui simul itinerātes cum Megaram uenissent: ita disiūcti sunt: ut eorū alter apud caupone in taberna: alter apud hospitem maneret. Nocturno autē tempore: is qui ad hospitium diuerterat: socium uidit in somnijs orantem: ut sibi cui a perfido caupone mors præparabat<sup>9</sup> opem ferat: Posse enī si celeraret in tempe subueniri. Eo somno motus: surrexit auxiliū latur<sup>9</sup> supplici amico. Mox excussa somnij imagine: irrisit ppositū suū: & in cubiculū regresso: eadem affuit imago: miserabili<sup>9</sup> obsecrans: ut ex quo salutis suæ ppugnator esse neglexerat: ultor saltem mortis existeret: & cadauer suū ab extrema ignominia uendicaret: Se enī a caupone iugulatū: & plastro superimpositū opertū fimo afferrī: quocirca ad oppidi portā occurreret plastrūq; corripet. Enī uero secūda uisione p motus: neq; iam nihil pendendā rat<sup>9</sup>: e cubili p silij: repertoq; ubi monebat<sup>9</sup> plastro: bubulcū quidnā ueheret scrupulos<sup>9</sup> sciscitari coeperat. Illo trepide fugiente: corpus educitū & reuelata scæna nocturni flagicij: caupo ad suppliciū adactus est.

## De quodam qui somniauerat ouū ex lectulo pendere: Ca. XXXV.

**P**auca & breuia quæ restant: ascripti libris qui de somnijs accuratissime tractāt: excerpta partim risus excitādi gratia: partim detegendæ interpretū fallacia: nequaq; præterēda iudicauī. Somniauerat quidam ouū ex lectulo pendere. Narrauit in preti: respondit thesaurū esse sub lectulo. Fodit ille & aurum argento circū uolutū reperit: argentiq; particulā iudici suo misit. At ille facetissim<sup>9</sup> nugator: Nihil ne inquit de uitello: ex priori euentu secundū eliciens: ut non tantū ouo thesaurus: sed ouo simillim<sup>9</sup> thesaurus uideret<sup>9</sup> ostensus. En fabellas in quibus & philosophorū conterunt<sup>9</sup> ingenia: q̄ multi ouū sine thesauro somniauerūt.

## De uaria interpretatione somnij Cursoris qui per noctem æstimauit se curru quadrijugo uehi: Ca. XXXVI.

**C**ursor iturus ad Olympia: p noctem æstimauit curru quadrijugo uehi. Primo mane adijt interpretem. Et ille uinces ait: Id enī agilitas equorū & robur indicat. Idem somniū ad Antiphonē retulit: quē unū ex Graijs somniorū coniectorib<sup>9</sup> imprimis celebratū uideat<sup>9</sup> deo. At ille uinceris inqt haud dubie: Nō aiauertisti te a q̄ttuor præuentū esse dū curreres.

## De interpretatione somnij alterius cursoris qui se in aquilam transformatū somniauit: Ca. XXXVII.

**A**lter cursor transformatū se in aquilam somniauit: Cōsuluit cōiectorē. Ille uictor eris inquit: Hæc enī uolucris uolatu cūctas supgredit. Antiphonis acumen experiri statuit. Ille respondit: Quæso amice nonne te uincendū iam sentis: Auis enī hæc alias omnes dū fugat ac sequit<sup>9</sup>: semper est ultima. I nunc lector & somnijs quater & interpretib<sup>9</sup> crede.

## De somnio mulieris quæ uidit sigillata se genitalia habere: Ca. XXXVIII.

**M**atrona pariendi auida: sed an grauida esset incerta: uisa est in somnijs sigillata genitalia habere. Alī ex cōiectorib<sup>9</sup>: minime prægnantē aut pariturā asseruit. Fore enim

præclufū part<sup>o</sup> iter. Alī cōtra: Ea enī dūtataxat claudi & cōsignari folere quæ plena ſint. His & horū ſimilib<sup>o</sup> qd de hac inēpretū arte (ſi q tū adhuc illā pfitenē) ſentiendū ſperādūq̄ ſit: eruditi hoies intelligāt: uulg<sup>o</sup> qd tenuit nō relinquat. Et de naturali quidē diuinatione ſatis dictum eſt.

Tractatus Quartus: de uaticinijs furentū: necnon & de præſagijs ac diuinationibus morientium.

Q̄ ſidem præbentib<sup>o</sup> furentum uaticinijs: ipſi quaſi furere uideant<sup>r</sup>: Ca. I.

**Q** Vi furentū uaticinijs ſidem præbent: ipſi paulomin<sup>o</sup> furere uident. Quis enim ſan<sup>o</sup> exiſtimet: eos qui & præſentiū notiā & præteritorū memoriā pdiderint futuri præſcientiā inueniſſe: Nō tollat tū a nobis iudicij libertas: nec opinio nū uarietas extirpet: Liceat opinari furere ſolitos quosdā & liberos animis ferre mot<sup>o</sup>: q̄b<sup>o</sup> a corpib<sup>o</sup> abſtracti: & diuino (ut ipſi uolūt) ſpū cōcitati: uentura præuideāt: Liceat hocipſum irridere: ut quæ ſapiēs nō uidet: inſan<sup>o</sup> (qd̄ eleganter ait Cicerō) & iſ q̄ humanos ſenſus amiſerat: diuinos ſit aſſecut<sup>o</sup>: Nobis aut̄ eaten<sup>o</sup> modestus Academicæ mos placeat: uerſimilia ſeq̄: ubi ultra nō attingim<sup>o</sup>: Nihil temere dānare: nihil impudent<sup>r</sup> aſſerere. Veritas ergo ſuis locis maneat: nos ad exēpla pergā<sup>o</sup>.

De uaticinio remigis mēte capti de futura ſtrage Græciæ: Ca. II.

**A** **A**fferē imprimis uaticiniū remigis cuiusdā classi Rhodiæ: quē nō tam reſpectu habito uilis & obſcuro hoīs: q̄ rei ipſi<sup>o</sup> inē domestica exēpla cōmemoro. Hic igi<sup>r</sup> repēte alienat<sup>o</sup>: teſtari clara uoce cœpit: ante diē triceſimū futuras i Græcia ſtrages maximas: rapinasq̄ ap<sup>d</sup> Dyrrhachiū & incēdiū & fugā: Claſſem uero ipſam domū eſſe redit<sup>o</sup> ram. Id cū G. Pompeius q̄ prætor claſſi præerat audiſſet: narraſſetq̄ tribus: Ciceroni: Varroniq̄ & Catoni (deus bone quātis & q̄ illuſtrib<sup>o</sup> uiris q̄ bello ciuili tūc forte aberant) oēs moti: qd̄ uero etiā nalde pterriti dicunt. Paucorū aut̄ die<sup>o</sup> inficēto ſpacio: Labien<sup>o</sup> fugiēs ex acie Theſſalica: ſtragē legionū & ingēti prælio fuſas Pōpeij copias nūciauit. Enī uero cōfeſtim raptū ex horreis publicū frumentū: totaq̄ ciuitate cōſperſum: q̄ illic erāt fuga præcipiti digreſſi: & a Rhodijs deſtituti: nolētēſq̄ ſeq̄ naues incēſa ſūt. Sic oīa quæ furēs ille uociferat<sup>o</sup> fuerat: euenērūt. Hoc ſane uaticiniū coloratiſſime Tull<sup>o</sup> extenuat: Ait enī illo tempore fuiſſe i Theſſalia caſtra caſtris admota: oēſq̄ q̄ Dyrrhachij erāt timuiſſe grauē imminentiſ prælij fortunā: qd̄ in partib<sup>o</sup> Cæſaris exercit<sup>o</sup> & dux aminor uideretur: Verū tamē cū metū q̄ cōſtātes & Romanos uiros urgebat: græculū hominē pſtraſſe facillime & a ſenſu p̄prio deieciſſe. Minime mirandū igi<sup>r</sup> ſi qd̄ oēs taciti uereban<sup>r</sup>: qd̄ q̄ idē ille ualde p̄timuerat: furēs deſposito pudore prædicaret. Alioq̄n qd̄ agerent diſ inſano poti<sup>o</sup> remigi: q̄ memoratis ſupra trib<sup>o</sup> tam claris uiris: ut prætori etiā prudēti uiro & egregio inſtās reipublicæ periculum reuelarent.

De uaticinio furibundi Cornelij:

Ca. III.

**A** **S**ed qd̄ de Cornelio dicā: q̄ & ſanguine nobiliſ & ſacerdotio uenerādus: & (ut aiūt) caſtitate uitæ ſanc<sup>o</sup>: Patari i tranſpadana Italia degēs: hāc ipſam pugnā nō triginta die<sup>o</sup> ſpacio circūſcripſit: ſed eoipſo die: & dū in Theſſalia gerebat̄ expreſſit: Subito enī furore corrept<sup>o</sup>: murmurare orſus eſt: Videre ſe de longinq̄ prælium grauiffimū: & modo hos fugere: modo illos inſeq̄: modo præliū inſtaurari: & uulnera & mortes & gemit<sup>o</sup> cadētū: & clangorē tubarū: & equorū ſtrepitū: & fragorē arborū: & ſagittas & ſpicula cœlū tegētia: & ſtragē immēſam: ceu præſens oib<sup>o</sup> quæ gerebant̄ interforet. Ad poſtremū exclamans ait: Vicit Cæſar. Et his dictis cōticuit. Ea res primū riſui atq̄ contēptui: poſt aut̄ miraculo ē habita q̄n ueniētib<sup>o</sup> nūcijs ex Theſſalia: nō modo pugnæ temp<sup>o</sup> euentūq̄ nouiſſimū: ſed ſingulas quoq̄ uariētis fortunæ uiciſſitudines: cū illi<sup>o</sup> dictis & geſtib<sup>o</sup> cōueniſſe cōpertū eſt. Digna re<sup>o</sup> paritas: ut bellū qd̄ (ut uera dicā) a furētib<sup>o</sup> gerebat̄: nō niſi a furētib<sup>o</sup> ſpectare<sup>r</sup>. Sed hæc acten<sup>o</sup>. Hic uero mirari poſſe aliq̄s præclare uideo: ubi nā Martios diſmittā fratres: apud uetuliſſimos Romanorū: hoc in genere celebratos: Sed de his fateor nihil præ nomē habeo. Vbi præterea Caſſandrā uirginē Priami regis filiam: cui<sup>o</sup> illuſtris admodū & magnæ rei nūci<sup>o</sup> furor. Vbi Polibū Corinthū: de q̄ eſt apud Homerum: q̄ multis Achiuorū Troiam petētib<sup>o</sup>: & imprimis filio ſuo (an furore an alit̄ incertū) mortem prænūciauit. Ego autem omne qd̄ uel fabula eſt uel fabulam ſapit: ſciens uolensq̄ prætereo.

Q̄ tolerabilior ſit opinio de præſagijs morientiū q̄ de uaticinijs furentium.  
Et de uaticinio Hectoris morietis apud Homerum: Ac cuiuſdam rhodij apud  
Poſſidonium: Ca. III.

**T**olerabilior utcūq̄ dici poteſt illoꝝ opinio q̄ futura prænoſcere morietes putāt. Si  
enī dū hic ſum⁹ obruti mole corporea: trāſmittere oculos in loginq̄ nō poſſum⁹: ex  
his aut̄ uinculis egreſſi: ſicut philoſophis placet: liberiore fruimur obtuitu: nō a ue-  
ro q̄dem uideā abhorre: ut tanq̄ e domo tenebroſa diſcedēs: ubi ad lumē appropinquat  
uidere aliqd̄ longi⁹ icipit: ſic morituro & iam exituro præſagiū aliqd̄ poſteritatis occurrat.  
Ad hoc p̄ſuadendū aſſerūt morti p̄pinquātes aīas multo diuinioreſ effici: & intēſi⁹ ſtudiū  
ueræ laudis aſſumere: Eoſq̄ q̄ bñ uixerūt alacri⁹ p̄gere: uelut iam hinc latiora præuideant:  
q̄ aut̄ cōtra: tū maxime dolere & præteritorū actuū pœnitere. Qd̄ uerbū ex ore gentiliū læ-  
tus & admirās audio. Adhuc & mortē ipſam præſagire: & occuſantes atq̄ obuias (ut ita  
dixerim) imagines mortuorū cernere. Ex his cōcludūt: ineſſe qd̄ animis noſtris quādā uim  
p̄ſpectā & capacē reꝝ: qd̄ nemo dubitat: ſed caligine mortalitatis obſitā: poſt mortē demū  
plenā atq̄ p̄fectā: ſed iam quiddā inſueti luminis habentē: ideoq̄ nōnunq̄ futura præui-  
dent. Hinc puenire ut qd̄ in eo ſtatu multa prædicerēt: quæ & alios laterēt: & eoſiſpoſ ha-  
cēt⁹ latuiſſent: Quin hoc ipſum: & ad furorē trahere nitunt̄: & ad ſomnia. Vnde enī furen-  
tes uaticinari ſolitos aiūt: niſi quia in eis anim⁹ ſolut⁹ ac liber ſtimulis ſuis impuſſus: nul-  
lo cohibētē & habenas corporeas ſpernit & mēbroꝝ uincula trāſgredit̄: Vnde quoq̄ mul-  
ta cōſopitis apparere: quæ uigilātes lateāt: niſi q̄ tū maxime uideat̄ anim⁹ a corpe relaxa-  
ri ſeq̄ uelut icuſto dīto carcere licenti⁹ educere ad præuidēdas res: Vt nō imerito inē ſomnū  
& mortē quādā uideat̄ eſſe cognatio. Hinc & a philoſophis & a poetis ſomn⁹ imago mor-  
tis dicit̄: & a Virgilio cōſanguine⁹ locti ſopor. Nos aut̄ & de furore modo dixim⁹: & de ſom-  
nijs mox dicem⁹. De hac aut̄ diuinatiōe morientiū q̄ uera: q̄ ue credibilis ſit: diuin⁹ poeta  
uiderit Homer⁹: Apud quē Hector morietis: iſtantē obitū uaticinat̄ interfectori ſuo. Viderit  
& Poſſidoni⁹ philoſoph⁹ ſua ætate clariffim⁹: Apud quē rhodius qd̄ moriens: breui poſt  
ſe morituros ſex ex coꝝ quæuis ſuis nominat: & ordinē adijcit moriendi. Nos ī hac re inq̄  
alijs ad hūc modū abdītis: opinari poſſum⁹: certi aliqd̄ ſcire q̄ poſſum⁹ inexperti: Vbi qd̄  
poetice ludis libertate noſtra nequaq̄ uti p̄hibemur. Hoc aut̄ loco (qd̄ ſine temeritate ar-  
rogātiaq̄ licet) aliquot exēpla p̄ferem⁹ ex illuſtrib⁹ hiftoricis.

A

B

De uaticinio Auguſti Cæſaris morientis: Ca. V.

**P**rimū omnīū memoriæ p̄ditū eſt: & ſi Trāquill⁹ opinari aliqd̄ aliud malit: Augu-  
ſtū Cæſarē dū ſpūs reliquias agit: digredietē Tiberio cū quo longum & arcanū ſer-  
monē habuerat: dixiſſe: Miſerū populū Romanū q̄ ſub tam lentis maxillis erit. Id  
uerbū a cubicularijs auditū: & p̄ man⁹ (ut aiūt) in uulguſ effuſum eſt. Atq̄ nequaq̄ uſq̄ ad  
id tempus Tiberius ignauī principis ſpem dabat: ſed ſiue ſemp̄ p̄uidētiffim⁹ Impator: ſiue  
tūc mortis etiā uicinatē p̄uidenti⁹: nō ſufficientē eum ut cæteri: ſed introrſus inſpicieſ:  
miſeriā populi Romani: urbane qd̄ ut reliq̄ uaticinat⁹ eſt. Veri⁹ enī dixiſſet: Miſerrimū ter-  
rarū orbē: q̄ ſub tam ſero & imani pectore ſeruitur⁹ eſt. Et de hoc qd̄ alias: Virtutes enim  
ſcleribus miſcere fas non eſt.

De uaticinio morientis Claudi principis: Ca. VI.

**C**laudius princeps: paulo ante mortē cū cōſules deſignaret: menſem illis q̄ moriturū  
ſe præſagiebat metā ſtatuit: Cōſilioq̄ nouiſſimo filios ſuos ut unanimē fraterneq̄  
uiuerēt multis monitis obteſtat⁹: tandē pie admodū ſenatuī cōmēdauit. Deniq̄ p̄  
tribunali ſedēs: licet abhorrētib⁹ q̄ aderāt: & latiora præcātib⁹: ſeſe ad mortalitatis terminū  
perueniſſe iterū iterūq̄ p̄feſſus ē. Et hic qd̄ ſibi tātū: nec ultra uicinæ mortis tempus: Qui  
ſequūt̄ uero longius atq̄ alijs ſuerunt uates.

De uaticinio Theramenis Athenienſis morituri: Ca. VII.

**T**heramenes Athenis in carcere triginta tyrannorū imperio: uenenū non trepide ſed  
q̄ ſi ſitibundus hauriēs: exiguū qd̄ in imo pateræ ſubſtiterat ſic effudit: ut in terram  
cadēdo ſonitū redderet. Ad quē exhilarat⁹ arridēſq̄ p̄pino inqt̄ pulchro Criciæ. Is  
erat un⁹ & grege tyrānorū q̄ ex cūctis ſæui⁹ inexorabiliuſq̄ ſe in eū geſſerat. Græcis aut̄ cōui-  
uiorū moſ erat: nominatim deſignare cui poculū dare uellēt. Mortē igiſ habēs ī uiſcerib⁹ uir  
fortiſſim⁹: iocā ſimul & uaticinat̄. Si qd̄ Criciæ & ipſe nō multo poſt prænūciata morte  
ueneni ſubtrahit̄.

De uaticinio Calani Indii: de morte Alexandri: Ca. VIII.

**E**d qd Romanos principes: graiosq; philosophos comemoro: cu in eadē re horridos & agrestes barbaros liceat admirari: Calan<sup>o</sup> Indus indoct<sup>o</sup>: i radicib<sup>o</sup> Caucaſi natus (ut ait Cicero) cu ex animi ſui ſentētia: nullo cogēte ad iteritū pgeret: Alexāder Macedo q ſpectaculi nouitate aderat: & i corpe ualidus: & uictor & iuuenis: illū iam ſe ſe cupide flāmis ingerētē: orauit: ut ſi qd poſt ſe fieri uellet ediceret. Ille aut ſperneſ: nihil inq; op<sup>o</sup> eſt: celeritē te uidebo. Nempe p eoſdē dies apud Babylonē Alexander obiit.

De uaticinio morientis Adelectæ: de filio ſuo Aeternio: Ca. IX.

**E**xemplū qd auoz tulit ætas comemorare libet: ſed an hic: an iter mathematicos: parūper hæſitauit: Vtroq; enim licet. Fama ē: & qdā ſcriptores aſſerūt: Aeterniū de Romano & Albricū fratres cruētos & imanes hoīes: matrē habuiſſe Adelectam ex nobili Tuſcoꝝ ſanguine ſœminā: alti ingenij cōſilijq;: & tam aſtroꝝ coeliq; ſtudio: q; magiſcis artib<sup>o</sup> ſupra fidē uenturi præſciā. Hæc cum ſæpe multa tam uiro q; natis: tum præcipue euidēſ unū circa diē ſuæ mortis oraculi more trib<sup>o</sup> uerſiculis ꝑnūciaſſe dicit: In qb<sup>o</sup> qdem & filioꝝ potētia & exitū & utriq; ſuæ mortis locū ita cecinit: ut iſpſi euetib<sup>o</sup> nihil ex uaticinio demeret: Quinetiā ut Albricū ſileā: cu Aeternius ipſe monitus Caſſanū cauere: ignobilis uici neſci<sup>o</sup>: Caſſanū caſtr<sup>o</sup> i Paduanoz ac Hetruſcoꝝ ſitū ſinib<sup>o</sup> fatale rat<sup>o</sup>: ut de Alexandro Epirēſi dixim<sup>o</sup>: omni ſemp ſtudio uitaffer: tandē poſt ſeptuageſimū ætatis añū: dū ſumma ui Mediolanū petiit: ab oib<sup>o</sup> ferme longobardis qbus trux & inſolēſ ſpūs: odioſum illū fecerat circūuētus eſt. Iam pontē adhuc fluminis trāſiuerat: illic in extremis ſeſe caſibus uidēſ: loci nomē ſciſcitat<sup>o</sup>: ubi Caſſanū audiuit: cōfuſionē nominū recognoſcēs: Adactō calcarib<sup>o</sup> equo in oppoſitū ſeſe flumē iniecit. Heu fatū ineuitabile: heu materna præſagia: heu arcanū Caſſanū: horredō murmure uociferās: ac uix terræ reddidit<sup>o</sup> aduerſæ ab innumerabili hoſtiū exercitu q iam pontē & utrāq; ripā occupauerat opprimiſ.

Tractatus Quintus: de Haruſpicio & Augurio:

De inuentione Haruſpicinæ: Ca. I.

**P**erepreciū arbitror agnoſcere unde gemin<sup>o</sup> hic error in Italiā ſit inuect<sup>o</sup>. Vnde enī deſierit: me tacēte notū eſt. Neceſſe qdē fuit & hæc & cæteras erroꝝ umbras terris euaneſcere: ubi ueritatis ſol afluſſerat. Et de origine qdē haruſpicij talis narraſ fabula. Hetruſco cuidā arāti in agro (ut aiūt) Tarqnēſi: cū ꝑfundius adactus foret uomer: erupiſſe Tagē quendā noīe puerili effigie: ſapientia ſenili: & aratorē alloq; coepiſſe. Illū ꝑo pteritū exclamaſſe. Ad cui<sup>o</sup> uocē finitimoz primo cōcurſum factū eſſe: inegradatim ꝑgreſſa rei fama: intra dies paucos in eū agrū uniuerſā Hetruriā cōfluxiſſe: Puez illū audiētib<sup>o</sup> cūctis multa dixiſſe: dicta ei<sup>o</sup> obſeruata & ſcriptis ædita. Ex qb<sup>o</sup> ſus accedēte longa rez experientia oīs haruſpicina ꝑceſſerit: Ita tñ ut ſi ad alias ſerperet natiōes: apud Tuſcos præcipuū eius magiſteriū uigeret. Sed o ꝑſus erroneum & infame magiſteriū. Me qdē iſta renarrātē: ingens ſubit admiratio: & ineptiaz tātaz patriæ piget: pudet ac miſeret: In ſolo in q natus ſum: hūc natū uel exarātū poti<sup>o</sup> errorē. Vbi quæſo tibi nūc prudētiffima lumē animi & oculoꝝ aberat: Vnde cæcitas hæc tam manifeſta: tā ꝑblica: deū ne Tagē an hominē extimaſti: Si enī deus eſſet: nōne illud occurrit: a cœlo poti<sup>o</sup> q; e terræ cauernulis aduētuz: neq; expectatuz: bubulci aratuz: q adiuſto doctrinā populis prædicaret: Si aut homo terra obrutū uiuere ſcđm naturā nō poſſe noueras: ideoq; fallaci quapiā uiſiōe deluſam te noſſe poteras: Ac digno dei iudicio factū reor: ut erroꝝ tibi terra pareret: nihil tūc cœleſte ſapiētī. Neq; hæc quæ tibi obijcio: in re incerta ſunt philoſophis & poetis & hitoricis teſtata: Quin & error hic tu<sup>o</sup>: ꝑximas natiōes contagio afficit: præcipueq; populū Romanū: apud quē decretū legim<sup>o</sup>: ut de ꝑcipū filijs ſex ſingulis Hetruriæ populis in diſciplinā traderent. Et addit rationē Cicero: Ne ars inq; tāta ꝑꝑ tenuitatē hominū: a religiōis auctoritate abducereſ ad mercedē & quæſtū. Ars inq; tāta. O delyratio: nē ridiculā: O aniles nugæ: O doctoꝝ hominū ſupſtitionē inauditā. Hinc præterea ſumꝑſiſſe nomē diceris Tuſcia a ture & ſacrificijs appellata: iuentrix erroꝝ & portentoz ac fulgurū inēpres. Quæ cū ita ſint: nō eſt tergiuerſationi loc<sup>o</sup>: fatendū crimē eſt: idq; dūta xat reſ ſpōdēdū: Sic uero deo placitū: ut & tu & quæ errorib<sup>o</sup> tuis imbuta fuit Roma: cui<sup>o</sup> qd religioſiſſimū eſt: in te nunc uſq; fundatum eſt: ſœlici uarietate: & mirabiles futuræ ueri diſciplinæ mendacij magiſteriū haberetis: uel ſic intellecturæ: qd iter lucem ac tenebras interſit.

De Augurio:& qui præcipui fuerint augures:unde etiã initiũ habuerit: Ca. II.

**A** **B** Aruspicinæ primũ fontẽ attigi:ad Auguriũ uenio. Piget augures reges meminisse: præcipueq; Romulũ q; pastorĩũ adhuc quiddã redolẽs:augur optim⁹ fuisse tradiẽ. Mira rex; dissonãtia:imo uero cõsonãtia rex; maxima. Quis enĩ nisi pastor incult⁹ atq; horridus:ad has ineptias applicasset animũ:Pudor ẽ cogitare urbẽ Romã omniũ urbiũ ac terrarũ indubitãtũ caput auspicio cõditã:& florẽtem præpotẽtis populi fortunã:auibus debere maluisse q̃ deo:Quin & sub regib⁹ & sub imperio cõsulari: multis quidẽ sæculis nihil absq; auspicijs domiq; militiãq; fieri solitũ. Stupet anim⁹ recolẽs illos uiros tã claros:tam magnificos:qui res humanas ex altissimo despicerẽt:q; fortunã ipsam pedib⁹ subtriuissent:q; terrarũ orbẽ inenarrabili uirtute domuissent:auicularum uolatuĩ garritiuq; & puerilib⁹ succubuissent fallacijs. Vno qdẽ nos cõsolari possum⁹:q; q; superiorẽ genuim⁹ ad alienas trãsmisim⁹:hũc nouũ ab alijs genitũ adoptauim⁹:imitãdoq; nostrũ fecim⁹. Apud grãcos nãq; multo ante urbẽ cõditã augures floruerãt:tãtoq; fuerũt i honore:ut Calchas petẽtib⁹ Iliõn graijs:nerosissimã classis præfect⁹ memoreẽ ob unã auspiciĩ disciplinã: In ea enĩ excellēbat:in reb⁹ alijs multis inferior. Amphiarcus uero & Tiresias tam illustres eodẽ artificio ferunt:ut primũ p deo colerẽt:& tell⁹ quã illũ absorbuerat p oraculis adiret:Secundus nõ modo uiuis hoĩb⁹ præferret:sed defũctis etiã (Homero dicẽte)solũ apud iferos Tiresiã sape:uagari reliquos umbrarũ more. Nec primi præterea nostri reges augurio docti fuerũt:regnarãt pri⁹ i Grãcia Mopsus & Amphilotas famosi augures:deniq; ut ẽ apud Ciceronẽ:oiño apud ueteres q; rex; potiebant ijdẽ auguria tenebãt. Affertq; rõnẽ: Vt enim inqt sape:sic diuinare regale dicebãt. Et ut in regib⁹ dixi:sic nec i populis nostris hic primũ furor admissus est:Nã & Atheniẽses:gens alioq; prudẽtissima nunq; cõsiliũ publicum habuerũt:cui nõ sacerdotes diuinos adhibuerint:quos (ut ait Cicero) mantos puto:quia diuinationo apud eos manticos dicit:Et Lacedamones:gens iuicissima:augurẽ in cõsilio inesse:augurẽ regi suo accessorẽ semp addere uoluerũt. Quis ergo miret:tãto habitã in honore uanitatẽ:breuĩ in imẽsũ excreuisse:Idẽ ferme i singulis particulis huiuscemodi rei quã diuinationẽ uocãt licet itelligere. Quis enĩ nisi diuino uir cõsilio:nõ oraculis fidem daret:cũ uideret nõ modo clarissimos reges:& magnosq; p̃p̃os nũcios:sed sũmos etiã philosophos & humanã magistros uitã:certatim apud Delphos & Dodonã & Hamonẽ cõcurrẽtes. Quis sperneret Sibyllas:q̃s senat⁹ & p̃p̃s Roman⁹ in extremis periculis consulerẽt: Quis negligeret somnia:cũ sciret (ut reliq; sileã) Lacedamones ipfos:q̃s nescio an p̃xime a Romanis fortissimos omniũ & prudẽtissimos uiros iudicare uelim:usq; adeo somnionũ curiosos ut scribat Cicero:q; eis præerãt nõ cõtẽti uigilãtib⁹ curis in Palsypho phano qd̃ est in agro p̃pe urbẽ somniãdi causa excubabãt:quia uera (inqt)quietis oracula ducebãt: Quis deniq; magos nõ suspiceret:sine q̃rũ doctrina neminẽ quãtũlibet alijs reb⁹ ornatũ ad Persarũ regnũ p̃uehi posse cognosceret: Sed ad auguriũ reuertor. Initiũ qdẽ huius rei ex Arabia primũ Phrygiãq; Cilicia ac Pamphylia: Ad postremũ & ex hac nostra Umbria quã Italiã ps est manasse legim⁹. Rationẽ hui⁹ afferũt (ut reliq; diuinãdi genẽ)uerisimilẽ qdẽ:q; hæ scilicet puincia arbutis & pastu pecorũ abũdẽt:& iccirco q; eas incolũt p syluas & umbriferos mõtes assidue uagi:circũuolãtes ac circũstrepẽtes uolucres solliciti⁹ obseruarũt.

Quo tempore Auguria primũ obseruari cõcepta sint. Et de Actio Nauis  
uio qui nouacula cotẽ scidit: Ca. III.

**A** **B** Acten⁹ de extrema augurij origine. Quo aut tpe & quã ob causã hæc insania Romana uahemẽti⁹ inolere cõperit:hinc dicã. Actius Nauis puer: & qd̃ magis rideas pastor:Prisco Tarq;no regnãte:litui usum sibi usurpãs:repẽte qdẽ e subulco augur uulgataq; rei fama ad regẽ euocat⁹ est. Quẽ rex intuẽs:& atãtẽ & habitũ fortassis irridens:temptauit hoc modo: Vtrũ inqt qd̃ nũc in aĩo mihi ẽ fieri possit:an nõ possit inĩrogo:Nauis cũ auguriũ pegisset: fieri posse respõdit. Hic uero rex elusisse putãs: Atq; inqt q; cotem hãc nouacula scinderẽ meditabar. Ille mirabili cõstãtia: Potes ergo ait:Arreptaq; nouacula:in cõspectu stupẽtis regis ac populi cotẽ secuit:Inde sacrũ Romanis augurium. Quã res quãq; & analib⁹ & historijs oib⁹ puulgata sit:Tullio tñ & hãc cõmẽticiã fabulã uocat. Hãc igit geminã uanitatis ẽ origo. Hinc qb⁹ utraq; successibus: uel apud nos uel apud exterarum gentes aucta sit:paucis expediam exemplis.

## De augurio mortis Iulij Cæsaris: Ca. III.

**U**nde aut̄ nisi a supremis ordiar: Iuliū Cæsarē imolātē Spurina notissim⁹ haruspex n̄ repto corde i extis optimi bouis: admonuit uerēdū eē ne cōsiliū ac uita fatiscerēt: quæ ambo a corde puenirēt. Itaq; circūspici oportere discrimē qđ sibi pararēt: nec ultra Idus marcias trahi posset. Mira rerum humanarū: nubes: mira fortunæ uolētia: unde hæc uel illi nosse uel huic negligere. Præfixo enī die: cū Cæsar multis frustra retēptatis hostijs curiā ingredere: i Spurina ceu mēdacē ita iocat⁹ ē: ut diceret Idus aduenisse. Is aut̄ nō, dū præterisse respōdit: sic ex itegro cōminat⁹ nec fefellit. Eodē enī die ac loco cæsus est.

## De augurijs Octauiani Augusti: Ca. V.

**C**æsari aut̄ Augusto prius q̄ ex aluo matris exiret: p̄digio prænūciatā magnitudinē affirmāt. Ad id q̄si, p̄digiu simul: qđ qdē respōsū ē: Regē populi Romani naturā pturire. Eius rei auctor ē Trāquill⁹: testē afferēs Iuliū marathū. Illud addit mira: culo: senatū respōsō territū: decreuisse ne qs illo āno nat⁹ educaret: sed qb⁹ prægnātes domi cōiuges: senat⁹ cōsulto ne i publicū uenirēt obstitisse. Eidē Augusto i obsidiōe Perusina litare nō ualēt: cū instaurari hostias iussisset: oppidani repētino erūpētes impetu: tot⁹ sacrificij pompā apparatūq; sustulere. Quo aī aduerso ab haruspice⁹ respōsū fore: ut oēs deorū minæ quæ in extis apparuerant: ad eos transirent quæ illa rapuissent. Atq; ita contigit: Mors huic qđ p̄cipi prænūciata ē. Sub extremū tēp⁹: tabula in q̄ nomē ei⁹ inscriptū fuerat de cœlo tacta: & prima noīs littera deiecta ē. Hinc respōsū: cētū eū dies nō ampli⁹ uicturū: qđ p̄ cōuulsā significarent litterā: se yo inē deos referēdū: qđ reliquū p̄culli noīs idicaret: qm̄ cæsar de⁹ dicerēt Tuscorū lingua. Ex qđ simul atq; alijs multis similib⁹ elicio: linguarū mutationē apud gētes plurimas: de qđ a me sæpe quæsitū memini. Sed nō illud præsentis negocij est.

## De dracone Tiberij Cæsaris a formicis deuorato: Ca. VI.

**T**iberi⁹ aut̄ cū draconē quē fer⁹ māfuefactū & altore suo mitiorē ppria māu pascere cōsueuerat: formicæ deuorasset: Respōsū habuit: Impetū multitudinis p uideret. Sed uti nā nihil unq; ueri⁹ haruspices prædixissent. Tiberi⁹ enī nō cōcursu populi: uey tacita & pene ambigua morte perijt.

## De Augurio Galbæ Imperatoris: Ca. VII.

**A**t Galbæ i Terraconēsi hispania sacrificati: ostētā accidit mirabile. Puer enī qđ atriu obseruabat: illic ante oculos cūctorū uisibilit̄ toto uertice incanuit. Qđ in̄pretatū est: mutationē iminere: successurūq; senē iuueni. Postq; ita contigit: In Neronis enī locū Galba successit. Eidēq; p̄ qđ erat iperiu adept⁹: Romæ sacrificati corona ceciderat: puli euolauerāt: demū die ipso qđ cæsus matutinū sacrificiū petēti: ab haruspice cōsultū est: ut qđ primū euaderet: quia hora mortis instaret & interfectores ei⁹ aduētaret: Qđ ille uoluit quidem: sed præuentus est.

## De augurio Vespasianorū: Ca. VIII.

**U**espasiani p̄cipat⁹ ab ipso uitæ limine prænūciat⁹ ē. In agro qdē gētis Flauia un⁹ de sibi origo ē: quercus fuisse tradit̄ ingēs ac uetusta & Marti dedicata. Ea p̄ tres Vespasie genitricis part⁹: totidē nouos ramos ædidit: pueroq; fortunæ (ut aiūt) certissim⁹ uates. Prim⁹ gracilis mox aruit: neq; part⁹ qđ annū egit i rebus humanis. Secūdus fortis ac p̄cer⁹ fuit: filiusq; tūc in lucē ædit⁹ ad seniū puenit. Terti⁹ uero nato Vespasiano: nō tā rami qđ ingētis arboris spēm habuit. Quo ostēto Sabin⁹ genitor: haruspice⁹ cōsultis: respōsū habuit: Illū puer⁹ futurū Cæsarē ac trax̄ dñm. Qđ cū latior solito matri suæ adhuc supstiti narraret: nepotē illi Cæsarē natū dicēs: Nihil illa respōdisse: sed sustulisse risum dicit̄ qđ se nondū delyrante: is filius tam iunior inciperet.

## De haruspice Germaniæ qui ob auguriū Romā missus fuit: Ca. IX.

**S**vb Domitiano principe haruspex i germania: reipublicæ mutationē iminere nūciauerat: atq; ideo ad dicēdā causā Romā missus ē. Forte id accidit: ut princeps mane illū audiēs: ob eā ipsam causā cōdēnaret: Ipse statim postea hora diei qnta in̄ficere. Recordari potuit minus iuste se uericū condēnasse. Sed iam a Cæsaribus diuertamus.

## De auspicio per quod Vehiorū ciuitas a Romanis capta: &amp; de inuectiōe cōtra huius auguriū stulticiam: Ca. X.

**I**n illa obsidione lōgissima: qđ pp̄s Roman⁹ Vehios cinxerat: cū alterius partis discrimen: alteri⁹ tædiū aios inficeret: ex inopinato uincēdi uia Romanis ostēsam ferūt. Cū enī nulla apparētī causa: repēte Alban⁹ lac⁹ supra fidē excreuisset: qđā seu oppi

dan<sup>9</sup> nobilis trāsfuga (ut apud Ciceronē) seu Vehiētū haruspex (ut ē apud Valeriū) Romano milite rapt<sup>9</sup> p castra plat<sup>9</sup>: dixit urbē illā capi nō posse lacu exūdāte. Qui si ex collib<sup>9</sup> inf<sup>9</sup> q̄s iacet aliq̄ arte deduct<sup>9</sup> esset: siq̄ dē sic ut ad mare descēderet: calamitosū: sin ita ut p agros aspergeret: faustū pp̄o Romano. Quā ob rem multo studio impēs aq̄: lac<sup>9</sup> ut ille monebat educ<sup>9</sup> ē. Hoc ampli<sup>9</sup> addidit Valeri<sup>9</sup>: cōsultū Delphis Apollinē: idē respōdiffe. Qd̄ cū factū esset: ilicet uictoria Romanorū fuit. At ego iā dudū hęc audiens stomachor: & paulominus raucesco aduersus hoc sapi<sup>9</sup> exclamādo: Nō fuit satis hominē Vehiētē stultū forte naturalit̄ & tūc ab accidēti metu abalienatū etiā: demētēq̄ uana loq̄ uel fortassis ex industria fallentē: imēsi laboris op<sup>9</sup> hostib<sup>9</sup> obijcere: nouo qdā uitiōis genere: ut de etiā Delphic<sup>9</sup> aut insaniret aut falleret: Qui eī ita cōsultuit: ignorasse: mihi uidebat locorū sitū: Nā qd uel cū Vehiētū cū urbe Romana cōmune habet Alban<sup>9</sup> lac<sup>9</sup>: ut uel pdesse ad sūmā publici stat<sup>9</sup>: uel obeffe ualeat: Sed nimis audeo: q̄ aduersus sapiā deū tā multa ptulerim: imo uero aduersus fallaciā rū dāmonē. Sic enī ipsemet olim: ut scriptū uideo: q̄nā esset inērogat<sup>9</sup>. Veritatē forte coact<sup>9</sup> expressit: seq̄ dāmonē clara uoce cōfessus ē. At Romani paruere. Quid miri: error erat tempor<sup>9</sup>: oraculis & haruspicib<sup>9</sup> obseq̄. Licet & aliud opinari: Aquā lac<sup>9</sup> educatā esse ad utilitatē agri suburbani: ut bñ ait Cicero: nō ad arcē urbēq̄ retinēdā. At uictoria cōsecuta ē. En mir<sup>9</sup> Apollineis aris dignū. En noua res Romanos post bilustrē obsidionē uicere. Illud pot<sup>9</sup> mirabile: q̄ tā lōgo tpe distulerūt: soliti raptim igētia bella cōficere: & trāscurredo uictores terrar<sup>9</sup> orbis: Nisi quia dispensante fortuna puenisse suspicor: ne iliaci laboris effigies deesset Italia. Nūc ablutū in aq̄s Albanis calamū: uicinā urbis mœnibus inferā: Aliquot ducū eī<sup>9</sup> exempla recolligens.

B

## De augurio serpentis qui Syllā apparuit: Ca. XI.

**S**ylla ī cāpo Nolano aduersū habēs Sannitū exercitū: cū sacrificare cōpisset: repēte ab imo arā serpens exiit. Quo uiso Posthumi<sup>9</sup> haruspex: Eia inq̄ quāso dux Romanā: tolle omnē cūctationē & duc ī hostē legiōes. Cui cū Sylla paruisset: castra hostiū opulētissima expugnauit. Sed enī ipse Cicero huic sacrificio inēfuit: & erūpētē anguē se uidisse testat<sup>9</sup>: & illi<sup>9</sup> praelij euentū fuisse p̄spex̄ affirmat. At nō haruspicias sed impatoris consilio. Elegantē id quidem ac magnifice.

## De auspicio Gaij Flaminij: &amp; irrisione haruspiciā: Ca. XII.

**I**n tota aut hac re null<sup>9</sup> notior Flaminio. Illū dico q̄ ad Crotonā in foelicis aduersus Hānibālē pugnauit. Ois hūc habet historia: & cōcētib<sup>9</sup> ac successib<sup>9</sup> unū uiri plenū sūt ānales. Sed historiae pace mihi liceat & ī hoc & ī reliq̄s narratōes rez̄ ab eis: irrisionē supstitionū: uel a philosophis uel a rōne mutuari. Itaq̄ Gaius Flaminio lestrato (ut aiūt) exercitu: castra uersus Aretū motu<sup>9</sup>: hoc primū desistēdi signū habuit: q̄ nulla causa inueniēte ante signū Iouis & qd̄ ad terroris augmētū adijciūt Statoris Iouis: cū eq̄ cui isederat ī unū tumultū corrūēs puolut<sup>9</sup> ē. Quid hic quāso miraculi ē si equus armis & sessore pressus incidat: Quid peccauit igit̄ q̄ ad hoc subsistere monit<sup>9</sup> cōtēpsit: Sed enī cū ad hostē accessisset: & ex more maiorū auspicijs opam daret: nisus ē pferre diē pugnae: q̄ pulli nequa q̄ pasceret: q̄ pestilēs apud augures signū erat. Id Flaminio spernēs: sciscitat<sup>9</sup> ē: si nec die postero pasceret qd̄ agēdū: Respōsū: & q̄scēdū. Eniuero (inq̄ illudēs) magnifica auspicioe disciplina si pullis esuriētib<sup>9</sup>: ardua quālibet aggredi pmittimur: eis dē saturis cogimur feriarū. Meo qdē iudicio uel ob hoc unū dign<sup>9</sup> q̄ foelici<sup>9</sup> pugnaisset: sed apud eos capitale ē: magis q̄ ob hęc q̄ ob infastū exitū infamis dux habet. Illud eiusdē: imo suis errorib<sup>9</sup> accumulāt cū neglectis haruspicijs moueri castra iussisset: seq̄ cōfestim seq̄: signifer diu obluat<sup>9</sup>: multis etiā auxiliātib<sup>9</sup> uexillū educere nō poterat. Quid hic rursus ostenti est: Trepide fortassis eruebat qd̄ audacter insertū humi fuerat: debuit ne ideo ducis anim<sup>9</sup> terreri: Cōtēpsit hoc auspiciū & haruspiciū & religionū omnīū cōtēptor. Quid egit nūc: Aduersantib<sup>9</sup> dñj pugnauit: cecidit ipse cū exercitu: & insignis tūc reipublicae clades temeritate ducis illata. Hoc praesertim exēplo fidū: ac nitū auspicioe assertores: Ego aut̄ sicut temeritatē in Romano duce nō excuso: sic cōtēptū hui<sup>9</sup> cōmodi nugar<sup>9</sup> nō accuso: Flaminioq̄ cōpatior: iniquissimis uero tā iudicib<sup>9</sup> q̄ fortuna. Calliditas qdē Hānibālis nota ē: qua cū saepe alias: tū illo praesertim die uictoriā quaesiuit. Ea uobis mihi credite Romanū pot<sup>9</sup>: q̄ auspicioe cōtēpt<sup>9</sup> aut stomachulus pulloz̄ obfuit. Quid eī oro Corneli<sup>9</sup> Scipio apd̄ Ticinū: Quid Sempronio apud Trebam pauloante meruerāt: ab eodē hoste supati: Quid aut̄ āno post Paul<sup>9</sup> Aemili<sup>9</sup> is q̄ cognomē supsit ab iteritu: qui auspicijs diligētissime seruatis: ipse q̄z cū toto exercitu Romano aliquātoq̄ maiore strage reipublicae pari fraude circūuēt<sup>9</sup> apud Cānas perijt: Qd̄ non imerito pene ultimū imperij uuln<sup>9</sup> ab historicis dictum est.

A

B

C

## De augurio Caij Gracchi: Ca. XIII.

**L**ongus hic Romanorū ducū ordo subtexit. Eodē bello punico Caio illi Gracchorū omniū clarissimo in Lucania exercitū habēti: inē sacrificiādū cōtigit ut e p̄xima ca/ uernula geminis serpētib⁹ elapsis: exta corrūperenē. Idq; nō semel tm̄: sed bis terq; reintegratis sacris accidit: nec p̄hiberi potuit. Quo ostēto moti haruspices: ut uitæ periculū dux caueret monuere. Vtile cōsiliū: fateor: hoi p̄sertim tā grauiā bella tractāti: Verū nō tā p̄p̄ famelicos angues intestina bouis iuadētes: q̄ p̄p̄ uicinū hostē Romani sanguinis sitiē tem. Sileat aut̄ haruspicij nomē: cōsilia sana laudent. Tñ ipse nō cauit: sed ab hospite p̄dit⁹ insidijs Carthaginensiu incautus oppetit.

## De augurio M. Claudij Marcelli: Ca. XIII.

**A** Arcus Claudij Marcelli⁹ uir fortissim⁹: eodē bello simili casu perijt in Brucijs: Nempe ei post sacrificiū mœstior haruspex retulit: exta minātia & ut caute ageret exhortat⁹ ē. Hic q; sapiēs cōsultor & dux æque icaur⁹: Qui rē gerēs cū hoste tā insidioso: nō oīa circūpiceret: sed elat⁹ memoria uictoriarū suarū: & exagitat⁹ cupiditate sapius uincēdi: pene sol⁹ p̄geret: ubi ab exercitu p̄onorū circūclus⁹ & oppressus: nō minorē lugēdi causā patriæ daret tā puerili errore: tā p̄bati ducis: & iā sexagesimū tertiu annū supgressi: q̄ interitu.

## De augurio Hostilij Mantini: Ca. XV.

**B**ello aut̄ Numātino Hostilij Mātin⁹ his territ⁹ p̄digijs afferē: sacrificiū instituēti: pulli educti i syluā p̄ximā fugerūt. Mōst̄z horredū ingēs: pullos i syluā fugeres: Mouis ses forte animū haruspex: si uel i undas uel i ignes euolassēt: Nūc uero naturā secuti sūt qd miraris: At sedulo quæsit: nec repti sūt. Alas credo caueā odiū: & libertatis amor ad diderat. Sed audite qd seq̄: Cū terrestri itinere ad portū Herculis puenisset: nauē ascēfuro sine auctore: uox audita ē: Mātinæ mane. Vox qdē sine auctore nulla ē: sed auctore illic p̄sertim p̄facile latitare. Caernofus enī ac syluestris loc⁹ ille ē: mihiq; not⁹ optie: nusq; in me magis ausis tēpestatib⁹: semel & itez illic i terrā eiect⁹: multos i littore dies egi. Nō min⁹ iuste (nisi fallor) territ⁹: cū p̄cellis obruerer & mortē ante oculos haberē: q̄ audita uoce Mātin⁹. Qui usq; adeo pauefact⁹ scribit: ut alio cōptū iter flecteret. Sed qd oro p̄digiū tertiu narra/ tis: Cū iā inqūt uenisset & scapham esset ingressus: anguis eximīæ magnitudinis uisus mox euauit. O ridiculā historiā. Ergo p̄digiōz numez calamitatib⁹ eq̄tur⁹: Mantin⁹ male p̄gnauit: fœdū fœd⁹ iniuit: turpit se dedit: Quid dicturi fueratis si uiuisset: Vulgare enī est ut infaustis rez euentibus: reprehensoz copia non desit.

**P**rimū itaq; litteris tuis lectis: risum me cohibere nequiuisse noueris: Quo nā enim  
alio modo clari⁹ probare poteras: uerum esse quod negas: te scilicet egressum tuis:  
alienis in finibus oberrare: magno cum eorum discrimine q̄ nimiū creduli te sequū-  
tur: quibus sanitatis fructum pollicitus: nil nisi intempestiuos flosculos inutilium uerborū  
ingeris: cum factō nō uerbis opus sit: Quanto enim sudore quātoq; cum studio inanē sed  
ampullosam & tumidam plenamq; cōuictis epistolam effudisti: Sed hic uester est mos: ad-  
uersus uerum iurgio certatis. Et nimirum: hoc ipso quantū tibi fideres apertissime declara-  
sti: Si enim non extremus perditissimūq; omniū fuisse: non desperasses fieri posse ille nō  
ex multis: qui iuxta sententiā meam esses in Romani pontificis consilium euocandus: Im-  
mo uero generosæ mentis indicium est: etsi uni tātum spes gloriæ proposita sit: in id niti ut  
unus iste tu sis: quod si assecutus fueris uoti compos egregij: alioquin laudabili saltem sis  
commendandus affectu.

**Q**z non artificium sed artifices: & non omēs sed procaces  
conueniat improbare: Ca. III.

**E**go quidem (nam memini) nō artificium: sed artifices improbaui: eosq; non omnes  
sed procaces atq; discordes: Mirum dictū: ut sibi conscius tuus multorūq; animis  
indoluit & exarsit: nescio quid hoc rei est. Argue tardos philosophos: pūge inertes  
poetas: earpe incompósitos oratores: nunquā Plato & Aristoteles: nunquā Homer⁹ & Vir-  
gilius: nunquā Cicero aut Demosthenes miscentur: Increpa medicos inutiles & ignaros:  
omnes prope fremēt & insanient: qd̄ ante non noueram: breui litterula sum expertus: sin-  
gulare quiddam hoc ī genere dixerim. An forte ideo quia uniuersali maculæ nemo subtra-  
hitur: Nolo id quidem opinari: nec dum despero fore aliquem medicū cui ualde probetur  
quicquid dixi dictū⁹ ue sum: quiq; suam singularem laudem in cōmuni cæterorū infamia  
recognoscat: & (quod cunctis excellentib⁹ ingenijs insitum reor) gaudeat se paucorum si-  
mitem: dissimilemq; multorum. Qd̄ nisi ita esse crederem: frustra suasissem unū de multis  
eligendum: ut uerba mea repetam: non eloquentia sed scientia & fide conspicuū: tu tamen  
ille unus proculdubio non es: qd̄ si esses: nunquā discordes ac nescios medicos increpanti:  
tam uentosa respondisses epistola: pfundissime tangebaris: tam grauiter exclamasti.

**D**e excusatione auctoris q̄ non adulādī proposito neq; in-  
uidia scripserit: deq; inextricabili discordiā medicorū: q̄q;  
rhetorica nō sit medicinæ subiecta: Ca. III.

**N**ec puduit illud etiam inē confusum murmur inferere: me pontifici adulatum. Ego nec cuiq̄ adularer: cui propositū sit (uulgo etiā non ignotū) prater uirtutē ac bonā famā uniuersa contēnere. Quid autē me moueret: ut nūc fierem quod ab ānis tene- rioribus nunquā fui: Percontare ipsum illū de quo loquimur: & dicet tibi: saepe ultro se mi- hi obtulisse: quantū tu optare (licet sis importunissim⁹) non auderes: meq̄ propter amorē libertatis: quod tibi inexpertum & incognitū bonū est: omnia recusasse. Desine itaq̄ leprā tuam & ambitionis auariciæq̄ malum: beneuolentib⁹ imponere: tu palpator: tu non solum blandus: sed (si es ille quem puto) rādiostissimus etiam adulator: non modo pontificū: sed & pauperum latrinas uilissimi spe lucelli: ego florentes syluas & solitarios colles ambire soleo: non nisi uel scientiæ cupiditate uel gloriæ. Id non scripto sed cachinno refellendum ar- bitror: quod inter anxie conquisitas euadendi uias: quib⁹ inenodabilē ueri laqueum tem- ptas abrumpere: palpitando dixisti: me forsan tui nominis inuidia tactum: illud scripsisse q̄ tibi gregiq̄ tuo famam eriperem. Ego ne tibi misero inuiderē: Absit: auertat deus: qui enī misero inuidet: necesse est sit ipse miserrimus. Ego tibi nomen eripere nitar inglorie: Procul ab hoc periculo es. Ire potes toto securus orbe terrarum: quod ad famā iacturam attinet: Cantabis uacu⁹ coram latrone uiator: Erit qui forte nares amputet: oculos effodiat: famā tibi nullus eripiet quam non habes. Quid autem intolerabilius est homine insolentī: Qui ubi pudorem semel abiecerit: quicquid dixeris negabit: magna meretriciæ frontis impudē- tia est. Negas ecce medicos discordare: quæ publica totius humani generis est querela. Vti- nam tamen ita sit: malim esse mentitum: quāq̄ hac in re mentitus esse non possim: Cæteræ saluis omnibus errasse maluerim: q̄ me ueridico periclitari tot hominū millia: qui discordi & uario & prorsus incerto medicorum imperio gubernant. Nempe q̄ in summi pontificis cura nuper dicis fuisse concordēs: uide: non dico nō mētiaris (id enim iam uerbis quotidia- num atq̄ uulgare est) sed ne maximis testibus: ueritas uos ipsa confundat. Concordastis forte postq̄ ille conualuit: qui quod nemo ne ipse quidem dubitat: multo ante cōualuisset si tu saltē per totum ægritudinis suæ tempus in extremis Indiæ littoribus habitasses. O si quod ominari horreo: (sed licet immortalis dei uicarius deus est: tamen ipse mortalis): Si ergo tunc naturæ debitum persoluisset: quanta fuisset inter uos & q̄ indecisa discordia de pulsu: de humoribus: de die cretico: de pharmacis: cœlum ac terram dissonis clamorib⁹ im- plessētis: causam ipsam ægritudinis ignorantes. Miseri qui sub auxiliij uestri fiducia ægro- tant. Christus autem in cuius manu salus hominū sita est: saluum illum ignorantibus om- nibus uobis fecit: & faciat precor: quātum sibi: quātum ecclesiæ cui præsidet est necesse. Vos dei beneficium: & complexionis ac naturæ suæ laudem usurpantes: uideri uultis illū a mor- tuis suscitasse: & nunc tandem transacto periculo concordatis: non ineleganti uafricia: ne si pater ille doctissimus: quiq̄ uel ingenio uel experientia (non dicam omnia ut tu adulator) sed multa cognoscit ac prouidet: discordare uos senserit: præcipites ancipitis uiaē duces ab- ijciat: aspernat: atq̄ oderit. Sed mihi crede nequicq̄ rete iacitur ante oculos pennatorum: nouit ille mores uestros: Et si me interrogēs: propter cuiusdam speciem honestatis: & ne cō- suetudinem publicam damnasse uideatur: uestra potius uult fastidia q̄ quia ignoret ali- quanto grauius esse periculum: uitam suam nugis uestris q̄ fragilem sine gubernaculo carinam pelago uentisq̄ committere. Quod ad me attinet: Iracundiam tuam mīme qui- dem miror: sciebam uerum esse Satyricum illud: Accusator erit qui uerum dixerit. Nec mi- nus illud Comicum: Obsequium amicos: ueritas odium parit. Quod cum cōmunē ue- rit: tum præcipue inter illos qui mendacio uiuunt. Illud miror q̄ ira in rabiē furoremq̄ cō- uertitur. Nihil enim tibi scripseram: Quippe qui nunc (etiam inuitus) non intellecturū al- loquor: At Romano pontifici: graui tunc ægritudine laboranti: metu ac deuotione dictan- tibus: epistolam scripsi breuem: Sed (nisi fallor) utilem sibi: tibi forte non ita. Admonuiq̄ ut turbam dissidentiū medicorū: nec non etiam medicum non scientiæ sed inanis eloquētiæ curiosum (quæ ingens nostris temporib⁹ multitudo est) omni studio caueret. Qd̄ licet gra- uissime stomacheris: me tamen neq̄ consilij mei poenitet: neq̄ me lapidandum credidi: si si- bi licet non egenti fidele consilium dedissem: cui omnes qui christiano nomine gloriamur: non modo consilium: sed obsequium in super & obedientiā deberem⁹. Deuisti si san⁹ esses non mihi rescribere: qui tibi nil scripseram: sed eidem illi scribere: si sibi forsan aromatico il- lo tuo ac medicinali suadere posses eloquio: ut tibi seipsum & res suas crederet: uitam ac sa- lutem nisi de tuis manibus non speraret. Contra autem me studijq̄ meis deditos: nociuū

A

B

C

D

E

atq; inutile genus hominū declinaret: seu me poetam: seu quodlibet aliud dicere libuisset: Omnia enim tibi licere arbitror Idiotæ: qui propter mei: quin poti<sup>9</sup> ueri odium: in poetas immeritos es inuectus. Ego tamē hac in re poetice nihil scripsi: quod ita esse: nisi plane desuperes: ipse stilus indicio est: Cogeret me ꝑcitas forte tua poetice aliquid de te loqui: teq; omnibus sæculis lacerandū tradere: nisi quia indignus uisus es: qui per me posteris notus esses: aut locum in meis opusculis inuenires. Sed quid colores cæcor: Quid surdo sonos ingero: Mœchanice res tuas age oro te: cura si potes: Si minus: interfice: & precium posce cū occideris. Id nulli imperatori aut regi: sed tibi uni uita necisq; domino ut iactas humani generis cæcitate permittitur. Vtere funesto priuilegio: Optime enim tutissimæ arti cerebrum addixisti: quisquis euaserit: tibi uitam det: quisquis obierit: tu illi præter experientiam nihil debes: Mors naturæ aut ægroti uitium: uita tuum munus est. Iure igitur Socrates cum factum de pictore medicum audisset: Cautē inquit: Artem enim deseruit quæ defect<sup>9</sup> suos habuit in aperto: eamq; complexus est cuius error certa terra tegitur. Quid te autem non aufurum rear: qui rhetoricam medicinæ subijcias: sacrilegio iaudio: ancillæ dominæ: mœchanicæ liberalem: Nisi forsan illa te cogitatio has in insanias traxit: quæ si unq; caput tuum potuisset irrumperere: nunq; usq; adeo asininū dicerem: ut scilicet quoniam ætate nostra iniquissimos homines imperitare uiris optimis factio rerum pessimo uidemus: Ad artes q; speciem hanc tyrannidis trahendam ac propagandam putes. Sed prius omnia q; huiusce rei arbitrium fortunæ traditū uidebis: Faciet illa Neronēs atq; Caligulas regnare: Dionysios atq; Phalaridas i patria florere: Catonem intra pestes Libycas errare: mori Regulum in carcere: In paupertate Fabricium: Marcellum i insidijs: in exilio Scipionem: Hæc & his similia faciet: quotiens uolet more solito iocari: medicinæ suppeditare rhetoricam non poterit: extra suos fines imperium non habet. Sed qd loquor: Nescio an pri<sup>9</sup> q; ad finem suscepti sermonis ueniam: libeat mutare sententiam: ac fateri ius illam etiam in artibus habere: Quod nisi ita esset: nunq; tu de tanta ignorātia tam superbus incederes: cum multi interrim uiri litteratissimi mendicent: Verum ea non artium fortuna: sed artificum dici debet. Ad id mihi respondeas uelim: si rebus omnibus fortunæ imperio confusis: artes quoq; confundere: & liberales mœchanicæq; seruas facere (quod utrarunq; prohibebaris nomie) uoluisti: Cur nō potius nauigationi q; medicinæ rhetoricam seruam faciebas: Nauigationē certe sui generis: hoc est mœchanicarū quidā dixere rhetoricæ: eo q; imprimis illi cui mercatura omnis subiacet: in peragrando orbe lustrandisq; littoribus atq; innumerabiliū nationum conciliandis ratione animis: multa sit opus eloquentia: Vnde & Mercuriū quem sermonis deum uocant: inde dictum uolunt: q; mercaturæ kyrios: hoc est dominus esse uideatur. Quod cū ita sit: cur non potius (ut dixi) nauigationi rhetoricam ancillari præcipis: Qd æquanimis propter similitudinem latura sit: nisi quia ruditatem illam tuam: & caligantis ingenij cæcitatē occultare nullo modo potes: Proximis tuis litteris expecto ridiculosissime rerum censor: ut lanificio iubeas subesse grāmaticam: dialēcticā armaturā. Quid enim te rursus non aufurum putem: qui me os in cœlum posuisse dicas: quoniam medicos diuinū ac cœleste genus attigerim: cum tu impurissimū os aperire non sis ueritus in Plinium secūdū: uisq; ex omnib<sup>9</sup> suæ ætatis doctrina igenioq; præstātissimū: Ita em̄ de illo scriptum uideo: nec excipitur Galienus coætaneus (nisi fallor) suus: Vir & ipse non indoctus: sed in doctorum atq; loquaciū abundantissim<sup>9</sup> successor.

De comparatione poeticæ ad medicinā: & medicinæ ad agriculturā: Ca. V

**A** **Q**uæ autem ista demētia: Quæ ue ista uoluptas est: A pedite uulnus acceptum: equitanti refundis innoxio: & soluta oratione cum sis laesus: iram ulciferis in poetas: quasi poeticum sit omne quod nescias. Id si tibi permisero: quid usq; quaso non poeticū relinquetur: Quid enim non te penitus ignorare crediderim: qui ad exprimendū ineptissimos sensus tuos: tam pueriliter desudasti: De<sup>9</sup> bone quæ delyramenta: Quæ somnia: Insultas poeticæ: cui<sup>9</sup> nunq; faciē uidisti: Laudas medicinam quam ego non improbo. Quis enim sanæ mētis hoc audeat: Scio artem esse non inutilem: & sero licet a nostris hominib<sup>9</sup> receptam: postea tamen in honore habitam: quin etiam inuentioni decorum (ut perhibent) immortalium consecratā: tam magna res uisa est: ut humana nō putaretur inuentio. Quā opinionem certioris fidei auctor in Ecclēsiastico cōfirmans: Altissim<sup>9</sup> de terra inquit creauit medicinam: q; uis ad omnia sit cōmune: quicquid nouimus: quicq; scimus: quicquid sapimus: quid nisi diuina inuentio dominiq; donū est: cum in eiusdem libri principio scri-

ptum sit: Omnis sapiētia a dño deo est. At ne tibi de mœchanicæ tuæ singulari ceu laude cõplaceas: audi quid de agricultura altera mœchanicarũ: eodem scribis libro: Nõ oderis (inquit) laboriosa opera : & rusticationē ab altissimo creatam: quid habes qđ super quẽcũq; agricolam accolas: Ambæ artes uno de fonte p̄deũt: ambas creauit altissim⁹: Immo uero quid habes: quo te agricolæ conferas : cum humanā ille uitam adiuet: quã tu ( licet contrariũ p̄fessus) oppugnas: Ille humano generi laborãdo p̄fit: tu noceras quiescẽdo: Ille nudus in campis fame sua publicam pariat saturitatē: tu phaleratus in thalamis: uoce tua publicam destruas sanitatem:

De effectibus medicorũ an sint mirabiles: & de colore medicorũ: Ca. VI.

**I**neo quidem nõ similiē cõcordam⁹: qđ effectus medicorũ dicis esse mirabiles. Quos effectus quãso te: nisi illud forsan inter miraculosa cõnumeras: qđ uos sapi⁹ qđ cæteri hominũ: Immo uero quasi cõtinuo ægrotatis: Itaq; magnis i populis facies uestra solo pallore discerniē: Iamq; in puerbiũ abijt: Colorē medici dicere quotiens croceum hominē aut tabescentē uideris. Parũ ne hic miraculũ est: salutem alijs quã ipse non habeas polliceri: Effet p̄fecto miraculũ: nisi illud extenuaret assiduitas mētiēdi: Nisi forte illerabior est effectus: qđ qui se totum uestro consilio tradiderit: sanus esse nunq; poterit. Hi sunt medicorũ: nõ tantũ miri: sed stupendi etiã effectus: medicorũ uero non omniũ: sed multorum atq; imprimis tui.

De laude Hippocratis: Galieni & Plinij: Probationeq; auctorum uetustatis: quos moderniores turpi segnitie & ingenij hebetudine arguũt: Ca. VII.

**C**redo ego Hippocratē uirũ doctissimũ fuisse: puto Galienum (illo duce) multa primis inuētionib⁹ addidisse: Non detraho claris uiris: ne fiam tui similis: qui obtrectandi studio me cũ Plinio miscuisti: quem si intelligere posses: esses hortãdus ut legeres: & te ipsum i eo speculo intuens: uel deformitatē tuam corrigeres: uel desineres supbire. Sed crede mihi grãcum hominē putares: cum tamē is inter raros latinæ eloquētiæ principes in Saturnalib⁹ numeret. Si te in litteris tuis uideo: arrogans & ignarus es: alterũ facit ut nil discas: alterũ ut nil scias: quid enĩ de hoc tanto uiro somnias: Dicis eum qđ quicquid ueri habet: ab antiq; medicis accepisse: uos a qb⁹ tot mēdacia didiceritis nõ dicis: Sed quid iteꝝ tpe gloriaris: Ignauissimorũ quorũdã hominũ cõsuetudo est: ut cum inter uita senuerint: nulliq; pares sint: sola se præferat senectute. Atqui ne hãc ipsam uã gloriãdĩ tibi materiam cõcesserim: In singulis enĩ te uerbis detegis: nihil esse: nihil sapere: nihil nosse. Computa ãnos: & reperies uirũ illũ omnes fere quib⁹ ueris medicos p̄accessisse: quãq; qđ attinet medicorũ antiq; tate noibusq; confidere: qui si ad lucem redeãt: una uoce fatebunt: nullus se hostes alios habere qđ uos: quorũ uel turpi segnitie: uel ingeniorũ hebetudine: sui labores ac uigilia perierũt: quicq; quotidie mentiēdo illas arguitis fuisse mēdaces.

De poetarum imortalĩ gloria: Et quẽadmodũ medici de omni materia etiã sibi incognita loqui uelint: Ca. VIII.

**I**Ege si libet (& nisi ego quoq; tibi grãcum uideor) epistolã illã totã: quæ cum ad hoc unũ scripta esset: ut uniuersali dño cautionē pareret: tibi nescio cui (immo qđ scio sed dissimulo) dolorē peperit ac furorē. Illam lege si libet: Inuenies me nil oĩno contra medicinã: nilq; contra ueros medicos locutum: sed cõtra discerptores atq; aduersarios Hippocratis: qđ eodem plaudēte fieri credidi: Tu aut nõ cõtent⁹ in me multa dixisse: multa itidem cõtra poeticã ac poetas quadam libidine uobis insita loquēdi: de reb⁹ p̄grinis & incognitis euomuisti: Nõ legeras apud Varronē Romanorũ doctissimũ: neq; apud Tulliũ quem fidenter (licet forte obstrepas) dixerim principē latinorũ: quid de poetis scriptũ est: Verba enĩ ipsa ne qđ me mutasse uel addidisse suspiceris apposui. A summis inq; hoibus eruditissimisq; sic accepimus: cæteraꝝ reꝝ studia & doctrina & p̄ceptis & arte constare: poetã ipsa natura ualere: & mētis uirib⁹ excitari: & q̄si diuino qđdã spũ afflari: Quare suo iure noster ille Ennī⁹: sanctos appellat poetas: qđ quasi deorũ aliq; dono atq; munere cõmendati nobis esse uideant. Sit ergo iudices sanctũ apud nos humanissimos hoies hoc poetæ nomē: qđ nulla unq; barbaries uiolauit: hæc Cicero. Multa sequunt in eandē sententiã grauissima. Innumerabilia etiã apud alios: quæ sponte prætereo: Neq; enĩ mihi p̄positũ est in aurib⁹ tuis nobilitare uelle poetarũ nomē: qđ tibi ignobile uideri: ea demũ summa mihi nobilitas uideat. Cui aut hæc narrē: nescio an te ridiculosior sim si asino lyrã tangam. Re/

spondebis audios: sed nihil intelligo: & poetæ nomē nulla unquā (ut modo dicebā) barbaria uiolatū: atq; omni ex parte tibi incognitū: uiolabis plus q̄ barbarica feritate. Itaq; peropportune audies: quod cuidā nuper tuæ p̄fessionis homūculo cū assensu & approbatione multoz dixi. Cū enī uestro more multa contra poetā hisceret: pot̄ q̄ diceret: nunc poetā Ciceronē: nūc Pliniū affirmans: quæsiui ab eo: quid poetæ noīe crederet importari: Qd̄ cū se nescire non negasset: pro tempore historiā dixi non inamoxnā cognitu: magnis ab auctoz rib⁹ relatā: quā tibi quoq; dicā: puto si qd̄ oīno aliud q̄ de febrib⁹ audire potes. Hannibal uir bellicosissim⁹: bello uictus a Romanis: Ephesum ad Antiochū regem Syriæ p̄fugerat: a quo lætissime susceptus: eo q̄ Romanoz odijs æstuanti: nullus unq; consultor tam idone⁹ uidebat: in summo honore apud illum erat. Contigit autē Phormionē quendam noīe: serc̄ta Peripateticū: qui ea tempestate litterarū sciētia clarus habebat: simul illic forte apud regem esse: ad quem (si uellet) audiendū iuitatus: Hannibal: dū fama uiri tactus: annuisset: seniculus non indoctus: & ut homo græcus audax & uerbosus Phormio: credo extimans nihil se melius in præsentia tanti ducis: nihilq; cōuenienti⁹ loqui posse: materiam rei militaris ingressus: in plures horas sermonē continuū protraxit: Deniq; dum qualiter sit ductandus exercitus: qualiter instruēda acies: qualiter capiēdus castris locus: quādo signū pugnæ daretur: quando cani receptui conueniat: Postremo quæ ante præliū: quæ in prælio: quæ ue post prælium sint seruāda copiose disseruisset: secutusq; esset plausus omnīū: quæsitūq; ab Hannibale: quid sibi etiā uideret de illo sapiētia p̄fessore: Multos (inquit ille) stultos delirosq; senes uidi: nullum tamen quo magis delectarer q̄ sene hoc: quippe qui tam multa de rebus incognitis loqueret. Quo dicto facete admodū & illius & uestræ impudentē notauit audaciā: De omni enī materia loq; uultis: uestræ p̄fessōis oblitus: quæ est si nescis urinas: & quæ noīare pudor prohibet contēplari: nec pudet insultare his qb⁹ uirtutū atq; animi cura est. Elegant de hoc Phormione loquēs Cicero: Quid inq; aut arroganti⁹ aut loquaci⁹ fieri potuit q̄ Hannibali: q̄ tot ānis de imperio cū populo Romano omnīū gentiū uictore certasset: græcū hominē qui nunq; castra uidisset: nunq; deniq; mīmā partē ullius publici muneris attigisset: præcepta de re militari dare: Qd̄ nō oīo par tua & Phormionis causa: multoq; iusti⁹ ego te rideo: q̄ illū risit Hannibal. Ille enī de reb⁹ licet experiētia ignotis: at saltē lectio ne cognitis loquebat: tu de his reb⁹ loqueris quarū non tantū usu atq; arte es indoct⁹: sed ingenio etiā prorsus indocilis. Hæc historiā cū illi contentioso hoī narraſsem: q̄ erat ipse senex: sibi dictū credidit: q̄ si & senī ei & stulticiā exprobraſsem: itaq; uahementē excanduit.

De intellectu contra quos poetæ Boetius loqui uelit: & iucundissimo poetarum consensu: Ca. IX.

**T**V qua ætate sis nō satis scio: nisi q̄ delirare sapius solent senes: non quidē oēs: sed quoz iuuenilis ætas uilib⁹ curis & obsceno artificio acta est. Quo autē ingenio sis: mihi incognitū esse noluisti. Audiēs ergo te uideo mordēdi auidū: sed ignorātia torpentē: argenti more aspidis coactū uirus: nō posse diffundere: nisi q̄ in fine multū irarū atritu terrificæ cōcalescēs: neq; tamē tam morsu q̄ sibilo metuēdus. In me calcaneoten⁹ erigeris: ubi scilicet Boetiū Severinū: aduersus sacras pierides testē citas: atq; ut testimonio fidē quæras: cautissim⁹ disputator Patriciū illū uocas: quasi de prætura uel consulatu quæstio sit: & q̄ si non multi testes: licet mīme Patricij sint: hac in re multum Boetio præferendū. Verū absit ut huius uel alterius fidedigni hominis testimoniū recusem: ad inquisitionē ueri omnine genus studiosoz hominū admitto: mox mechanicis dūtaxat exclusis. Ille igit qd̄: ab ægrotātis cura scænicas meretriculas: philosophico p̄cul arcet edicto. Viue bellator egregie: uersam poesim lætali iaculo transfixisti. Certe si quid eorum de quibus tam temerarie disputas didicisses: scires scænicam illam quam Boetio notat: ipsos inter poetas in precio nō haberi: Non autem uidisti: cæce qd̄ iuxta erat: licet id ipsum litteris tuis ignoranter infereres. Quid enī ait: Veris eum multis curandū sanandūq; relinquite: Hæc sunt musæ quib⁹ si qui usq; hodie supersunt poetæ: gloriantē ac fidunt: quæz ope non ægra corpora macrare: sed ægris animis succurrere didicerunt. De quibus si loqui uelim: donec cerebro humido ac fluenti tāta res insideat amens ero: Neq; enī Amphionis uel Orphei cithara tam duram silicē mouere posset: Neq; enī tam hirsutā tigridem lenire: quas tu ac omnes id genus fictiōnes ueluti uero aduersas: mira plæbei artificis temeritate condemnas. In quibus tibi tuicq; similibus studiose abditus allegoricus sapidissimus ac iucundissimus sensus inest: quo se re omnis sacrarum etiam scripturarum textus abundat: quas te animo irridere nō dubito:

sed supplicium times. Quam ob rem feram æquo animo te poetis quos ignoras uanitate notiffima insultantem. Idque mihi alicuius bonæ spei argumentum fuerit: si tibi ualde displiceat. Cur autem indignè audere te aliquid aduersus me: cum aduersus Christum si impune liceat sis ausurus: cui Auerroem (tacito licet iudicio) prætulisti? Scis quod non mentior: quæuis aliud probo clames: cesset poenæ metus: profecto ut sciolus uidearis esse uoles hæreticus.

**De officio poetæ secundum Lactantium: Ca. X.**

**E**d ad fictiones quas carpebas redeo. Audi ergo quod Lactantius uir & poetarum & philosophorum noticia: & Ciceroniana facultia: & (quod cuncta transcendit) catholica religione clarissimus: primo suarum institutionum libro ait: Nesciunt quid sit poetica licentia modus: quousque progredi fingendo liceat: cum officium poetæ in eo sit: ut quæ uera sint: in alia specie obliquis figuratiōibus cum decore aliquo conuersa traducat: totum autem quod referas fingere: id est ineptum esse & mendacem potius quam poetam. Stupes bælua: nunquam puto istud audieras.

**De medicorum mendacio & poetarum uelata ueritate: Ca. XI.**

**M**entiri uobis linguam: quodque grauissimum mendacium genus est: mentiri summo cum discrimine danoque credentium. Id si mihi non credis: uulgus interroga: cui & illud in pueribus uerbum est: ut aptissime mentienti dicat: Mentiris ut medicus. Poetæ (neque enim me hoc nomine dignari ausim: quod tu mihi demens ad infamiam obtecisti) poetæ inquam studium est: ueritatem rebus pulchris uelaminibus adornare: ut uulgus insulsum (cuius tu pars ultima es) lateat: Ingeniosis autem studiosisque lectoribus: & quæsitu difficilior & dulcior sit inuentum: Alioquin si tibi falso psuadeas: quod quidam indocti solent: quod cõsequi non queunt execrant: ut scilicet poetæ officium sit mentiri: illud tibi consequenter psuadeas uelim: esse te poetarum maximum: cuius prope plura mendacia sunt quam uerba. Vltro tibi Meonius senex cedit: uictus cedit Euripides: cedit Maro: uacuis tibi Helicon linquet: indecerpta laurea: illibatusque Castalius fons.

**De poetarum raritate atque claritate: medicorumque uanitate: Ca. XII.**

**E**d expugnare si potes: lippientesque oculos aperi: uidebis poetas raros quod natura rebus disponere: ut rara quælibet chara simul & clara sint. Videbis eos gloria & nomine & immortalitate fulgentes: quam non sibi tantum: sed & alijs peperere: ut quibus ante alios picturis consulere non datur est: & quorum adminiculo ipsa etiam uirtus eget: non equidem in seipsa: sed in eo quod habet cum uitæ & obliuione certam: Te uero cum tuis nudos uidebis: omni uera laude uanitatibus obsitos: obrutosque mendacibus.

**Quæ auctor non aduersus excellentes medicos: sed delirantes scribat: & quare libellum pro epistola remisit: Ca. XIII.**

**H**æc non aduersus medicinam (quod sæpe testatur sum) neque aduersus excellentes medicos: quæ irasci non debent: quæ cum semper rari: nostra sunt ætate rarissimi: sed aduersus te: delirantesque similitè dicta sint. In quibus illud forte mirabitur quispiam: quod libellum pro epistola remisit: sed meminisse conueniet: facilius infligi uulnus quam curari: & citius dici conuicia quam repellere. Ideoque & maior defensio Demosthenis: quam Aeschini accusatio est: & longior Ciceronis quam Salustij inuestiua. Hactenus hæc: cætera in tempore aliud referuo. Nolo enim putes me lacecissit stili & iustissimæ indignatiōis aculeos more apud in uulnere reliquisse: Experire iterum cum uoles: quod in te ingenium & ingenium: quod in te calamum & calamum interfit. Illud uerendum ne dum pro abrupta distractus: multumque huic tuæ ridiculæ eloquentiæ intet: in insuetis conflictatiōibus tempore teras: his quos pecunia parit ac sanitate spoliatis: magni periculi causa sim: de hoc tamen ipse uideris: ego mihi quicquid acceptaueris: ad cumulum gloriæ ascribam. Alta petentibus non semper quæ: sed eorum sæpe quæ sine graui periculo uinci possunt: optanda rebellio est.

**Quæ libellus hic etiam a medicina ipsa laudari mereatur: Ca. XIII.**

**E**t bene dixisses audisses bene: Audisti autem non quod ego loqui sum solitus: sed quod tu meritis es audire. Sile parumper & rumina: & tibi ipsi da ueniam qui coepisti. Verum ego satis ne sanus sim si diutius tecum loquar: qui quod ridiculum omne supergreditur medicinæ nomine: mortem mihi litterarum tuarum in sine denuncies: ad quam differendam medicina forte aliquid: tu profecto nihil: ad accelerandam uero quam plurimum conferre potes: Præclarum fortiter artificium: longæuis corpusculum scis expedire languoribus. Certe ipsa mihi uiuas (modo uoces habeat) medicina gratias actura sit: si eorum præsentem infamiam fando nuda uero: qui antiquam illius gloriæ nouis erroribus extinxerunt.

Francisci Petrarçæ Liber Inuectiuarum Primus Explicit.

Sequitur Annotatio Capituloꝝ Libri Secundi eiusdem.

- Ca. I. Q̄ consultius sit stulto silere q̄ loqui: Et q̄ ineptum sit indocto libros scribere: Atq̄ de rhetoricæ facultatis officio.
- Ca. II. De reprehensione aduersarij appellatis se medicū: philosophū & aīarū curatorē: suāq̄
- Ca. III. De iurgatoris cōfutatiōe q̄ se rhetoricæ dñm appellet. (esse philosophiā dicētis.
- Ca. IIII. De eo q̄ iurgator se philosophū dixerit: auctorem autem arrogantem.
- Ca. V. De superbiæ & libertatis differentia.
- Ca. VI. De iudicio uulgi inter superbiam & fiduciam.
- Ca. VII. De Scipionis fiducia & suispsius laude.
- Ca. VIII. De excusatione auctoris q̄ non arroganter scripserit.
- Ca. IX. Q̄ liceat quandoq̄ de se uirtutes prædicare præter arrogantiam.
- Ca. X. Q̄ exemplo Aenæ concessum sit ignorantī se cōmendare.
- Ca. XI. Q̄ aduersarius indignus sit ut libris auctoris inscribatur.
- Ca. XII. Q̄ uenerāda sit senectus bonis constituta fundamentis: & de stultis senibus.
- Ca. XIII. Q̄ propter malos medicos nolit bonis detraxisse.
- Ca. XIII. Q̄ paucitas bonoꝝ medicoꝝ non est ad artis infamiam sed gloriam: & doctos potius exhilarat q̄ perturbet.
- Ca. XV. De excusatione auctoris erga aduersariū incusantem eum aliqua scripsisse: asserētis etiam se non hic de medicis loqui sed de ipso aduersario.
- Ca. XVI. Quomodo imperitus medicus homines a mortuis suscitet: & quare populus il-
- Ca. XVII. Ad quid dialectica homini sit necessaria: & q̄ stultū sit senescere i ea: (si credat. de cōmendatione quoq̄ philosophiæ quæ uendi non potest: q̄ aduersarius similior sit
- Ca. XVIII. De pallore medicorum: probat etiam iurgatorē (upupæ q̄ philosopho. non esse philosophum.

Francisci Petrarchæ Poetæ Oratorisq̄ Clarissimi  
Inuectiuarum Liber Secundus Incipit.

Q̄ consultius sit stulto silere q̄ loqui: Et q̄ ineptū sit indocto libros scribere: Atq̄ de rhetoricæ facultatis officio: Ca. I.

A

**D**Abes unde mihi ppetuo gratias agas: de muto & elingui argutulus atq̄ facetulus factus es disertissime Hippocrates: Nescis q̄tū huic calamo de-  
beas: Ecce iam profam scriptitas: cito facies carmina: Iamq̄ hymnos i-  
pis balbutiēdo contexere. Boni ingenij puer eris: Immo uero stulte se-  
nex & ignare: multo consultus tacuisses: non ut ideo philosophū te pba-  
res: sed ut ignorantīā saltem tuam silentio uelares: Tacēdo enī latere po-  
teras: loquēdo nō potes: Lingua animi sera est: hanc tu nullo ad ostium  
pulsante: nescio cur mouisti: tenebrosam fœdāq̄ tuī pectoris domū oībus aperiēs: quæ me-  
lius semper clausa māssisset: nisi quia dementiā diuti⁹ occultare difficile est. Credo nō lege-  
ras q̄ scriptū est: Stultus quoq̄ si tacuerit sapiens reputabit: & si compresserit labia sua  
intelligens. Bene Socrates: cū decoꝝ adolescentē tacitū uidisset: Loquere (inqt) ut te uideā:  
nō tam in uultu putabat uideri hominē q̄ in uerbis. Ecce locutus es: uidim⁹ te: iamq̄ si mi-  
lies taceas uidem⁹: Voluisti apparere: & multis quos latere poteras esse ludibrio: In quod  
gaude præpotēs orator: externa ope nō eges: nullo op⁹ est indice: operose nimis: tuo te pro-  
dis indicio: tam late tristis male coagulati eloquij sum⁹ manat. O ridiculū aīal: uolebā di-  
cere: libꝝ scribis: rectū dixerim (q̄ tuæ p̄fessionis est p̄priū) aromātū lenta fœdas inuol-  
uere: & ubi periculosis ambagib⁹ dicere soles: miserōꝝ mortes: utq̄ uilia magno cōstent  
fallacq̄ licentius: radicib⁹ nostri orbis imponere pegrina uocabula: ubi nūc ut tibi uideatur  
philosophicos locos: ut ego sentio tabificos iocos scribis: Sed ut libri formā habeat vsus  
opifex distinguis in partes: & forsitan uictor eris. Apothecarij scripsisse te librū dicēt: Quid  
ni igitur exclamēt: Accurrite philosophi: accurrite poetæ: accurrite studiosi: quicumq̄ unq̄  
scribendis libris operā datis: accurrite: uestra res agit: mœchanicus libros scribit: penitusq̄  
uerū sit illud sapiētis hebræi: Faciēdi libros null⁹ est finis. Quid enī fiet si mœchanici pas-  
sim calamos arripūt: Actū est. Ipsi boues: ipsiq̄ lapides scribēt: Nilotica biblus nō sufficit:  
et: Si qs ē pudor: dimittite illam litteratis: Vos si gloriæ cupiditas tangit: in uento & aqua  
scribite: ut ad posteros fama citius uestra perueniat. Quid querar: Quid eloquar: Quid

B

dicam: Desinite quæso qui papyros arte conficitis: quiq; tenues in mēbranas cæforum aut malium terga conuertitis: hetrustis expiandum sacris infaustum & infame monstrum incidit. Quid enim bicipitem puerum: aut quadrupem miramur? Quid obstupescimus mulæ partum: tactumq; de cœlo templum Iouis: aut sub nubibus uifas faces? Quid Aetneis uaporibus ardens æquor: & cruentum amnem: imbremq; lapideum: aut si quid tale in annalibus ueterū reperit? Habeant suū sæcula nostra portentum: Mœchanicus etiā libros arat. Quis non Roscio deinceps artis histrionicæ librū donet? Erat & ille mœchanicus: sed insignis: ingenioq; promerit<sup>9</sup> non modo maximorū ducum gratiam: sed ipsius quoq; familiaritatem atq; amicitiam Ciceronis. Mulcebat ille oculos: mœchanic<sup>9</sup> noster aures uulnerat. Agebat ille quod placeret omnibus: hic quod nulli. Aut quis coquinæ magistrū indigne Apitium: suam litteris inferere disciplinam? Cur enim inter culinas non scribitur: inter latrinas scribitur? Cognatas res esse nomen arguit. Cur autē non inter epulas libri fiant: inter urinas fiunt: ad quas stilo celebrandas florentissima artium rhetorica captiua perducitur: & quæ populos moderat: inq; animis regum regnat: inter medicos ancillat? Sed quæso te philosophiæ atq; artium dñe: quo animo Tullius rhetoricam tot uoluminib<sup>9</sup> tātoq; studio tractasset: si futuram talis ingenij seruam sciret? Q; uere (non dicam serua) sed famularis etiam tua sit: si aliunde nescirem: abunde quidem artificiosus & hyblæo melle dulcior orationis tuæ contextus insinuat. Certe quod scholis omnibus est notum: rhetoricæ facultatis officium est: apposite dicere: ad persuadēdū finis persuadere dictione. Quāta autem illud arte facias: quāta hoc fœlicitate perficias: qui te semel audierit non ignorat. Sed ista suum locū inuenient: a primordijs inchoandū. Excuset autem prolixitatem mei sermonis: tuæ ignorantia magnitudo: de qua aut nihil oīno dici debuit: aut parū dici nō debuit.

De reprehensione aduersarij appellantis se medicū: philosophū & animarū curatorem: suamq; esse philosophiam dicentis: Ca. II.

**P**rima quidem libri tui pars: de teipso agit: qualis ue tu sis. Iam idipsum caute. Sciebas te incognitum nisi tabellionū more de teipso aliqd loquereris: atq; ita qua scriberes auctoritate constaret. Qui sim (inquis) perlecto hoc toto iam nosces opusculo. O magne uir: nimis humiliter de te sentis: Immo uero confestim accepto in manus opusculo noui te: quem & ante noueram: Sed nunc scientiam tuam omnē fundit<sup>9</sup> detexit: & ut scriptum est in psalmo: Denudasti fundamentū eius usq; ad collum. Quid autē de te dicas: quem te facias audiamus. Sum (inquis) medicus. Audis hæc medicinæ reparator Apollo u<sup>9</sup> amplificador Aesculap<sup>9</sup> Cōsequenē & philosoph<sup>9</sup>. Audis ista Pythagoras: q nomen hoc primū omnīū inuenisti? Flete repertores artium: fines uestros proterit alin<sup>9</sup> infulatus: non se modo philosophū: sed philosophiam suam iactans. Philosophia nostra inquit. Heu quid hoc est? Peiora sūt audienda si uiuim<sup>9</sup>: Iam (ut suspicor) ad finem sæculi p<sup>9</sup> pinquamus: Erunt signa ī sole & luna & stellis. Hoc signū in euāgelio nec fuit: quando asinus philosophabit: cœlum ruet. Quid uis dicam? Iam philosophiæ misereor si tua est: sed meo periculo iurare ausim: nescire te quid sit esse philosophū. At ne omnia unam in partē congeram: multa etiam nūc de hac re tecum loqui habeo. Præmissi autē hæc: ut scires apud me philosophū te non esse. Quid uero: quid deinde intulit audax stultus: se his artibus armatum: nō tantum corporis: sed animi uitia curaturum? Venite huc qui ægrotatis: sal<sup>9</sup> nō semper ex Iudæis est: adest semibarbarus sospitator. Et me superbum uocitas: Relege nūc epistolā illam meam: quæ te furere fecit & faciet mori: quādo ego uel philosophiā uel poesim meam: quando me aut philosophū aut poetam dixi: aut aliud quicq; q tuorum morū & ingenij contemptorem: qd mihi non modo licitum sed debitum rebar.

De iurgatoris confutatione q se rhetoricæ dominū appellet: Ca. III.

**U**erecunde se solius rhetoricæ magistrum dicit Augustin<sup>9</sup>: tu te philosophū dicis ac me dicum. Addis & tertiu: rhetoricæ dñm. Quartum licet addere: postq; titulis gaudes: Cloacæ es magna qdem (ut est apud Senecam) & profunda. En qd ad primam tui glorio si partem operis modo responsum uelim.

De eo q iurgator se philosophum dixerit: auctore aut arrogante: Ca. IIII.

**S**ecunda apologetici tui pars de me erat: cuius in cognitione si falleris: non miror. Quid enim non tibi alius uideri possit: cum tu tibi philosophus uidearis? Dixisti equidē: Philosophus sum. Tam hoc uerum q quod sequitur: tam philosophus tu:

¶ ego ambitiosus: arrogans: superbus. Nunquā mihi (fateor) cum populo conuenit: tanta tamen animi securitas est: ut iudicem populum non recusem: quos honores ambierim: & non potius spreuerim oblatos. Quid mihi unquā arrogauerim? Vbi supbe me gesserim? De qua re & dictum est aliquid: & plusculū dicere est animus.

De superbiā & libertatis differentia: Ca. V.

**I** Quare autē tibi iam: non ut aduersario procaci & infesto: sed ut homini: nescio tamen an rationis illum uestigium habenti: & dicā quod ut puto non intelliges: quoniam uicinārū rerum ne dum idiotis sed doctis etiam laboriosa discretio est. Sed dicam clarius quā dici soleat: ut si non intellexeris: cerebri tui non stili mei uitium accusetur. Audi ergo: Superbo libertas omnis superbia uidetur: sapiens uero inter superbiam fiduciāque discernit: & scit largiter referre quo animo quid dicatur aut fiat.

De iudicio uulgi inter superbiam & fiduciā: Ca. VI.

**H**ic ille uir optime sibi conscius: dum in publico peroranti populus obstreperet: Tacete inquit: Melius ego unus noui quid reipublicæ expediat quā uos omnes: quod ut animose: sic uere dictum: aliquos qui ad superbiam traherent fuisse: a uulgi moribus non abhorret: docti autem gloriosā fiduciā ascribunt.

A De Scipionis fiducia & sui ipsius laude: Ca. VII.

**S**cipio ille uir maximus: qui famosum primum agnomen ex Africa reportauit: capitalem causam dicturus: Primo quidem die sine ulla criminū mentione (ut ait Luius) orationem a deo magnificam de rebus a se gestis est orsus: ut satis constaret neminem unquam neque melius neque uerius laudatum esse. Quid ergo? Nunquid in proprio ore laus sordebat: Audiebantur inquit ab eodem: animo ingenioque quo gesta erant: & aurium fastidium aberat: quia pro periculo: non in gloriam referebant. Secūdo autē dicēdæ causæ die: dum artius urgeretur: non modo sordidam & obsoletam uestem reorū more non induit: aut submisisse iudicem misericordiā implorauit: sed cum forte reuolutis annis dies esset: quo ipse bello punico secūdo periculossimo omnium atque grauissimo supremam manum imposuerat: uirtutis ac felicitatis propriæ recordatus: & ob hoc conscientia fiducia euectus: uicticem capiti lauream imposuit: testatusque eo die litibus ac iurgijs abstinendū propter diei illius anniuersariū honorem quo ipse olim cum Hannibale & Carthagenensibus bene ac feliciter decertasset: agendasque potius deis gratias: precandosque ut populo Romano semper sui similes duces darent: desertis in curia accusatoribus atque iudicibus: fauente ac prosequente uniuerso populo Capitolium: & deorum templa triumphantis in morem circumiuit: non minus gloriosus ciuium quā fuerat hostium triumphator. Rem notissimam narro: tuis licet ab auctoribus non tractatam: Nec cuiquā dubium esse potest: quin inaniter effusa laudatio turpiter sonuisset: nisi eam natura rerū & quædam quasi uiri necessitas extorsisset.

B De excusatione auctoris que non arroganter scripserit: Ca. VIII.

**I**leonem latratibus excitatum dixi: si me omnia præter uirtutem & bonam famam solere contemnere: arroganter tibi uideor locutus: falleris ut in multis: Neque enim insolenter me locutum noueris sed fidenter: ut te ipsum uel graui rugitu expergefactus agnosceres. Quid enim putas aut quid ais? Nonne iam (precor) erubesceres: nisi ruborē tuus ille lethæus & imedicabilis pallor excluderet? Nonne iam tacitus saltē ac pallidus recognoscere incipis: quod dixisse tibi uerum uideor insolenter: quantū inter ingeniū & ingenium: quantū inter calamū & calamū intersit? Profecto autem ille quem mihi assumpsisse uideor uirtutis amor ac laudis: non ociosa iactantia est: sed eo pertinet: ut scias me ab ea quā mihi obiectabas adulatoris infamia remotum: cum cesset illa cupiditas quæ tuam & multorum linguas docuit adulari.

A Quæ liceat quandoque de se uirtutes prædicare præter arrogantiam: Ca. IX.

**S**ed hæc turpiter: quāuis uere proprio ex ore sonuerunt. Iam responsum habes: Tūc id uere diceret: quando nulla iusta causa: sed inanis tantū gloriæ studio diceret. Nūc non magis pro mei nominis quā pro ipsius defensione ueri dicta ferre debetis æquanimitas: & tibi parcere quod in me arguis. Cato ultime grauissime moris cæsor. Adde quod ego non mihi scientiā aut gloriā esse: sed eorum cupiditatē: neque me uirtutē aut bonā famā habere dixi: sed optare: uel quod minus est spernere: quod hic oro tantū superbū notas: nisi quia tibi res insueta

est aliqd præ pecunias optari uel a maris: Accingere qcqd potes calūnia: præ desideriū & affectū boni nihil mihi tribuo: qb<sup>o</sup> q caret: sibi & alijs iūtilis uiuit: si tñ dicēdus est uiuere: qui optimarum sensu rerum eget: pessimarū passionibus abundat. Accedit q̄ & hæc & si quid in me laudabile: aut si quid penitus boni est: quāuis id tibi doliture inuide i oculos in/ gesserim ut doleres: teste tamen conscientia: non inde me: sed auctorem omnis boni deum laudo: neq̄ in meipso glorior: sed in illo ad quem omnia refero: præter defect<sup>o</sup> erroresq̄ me/ os: quos mihi imputo: scit ipse me uerè loqui. Ecce ut in psalmo centesimo q̄dragesimo quar/ to ait Augustinus: Inuentū est quōd & me laudare possim & arrogans non sim.

Q̄ exemplo Aeneæ concessum sit ignorantī se cōmendare. Ca. X

**Q**uærum ut de poetis quib<sup>o</sup> ut canis ad lunā latras: aliquid imiscam: Apud Virgili/ um Aeneas de se interrogatus: inter cætera quid ait: Sum pius Aeneas fama super æthera notus. Idem apud Homerum respondisse nouim<sup>o</sup> Vlyxem. Ad hoc respon/ sum meū: tu atq̄ aliq̄ qui nihil de nobis loqui uerum simul atq̄ magnificū potestis: uel sup/ be dictum ab Aenea: uel turpiter fictū a Virgilio clamaretis: Sed doctiores excusant: quia scilicet ut ignorantem alloquens: laude propria pro indicio sit usus: & fuerit ea sibi necessi/ tas non uoluntas. Quid autem? Nonne ego etiam ignorantī se: ignorantī me: ignorantī omnia? Equidem si uel te uel me uel aliquid boni nosset: nunq̄ me nil tibi dicentem aut dicere cogitantem: nullam tui noticiam habentem aut habere cupientem: tam importu/ nis (ut repetam quod te premit) latratibus excitasset. Cuius te hodie puto pœniteat: sed pudor animi retrahere pedem uetat. Anxius itaq̄ ridiculusq̄ luctator: alienam q̄d mihi forsitan credis incognitam in tuis responsuiculis opem quæris: piget hinc percepis/ se: pudet inde desinere: ita tergiuerfaris incert<sup>o</sup> hæres: atq̄ ut est in antiquo prouerbio: Au/ ribus lupum tenes.

Q̄ aduersarius indignus sit ut libris auctoris inscribat: Ca. XI.

**Q**uam hoc loco præterire noluerim: q̄ inter superbias meas ponis: Indignum te mi/ hi uisum qui in meis opusculis scribereris. Vide autē quæso ne inter tuas poti<sup>o</sup> nu/ merandum sit si tibi contrariū uideatur. Scripsi aliqua nec desino: haud unquā de/ sinam dum hic digitus calamum feret. Sed omissis alijs: ne me rursum de meipso magnifice loqui dicas: Scribo de uiris illustribus: quale non ausim dicere: ludicēt qui legent: de quā/ titate pronūcio: haud dubie magnū opus multarumq̄ uigiliarū: etsi non ab auctore: certe a subiecta materia nominandū. Nihil ibi de medicis: nec de poetis quidem aut philosophis agitur: sed de his tantum qui bellicis uirtutibus aut magno republicæ studio floruerunt: & præclaram rerum gestarū gloriam consecuti sunt. Illic si tibi debitum locum putas: dic ubi uis inseri: Parebitur. Sed uerēdū est ne quos ex omnibus sæculis illustres: quantū hac ingenij paupertate licuit in unum contraxi: aduentu tuo diffugiant: teq̄ ibi solo remanente mutandus libri titulus: neq̄ de uiris illustribus: sed de insigni fatuo inscribēdum sit. Si autē dire me uelles: petendum potius ab Apuleio Madaurensi: ut in libro philosophiæ asini lo/ cum habeas: uel orādus Plaut<sup>o</sup> ut alicubi in Amphitrione te colloquet: ubi syllogismos tuos explicans: probes Byriam nihil esse: magnoq̄ animo contemnas q̄ in meis locus tibi desit opusculis: cum & alibi aptius esse possis: & ego nullum in tuis operibus locum quæram.

Q̄ ueneranda sit senectus bonis constituta fundamentis: & de stultis senibus: Ca. XII.

**I**llud quoq̄ locus hic exigit: q̄ certe sit tutum de ueritare tecum colloqui: q̄ trā/ quillum uide. Stantibus enim scriptis obstrepere & insidiari non pudet: quid fa/ ceres inter uerba uolantia? Quid est autem quod inter multa dixisti: me senectus/ tem detestari: Nihil hoc falso falsius. Nemo me reuerentior senectutis: nemo qui ætatis illā partem pluris faciat: q̄ eam æquiori animo complectatur: si iam adest: si appropinquat: ex/ pectet. Sed ita demum apud me uenerabilis est senectus: si ab honestis progressa primor/ dijs: gloriosum habet aliquid præter rugas: In libro sapiētiae: si qua tibi taliū cura esset: hæc sententiam inuenisses: Senectus inquit uenerabilis est: tecum sentiebat: nisi addidisset: Nō diuturna neq̄ numero annorum computata: ecce iam desentire incipit: Quid ergo? Cani sunt (inquit) sensus hoīs & ætas senectutis uita immaculata. Cato ille senex famosissimus q̄ ætatis hui<sup>o</sup> apud Tulliuū patron<sup>o</sup> ac laudator induciē: dū senectutē operosā semp̄ aliqd

agentem dixisset: Addidit: tale scilicet quale cuiusque studium in superiori uita fuit. Et iterum: In omni oratione (inquit) mementote me eam senectutem laudare quae fundamentis adolescentiae constituta sit. Si hunc philosopho reprehendis: me reprehende: secum enim sentio: nec contrarium dixi: prorsus mutare scripta mea non potes: quippe nec ego ipse qui condidi posteaque in publicum exierunt: mei iuris esse desierunt. Quid igitur dixi: Delyrare sapius solent senes: Hinc calumnia radix: sed praecede noli subsistere: lege quae sequitur: Non quod omnes: sed quorum iuuenilis aetas uilibus curis & obscuro artificio acta est. Id forte uerbo tu uerum negas: factum autem probas esse uerissimum. Itaque deum testor me nil aliud quam te unum dum id scriberem cogitasse: qualis enim senex esse poterit qui mentiendo: blandiendo fallendoque consenuit: Stultorum senum ingens copia est. Scis quare? quia sapientium iuuenium immensa penuria: qui autem inter uitia senuerunt: quo ad metham propius accedunt: eo magis infaniunt. Hos ego sapius delyrantes dixi: nec mirum si ex his in quibus usque in finem uiuitur senectus ultima uitae pars plus impressionis accipit quam reliqua: etsi densiores in unum sordes suo more descendunt: Propter eandem causam: qui in uirtute per omnem uitam delectati sunt: in senectute mirabiles retroacti temporis fructus legunt: Et tum maxime foelices sunt: dum esse desinunt ut incipiant esse perenniter. Hos autem constat esse rarissimos: horumque est illa quam dicis uenerabilem senectutem. Reliqui uero qui medium locum tenent ut plus minus uel in hanc aut in illam partem inclinati uixerunt: sic in senectute meliores aut peiores fiunt. Itaque mille uarietates: & morum infinita distantia: nec senum modo: sed iuuenum: quorum omnium naturas bene (nisi fallor) & Aristoteles in rhetoricis: & in arte poetica descripsit Horatius. Haec mihi nunc senum distinctio probatur: quae si tibi non placet: scribe aliam summe philosophorum quam in marmoribus incidam. Certe ut ad stultos senes redeam: nunquam tu prima aetate quamquam semper temeritate notabilis fueris: ausus fuisses garrere ista tam stolide: & si in animo habuisses: solet enim adolescentiae familiaris esse iracundia. Crede igitur mihi: nil stulto turpique sene molestius: cui & stulticia puerilis superest: & semel accessisse uideatur auctoritas.

Quod propter malos medicos noluit bonis detraxisse: Ca. XIII.

**A** Sed ego iam hinc ordinem tuum amplius non sequar: quippe qui nullo modo mihi uideor ordinatus dicturus: quam si longissime discesserim ab ordine libri illius: quem mihi serio ut asseris remisisti: ut aperte conicerem qualis tibi repentinus ac tumultuarius stilus esset si lucubratus ac serius talis est. Pessimum quidem imprimis hominum genus summoque studio declinandum quibus est stulticiae mixta calliditas: Quia uero huiusmodi aduersario mihi negotium sciebam: satis ut puto: ne quam tibi iustam mordendi materiam loquendo tribuerem circumspexi. Crebro igitur dixi: non me medicinae detrahere: sed tibi loquor improprie: nihilo detrahi nihil potest: sed intelligitur quid uelim protestationem humilem ac ueram superbe medax rejicis. Credo non aliam ob causam nisi ut indignitate ipsa excuas & irrites ad dicendum quod dixisse nolim: nunquam tamen efficies ut odio turpium: pulchra contempnam: quin contra medicinam ipsam mihi feceris chariorem: quam tu eam dehonestas ac polluis. Scio ut dixi non inutile artificium auxilioque caduci corporis iuentum: quid hoc prohibet: illudque simul uerum esse: te cum tuis falso illam uolare cognomine: Sophista ridicule aequitatis argutor: aequum laudas: extra propositum uersaris. Sed nullum excipio: Immo aliquos. Et quos iquies: Ad tribunal praetoris urbani res agant: quis me ad hoc coget respondere si nolim: Non est nunc alijs gratificandi locus: tecum mihi res est: noui mores tuos: quos si tu aequae nosses: odio tibi esses: si scribam quod sentio copatriotis aut amicis meis: me blanditum dices: nihil est enim quod non simile sibi fingat uilis ac uenalis animus: qualem se nouit: tales alios opinatur: qua nulla inter homines caecitas maior: mensura uel fra fatui cuncta metimini: nec gigantem nanus aedificans nec formica cogitat elephantem: Aliquot nisi fallor medicos ueros noui & ingenio & ea quae in omnium artium arte ponenda est discretionem pollentes: quibus ut arbitror eo molestior es: quo te pressius intuenes: & professionem suam tua non ambigunt ignorantia deformari. Esto autem nullos norim medicos: nullos exceperim: quid uetat esse aliquos ignotos mihi: praesertim studijs longe alijs uacanti: & sanitatem corporis debenti: non medicis sed naturae: Vt cumque res se habeat: nihil ego aut aduersus medicinam aut aduersus ministrum eius locutus iueniar: licet ut soleo cuiuslibet artificij corruptores: lingua forsitan liberiore percusserim: Quorum in turba te latitante & incognitum uulneraui: Parce oro philosopho: non te sed ignorantiam persequabar: eaque non omnem calcanda est enim ignorantia supborum: humiliu subleuanda: Si in hac infectione publica, singulariter es

læsus:ueniam merui:quia ignorans feci.Gaudes nunc superbe quasi affusus supplicem:ri/ deo potius ineptias tuas:ignorantiū infamiam ad te trahis:cum tibi doctissimus uidearis: Immo uero ignorantiæ tibi conscius:ex me quicquid ignorantiæ obijcitur:tibi merito dictū putas:& qđ dissimulādo fieri poterat alienū:impatencia tuū facis.

Qz paucitas bonorum medicorū non est ad artis infamiam sed gloriā:& do/ ctos potius exhilarat qđ perturbet.

Ca. XIII.

**Q**uid uero si paucos medicos:quid si paucissimos dicam:Non hoc ad artis infamiā sed ad gloriam spectat:Nōne debuerat generosus animus difficultate non territus:sed accensus:ad ipsum nomen gloriosæ paucitatis assurgere:seq; in partem raræ laudis accitum credere: Sed certe id nō omnibus datum est:& paucissimorū prorsus ingeniorū ea raritas est amica.Quā ob rem ubi nobilis exultasset spiritus:plæbeius ingemuit.Cur quæso: An & hic fallor:An mentior:Profecto non solum hodie sed semper raros ingeniosos:rarissimos sapientes fuisse nemo dubitet:nisi qui nunq̄ oculos uel in ætatem suam intenderit:simul ad antiquam reflexerit.Stulte:uolo qui sis excidat:stulte inquā & insane:uix ulla unq̄ ætas uel ingeniorū uel uirtutum fuit egentior qđ nostra:sive id culpis hominū accidit:sive fato:si tamen eo nomine uti licet:& non rectius dei uolūtas seu prouidētia dici debet in sermone catholico:sive deniq; qđ tu fabulam putas:mūdos iam senescēs & ad extremū uergens:more senescentis hominis piger ac frigidus in sua opatione lentescit:& tamen hac ipsa ætate nulla ingeniorū penuria præstabit:ut tuo ingenio locus fiat:frustra te contentionibus implicas:frustra te ingeris duello non tuo:quasi aut ego (qđ nunquā cogitau) medicinam uerbis aggrediar:aut ipsa nō a quolibet opprimi malit:qđ a te defendi:qđ eam & exercendo uiolas:& opprimis defendēdo.Incassum ergo niteris:nullus usq; famæ tuæ locus est:nemo te clamoribus tuis noscet:nisi quos elusos uerbis inanibus aut pegrinis medicamentibus infectos:tui memores in perpetuū effecisti.

De excusatione auctoris erga aduersariū incusantem eum aliqua scripssisse: afferentis etiam se non hic de medicis loqui sed de ipso aduersario: Ca. XV.

**D**uo hic anteq̄ ad maiores illos tuæ criminationis insultus ueniam:leuiter exufflāda sunt:quæ dixisse me fingis:an somnias.Nonnunq; cōtra uerū medicos certare: eosq; non semper curare.Vtrunq; enī magnis sudoribus excusas.Sed ubi precor id dixi:Excute epistolam meam:qđ puto propter uertatis odium grauius facis.Certe ego illā relegens:horum nihil inuenio:& de medicis quidem alias:de te mihi nunc sermo est: hostis hippocratis:pestis ægroꝝ:dedecus medicorū:de te mihi nunc sermo est.Dico igitur si non dixi:non te contra ueritatē interdū de industria uel iocandi experiēdiq; studio certare:in qđ stultissime gloriaris:sed sola semper ingenij cæcitate:neq; te interdū non curare:qđ cupide profers quasi clypeum iusticiæ pestilentis:sed passim sanos ī morbū:ægros in mortē agere.Hoc dico.Ad hoc mihi respondeas uelim:hoc rhetoricæ seruæ tuæ patrocinio excuses.Si enim negas:cōtentiōe dimissa:populū testem uoco:Nota quippe negantibus ut ueritas in gerenda:sic subtrahēda est uerbosæ altercationis occasio.

Quomodo imperitus medicus homines a mortuis suscitet:& quare populus illi credat: Ca. XVI.

**S**cio quid nunc cogitas:Popellus infelix & consilij semper inops:frustra tot malis admonitus ad te redit:Quem igitur ignorantia tuæ in testimoniū adduco:Nēpe non alium:neq; sententiam muto:utrūq; uerū est:infcitiam tuam populus nouit expertus:idem a te poscit auxiliū.Gaude stulte insolens medicus:iam nō medicus tantū:sed deo simillimus euasisti:De quo scriptum est in psalmo:Cum occideret eos quærebant eum. Ille quidē suscitare poterat:& tu potes ut dicis:Quid enim sonat aliud qđ inter inanes ridiculasq; iactantias effudisti:Vestra sæpe opera homines uelut a mortuis suscitatos:quātū abfuit quin te deum faceres: Sed expecta:ego te ante huius ludi finem in concilio deorū ponā:& diuinitate tua dignum si potero nomen inueniam:Nunc propositū sequor:Impune occidis ergo cū suscites: Sed omissis prophanis & sine carentibus nugis tuis:Cur hoc populus faciat:si me roges:Facit hoc prudenter ut reliqua:Sapiētis est uerbum:Stultorum infinitus est numerus:eorum uero quæ a talibus fiunt frustra ratio inquiret.Si penitus causam petis: Illa uere est quam affert amicus medicorum Plinius:quem tu spernis ignotum:&

quam ego olim posui in epistola illa ad Clemētem papam: unde tota ista lis oritur. In hac enim ait: sola artium euenire: ut unicuiq; se medicum proficēti statim credatur: cum sit periculum in nullo mendacio maius. Mox ex persona populi loquens: Nō tamen inquit illud intuemur: a deo blanda est sperandi pro se cuiq; dulcedo. Hæc est causa quæ te populo quē interimis forte commendat: notissimosq; defectus tuos cogit interim obliuisci: dum ab ardentibus optantibus incōsulteq; sperantibus salus quærit. Vbi mors est: tāta est spei humana pertinacia: sic inanis miserorū regnat obliuio: qua frātus multos ante diē in tātara præmisisti: qui si redeant: illi maturam de te potuerint ferre sniam. Sed inde quidē tur<sup>9</sup> es: irremeabilis est regio: nolo tamen speres latere superstites: notus es publice: & puto doctos frustra tēptabis: cæterorum strages mīme flēda est. Qd si forte doctos aliquot turbæ miscueris: & iccirco dicas illos a mortuis suscitatos: quoniam ut ait Cicero: hæc nostra quæ dicitur uita mors est: Et quia huius uitæ finis melioris uitæ principiū est bonis: plane uer<sup>9</sup> esto me plaudente philosophus: Sed absit ut tale aliquid cogitare ualeas: aut loqui. Illud itaq; uerius: Omnes qui euadunt tribuis tibi: omnes qui pereūt naturæ: ut semper habeas unde glorieris & gaudeas. Miseris autem tuis nunq; desint unde tristentur & lugeant.

Ad quid dialectica homīni sit necessaria: & q̄ stultū sit senescere in ea: de cōmendatione quoq; philosophiæ quæ uēdi non potest: q̄q; aduersarius similior sit upupæ q̄ philosopho: Ca. XVII.

**A** **Q**uid nūc dicā ad reliq; Multas tremulās snias in me uibras: mltā leuiū yborū tela cōtorques: Quis nō metuat cū tāto hoste cōcurrere: Nihil (scito) nisi yborū tuorū foetores metuo. Si tibi iproprie locutus uideor: q̄ uerborū dixerim foetores: Cæsari parces Augusto: quē sic loqui solitū scim<sup>9</sup>. Dicis imprimis me carere logica: Nō credo mihi rhetoricam aut grāmaticā interdicas: quæ logica nomine cōtinet: q̄uis & id iure tuo posses. O summū totius specimen barbarissimi: sed eam solam ī qua te longe præcellere syllogismi tui ostendūt: mihi subtrahis dialecticā quam logicam uocas. En crimen O iudices: qd si fateri libeat: possim illustres philosophos proferre hanc ipsam qua carere arguor dialecticam irridentes: eadēq; possim apud Ciceronem ostendere: clarissimā philosophorū sectam ueteres peripateticos caruisse. Sed o stulte: non hac careo: uerum scio quid ei: quid cæteris liberalibus artib<sup>9</sup> dādum sit. Didici a philosophis nullam earum ualde suspicere: Equidem ut eas didicisse laudabile: sic in eisdem senescere puerile est. Via nempe sunt: nō terminus nisi errantib<sup>9</sup> acu agis: quibus nullus est uitæ portus: Tibi nobiliorem terminū nō habenti: terminus est quicquid occurrit. In summo te foelicitatis gradu situm reris: quotiens unū forte fragilem syllogismū: & nihil ex nihilo cōcludētē: multa cerebri uertigine tota in somni nocte texueris: Tūc in corde tuo dicis insipiens: Non est deus: neq; est altius aspirādum. Quid enim scim<sup>9</sup>: Plato & Aristoteles magni uiri: mundum faciūt æternū: Democritus innumerabiles mundos facit: Epicurus deum nullum & mortalem animam: hanc Pythagoras in gyrum ducit: Sunt qui eam contrahāt ad suū corpus: Sūt qui eam spargāt in corporib<sup>9</sup> animantū: Sūt qui coelo reddant: Sunt qui circa terras exulare cogant: Sunt qui inferos asserant. Sūt qui negent: Sunt qui unāquāq; per se: Sunt qui simul omnes animas creatas putent: Fuit & qui mirabilis quiddam dicere auderet: siquidē unitatem intellectus attulit: dux uester Auerrois: hæc tecum dicis: si tamen nosti hæc: Et addis: quis inter ista discernat: Quid mihi autem (nescio quis Christus) cōminat: quem ipse Auerrois diffamauit impune: qd nemo unq; poetarum fecit: quid autem tanto uiro catholici simplices respondebūt: Qui si ad contentionē uentum fuerit: syllogismorū cumulis obruent. Ecce ego qui nudius tertius nihil eram: iam magnus esse incipio: iam syllogismos facio: iam dialectica mea est: ad quid aliud natus eram: Habeo qd petebam: iam disputare non uereor collocutorēq; meū si libet asinū probo: Crede autem mihi: multo facilius te ipsum. In hęc ergo male nate homūcio senuisti: nec pudet uiuere: nihil in uita aliud agentem: Discite miseri non spernere Christum: sæpe ille nobis quis esset: & quid posset ostendit. O infœlix uilē tibi metham dialecticam statuisti: ad quam tamē mira iurgatoris infania: cum nūq; p̄pinuaueris: peruenisse te putas. Sed pueneris: sed a tergo liqueris Chrysiippum: quid inde tibi nisi miserum pudendumq; Quid enim stulticia peius: & quæ stulticia maior q̄ totos dies iter puerilia uolutari senem: dumq; sero domū redeas nihil scire: atq; has ineptias nō ante dimittere q̄ tibi conclusiūculas meditāti: raptim mors improuisa concluderit: Illā cer-

te præmeditari: cōtra illam armari: ad illius contemptū ac patientiā componi: illi si res exigat occurrere: & pro æterna uita: pro fœlicitate: p̄ gloria: breuem hanc miserāq̄ uitam alto animo pacisci: Ea demū uerā philosophia est: quā quidā nihil aliud q̄ cogitationē mortis esse dixerūt: Quæ philosophiæ descriptio q̄uis a paganis inuenta: christianorū tamē est propria: quibus & huius uitæ contempt⁹: & spes æternæ: & dissolutionis desiderium esse debet. Quæ si tu qui te tumido uocas ore philosophū: uel semel in ætate tam longa senex delirantissime cogitasses: nunq̄ aut te philosophū dicere aufus esses: aut ibi gressum uitæ figeres ubi nūc figis: aut artificium tuū qd̄ uerbis attollis: rebus opprimēs: tam parua te ipsum pecunia turpiter uenditares. Philosophi enī (si nescis) pecunias spernūt: Philosophiā uenalem facere non potes: quis enī uendit qd̄ non habet: Si tu eā haberes: nō tu illā ideo uenalem faceres: sed illa te uenalem esse nō sineret: Nūc nec ipsa te honestat: nec tu eam: sed non men eius turpi auaricia dehonestas. Audis me sophista uētoſe: parce quāſo logice nobilis: parce si te sophistam uoco: res ipsa me cogit: ubi enī res uideo: uerbis contrarijs fidem non habeo. Cornutum mihi enthymema p̄ducito: admoue ad eculeū: cogere poteris fortassis ut fatear: ut assentiar: nunq̄ coges q̄ ego te philosophū credam: cum mercennariū mœchanicum sciam. Repeto libenter hoc nomē: quia noui q̄ nullo magis ureris cōuitio: non casus: sed sciens sæpe te mœchanicū uoco: & quo grauius doleas non primū: percontare qui mœchanica litteris mandauerūt: ab illis digito tibi monstrabit locus tuus: tu tamen respuis & philosophus uis uideri: qd̄ ut assequaris (ludus risu comico p̄sequēdus) non semel methodi uocabulo usus es. O callidū ingeniū: ad optatum compēdio peruenisti: iam philosophū te alij forte dicent: ego aut non: si singulas lineas methodis multis infartias: philosophū te putabo. Inest equidem (fateor) sæpe etiam stultorū animis gloriæ quædam præceps & inconsulta cupiditas: hanc tibi detrahare non possum: Est enī uoluntas indomita præcipueq̄ dementiū. Id scito certissime: nec esse te philosophū nec uideri: Proinde omniū sophismatū & totius logicæ auxilium implora: mihi prius upupam q̄ philosophū te p̄babis. Miraris indocte: & qd̄ mihi inquis atq̄ upupæ simile est: Nil p̄fecto similis: Volucris galeata est: cristatq̄ uerticis: & quæ pueris aliquid uideat: re autē uera impurissima est auis uictusq̄ fœdissimi: Nolo aliquid obscœnū loqui: non quidē propter te: qui non horres earū rerum mentionē quæ odorib⁹ delectaris: sed propter eos qui legent ista uel audiet. Sciscitare aliquem qui naturas rerum nouerit: dicet tibi auis illius cibos. Inde te moreq̄ tuos inspicere: teq̄ ipsum noli fallere: nulla enī perniciosior: nulla capitalior fraus est: q̄ quæ p̄prium fallit auctorem: uidebis te eisdem quib⁹ illam rebus alij. Oro iam upupa: noli philosophari: citius philosophabit asellus. Certe præclarus Platonius Apuleius: cuius supra memini: q̄ accepto ueneno asinū factum se (ut ait Augustin⁹) aut iudicauit aut finxit: in eo statu philosophatū se iocando cōmemorat: philosophantē upupam nulla habet historia. Eia upupa fac quod soles: rimare tumulos: cætera sileo: philosophiam linque philosophis. Putabas te philosophū: fallebaris: Philosoph⁹ (qd̄ ipsum nomen ostendit) sapientiæ amator: tu pecuniæ seruus es: Sentis logice q̄ sint ista contraria: sine magno apparatu conclusum arbitror esse te aliud q̄ putabas.

De pallore medicorū: probat etiā iurgatorem non esse philosophū: Ca. XVIII.

**Q**uid autem in somnijs philosophādo non audeas: qui colorē medici negando præstringere oculos: uel excusando rationē hebetare non sis ueritus: Imprimis pallorē negas: ita nec oculi nobis sunt: nec speculū tibi. Deinde si pallor sit: illū reipublicæ imputas: nec excusasse content⁹ gloriari incipis: quasi philosophicum sit pallere. Quæ dulce deus bone uerum philosophiæ nomen est doctis: cum falsum tibi tam dulce sit: ut in tā ludicra te philosophice coloratū dicas: Certe pallorem amanti⁹ magister amorū tribuit. Vnde est illud: Palleat oīs amans: color hic est aptus amāti. Et illud alteri⁹: Tinq̄ uio la pallor amantiū. Sed uester longe alius pallor: & ut statim audies aliūde p̄ueniens: Hūc pallorem non ego: non unus aliquis scriptorū ueterum: sed res ipsa uobis tribuit & opinio omniū mortaliū: & cōmune prouerbiū: Hūc tu negare uis: & quia non potes: ad philosophos trāfers: quasi consorte uitii leuatur⁹: At qui philosophorū principes utriusq̄ linguæ præclara facie fuisse uulgatū est. Non tamen hæc magnificatio: sed quæcunq̄ fuerit philosophorū facies: tu ne te rursum ingeris impudentissime hominū: tu ne mihi toties philosophorū coctibus excludēdus occurris: Respondebo igitur rursum tibi: qd̄ cuidam tui generis respondit facūdissim⁹ quidam uir: Barbam inquit ac palliū addam: ego si libet & ægritudine

& pallorē uideo: philosophū nō uideo. Elegās plane respōsio: Quid enī ad philosophiā habit<sup>9</sup> corpis aut color? Habit<sup>9</sup> colorq; (ut ita dixerim) animi requir<sup>9</sup>: Tu de philosopho præ opinionē tuā ppriā ac ridiculā nihil habes: Nō famā certe: nō aspectū quīuis palleas: nō incessum: Ille fatuū poti<sup>9</sup> quā philosophū repræsentat: male tut<sup>9</sup> esses inter canes: si tā bñ lepus aut ceru<sup>9</sup> quā fatuus uidereris. Postremo eorū quæ cert<sup>9</sup> pbāt philosophū: nil habes: nō uitā nō animū: nō mores: nō ingenū: nō linguā: Vides quā nullo modo sim passurus ut nomen philosophi usurpādo cōmacules. Persuasisti autē tibi ut intelligo, prsus te esse magnū aliqd: Bene ē: satis est tibi qdē ut gaudeas: nobis ut rideam<sup>9</sup>. Sin etiā ut credam<sup>9</sup> uis efficere: factō est opus: philosophiā pars nobilior in reb<sup>9</sup> est: quā te contemptorē reŕ caducaŕ uidero: cul torēq; uirtutū: studiosum uerā laudis: pecuniā negligentē: inhiantē cœlestib<sup>9</sup>: a latrinis diuitū exulantē: tūc credere potero qcqd uoles. Porro enim ut Platonē sequēs ait Augustin<sup>9</sup>: Si sapiētia deus est: p quē facta sunt oīa (sicut diuina auctoritas ueritasq; monstrauit) uer<sup>9</sup> philosoph<sup>9</sup> est amator dei: Tu igit amens uage: intra cubiculū tuū redi: ibi philosophū illū quære: quē tam temerarie pŕfiteris: nusq; inuenies: Verū ista cœlestis & tibi haften<sup>9</sup> inaudita philosophia est. Agam<sup>9</sup> itaq; iuxta uetus puerbiū: pingui Minerua: sic enī pingne tuū poscit ingenū. Si cōmunia illa terrenā philosophiā: aut si qd eorū præfiteris: dign<sup>9</sup> esto q iuxta Platonē seideas: Aristotilē doceas: Socratē celebres: cū Xenophonte contēdas: Nūc uero iops omniū quæ philosophū faciūt: qua fronte philosophicū nomē tibi: siue (ut cœpto haream) uenerandū nocturnisq; contractū chartis philosophici oris arrogas pallorē: tuus nempe diurnis peluib<sup>9</sup> cōtract<sup>9</sup> & marcidus pallor est: quē si tibi uel amicitia affectus: uel paupeŕ miseratio: uel quā tu fingis reipublicæ charitas aspersisset: posses nō modo nō infamis sed gloriosus etiā uideri. Nūc modici fames auri: p oēs cloacas misereŕ trahit: & talē facit ut teipsū si uideres horrere merito possis ac fugere. Noli ergo reipublicæ: sed cupiditatus tuis ascribere: q; talis es: neq; studiū infamare sed uitā tuā: Proculdubio enī acutissime philosophē: uerā rei causam in aperto positā nō uidisti: & uis uidere qd in imo uisere: ac si brarū lateat: qd ante oculos nō uidēs. Ostendā tibi ego q nō sum medicus & logica caro: palloris tui causam: quā uerā esse scies uel inuit<sup>9</sup>. Is p loca atra: liuida: fœtida: pallida: undātes pelues rimaris: ægrotantiū urinas aspicias: aurē cogitas: Quid hic igit miri est: si tot circum pallidis: atris ac croceis: ipse quoq; sis pallidus ater: ac croceus? Et si grex ille quondam puidētissimi patriarchæ colorē traxit obiectu uirgarū uariarū: quid noui accidit si tu quoq; expectas: ut ab auro dicā: Immo uero ab obiectis: multū distuli: & libenti<sup>9</sup> tacerē: sed materia uerū nomē exigit: quod si sæpe in litteris sacris ē: semel i his scriptū tolerabit: ab obiectis inq; stercoreib<sup>9</sup> & colorē & odorē traxeris & saporē

Francisci Petrarchæ Liber Inuectiuarū Secundus Explicit.

Sequitur Annotatio capitulorū Libri Tertij eiusdem.

- Ca. I. Qz poeta ab omnibus catholicis scriptorib<sup>9</sup> recepti sint: & q poetica neq; mulceat  
 Ca. II. Qz poesis sit necessaria. (neq; fallat.)  
 Ca. III. Qz poesis inter liberales artes recipiēda sit: licet in earū numero non exprimat.  
 Ca. IIII. Qz poetica sit scientia: licet uocabula tempore mutantur.  
 Ca. V. Qz prætātissimi uiri poetica uacauerint: deq; laude uerā philosophiā: ac poetis scānicis: quare etiam boni philosophi rari sint.  
 Ca. VI. Qz inuidia non sit inter poetas: & q obscurus stilus in eis non sit reprehensibilis.  
 Ca. VII. De antiquitate poetarū: & quare nō palā pluralitatē deorū redarguerūt: q; eorū  
 Ca. VIII. Qz poetarū lectio iuuenibus sit fructi, (error sit communis cum philosophis. fera: & quō auctor senex a lectione illoŕ cessauerit: nō q eū poenituerit: sed quia suæ ætati superuacū: & meliorib<sup>9</sup> studijs se implicuerit.  
 Ca. IX. De eo q inepte iurgator libellos auctoris homelias uocet.  
 Ca. X. Qz Rhetorica nō sit serua medicinā: & q medicus neq; rhetor neq; orator aut poeta sit sed parabolanus.

Francisci Petrarchæ Poetæ Oratorisq; Clarissimi: Liber  
Inuectiuarū in medicū obiurgantē Tertius Incipit.

Q; poetæ ab omnibus catholicis scriptoribus recepti sint: & q; poeti/  
ca neq; mulceat neq; fallat: Ca. I.

**Q** Ut ego fallor Hippocrates & Aristoteles secūde: aut i hoc certam ine qd  
tecū cōuitijs tuis cogētib<sup>9</sup> suscepi: prima iā leuis armaturā tuā acies fu/  
sa est. Venio nūc ad armatos & graues syllogismos: cuneos: In qb<sup>9</sup> uelut  
in eqtatu electo: totā uictoriā spem reponis: ut hic quoq; qd possis appa/  
reat: Vbi illud primū occurrit q; unū demētiā tuā sufficiēs argumentū  
erat: qn̄ digressus a medicinæ laudib<sup>9</sup>: quæ sunt multæ: nisi tu eas nō tā  
loquēdo q̄ rudendo minueres: subito furore corrept<sup>9</sup> sine ulla causa ir/  
ruis in poetās: & more tuo nota atq; ignota pmiscēs: iteꝝ cogis ut rideā. Ante oīa qdē post  
sem calūniā tuā paucis uerbis eludere. Poetas impetis: quid ad me? Poetæ respōdeant: uel  
qd est recti<sup>9</sup> contēnāt. Nō enī aut tu tanti es: ut tibi sit magnopere resistendū: aut poesis auxi/  
lio meo egeat: aut ego me poetā facio: Neq; enī me tali dignor honore: ut ē apud Virgiliū: &  
si tu me dicas: aut alij poetā forte dicere uoluerint: nihil tñ oīo mihi tecū poetiçæ rei est. Sed  
qm̄ hoc in alijs meis ad te litteris cape nequiuisti: & ingenio fatigato nōnunq; diuirticula  
huiusmodi: & cū stultis quoq; colloquia grata sunt: insistā nō moleste: audiāq; q; qd i septi/  
re liberuit. Illud primū quæro: cū lingua illa temeraria & pigra & uiscosa & pharmacis deli/  
buta multa ructuaueris i poetās: q̄si uerā fidei aduersos uitādosq; fidelib<sup>9</sup>: & ab ecclesia dei  
relegatas: Quid de Ambrosio: Augustino & Hieronymo: quid de Cypriano Victorinoq;  
martyre: qd de Lactantio cæterisq; catholicis scriptorib<sup>9</sup> sentias: Apud quos nullum pe/  
ne mansurū opus sine poetāꝝ calce cōstruit: cū cōtra fere nullus hæreticorū poetiçū aliqd  
opusculis suis inseruerit: seu ignorātia: seu q; ibi suis errorib<sup>9</sup> cōsonū nihil esset: Quis enī  
deorū noīa mltā cōmemorēt: qd tempore q̄litate: gētiūq; poti<sup>9</sup> q; suū iudiciū secutos fecisse  
credendū est: qd ipsum & philosophi fecerūt: q; ut in rhetoricis legim<sup>9</sup>: deos esse nō arbitra/  
tur: tñ poetāꝝ clarissimi unū oīpotentē: oīa creantē: oīa regentem opificē reꝝ deum in suis  
opib<sup>9</sup> sunt cōfessi. Respōdebis aut nescire te qd apud catholicos agat: quippe q; Galieni te/  
rapentiçā tñ legas: quā nō legisse me dicis. Ad qd illud Marij ducis eximij responsum acci/  
pe: Neq; litteras græcas inqt didici: paræ placebat eas discere: quippe quæ ad uirtutē docto/  
ribus nihil p̄ferāt: certe si te tua illa terapētica uel meliorē uel doctiorē uel saltē corpe sanio  
rem effecisset: dolerē me eas litteras nō legisse: Nūc dū te intus & extra contueor: multū uel  
iudicio uel fortunæ meæ gratulor: per quā ab ea lectione remot<sup>9</sup> sum: quæ te talē fecit: si ta/  
lis mihi futura erat q̄lis est tibi. Sed ad poetās redeo: Quæ sit poetiçæ utilitas: & qs finis in/  
terrogas. Larga qdē nec in amœna forte nec inutilis respōdēdi materia: poterā si nō tibi sal/  
tem uero satisfacere: & pauca tibi non ut intelligeres: sed quia quasi uerba p̄ijcere: sed  
nō finis: & more lymphatici festinā: quæstionē ipse tuā præcipitanē absolui: alijs qdē plu/  
rib<sup>9</sup> & unctiorib<sup>9</sup> uerbis: Sed hac plane sctētia finē poetiçæ statuēs ualde mirabilē: mulcē/  
do fallere. Non sunt uates unguentarij: mulcere & fallere uestrum est: sed his satis supra re/  
sponsum puto.

Q; poesis sit necessaria: Ca. II.

**Q** Vo deinde: q; philosoph<sup>9</sup> noster ruit: poesim nō necessariā. pbat syllogismo terribi/  
li: pudet inferere: nihil i meis litteris uelim tam friuolū inueniri. Verte eū tu q; mul/  
tis. hūc mēsis<sup>9</sup> fabricatus es: p̄babitq; cōtrariū. Malo tñ nihil imutes: p̄ficialq; qd  
intēdis: hoc uelut: hinc tecū sentio ipsiq; tecū sentiūt poetæ. Quid enī aliud uult Flacc<sup>9</sup> in ar/  
te poetiçæ: clarissimis qdē uerbis: sed quæ tibi barbarica uideant: ideoq; illa nō inserui. Cæ/  
terꝝ ut in re ipsa tecū sentio: sic in causis effectibusq; dissentio: nec solus ego: sed ueritas: neq;  
enī p̄pter causam quā tu putas: nō necessaria poesis est: neq; ex eo q; nō necessariā fatemur  
sequi qd tu putas. Loc<sup>9</sup> reqrere uidei: ut repetā eā quæ mihi ante multos ānos fuit cum  
qdā dialectico sene Siculo: similē quæstionē grauissime qdē: sed tñ aliquāto tolerabil<sup>9</sup> des/  
lyrāte. Ille enī stili cōscius scribere nō audebat: Tu ad omnē stulticiā p̄mp<sup>9</sup> ac præceps: au/  
deres ipsum uerbis inuadere Ciceronē: aut ipsum scriptis lacerare Demosthenē: modo ali/  
qd uideri posses: q; uis imparia temptare certamina præruptæ temeritatis homullule nō ti/  
meres. Abstinebat ille igi<sup>9</sup> scriptis: hoc saltē uerecūdiæ inerat: multa tñ ad unū amici mei au/  
bb 2

rem quæ quætidie murmurabat: quæ ad me usque huc ipsi amici calamo proferebant. In multa quædam hoc erat quod ex te nunc audio: mime necessariam poesim: quod cum nemo presertim negasset: conclusit ille entymemate claudicare & rauco: ut illum, profus ex verbis aut scholarum aut præceptorum tuum suspiceret: & ait: ergo ignobilis & indigna. Idem uel dicis certe uel cogitas: quid enim aliud sibi uult operosa illa & futilis & ante medium fessa deductio? Sed quod uni fatuo dicitur sufficit dixisse multum. O isane igitur: putas necessitas artium nobilitatem arguat? Contra est: alioquin nobilissimum artificum erit agricola: Sutor quoque & pistor: & tu si macrare desieris in precio eritis. Absit: nulla uos necessitas in precio ponet: nulla faciet non esse mechanicos. Nescitis quod seruus domesticus sæpe quod uilius: eo magis necessarius. Clibanarius & lanista quæ necessarii sunt: quæ uiles? Citius philosophiarum scholis & militari cingulo: quæ macellum & balneum sit caritura plumbecula. Ite nunc dialectici senes: ex necessitate nobilitatem arguite: si uideret: nisi forte aliud sentitis in rebus uita sensu & ratione carentibus: temptate hic etiam si libet uestræ artis effectum. A sinus magis est necessarius quæ leo: gallina quæ aquila: ergo nobiliores? Ficulnus magis necessaria quæ laurus: mola quæ iaspis: ergo nobiliores? Male concluditis: falsum dicitis: puerili loquimini: quod naturæ uestræ & moribus & studio conuenit: non ætati: idiotarum paces in ore semper habetis Aristoteles (quæ credo) in ore uestro quæ in inferno esse tristis ducat: & puto dexteram suam oderit: qua illa scripsit: quæ paucis intellecta per ora multorum ignorantium uolitarum. Ille certe uestram conclusionem uelam non probabat: ubi ait: Meccario res quæ de omnibus dignior uero nulla: Locum non signo: nam & famosissimus locus est: & tu Aristotelicus insignis.

Quæ poesim inter liberales artes recipienda sit: licet in earum numero non exprimat: Ca. III.

**Q**uod uero poesim inter liberalia non admittis: potes id quædam philosophiarum atque artium dominum iure tuo: sed te Homerum ac Virgilium precant: ut eos saltim a mechanicis non excludas: cum (quod dissimulare non potes) sis & ipse mechanicus: hoc tantum refert quod philosophiam tuam esse tu dicis: mechanicum te esse dicunt alij. An in ordine uestro poetas non recipis: si eos etiam inde repuleris durus eris: Verum ut omittam iocos: numeros liberales artes: nunquid ibi (non dico medicinam quæ alibi habitat & inter mechanicas septa est) sed ipsum philosophiarum nomen inuenies: sæpe inter magna non poni: cuiusdam eximie magnitudinis argumentum est: Da bo tibi illustre exemplum ex historiis: Audires credo libenter fabellas: quas post cenam ante forcum de orco & lamis audire soles: sed annis certe iam non puer si potes assuesce melioribus.

**B** Apud Titum Liuium: Hannibal ipse uir profecto in sua arte doctissimus: dum interrogat quos fuisse bellorum duces omnium gentium clarissimos extimaret: Alexandrum Macedoniarum regem primo: Pyrrum Epirotarum secundo: & (quod ei de qua multa dixi fiducia non superbie fuit) sese tertio nominasset: Admonitum cur Africanum a quo uictum eum esse constabat: præterisset: Ita certe respondit: ut apparet eum non obliuione uel inuidia: sed ad singulare laudem: inter magnos maximum siue in maximis incompatibile siluisse: & Africanum & grege aliorum imperatorum (ut ipsi Liuij uerba ponam) uelut inextimabile secreuisse. De qua re multa dici possent: sed intelligenti satis: non intelligenti autem nimis est dictum.

Quæ poetica sit scientia: licet uocabula tempore mutent: Ca. III.

**A**d omnes quædam eas nugas ad quas Aristoteles trahere uis inuitum: non respondeo. Pudet enim me tui nimis in periculo ignorantiam habes: sed fidelissime unum dicam: nescire te quid sit tragœdia: aut quid de tetrametris in iambicos transiisse: cum tamen turpe sit docto uiro proferre quod nesciat: Redi ad cor: fateberis me uerum dicere: hoc mihi satis est dicas: sed in publico me mentitum: scis tu te nihil horum intelligere: neque hoc tibi ad crimem obijcerem: modo ne te talibus implicando & te ipsum perdes: & ægros tuos occideres: quia te non tragœdias non tetrametra: non iambicos exigunt: sed salutem quam si haberent puto syllogismo corrumpes. Quis enim sine dolore capitis audiat quod est quod hinc arguis: dicis scientiam esse firmam & immutabilem: nec metiris: Et addis poeticam uti metris: & nonibus quæ pro tempore uariant: hinc inferis consortio scientiarum siue artium excludendam. O idiota omnium tardiosissime quos unquam audierim: quid hic contra poeticam singulare? Quæ scientia sine uerbis: & in quibus uerbis non tantum de usus potest? An non audisti quod in illa de qua iam loquimur arte poetica scriptum est: Multa renascuntur quæ iam cecidere cadentque: Quæ nunc sunt in honore uocabula si uolet usus. Quæ penes arbitrium est: & ius & norma loquendi. Pauca exempli causa ponenda sunt: non tibi quod ceruicose nescie: sed lectori. Romulus Romane urbis conditor quirinus dictus est. Cur? Quia hasta in præliis utebatur: quæ Sabinorum lingua quiris dicitur. Cæsar Augustus cum supremo uitæ tempore statua eius fulmine disiecta esset: in

qua scriptū erat: Cæsar: & prima littera cecidisset: remanētib⁹ quattuor sequētib⁹: cōsuluit  
 haruspices qd sperandū sibi: Illi aut dixerūt: centū dieb⁹ uictur⁹ & nō ampli⁹: qd ea littera  
 significaret quā fulmē excusserat. Ipsum uero post mortē in deor⁹ numer⁹ referēdū: Id signi-  
 ficare qd remāserat: qm̄ lingua tuscor⁹: æsar deus diceret. Percurre nunc Tusciā ac Sabinā:  
 quære ostiatim: qd est æsar: qd est quiris: Arabice te locutū credēt. Mille sunt talia: quæ sci-  
 ens sileo: Omnīū una ratio est. Mutant uerba: manēt res in qb⁹ scientiæ fundatæ sunt. Sed  
 Aristoteles græc⁹ hō mutationē poetar⁹ forte suor⁹ aliquā reprehēdebat: q̄lia multa hodie  
 uidem⁹ in theologis nostris. Hæc aut apud latinos poetas mutatio nulla est: Quis enī no-  
 stroꝝ a Virgilij calle desciiuit: nisi fortasse Stati⁹ Pampini⁹: q̄ Thebaide suæ sperat ut Virgi-  
 lianā æneidē seq̄ē & uestigia semp̄ adoret. Lege miser & relege locū illū Aristotelicū tertio  
 rhetorice: unde male tornatū syllogism⁹ elicis: neq̄ hoc aut illud uerbū excerpas: nihil intel-  
 ligens ut uidearis Aristotelē legisse. Sed totū locū excute: inuenies si tñ intelliges: hominē il-  
 lū ardētis ingenij: & cōplecti oīa cupientē: de eloquētia oratoria & poetica: & qd in eas in-  
 terisit: & de his quæ utriq̄ uitāda sūt: & utriusq̄ uitij atq̄ defectib⁹ more suo multa disseru-  
 isse. De his aut quæ tu somnias: nihil penit⁹ cogitasse: unde cōcludēs ait: Manifestū est qd nō  
 oīa quæcūq̄ de elocutiōe dicere est: praetandū nobis est: Sed quæcūq̄ de tali q̄lē dicimus:  
 hoc est de oratoria: de hac enim in rhetoricis agitur. Et sequitur ratio: De illa autem inquit  
 dictum est in his quæ de poetica.

Qz præstantissimī uiri poetica uacauerint: deq̄ laude ueræ philosophiæ: ac  
 poetis scanicis: quare etiā boni philosophi rari sint: Ca. V.

**A** B Aristoteles deser⁹ rursus ad Boetiū fugis: relatuorūq̄ ope subniteris. Qd ita ri-  
 diculū est: ut mihi iā nō magis ebr⁹ q̄ phrenetic⁹ uidearis. Quo enī tua hæc impi-  
 nēs & absurda relatio: ubi undiq̄ uicē ac cōsternat⁹ animo & oblit⁹ tui: qs nō risu  
 pereat: Ad inimicū tandē fugiēs: mīme latinis qdē aut cōgruis: sed maternis atq̄ uulgarib⁹  
 ꝑbis idiota rudissime Priscianū in auxiliū tuū uocas. Magna pfecto necessitas ē quæ cogit  
 ut ab hoste etiā poscas auxiliū. Sed certe post eā quā naufragi more palpitādo arripis rela-  
 tionem: longeq̄ post scanicas illas meretriculas: abire iussas: ueris inquit seu meis: hoc est  
 est philosophicis musis eū curandū sanandūq̄ relinq̄te. Hoc est igit qd dicebā: qd q̄ extra  
 oīs relatiōis tuæ terminos sedet: nulla ibi relatio: sed penit⁹ diuersa sentētia est. Frustra te di-  
 gito occultas: Male tegis oīs ignorātia: nisi inter indoctos. Hæcne inē indoctos qdē bñ ter-  
 git: Hæc enī qs nō grāmaticæ limē ingressus puer agnosceret: Sed ei q̄ philosophiam tā te-  
 mere uiolauit: cur nō liceat incestare grāmaticā? Verte te ipsum q̄cūq̄ libet: Musæ poetar⁹  
 sunt: qd nemo quidem dubitat. At quod insane non respicis: philosophia suas illas musas:  
 & earum merito suum dixit Euripidem: Lucanum quoq̄ familiarem suum non erubuit cō-  
 fiteri: quod nisi ita esset: nunq̄ Aristoteles paulo te minor philosophus librum de poetica  
 ædidisset: quē ut auguror nō uidisti: ut scio nō intellexisti: nec intelligere potuisti. Nunq̄ aut  
 Homerum poetam Aristoteles idem exposuisset: aut Cicero transtulisset: aut clari quidam  
 scriptores magnis illum philosophis anteposuisset: nunq̄ aut tragœdias Anneus Seneca  
 tanto studio dictasset: aut Solon ille princeps græciæ sapientum carminibus delectatus:  
 tam cupide post Athenis conditas leges & ætate iam prouecta fuisset poeticam executus:  
 Cui studio si uacare tm̄ q̄tū instruerat in illa ciuili dissensiōis intēperie licuisset: opinor ut  
 Timæi Platonici uerbis utar: nō minorē Hesiodo uel Homero futur⁹ fuisse. Nimis m̄pra de-  
 re certa: tibi licet inopinabili & ignota & in q̄ pdi operā nō dubito: Ver⁹ ego nō tibi sed le-  
 ctori loquor: cui tam grat⁹ fieri cupio: q̄ molest⁹ tibi. Nihil sane hor⁹ omnīū necessariū erat  
 si uel p̄ te ipsum nosse uel cape posses ab alio: quæ de hac scanica parte poetica dicuntur a  
 multis: & a meipso iā in præcedētib⁹ tacta sunt: quātū ue inē illā & heroicam intersit. Nec  
 enī negauerim ut in uino fax: ut in oleo amurca: sic in reb⁹ fere oīb⁹ etiā incorporeis esse suā  
 facē. Itaq̄ & philosophiæ quædā spēs: & philosophi qdā uulgo habēt infames: ut Epicur⁹  
 tot⁹q̄ Epicur⁹ ille grex: Aristippū dico Hermacūq̄ & Metrodor⁹ & Hieronymū illū senē:  
 nō hūc q̄ quartū inē doctores ecclesiæ locū tenet: Quin & ex illustriorib⁹ qdā in multis opti-  
 mo iure carpunt. Vnde Paulus ap̄s uer⁹ Christi philosoph⁹: & post eū clarissim⁹ ei⁹ inē pres  
 Augustin⁹: multiq̄ quos enumerare nō est necesse: philosophiā laudatā ab alijs execrātur:  
 cū tñ nulla unq̄ philosophia altior fuerit aut esse possit: q̄ quæ ducit ad uer⁹: qua nostrī cæ-  
 lesti munere potius q̄ humano studio ante omnium philosophorū uigilias ac labores emi-  
 nentissime floruerunt. Quid ergo? Quomodo hæc sibi inuicem aduersa connectimus: phi-  
 losophiam a philosopho reprobari: Laudatur philosophia: sed non omnis laudatur ue-

rax: fallax carpitur. Illa uero non est philosophia si fallax est. Non inficior id quidem sed  
 philosophiæ nomen habet falsum: Quo ne quis nos forte seduceret: fidelissim<sup>9</sup> ac prouidē  
 tissim<sup>9</sup> Paulus admonuit: Cauete inq̄t ne q̄s uos decipiat p̄ philosophiã & inanē seductio  
 nē scđm elemēta mūdi: Quē secut<sup>9</sup> Augustin<sup>9</sup>: cū in libro cælestis reipublicæ nono: hæc ad  
 litterã scripssisset: Deinde inq̄t: ne quis oēs tales esse arbitraret: audit ab eodē ap̄lo dici de q̄  
 buldã: quia q̄d notū est dei: manifestū est ī illis: de<sup>9</sup> enī illis manifestauit: Inuisibilia enī ei<sup>9</sup>  
 a cōstitutioē mūdi: p̄ ea quæ facta sunt intellecta conspiciunt: sempiterna quoq̄ uirtus eius  
 ac diuinitas. Itaq̄ cū sæpe Augustin<sup>9</sup> ipse Paulū sequēs: philosophoꝝ scripta plena fallacia  
 rum ac deceptionū diceret: putas ne de oib<sup>9</sup> loqueret: Absit. Ibidē enī statim Platonici<sup>9</sup> do  
 gma cōmēdat: Et eodē libro octauo: ap̄m ipsum inducit Atheniēsisibus loquētē: cū rem ma  
 gnã de deo dixisset: & quæ a paucis possēt intelligi: q̄ in illo uiuimus: mouemur & sumus:  
 adiecisse & dixisse: sicut & uestri qdã dixerūt: & tñ eorū dē rursus Platonicoꝝ sacrificia de  
 testant: qm̄ cognoscētes deū: nō glorificauerūt aut gratias egerūt: sed euanuerūt in cogita  
 tionib<sup>9</sup> suis: & obscuratū est insipiēs cor eorū: dicētes enī se esse sapiētes: stulti facti sūt: & im  
 mutauerūt gloriã incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis: & uol  
 lucrū & q̄drupedū & serpentū. Quorsum hæc: Vt uideas philosophiæ totius partē unicam  
 laudari: eamq̄ nō integrã neq̄ tam ferociē insultes. Ad hãc enī formã: & cætera redigunt.  
 Sed ut omissis alijs cœptū sequar: In ultimo agmine poetaꝝ quidã sūt: quos scænicos uo  
 cant: ad quos p̄tinet illud Boetij: & quicqd a quolibet cōtra poetas uere dicit: Et hi quidē  
 ipsos in<sup>9</sup> poetas contemnunt: Qui quales essent: Plato ipse declarauit in sua reipublica: qm̄  
 eos cēsuit urbe pellēdos. Vt em̄ cōstet nō de oib<sup>9</sup> eū sensisse: sed de scænicis tñ: ipsius Plato  
 nis ratio audiēda est ab Augustino posita: quia scilicet ludos scænicos indignos deoꝝ ma  
 iestate ac bonitate cēsebat. In q̄ multos sui t̄pis notauit eius generis poetas. Ita enī fere acci  
 dit ut uilia qualibet multa sint: Id tñ Platonis iudiciū: nō modo heroicis atq̄ alijs nil no  
 cebat: Immo uero multū proderat: qm̄ uelut excussor poeticã ingressus in arē: ualido uer  
 bi flabro grana discreuit a paleis. Qm̄ autē Homer<sup>9</sup> apud illos: qm̄ Virgilius apud nos: aut  
 alij illustres scænicis ludis operã dederūt: Profecto nunq̄: sed de uirtutib<sup>9</sup>: de naturis hor  
 minū ac rez omnib<sup>9</sup> atq̄ oīno de p̄fectioē humana stilo mirabili & quē frustra tibi aperire  
 moliar tractauerūt. Nec tñ nihil in hisipsis reprehēbile dixerim: Quippe cū & in philoso  
 phoꝝ principib<sup>9</sup> multa uideã reprehēsa iustissime: hæc sane non artis sed ingenij culpa est.  
 Quis igit̄ nescit aut q̄s negat quosdã: ut philosophoꝝ: sic & poetaꝝ in cogitatioib<sup>9</sup> euanu  
 isse: Aut q̄s miret̄ ante ueritatis aduentū licuisse aliqd̄ errori: cū post agnitã ueritatē: qui  
 dam quoq̄ catholici magni uiri ita deuiarint: ut ipsa ueritas unq̄ acrius oppugnata nō fue  
 rit q̄ ab eis fuit: Solet hoc interdū acutiorib<sup>9</sup> ingenijs euenire: ut dū penetrare uolūt sup̄ua  
 cua nimium: illud acumē ī medio conamie retūdat atq̄ ita uel necessaria nō attingat. Si q̄s autē  
 ueritatis amicus: sine q̄ nihil uerū dici potest: qm̄ ut ait Augustin<sup>9</sup>: omne uerū a ueritate uerū  
 est. Si q̄s ergo talis pio instigat<sup>9</sup> affectu: ad ipsius ueritatis ornatū: musay<sup>9</sup> p̄sidio nitere:  
 & uel stilo clarissimo Christi uitã uel sacrū aliud uel p̄phanū etiã: modo nō ueritū celebra  
 ret: qd̄ nostroz qdã fecerūt: q̄ uis p̄ter legē carminis nullo poetico artificio usi sint: quis  
 putas id meli<sup>9</sup> possēt implere: Respōde uir doctissime oro te: & qd̄ sis responsur<sup>9</sup> examina:  
 An poeta talis q̄lem tibi describo: & qualē esse posse: & forsitan esse non est incredibile: An  
 Hippocrates ipse si uiueret: uel medicoꝝ un<sup>9</sup> q̄ de urinis semp nō sup̄ficiet<sup>9</sup> ut tu: sed p̄fū  
 dissime disputasset: puto nemo est: nisi oīno depuduit qui in respondēdo hæreat: Noli ergo  
 cōtemnere in alijs qd̄ assequi nō potes: q̄ miserrimã impudētiam mos est: Sed uenerare poti  
 us & mirare: nō tā sciētificos aut sciētiam ipsam q̄ sciētiam largitorē: q̄ dona sua distribuit ut  
 liber: & his qdē dedit numero: his autē singularitate præcellere. Gloriare si placet: neq̄ enim  
 obluēt<sup>9</sup>: & magis necessarios & plures esse medicos q̄ poetas. Cōtra illi gloriēt: & min<sup>9</sup>  
 necessarios & pauciores esse poetas q̄ medicos: Quinetiã nulli<sup>9</sup> generis ingenioꝝ tantam  
 semp fuisse raritatē: q̄ta poetaꝝ excellentiū fuit: p̄ter oratores solos: q̄ ex omnibus sæculis  
 paucissimi numerant. De qua re ī Oratore Ciceronis clarissime disputatū est. Illud ī poeti  
 ca singulare: q̄ cū in cūctis artib<sup>9</sup> mediocritas admittat: in hac una secus est: Qm̄ ut elegã  
 ter ait Flaccus: Mediocrib<sup>9</sup> esse poetis: Nō hoies: nō dij: nō cōcessere colūna: quæ meo iudi  
 cio nō ultima raritatis poeticæ ratio esse potest. Tibi uero cū primū turba hominū & neces  
 sitate artificij gloriari cœperis: illd̄ occurat: Multis qdem sed ante alios agricolis ī hac glo  
 ria cedendū. Illi uos utroq̄ superant. Nolo autē indigniter q̄ uos & agricolas iuxta pono:  
 Fecit idē Aristoteles. Nō ex duob<sup>9</sup> medic<sup>9</sup> fit cōmutatio inq̄t: sed ex medico & agricola. Au

ne inuidia fuerunt? Quæ nam uero præterea poetarum culpa: rem ueram si intelligatur salu-  
bremq; narratum? Aut quæ nam Aristotelica illa reprehensio: si tamē ita est? Neq; enim  
mihi nunc aut eius loci memoria recens: aut inter hos mōtes liber ipse metaphysic<sup>9</sup> est præ-  
sens. Quomodo autem consentaneum sit uel poetas in hac linguæ libertate reprehendere:  
uel deorum inuidiam excusare: in eo libro præsertim in quo principatū pluralitate dam-  
nata: unus omnium princeps asseritur: non uideo: sed adducor ut credam te locum illum nō  
melius intellexisse q̄ reliqua. Hoc ego nūc de poetis antiquis opinabile uerisimillimūq; p-  
tulerim: Qui si unū deum crediderunt: hoc ne in illis accusas si unū credentes plures nomi-  
nauerunt seu etiam coluerunt: habes plane quod accuses: Nec ego quidem illos excuso: sed  
cōmune cum philosophis crimen dico: quod ut audisti: publici iudicij metus leuat: qui fir-  
missima etiam interdum corda concussit. Vere autem plures deos tanta ingenia credidisse  
nunq̄ mihi persuadebit. Sed esto: crediderint: errauerint (nihil est enī quod disceptator in-  
doctus & pertinax nō præsumat) non id certe poeticum: sed humanū fuerit: temporūq; cri-  
men uel ingenij: non artis: ut dictum est: neq; q̄ alio tempore atq; alio ingenio & amplio-  
ri gratia: poetam esse pium disertumq; phibeat.

Q; poetarum lectio iuuenibus sit fructifera: & quomodo auctor senex a le-  
ctio illorum cessauerit: non q; pœnituerit sed quia suæ ætati superuacuum: &  
melioribus studijs se implicauerit: Ca. VIII.

**S**ed non ego poetas aduersus fragilem & inermem hostem dum defendere uideor of-  
fendo: Risus & silentium & contemptus poterant aduersus tua tela sufficere: nullis  
opus erat uerbis. Sed tacere non potui: ne ipse tecū forsan in aliq; cloaca uiderer. Id  
enim tibi Capitolij instar est: inter egri uentris crepit<sup>9</sup> raucaq; pelues: hæ tuæ tubæ sunt:  
hic plaudētis conclamantiq; fauor exercitus: uelut de musarum ruina & sacrorū studiorū  
excidio triumphares. Ne respondeas stulto iuxta stulticiam suā: ne efficiaris similis ei. Hoc  
cum sapiens dixisset: statim addidit: Responde stulto iuxta stulticiam suam: ne sibi sapiens  
esse uideatur. Primū me parumper tacitum tenuit: secūdū coegit ut loquerer: frustra quidē  
ut puto. Si enim desieris tibi sapiēs uideri: incipies quod impossibile arbitror: esse forte nō  
stultus: Doctus fieri nō potest: nisi qui se nouerit atq; oderit ignorantem: Defectus proprij  
cum dolore noticia principium est profectus: Et ad hos quidem sermones: non famæ pro-  
pria periculum: non mei hominis offensa (q̄uis grauis) tantum me fateor accendit: q̄tum  
hinc ueri zelus: hinc tuæ loquacitatis inflammauit indignitas. Quātū enim ego tangebar:  
quicquid in poetarū inuectus eras: poteram ut dixi dissimulando transire: nam nec mihi poe-  
tæ nomē arrogo: q̄ scio quibusdam magnis uiris multo studio non potuisse contingere:  
q̄uis si forte mihi ultro cotigerit: non respuam: & ad id me olim iuueniliter aspirasse nō ne-  
gem. Nec conuitijs tuis præsens hodiernæ lectionis meæ studium tangebā: Poteram ut aiūt  
de calumnia iurare: me poetarum libros ante hoc septenniū clausisse: ita ut eos inde nō lege-  
rim: non q; legisse pœniteat: sed quia legere iam quasi superuacū uidetur. Legi eos dū tulit  
ætas: & ita mihi medullitus sunt infixi ut ne diuelli q̄dem possint & si uelim. Ac ne me glo-  
riari iterum grauius feras: nō ea laus memoriæ sed ætatis est. Tener admodum illos edidi-  
ci: expertusq; sum omnium fere quæ in uestibulo ciuitatis dei de Virgilio loquens Augu-  
stinus: Quem propterea (inquit) paruuli legunt: ut uidelicet poeta magnus omniumq;  
clarissimus atq; optimus teneris ebibitus annis: nō facile obliuione possit aboleri: Scdm il-  
lud Horatij: Quo semel est imbuta recens seruabit odorem testa diu. Accedit q; in eisdē stu-  
dijs agere senectutem: in quibus adolescentia acta est: mīme mihi magnificū uidetur: Matu-  
ritas quædam ut pomorū ut frugum: sic studioꝝ ac mentiū debet esse: eoq; magis: quo tur-  
pior damnosiorq; multo est animorum acerbitas q̄ pomorum. Si ergo poetas hodie nō le-  
go: forsitan interrogas quid agam? Solet enim stulticia alienæ uitæ curiosa esse: suæ negli-  
gens. Respondebo tibi: præfatus: ne quod dicam superbix ascribas: Melior fieri studeo si  
possum: Et quia impotentiam meam noui: posco auxilium de cælo: & in sacris litteris de-  
lector. Quæ si Victorino pagano homini iam senī: deo per illas alloquēte: pectusq; durissi-  
mum molliente: ueram infuderunt fidem: Cur mihi christiano homini non possunt ueræ  
fidei firmitatem & opera & amorem uitæ foelicioꝝ infūdere? Quæris quid agā? Nitor nō  
sine multo labore præteriti temporis errata corrigere: quod si mihi cōtigerit: foelix ero: Sed  
adhuc fateor ab eo quo suspirat animus: longe absūm. Quæris quid agam? Nō poetas le-  
go: Sed scribo quod legant qui post me nascentur: & raro plausore contentus: acies infano

rum sperno: Et si uotiuē successerit: quod ago: bene est: Alioquin uoluntas ipsa lauda bis. Postremo ut aliud nihil agam: maturefcere saltem cupio si nondum forte maturij: Tu autē puer centū annoꝝ maledict⁹ a deo: & elemētari⁹ senex: irrisus a Seneca: Ibi senectutem agis ubi puericiā exegisti: & fluxos nūc etiā syllogismos: filo marcente conglutinas: quos queat anus quālibet temulēta cōfringere: q̄qd uero aliud q̄ puerile stamē redoluerit aduerfariis.

De eo q̄ inepte iurgator libellos auctoris homelias uocet: Ca. IX.

**I**taq̄ libellos meos homelias uocas: quasi nomē infame meditat⁹: q̄ sanctissimis tamē atq̄ doctissimis uiris placuisse notū est: At mīme mirandū: si quoz̄ act⁹ despicis: & uerba contēnis. Homelia porro græcæ originis nomē est: q̄ latine dici pōt sermo platus ad populū. Ego sane ī his litteris ad populū nihil: sed ad ignorantia tuam loquor: si quo pacto possem: nō dico illā tibi: sed illi supbiā extorquerē. Quis aut̄ quāso per egrinā linguā a te nūc noticiā req̄rebat: cū propria sis ignarus: Sentis ut causam tuā ago: quo scilicet insolentē honesti noī contemptū excuset ignorātia. O semp̄ scholasticæ litterator: nunq̄ litterat⁹ aut magister: Quis enī litterat⁹ ita scriberet: Lege philosophoz̄ libros: uel interroga qui legerūt: quis unq̄ scribēdi morē hunc tenuit: Inest enī uerbis illoꝝ uis in gens syllogistica: syllogism⁹ nunq̄ aut perraro: quippe puericiā prætergressi loquunt̄ ut uiri: Efficacior est aut̄ dissimulata callide q̄ inaniē ostētata subtilitas. Sed & hic excusator licet irrequisitus assum tibi. Illi enī ut se: tu autem loqueris ut te decet.

Q̄ rhetorica nō sit serua medicinæ: & q̄ medic⁹ neq̄ rhetor neq̄ orator aut poeta sit sed parabolanus: Ca. X.

A

**E**cce iurgator improbe: extorsisti ut nō tantū maledictis tuis: sed etiā cogitatib⁹ responderē. Quādā sponte præterij: Misereor enī tui: Nam qd supbo ignorāte miserius: Sed ne plane miserear tu facis: Ita nanq̄ iactanter atq̄ fastidiose miseria tua abuteris: ut nulla tibi miseratio debeat. Quō uero dissimulē: aut qd illi faciā uanitati: qua pbare niteris: cui⁹ contrariū apparet ī teipso: dūq̄ tu loq̄ poteris: occultari nunq̄ poterit. Quāta mœchanici temeritas: Rhetoricā p̄rsus in seruitutem asseris: Iam nō castigāndus: sed urendus es: nec uerbis sed uerberib⁹ coercēdus. Nimis insanis medice: Crede mihi: medico eges. Mirū q̄ medicoz̄ nullus est q̄ curā tui suscipiat: puto sis oib⁹ oc̄clusus: teq̄ pditū uelint oēs. Medicinā inq̄ rhetoricā seruā facis: de medicina uiderim⁹. Certe ipse rhetoricā in tuā seruitutē aut amicitia nunq̄ trahes. Quid aut̄ p̄bes & qualie: audiam⁹. Per medicinā inquis & ethica: docemur recte uiuere. Dīj te perdant fugitiue: Male incipis: Medicinā nihil est commune cum ethica: sed multa contraria. Quid enim ad uiuendum recte medicina: nisi q̄tū agricultura: forte etiā longe min⁹: Nisi putas male uixisse olim Romæ tot milia uiroz̄ fortū: p̄ q̄s orbis terraz̄ domitus: uirt⁹ culta: uitia calcata sūt: q̄ tñ longū in æuū sine medico uixerūt: Vixerūt fateor male: nō qa medic⁹ tp̄alif: sed quia uiuificator ætern⁹ illif defuit: Alioqn̄ nulla gens meli⁹: Vel nisi male uiuebat ygo illa mirabilis quæ carnalem suo corpori nunq̄ medicinam adhibuerat. Cur aut̄ quāso medicinæ ethicam pmiscēs: Tene te loco: neq̄ fines tuos excefferis: q̄uis nec ethica præstare possit recte uiuere: cū id potentioris alteri⁹ dñiū sit. Verū ea longior operosiorq̄ disputatio: nec p̄positi hui⁹ est. Prosequere igiē iudū tuū: ita tñ ut deinceps ethicā nō molestes: sed memineris qd futuri terminos suos exce dēti respōdit pictoz̄ famosissim⁹ Appelles: Age res tuas ut medic⁹. Per medicinā docemur ais recte uiuere: nō ut cōgrue loq̄mur uel ornate. Sed poti⁹ cōgrue & ornate loquendi artes discim⁹ ut uiuam⁹ recte. Sic nō medicina ad has artes referē: sed hæc poti⁹ ad illā sunt: hinc cōcludis: seruæ igitur ei⁹ sunt. O male digesta cōclusio. Sic iam longi⁹ feris q̄ minar⁹ eras: Neq̄ solum rhetorica: sed oēs quotcūq̄ sunt honestæ artes: ipsa q̄z̄ philosophia & theologia scientiarū omniū regina: tibi seruient mœchanice. Si hoc mihi pbaueris q̄ p̄ medicinā recte uiuere doceamur: oēs enī huc referunt̄: & omniū un⁹ est finis ultim⁹: nō dico ut præstēt recte uiuere: sed ut ad recte uiuendū adiuuēt. Iure ergo illi seruiēt quæ id præstat ad qd̄ oēs reliquæ aspirāt. Certe ego nūc risu & uerecūdia impediō: syllogismū tibi tuo parē remitte re: quo pbem te uilissimā seruū rei: qd̄ urban⁹ possum dicā. Si qd̄ alio spectat: & ad aliud referē: & p̄pter aliud est inuentū illi seruiat oportet: ut tu uis: Medicina aut̄ tua pecuniā spectat: & ad illā referē: & p̄pter illā est: Cōclude dialectice: Ergo pecuniæ serua est: bñ tibi accidit. Turpioris rei seruū te facere meditabar: pudor obstitit. Sed o grauis argumētator quis te talia docuit: Assumis falsa notorie: & ea de quib⁹ principaliē discordam⁹: qd̄ magnū in argumētando uitii est. Primū enī ut dixi: Medicina ad recte uiuendū nihil oīno: nisi q̄tum

B

di ut tanq̄ paria v̄bis æquat. Tacit⁹ credo hæc pp̄ reuerentiã Aristotelis passus sis: Illud im-  
 patienti⁹ ferēs: si ad propositū reuersus: cœpta peregero: & tñ loqui oportet. Vrget enī veri-  
 tas calamū reluctantem: nec stomachari conuenit: si de philosophis ac poetis dicta: ad mœ-  
 chanicos traham. Habēt igiī & mœchanici facem suã. Quæ nam uero ea fax est? Clama-  
 bis ad sydera: dicã tamē: Tu es fax ipsa mœchanicoꝝ. Vis hoc statim sine ambagib⁹ p̄bē:  
 In fundo es: in imo iaces. Is proprius factis est locus. Numera mœchanicos: nullū sub te ni-  
 si theatricū uidebis. Nec tamen ideo sicut præceps oris tui nobilissimis artibus insultat au-  
 dacia: sic ego q̄uis humilib⁹ insulto. Scio enī necessitates hominū multiplicēs & graues:  
 ut non imerito propheta idem & rex clamet ad dñm: De necessitatib⁹ meis erue me: & un-  
 decunq̄ necessitatib⁹ nostris ueniens auxilium a deo est. Cuius dona granatant reuerent⁹ q̄  
 suscipi debere q̄s nefciat: Siue ergo ille nobis per seipsum sanitatē dederit: siue ad id exper-  
 tus medicus: siue herbarū conscia tremula anus accesserit: & ars & arte quæ sita uel seruata  
 sanitas munera dei sunt. Itaq̄ cōtra medicinã nihil oīno qd̄ millies dixi: & adhuc ut uideo  
 nō sufficit. Si qd̄ aut̄ cōtra medicos locut⁹ uideor: clamo: & cupio me studiosum omnege-  
 nus audiat: contra te tantū tuiq̄ similes dictum est: diciturq̄ qd̄ restat.

I

Qz inuidia non sit inter poetas: & q̄ obscurus stilus in eis non sit.  
 reprehensibilis: Ca. VI.

**S**uperest ut illi calūniã respondeã: qua obscuris delectari arguor: quasi noticiã rerū  
 uulgo inuidens debilioris igenij: ad qd̄ illud etiam affers: Deos humano generi in-  
 uidere a poetis scriptū esse: sed ab Aristotele reprehensum. Ego quidē ut p̄ meipso  
 loquar: nil cuiq̄ p̄sus inuideo: magisq̄ uereor ne alien⁹ mihi liuor officiat: q̄ ne me meus  
 inficiat. Sed sub meo noiē: notaſti forſan inuidiã poetarū. Eo enī spectat qd̄ de deorū inui-  
 dia dixisti: tanq̄ mīme mirū sit: inter eos præcipue regnare illam: qui eam usq̄ ad superos  
 extulerunt. Qua in re morem tuū non deserēs: multū a ueritate discedis: Nusq̄ fere uel mi-  
 nus inuidiã: uel innocentiã magis: uel amicitia tantundē. Nō capit hic locus poetarū uitas.  
 Q̄ta Virgilij itegritas: Quæ nã Statij urbanitas: Quæ faceties Nasonis: Quæ fides En-  
 nij: Quæ Pacuuij grauitas: Quis Vari cãdor: Quæ Flacci discretio: Quæ Persij pietas:  
 Quæ modestia Lucani: Quæ libertas atq̄ cōstãtia Iuuenalis. Longū ē singulos attingere:  
 nec oportet: Et sileo grãcos: sileo multos e principib⁹ nostris huic studio deditos: Atq̄ im-  
 primis pierij spūs Augustū: quo nil clarius in temporalis imperij folio sol uidit: Hic mihi q̄s  
 audeat noiare inuidiã: Aut in tam altos animos tãtorūq̄ hominū splendore: iners & ne-  
 bulosus liuor tēptet ascēdere: Qz si forte stilus insuetus uideat occultior: nō ea inuidia est:  
 sed intētoris animi stimulus: & exercitij nobilioris occasio. Quid uero philosophi: An nō  
 Aristoteles: & qui luculentissim⁹ omniū habet Plato ipse loqui posset apert⁹: ut sileam re-  
 liquos atq̄ ante oēs Heraclitū qui agnōmen ab obscuritate fortit⁹ est: Quid sermo ipse di-  
 uinus: quē & si ualde oderis: tñ aperte calūniari: p̄pter metū incendiij nō audebis: q̄ in mul-  
 tis obscurus atq̄ perplexus est: cum p̄latus sit ab eo spū: qui hoies ipsos mundūq̄ creauerat:  
 ne dū si uellet & uerba noua repire & reptis clariorib⁹ uti posset: Certe Augustin⁹ in  
 genio illo suo quo se & multarū artium noticiã: & quæcūq̄ de decē categorijs philosophi tra-  
 dunt: sine magistro p̄cepisse gloria: Esaiã principū fatei intelligere nequiuisse. Vnde autē  
 hoc nisi forte spiritū ipsum sanctū inuidisse dicas: & nō poti⁹ p̄uidisse legētib⁹: De qua ob-  
 scuritate loquēs Augustin⁹ idem libro de ciuitate dei. xj. Diuini inquit sermonis obscuritas  
 etiã ad hoc est utilis: q̄ plures sentētiã ueritatis parit: & in lucē noticiã p̄ducit: dum alius  
 eum sic: alius sic intelligit. Idem in psalmo centesimo uicesimo sexto. Ideo enī inqt forte ob-  
 scurior positū est: ut multos intellectus generet & ditiores discedat hoies: qui clausum inue-  
 nerūt qd̄ multis modis aperiret: q̄ si uno modo apertū iuenirēt. Idem in psalmo ceterisimo  
 quadagesimo sexto: de scripturis sacris agens: Peruersum hic inquit nihil est obscurū autē  
 aliqd̄ est: non ut tibi neget: sed ut exerceat acceptūq̄. Et post pauca: Noli ait recalcitrare ad-  
 uersus obscura: & dicere: meli⁹ dicere si sic dicere: quō enī tu potes sic dicere aut iudicare  
 quō dici expediat: Quē secut⁹ Gregori⁹ sup̄ Ezechielem: Magnæ inquit utilitatis est obscu-  
 ritas eloquioꝝ dei: quia exercet sensum ut fatigatiōe dilate: & exercitat⁹ capiat qd̄ capere  
 nō posset ociosus. Habet q̄ adhuc mai⁹ aliqd̄: quia scripturæ sacræ intelligētia: si cūctis esset  
 aperta uileſceret: sed i quibusdã locis obscuriorib⁹: tãto maiori dulcedine iuēta reficit: q̄ to  
 maiori labore castigat animū quæ sita. Non sequor omnia quæ ab illo & ab alijs in hãc sen-

A

B

C

tentiam scripta sunt. Quæ si de scripturis illis recte dicuntur quæ sunt oibus præpositæ: quâto rectius de illis quæ paucissimis? Apud poetas igitur O nimum rudis stili maiestas retinetur ac dignitas: nec capere uolentibus inuidetur: sed dulci labore proposito: delectationi simul memoriarumq; consulitur. Chariora sunt enim quæ difficultate quæsiuimus accuratiusq; seruantur: & non capacibus prouidetur: dum ne frustra se atterant: ipsa rerum facie si sapiunt a limine deterreant. Vnde fit ut hinc repulsi: alias uias teneant: præsertim postquam numerare cœperint: & hic quidem oblectationem animi: claritatem nominis: lucri nihil aspexerint. Nec est enim omnium studia ista sectari: sed eorum tantum quibus & ingenium & natura & rerum uirtus necessaria: uel fortuna sufficiens dederit uel contemptum uirtus. Itaque alter ad agriculturam: alter ad navigationem: alter ad medicinam transit: Nam quid exempli causa euenturum putas: si caput illud ubi habitat ingenium tuum: sese ad poeticam applicuisset? Quantam imprimis ægestatem? (Nihil enim hic uenale: nullus fraudibus locus) Quot deinde passurus fuisse ludibria? Quot comitum iocos prius quam cuius uxor esset Aeneas apud Virgilium didicisset? Hæc est quidem uera rei ratio: non quia latere expedit de quo ruinosum & undique fatiscentem syllogismum extruis: sed quia nullum fallere: paucis placere propositum est: pauci autem docti. Vis uidere ita esse ut dico: nempe tum demum auctor in precio est: cum amoris ex latebris: dulcis sensus eruperit. Nec est dubium nullam aliam ob causam tibi tuicque similibus odiosam esse poeticam: nisi quia uobis inaccessibilis & ignota est. Quod fateor: in lucro potius: non in damno. Noli igitur reprobare stilum ingenio peruium: memoria habilem: ignorantiamq; terribilem: Nam & sanctum canibus dare: & ante porcos projicere margaritas: diuino etiam eloquio prohibemur. Sane illa quam memoras poetica deorum inuidia: altioris cuiusdam secretiorisq; mysterij est quam putas: Neque solum inuidia deorum: sed fraudes: bella: libidines apud poetas sunt. Vicisti cauillator acutissime: plus confiteor quam accuses. Sed cum dicaris animal rationale mortale: quamuis alterum tantum sis: si placet quaræda res ratio est.

De antiquitate poetarum: & quare non palam pluralitatem deorum redarguerint: quod eorum error sit communis cum philosophis: Ca. VII.

**P**rimos nempe theologos apud gentes fuisse poetas: & philosophorum maximi testantur: & sanctorum confirmat auctoritas: & ipsum si nescis: poetæ nomen indicat. In quibus maxime nobilitatus Orpheus. Cuius decimo octauo ciuitatis æternæ libro Augustinus meminit. At nequerunt quo destinauerant peruenire. Dicit aliquis: fatebor: Nam perfecta cognitio ueri dei non humani studij: sed cœlestis est gratiæ: laudandus tum animus studiosissimorum hominum: qui certe quibus poterant uis ad optatam ueri celsitudinem anhelabant: adeo ut ipsos quoque philosophos in hac tanta & tam necessaria inquisitione præcederent. Credibile est etiam hos ardentissimos in quos ueri: ad id saltim puenisse quod humano pueniri poterat ingenio: ut scilicet illud Apostoli supra relatum: per ea quæ facta sunt: inuisibilibus intellectus atque conspectus: primæ causæ & unius dei qualemcumque noticiam sortirentur: Atque ita deinceps omnibus modis id egisse: ut quod publice non audebant: eo quod nondum uiua ueritas terris illuxerat: clam suaderent falsos deos esse: quos illusa plebs coleret: Quod & philosophos postea fecisse in libro ueræ religionis ostendit. Quis enim nisi amens: ad ulteros aut fallaces ueneret deos? Aut quis penitus crederet deos esse: quorum ea flagicia audiret: quæ nec in hominibus tolerabilia iudicaret? Cui præterea dubium esse posset: quoniam peccata quæ humanitatem ipsam hominibus ereptura essent: eadem multo magis dijs talibus præripere deitatem? Belligerantes deos inuicem Homerus & Virgilius fecerunt: propter quod Athenis Homerum pro insano habitum Cornelius nepos refert. Credo nimirum apud uulgus: docti autem intelligunt: si plures sunt dij: & discordare illos: & bella inter eos esse posse: & necesse esse ut altero uictore alter uictus: atque ita nec sit immortalis nec omnipotens: cõsequenterque ne deus quidem. Vnum esse igitur deum & non plures: uulgus autem falli. Et si quis interroget: cur non potius palam uulgi uesaniam increparent? Possum cum Augustino respondere: quod utrum timore: an aliqua cognitione temporis fecerunt: iudicare non est meum: Ego tamen & si sola timoris causa fuerit: non mirabor cum uideam Christi quoque temporibus ante sancti spiritus infusionem: ipsos etiam apostolos timuisse. Eni uero quod a te de inuidia deorum dicitur: eodem quo cætera referendum est. Nec mirari cõueniet memorantem illud psalmistæ: Omnes dij gentium dæmonia: Et quod scriptum est: Inuidia diaboli mors introijt in orbem terrarum. Quæ nam igitur admiratio est ista: Inuidisse deos qui nunquam si

ror quia & q̄s curare uis interficis: & puto q̄s interficere uelles efficeres imortales. Tu mihi ergo uesane & ois boni expers: inſ agetuos iurgioꝝ etiam ſolitudinē exprobaſti. Feciſti optime: quīs peſſima uoluntate. Libēter hoc crimen fateor: Sum ſolitudinis amicus. Talem me genuit natura: Acceſſit cōſuetudo naturæ æmula: Acceſſit ſtudiū & iugis cura. Magno niſu animi ſemper incubui: ut quantū fieri poſſet: illa cōtemnerē: quæ te moribundū: marcidum: ſemianimē in urbibus captum tenent. Solitarius ſum fateor: imo ꝑfitēor: & ſolitarius eſſe iuuat: uixq; ullam uitæ dulcedinē: urbano in ſtrepitu ac fragore percipio. Ad dam qd̄ non poſtulas: uix de homine præſertim ſtudioſo bene extimo: qui nō ſi abſq; intermiſſione honeſti officiꝝ datum ſit: cupide interdū a ꝑcellis ciuiliū curarū in ſolitudinē uelut in portum fugiat. Habes igitur qd̄ eſt accuſatori maxime optandū (ut Cicero ait) conſitem reum: neq; conſitentē modo: ſed ſeſe nouoꝝ in ſuper criminū coaceruatione ſpontanea deferentē. Sed expecta: noli uictoriæ laticia inflari. Sæpe ꝑbauit actor qd̄ nō ꝑbaſſe præſtabat: & facti uictor in iure ſuccubuit. Probas me fatente ac fauente qd̄ intendis: Sed an hinc in meū an in tuū caput redundet infamia: nondum ꝑbas. Proinde pædagogū tuū: ſenex puer ut arceſſas cōſulo. Multis hic tibi ſyllogiſmis claudicātibꝝ opꝝ ē: ut uel irriſor uitæ ſolitariæ clarus ſis: uel ſectator obſcurus. Incipe: aude: noli trepidare. Logicus eſ: Philoſophia tua eſt: Rhetorica tibi ſeruit: Et qd̄ omnes titulos tuos tranſcēdit: ſummꝝ es medicus. Conſice ridiculū ſyllogiſmū: qui ſæpe mortiferū poculū conſeciſti. Et ſi neſcis meliꝝ: Dic ita: Qd̄ naturæ aduerſat̄ malum ſit neceſſe eſt: cum natura ſit optima: Solitariæ autem uiuēs naturæ aduerſat̄: ſc̄dm̄ quā politicū animal eſt homo: Mala igitur ſolitudo. Ad hæc cōſtat qd̄ carere bonis eſt miſerum: multa uero in urbibꝝ bona eſſe certum eſt quibus ſolitariꝝ caret: Miſera igitꝝ ſolitudo. Adde ſi placet: Ut utilis eſt q̄ multis prodeſt: ſic inutilis qui nulli: Habitatō uero urbium uir bonꝝ multis prodeſt ſaltem exemplo: Solitudo autem ſeu ſancta ruſticitas nulli: niſi ſibi prodeſt: teſte Hieronymo: Inutilis ergo ruſtica ſolitudo. Vide ut periculolum eſt cum ſtulto multum colloqui: Ecce iam ſenſim ipſe ludens ad ineptias tuas labor: & dum te æmulari ſtudeo: prope tui ſimilis factus ſum. Sed quoniam ex perſona tua loquor: excuſor: & fateor ingenue: nulla arte: nullo ſtudio ſimulare poſſem uſq; adeo ſtilum tuum: quin prima fronte diſcernerer: Ita mihi neſcio quid terapeuticum inſibillas: Quod e roſtris perorantem Tullium facile poſſit expellere. Syllogiſmos autem tibi tenui: ne a te texti pharmacum oleant ſtomachumꝝ ſubuertant. Cæterum hos ludos haſq; tendiculas pueroꝝ: ridendo prætereire magnificum: puerile diſſoluere. Tamen quia cum pueris pueriliter: & interdum quod nutrices ſolent: bleſo ore loquendum eſt. Et hic parum ꝑer inſiſtam.

**An naturæ ſemper ſit obſequendum uel interdum illi reſiſtendum:  
& de uera ſolitudinē & bona:**

Ca. II.

**A**n naturæ ſemper obſequendū: an uero nō nunq; ualde etiam reſiſtendū ſit: nō huiꝝ temporis eſt quæſtio. Tu eam forte philoſophoꝝ princeps in aliquo tuoꝝ uoluminū uentilaſti. Quem enim philoſophiæ locum rear a tanto philoſopho prætermiſiſum: Sed ſit naturæ obſequendū: ſitq; homo naturaliter animal politicū: nihil tamen poſſitæ obeſſe ſolitudinem ſtudioſoꝝ hominū (qui proculdubio rari ſunt) ſæpe etiam multū ꝑdeſſe cōpertū eſt: pluſq; uix unū ſolitariū cōferre rei publicæ q̄ centū q̄ latrinis aut tabernis aut lupanariꝝ obuerſent. Neq; enī ſolitudinē loqmur cunctis hoībus inſenſam: qualem Bellerophontis accepimꝝ: qui uniuerſo generi humano odium indixerat: aut Timonem neſcio cuius (obſcurum enim nomen habet) qui ob id qd̄ omnem amicitiam ſperneret nullūq; diligeret: ab Athenienſibus lapidatus traditur. Non hanc ſolitudinem loquimur: ſed tranquillam & mitem: & ab hominū uitijſ non ab humanitate ſemetotam. Ecce nunc tu ꝑer uicos ruis ac platæas: & quaſi ad currendū nati ſimus: me in ſolitudinē ſedentem: in huiꝝ manum putas. Crede mihi (ſi placet) plures te q̄tidie impellunt: plures melioꝝeſq; me diligunt. Et niſi gloriari tibi importune nimiū uidear: dicam quod multis eſt notum: tales ad me uiſendum uiros in hanc ſolitudinem ueniſſe: & ꝑpter me unum hic cupide fuiſſe: taleſ etiam miſiſſe de longinquo ad cohortandū me: noſcendumq; quid agerem: Qui te ſi ultro illos adeas: agre uiſuri ſint: nihil dicturi: modicum reſponſuri. Sed tranſeo ne te nimis affligam: Hoc autem non eſt ut gloriar: cum omnis honor in honorante ſit: ſed ut ſcias multos ruris amatoꝝ etiam in urbibus charoſ eſſe: multoſ habitatoꝝ urbium: iſiſ in quibus habitant urbibus odioſoſ: Ita non aduerſam ſolitudinem politiæ: meq; licet ſolitarium &

amare bonos noueris & ab illis non minus amari: quod si coeno oblitus ac sudore: & nunc huc nunc illuc more tuo discurrens prehensare homines: loquendo caput omnium obtunderet: nullum dormire sinerem: cum ceteris liminibus insultaret: & quem semel arripuissem: tenerem occideretque tenendo: ut ait Flaccus: non missura cutem nisi plena cruoris hirudo.

An solitaria uita careat ueris bonis: & an sit affectanda: Ca. III.

**A** **T**Neo quidem quod bonis urbium carere solitarij uident: nolo questionem antiquissimam reuouare: quae in Peripateticos ac Stoicos multis iam saeculis fuit: eritque praesacula. Illis summum: his solum bonum dicentibus esse uirtutem. Quae si uera sententia est: quibus quamuisque bonis careat solitaria uita: quisque uera bona urbium numerat ac metitur: intelliget. Sed quia de post Aristotelē: tempore ingenio etiam primum & cum additamēto logicae Peripateticum scio: concedam: nec de hoc ipso nouiter litigandum sit: esse praeter uirtutem bona quibus urbes abundare non negem: In quibus fornicem: balnea: macellum: mulsum: adipem: pulmentum: & quae sunt similia numeratis. Verum his carere apud uere realiterque philosophantes: non modo non miserum sed magna etiam solitariae foelicitatis occasio est: simul ut cum his uestris bonis & alijs careat urbanis malis. Et quae nam sunt ista in quies? Quis cum cetera dinumeret? Illis caruisse non est parum: quae si ad litteram intelligas: non mediocri quolibet fortuna uirum: sed David regem ex urbibus in solitudine pepulerunt. Quae nam uero haec: Nempe iniquitas & contradictio in ciuitate: & labor in medio eius: & iniusticia: & non deficientes de plateis eius usura & dolus. Iam quod sequitur responsione non eget: Sancta rusticitas sibi soli prodest: studiosa autem solitudo prodesse posse quam plurimum non negat: Et ipse Hieronymus qui hoc dixit: quantum solitudine delectatus: & quantum ibi mundo utilis fuerit: sciunt omnes. Sed quia non possunt omnes esse Hieronymi: & si magnam nihil in solitudine geratur: tantum ut uiuat innocue: uitent incontinentia libidinum: quibus porticus ciuitatum ac theatra flammescunt: parum ne tibi forsitan uideatur: Apud me multo quidem optabilius est solum saluari: quam perire cum multis.

Quod solitudo multis uulgi uoluptatibus careat: sed abundet suis: quiete: libertate & ocio: & quod plures eam affectarunt: quis etiam habitare in urbibus iure desideret: Ca. IIII.

**A** **S**ed iam satis est: iam te agrum agris tuis linqere meditor. Illi te conficiet: tu illos. Caret solitudo multis uulgi uoluptatibus: sed abundat suis: quiete: libertate: ocio: quamuis uerum sit quod ait Anneus: Ocium sine litteris mors est: & uiui hominis sepultura. Et profecto solitarij idiota: nisi forte Christus ualde continue secum sit: quantumlibet spacio terrarum: sine ullis uinculis uinctus est. Unde non miror id tibi uitae genus inuisum. Quid enim hic ageres: nisi numerare horas: & quarere quam coenatum secundum regulas tuas: quam cubitum ires: quem circumscribere: seu cum quo clamare posses: nullum occurreret: tecum loqui nescires. Id enim est hominum paucorum: & tamen his eisdem in locis parua fateor: seu uerum nulla copia. Sed nonnulla nec paruo quidem amore litterarum tam bene quam praedulci mihi est: ut si statum animi mei non nosset: putet te horam quam natus es: odio habiturum: quae te in illa misera & infelicem uitam precipit: & propter pecuniae paruae spem per magnas rapit angustias. Quid ergo locutus es miserabilis senex: Quid in me damnaasti? Amarum solitudinem patriarcharum: prophetarum: sancti: philosophi: poetae: duces impatoresque clarissimi: Immo uero solitudinem quae non amat: nisi quae secum esse non nouit: Odit solitudinem quae in solitudine solus est: timetque ocium quae quicquid nil agit. Quantum uero habeat unde tristet: quae ut gaudeat turbam querit: Plane miser est quae foelicitatem sperat a miseris. O medice dico medice: qui te naturam conficiam philosophum uocas: sic ubi nam sit uera foelicitas didicisti? Certo non opus est turbis confusisque clamoribus: non theatro strepitu: non uulgo inter miserias plaudente: non quadrigis fundamenta quassantibus: non cruento foro: non nidore fumantium popinarum: & olentium acie coquoarum atque aromata transmarina terentium: quos uobis exceptis: nescio an efficacissimos omnium ministrorum mortis appellem. Nihil his omnibus est opus: Intus in anima est quae foelicem & miserum facit. Hinc illud poeticum digne laudatur: Nec te quaesieris extra. Constat autem nihil melius esse animae: quam dum amotis obstaculis: uitaeque compedibus: in deum atque in seipsam: libera tandem & expedita conuertitur. Eni uero id dum sumus in terris: nusquam melius quam in solitudine fieri posse: & si tu non capias: fatebuntur experti. Illud quoque Platonice ab Augustino relatum & laudatum notissime uerum est: Non corporeis oculis (ut uerba etiam ipsa ponam) sed pura mente ueritatem uideri. Cui cum anima inhæserit: eam beatam fieri atque perfectam: ad quam percipiendam nihil magis impedire quam uitam libidinibus deditam.

una mechanicarum corpori famulantium. Deinde quod illud diffiniuit in nos de quo a principio litigamus: praeter enim quod circa medicinam nobis infinita dissentio est: nonne alius scrupulus premit occul-  
 tior: Equidem ut tibi plane concesserim: quod medicina ars sit nobilissima: tuque praeclearum medicum: Illa  
 ut est mechanicarum penultima: sic omnium prima artium. Tu ut non tantum ultimum: sed hostis es: sic  
 medicorum omnium sis princeps: Liceat uobis passim cuiuslibet necessariae artis obsequio uti: & cuius  
 ius utile obsequium fuerit: illa comestum uobis ancilla sit: quid futurum arbitramur? Ancillabimur  
 forsitan astrologia quae celestium corporum noticia: terrenis aliquam corpusculis operam ferat. Ancilla-  
 bimur musica: quae hominum pulsui forte non inutiliter dimensioes temporum & interualla consideret.  
 Quae res uobis quia necessaria esset possent: Ideo prius incognita & neglecta est. Illam appetitis  
 quam nec comestum potestis: & si possent deberetis nolle. Rhetores esse uultis ridete Tullio: Indi-  
 gnate Demosthene: flete Hippocrate: prope pereunte. Ne enim in singulis imorer: ad litis nostrae  
 sumam uenio. Si omnes in quibus artes quibus nobiles: quibus ingenuas tuo humili & mercenario artifi-  
 cio seruas facis: eo ipso quod utiles aut necessariae proposito tuo sint: Idcirco tibi nescio quod iure per-  
 mitti: nunquam profecto uel sic tibi rhetorica serua fiet: quam constat ad id quod te intendere oportet:  
 non modo nil prodesse sed obesse quam plurimum. Quid enim aegro longa oratione est operum: cui fere uer-  
 bum omne molestum est: nisi ut iubeat bono animo esse: cureturque artis ope si poterit. An forsitan apo-  
 thecarum persuadere proposito est: quibus pene maenis uerbis sunt dictanda remedia? Vnum est: quam fa-  
 ctum tuum quam possis excusare disposui: Vnum est quod in te alicuius eloquentiam studium excusum: si forte  
 defectum tuos & medicinae imperitiam: non dicam supplere sed tegere putas eloquentia: & cum apte  
 pemeris: ostendas culpam esse non tuam sed aegroti: sed astantium: sed naturam. Si praeterea in morte  
 manibus tuis ascita uis supstitis consolari: Vtrumque enim oratorum & rhetoricorum operum est fateor: Ac-  
 cusare excusare: consolari: irritare: placare animos: admouere lachrymas atque comprimere: ac-  
 cendere iras & extinguere: colorare factum: auertere infamiam: transferre culpam: suscitare suspiti-  
 ones: Oratorum proprie sunt haec: Medicorum esse non nouerim. Sed si rhetorica tibi seruit: quicquid an-  
 cillae tuae est: tuum esse concedit. Omnia haec igitur tua sunt: & quaecumque alia oratoribus assignant: plusque  
 permittit quam putabam: Potest enim occidere: mihi dictum: & quem occideris accusare. Sed quam hodie ne-  
 scio quod de accusatore factum sum excusator tuum: Quid te uetat hoc tanto & tam capaci ingenio  
 ut philosophum & medicum: sic oratorem esse: atque actus oratorios exercere cum gloria: Nonne ita hoc  
 est tu: ut Cicero? Accusat ille Clodium ac Verrum: & in Inuectiuis Catilinam: & in Philippicis isce-  
 rat Antonium: magnos uiros ac feroces ad ultionemque promptissimos: & molestoque criminum  
 ac reipublicae ruinam illis opponit: Tu defunctum unum nec loqui ualentes: nec ulciscit non fidentem accu-  
 ses quod se ipse necauerit: Excusat item Cicero capitalium reorum Deiothae regem: Plantium: Quin-  
 tum Ligarium: Milonem: mille alios: Tibi cur te ipsum non liceat excusare? Consolat ille sese in mor-  
 te unica charissimamque filiam: Tu in illorum morte de quibus nihil ad te: cur non possis alios consolari?  
 Facile seipsum excusat quem non pudet: facile consolatur alium quem non dolet: Et illud est certum: quod quicquid  
 promptum se quam alium excusat: Contra autem quicquid promptum alium consolatur quam seipsum. Si haec ergo te mo-  
 uent: stude in oratorum libris: uelis esse rhetoricae dominus: utilis est tibi: necessaria est: totum es: si-  
 ne illa nullus es: Quotidie enim facis quod excusator tibi sit necessarium: & consolator alteri. Sed  
 si es quod profiteris: non excusator tui: non consolator aliorum: imo pro medicum: si non uulgi plausum sed  
 ut debes aegroti tui respicias salutem: quo pergis? quid cogitas? quid agis? aut quid tibi  
 rei est extra terminos tuos longe? An non illud semper tibi conscientia ad aurem cordis im-  
 murmurat: Iste cum quo ludis aeger est: tu te medicum dicis: Quid operum est uerbis? Cura. Sem-  
 per dixi tibi medice: Rhetorica quam seruam tibi uis efficere: hostis est tua: postquam rheto-  
 res atque poetae esse uolueris: medicos esse desistis. Sed haec mihi tecum uetus est querela:  
 cogita & recogita syllogismos tuos inanes: & uacuos inuenies. Non probant quod uolunt:  
 & si probarent: tibi dedecus: aegris tuis damnum ac periculum probarent. Proba potius rhe-  
 toricam tibi incognitam quam seruam. Sed aegros oculos lux serena praestringit: delectat uide-  
 ri quod esse nec expedit nec licet. An autem solidum & uniuersalem syllogismum recipis unius logica  
 carentis? Siquidem sicut anima rationalis nisi rationem amiserit corpori suo imperat: cor-  
 pus autem illi seruit: Sic omnes artes propter animam inuentae imperant propter corpus in-  
 uentis: Illae autem seruiunt: Constat autem liberales propter animam: mechanicas pro-  
 pter corpus inuentas: Conclude dialectice: Ergo medicinae rhetorica serua est: Habes me-  
 dice quod optabas. Sed an ego tecum ludo: cum tu tamen sis iratus: & iocosa conclusio in con-  
 trarium cadat: Dimoueant ambages: dicam clare quod sentio: quibus dentibus tuis fremas &  
 tabescas: & mihi fortassis anceps pharmacum mineris. Expediret tibi: sed multo magis aegris

**G** tuis ut mutus esses non orator. Et quod natura non fecit: faceret homo aliquis reipublicæ amicus: linguam præscinderet: sumpto forcipe de altari: linguam illam infulso uix ore uersatilem qua superbis: Tum demū curare inciperes: nunc cogitas prædicare: & quicquid prædicas in nihilum finit: Fallor imo uero in tuam infamiam & in perniciem alienam: Certe nō ad artis ignominiam: nec a casu: medicinam Virgilius mutā uocat. Sed quoniam muta debet esse non loquax: uos autem eo rem deduxistis impudentia uestra: ut de mutis parabolani dici merueritis: Hoc nomē iure ciuili uobis impositum nunquā cadet. Solebāt medici ueteres taciti curare: uos perorantes & altercantes & conclamantes occiditis. Hæc medicina: hæc rhetorica uestra est: & cum nulla gens magis rhetoricis floribus nuda sit: nulla minus illis indigeat: tamen rhetorici & oratores & poetae & philosophi & apostoli ac suscitatores corporum dici uultis: & penitus nihil estis nisi uerba iania nugæque uolatiles. Olim quidem sine syllogismis curabant: & prope ut tu nunc falso gloriaris suscitabant infirmi: Hinc arbor fabulæ locus fuit Hippolytū ab Aesculapio suscitatum: quæ eum ab extremis efficax medicus & uelut a morte media reuocasset. Nunc quanta mutatio: Syllogizantibus uobis perunt: qui sine uobis uiuere potuissent. Sæpe iam nequicquid dixi: curate: medemini: Eloquentiam his quorum est propria relinquite: uestra esse non potest. Et ut pro consilio consiliū reddam tibi: sed aliquanto fidelius: Tu me iubes alienos fines irrumperere: Ego te ad tuos redire moneo. Tu mihi consulis ut mutato adhuc uitæ genere medicus fiam: rem neque magnificam nec pene impossibilem: Ego tibi ne unquam rhetoricæ studeas ut tandem medicus esse incipias: quod diu te esse mentitus es. Tam decet ornatus medicum quam asellum phalere. Tibi sane ne hinc reprehendi posses: abunde prouisum est. Quisquis te disertum dixerit: Idem & nitidam suam & uolucrum testudinem: & candidum coruum dicat. In te ergo non facundia sed facundiæ studium male olet: & facundiæ inimica loquacitas. De his loquebar: dum dixi non esse medici ornatum: Magis est mercatori necessarius: quamuis nec ille rhetorice quidē studet: sed usu experientiam quærit ac promptitudinē colloquendi. Quā ob causam illud a te non sine certa ratione quæsieram: Cur non potius navigationi rhetoricā subiecisses: si cogebas eam seruire mœchanicæ: Quem locum non intelligens (qui ignorantium mos est) nō sine meo & multorum risu responsionem supuacua diffinisti.

Francisci Petrarchæ Liber Inuentuarum Tertius Explicit.

Sequitur Annotatio capitulorum Libri Quartii eiusdem.

- Ca. I. De eo quæ auctor fatetur se solitudinis amicū: & an solitaria uita sit bona uel utilis.  
 Ca. II. An naturæ semper sit obsequendum uel interdum illi resistendū: & de uera solitudine.  
 Ca. III. An solitaria uita careat ueris bonis & an sit affectanda. (ne & bona.  
 Ca. IIII. Quæ solitudo multis uulgi uoluptatibus careat: sed abundet suis: quiete libertate & ocio: & quæ plures eam affectarunt: quis etiam habitare in urbibus iure desideret.  
 Ca. V. Quæ pro culpa unius non alius feriendus sit.  
 Ca. VI. Quæ auctor tranquillitatem mentis & libertatem quærat quæ locis solitarijs dumtaxat.  
 Ca. VII. Quæ iurgator iure deus appellari possit quia poetas ignoret. (xat reperiantur.  
 Ca. VIII. Quæ auctor non curet an leo uel quid aliud uocetur: & quæ iurgator eū nocturnæ rostris.  
 Ca. IX. Quare in syluis & collibus habitandū sit. (stro uellicauerit.  
 Ca. X. De inuitatione iurgatoris ad respondendum. (petentis.  
 Ca. XI. De excusatione auctoris apud lectorem quæ si aut superbe aut iniuriose scripserit ueniam

Francisci Petrarchæ poetæ Oratorisq; Clarissimi Liber Inuentuarum in medicum obiurgantem Quartus Incipit.

De eo quæ auctor fateatur se solitudinis amicū: & an solitaria uita sit bona uel utilis: Ca. I.

**A**

**S**ciens gratissimam mihi partem maledictorum tuorum ad ultimum referuauit: nō quia tu quoque ultimam posuisses: De ordine enim tuo: de ingenio: de stilo quid sentiam audisti: Sed ut prioribus exactis: in hac parte licentius imorarer: palamque omnibus fieret quæ sis uirtutis amicus: quam cupidas litterarum qui mihi solitariam uitam uelut probrum aliquod obiectas: De qua quidem duo mei libri extant: quos quoniam ad te nec peruenisse nec peruenturos esse confido: neu perueniant uelim. De hoc ipso cogor aliquid hic etiā ignorantia tua loqui. Ita ne demens & excors: quos uitupare uis laudat: Nō mi-

Quæ ſentētia a Virgilio: quā tu ſpernis ut ueſpertilio aquilā: ſimia leonē: elegantiffime ſub allegorica nube reconditur: quem locum prætereo: ne cerebellū tuū mole rerum opprimā. Quam doctrinā ab Archyta Tarētino magno imprimis & præclaro uiro didiciſſe Plato ipſe potuerat: dum illum Pythagoreoſq; alios uiſendi diſcendiq; gratia in Italiam ueniſſet. Ille enim ut apud Ciceronem Cato meminit: nullam capitaliorem peſtem q̄ corporis uoluptatem hominibus dicebat a natura datam. Deinde enumeratis malis: quæ ex uoluptatis radice naſcuntur: illud addebat: Cum homini ſiue natura ſiue quis deus mēte nihil præſtabilius dediſſet: huic diuino dono nihil tam inimicum eſſe q̄ uoluptatem: Nec enim libidine dñante: temperantiæ locum eſſe: neq; oīno uoluptatis regno uirtutem poſſe conſiſtere. Quib⁹ ita ſe habētib⁹: nec illud ambigūt: & quæ beatā p̄fectāq; aīam fieri uetat: ſūmo ſtudio uitandū: & uirtutē in proprio nō inimicā ſuā regno eſſe quærendā. Iam illud ne p̄bati quōdē eſt neceſſe: Ciuitatē libidinū eſſe ſentīnā: omniūq; ibi turpiū uoluptatū illecebras ſcaturire. Piget nūc pudetq; cōcluſiūculas infantiles tuo more ſubnectere: Tu q̄ logicā ſp̄uis: facile cōſequentiā uides. At ne nimis urgeā: excuſare nūc etiā iudiciū tuū libet. Profecto enī ſolitudinē odiſſe: mœchanici ē. Facis fateor quæ te decet. Vbi enī niſi in turbas credulas fatuorū: ingenioli tui mercimoniū oſtendares? Poſſes hic quōdē eſurire: tot⁹ anni mēdacia: una te luce nō paſcerēt. Iure igiſ locū fugis morib⁹ tuis aduerſum. Illud iuſte agis: q̄ in ſtudioſos litterarū ac mœchanicos nō diſcernis: Linque ſolitudinē his qb⁹ nec falli nec fallere eſt anim⁹: q̄ nec pauperiē timēt: nec diuitias uenerant: ſed utrūq; paribus ſpat̄ijs delectant̄ aſſiſtere: Qui honeſtiſſimā uoluptatē ex libris: ex ingenio: ex animi agitatiōe p̄cipiunt: Tu aut̄ nullo p̄hibente habita: ubi te matutina mulierulay: cohors ī publico ſeden tē adeat: circūſtrepat: in terpeller: Tu p̄ tribunali ſtrictō: pallido labello: elatoq; rugoſo ſup̄cilio ſuſpirans: examineſ quod ea nocte q̄s minxerit: & uix tandē quaſſanti capite ſentētiā feras: Ille p̄ibit: iſte curabit: quā cū falſam finis oſtenderit: apud te nō prius mendaciū q̄ excuſatio ſit inuēta. Sin uera forſan euaserit (fieri enī nō pōt ut quiſq; tā plen⁹ mendaciō: ſit qn̄ caſu ſaltē ueri aliqd multiloquio miſceat) exultes ac tumeas: ipſumq; te putes Apollinē & Delphis oraculū p̄ceſſiſſe. Nō eſt itaq; totus amēs: locū tibi aptiſſimū delegiſti. Habitāt reges ī urbibus præſidesq; terray & iudices: quiq; coercedis uulgi morib⁹ præſūt: q̄s reipublicæ neceſſitas excuſat: horū præſentiā req̄rētis. Habitāt ibi aliq̄ graui negotio detētī: hos p̄pria ius neceſſitatis abſoluit. Habitāt ibi uoluptuoſi atq; cupedinarij qb⁹ placet fornix & uncta popina: ut ait Flacc⁹. Habitant ibi circūſcriptores: mimi: fures: totūq; id gen⁹. Ibi poſtremo habitāt mœchanici: qb⁹ oib⁹ p̄poſitū unū uſ fallere uſ lucrari. Tibi utrūq; p̄poſitū ē quod intēdis: alibi nō poteſ. Fuge igiſ ſolitudinē: urbes ama: Quin etiā ſi quod mihi credis: illic tibi nō ſuburbium elige: ſed plataeā: Quid mltā: Doctos ut ſcopulū caue: habita in ſtultos. Venator nemora: piſcator aq̄s: ſeq̄ lup⁹ indefenſū gregē: circulator mimos: fur & ipoſtor diuites: ſtultos: credulos iſe quiē. Nihil ſane circulatori graui⁹ q̄ ludū ſuū ab aſtante cognoſci. Hinc ne me oīno ruſticū putes: quia rure habito: hinc illud uenenū uiferib⁹ tuis ſparſum: quod te quietſcere non ſinit: Cū enī pontificē maximū: hinc morbo: hinc q̄rūdā fraude uſ ignorātia circūuentū ceruerēt: eū certe fidelit̄ ut res docuit fruſtra præmonui. Licet enī tūc euaderet: ī eoſdem tū laqueos mox reuerſus utiliſq; cōſilij uel imemor uel contēptor: totū ſe uobis tradidit: ubi quod ſæpe accidit melior pars numero uicta eſt: tuaq; & cæterorū ignorantū præualēte ſentētia: intēpeſtiuis remedijs & imodica (ut fert̄) ſenilis ſanguinis rapina: illū ſi ſinereſ adhuc forte uiſturū pontificali ſollicitudine liberaſtis. Ita breui tpe caput mutauit eccleſia: & anteq; nos noſtræ contētōis: is unde contētio orta erat: uitæ ſuæ finē repperit: te iuuante: hoc quemq; aīa duertiffē fers grauiē. Sed certe nō ſolus ego ludos ueſtros itelligo: quid ſoli mihi irateſceris? An quia ſolus e cūctis ludo aſtātib⁹ mutire auſus ſum: ut q̄ fallebat aduerteret? Habes p̄pe iuſtā iracūdiæ cauſam circulator: puluerē tuū circulūq; tuū detegere: quin etiā ſpergere atq; ſtringere uolui: fateor feciſſemq; ſi mihi creditū fuiſſet.

Q̄ pro culpa unius non alius feriendus ſit:

Ca. V.

**U** Num tibi ſatis inculcare nequeo: nec enī decies repetiſſe ſufficiet. Si ī me rabies tuæ ignorantiæ ſibi conſcia: linguā urgebat: quod poetæ meriti: quorū nec aliquē noſti: nec apt⁹ nat⁹ eſ noſcere? Vt ſim ego poeta: quod tu poti⁹ dicis: & ego patiar q̄ credā: quod tñ ideo: Nō ego te carmine aut ullo poetico mucrone cōfixerā: ſed pedeftri ſolutorū ſermōe læſerā. Quæq; mai⁹ impatiētīæ tuæ ſignū fuerit: nō ad te: ſed ad alterū trāmiſſo: neq; enī de te ſed de ignorantibus atq; diſcordibus: quorum tunc ego te principem neſciebam. Quotiens tibi iam dixi: fruſtra deſpumas in poetas: aerem uerberas: in uentum furis: Neq; enim

B  
 poetice laesus es. O cerebꝫ plumbeum: hoc non potes intelligere: cum philosophia & logi-  
 ca tuae sint: Miraris si te surdum caecumqꝫ aut si saxum uocem? Quid tecum amplius qꝫ  
 cum aliquo ex his scopulis Sorgiæ impendentibus loqui iuuat? Nisi qꝫ ille aliquid forte:  
 tu nihil ad quæsitā respōdes. Læserim ego te: quid poetica meruit? Sim poeta: telum illud  
 ueritatis: qꝫ (ut uideo) alte descēdit in cortuū: nō loro poetico: sed nuda manu & ybis pu-  
 ris atqꝫ simplicibꝫ missum erat. Philosophē ingēs: quæro a te: An si te musicꝫ nō cantu: sed  
 uerbis offenderet: uel Aristoxenū uel ipsam musicā condēnares? An si qs astrologꝫ: nō qua-  
 drātē æneū: sed baculū tibi quercinū in caluitiū impēgisset: malediceres Ptolemæo: An si te  
 uꝫ agricola nō stiuā sed saxo feriat: Hesiodū carpes aut Palladiū: uꝫ piscator nō hamo: sed  
 gladio percutiat: Petro detrahes aut Andræa? An ego quia tu mihi oles: Hippocratis uel  
 C Aesculapij memoriā lacerabo? Satis est aduersariū ferire: etiā ne ob unū hoīs odiū huma-  
 nū omne genꝫ oderis: multosqꝫ tibi hostes feceris: impar uni hæc repetere uisum est: ut qꝫ  
 ingenio nō potes: crebra saltē repetitiōe cōcipias. Te dū me inuaderes iratū fuisse: dū poeti-  
 cam lacefferes furiosum: Utrobiqꝫ non modo mēdicū litterarꝫ: sed oīs inopem rōnis. Et cū  
 poetis qꝫ dem deinceps ut liber: mihi iam parcere poteras: odij causa sublata est. Hactenꝫ enī  
 ludū tuū uolui impedire: nec potui: posthac impedire nec cogito nec oportet: Hūc enī pon-  
 tificē habemꝫ: qꝫ (si ueꝫ audio) nugas tuas nō pluris faciat qꝫ sint: quiqꝫ uel inata pruden-  
 tia uel exemplo nouo & insigni tales facile uitet insidias.

Qꝫ auctor tranquillitatem mentis & libertatem quærat: quæ locis soli-  
 tarijs dūtaxat reperiantur: Ca. VI.

A  
 Hinc iam huiꝫ sermonis esse poterat: & ut arbitror tempus erat: sed ubere atqꝫ præ-  
 gnanti eloquio tuo retrahor: sic facere tantaqꝫ arte me detines: ut abire nequeā abs-  
 te. Quis enī tam mutꝫ ut illi ioco nō respōdeat: qꝫ desponsasse me dicis fontē Sor-  
 giæ: Clare philosophē nō locū hūc aut illū: sed trāquillitatē mētis ac libertatē sequor: quas  
 tu nescis. Illas ego nō tātū ad Sorgiæ: sed ad Nili fōtē quærere nō grauabor. Ibo qꝫ nec Ale-  
 xander mittere: nec Cambyzes potuit puenire. Nō me rubicūda perusti çona poli: nec epu-  
 larꝫ defectꝫ ipediat: quæ causa duplex cōcepto arcuisse legiſ tātōs reges: & esuriēs & pustus  
 si ibi illas esse nouerim: ad trāquillitatē animi libertatēqꝫ pueniā. Scio tñ eas nō in locis: sed  
 in animis inueniri: Verꝫ ad id cōferre aliqd loca salubria & quieta nō dubito. Cur inquires  
 asperiore loco habitas? Cur mollioribꝫ nō uteris? Si reddēda nūc etiā uitæ ratio ē: nec dū  
 manū ferulæ subduximꝫ: dicā de multis unā causā: legisse: nescio an itellexisse: potes apud  
 B Senecā: honestiꝫ Scipionē Liternis exulasse qꝫ Baijs. Non est unā rem amantis: cōtrariam  
 sponte seqꝫ. Nō est igiſ aut uirtutē adepti: qꝫlem me nō esse iageo: aut ad uirtutē suspirātis:  
 qualē me si pmiseris nō nego: Nō est inqꝫ ad uirtutē aspirātis ultro degere ubi uolupras in-  
 imica uirtutis imperet. Quid ergo? Nemo inquires bonꝫ in urbibꝫ? Nō dico id qꝫ ē: sed inu-  
 merabiles mali: a qbꝫ nō modo .p.ficiētē: sed pfectū quoqꝫ si possit securiſ sit abesse. Accedit  
 qꝫ nec ita rure relegatꝫ sum: qn sapiꝫ qꝫ uellē amicorꝫ precibꝫ ad urbem retrahar: sæpe etiam  
 spōte mea uager: uitās locorꝫ alternatiōe fastidiū. Facti mei causā audisti: O si te nūc scisciſ  
 uiceuerſa qd tu latrinas oēs ambire nunqꝫ definas: qualē mihi expedies rōnē? Dices te sa-  
 nare rem publicā: quā agrā fateor: a te sanari posse nego: nisi quātū te spero qꝫ tidie multis  
 illā dementibꝫ ueluti corpus infectū damnosis humoribꝫ exhaurire.

Qꝫ iurgator iure deus appellari possit: quia poetas ignoret: Ca. VII.

A  
 Qꝫ uero nō curis exonerēt impleatqꝫ laticia speculationes illæ tuæ pulcherrimæ:  
 qꝫ Quær prima ē: An in solitudine habitāſ: sim deꝫ an bestia: diffinisqꝫ nō deū. Sed au-  
 dite quærō philosophi rōnē: quia poetas sequor: ut dicit & nō .p.bat: Ergo si poetas  
 nō sequerer: deus essem. Tu igiſ qui nec poetā nec ipsum poetæ nomē intelligis: qs deorum  
 es? Certe si ignorātia deū facit: tu nō solū deꝫ: sed deus deorꝫ iure uocaberis. Quærō aut qꝫ  
 apud Lucanū de Nerone scriptū est: qs deus esse uelis? Nō respōdes: pplexus es: dabo tibi  
 cōsiliū: lege Varronis uel (quia illos nō habes) Augustini libros: inueniesqꝫ tibi placitū ali-  
 qꝫ dei nomē. Deꝫ enī esse nō .p.hiberis: quia poetas negligis: magna ibi deorꝫ copia: & no-  
 minū mpta uarietas. Si me rogas (quia i his paulo forſan exercitator sum) tria tibi deorū  
 B noīa utriꝫqꝫ sexꝫ excerpſi: Esto uel Pallor: uꝫ Cloacina: uel Febris: hæc te cito utinā oſtolidū  
 caput arripiat: ut pſtrepere definas: & tuo periculo experiaris qbꝫ remedijs abūdes. O in-  
 sensate nō sum deus: nisi forte eo modo quo .p.pter intelligentiā & actū Aristotelis uideſ ho-  
 mo mortalis deus. Qꝫ si beatus essem: utiqꝫ deus essem: luxta illud philosophicū Severini:  
 Oīs beatus deꝫ. Natura quidē unus: participatiōe uero qꝫ plurimos esse nil prohibet: quod

ab Augustino habuit psalmo centesimo decimo octauo: Non enim inquit existendo sunt homines dei: sed fiunt participando illius unius qui uerus est deus. Certe peccatis nostris effectū est: ut cū audissemus: Ego dixi dñi estis & filij excelsi oēs: Illud continuo tristi⁹ audiremus: Vos autē sicut hoīes moriemini. Ac ne qs picipatui potētiaꝝ fideret: additū est: Et sicut un⁹ de principib⁹ cadetis. Itaq; pfundissime speculator: nō sum deus: nec semideus quidem: qualē Lucan⁹ Pompeiū: Labeo describit Herculē & Romulū: & de philosophis Plato nē: Nunq̄ miser in has insanias cecidisses: si aliqñ cogitasset: q̄ grāde negocij sit: licet excellentib⁹ ingenijs: diuinitatē nō dicā assequi: sed etiā contēplari: si semel legisset illud præclare dictū a Platone: ab Apuleio relatū: & ab Augustino in libro de Ciuitate dei positū: deū esse summū omniū creatorē: ipsumq; solū esse: q non possit penuria sermonis humani quauis oratione uel modice cōprehēdi: uix saltē sapientib⁹ uiris: cū se uigore animi q̄tū licuit a corpore remouēt ad intellectū hui⁹ dei. Id quoq; interdū uelut in altissimis tenebris rapidissimo coruscamine lumem candidū intermicare. Quid tibi medice uideat⁹? Quid de hac urina iudicas Platonis? Certe Augustin⁹ magn⁹ medicus animoꝝ sani hoīs eā censeret. Quāobrē nō sum de⁹ ut dixi: quippe nec idone⁹ contēplator dei. Nō si tā sapiēs sim q̄tū tibi sapiens uideris: quid ergo? Opus exiguū dei sum: cultorq; utinā: Bestiæ uero titulū nemo te uiuēte merebitur.

Quæ auctor nō curet an leo uel quid aliud uocetur: & q iurgator eum noctua rostro uellicauerit: Ca. VIII.

**S**ed eloquētia tua nihil ē arduū: nomē tuū mihi temptas ingerere. Et quē nō exhiberet urbanitas tua: dū me interrogas an sim leo: quia scilicet ut dicis id respōsionis meæ principū præferbat: Atq; cōuitiator mordax & friuole: siue me leonē uoces: nō mouebor: sciēs q̄ i scripturis sacris: quoꝝ non ignarus modo: sed hostis es: Christ⁹ leo dicitur. Siue me leonē neges: nō irascar: memor q̄ in eisdē scripturis: diabolus est leo. O insulsi sales auctoriq; suo simillimi: quid ais: nō potes iocū tuū concludere in me senex: Iā nemo est qui aliud i te: nisi te rideat: Explica linguā nodū: fac rideamus dū ægri interim tui plorāt. Dic age: dic secure: nil timueris: tuā aureā eloquētiā expectam⁹. Dic rhetorice Impator: dic Galieni Demosthenes: dic bone Cicero & Auicēna: sum leo: uel quid aliud: Nō es inqt leo: sed noctua. Ridete oēs: plaudite: fabula acta ē. Sed heu nō sacrari tantū: uerū omniū litterarū nescio: an nō saltem audisti: talia enī legisse nō potes: qm̄ extra terapētica tuā sunt: apud antiquos nostros ingeniosissimos: qd̄ nemo ambigit ac doctissimos qdē uiros: auē hāc Mirneruæ cōsecratā: quæ apud illos sapiētia dea est: Miraris idiota: peregrina sunt hæc: uelles audire rei causam: Occulta ē auis & uolucrū stupor: nocte uigilat: inter tenebras uidet: dormientib⁹ cūctis uolat. Mirari autē desines: si cogitare cœperis ex psona Christi: q uer⁹ sapiētia deus est: & ipsa sapiētia patris est: in psalmo centesimo primo dictū esse: Fact⁹ sum sicut nycticorax i domicilio. Vide autē quāti te faciā philosophæ: q̄ ad ridēdū studio cōquisisti: ad irrisiōnē tuā & gloriā meā facili ludificatiōe cōuersū est. Videro qualit̄ upupā tuā philosophiæ rhetoricaꝝq; dñs: laudādo tuā uertes in gloriā. Disce iam iurgator mel mordere psonidius uel silere: nūc enī me noctuæ rostro uides q̄ leuif uellicasti: uenenū multum: uiriū nihil habes: qm̄ mihi ut crimē aliqd̄ solitudinē obijciēs: ex actu laudabili conflare infamiā uoluisti: p uidebo ne me ueris. pbris possis attingere: eritq; tibi liuor tu⁹ ad pœnā: mihi tū ad laudē: tū etiā ad cautelā. Curabo ita uiuere ut boni gaudeāt: tu medi⁹ crepes: siue in hac siue in alia solitudine ut fors tulerit: siue i urbib⁹ uiuā: ubi uixi lōge aliē q̄ tu: ubi nemo mihi urinam suā: multi & magni secretū animi familiarit̄ ostēderūt: contigitq; qd̄ optabāt: ut essem char⁹ illustrib⁹: uulgo ignot⁹. Libet enī gloriari sed i dño: cui semp: tū p multis: tum p hoc noiati gratias agam: q̄ me ualde dissimilē tui fecit.

Quare in syluis & collibus habitandum sit: Ca. IX.

**I**nterea dū hic sum: qd̄ q̄ diu sit futurū: nescio: Illud ne tibi uidear mētibus q̄ superbiā mihi datū in principio litterarū tuarū: huc sciēs distuli: me florentes syluas & solitarios colles ambire solitū: uel sciētia cupiditate uel gloriæ. Repeto enī nō dubitāne lateat ut tu fingis: notū enī spero nō modo qd̄ agā: sed qd̄ cogitē. Dixi igit̄ ut doleres: & repeto ut doleas: tātā diuersitatē nostræ sortis agnosces: dū certe oculos tuos ille mœst⁹ atq; horres peluiū ferit aspect⁹: meos grata serenitas & agroꝝ ac nemoꝝ latissim⁹ uiror lenit. Dū aurib⁹ tuis irati uentris murmur intonat: meas suauis uolucꝝ cant⁹ & dulcis aquæ strepit⁹ delectat. Dū narib⁹ tuis iclusus aer & auræ tristioris flat⁹ igerit̄: meas floꝝ circūfusa diuersitatis & calcataꝝ odor mir⁹ herbarū recreat atq; pmulcet. Dū lingua hebes i fœlixq; palatū tuū

delibandis atris potionib<sup>9</sup> inuisant: mihi lingua in aliq<sup>o</sup> uel honesto colloquio uel salubri soliloquio detinet. Dū man<sup>9</sup> tua miserorū rima<sup>t</sup> atq<sup>ue</sup> explicat purgamēta: mea aliqd scribit gratū posteris: ut spero dū leget: qd<sup>o</sup> certe scio gratū mihi dū scribit: & si nihil enī maius: at saltem obliuia temporū malorū multarūq<sup>ue</sup> grauiū & inutiliū curarū animo meo affert. Deniq<sup>ue</sup> dū tu lucrū cogitas aut rapinā: ego illud meditor: ut si possim ex alto pereūtia lucra despicā. Et ut sapissime stomacheris: dū tu capt<sup>9</sup> uilis lucri cupidine: grabatulos ambis ac latrinas: ego illa sola cupidine quā audisti florētes syluas & solitarios colles lustro. Sentis q<sup>ue</sup> me nō poeniteat dixisse: qd<sup>o</sup> toties repeto & exaggero: magnifice forsan & de me alti<sup>9</sup> loq<sup>u</sup> uideor: sed a qdā magnanimo litteratoq<sup>ue</sup> uiro didici: magnifice loquendū aduersus ignorantes. Brutus hoc ī epistolis suis ait: Patere me uti testimonio hoīs incogniti apud te: notissimī apud doctos: & quē Tullio ac Seneca cū ueneratiōe suscipiūt: Quāto ergo magnificēt<sup>9</sup> atq<sup>ue</sup> alti<sup>9</sup> loquēdū aduersus surdos. Alte locut<sup>9</sup> sum: sic oportuit ut audires: Hymnis quidē tuis: carmē breue reddiderā: sed iniuriā musis hanc inferre nolui: eas ut insueto odore confunderē: tūq<sup>ue</sup> ad limē cogerē: ubi se nunq<sup>ue</sup> fuisse glorianē.

De inuitatione iurgatoris ad respondendū:

Ca. X.

**A** **Q**uæ mīta mihi quæ pene p<sup>er</sup> dissuetudinē euauerāt ad memoriā reduxisti: gratiā habeo cōuictis tuis: Exercēt ingeniū: bonū op<sup>9</sup>: nisi malo more pessimoq<sup>ue</sup> animo fieret. Hoc tibi examinādū linq<sup>u</sup>: ut libet igit<sup>ur</sup>. Ego & tacere possum & loq<sup>u</sup> audeo: isultusq<sup>ue</sup> tuos nec opto nec horreo: necdū aculeos deposui: qd<sup>o</sup> a te quoq<sup>ue</sup> graui<sup>9</sup> acceptū q<sup>ue</sup> uere dixisti: puto sentias: nisi p<sup>ro</sup>fus obtorpuiisti. Ita tñ hoc accipias uelim: si nō post añū: sed ad iustis tempis spacū in aciē redis: absit enī: ut ab uni<sup>9</sup> tempus nō extimātis pendeā semp arbitrio tempus mihi charū est: fugāq<sup>ue</sup> ei<sup>9</sup> intueor. Si ergo distuleris: tibi nihil: Chartæ autē qd<sup>o</sup> merebit<sup>9</sup> quæ indignari nō poterit: si illic posita fuerit ubi auctor suus assidue cor: ingenium: man<sup>9</sup>: linguā: oculos: nares habet: & tibi qdē in p<sup>re</sup>sens hæc suffectura crediderim: ut aliqd in diem p<sup>ro</sup>ximū referuimus.


De excusatione auctoris apud lectorem: q<sup>ue</sup> si aut superbe aut iniuriose scripserit ueniam petentis:

Ca. XI.


**A** **T**ibi autē lector q<sup>ui</sup>sq<sup>ue</sup> es: ocio abūdās: in has forte litterulas incidisti: pauca dicitur<sup>9</sup> sū. Duo sunt quidem ad quæ perraro: nunq<sup>ue</sup>q<sup>ue</sup> nisi inuitus uenio. Ad utrunq<sup>ue</sup> nunc iste mordacissimus cōuictator me coegit. Gloriarī & de seipso prædicare uanum ac superbum: alteri detrahere iniuriosum & molestum est. Non audeo te rogare ut mea legas opuscula: Altiorē tibi fertiliorēq<sup>ue</sup> lecturā opto: sed hoc dicere audeo: si q<sup>ui</sup>q<sup>ue</sup> ab ineūte ætate scripsi & utputo scribā: cū his cōferat<sup>9</sup>: quæ mihi detractor iste uolent<sup>9</sup> extorsit: neq<sup>ue</sup> sermo tā feruidus: neq<sup>ue</sup> tantū in reliqs oib<sup>9</sup> iurgiorū: neq<sup>ue</sup> decima uel p<sup>ro</sup>priæ laudis uel alienæ infamiæ pars leget<sup>9</sup>: nisi q<sup>ue</sup> olim memini me alteri<sup>9</sup> cuiusdam & certe maioris æmuli: quē in alio terrarū tractu: atq<sup>ue</sup> alia ætate p<sup>ro</sup>pressus sum: Rabiē inuidiæ facib<sup>9</sup> accēsam coactū similiē trib<sup>9</sup> aut quattuor epistolis cōtudisse. Sed ea cōtentio lege carnis iuueniliē acitata ē: Hoc deerat iniuriæ: ut a fene iam senior soluta oratiōe lacerer: utq<sup>ue</sup> in omni ætate & in utroq<sup>ue</sup> stilo cōpellerer insanire: Vnū me solat<sup>9</sup>: utrobicq<sup>ue</sup> lacessit<sup>9</sup> sum: putabā aliq<sup>ui</sup> fugisse latebris iuidiā: fallebar: Illa me ut uideo uel subterraneis latitatē cauernis inueniet. Displicet p<sup>ro</sup>secutio: q<sup>ue</sup> uis forte nō inutilis: displicet inuidia: sed inuidiæ causa nō displicet: neq<sup>ue</sup> uelim talis esse ī quē illa nil cogitet: aut in quem nil audeat: Securus esse uelim nisi putem impossibile. Ausa est in Cæsares: in reges: in populos: penitusq<sup>ue</sup> paucis contigit: qd<sup>o</sup> Salusti<sup>9</sup> merito difficilimū dicit inē mortales: ut gloria inuidiā superaret. Illud cōtra facillimū multis accidit: ut gloria inuidiā irritaret. Vnū miror: q<sup>ue</sup> cū hæc pestis inter pares uniq<sup>ue</sup> studio intētos oriri soleat: mihi semp unde nō debuit orta est: Deū testor nō libes ad respondēdū olim ueni: sed multo nūc magis inuit<sup>9</sup> ad hæc redeo: q<sup>ue</sup> uis inter utriusq<sup>ue</sup> linguæ principes: interq<sup>ue</sup> sanctos uiros: qd<sup>o</sup> multo mirabili<sup>9</sup> est: quæ nā uerborū certamina frequē exarserint nō ignorē. In imortalib<sup>9</sup> enī scriptis memoriæq<sup>ue</sup> mādata sunt: quæ p<sup>ro</sup>bra: quas cōtumelias uel in Cicero: nē Salusti<sup>9</sup> nō iacit: uel in eū ille nō reiecit: unū ipsis in uerbis odium cernas. Nō mitior sed multo q<sup>ue</sup> acrior inter Aeschinē ac Demosthenē capitaliorq<sup>ue</sup> dissensio. Quis Hieronymi cōtentiones nō audiuit cū Rufino Aquilegensi? Quas dā quoq<sup>ue</sup> cū Augustino: leui<sup>9</sup> q<sup>ue</sup>q<sup>ue</sup>: reuerentiusq<sup>ue</sup> habitas: duras tñ atq<sup>ue</sup> mordaces. Verū hæc & his similia: in alijs q<sup>ue</sup> in me libentius excusarē: sed cogor ubi nollē: & ad duo mihi iprimis molestissima p<sup>ro</sup> uim trahor. Quid enim lector oro te: quid est quod in me sponte gloriē? Profecto q<sup>ue</sup> uis obtrectator meus q<sup>ue</sup> uis iusto extimatore rerum: nihilo etiam si dici libeat minor sit: adeo ut stilus ipse me<sup>9</sup> quo

dammodo frenū mordēs aduersarij contemptu & ignobilitate superbiat: Ego tamē (ut tibi uerū fatear) me ipso iudice nihil sū: & si qd uel uere essem uiderer mihi: q̄q̄ alter cupio alter abominor: an tñ ideo possem obliuisci: illa sapientū pueris etiā nota consilia: Laudet te alienū & nō os tuū. Et alius: Tollite inanē iactantiā: res loquenē tacentibus uobis. Ex aduerso autē qd ego alteri<sup>o</sup> nomē inuadā: Iniuste agā si honestū nomē: si ifame supuacue: q̄ si forte de litteris (ut fit) quæstio esset exorta: Verē enī nō solū illud: Quot capita: tot sententiæ: sed illud quoq̄: Cuiusq̄ capitis multas esse sententias. Vnde saepe accidit: ut de una eademq̄ re aliud mane: aliud sero: Immo & in eodē instāti: nūc hoc: nūc illud uni & eidē ingenio uideat. Si ergo uel de sententijs inter se: uel de uni<sup>o</sup> sententiæ terminis: uel de re quilibet dissensio incidisset: dicēte uno qd alius nō p̄baret: an statim ad iurgia ueniendū: & quasi pugnādo ueritas quæreret: furore atq̄ odio decertandū erat: Cur nō poti<sup>o</sup> meminisse illi<sup>o</sup> sententiæ decebat: quæ in libro de finib<sup>o</sup>: a Cicerone posita est: quā si legisti: parces nota repetēti: si min<sup>o</sup> puto non inuit<sup>o</sup> leges: Dissententiū inquit in se reprehēssiones etiā non sunt uituperādæ: maledictæ: cōtumeliæ: iracūdiæ: contētionēs: cōcertatiōesq̄ in disputādo p̄tinaces indignæ philosophia mihi uideri solēt. Et sequit<sup>r</sup>: Neq̄ enī disputari sine reprehēssioe: nec cū iracūdia aut p̄tinacia recte disputari potest: Neq̄ enī disputādo solū: sed etiā in atrocioribus causis doctrinæ hui<sup>o</sup> meminisse p̄fuerit. Hic idē alibi: Rectū est inqt etiā in illis contentionib<sup>o</sup> quæ cū inimicissimis fiūt: etiā si nobis idigna esse uideam<sup>o</sup>: tamē dignitatē retinere: iracūdiā pellere. Et sequit<sup>r</sup>: Quæ enī cū aliq̄ p̄turbatione fiūt: ea nec constant fieri possunt: neq̄ his q̄ assunt p̄bari. Sane qd ad disputandū p̄tinet: latinis iste nō fuerat disputādi modus: licet ut Cicero idem ait: sit ista in græcorū leuitate pueritas: q̄ maledictis insectant<sup>r</sup> eos a quibus de ueritate dissentiūt. Quæ cū mihi iam pridē nota essent: & animus natura quietis appetēs a contentionib<sup>o</sup> abhorreret: nunq̄ sponte fuerā ad talia descēsur<sup>o</sup>: nisi iste quē alio quor: supbus: inuidus: præceps: temerari<sup>o</sup> & ignorās (ut breui eū tibi circūlocutiōe describam) me nolentē: p̄cais (ut ita dicā) linguæ suæ manib<sup>o</sup> ad hunc uelut puluerē ac strepētē iurgiorū campū: ex arce tranquilli silentij detraxisset: ut quē delectet porcorū more coeno semp̄ mergi: & cui ego nihil: sed ois ueritas: ois uirt<sup>o</sup> offensa sit. Itaq̄ lectōr amabilis: a te ueniā peto: si in uolubab<sup>o</sup> iniuriosi colloquij p̄tract<sup>o</sup>: cōtra naturā moreq̄ meos aliqd dixi: quod aures tuas læserit: sicubi glorios<sup>o</sup> de me: deq̄ illo mordaci<sup>o</sup> q̄ uelles effat<sup>o</sup> sum. Magnificenti<sup>o</sup> fateor fuisset utrūq̄ contēnere: sed rara patiētia est quā nō penetret acutum conuitiū. Proinde si quæ iacula primū ille contorsit in nomē meū: q̄ quantulūcūq̄ sit augeti studeo nō minui: si præterea qd molest<sup>o</sup> tuli: qd quātisq̄ mēdacijs aures ueri audias iplerit. Quē deniq̄ importune sit & scurrilē debacchar<sup>o</sup> audieris: & qs ipse sit noueris: spero te cū ipse dicitur<sup>o</sup> sis: Gloriat<sup>o</sup> es necessario: detraxisti uere. Primū excuso: secūdū p̄bo: nisi quia rem uerbis æq̄re nequiuisti. Solebat eq̄dem ingeniosi adolefcētes ab insigni actiōe aliqua primū nomē auspicari: quasi uictori accederet uicti nomē: & fama multifacita laboribus euentū uni<sup>o</sup> iudicij sequerēt: nō infamiæ negociū ut mos erat: sed inde quosdā ualde nobilitatos legim<sup>o</sup>. Hic ex me lacerato senex: idē sperat: spero ego qd fallit: atq̄ utinā nō magis ad uotū cogitatio sibi ulla succedat. Inuēt<sup>o</sup> ē q̄ solius famæ cupidine Philippū Macedonū regē interficeret: ut qdam putāt: Apud alios autē causa cædis est iustior. Inuēt<sup>o</sup> est q̄ Diana Ephesiæ templū incēderet: ut uel insucto facinore not<sup>o</sup> esset: q̄ ne p̄ scelus assēq̄ uideretur qd optabat: Ephesij p̄uiderūt iūdicto supplicio: ne qs eū historicus noīasset: Certe conuictator meus q̄ nō regē: nō templū uiolauit: sed humilē soliuagūq̄ ruricolā: nō hinc nobilitabit<sup>r</sup>: neq̄ hic p̄ me: nec alibi noīandū puto: nec p̄ alios. Quis est enī tam uili deditus negotio: qui circa tam ieiunū nomē temp<sup>o</sup> expēdat: Aut qs est q̄ & si eū antea dilexisset: non deinceps liuidis aduersis immeritū scriptis eius perlectis aduerset atq̄ oderit: Ita si fortassis hoc calle famā petit: nequicq̄ insanuerit. Sin turbasse ociū & silentiū meū interrupisse content<sup>o</sup> est: qd decreuerat ipleri: aliq̄t mihi dies eripuit: quos nemo restituet: & a meis tramitibus abductū: ad durū & insolitū iter traxit. Quid ni igit<sup>r</sup> turber temporisq̄ iacturā querar: nec mihi nec alteri fructuosam: nisi q̄tū studioso homini (modo animi crimē absit: & data sit occasio nō quæsitā) in omni genere orationis exercendus est stilus: En in demonstratiuo genere exerco: mallē in laudib<sup>o</sup> exerceri. Cæterū ut aliq̄ sit finis: Is q̄ hāc mihi necessitatē imposuit: in alienis finib<sup>o</sup> nō inueniens qd quærebat: reuertat ad p̄prias febres. Tu lacescito faueas: lacescentē oderis: & ualeas p̄cor.

Francisci Petrarchæ Liber Inuectiuarū Quartus & ultimus Explicit.



Francisci Petrarchæ  
Opus Epistolarum.



# Epistolaris Præfatio

Clarissimi Poetæ Oratorisq; non inculti Francisci Petrarchæ  
Aretini: in Epistolas de Rebus familiaribus ad Socratē suū:  
Epistolaris Præfatio.

**Q**uid uero nunc agimus frater? Ecce iam fere omnia tēptauimus: & nusq̄ re/  
quies: quando illā expectamus: ubi eam quærimus: tēpora (ut aiūt) inter di/  
gitos effluerūt. Spes nostræ ueteres cū amicis sepultæ sunt. Milleſimus tre/  
centelſimus quadragelſimus octauus annus est: qui nos solos atq; iopes fecit.  
Neq; em̄ ea nobis abstulit quæ Indo aut Caspio Carpathio ue mari restau/  
rari queant: Irreparabiles sunt ultimæ iacturæ: & quodcūq; mors intulit: imedicabile uul/  
nus est. Vnū est solamē: Sequemur & ipsi quos præmisiſimus: quæ quidē expectatio q̄ bre/  
uis futura sit nescio: hoc scio q̄ lōga esse nō potest: quantulacūq; sane est: nō potest esse non  
molesta. Sed a querelis saltem in principio tēperandū est. Tibi frater quænam tui cura sit:  
quid de te ipso cogites ignoro: Ego iam sarcinulas cōpono (& qd̄ migraturi solent) qd̄ me/  
cum deferā: quid inter amicos partiar: quid ignibus mandem circūspicio. Nihil enī uenale  
mihi est. Sū sane ditior (seu uerius) impeditior q̄ putabā: multa mihi scriptorū: diuersi gene/  
ris supellex domi est: sparsa quidem & neglecta: p̄quisiui sūtu iam squalētes arculas & scri/  
pturas carix semelas puluerulentus explicui: Importunus mihi mus nocuit: atq; edacissi/  
mum tineæ uulguſ: & Palladias res agentē inimica Palladis turbauit aranea. Sed nihil est  
qd̄ nō frangat durus & iugis labor. Cōſuſis itaq; circūuentus litterarū: cumulis & informi  
papyro oblit⁹: primū qdem cœpi impetū cūcta flāmis exurere & laborē ingloriū uitare. De/  
inde (ut cogitationes e cogitationibus erumpūt) Et quid in quā phibet uelut e specula fef/  
sum lōgo itinere uiatorē in terga respicere: & gradatim adoleſcētix tuæ curas metientem re/  
cognoscere? Vicit hæc sententia. Sicut em̄ nō magnificus: sic nō inamœnus labor uisus est:  
quid quo tpe cogitassent recordari: Sed tremere cōgesta nullo ordine x̄fanti: miſ: dictū q̄  
discolor & q̄ turbida reſ: facies occurrerit: Ut quædā nō tam specie illoſ: q̄ intellectus mei  
acie mutata uix ipse cognoscerē. Alia uero nō sine uoluptate quadam retroacti t̄pis memo/  
riam excitarēt: & erat pars soluto gressū libera: pars frenis Homericis astricta: quoniā Iso/  
craticis habenis raro utimur: Pars aut̄ mulcendis uulgi auribus intenta: suis & ipsa legib⁹  
utebat: quod genus apud Siculos (ut fama est) nō multis ante sæculis renatū breui: per om/  
nem Italiam ac lōgius manauit: Apud Græcorū olim ac Latinorū uetustissimos celebratū:  
siquidem & Atticos & Romanos uulgares: rythmico tantū carmine uti solitos accepim⁹.  
Hæc itaq; uariarū reſ: tāta colluuiis aliquot me diebus occupatū habuit: Et licet dulcedine  
nō parua atq; amore ad pprias inuētiones insito retraheret: uicit tñ charitas maiorū opeſ:  
quæ iam diutius interrupta: nō sine expectatione multorū de manibus meis pendent. Vicit  
recordatio uitæ breuis: Timui (fateor) insidias: Quid em̄ quæſo fugaci⁹ uita est: quid mor/  
te sequacius? Subiit aīm quæ iecissem fundamenta: quid mihi laborū uigiliarūq; restaret.  
Temeritas (imo uero insania) uisa est: in tam breui & incerto tpe: tot lōgos certorū labores  
amplecti: & uix ad singula suffecturū: ingeniū in diuersa distrahere: præsertim cū (ut nosti)  
labor alius me maneat tanto præclarior: quanto plus solidæ laudis est in auctoris quib⁹ in  
uerbis. Quid multar? Incredibilē forte rem audies ueram tñ: mille uel eo amplius: seu om̄is  
generis sparsa poemata: seu familiares ep̄las: nō quia nihil in eis placuisset: sed quia pl⁹ ne/  
gocij q̄ uoluptatis ierat: Vulcano corrigēdas tradidi: nō sine suspirio quidē. Quid em̄ mol/  
licem fateri pudeat? Sed occupato aīo q̄ uis acri remedio succurrendū erat: & tanq̄ in alto  
prægrauata nauis releuāda preciosarū etiam iactu reſ. Cæterū illis ardētibus: pauca quidē  
aīaduerti in angulo iacētia: quæ uel casu magis q̄ cōsilio seruata: uel pridem a familiarib⁹  
trāscripta: cūcta uincētī senio restiterāt: Pauca dixi: Vereor ne lectori m̄ta: scriptori aut̄ lō/  
ge nimia uideant. His ego indulgētior fui: Viuere passus sum: nō illoſ: dignitati: sed labori  
meo cōsulēs: nihil em̄ negocij præferēbāt. Ea ꝑo duorū amicorū librātī ingenia: hac lāce par/  
tiri uisū est: ut ꝑsa tibi: carmē Barbato nostro cederet. Sic em̄ & uos olim optare solitos: &  
me pollicitū esse meminerā. Itaq; cūcta passim occurrantia: uno ipetu uastātī: & ne his qd̄  
ut tūc erat anim⁹ parfuro. Vestrū alter ad lauā: alter ad dexterā adesse uisus: & apprehensa  
manu: ne fidē meā & spes uestras uno igne cōsumerē familiarit̄ admonere. Hæc illis euadē/  
di præcipua causa fuit: alioqñ (crede mihi) cū reliqs arsiſſent. Hæc ergo quæ nūc tibi de ui/  
A 2

A

Migrantium  
consuetudo

B

Nihil uita fu/  
gaci⁹: nihilq;  
ſeſcius morte

C

D

## Epistolaris Præfatio.

rili reliquiæ illarū parte obueniūt: qualiacūq; sunt: nō solū æquo: uerū etiam auido aīo ples-  
 ges. Nō audeo illud Apuleij Madaurenſis in cōe iactare: Lector intende: Lætaberis. Vnde  
 em̄ mihi id fiducia: ut lectori delectationē: læticiam ue pollicear: Leges tñ ista mi Socrates:  
 & ut es amātissim⁹ tuorū: fortasse lætabere: cuiusq; aīm p̄bas: delectaberis stilo. Quid em̄  
 refert quanta sit forma: nō nisi amātis subitura iudiciū: Supuacuo comit̄ quæ iam placet.  
 Si quid hic sane meum placet: nō id meū fateor: sed tuū: hoc est nō ingenij mei: sed amicitia  
 tuæ laus est. Nulla hic equidē magna uis dicēdi: quippe quæ nec mihi adest & quā si plane  
 afforet: stilus iste nō recipit: ut quā nec Cicero ipse in ea facultate præstātissimus ep̄s suis  
 inferuit: certenec libris in quibus est æquabile quoddā (ut ipse ait) & tpatū oratiōis genus:  
 Eximiā illā uim lucidūq; & rapidū & exūdans flumē eloquētiæ in oratiōibus suis exercuit:  
 Quo genere, p̄ amicis sæpe aduersus rēpublicā suosq; hostes usus ē Cicero: q̄ p̄ alijs sæpe: p̄  
 se quater: & quadragies Cato: Qd̄ quidē gen⁹ inexpertū mihi est: Nā & a reipublicæ mune-  
 ribus abfui: & fama mea tenuit murmure forsan interdū & sibilis laceſſita clandestinis: nul-  
 lum hæcenus qd̄ ulciscerem uel uitarem iudiciariū uulnus excepit: & uerbalē ferre opem ali-  
 enis uulneribus nō est nostræ p̄fessionis. Neq; em̄ aut tribunal ambire aut locare linguā di-  
 dici: aduersante penitus & reluctāte natura: quæ me silentij ac solitudinis amatorē fecit: fo-  
 ri hostem: pecuniæ cōtemporem. Sed bene habet qñ me eius rei nō egentem fecit: cuius for-  
 te inopē fecisset si egerē. Omīssa igit̄ illa oratoria dicendi ui: q̄ nec ego abundo: & quā  
 si exuberet ubi exercēā nō habeo: hoc mediocre: domesticū & familiare dicēdi genus amice  
 leges ut reliqua: & boni cōsules: his quibus in cōi sermōe utimur: aprū accōmodatūq; sen-  
 tentijs. Sed nō oēs tales iudices habeo: neq; em̄ aut idem oēs sentiūt: aut siliiter amant oēs:  
 Quō aut̄ oib⁹ placerem: cui placere paucis sp̄ studiū fuit: Triplex est p̄fecto ueri iudicij ue-  
 nenum: Amor: odiū: iuidia. Illud aut̄ uide ne nimiū nos amādo uulgare coegeris: quæ me  
 lius latuissent: Vt em̄ tibi amor: sic alijs forte aliud officiet. Inter amoris aut̄ & iuidiæ cæci-  
 tatem causa quidem plurimū: effectū nihil iterest. Odiū qd̄ medio loco numeraueram nec  
 mereor certe nec metuo. Sed fieri potest ut nugas meas tibi habere: tibi legere nilq; in eis ali-  
 ud q̄ nostras ac nostrorū casus meminisse cogites: in quo rem mihi pergratā feceris: Sic em̄  
 & petitio tua nō neglecta uidebit̄: & fama mea tuta erit: Alioquin nihil supuacuo nosmet-  
 ipsos fauore decipim⁹. Quonam mō amicū licet nisi sit idem alter ego lecturū hæc sine fasti-  
 dio arbitremnr: diuersa inuicem & aduersa in quibus nō idem stilus: nō una scribentis in-  
 tentio: quippe cū pro uarietate rerū uarie affectus animus illa dictauerit: raro quidē lætus:  
 mœstus sæpe. Epicurus philosoph⁹ uulgo infamis: sed maiorū iudicio magnus: ep̄as suas  
 duobus aut trib⁹ inscripsit: Idomeneo: Polieno & Metrodoro. Totidem pene suas Cicero:  
 Bruto: Attico & Ciceronibus suis: fratri sc̄q; ac filio. Seneca perpaucas præterq; Lucilio suo  
 scribit. Promptū opus & foelicissimi successus nosse collocutoris sui animū unius assueuisse  
 igenio: Scire quid illū audire iuuet: quid te loqui deceat. Mihi aut̄ fors lōge alia: nempe cui-  
 usq; ad hoc tēpus uita pene oīs in pegrinatione transacta est: Vlyxeos errores errorib⁹ me-  
 is cōfer: p̄fecto si noīs & rerū claritas una foret: nec diutius errauit ille nec lat⁹: Ille patrios  
 fines iā senior excessit. Cū nihil in ulla ætate longū sit: oīa sunt in senectute breuissima. Ego  
 in exilio genitus: in exilio natus sum: tātō matris labore tantoq; discrimine: ut nō obstetri-  
 cū mō: sed medicorū iudicio diu exanimis habere: Ita picitari cœpi añq; nascerer & ad ip-  
 sum uitæ limen auspicio mortis accessi. Meminit haud ignobilis Italiæ ciuitas Aretii: quo  
 pulsus patria pater magna cū bonorū acie cōfugerat. Inde mēse septimo sublatus sū totaq;  
 Tuscia circūlatas præualidi cuiusdā adolescētis dextera: qui (qñ iuuat laborū discriminūq;  
 meorū tecū primitiās recordari) linteo obuolutū: nec aliter q̄ Metabus Camillam nodoso  
 de stipite pendētem: ne cōtactu tenere corpus offenderet gestabat. Is in transitu Arni flumi-  
 nis lapsu equi effusus: dū onus sibi creditū seruare nitē: uiolēto gurgite p̄pe ipse perijt. Fi-  
 nis Tusci erroris Pisæ: Vnde rursus ætatis anno septimo diuulsus ac maritimo itinere trās-  
 uectus in Gallias: hybernis aquilonibus haud p̄cul Massilia naufragiū passus: parē abfui:  
 quin ab ipso rursus nouæ uitæ uestibulo reuocarer. Sed quo rapior oblitus p̄positi: Inde  
 nimis usq; ad hanc ætatem aut nulla prorsus aut rarissima subsistendi respirandiq; facul-  
 tas fuit: Et quot intererrādum piculorū timorū ue species p̄tulerim: præter me unū nemo te  
 melius nouit: quæ iccirco memorare nunc libuit: ut memineris me inter picula natū: inter  
 pericula senuisse (si modo iam senui) & non grauiora mihi in senio reseruant. Hæc aut̄ & si  
 cōia sint oibus intrantibus in hanc uitam: neq; em̄ militia solū: sed pugna est uita hoīs sup-

E

Iudicioꝝ oīm  
tres eē affect⁹

F

Attende oīm  
rerū breuitatē

G

Narrat petrar-  
cha ferē oīes  
uitæ suæ misē-  
rias

H

# Epistolaris Præfatio.

terram: Sunt tamē alia alij: & longe diuersum pugnae genus: & quis quēq; sua prægrauet: tamen reuera inter eas quibus præmimur sarcinas multū refert. In his ergo uitæ tempestatibus (ut ad rem redeā) nullo portu ancorā longū in tēpus iaciens: q̄t ueros amicos nescio: quorū & iudiciū anceps & penuria ingēs est: notōs autē innumerabiles quæsiui. Multis itaq; multūq; aīo & cōditione distātib; scribere cōtigit tā uarie: ut ea nūc relegēs: interdū pugnantia locutus ipse mihi uidear: qđ p̄p̄modū coactū me fecisse fatebit̄ quisq; in se simile aliquid exptus est: Prima quidem scribētis cura est: cui scribat attēdere: Vna em̄ & quid & qualiter cætera q; circūstantias itelligit: Aliter uig; fortē: aliter ignauū decet alloqui: aliter iuuenē inexpertū: aliter uitæ muneribus functū senē: aliter p̄speritate tumidū: aliter aduersitate contractū: aliter deniq; studiosum litterisq; & ingenio claz;: aliter uero nō intellectuz; si quid altius loquaris. Infinitæ sunt uarietates hoīm: nec maior mentiū similitudo q̄ frontium. Et sicut nō diuersorū mō: sed unū stomachū: nō idē cibis oī tpe delectat: sic idē animū nō uno sp̄ nutriēdus stilo est: ut geminus sit labor: cogitare quisnā ille sit cui scribere p̄positum est: qualiter uē tūc affectus cū ea quæ scribere instituis lecturus est: quib; ego difficultatibus multū a meipso differre cōpulsus sum: Qđ ne mihi ab iniquis iudicib; uitio uerte retur: partim bñficio ignis obtinui: partim tu mihi præstiteris: si clanculū suppræsoq; noīe ista possederis. Quæ si inter paucos supstites amicos occultare nō potes (qm̄ linceos oculos habet amicitia: nilq; amicos; uisui imperuiū est) admone ut si quid horū apđ eos substiterit: q̄ primū abiiciat: ne qua in eis rez; aut uerborū mutatione turbenē. Ita em̄ accidit ut qui hæc in unā cōgeriem redigi: nunq; aut tibi ut peteres aut mihi ut assentirer uentuz; in aīm suspicabar: laborē fugiens: passim in una dictū ep̄la: in altera repeterē: meisq; (ut ait Terentius) p̄ meis uterer. Nouissime cū multīs annis ædita: & ad diuersas mundi plagas ire iussa unū in tempus locūq; cōuenissent: facile deformitas uniti corporis apparuit: quæ p̄ membra tegebat: & uerbū qđ semel in una ep̄la positū delectabat: in toto ope sapius repetitū fastidio esse cœpit. Vni itaq; relinquendū: de reliquis eradendū fuit. Multa q; de familiarib; curis tūc forte dū scriberent: cognitū nō indigna: nūc q̄uis cupido lectori grauiā detraxi: me mor in hoc irrisum a Seneca Ciceronē: q̄ q̄ in his ep̄lis magna ex parte Cicerōis poti; q̄ Senecæ morē sequar. Seneca em̄ quicqd moralitatis in oibus fere libris suis erat: in ep̄lis cōgessit: Cicero autē philosophica in libris agit: familiaria: & res nouas ac uarios illius sæculi rumores in ep̄lis includit: de quib; quid Seneca sentiat: ipse uiderit: mihi (fateor) p̄amœna lectio est: relaxat enī ab intentione illa rez; difficultiū: quæ p̄petua quidē fragit aīm: intermissa delectat. Nā Sidonij temeritatē admirari uix sufficio: nisi forte temerarius ipse sim: qui temerariū illū dicā: dū sales eius seu tarditatis meæ seu illius stili obice: seu fortassis (nam unūq; q; possibile ē) scripturæ uitio nō satis itelligo: Vnū utiq; nō me fugit irrisū & a Sidonio Ciceronē. O libertas ne si dicā audacia: q̄s temeritatis nomē offendit exasperet: Inuentū esse hoīem latinū: qui nō dico aliquid (ut & Senecā: & iam hinc meipsum excusum: uix est em̄ humanū) oī reprehensione caruisse: sed eloquentiā aut stilū aut oīno dicēdi genus Ciceronis irrideat: Atq; hoc Sidonij ausus est: Aluern; orator nō latiose fingere fratrē: ut ait ille (qđ ipsum satis erat audaciæ) sed æmulū: & (qđ est grauius) irrisorē: atq; illi detrahere cui oēs deferūt: præter paucos illius coætaneos ac cōciues: q̄s præsentīū comes haud dubie torfit & in uoces cōpulit inuidia: quā nec Sidonio causā locus nec tēpus indulserat: q̄ magis magisq; aīm uiri miror: ut cōtra indubitātū eloquētiæ principē eloquētiæ studiosus insurgeret alio sæculo atq; alia nat; orbe: & sane cuncta uersanti nihil occurrit quo uel docti hoīs ignorantia accusare possim: uel inuidiā excusare: nihilq; quo suspicer: p̄uersitatē suis se iudicij: nō naturæ: Falli tamē i hoc possū (ut in multis) in eo certe nō fallor: uel si fallor: cū multis lōgeq; clarissimis falli iuuat: q; solutæ faciūdiæ principatus cōtradictoribus late uictis: unius Ciceronis est p̄p̄rius: quo luce clarior sit: uel morū uel intellectus obliquitas contrariū asserentis. Ille tamen adducit: nescio quē Iuliū Titianū: & nescio quos Frontonianos suæ irrisionis auctores: Quibus ego simulq; oibus idē sentiētibus: una uoce respondeo hoc solū: Sicut equidē uer; est illud Senecæ: quoniā quicquid habet Romana faciūdiæ: qđ insolēti graciæ aut opponat aut præferat: circa Ciceronē effloruit. Verūq; illud Quintiliani: ubi inter multa & gloriosa præconia uiri huius: dono quodā p̄uidētiæ genitū dicit: in quo totas uirtutes suas eloquentia expiret. Et post multa quibus hoc p̄bat: Quare inq; nō merito ab oibus ætatis suæ regnare in iudicij dictus est: apud posteros uero id cōsecutus: ut Cicero iam non hominis nomen: sed eloquentiæ habeatur. Hunc igitur spectemus: hoc propositum nobis exemplum sit: Ille se profecisse sciat: cui Cicero ualde placebit. Sicut

I  
 Infinitas esse  
 hoīm uarieta/  
 tes

Linceos oculos  
 habere  
 amicitiam

K

Diversitas sti/  
 li inter Cicero  
 nē & Senecā

L

M

Plurimæ lau/  
 des Ciceronis  
 ex Seneca &  
 Quintiliano

hæc inquam uera sunt: sic illud quoque uerissimum: quibus displiceat Ciceronis oratio: uel non nosse ueram perfectamque facundiam uel odisse. Hanc ego calumniam indiscussam transire non potui: quæ ualde festinem: ad rem redeo. Multa igitur hic familiariter ad amicos inter quos & ad te ipsum scripta comperies. Nunc de publicis priuatisque negotiis: nunc de doloribus nostris (quæ nimis crebra materia est: aut alijs de rebus quas casus obuias fecit: nihil quasi aliud egi: nisi ut animi mei status: uel si quid aliud nossem: notum fieret amicis. Probabatur enim mihi: quod prima ad fratrem epistola Cicero idem ait esse epistolæ proprium: ut is ad quem scribitur: de his rebus quas ignorat certior fiat. Atque ea mihi tituli fuit occasio: de quo aliquando cogitanti: quis epistolarum nomen consentaneum rebus esset: quia tamen & multi ueterum eo usi erant: & ipse ego uarium carmen ad amicos: de quo paulo supra mentio incidit: eodem prænotabam: bis eo uti piguit nouumque ideo placuit nomen: ut familiarium rerum liber diceretur: In quo pauca scilicet admodum exquisitè: multa familiariter de rebus familiaribus scripta erant: Et si interdum exigente materia: simplex & inelaborata narratio: quibusdam interiectis moralibus: quod & ab ipso Cicerone seruatum est: & hæc tam multa quidem de tam parua re loqui censorum præmordacium iubet metus: qui nihil scribentes quod iudicari queat: de aliorum iudicantem ingenijs: impudentissima temeritas: quæ solo silentio tuta est: Complosis in littore manibus sedenti: facile est ferre quam uelit de gubernatoris arte sententiam: aduersus hanc propter uiam latebris saltè tuis horridula hæc atque improuide nobis elapsa defendito. Illam uero non Phidiam Mineruam (ut ait Cicero) sed qualemcumque animi mei effigiem atque ingenij simulachrum multo mihi studio delatum: si unquam supremam illi manum imposuero: cum ad te uenerit: secure qualibet in arce constituito. Hæc hæcenus. Illud libentius si liceret silentio tegerem: sed ingenius morbus non facile occultatur: Erumpit enim & indicio suo proditur: pudet uitæ in molliciem dilapsæ. Ecce enim (quod epistolarum ordo ipse testabitur) primo mihi tempore sermo fortis ac sobrius: bene ualentis animi fuerat: adeo ut non me solum: sed sæpe alios consolarer: sequentia indes fragiliora atque humiliora sunt: neque sat uirilibus referta querimonijs. Illa præcipue: ut occultare studeas precor: quid enim alij dicerent: cum ipse relegens erubescam: Ergo ego in adolescentia uir fui: ut in senectute puer essem: Infolix & execranda peruersitas fuit: animum uel mutare ordinem: uel subtrahere tibi penitus ista quædam non. Neutro circumueniri posse uisus eras: qui & flebilium exempla: & omnium cum consule diem tenes. Ad excusationum igitur arma confugio: lassauit me longo & graui præliodum spiritus dumque animus fuit: ipse restiti & ad resistendum alios cohortatus sum. Vbi hostis uiribus atque impetu: labare mihi pes atque animus coepit: excidit confestim sermo ille magnificus: & ad hæc quæ modo displicent: lamenta descendi qua in re excuset me forsitan amicorum pietas: quibus saluis ad nullum fortunæ uulnus ingemui: eisdem mox una perne omnibus ruina obrutis & mundo insuper moriente inhumani potius quam uisum est non moueri. Ante hoc tempus quis me unquam de exilio: de morbo: de iudicio: de comicijs: de ullis fori turbinibus: quis me de paterna domo: de fortunis perditis: de gloria iminuta: de pecunia dilata: de absentia amicorum flebiliter agentem audiuit? Quibus quidem in molestijs: tam molliter agit Cicero: ut quantum stilo delector: tantum sæpe sententia offendar. Adde litigiosas epistolas: & aduersus clarissimos atque ab eodem paulo ante laudatissimos uiros iurgia ac probra mira cum animi leuitate: quibus legendis delinitus pariter & offensus: temperare mihi non potui: quo minus ira distante: sibi tanquam coætaneo amico familiaritate quæ mihi cum illius ingenio est: quasi temporum oblitus scriberem: & quibus in eodictis offenderer admonerem quæ mihi cogitatio principium fuit: ut & Senecæ Tragœdiam: quæ inscribitur Octauia: post annos relegens parili impetu eidem quoque ac deinde uaria occurrente materia: Varroni Virgilioque atque alijs scriberem: e quibus aliquas in extrema parte huius operis inserui: Quæ nisi præmonitum lectorem subita possent admiratione perfundere: quædam in illo publico incendio periire. Qualis ille uir tantus in doloribus suis fuit: talis ego in meis fueram: hodie (ut scias præsentem animi mei habitum: neque enim inuidiosum fuerit id mihi tribuere: quod imperitis euenire ait Seneca) factus sum ex ipsa desperatione securior. Quid enim metuat qui totiens cum morte luctatus sit? Vna salus uictis nullam sperare salutem. Animosius indes agere uidebis: animosius loqui. Et si quid forte stilo dignum se obtulerit: erit stilus ipse neruosior: multa sane se offerent. Scribendi enim mihi uiuendi que unus (ut auguror) finis erit. Sed cum cætera suos fines aut haber

N

Elegantissima  
finitudo teme-  
ritatis

O

Ingentem mor-  
bum non facile  
occultari

P

Hoies ex de-  
speratione fie-  
ri securiores  
ex Virgilij &  
Senecæ aucto-  
ritate

Q

ant aut speret: huius operis quod sparsim sub primū adoleſcētiæ tēpus inceptū: iā ætate puecti-  
 or recolligo: & in libri formā redigo: nullū finē amicoꝝ charitas spōdet: quibus assidue rñde-  
 re cōpellor: neque me unquē hoc tributo multiplex occupationū excusatio liberat: tū demū &  
 mihi imunitatē huius muneris quæsitā: & huic operi positū finē scito: cū me defunctū: & cū  
 ctis uitæ laboribus absolutū noueris: Interim iter inceptum sequar: non prius uia quā lucis  
 exitum operiēs & quietis mihi loco fuerit dulcis labor. Cæterum (quod & rhetores & bel-  
 lorum duces solent) infirmioribus in medium coniectis: dabo operam: ut sicut prima libri  
 frons: sic extrema acies uirilibus sententijs firma sit: uel eo amplius: quo uiuendo magis ac  
 magis induxisse uideor contra imperus atque iniurias fortunæ. Denique quis inter experi-  
 menta rerum sum futurus: profiteri minime ausim: sed hoc animo sum: ut nulli amplius rei  
 succumbam: Si fractus illabatur orbis: impaudum ferient ruinæ. Ita me Maronis Flaccique  
 sententijs armatum scito: quas olim lectas & sæpe laudatas: nunc tandem in extremis casu-  
 bus meas facere ipsa inuitabilis fati necessitate didici. Dulce mihi colloquium tecum fuit:  
 cupideque & quasi de industria protractum: uultum enim tuum retulit per tot terras & ma-  
 ria: teque mihi præsentem fecit usque ad uesperam: cum matutino tempore calamū cœpissē:  
 diei iam & epistolæ finis adest. Hæc igitur tibi frater: diuersicoloribus (ut sic dicam) licijs  
 texta dicauerim. Cæterum si stabilis sedes & frustra semper quæsitum ocium cōtigerit (quod  
 iam hinc ostendere se incipit) nobiliorem & certe uniformem telam tuo nomine meditor or-  
 diri. Vellem ex his paucis esse qui famam promittere possunt & præstare: sed ipse ui-  
 ppria in lucem uenies: alis ingenij subuectus nihilque auxiliij mei egens: profecto tamen si inter tot  
 difficultates assurgere potuero: tu olim Idomeneus: tu Atticus: tu Lucilius meus eris. Va-  
 le.

R

### Explicit Prologus

Epistolarum de Rebus Familiaribus Francisci Petrarchæ: per octo  
 libros elegantissimo stilo digestarū: breuis Annotatio singularum ma-  
 teriam atque ordinem exponens.

#### Epistolæ Libri Primi.

Franciscus Petrarcha Thomæ Messanensi: Famam ante mortem non esse appetendam  
 exponens: cum ea nobis uiuentibus minime possit acquiri: Epistola Prima.

Franciscus Petrarcha Raimundo Superantio: hominum uitam æque ac flosculum mo-  
 mento & uiuere & arescere asserens: Epistola II.

Franciscus Petrarcha Ioanni Columnæ: Galliam: Germaniam Rhenique ripas se per-  
 grassse narrans: Inque his regionibus mores hominum sollicite contemplatū esse & aspe-  
 ctu telluris incognitæ delectatum: Italiam tamen sibi magis placere affirmans:

Epistola III.

Franciscus Petrarcha Ioanni Columnæ: Coloniam Agrippinam ciuitatem Germaniæ:  
 quæ ad sinistram latum Rheni sita est: ciuilitateque & mores eiusdem populi cōmendās: seque  
 in eadem plures reliquias sanctorum & multa alia uidisse recitans: Digressum etiam  
 suum usque in Auinionem narrans: Epistola IIII.

Franciscus Petrarcha Iacobo Columnæ Lomberienſi Præsuli: quod se non expectato Ro-  
 mam petierit familiariter conquerens: simulque non pauca de fide & taciturnitate com-  
 memorans: Epistola V.

Franciscus Petrarcha Thomæ Messanensi: Dialecticorum inanem ac contentiosam per-  
 tulantiam detestans: Epistola VI.

Franciscus Petrarcha Thomæ Messanensi: eundem quid in inuentionibus & ui ingenij  
 obseruare debeat instruens: Epistola VII.

Fran. Petrarcha Thomæ Messanensi. Eloquentiam animique æquitate cæteris rebus esse  
 anteposendam exhortans: Epistola VIII.

Franciscus Petrarcha Thomæ Messanensi: quendam senem dialecticum detestans: Epistola IX.

Franciscus Petrarcha Thomæ Messanensi: Parasitum faceta periphraſi famelico homini  
 comparans: Epistola X.

Franciscus Petrarcha Thomæ Messanenſi: Iterū in eūdem ſenem dialecticum inuehēs:  
Epiftola XI.

### Epiftolæ Libri Secundi.

Franciscus Petrarcha Philippo Cauallienſi epifcipo: Eundem propter obitum aman-  
tiſſimi fratris acerbo dolore mœrentem conſolans: Epiftola XII.

Franciscus Petrarcha Philippo Cauallienſi epifcipo: eūdē de obitu inſepulti amici con-  
ſolans: Illudq; poetæ allegans: Facilis iactura ſepulchri: Non pauca etiam de uarijs ſe-  
peliendi ritibus narrans: Epiftola XIII.

Franciscus Petrarcha Seuero Apœnicolæ: Exilium non multifaciendum exhortans: &  
quis proprie exulare dicatur exponens: Epiftola XIII.

Franciscus Petrarcha Seuero Apœnicolæ: q̄ ipſi ſuperiori epiftola nil remedij contuler-  
rit dolens: & ut exilium non ægreferat iterum conſulens: Epiftola XV.

Franciscus Petrarcha Ioanni Columnæ: Epiftolas illius auidiſſime ſuſceptas narrans: ſta-  
tumq; ipſius proſperum audire optans: animas etiam multa pati ex corporum ſocie-  
tate exponens: Epiftola XVI.

Franciscus Petrarcha Ioanni Columnæ: amicitiam amicorum abſentia non poſſe de-  
fraudari comprobans: Epiftola XVII.

Franciscus Petrarcha Ioanni Columnæ: expectationem de futuris amputandam eſſe ut  
quiete uiuatur perſuadens: Epiftola XVIII.

Franciscus Petrarcha Ioanni Columnæ: ea quæ accidunt aduerſa: æquo animo toleran-  
da admonens: leges etiam naturæ non reſuſcandas eſſe: cum tam bona q̄ mala ex his  
proueniant exhortans: Epiftola XIX.

Franciscus Petrarcha Iacobo Columnæ: Epiftolas illius iocofis cōuitijs refertas eſſe ſig-  
nificans: de uarijs quoq; rebus: non pauca etiam de laudibus urbis Romæ adiūgens:  
Epiftola XX.

Franciscus Petrarcha Agapito Columnæ: mortale genus ſemper in peius ruere: ac poſt-  
habitis melioribus deteriora curare ſtudioſius detestans: Epiftola XXI.

Franciscus Petrarcha Agapito Columnæ: Eundem ut ad cœnam poeticam ueniat inui-  
tantis: Epiftola XXII.

Franciscus Petrarcha Ioanni Columnæ: mōtem Caprarum mōtemq; Soracte & oppi-  
da nonnulla circumſtantia deſcribens: Epiftola XXIII.

Franciscus Petrarcha Ioanni Columnæ: Cauſas moræ apud Caprarum montem recen-  
ſens: Epiftola XXIII.

Franciscus Petrarcha Ioanni Columnæ: proteſtans ſe impræſentia nihil ſcribere poſſe:  
eo q̄ magnitudine ruinarum urbis ita obruatur ut quid animus ferat ignoret:  
Epiftola XXV.

Franciscus Petrarcha Ioanni Columnæ: Ioannam & Agnetē ſorores collaudans: eaſq;  
mulieribus quæ Romæ atq; apud exterarum nationum uirtute claruerint comparans:  
Epiftola XXVI.

### Epiftolæ Libri Tertij.

Franciscus Petrarcha Thomæ Meſſanenſi: ad dubitationem de Tile inſula habitam re-  
ſcribens: uariasq; de ea inſula opiniones narrans: Epiftola XXVII.

Franciscus Petrarcha Thomæ Meſſanenſi: ſuperuacuum eſſe curas hominum in longū  
protendi in ætate breuiſſima affirmans: Epiftola XXVIII.

Franciscus Petrarcha Stephano Columnæ Iuniori: Vti uictoria neſcienti fruſtra eſſe q̄  
uicerit narrans: exemploq; Hannibalis: Pompeij: Cyri: Alexandri: Agamemnonis ac  
Scipionis Africanij comprobans: Epiftola XXIX.

Franciscus Petrarcha Stephano Columnæ Iuniori: eūdē de quibusdam litteris & car-  
mine & ſoluta oratione ad eum miſſis certiorē reddens: Epiftola XXX.

Franciscus Petrarcha Stephano Columnæ Iuniori: Solitudinem non oratione lauda-  
ri poſſe: ſed experientia probari aſſerens: Epiftola XXXI.

Franciscus Petrarcha Stephano Columnæ Iuniori: cum eodem de ſummo bono diſcep-  
tans: & quæ uere dici poſſit ſumma ſœlicitas exponens: Epiftola XXXII.

- Franciscus Petrarca T. M. Regium consultorem: mediocritatem omnibus in rebus esse appetendam: & præcipue a regibus consulens: Epistola XXXIII.
- Franciscus Petrarca. T. M. & tristē præteritorū memoriā & anxiā sollicitudinē futurorū deponendā admonens: mathematicis etiam non credendū esse scripturarū testimonio probans: Epistola XXXIII.
- Fran. Petrarca T. M. In quot incōmoda hō ebrius incidat ostendēs: Ep̄la XXXV.
- Franciscus Petrarca T. M. eū ad belli iminentis p̄fectionē hortans: simulq̄ nō pauca de fœlicitate in breui uitæ spatio multis exemplis cōmemorans: Ep̄la XXXVI.
- Franciscus Petrarca T. M. uim amoris cōmendans: Epistola XXXVII.
- Franciscus Petrarca Marco suo: ad diuinū amorē eum adhortans pollicensq̄ suū erga illum nunq̄ defuturum: Epistola XXXVIII.
- Franciscus Petrarca Iohanni Colūnæ: Illi fabellam araneā & podagræ recitans: ex qua quo pacto podagricū morbum curet edocens: Epistola XXXIX.
- Franciscus Petrarca T. M. q̄ pecunia illius indigentiam releuare nō possit se excusans: multa quoq̄ de laudibus paupertatis tractans: Epistola XL.
- Fran. Petrarca T. M. eundē ad bonorū amicorū cōquisitionē: & ut malos tanq̄ maritimos fluctus fugiat exhortās: Bonos etiā uel paucos uel nullos esse: malos autē q̄ plurimos probans: Epistola XLI.
- Franciscus Petrarca T. M. eum ut in aduersis se uirum præbeat consolans: cum animi uirtus maxime in calamitatibus dinoscatur: Epistola XLII.
- Franciscus Petrarca T. M. q̄ ad id infœlicitatis tempora deuenerint ut homines nō nisi ingratitudine polleant conquerens: Epistola XLIII.
- Fran. Pet. Fratri: se hac sola cupiditate teneri ut antiquorū scripta auide p̄quirat significās: eum quoq̄ ut diligēter oēm Hetruriā inuestiget si aliquid scriptorū antiquorū inueniat hortans: Epistola XLIII.
- Franciscus Petrarca T. M. hoīes nec experientia quidem ab infœlitate deterreri posse multis exemplis ostendens: Epistola XLV.
- Franciscus Petrarca Lelio suo: Illum ut ad se scribat excitans: ut etiā apud cōdem dñm pro fœlici reꝝ suarū exitu intercedat rogans: Epistola XLVI.
- Fran. Pet. Lelio suo: factū cuiusdā iuuenis q̄ yginē cui amore laguebat uitiauerat narrans: eūq̄ ut in hoc factō ap̄ dñm illi iuuenis intercedat rogās: Ep̄la XLVII.
- Franciscus Petrarca Lelio suo: eloquentiā plurimū ualere ad mitigādos efferatorū aīos exemplo maiorū cōprobās: q̄q̄ suū uillicū mitigauerit admirans: Ep̄la XLVIII.

### Epistolæ Libri Quarti.

- Fran. Pet. Ioāni Colūnæ: uētosum quendā montē in Gallia describēs: Ep̄la XLIX.
- Franciscus Petrarca Dionysio suo: Illi q̄ ad Robertum regem uocatus accesserit congratulans: multa quoq̄ de diuitiarū contemptu: deq̄ beatæ uitæ desiderio: ac de laudibus regis cōmemorans: Epistola L.
- Fran. Pet. Roberto Siciliaꝝ regi: q̄ mortē neptis tā cōstanter laudauerit admirans: nōnulla etiā de animæ immortalitate: multa autē de regis laudib⁹ interserēs: Epistola LI.
- Fran. Pet. T. M. Illum Romæ an ne Parisij assumendā sibi laureā putet: cū utrimq̄ litteris accerferetur consulens: Epistola LII.
- Fran. Pet. T. M. optimū cōsiliū illi de assumēda laurea se executurū asserēs: Ep̄la LIII.
- Franciscus Petrarca T. M. eundē q̄ Romā sit petitur⁹ p̄ adipiscenda laurea: quo ue die eam in Capitolio sit assumpturus certiorē reddens: Epistola LIII.
- Franciscus Petrarca Roberto Siciliaꝝ regi: Illi q̄ laurea se dignū estimauerit gratias referens: atq̄ quo ritu eā Romæ susceperit ostendens: contra ueterū etiā laudatores præsentia cōtemnentes inuehens: Epistola LV.
- Franciscus Petrarca Barbato Sulmonensi regio secretario: Illum quo tempore laureā Romæ magno cum populi fauore assumpserit certificans: Ep̄la LVI.
- Franciscus Petrarca Ioanni Columnæ: Illi q̄ lauream adeptus sit: & q̄ Parmenses a tyrannide liberati sint significans: Epistola LVII.
- Franciscus Petrarca Peregrino Messanenſi: Thomæ Messaneñ. obitū deplorās: simulq̄ illi epigrāma ut supra defuncti sepulchrū effigat destinans: Ep̄la LVIII.

- Franciscus Petrarca Iacobo Messanensi: Thomæ Messanensis obitum grauiiter se tulisse  
 contestans: Epistola LIX.
- Franciscus Petrarca Ioanni Columnæ: Illum ut mortem Iacobi fratris forti animo fe-  
 rat hortans: Epistola LX.
- Franciscus Petrarca Lelio suo: apud eum de repentino Iacobi Colūnæ obitu conque-  
 rens: Epistola LXI.
- Franciscus Petrarca Senuto Florentino: Illi suos familiares describens: eumq̃ si fieri  
 possit ut meliores adinueniat deprecans: Epistola LXII.
- Franciscus Petrarca T. M. illum & q̃ de antiquis scriptoribus non recte sentiat: & q̃  
 nimis inutiliter sibi gloriam quærat reprehendens: Epistola LXIII.
- Franciscus Petrarca eidem T. M. concertationem in superiori epistola cum eodem ha-  
 bitam latius extendens: Epistola LXIII.
- Franciscus Petrarca T. M. sumptus pro facultatibus temperandos: potiusq̃ animi  
 frugalitatem q̃ corporis gloriam appetendam esse contēdens: Ep̃la LXV.
- Franciscus Petrarca T. M. illum q̃ obscœno mulierculæ amore teneatur iocose co-  
 miterq̃ reprehendens: Epistola LXVI.
- Franciscus Petrarca T. M. uerendam confessionem erroris proprii emendationis ui-  
 tæ optimam spem habere affirmans: Epistola LXVII.
- Epistola Libri Quinti.
- Franciscus Petrarca Barbato Sulmonensi: obitum Roberti regis Siculi uæhementer  
 se dolere insinuans: Epistola LXVIII.
- Franciscus Petrarca Ioanni Columnæ: Illi pro multis in se collatis beneficijs gratias  
 reddens: nonnullaq̃ pariter ab eo sibi exhibita cōmemorans: Epistola LXIX.
- Franciscus Petrarca Ioanni Columnæ: Illi de sua Romam Neapolimq̃ uersus proue-  
 ctione narrans: qd̃q̃ sibi in uia contigerit exponens: Robertū etiam quendā ualde de-  
 testans: Epistola LXX.
- Franciscus Petrarca Ioanni Columnæ: Illi quæ admiratiōe digna Baſis & Puteolis ui-  
 derit significans: Epistola LXXI.
- Franciscus Petrarca Ioanni Columnæ: tempestatem quam apud Neapolim omnium  
 ingentissimam uiderat exponens: Epistola LXXII.
- Franciscus Petrarca Ioanni Columnæ: gladiatorios ludos qui Neapoli exercebantur:  
 Neapolitanorumq̃ mores detestans: Epistola LXXIII.
- Franciscus Petrarca Ioanni Andrea Bononiensi: Illi quid ipse de somnijs sentiat: quā-  
 taq̃ somnijs adhibenda sit fides exponens: Epistola LXXIII.
- Franciscus Petrarca Ioanni Andrea Bononiensi: Illi quid de adoleſcēte amore noxio capto sen-  
 tiat certificans: Epistola LXXV.
- Franciscus Petrarca Ioanni Andrea Bononiensi: quid de libidinoso sene sentiat expla-  
 nans: Epistola LXXVI.
- Franciscus Petrarca Barbato Sulmonensi: q̃ in hostium insidias apud Regium Parr-  
 mensium inimicā ciuitatē deuenit illi his litteris significans: Epistola LXXVII.
- Franciscus Petrarca Andrea Mantuano: Obrectatorum uerba contemnenda esse ex-  
 ponens: & eorum præcipue qui post mortē in aliquē inuehūnt: Ep̃la LXXVIII.
- Franciscus Petrarca eidem Andrea Mantuano: de eadem materia de qua in superiori  
 epistola latius differens: Epistola LXXIX.
- Franciscus Petrarca Socrati suo: moram semper aliquid periculi habere ostendens: di-  
 lationemq̃ propellendam esse obsecrans: Epistola LXXX.
- Franciscus Petrarca Socrati suo: ex Plauti Comœdijs sumpta occasione: seruorum ma-  
 lignitatem detestans: Epistola LXXXI.
- Franciscus Petrarca Socrati suo: Illum metaphoricos ut ad beatam uitam consequen-  
 dam cui gilet in qua summa capitis consistit exhortans: Epistola LXXXII.
- Franciscus Petrarca Guidoni Ianuensi: q̃ tardiusculæ ad eum scripserit se excusans:  
 Epistola LXXXIII.
- Franciscus Petrarca Guidoni Ianuensi: Quam ob causam amissam epistolam tantope-  
 re lugeat demonstrans: multis etiam exemplis deformem artificem formosum opus  
 effingere posse contendens: Epistola LXXXIII.

Franciscus Petrarca Guidoni Ianuensi: eundē de conditione sui status certiorē reddens: Epistola LXXXV.

Franciscus Petrarca Clementi sexto Romanoꝝ pontifici: illum si ualitudinem reparare cupiat pluralitatem medicoꝝ esse fugiendam admonens: Epistola LXXXVI

### Epistolæ Libri Sexti.

Franciscus Petrarca Hannibali Tusculanē. episcopo: Inuidiā infœlicē pestē esse ostendēs: auariciā aut ceteris uitijs esse potiorē: eamq̃ in pontifices plurimū imperij habere com/ probans: Epistola LXXXVII.

Franciscus Petrarca Ioanni Columnæ: se uerum non sectas amare dicens: Illi etiā per euagationem quandam: omnes res Romanas & uetustate & magnitudine admirabiles describens: Epistola LXXXVIII.

Franciscus Petrarca Ioanni Columnæ: nec senectutem nec paupertatē nec morbos magnificandos esse exhortās: cū se uetus uenerabilis: paupertas aut salutaris ad beatā uitā sit: morbos etiā aliquādo cohibēdis uitijs aptissimos esse disputās: Epistola LXXXIX.

Fran. Petrarca Ioanni Columnæ: quare in ep̃lis tot antiquoꝝ exēplis utat rationē reddens: exempla etiā plurimū ad uirtutū imitationē ualere ostendens: Epistola XC.

Franciscus Petrarca Barbato Sulmonensi: mortē Andrea Roberti regis Sicilia filij indignam ac miserrimam deplorans: Epistola XCI.

Franciscus Petrarca T. M. Illum uti hominem uitijs perditum reprehendere desistat: cum se sciat operam perdere exhortans: Epistola XCII.

Franciscus Petrarca T. M. Illi q̃ in hominem non facundum sed loquacē inuehat significans: quid etiā inter eosdē interfit exponens: Epistola XCIII.

Franciscus Petrarca T. M. Illum ut munera pro tribuentis animo non pro rerum magnitudine recipiat obsecrans: Epistola XCIII.

Franciscus Petrarca Philippo Cauallicensi episcopo: se ad eū uenire & Socratē suū secum adducturum pollicens: Epistola XCV.

### Epistolæ Libri Septimi.

Fran. Petrarca Barbato Sulmonensi: amorē suum erga illū significans: q̃q̃ Sulmonem primo impetu barbari opprasserint occupauerintq̃ dolens: seq̃ si in tali discrimine prodesse possit offerens: Epistola XCVI.

Franciscus Petrarca T. M. ueram humilitatem non esse spernendam: multis exemplis ostendens: Epistola XCVII.

Franciscus Petrarca Socrati suo: Illi somnium quod de inuento thesauro somniauerat narrans: Epistola XCVIII.

Franciscus Petrarca Ioanni Tricastro episcopo: petitionem illius & suum promissum executioni mandare spondens: Epistola XCIX.

Franciscus Petrarca Lelio suo: q̃ non multa ad eum scribat se excūsans: negocium quoq̃ ipsius se expediturq̃ pollicens: de urbis Romæ etiā laceratione cōquerēs: Epistola C.

Franciscus Petrarca Socrati suo: Illi q̃ mediocritatis appetitū teneatur significans: Epistola CI.

Franciscus Petrarca Nicolao urbis Romæ Tribuno: q̃ famam ipsius imminutam audiret indignans: Epistola CII.

Franciscus Petrarca Ioanni Aretino: de libertate patriæ honore quoq̃ ipsius gratulans: Epistola CIII.

Franciscus Petrarca T. M. cum eo apertas inimicitias gerendas esse: qui amicitiam pro iniuria reputet asserens: Epistola CIIII.

Franciscus Pet. Ioanni Anchiseo: causam illi quare potius Cisalpinam Galliam q̃ Florentiam petierit assignans: Epistola CV.

Franciscus Petrarca Ioanni Anchiseo: de aduentate amico cōgratulans: Epistola CVI.

Franciscus Petrarca Ioanni Anchiseo: Francisci cuiusdam amici sui mortem immaturam ualde deflens: Epistola CVII.

Franciscus Petrarca Ioanni Columnæ: eum ut forti animo fratrum & nepotum obitum ferat consolans: Epistola CVIII.

Fran. Petrarca Brunoni Florentino: amantū cæca esse iudicia asserens: Epistola CIX.

Franciscus Petrarca Luchino uicecomiti Mediolanensi: Maiores nostros qui uirtute & literis claruerunt cōmendans: simulq̄ nostri temporis principū ignauiam & ignorantiam reprehendens: Epistola CX.

Franciscus Petrarca Iacobo Florētino: adulationes admodum se odisse significās: eumq̄ potius ut carpat non laudet hortans: Epistola CXI.

Fran. Petrarca Gilberto grāmatico Parmēsi: Illum ut optimis moribus adolescentulum suū instituat rogās: multa etiam de scholastica disciplina interserens: Ep̄la CXII.

Franciscus Petrarca: Lancelotto equiti Placentino: pluribus amicorum se litteris teneri ostendens: & qđ amori remedii conferendū sit docens: Epistola CXIII.

Epistola Librī Octauī.

Franciscus Petrarca Stephano Columnæ seniori: Ipsum qđ fortunæ tela tam forti aīo ac cepit laudās: Eūde etiā in frat̄: uxoris: filioꝝ ac nepotū morte cōsolās: Ep̄la CXIII.

Fran. Petrarca Olympo: qđ se domū non reppererit dolens: Epistola CXV.

Franciscus Petrarca Olympo: quanto fontis Sorgiæ amore teneatur significans: ad uitam etiam solitariam illum inuitans: Epistola CXVI.

Franciscus Petrarca Olympo: Illum iterum ceterosq̄ amicos ad uitam solitariam inuitans: Epistola CXVII.

Franciscus Petrarca Olympo: Iterū illi solitudinem proponens: ad quam capeffendam apud Sorgiæ fontem hortans: Epistola CXVIII.

Franciscus Petrarca Bartholomæo heremitico religioso: Carmina quæ ipse petierat se mittere significans: Epistola CXIX.

Franciscus Petrarca Socrati suo: qđ annus pestilens & cōiunctos & amicos eripuerit conquerens: Epistola CXX.

Franciscus Petrarca Socrati suo: adhuc de pestilente anno qđ amicissimū hominem qui sibi supererat subtraxerit conquerens: Epistola CXXI.

Franciscus Petrarca Lorbaro de Siricho amico suo: Illi præsentem uitam quam degimus describens: Epistola CXXII. Finis

Francisci Petrarchæ: Poetæ laureati Oratorisq̄ nō inculti: Epistolarum de Rebus Familiaribus: Liber Primus Incipit.

Francisci Petrarchæ ad Thomam Messanensem: Famā ante mortem nō esse appetendam exponentis: cum ea nobis uiuentibus minime possit acquiri:

Epistola Prima.

A

**Q**

Verelam publicam nemo sapiens suā facit: Satis quisq̄ priuataꝝ querelarum domi habet. Satis dixi: nimis dicere debueram. Nulli ne hoc unq̄ accidisse reris: Falleris. Nulli uero contrariū accidit. Vix superstitute qui fecerat: cuiusquā scripta uel gesta placuerūt: laudes hominū mors inchoat. Scis quare: quia cū corpe moriē inuidia uiuitq̄ cū corpe. Multorū inq̄ scripta laudantur: quæ si gloriari licet nō p̄gis ulterius: sed (qui indignātibus mos est) suspensum linquens auditoris aīm sermone præteruolas in-

Inuidiam cū corpe & uiuere & mori

expleto. Verē enī uero fugiētē cōseqr̄ mētis augurio: scio qđ uelis. Multoꝝ scripta laudant: quæ tuis admota: carere nō tantū laudatore: sed etiā lectore debuissent: cū tua interim nullus attingat. Recognosce in ybis meis indignationē tuā: quæ iusta esset nisi illā de cōi oīm aceruo: in usus pprios traduxisses: Oīm in quā q̄s hic scribendi seu amor seu morb⁹ tenuit oīm ue q̄s tenebit. Respice enī i primis q̄ꝝ sunt illa quæ laudant: quæ auctores: certe priorem in cinerē uersi sunt. Vis & tua laudari: Morere. A morte hoīs uiuere incipit humanus fauor: & uitæ finis principiū est gloriæ: quæ si añ cœperit: singularis quædā & intēpestiua res ē. Plus dicā: dū eoꝝ q̄ tecū uixerūt q̄sq̄ sup̄uerit: cumulate quidē qđ appetis nō habebis: cū oēs pariē urna cōcluserit: ueniēt qui sine odio & sine iuidia iudicēt. Ferat itaq̄ de nobis quālibet sniam præsens ætas: si aquā: feram⁹ æquo aīo: si iniquā: ad æquiores iudices: hoc est ad posteros puocem⁹: qñ ad alios nō licet. Delicatissima res ē iugis cōuersatio: mīmis offendit: & famæ sp̄ iimica præsentia ē: m̄taq̄ admiratiōi hoīm familiaritas detrahit frequēsq̄ cōuic⁹. Vides ne tu hos scholasticos: gen⁹ hoīm uigilijꝝ ac ieiunio squallidū? Crede mihi: nihil ad lucubrādū dur⁹: nihil molli⁹ ad iudicādū: cū m̄ta laboriosissime lege-

Laudē nō nisi post mortē assequi posse

Famæ inimicam esse præsentiam

rint: nihil examinant: & qd in re sit dedignant inquirere cū hoīem ipsū nosse uideant: Itaq̄  
oīm una lex est: Cūcta em̄ ex aequo quorū auctores uel semel aspexerint: scripta fastidiunt.  
Hoc in quies paruis accidit ingenijs: magna em̄ & ualida p̄ obstātia quaelibet erūpunt. Red  
de mihi Pythagorā: reddam tibi illius ingenij cōtemptores. Redeat in grāciā Plato: rena  
scatur Homer⁹: reuiuiscat Aristoteles: reuertat̄ in Italiā Varro: resurgat Liuius: reflorescat  
Cicero: nō mō segnes laudatores inuenient: sed mordaces etiam & liuidos detractores: qđ  
quisq̄ suis t̄pibus exptus est. Quid Virgilio maius habuit lingua latina: Repperit tñ ille: q  
nō poetā: sed raptorē alienarū inuentionū & translatorē dicerēt. Ipse aut̄ & ingenij fiducia:  
& iudice frātus Augusto: alto aīo inuidorū uerba despexit. Tibi quidē magnā ingenij con  
scientiā esse scio: sed ubi Augustū iudicem inuenies: quem enixe admodū atq̄ oībus modis  
ingenijs sui t̄pīs fauissē cōpertū est: Nostri reges de saporibus epularū: & de uolatu auīū iu  
dicare possūt: de ingenijs hoīm nō possunt. Qđ si forte præsumpserint: supbia tumor ape  
rire oculos aut flectere & in uerū figere nō sinit. Itaq̄ ne quid suæ ætatis suspicere uideantur  
mirant̄ ueteres q̄s nouere contēnunt: ut defunctorū laus: uiuentiū cōtumelia uō uacet. Inē  
hos iudices uiuendū moriendūq̄ nobis est: & (qđ est durius) tacendū. Vbi em̄ ut dixi Au  
gustum iudicē quærem⁹: Vnū habet Italia: imo uero terrarū orbis unū habet: Robertū Si  
culū regē: fortunata Neapolis: quæ unicū sæculi nostri dec⁹: incōparabilī fœlicitate sortita  
es. Fortunata in quā & iuidiosa Neapolis litterarū dom⁹ augustissima: quæ si Maroni quōd  
dam dulcis uisa es: quāto nūc dulciore uideris: ubi ingeniorū ac studioꝝ æquissimus extima  
tor habitat. Ad te cōfugiat quisq̄ ingenio fidit. Neq̄ p̄o differendū putet: suspecta mora  
est: deuexa em̄ est ætas: & mūdus iā pridē eo carere: & ipse ad meliora regna trāsire meritus.  
Vereorq̄ ne multa ipse mihi ferā pœnitētiæ materiā platando quæserim: oīs quidem pul  
chræ rei dilatio turpis & oīs de honesto deliberatio lōgior inhonesta est: rapienda est occa  
sio: cōfestimq̄ faciendū qđ añ tempus fieri nō potest. Qđ ad me attinet: currere & p̄perare  
p̄positū est (ut qđ de Iulio Cæsare: in ep̄la quadā ait Cicero) oīa mea studia in istū confer  
ram. Ego uero ardenti quidē studio ac fortasse efficiā: qđ sæpe uiatorib⁹ cū p̄perāt euenit:  
ut si ferius q̄ uoluerint forte surrexerint: p̄perando etiā citius q̄ si de nocte uigilassent p̄ue  
niant q̄ uelint: Sic ego qm̄ in isto hoīe colēdo: tam indormiui diu: cursu corrigā tarditatē.  
Tibi aut̄ tuo foro uti necesse est: qñ ad eū regē aspirare nō tā freti q̄ belli obice prohiberis.  
Patria em̄ tua: cui⁹ nemo amātiore ciuis est: inimici regis impio subiacet. Dicerē Tyrāni: nisi  
quia timeo aures tuas offendere. Ad hæc & magna res est: neq̄ nostris calamis discernēda  
sed illorū gladijs. Igit̄ ad icēptū redeo. Si hæc tibi exēpla de illustrissimis electa nō sufficiūt:  
alia ex alio grege hoīm adijciā & ætate recētiore & sãctitate clarissima. Quātos olim amū  
los Augustinus noster: quātos Hieronym⁹: quātos habuit Gregori⁹: donec spectata uirt⁹  
litterarū diuina & admirabilis ubertas inuidiā uinceret: Vix horū qđq̄ integre famā præ  
conium: nisi ab ipso die mortis accepit. Vnū amulo ac reprehēsoe carentē: unū plena & in  
decerpta laude decoratū Ambrosiū: cui⁹ ne inuētis quidē famā mordax liuor artigerit: apđ  
qđsdam inuenio: qđ forte ad purā ei⁹ ac simplicē doctrinā oīs ambiguū expertem referendū  
est: Nā apđ Paulinū qui Ambrosij uitā & obit̄atorū ei⁹ noīa legim⁹ & uindicā diuino  
irrogatā. Perfer igit̄ iā sine laments: qđ sūmis ingenijs cōtigisse uides. Videris aut̄ quadā  
in pte tuarū litterarū: hoc ipsum cōqueri: q̄ multos noueris magnū in uita nomē affecutos:  
& hoc q̄ si me audire uolueris: magnifice cōtemnes. Scis em̄ quibus hoc euenit: his equidē  
solis qui famā suā: qm̄ calamo nequeūt: clamore defendūt. Aspice istos purpuratos qui in  
genti strepitu: populorū in se ora cōuertūt: qui se sapientes dici uolūt: & q̄s sapientes uulgus  
appellat: singulis ciuitatibus ascribēs sapientū greges: cū tñ illa florēs olim studioꝝ mater  
græcia non amplius q̄ septē sapientū noībus gloriē: qđ ipsum posteris iportune nomen  
arrogantiæ uisum est. Sed qui eos excusant: aiūt nō id eis cognomen p̄prio iudicio: sed po  
puloꝝ suffragijs obtigisse. Vnus ex oībus sæculis Epicurus: sapientē se p̄fiteri ausus intol  
leranda supbia: seu potius ridiculosa demētia: Cuius secundo de finibus bonorū & malorū  
meminit Cicero: hodie in nostrorū caudicorū grege furor ille uulgaris est. Respice & hos q̄  
in altercationibus & cauillationibus dialecticis totū uitæ tēpus expendunt: seq̄ inanibus  
semp̄ quæstiūculis exagitant: & præfagiū meū de oībus habeto. Omniū nemp̄ cū ipsis fa  
ma corruet: unumq̄ sepulchrum nomini ossibusq̄ sufficiet. Cū enim mors frigidā linguā  
stare coegerit: non modo ut sileant necesse est: sed ut de his etiā sileat. Possē exēplis afflue  
re: teq̄ ipsum in multis testē facere: Quot loquacissimas picas agnouim⁹ in oculis insanā

B

C

D

multitudinis p̄strepentes: q̄q̄ repēte uox cecidit: nisi lōga & apud q̄sdā sup̄stitū odiosa for-  
te narratio eēt: Sed de his & s̄ape alias: & nūc q̄d res ipsa poscebat dixim⁹: Neq̄ em̄ ut eos  
monerē sermo mihi institut⁹: sed ut tibi satisfacerē: cui⁹ oīno diuersa cōditio ē: tūc em̄ maxie  
resonabis cū iā loqui ampli⁹ nequeris. Cateȳ ualde ipatientis aī est: breuissima expectati-  
one torqueri. Expecta paululū: erit uoti cōpos: cū obstare tibi ipse desieris: id ex pte lōgæua  
forſan absentia: ad plenū mors sola præstabit. Reduc ad memoriā ex oīb⁹ sæcul⁹ illustres ui-  
ros Romanos: græcos: barbaros: cui⁹ nō præsentia famā nocuerit: tibi (si recētiore memo-  
ria est) plures forte ex historijs occurrēt. Ego id uni oīm Africano tributū memini: ut sc̄z &  
fama mirabilis & præsentia mirabilior habereē. Idē sacris i litteris tribuit Salomoni: quæ  
re aliū: forte nō inuenies: & si Virgili⁹ imodico studio Aeneā suū exornandi hoc ad eū gl̄iæ  
gen⁹ transferre cōtendat: sed imobile ueȳ est: excusant tñ q̄si nō Aeneā sed sub Aeneæ noīe  
uiȳ fortē p̄fectūq̄ describat: dedit idē orator̄ uni dūtaxat is qui hoc sicut ueri⁹ usurpasset:  
præillustres sc̄z orator̄ priceps Marc⁹ Tulli⁹: uni q̄z poetaȳ idem tribuit Aulo Licinio Ar-  
chia: sed uereor ne id amore iudiciū obliquante præceptorī suo mediocris ingenij uiro tri-  
buit: q̄d nec Homero tribuit nec Virgilio tribuisset. Cateȳ ut ad te reuertar: nihil ex oīb⁹  
quæ dixi: q̄d tibi iustā indignandi materiā præstare possit inuenies. Nemo em̄ se anteiri ab  
uno uel a paucis ægrefert: nisi q̄ gloriæ principatū p̄tinaci sibi mēte cōstituit. Patere (ut ca-  
teraȳ reȳ) sic ingenij tui sortem noīsq̄ fortunā: putabas eā i solis diuitijs ius h̄ere: Hūanaȳ  
reȳ oīm excepta ȳtute dñā est. Illam q̄z s̄ape oppugnare: sed nunq̄z expugnare p̄mittit. Fa-  
mam certe q̄ nihil est leui⁹ facile rotat ac uentolis suffragijs circūuoluit: a dignis eā trāſferēs  
ad indignos: nihil quidē mobili⁹: nihil iniqui⁹ uulgari iudicio sup̄ q̄ fama fūdata est. Itaq̄  
miȳ nō est si assidue quatit̄ quæ tā tremu⁹ innitit̄ fundamētis. Hæc sane nō nisi i uiuos reg-  
num habet: mors hoīem eximit ab imperio fortunæ. Cessant exinde ludibria: hæc uelit ipsa  
uel nolit: ȳtutē fama: ceu solidū corp⁹ umbra cōsequit̄. Habes ergo (ni fallor) gloriādi poti⁹  
causam q̄ indignandi: si cū oīb⁹ fere præstantibus atq̄ clarissimis uiris cōis tibi tua fors  
est. Quoq̄ etiā nūc æquiore aīo sis: Africanū ipsum quē ex hac acie segregare uisus erā: in  
cōe restituiam: cui q̄uis q̄d rarissimū est: ut dixi: præsentia nō noceret: nocuit tñ (ut cate-  
ris (hoīm inuidia: quā tantis ȳtutibus nō potuit extinguerē: incenditq̄ potius & inflām-  
uit: Nocuit (q̄d sine indignatiōe nō possum meminisse) cōuersatio lōgior & nascens ex fa-  
miliaritate cōtemptus. Vnde aut̄ hæc eliciā p̄cōtabere. Nolo me aliqd̄ imutasse suspicaris:  
Ipsa Titi Liuij clarissimi scriptoris ȳba ponam: qui orta cōtētiōe dignitatis honoȳq̄ in-  
ter Scipionem Africanū Titūq̄ Flaminiū: In qua succubuisse Scipionē refert. Maior inquit  
gloria Scipiōis: & q̄ maior: eo p̄prior iuidiæ. Et statim postea: Accedebat inqt̄ & aliud. Sci-  
pio Africanus iam p̄pe annū decimū assiduus in oculis hoīm fuerat: quæ res minus uerē-  
dos magnos hoīes ipsa satietate facit. Et hæc quidē ille: Tu ȳo (ut iam finem faciam) for-  
tunam tuam tāto comite solabere: expectabilisq̄ trāquillius: memor uetus apud Flaccū uer-  
bum esse: q̄d ut uina: sic poemata meliora dies reddit. Ap̄d Plautū aliquātō uetustius: Ille  
em̄ ait: Qui utunē uino uetere sapientes puto: & qui libeter ueteres inspectant fabulas: q̄d  
nō minus ipsi Flacco bitem cōmouisse suspicor q̄z tibi tantā esse uetustatis reuerentiam: ut  
crimen lōgo sermōe purgandū sibi fuerit Luciliū reprehendisse. Postremo tecum cogita qd̄  
est hoc pro q̄ tam sollicitè torqueamur: Vetus est fama quā sequimur: fumus est: umbra est:  
nihil est. Itaq̄ facillime recto atq̄ acri iudicio cōtemni potest: Quod si forte (qm̄ generosos  
aīos familiaris hæc pestis insequi solet) appetitū hūc extirpare radicitus nō potes: excrescē-  
tem: ratiōis saltem falce cōpescē: parendū tpi: parendū rebus est. Deniq̄ (ut sententiæ meæ  
fūmam breuius expediā) uirtutē cole dum uiuis: famā inuenies in sepulchro. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Raimundū superantiū: hominū uitā æque ac flosculū  
momento & uirere & arefcere asserentis: Epistola II.

**A** **V**ereri mihi (nec imerito) uisus es: ne (q̄d fere oīb⁹ adolescentibus accidit) ætatis  
flore decipiar. Nō pollicebor tibi pater aīm solidū ac stabilem oīsc̄q̄ uanitatis ex-  
ortem (q̄d in hac ætate difficillimū & potius diuinæ gratiæ q̄ hūanæ ȳtutis arbi-  
tror) sed mentē haud quāq̄ lux cōditiōis ignaram sp̄o deo. Sentio me (mihi crede) nūc dū  
maxime florere uideor: maxime ad arefcendum pergere. Quid in re celerrima segnibus uer-  
bis utor: imo ȳo p̄perare: imo currere: imo (ut loqr̄ p̄prie) uolare. Volat em̄ atas (ut ait  
Cicero) Et oīno nihil est aliud tēpus uitæ hui⁹ q̄ cursus ad mortē: In q̄ (ut ait Augustiū)

Ætate uolare  
ex Ciceronis  
auctoritate

nemo uel paulo stare uel aliquanto tardus ire pmissit: sed urgent oēs pari motu: nec diuerso impellunt accessu: Neque enim cuius uita breuior fuit: celerius die duxit: quæ ille cui longior: sed cum æqualiter æqualia momenta raperentur ambobus: Alter abijt propius: alter remotius: quoniam non impari uelocitate ambo currebant. Aliud est enim amplius uitæ pegisse: aliud tardius ambulasse. Qui ergo usque ad mortem productiora spatia temporis agit: non letius pergit: sed plus itineris commisit. Ecce quæti duo uiri uelocitatem uitæ mortaliter describentes: uolare eam & currere asserunt. Quoties uero Virgilius fugere tempus ait: Quid si oēs tacerent: quod etiam si negaret: nunquid ideo segniter fugies curreret aut uolaret: Neque uero me talia summis labijs locutus putes (quicquid ceteraneis meis est mos) per auctores uireta captare flosculos: quod uiro turpe ait Seneca: nobis ita promissum putat: ut nihil uideat in adolescentia formosius. Ego me non nego flosculos iterum legere: quibus inter seniorum choros (si res tulerit) uti queam: sed ita ad optatam senectutem merita cum laude perueniam: ut ego magis omnia ad uitam extimem quam ad eloquentiam referenda: Et quæ uis (ut est usus: ut est ingenium: ut est animus: ut est ætas) eloquentiæ studio delecter: tamen & dum aliorum bene dicta recenseo: & si quando mihi aliquid forte sonantius excidit: utrobique magis mediator: ut quicquid id est uitæ per sit: adolescentiæque me malis expediat: quam ut uerbis ornatoribus iuuenilis lingua lasciuia. Summam quidem demerita uideat in id niti: ad quod forte nunquam sis uenturus: & quod paucis accidit: quod cum adeptus fueris modicum per sit: fortassis & multum noceat: illud uero negligere: quod & oibus promptum: præ oibus utile: dānosumque nunquam esse possit. Scimus autem magnorum auctoritate hominum experimentoque rerum edocti: quam paucis bene loqui: bene uiuere aut oibus datum est: & tamen plures illud amplectuntur: hoc fugiunt. Ita est natura hominum: difficultatibus incubere & ea cupidius appetere: quæ laboriosius parantur. Ego quidem (& si mihi fidem ætas deroget) teste tamen conscientia lego: non ut eloquentior aut argutior: sed ut melior sim: Et quod de morali philosophiæ parte dixit Aristoteles: ad oēs traho: quæque si uterque fructus sequeretur: fortunatior me laborum non negare. Tibi autem pater gratias ago: quod me paterne mones: & oro ut idem sapere facias: Sed sic habeto: me iam hinc coepisse cognoscere cursum meum & pericula numerare: & multos nosse decrepitos: me altius humi fixos ac tenacius inhærentes. Multum me tægit illud Domitiani principis iam senescitis. Nil inquit gratius decore: nil breuius. Et illud Catonis senis apud Tullium: Quis est tam stultus quam uis sit adolescens: cui sit exploratum ad uesperam esse uicturum: Et illud Virgilij tunc iuuenis iuueniliter dictum: sed uere: sed grauius: sed mature: Collige uero rosas dum flos nouus & noua pubes: Et memor esto æuū sic perperare tuum. Ego uero memor sum (& quamuis nondum plene possim) cogito tamen ut possim: & indies ut profundius possim: nitior. Cogito non quid alijs uideor: sed quid sum & ætatē hanc & qualiterque formam corporis: & reliqua (unde mihi forsitan ab alijs inuideat) sentio data mihi ad piculum: ad exercitiū: ad laborē. Denique (ut breuiter concludam) Scio me ascendere ut descendam: uiuere ut arescam: ut senescam adolescere: uiuere ut moriar. Vale.

Oibus idem uita spatium mortisque æquale terminum esse: ex Augustini sententia

B

C

Dementis esse animi niti in id ad quod perueniri non potest

Cupidius homines appetere quæ laboriosius parantur

D

Nil gratius decore: nil breuius

Catonis & Virgilij sententiæ

Francisci Petrarchæ ad Ioannem Colunæ: Galliam: Germaniā: Rhenique ripas se pergrassasse narrantis: Inque his regionibus mores hominum sollicitè cōtemplatum esse & aspectu telluris incognitæ delectatum: Italiā tamen sibi magis placere affirmantis:

Epistola III.

**O** Allias ego nuper nullo quidem negocio (ut nosti) sed uisendi tantum studio & iuuenili quodam ardore pagraui: Germaniā tandem Rhenique ripas attigi: contēplatus sollicitè mores hominum: & aspectu telluris incognitæ delectatus: ac singula eum nostris conferens: & licet multa utrobique magnifica uiderim: me tamen Italiciæ originis non pœnitet: imo (ut uere fatear) quo latius peregrinor: eo maior Itali soli subit admiratio. Quod si gratias agebat Plato dijs (ut uerbo eius utar) immortalibus: inter multa que græcū eū & non alienigenam ædificissent: quod nos prohibet per eodē que gratias agere ortusque nostri deum auctorem recognoscere: Nisi forte nobilior est græcū nasci quam Italiciū: quod si quis dixerit: dicat idē & seruū esse nobiliorē quam dñm. Atque nullus hoc græculus quantumlibet perax impudensque dicere audebit: dum meminerit diu ante urbē cōditā ante partem & auctum uirtutibus imperiū. Denique ante Romanos rege dños generatque togatā: non Italiā sed quotā Italiæ parte eo tempore desertā & uacua græcis habitatoribus possessam magnamque graciā nūcupatam: Quæ enim tunc magna uisa est: quam maxia: quam imensa uideri potuit post euerfam Corinthū: post uastatā Aetoliā: post Argos & Mycenarum ceterasque urbes triumphatas: post Macedoniæ reges captos Pyrrhūque deuictū & madetes iteque Asiatico cruore Thermopylas: Credo neminem negaturū aliquo clari Italiciū esse quam græcū. Sed de hoc forte alibi: nunc in Gallias reuertamur. Pariseorum ciuitatē regni caput: quæ auctorem Iulium Cæsarem cōditam

A

B

Pariseorum urbe a Iulio Cæsare cōditam

pratēdit introij: nō aliter aīo affect⁹ q̄ olim Thessaliæ ciuitatē Hypatā dū iustrat Apulei⁹. Ita em̄ sollicito stupore suspēsus & cūcta circumspiciēs uidēdi cupidus explorādīq; uera ne an ficta essent quæ de illa ciuitate audierā: nō paruū ī ea tēpus absumpsi: & q̄tiēs operi lux defuit noctē supaddidi. Demū ambiēdo & inhiādo magna ex pte didicisse uideor q̄s in eadem ueritati q̄s fabulis loc⁹ sit: quæ (qm̄ lōga narratio est: neq; hoc loco satis explicabilis) differēda est donec ex me oīa corā audies. Gandauū q̄z (ut media sileā) eodē cōditore supbum uidi: & cæteros Flandriæ Brabātīæq; populos lanificos atq; textores: Vidi Leodium insignē clero locū: Vidi Aquēsem Karoli sedē: & in tēplo marmoreo uerendū barbaris gentibus illius principis sepulchr⁹. Vbi fabellā audiui nō inamoenā cognitua q̄busdā tēpli sacerdotibus: quā scriptā mihi ostēderūt: & postea apd̄ modernos scriptores accuratius etiā tractatā legi: quā tibi q̄z ut referā incidit animus: ita tñ ut rei fides nō apd̄ me quærat: sed (ut aiunt) penes auctores maneat: Karolū regē quē magni cognoie æquare Pōpeio: & Alexandro audēt: mulierculā quādā pdite & efflictim amasse memorāt: ei⁹ blāditijs eneruatū neglecta fama (cui plurimū inseruire cōsueuerat) & posthabitis regni curis: aliar; rez; oīm: & postremo suis ipsius oblitū: diu nulla p̄sus in re nisi in illius amplexibus acquieuisse: summa cū indignatiōe suor; ac dolore. Tandē cū iam spei nihil supesset (qm̄ aures regias salutaribus cōsilijs insanus amor obstruxerat) foeminā ipsam malor; causam insperata mors abstulit: cuius rei ingēs primū in regia: sed latēs gaudiū fuit. Deinde dolore tñ priore grauior: quantū foediori morbo correptū regis aīm uidebāt: cuius nec morte lenitus furor sed in ipsum obscœnū cadauer & exangue trāsflatus est: qd̄ balsamo & aromatibus cōditum: onustū gēmis & uelatū purpura diebus ac noctib⁹: tā miserabili q̄z cupido fouebat amplexu. Dici nequit q̄z discors & q̄male se cōpassura cōditio est amātis ac regis: nūq̄ profecto cōtraria sine lite iūgunē. Quid ē aut̄ regnū nisi iusta & ḡiosa dñatio: Cōtra: qd̄ est amor: nisi foeda seruit⁹ & iniusta: Ita q; cū certatim ad amantē (seu recti⁹) ad amentē regē p̄ summis regni negocijs: legatiōes gentiū p̄fectiq; & puinciar; p̄sides cōuenirēt: Is in lectulo suo miser oībus exclusis & obseratis forib⁹ amato corpusculo cohærebat: amicā suā crebro uelut spirantē responsurāq; cōpellans. Illi curas laborēq; suos narrabat: Illi blandum murmur & nocturna suspiria: Illi sp̄ amoris comites lachrymas instillabat (horrendū miseriat̄ solamē) sed qd̄ unū tñ ex oībus: rex alioqn (ut aiūt) sapiētissimus elegisset. Addūt fabulā qd̄ ego nec fieri potuisse nec narrari debere arbitror. Erat ea tēpestate in aula Coloniensis antistes: uir (ut memorant) sanctitate & sapiētia clarus: necnō comitatus & cōsiliij regij prima uox: qui dñi sui statū miserat⁹: ubi aīaduertit humanis remedijs nihil agi: ad deū x̄sus illū assidue precari: in illo spem reponere: ab eo finē mali poscere: multo cū gemitu: qd̄ cū diu fecisset nec desiturus uideret: die quodā illustri miraculo recreat⁹ est. Siquidē ex more sacrificati: & post deuotissimas preces pectus & arā lachrymis implēti: de cœlo uox insonuit: sub extinctā mulieris lingua furoris regij causam latere. Quo latior: mox pacto sacrificio ad locū ubi corpus erat se p̄ripuit & iure notissima familiaritatis regiæ introgressus: os digito clam scrutatus gēmā pexiguo anulo inclusam: sub gelida rigētīq; lingua repertā festinabūdus auexit. Nec multo post rediēs Karolus & ex cōsuetudine ad optatū mortuæ cōgressum p̄perās: repēte aridi cadaueris spectaculo cōcuss⁹ obriguit exhorruitq; cōtactū: auferrī eā quātotius ac sepeliri iubēs: inde totus in antistitē cōuersus: illū amare: illū colere: illū indies artius amplecti: deniq; nihil nisi ex sentētia illius agere: ab illo nec diebus nec noctibus auelli. Qd̄ ubi sensit uir iustus ac prudēs: optabilem forte multis: sed onerosam sibi sarcinā abijcere statuit: ueritusq; ne si uel ad manus alterius pueniret: uel flāmis cōsumeret̄ dñō suo aliqd̄ piculi afferret: anulū in uicinā paludis præaltā uoraginē demersit. A quis forte tum rex cū p̄ceribus suis habitabat: ex eoq; tpe cūctis ciuitatibus sedes illa prælata est. In ea nil sibi palude gratius: ibi assidere: illis aquis mira cū uoluptate: illi⁹ odore uelut suauissimo delectari. Postremo illuc regiā suā trāsstulit & ī medio palustris limi īmensō sumptu iactis molibus: palatiū templūq; cōstruxit: ut nihil diuinæ uel humanæ rei eū inde abstraheret: postremo ibi uitæ suæ reliquū egit: ibiq; sepultus est. Cauto prius ut successores sui primā inde coronā & primā imperij auspicia capesserēt: qd̄ hodie q̄z seruat̄ seruabiturq; q̄z diu Romani frena imperij Theutonica manus aget. Longior fui in hac narratione q̄z debui. Sed quoniā pegrinatione lōginqua libror; solatio destituta est: & in p̄petuo motu facilius est multa cogitare: q̄z grādia: iustū epistolæ modū implere serijs nō ualēs: eā (ut uides) obuijs quibusq; confartio. Vale.

Gandauū ab  
Iulio conditū

C  
Karoli magni  
recenset̄ amor

D

E

Francisci Petrarchæ ad Ioannem Columnæ: Coloniã Agrippinã ciuitatẽ Germaniæ: quæ ad sinistrũ latus Rheni sita est: ciuilitatemq; & mores eiusdem populi cõmendãtis: seq; i eadem plures reliquias sanctorũ & multa aliã uidiſſe recitantis: digreſſum etiã ſuũ uſq; in Auinionem narrantis: Epistola III.

**A** Quis digreſſum: ſed prius unde ortum oppidi nomen putãt: aquis baiano more tepentibus ablutum: excepit Agrippina Colonia: quæ ad ſiniſtrum Rheni latus ſita eſt: locus & ſitu & flumine clarus & populo. Mirum in terra barbarica quãta ciuilitas: quæ urbis ſpecies: quæ uirorũ grauitas: quæ mundiciæ matronarũ. Forte Ioãnis Baptiſtæ uigilia erat: dum illuc applicui: & iam ad occidentem ſol uergebat: conſeſtim amicorum monitu (nam & ibi amicos prius mihi fama pepererat: q̄ meritũ) ab hoſpitiõ tradu cor ad fluuium: inſigne ſpectaculũ uifurus: Nec fallebar: Omnis em̄ ripa præclaro & ingenti mulierũ agmine tegebatur: Obſtupui: diũ boni quæ forma: quis habitus: amare potuiſſet: quiſquis eo non præoccupatum animũ attuliſſet. In loco paulum altiore conſtiterã: unde in ea quæ gerebantur intenderem: incredibilis ſine offenſione cõcurſus erat: uiciſſimq; alacres: pars herbis odoriferis incinctæ: reductiſq; poſt cubitum manicis: candidas in gurgite manus: ac brachia lauabãt: neſcio quid blandũ peregrino murmure colloquẽtes: Vix nũq; clari⁹ intellexi: quod Ciceroni placet: & ueteri Prouerbio dici ſolet: Inter linguas incognitas: omnes propemodum ſurdos ac mutos eſſe. Vnũ mihi ſolatiũ gratiſſimorũ interpretũ non deerat: Nam & hoc inter cuncta mirabere cœlum illud ſpiritus pierios alere. Itaq; dũ miratur Iuuenalis q̄ Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos: miretur itidem: docta q̄ argutus aluit germania uates. At ne me auctore fallaris: ſcito ibi nullũ Maronem eſſe: Nalones plurimos: ut dicas ueſ; fuiſſe præſagiũ: quod in fine libri Metamorphoſeos multũ uel poſteritatis gratiæ: uel ingenio ſuo fidens ponit. Si quidem qua Romana potentia (ſeu uerius) qua Romanũ nomen domito orbe ſe porrigit: plauſibiliter nunc fauẽtis populi ore perlegitur. His ego comitibus: ubi quid audiendũ ſeu reſpõdendũ incidit: pro lingua & pro auribus uſus ſum. Vnũ igitur ex eo numero admirans & ignarus reũ percontar⁹ Virgiliano illo uerſiculo: Quid uult concurſus ad amnẽ: quid ue petũt animæ? Reſpõſum accepi: peruetuſtum gẽtis ritum eſſe: uulgo perſuaſum: præſertim fœmineo: omnem toti⁹ anni calamitatem iminentẽ: fluuiiali illius diei ablutione purgari: & deinceps lætiora ſuccedere: itaq; luſtrationẽ eſſe annuam: inexhauſto ſemper ſtudio cultam colendãq;. Ad hæc ego ſubridens: O nimiũ fœlices inquã Rheni accolæ: quorũ ille miſerias purgat: noſtras quidẽ nec Pad⁹ unq; ualuit purgare nec Tyberis: Vos ueſtra mala Britãnis Rheno uectore trãſmittitis: nos noſtra libenter Afris atq; Illyrijs mitteremus: ſed nobis (ut intelligi datur) pigriora ſunt flumina. Cõmoto riſu: ſero tandẽ inde diſceſſimus. Proximis aliquot diebus a mane ad ueſperam: ciuitatem iſſdem ducibus circumiui haud iniucundũ exercitiũ: nõ tã ob id qđ ante oculos erat: qđ recordatione noſtroꝝ maiorũ qui tam procul a patria monumenta Romanæ uirtutis tam illuſtria reliquiſſent. Imprimis autẽ occurrebat Marcus Agrippa Colonia illius auctor: qui licet multa domi: multa foris præclara conſtruxerit: illã tamẽ ex omnib; dignã cenſuit: cui ſuũ nomẽ imponeret ædificator ac bellator egregius: dignuſq; habitus quẽ Auugſtus ſibi geneũ ex toto orbe deligeret qualiſcunq; filia uirũ: ſed dilectæ: ſed unica: ſed auugſtæ. Vidi tot ſimul trũca milia ſacræ uirginũ & terrã generoliſ dicatam reliquijs ac degeneũ: ut aiunt: cadaueũ expultricẽ. Vidi capitoliũ effigiem noſtri: niſi qđ pro ſenatu illic pacis ac belli conſilia agitãt: hic formoſi iuuenes ac puellæ mixtim: nocturnas laudes deo concinunt: æterna cõcordia. Ibi rotarũ & armorũ ſtrepitus ac gemit⁹ captiuorũ: hic quies & gaudium & iocantiũ uoces. Deniq; illuc bellic⁹: huc pacific⁹ triũphator ingreditur. Vidi templũ urbe media pulcherrimũ: qđ uis in expletũ: qđ haud imerito ſũmũ uocant: Magorũ ibi regũ corpora ab ortu ad occaſum tribus ſaltibus tranſuecta: quos æthereum quondã regẽ ad præſepia uagientem: cũ muneribus ueneratos legimus: uenerabũdus aſpexi. Parumper hic pater optime: & pudoris mei methas exceſſiſſe uideor & plura collegiſſe qđ neceſſe erat. Vtrũq; fateor ſed mihi nil tam neceſſe eſt: qđ ut imperio tuo pareã. Inter multa ſane quæ abeunti iuſſeras: hoc fuit extremũ: ut de terris ad quas ibam & de ſingulis quæ uidiſſem: audiuiſſemq; perinde te certiorẽ ſcripto facerem ac uerbo ſoleo ne calamo parcerem: ne breuitati uel ornatui ſtuderẽ: ne ue floridiora decerperẽ: ſed cũcta cõplecterer. Deniq; Tulliano uerbo uſus: Scribe dixiſti: quicquid i buccã uenerit. Promiſi me facturũ: promiſſum crebris ex itinere litterulis impleſſe uideor. Si iuſſiſſes loqui de altioribus: tem-

**A**  
Agrippina colonia ad ſiniſtrum lat⁹ rheni

Inter incognitas linguas omnes & ſurdeſcere & muteſcere: ex Ciceronis dicto

**B**

**B**

Epistola officium

C

Arduenna sylua

Lugdunū Romanorū Colonia

D

A

Amare & non amari nihil miserius

B

Apud Persas fidem & taciturnitatem esse integerrimam

ptassem: Nunc epistolae officium reor: non ut scribentem nobilitet: sed ut certificet legentem: quod si omnino uideri uolumus: ostendemus nos in libris: in epistolis colloquimur. Procedo: Ad secundas Kalendas Iulias Colonia discessi: tanto sole ac puluere ut saepe alpinas niues ac frigora rheni a Virgilio requirerem. Inde Arduenam syluam: scriptoribus: testimonio pridem mihi cognitam: sed uisum atram atque horrificam transiui solus (& quod magis admireris) belli tempore: sed incautos (ut aiunt) deus adiuuat: At ne longum iter uix aequo peracto calamo remetiari: multis ego regionibus ambitus: hodierno die Lugdunum perueni. Nobilis & ipsa Romanorum Colonia est paululum uetusior Agrippina: duo hic noti amnes in nostris mare currentes: Rhodanus Ararisque conueniunt Sonam incolam appellat. Sed de his nihil amplius: Iuncti enim ad te properant: alter cogenti: alter coacto similis: & Auinionem ubi te nunc ac genus humanum Romanus pontifex detinet: permixtis uadis abluunt. Huc ego cum mane peruenissem & intranti forte familiaris hic tuus occurrisset: mille eum quaestiuunculis (ut mos est peregre redeuntium) aggredior. Ille autem nihil ad reliqua: Sed praclarissimum fratrem tuum ad quem maxime properabam: sine me Romam petisse narrauit: Quo audito quaerendi ueniendique ardor repetere deseruit. Hic igitur expectare in animo est: donec & aetas ipsa deserueat: quam hucusque non senseram: & me uegetiorem quies faciat: qui me fessum esse hoc ipso primū loquente ppendi. Nulla quidem fatigatio maior quam animi est: quod si reliqui itineris tedium subierit: Rhodanus mihi pro uehiculo erit. Interim ut noris ubi sum: haec tibi festinante nuncio transcurrere non piguit. De fratre item tuo: duce olim: nunc (da dolori ueniam) desertore meo: nusquam alibi quam apud ipsum conqueri uisum est: quam querelam: ut sibi quam primū mitti iubeas: oratim facito. Et Vale nostri memor.

Frater Petrarcae ad Iacobum Columnae Lombaricensis praefulem: quod se non expectato Romam petierit familiariter conquerentis: simulque non pauca de fide & taciturnitate commemorantis: Epistola V.

**R**euerterbar e germania & iam Lugdunum peruenieram: precum tuarum & desiderij mei uncis retrahentibus: non tam poetico aut physico: quam cursorio more festinans. Illic cursui meo molestissimum frenum adhibuit insperatus rumor aufugisse te absentiae meae uelut oportunitate captata & sine me Romam petissem: quod profecto nunquam facturum esse pro miseris. Quid dicam: Amante non amato nil reor esse miserius. Quomodo autem te: seu quibus primū uerbis aggrediar: Sulpitiosum ne an tuorum contemporem putem: Nihil moribus minus tuis conuenit. Obliuosum querar mirator ipse memoria tua: Fidefragum dicam: sed notissima fides est. Quid ergo: Tu culpa nomen inuenies & te ipsum condemnabis: uel si libet absolues: apud tribunal tuum tecum agere: tu idem & reus & testis & iudex eris. Sede igitur & mecum aliquantisper aequo iure discepta. Aequat enim amor imparia. Quod si contra me forte lingua tua pronūciauerit: ad consciam puocabo. Rande dolori meo quaerenti: Cur tu Romae: ego in Gallia sum: Quid tanto diuortio dignum fecerit: An ut inutilis & inamoena sarcina in tergum abijceris: De utilitate quidem uideris: de reliquo (quam dolor ingens libertatis assertor esse solet) ipse pronuncio. Nulla igitur (si te noui) amoenior: nulla curis tuis oportunior: tecum est Lelij mei & ceterorum pace dixerim quibus (ut me aequare audeam) superbe forsitan fortunam illorum cogit & dolor mei: Ego enim te mudo praetuli: tu mihi quae so quid non praefers: An timuisti ne secretum tuum ex me in uulgus erumperet: Ita ne rimosum expertus es: ita infirmi ac futillis animi: cui tam facile commissa diffluerent: Egisti incaute qui mihi totiens grauiora credideris. Sed (crede mihi) quoniam hodie (ut uideo) dolor uerecundiam superat: crede inquam mihi pater optime: nullius (quem quidem ego nouerim) fido silentio secundus sum. Nemo me ideo quod secreta non teneam: ne dicam fideli amicitiae: sed uel senatorio gradui: uel sacerdotio cereris inhabilem arguerit. Legimus apud Persas: nihil fide sanctius: nihil pulchrius silentio: nihil loquacitate deformius. Itaque illud uel morte custodiunt: hanc morte castigant: non est qui quocumque supplicio sui regis padata arcanum. Si quis forte contrafecerit: nullo non supplicio dignus habebitur praclare. Quid enim omnino facilius quam tacere: Ad quid ergo utilis: aut cui magna rei sit habendus idoneus: qui rem longe facillimam implere nequiuerit: An uero occupationes meas interrumpere noluerit: Cōuersatio igitur longaeua quid profuit: Nondum intelligis: non esse me de illorum gregem qui (ut ait Flaccus) breui fortes iaculantur auro multa: qui terras alio calentes sole permutat: qui penetrant aulas & limina regum: Ut Virgilius ait: qui animam suam in frusta discerpunt: huic arrident: illi seruiunt: neminem ex integro diligunt: nulli plene confidunt: certe ego qui sim nescio. Valde enim in iudicio reorum nostrarum fallimur: Sed ut sim de grege nihil optam.

tium: magnopere laboro: de multis nūq̄ speraui: Sciebam enim q̄ qui paucorū similis fieri  
 studet: multis fiet inuisus. Spes & occupationes meæ in te hæcenus sitæ erant: In quo si me  
 diutius errare non es passus: perurbane mecum agi non negauerim: q̄ alienationem animi  
 tui: non contumelioso quidem actu: nō uerbo aspero: non graui supercilio: sed fugæ silētis  
 indicio perceperim. Sin experiri aut inflāmare desiderium meū cogitasti: uide ne aduersus  
 imbecillum animū nimis aculeatū ludi genus elegeris. At forte indulgentior causa est: pep-  
 cisti arbitror labori meo: ueritus ne fastidio pelagi impar essem: & quoniā id tibi quoq̄ tes-  
 tat iter per siticulosam Apuliam: sub æstiuo sole deficerē. Sed quæso nonne hoc tuo de me  
 iudicio iniuriosus es famæ meæ: Vbi ego hanc opinionē merui: Quis me labor fregit: aut  
 terruit: Sola uidendi dulcedo per ignotam me Barbariem circumducit: per Italiam credo  
 pulchra necessitas nō duxisset: sub pireneis olim collib⁹: ut tibi comes essem: nisi pudet: quā-  
 tis me precib⁹ ac blanditijs onerasti: Quanq̄ (ut uer⁹ fatear) sequebar ego prope cupid⁹:  
 q̄ detrahebar: quid ita nunc sub Apœnini iugis comes esse non merui: Nisi forte inertiam  
 meam illa peregrinatione patefecit: tu uero quotidie miraberis unde ea laborū patientia in lit-  
 terarū ocio mihi nato ac enutrito: præsertim cū & anni tempus esset aduersum & uepricosū  
 iter & inculta regio (quodq̄ sup omnia nos angebat) cōuersatio dura & multū nostris mō-  
 ribus aliena. Sed forte (quoniā sensim ratiocinatio ad uer⁹ ducit) non quæcūq̄ potuimus  
 possumus: dies auget: dies imminuit ab ea peregrinatione: quarta nūc æstas agitur: trienniū  
 senior factus sum: qd̄ tempus non tantū mutādo corpusculo mortalis hoīs: sed euertendis  
 imperijs atq̄ urbibus late patet. Ludo tecū (ut uides) Magnus interdū dolor ubi lamenta  
 defuerint in iocos uertitur: omnis quidē dies fateor gradus est ad mortē: & uagiētes in cuna/  
 bulis infantes: crescendo pariter senescunt. Neq̄ tamen ea ætas est mihi: quæ naturale de/  
 trimentū sentiat: quippe quæ nondū plena est. Itaq̄ crescentibus ad huc ānis puehor: mul-  
 toq̄ & membris & animo ualidior indies fio: q̄uis non ignorē quid sequatur. Viator em̄  
 quo altius ascendit: eo descendit proximior fit: & si dici fas esset: quodāmodo ascendendo  
 descendit. Idem mihi accidit: Interim tamen ascēdo. Quæ cū ita sint: Idoneā facti tui causā  
 forte tu noueris: ego eam palpabūdus inquirō nec inuenio: & hoc uno uel maxime ama-  
 re me intelligo (q̄ amantiū mos est primis quidē offensionibus moueri: mox ubi flāmā ex-  
 tinguere non daē ad excusationū medicamēta confugere: & qd̄ acrius factū dolent: uel ne/  
 quaq̄ factū si liceat: uel bono aīo factum dicere). Hoc igit̄ ago si possum: ut iure deser⁹ ui-  
 dear: qd̄ utinam mihi persuadēa: & profecto fieri potest ut tu nec p̄fectionē meā impedire  
 uolueris: nec potueris reditū expectare: & cū me ab amplexu tuo lachrymantē dimitteres:  
 nouam mihi gemendi materiā inculcare uolueris: Vellem inclāmētior fuisses: pietas enim  
 tua in contrarium uersa est. Inexpectato nil hoste nocentius: & intempestiua qualibet gra-  
 uiora sunt. Vnde si absq̄ fletibus esse nō poterā: melius tunc fleuissē: quoniā natura hoc  
 habet: ut abeuntiū potius q̄ redeuntiū comites lachrymas uideamus. Tu precor q̄: primū  
 cogita: qualiter te mihi exundanti illo defendas eloquio: q̄ uere nihil ad rem: mō uerisimi-  
 liter satis erit. Credere parato nulla inefficax persuasio est: Interim facilius inducar ut tuæ  
 culpæ ignoscam: q̄ fortunæ meæ. Vale nostri memor.

Francisci Petrarchæ ad Thomā Messanensem: dialecticorū inanē ac conten-  
 tiosam petulantiam detestantis: Epistola. VI.

**T** Emerarium est cū eo hoste cōfligere: qui nō tam uictoriā appetit q̄ certamen. Scri-  
 bis quēdā senē dialecticū: litteris meis uāhemētissime p̄motū: q̄ si artificium suū ego  
 dānauerim: ideo palā fremere & minari multa se q̄ in studia nostra suis litteris in-  
 uectur⁹: eas te litteras multis neq̄q̄ mēsis uexerat expectasse. Noli eas expectare amplius: crede  
 mihi: nūq̄ ueniēt. Hoc modestiæ remāsit: Siue ihs stili pudor: siue ignorantia cōfessio est: lin-  
 gua iplacabiles: calamo nō cōtendūt. Nolūt apparere q̄ friuola sunt q̄bus armanē: ideoq̄  
 more parthico fugitiuū pugnae gen⁹ exercēt: & uolatilia uerba iactātes: quasi uētis tela com-  
 mittūt. Cū his (ut dixi) suo more contendere temerariū est: quippe q̄ summā uoluptatē ex  
 cōtentione p̄cipiūt: quib⁹ nō uer⁹ iuenire p̄positū est: sed altercari. Atq̄ Varrōis puerbiū  
 ē: Nimiū altercādo uitas amittit̄. Noli aut̄ trepidare: ne i aptū scripturæ solidiq̄ colloquij  
 cāpū descendāt. Hi sunt em̄ de q̄bus Quītilian⁹ in institutiōes oratorias loquebat̄: q̄s re-  
 perias i disputādo mire callidos: cū ab illa cauillatiōe discesserint: nō magis sufficere i aliq̄  
 grauiore actu q̄ pua quādā aīalia: quæ in angustijs mobilia cāpo deprehendunt̄: merito  
 itaq̄ campū timēt: uer⁹ est em̄ illud eiufdē: diuerticula & anfract⁹ suffragia esse infirmitatis:

B 2

C

D

Oīs dies gra-  
 dus ē ad mor-  
 temInexpectato  
 hoste nil nocē-  
 tius

A

Nimiū alter-  
 cando ueritas  
 amittit̄

B

ut qui cursu paræ ualēt: flexu eludāt. Tibi ꝑo amice unū hoc dixisse uelim: Si uirtutē: si ueritatē sequeris: id gen<sup>o</sup> hoīm uita. Sed quo nā fugiem<sup>o</sup> a facie insanorū: si ne insulæ quidem tutæ sūt: Ergo nec scylla nec charybdis obstiterit q̄ min<sup>o</sup> hæc pestis i Trinacriā trāsnataret: imo ꝑo iā insulæ peculiare malū est. Si dialecticorū agmini Britānico Aetnea nūc nouorū Cyclopū acies accesserit: hoccine est qđ in Cosmographia Pōponij legerā: Sicilia maxie si milē esse Britannia. Ego quidē putabā silitudinē hāc in terrarū situ ac ꝑpe triāgulari utriusq̄ specie: & fortasse etiā i circūfusi maris ꝑpetua collisionē cōsistere: Nihil de dialecticis cogitabā. Audierā Cyclopas primū: postea tyrānos: utrosq̄ feroces icolas: tertiu mōstri genū aduenisse n̄ nouerā: armatū enthymemate bis acuto: & ipso tauro Minitani littoris feruore ꝑcaci<sup>o</sup>. Vnū sane & ego pridē ai aduerterā: & tu nūc admones: eos sectā suā Aristotelici noīs splēdore ꝑtegere: dicūt em Aristotelē ita solitū disputare. Est fateor q̄lisq̄lis excusatio clarorū ducū inhāsisse uestigijs: Nā & Mar<sup>o</sup> Tullii nō inuitū se cū Platone si oporteat erraturū dicit. Sed fallunt: Aristoteles eni uir ardētis ingenij: de reb<sup>o</sup> altissimis uicissim & disputabat & scribebat: Alioq̄ unde hui<sup>o</sup> tam multa uolumina sūmo studio & tātis exhausta uigilijs: inter multorū & præsertim illius fortunati discipuli: graues occupatiōes & i ætate nō lōga si quidē circa illū apđ scriptores infamē: tertiu scz & sexagesimū uitæ annū defūctum accepim<sup>o</sup>. Isti autē cūr a duce suo tam diuersi abeūt: Cur quāso Aristotelicos dici iuuat: & nō potius pudet: Nihil illi tāto philosopho dissimili<sup>o</sup> hoie nihil scribēte parū intelligente multūq̄ & inutiliter clamāte. Quis illas cōdusiunculas nō rideat: quibus l̄rati hoies se simul & alios fatigāt: In quib<sup>o</sup> oēm ætatē conterūt: quippe ad illa inutiles: ad hoc ipsum præcipue dānosī: qualia sunt quæ a Cicerone & a Seneca plurib<sup>o</sup> locis irrident. Quale est illud Diogeni ꝑpositū: quē dū cōtumeliosus dialectic<sup>o</sup> ꝑbis esset aggressus hoc mō: Qđ ego sum id tu nō es. Annuissetq̄ Diogenes. Ille subiunxit: hō autē ego sum: cū id etiā nō negasset: conclusionē subintulit cauillator: Homo igit tu nō es: Eniūero ultimū hoc inqt Diogenes falsum est: & si uerū fieri uis: a me incipe. Multa sunt id gen<sup>o</sup> pridicula: in q̄bus quid quærant: an famā: an oblectamentū: an bene beateq̄ uiuēdi consiliū: sciūt ipsi forsitan: mihi nihil ignoti<sup>o</sup>. Nā lucr<sup>o</sup> aut digna studiō: merces nobilib<sup>o</sup> ingenijs uideri debet. Mœchanicorū est lucra captare: Honestarū artiū generosior finis est. Dū hæc audiūt irascūt: Est em fere multiloquiū cōtentiosū hoīs iracūdiæ ꝑximū. Ergo inquit dialecticam tu cōdemnas. Absit. Scio em quantū illi Stoici tribuāt: secta philosophorū fortis & mascula: cui<sup>o</sup> cū saepe alias: tum i libro de finibus Cicero noster meminit. Scio q̄ una liberaliū est: & grad<sup>o</sup> ad alta nitentibus: Interq̄ philosophorū dumeta gradiētibus: nō inutilis armatura: excitat itellectum: signat uerū uia: mōstrat uitare fallacia: deniq̄ si nihil aliud: ꝑmptos & ꝑargutulos facit. Hoc ita esse nō inficior: sed nō statim qua honeste transimus laudabiliter imoramur: quinimo uiatoris infani est amœnitate uiarū methā quā destinauerat obliuisci: multa cito transiisse & nufq̄ citra terminū substituisse uiatoris laus est. Et q̄s nō uiator ex nobis est: Breui oēs aduersorū tpe tanq̄ hyberno pluuialiq̄ die longū ac difficile iter agim<sup>o</sup>: cuius dialectica pars esse potest: utiq̄ terminus nō est: & potest ꝑs esse matutina: nō serotina: plurima quidē honeste fecim<sup>o</sup>: quæ turpissime facerem<sup>o</sup>. Si em dialecticā scholas: qđ i eis pueri lusimus: senes relinquere nescimus: eodē iure nec par impar ludere: nec arūdine tremula equitare pudeat: nec rursus cunis infantilibus agitari. Sūt miræ uarietates rerū ac uicissitudines temporū: quas occurrēs natura fastidio uigilātissimo artificio meditata est: Eas nō putes in anni tantū circulo: sed multo magis i lōga ætate reperiri. Ver florib<sup>o</sup> & arborū comis: æstas frugibus diues est: autūnus pomis: hyems niuib<sup>o</sup> abundat. Hæc mō nō tantū tolerabilia: sed grata: si ꝑuertanē siet cōcussis naturæ legib<sup>o</sup> iportuna. Et nemo erit: q̄ uꝑ hyemis glaciē æquo aīo ꝑ ætatē ꝑferat: uel solis ardorē alienis mensibus sæuientē: Sic nemo reperit qui uel senem infantibus colludentem non oderit aut rideat: uel puerū canū aut podagricū non miret. Quid aut quāso ad oēm disciplinā tam utile: imo tam necessariū est q̄ ipsarū litterarū prima cognitio: in q̄bus oīm studiō: fundamēta consistūt: Sed ex diuerso qđ sene ridiculosius in talib<sup>o</sup> occupatos. Tu ergo senis tui discipulos meis ꝑbis excita: neq̄ deterreas sed hortare: nō quidē ut ad dialecticā sed ut per eā ad meliora festinēt. Seni aut dic non me liberales artes dānare: sed senes pueros. Vt enī nihil elemētario sene turpi<sup>o</sup>: qđ ait Seneca: sic nihil dialectico sene deformius. Et si syllogismos eruētare cœperit: fuge consulo: ac iube illū disputare cum Encelado. Vale.

C

Diogenis cal/  
lida responsio  
dialecticæ in/  
rogationi

D

Infani uiato/  
ris est uia ꝑ/  
pter amœnita/  
tem obliuisci.

E

quidē honeste fecim<sup>o</sup>: quæ turpissime facerem<sup>o</sup>. Si em dialecticā scholas: qđ i eis pueri lusimus: senes relinquere nescimus: eodē iure nec par impar ludere: nec arūdine tremula equitare pudeat: nec rursus cunis infantilibus agitari. Sūt miræ uarietates rerū ac uicissitudines temporū: quas occurrēs natura fastidio uigilātissimo artificio meditata est: Eas nō putes in anni tantū circulo: sed multo magis i lōga ætate reperiri. Ver florib<sup>o</sup> & arborū comis: æstas frugibus diues est: autūnus pomis: hyems niuib<sup>o</sup> abundat. Hæc mō nō tantū tolerabilia: sed grata: si ꝑuertanē siet cōcussis naturæ legib<sup>o</sup> iportuna. Et nemo erit: q̄ uꝑ hyemis glaciē æquo aīo ꝑ ætatē ꝑferat: uel solis ardorē alienis mensibus sæuientē: Sic nemo reperit qui uel senem infantibus colludentem non oderit aut rideat: uel puerū canū aut podagricū non miret. Quid aut quāso ad oēm disciplinā tam utile: imo tam necessariū est q̄ ipsarū litterarū prima cognitio: in q̄bus oīm studiō: fundamēta consistūt: Sed ex diuerso qđ sene ridiculosius in talib<sup>o</sup> occupatos. Tu ergo senis tui discipulos meis ꝑbis excita: neq̄ deterreas sed hortare: nō quidē ut ad dialecticā sed ut per eā ad meliora festinēt. Seni aut dic non me liberales artes dānare: sed senes pueros. Vt enī nihil elemētario sene turpi<sup>o</sup>: qđ ait Seneca: sic nihil dialectico sene deformius. Et si syllogismos eruētare cœperit: fuge consulo: ac iube illū disputare cum Encelado. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Thomã Messanenẽ. eundẽ quid in Inventionibus & uĩ ingenij obseruare debeat instruentis: Epistola. VII.

**Q**uid agendũ tibi sit cõsulis: in eo statu in quo fere oĩs scribentiũ turba est: qñ & sua cuiq; nõ sufficiũt & uti pudet alienis: & interim a scribẽdo cessare nõ sinit ipsa re: dulcedo inlicita: mortaliũ animis gloriæ cupiditas. Sic itaq; pplexus atq; hæsitas ad me redis: Primũ oĩm cõsulti⁹ fuerat certiorẽ adijisse cõsultorẽ: a quo uel multa & uaria: uel unũ quodcũq; optimũ & electissimum esset: accepisses. Enimuero nunc ad ostiũ paupis pulsasti: unde tamen: me uolente: non oĩno uacuu abibis: qđ ab alio mendicauit: id tibi libens impertiar. Mihi quidem fateor: de hac re nõ amplius qđ unicũ consiliu est: qđ si fortassis inefficax expimento deprehẽderis: Senecã culpabis. At si efficax: sibi non mihi gratiam referes. Deniq; in oẽm euentum: illũ nõ quidẽ solũ: nam & hoc ante Flaccus dixerat: & (qđ satis auguror) ante Flaccũ alij: qđ quærẽdi nũc ociũ nõ est: sed expressiorẽ habeas uelim consilij huius auctorẽ. Cuius sũma ẽ: Apes in inuentionibus imitãdas: quæ flores nõ quales acceperint: referũt: sed cæras ac mella: mirifica quadã pmixtione conficiũt. Eius autem nõ sensum mō sed uerba Macrobi⁹ in saturnalib⁹ posuit: ut mihi quidem uno eodẽq; tempore: qđ legendo simul ac scribendo pbauerat rebus ipsis improbare uiderẽt: Nõ em̃ flores apud Senecã lectos i fauos uertere studuit: sed integros & quales in alienis ramis inuenerit ptulit: quãq; qđ alienũ ego aliqd dixerim: licet ab alijs elaboratũ: cũ Epicuri sententia sit ab eodẽ Seneca relata: quicqđ ab ullo bene dictũ est nõ alienũ esse sed nostrũ. Non est itaq; cur Macrobius culpãdus sit qđ magnã epistolæ unius partẽ in proœmio opis illi⁹ nõ tam transtulit qđ transscripsit: Id em̃ & mihi forsan interdũ & multis maiorib⁹ accidit: Sed illud affirmo elegantioris esse solletitiæ ut apiũ imitatores nostris uerbis: q̃uis alioꝝ hoĩm sententias pferamus. Rursus nec huius stilũ aut illius: sed unũ nostrũ: conflatũ ex plurib⁹ habeamus. Fœlicius quidẽ nõ apiũ more passim sparsa colligere: sed quorundã haud multo maiorũ uermiũ exemplo: quoz; ex uisceribus sericũ pdit: ex seipso sapere potius & loq; dũ modo & sensus grauis ac uerus & sermo esset ornatus. Verũ quia hoc aut nulli prorsus: aut paucissimis datũ est: feramus æquanimiter ingenij nostri sortem: nec altioribus inuidentes: nec despicientes qui infra nos sunt: nec parib⁹ importuni. Scio autẽ quid tu nunc tacit⁹ dicis: Homo hic me a studio retrahit & ab industria dehortat: dũ patienter ignorantia ferre docet: Ego uero nihil magis cauendũ arbitror: qđ ne ignauia cõsenescat ingeniũ: Licet enĩ Cicero scribat uideri sibi hoies cũ multis rebus humiliores & infirmiores sint: hac re maxie bestijs præstare qđ loqui possunt: tũ id uel oratori ad cõmendationẽ artis quã tradebat indulgendũ fuit: uel sic accipiendũ ut ipsum loqui posse sine præuio intellectu esse non possit: Alioqn multo mihi potius uident in eo præcellere: qđ intelligere: qđ multa scire ac meminisse possunt: qđ bæuis natura nõ tribuit: tam & si aliquã intellectus discretiõis & memoriæ similitudinẽ habere uideãt. Quid ergo? Hortor atq; obsecro: ut oĩm uigilãtia & sũmis uiribus: animi tenebras: ignorantia depellam⁹: enitamurq; i terris aliquid addiscere: quo uia nobis ad cœlũ fiat: Sed interdũ meminerim⁹: si forte (quia nõ omēs uno sydere nascimur) tarditati nostræ iter ad sũma nõ pandit: decere nos ingenij terminis esse cõtentos quos de nobis & natura præfixerint. Qđ nisi fecerimus: nunq; sine mētis anxietate futuri sumus: Qđ diu em̃ in cognitionẽ reꝝ ibim⁹: qđ iter nunq; intermittere usq; ad extremũ spiritũ debemus: noui q̃tudie recessus apparebũt: ad q̃s se ignorãtia nostra porriget: hinc mœror & indignatio & contẽptus nostri: quas latebras (qm̃ uulgus indoctũ non uidebit) lat⁹ deget atq; tranquillius: Ita fiet ut scientia quæ ingēs causæ sacræ delectatõis esse debuerat: molestissimam sollicitudinẽ inferat: & uitã cuius se ducẽ pollicebat interimat. Assit ergo cunctis in rebus modestia. Illa nobis suadebit: ut nõ in his solũ quæ fortunæ aut corporis dicunt: sed in his etiã quæ animi bona sunt quæcũq; nobis portiuncula obuenerit: de modicis q̃ non modicas grates agere consuecamus largitori æterno: qui optime qđ nobis expediat uidet idq; largitus est: nõ qđ delectabilis sed qđ oportunus nouit. Et nimis sicut iure laudat senex paucorũ ille iugeꝝ qui regũ aquabat opes aĩo: sic ille laudabitur deformis: hebes aut balbus: qui Alcibiadis formã aĩo: qui Platonis ingeniũ: aut eloquẽtiã Ciceronis æquauerit. Cui igitur ingeniũ deest: non desit æquanimitas: cui adest: assit & moderatrix reꝝ oĩm discretio: ut icorrupto iudicio uires suas extimet. Ne forte sibi blandiēs & ipse se fallēs importabili falce prægrauet: cõtra illud qđ in arte poetica scriptũ est: Sumite materia uestris qui scribitis æquã Virib⁹ & uerfate diu: quid ferre recusent: quid ualeãt humeri. Nempe adiu

A

Apes in inuentionibus imitãdas esse

B

C

D

Quintilianus

uandum studio ingenii est & meditationibus subleuandū: sed minime cogendū quo nō possit ascendere: Alioquin praterq̄ q̄ conatus erit irritus saepe accidit: ut dum impossibilia cupimus: possibilia negligamus. Dictū breue sed utile (nisi fallor) & memorabile inseram: qđ apud Quintilianū acutissimū uirū legi: qđ qm̄ breni<sup>s</sup> ac dilucide ab eodē scriptū erat: mutare uerba nō libuit. Accidit em̄ inquit etiā ingeniosis adoleſcētibus frequēter ut labore confumanē & in silentiū usq̄ descendant: nimia bñ dicēdi cupiditate. Qua de re meminī narrasse mihi Iuliū secundū: illū æqualē meū: atq̄ a me (ut notū est) familiarit̄ amatū: mirā facundia uirū: infinita tñ curā quid esset sibi a patruo suo dictū. Is fuit Iulius Florus in

Iulius Florus

eloquentia Gallia: (qm̄ ibi demū exercuit eā) princeps: Alioqn̄ inter paucos disertus: & dign<sup>9</sup> illa p̄pinq̄uitate. Is cū scđm̄ scholā adhuc operatū: tristē forte uidisset: interrogauit quā causa frōditis tā obducta: nec dissimulauit adoleſcēs tertiū iam diē esse q̄ oī labore materia ad scribendū destinata nō inueniret exordiū: quo sibi nō præsens tñ dolor: sed etiam despatio in posterū fieret. Tū Florus arridēs: nūqd̄ tu inqt̄ melius dicere uis q̄ potes? Hoc nepoti suo Florus. Quintilian<sup>9</sup> aut̄ nobis imo oībus: Ita inqt̄ se res habet: Curandū est: ut q̄ optime dicam<sup>9</sup>: dicedū tñ p̄ facultate: Ad p̄fectū em̄ opus est studio: non indignationē. Qđ consiliū ab eloquentia ad actus alios uitā hoīm multipliciter trahi potest: Sed qm̄ de ingenio faciūdia q̄ sermo erat: utriusq̄ rei ut ceteraq̄ oīm: diuitia & paupertas æquo aīo ferenda. Si quē sane tam benigno lumine astra respexerint: ut ipse sibi sine externā opis ad

M<sup>o</sup> Quintilianus

E

miniculo satis sit: & p̄ seipsum magnificos sensus possit exprimere: multum habet qđ dono gratia cœlestis ascribat: caueat insolentiā: & cū multa hūilitate fruāq̄ munerib<sup>9</sup> dei: suum apibus morē linq̄t: Nos aut̄ q̄bus nō tā magna cōtigerūt: apes imitari nō pudeat. Illa qđē ut Virgil<sup>9</sup> noster ait: Vētura h̄yemis memores æstate laborē Expiunt: & i mediū quaſita reponūt. Expiamur & nos dū tēpus est: dū feruet ætas & uiget ingenii: Nō expectem<sup>9</sup> donec frigus senectutis obrepāt: & æstiuæ claritati nubila hyberna succedant. De apib<sup>9</sup> apud eundē poetā legim<sup>9</sup>: q̄ eas æstata noua p̄ florea rura: exercet sub sole labor. Et itē: alio loco: q̄ illa in pratis æstata serena florib<sup>9</sup> insidūt uarijs: & cādida circū lilia funduntur: strepit oīs murmure cāpus. Si uolum<sup>9</sup> itaq̄ consiliū ad utilitatē nostrā lati<sup>9</sup> extēdere: quācūq̄ de apibus scripta sunt: ad humanā inuentionis industriā referam<sup>9</sup>: Aestas nostra qđ est aliud nisi ætas ista flagrantior: Rursus quid est argenti brumā similis q̄ senectus? Quē vō tūc nobis huius t̄pis: aut ocij fructū sperandū esse p̄ponimus: q̄s ingenij menses: si nūc facie laboris exterriti cessamus: Quid ex horreis nostris posteritas feret: si desidia torpēte consistimus: Nudus ara: sere nud<sup>9</sup>: h̄yems ignaua colono. Sed ne ab apibus: ad colonos dilabā

Virgilius. iij. Geor.

F

oratio: nūc potius: nūc in pratis & p̄ rura multoꝝ florib<sup>9</sup> uarijs insidamus: p̄scrutemur doctorum hoīm libros: ex quibus sentētias florentissimas ac suauissimas eligētes candida circum lilia fundamur: Idq̄ sicut infesse: sic modeste leniterq̄ faciendū est: studioꝝ nostrorū nō inanem uulgi gloriā uentosa cōtentionis argutijs partam: sed ueritatis effectū ac v̄tutis honestiorē terminū statuamus. Licet (mihi crede) sine clamoris altercationib<sup>9</sup> scire aliquid: Nō facit clamor sed meditatio doctorē. P̄fecto itaq̄: nisi uideri magis q̄ eē p̄positū nobis est: nō tam plausus insana multitudo: q̄ ueritas i silentio placebit. Erimusq̄ tenui sono p̄tulisse nobis ipsi interdū autenticā scripturā: uerba cōtenti: Atq̄ ita nō fragore resonabit: sed strepet oīs murmure campus. Et qm̄ (ut uides) liberali<sup>9</sup> ago q̄ dubitatiois tuæ necessitas exigebat: Aliud etiā prēmisis addiderim: ut oēm locū fugias: ubi aut turpiter: aut cū pompa uiuēt & ad solius famæ popularis arbitriū: nec minus tibi q̄ apib<sup>9</sup> pestiferū scias habitaculū. Aut ubi odor cœni grauis: aut ubi cōcaua pulsa saxa sonant uocisq̄ offensa resultat imago. Neq̄ tibi soli hoc dictū putes: sed oībus quicunq̄ in aliq̄ re: laudabiliū inuētiōne uersanē. Duob<sup>9</sup> his præcipue nobilia multoꝝ suffocātur ingenia: libidinū cōsuetudine & opinionū p̄uersitate uulgarū. Dū em̄ illa sedet intrinsecus: exterius ista circumſidet: eneruatur animus & longius ab ipsa ueritate agnitione distrahitur. Hæc uisa sunt de apium imitatione quæ dicerē: quāz exēplo ex cunctis quæ occurrent electiora in aluuario cordis absconde: eaq̄ summa diligentia parce tenaciterq̄ conserua: ne quid excidat si fieri potest: Ne ue diutius apud te qualia decerpseris: maneant caue. Nulla quidē esset apib<sup>9</sup> gloria: nisi in aliud & in melius inuenta conuerterent. Tibi quoq̄ si qua legendi meditandiq̄ studio reppereris: in fauū stilo redigenda suadeo. Hinc enim illa profluent quæ tibi iure optimo & præsens & uentura ætas attribuet. Atq̄ ut nullos hodie flosculos: nisi ex Virgiliā

G

nis carparamus arboribus: hinc anni tempore certo dulcia mella præmes: nec tantum dulcia quantum & liquida & durum bacchi domitura saporem. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Thomam Messanen. Eloquentiâ animiq; æquitatē cæteris rebus esse anteponendam exhortantis: Epistola. VIII.

**A** Nimi cura philosophum quærit: eruditio linguæ oratoris est propria. Neutra nobis negligenda: si nos (ut aiunt) humo tollere: & per ora uirū uolitare nobis propositum est. Sed de priore alibi: magna em̄ res est & labor ingens: sed messis uberrima: Hoc loco (ne in aliud exeam q̄ q̄d me ad calamū traxit) exhortor ac moneo: ut non uitā tantum & mores (quod primū uirtutis est opus) sed sermonis etiam nostri consuetudinem corrigamus: q̄d artificiosæ nobis eloquentiæ cura præstabit. Nec enim: paruus aut iudex animi sermo est: aut sermonis moderator est animus: alter pendet ex altero. Cæterū ille latet in pectore: hic exit in publicum. Ille comit egressurum & qualem esse uult fingit: hic egrediens qualis ille sit nūciat. Illius pareat arbitrio: huius testimonio credi. Vtriq; igitur consulendum est: ut & ille in hunc sobrie seuerus: & hic in illum ueraciter norit esse magnificus. Quamq; ubi animo consultū fuerit: neglectus esse sermo non possit: sicut ex diuerso adesse sermoni dignitas nō potest: nisi animo sua maiestas affuerit. Quid em̄ attinet q̄ Ciceronianis te fontibus prorsus immerseris: q̄ nulla te neq; nostrorū scripta prætereant: ornate quidem: lepide: dulciter: altifone loqui poteris: grauius: sæuere: sapienterq; & (q̄d si per omnia est) uniformiter certe non poteris. Quoniā nisi primū desideria inuicem nostra conueniant (quod præter sapientem: scito nemini posse contingere) illud necesse est ut dissidentibus curis & mores & uerba dissideant. At bene disposita mens instar in monte serenitatis: placida semper ac tranquilla est: scit quid uelit: & quod semel uoluit: uelle nō desinit. Ita q; tam & si oratoriæ artis ornamenta nō suppetant: ex seipsa magnificentissimas & certe sicut consonas elicit. Negari autem nequit quiddam singularius emergere quotiens compositis primum animi motibus: quibus æstuantibus nihil foeliciter euenturum sperare licet: eloquentiæ studio tempus impenditur: quæ si nobis necessaria non foret: & mens suis uiribus nisa: bona q; sua in silentio explicans: uerborum suffragiis non egeret: ad cæterorū saltem utilitatem: quibus cum uiuimus laborandum erat: quorum animos nostris collocationibus plurimum adiuuari posse nō ambigitur. Instabis autem & dices: Heu quātum & nobis tutius: & illis efficacius fuerat suadere: ut eorum oculis nostræ uirtutis exempla præberemus: quorum illi pulchritudine delectati ad imitationis impetum raperentur: Natura enī hoc habet: ut multo meli⁹: multoq; facilius factorū q̄ uerborū stimulis excitemur: perq; hanc uiam expeditius ad omnem uirtutis altitudinem confurgamus. Ego uero non aduersor: Quid enim de hoc sentirem: iam tūc intelligere potuisti: cum imprimis animum componendum esse præmonui. Non equidem sine causa reor dixisse Satyricum: Prima mihi debes animi bona: non essent autem prima: si quod illa præcederet. Verum tamen quantum q; ad informationē humanæ uitæ possit eloquentia: & apud multos auctores lectum: & quotidiana experientia mōstrante compertū est: q̄ multos quibus nihil oīno loquētū exempla contulerant: ætate nostra uelut experrectos agnouimus: & a sceleratissimæ uitæ cursu: ad summam repente modestiam: alienis tantum uocibus fuisse conuersos. Non referam tibi nunc quæ de hac re Marcus Cicero in libris Inventionum copiosius disputat: Est enim locus ille notissimus: nec fabulam Orphei uel Amphionis interferam: quorum ille bæluas immanes: hic arbores ac saxa cantu mouisse: & quocūq; uellet duxisse perhibetur: non nisi propter excellentem facundiam: qua frætus alter libidinosos ac truces: brutorumq; animantium moribus simillimos: alter agrestes & duros in saxi modum atq; intræstabiles animos ad mansuetudinem & omnium rerum patientiam credi animasse. Adde q̄ hoc studio multis in longinqua regione degentibus prodesse permittimur: Ad quos enī nostri copia & conuictus nunq; forte uenturus est: sermo perueniet. Iam uero quātum poteris collaturi sumus: optime metiemur: si quantum nobis contulerint maiorum nostrorū inuēta meminerimus. Sed hic rursus occures: Quid enī est op⁹ amplius elaborare: si oīa quæ ad utilitates hoīm spectāt: iā añ mille annos tā multis uoluminib⁹ stilo. pr̄sus mirabili & diuinis igenis scripta manēt: Pone quæso hāc sollicitudinē: nunq; te res ista trahat ad iertiā. Hūc enī metū & qdā ex ueterib⁹ nobis abstulerūt: & ego post me uēturis aufero: Decē adhuc redeant annorū: milia: sæcula sæculis aggregent: nunq; satis laudabit uirtus: nunq;

A

Iudex animi sermo: moderator sermōis animus est

Solus sapiens animi desideria temperare potest

B

Natura suadet te hoīes pot⁹ factis q̄ ybis excitantē

C

Cicero in li. Inventionum

**D** ad amorē dei: ad odiū uoluptatū præcepta sufficiēt: nunq̄ acutis ingenijs iter obstruet ad nouar̄ rer̄ indaginē. Bono igiŕ aīo sim⁹: nō laboram⁹ in irritū: nō frustra laborabunt qui post multas ætates sub finē mūdi senescentis orient: Potius illud metuendū ē: ne prius ho mines esse desināt q̄ ad intimū ueritatis arcanū humanor̄ studioꝝ cura pruperit. Postremo si cæteror̄ hoīm charitas nulla nos cogeret: optimū tñ & nobis ipsis fructuosissimū arbitrarer: eloquentiæ studiū: nō in ultimis habere. De se aliq̄ uiderint: de me aut̄ quid mereātur in solitudine quædā uoces familiares ac notæ: nō mō corde cōceptæ sed etiā ore, platæ: quibus dormitantē aīm excitare soleo: q̄ præterea delectet uel alior̄ uel mea nō nunq̄ scripta reuoluere: quantū ue ex ea lectione exonerari me sentiā grauissimis acerbissimisq̄ molestijs: nō facile dictūꝝ me sperauerim. Eoq̄ magis pprijs adiuuor̄ interdū: quo illa lāguoribus meis aptiora sunt: quæ cōscia man⁹ medici languētis: & ubi dolor esset sentiētis: apponit. Qd̄ nunq̄ p̄fecto cōsequer̄ nisi uerba ipsa salutaria demulcerēt aures & me ad sapius relegendum uī quadam insitæ dulcedinis excitantia: sensim illaberentur atq̄ abditis aculeis interiora transfigerent. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Thomā Messanensem: quendam senem dialecticū detestantis: Epistola. IX.

Ex Plauti Aulularia descriptus senex

**A** **S**frugalitas bonæ ualitudinis soror ē: hūc (nisi fame conficiat) immortalē scito: Ita sic cum & defæcatū corpusculū est: ita nihil loci febribus aut podagræ. Victū hominis aspect⁹ ipse testat: uultus: pallor: macies & oculos: spec⁹ & triste superciliū & inculta sæueritas. Accedit in coturni morē subductus calce⁹ & attritū senio palliolū: mō litteras nosset philosophū aut poetā diceret: physicū em̄ tergū: tragicos pedes habet: quicqd̄ ad hæc additur supuacū erit. Ut tñ paucis expediā: haud absimilis est seni Plautino: cuius mores atq̄ aīm mordaci sale respersēs seruus ille i Aulularia. Pumex inq̄ nō æque arid⁹: atq̄ hic ē senex: Suā rē p̄isse: seq̄ eradicarier: Quin diuū atq̄ hoīm clamat cōtinuo fidē: De suo tigillo fum⁹ si qua exit foras: Quin cū it dormitū: follē obstrinxit ob gulā: ne qd̄ aiæ forte amittat dormiens. Aquā Hercle plorat cū lauat p̄funderē. Famē Hercle utēdam si roges nūq̄ dabit: Quin ipsi pridē tōsor ungues dempserat Collegit: oīa abstulitq̄ præsegmina: Pulmētū pridē ei eripuit miluus: Hō ad prætorē plorabū⁹ deuenit: Infit ibi postulare: plorans: eiuilās: Ut sibi liceret miluū uadarius: Sexcēta sunt quæ memorē: si fit ocū. Hæc ille. Huius aut̄ nostri: sexies sexcēta talia curiosus fabulator inueniet: hospitē Apuleij Milonē, pdigalitatī arguet: quisq̄s hūc uiderit uŕ semel audierit disciplinā rei familiaris: æconomicis nulli unq̄ philosopho cognitius regulis coartantē. Sed nimis alienis uitijs imoramur: Redeamus ad ppria: oēs fere mortales uno morbo laboramus: extremis contrarijs iactamur. Et est illud Flacci uerissimū: Dū uitant stulti uitia i cōtraria currūt. Quid aut̄ interesse credimus inter Rufilli pastillos: Gorgonij hircū: aut inter Aristippi iacturā: Stallerij epigrāma: Nō oportet errare p̄ deuia: & lōge quærere qd̄ beatos faciat: uitia in extremis habitant: uirtus in medio sita est. Vale.

Oīes mortales iŕanire: Ex Flacci sentētia

Francisci Petrarchæ: Thomæ Messanē. Parasitū faceta periphraŕi famelico hominī comparantis: Epistola. X.

**A** **D**eliciter puto successit prima p̄contatio: secūdā facis. Experiri uis (ut arbitror) in demonstratio causæ genere qd̄ possim. In laudibus potius q̄ in cōtrario me probasses uelim: sed qñ sic placitū tibi & sine noīe res agit: q̄ uis exacta periphraŕis uicem pprijs noīs obtineat: & hic q̄z quæŕtioni tuæ morē gerā. Is de quo quæris: scurra uagus est: qualē describit Horatius: qui nō certū præsepe teneret impransus: nō qui ciuē dinosceret hoste. In summa oīm importunissimus qui unq̄ parasiticæ arti operam dederūt. Nihilo tñ foelice q̄ si oīm desidiolosissim⁹ foret: non tam uel nauta scopulū uel grandinē agricola: uel mercator furem q̄ eum omnes metūunt: Omnes declinant: oīes cedūt semita: quasi oneratus spinis adueniat. Vbiq̄ uias uacuas: deserta atria: obseratas fores iuenit: Perinde aduentu eius fugitur ac si in gremio bellum ferat. Nunq̄ tamen incōmodius ista contingunt q̄ hoc anni tempore: æstas utcunq̄ pauperum portus est. Vna arbor & uestem & cibum & lectum & cubile sufficit. Nūc quid agat: conspirat hyems: senectus: inopia: nullus op̄ fert: & (quæ omnium rerum durissima) sine miseratiōe miseria est: Vidi illū hodie ualido aquilone iactatū. Ibat alte succinctus: dederatq̄ oīa diffundere uētis maronæ ueneris in morē.

**B**

Si fuluū lupi de pelle galeæ tegmē capiti habuisset: i reliq̄s hernico a Pelasgis accepto habi-  
tu i bellū ibat: sinistri em̄ pedis uestigia nud⁹ erat: Ea rabies urgebat ut cōuenire sibi posset  
qd̄ ap̄ Plautū de se præceps ille palitus prædicat: Me⁹ est balista pugn⁹: cubit⁹ catapul-  
ta: humerus aries: talis erat. Ita tñ ut inter minas diuturnæ famis uestigia cernerent: hoim̄  
deniq̄ (ut Plaut⁹ idē ait) neq̄ ieiuniosi orē neq̄ magis effractū fame uidi: nec cui min⁹ p̄ce-  
dat qc̄quid facere ocepit. Postremo dū e cōspectu in Angiportū deflexisset: ut Piraticum  
uelut Scalmū latebris euaderē: uidi illū in trāsitu fumi globos p̄ nebulas exhalātē: ceu Ca-  
ci speluncam: aut quālibet aolicæ insulæ præterueherer: Audiui nescio quē tremulū atq̄  
cōfusum illi e faucib⁹ erumpentē sonū: qd̄ dicere uellet ignoro tam cōcisim̄ yba frangebat:  
sed puto p̄prios pedes ac scapulas: illo Satyrico solaret̄ elogio: durate atq̄ expectate cica-  
das. Habes qd̄ optabas: maledicū me fecisti. Vale.

B  
Plautinus pa-  
ralitus

Francisci Petrarchæ ad Thomam Meslanē. In eundem senem dialecticum  
inuehentis: Epistola. XI.

**E**cce itē: tēptamur. Dialecticus tuus ut scribis q̄scere nō potest: miraris: Mirarer  
ego si quiesceret: cuius gl̄ia in strepitu & cōuitijs sita est. Sed bene habet q̄ nec ille  
scribere aliqd̄ nouit: nec ego eū hinc exaudio. Ita & aures interiecto maris ac terra-  
rum spacio: & oculi mei illi⁹ ignorātia tuti sunt: totū iportuni collocutoris pōdus in tuū ca-  
put refundit: Et merito: qm̄ litteras meas dialecticis ostēdisti. Ex oibus sane quæ de illi⁹ rau-  
cissimo latratu collegisse te dicis: hoc primū erat & maximū: q̄ artificii nostræ oim̄ mīme ne-  
cessariū dicit. Ecce iā uirus qd̄ in alijs litteris minabat̄ euomuit. Sed est ne hoc qd̄ i studia  
nostra se iuectur⁹ prædixerat: Præclare quidē. Artificiū inqt̄ uestiæ ex oibus mīme necessa-  
riū: Primū de artificio uiderim⁹: Nescio em̄ qd̄ artificij nobis attribuat: sed puto de poeti-  
ca eū intelligere. Hāc mīme necessariā dicit: nō inficior: Idē em̄ uidet̄ & nostris. Nāq̄ ais na-  
tum inuentūq̄ poema iuuādis: & Flacc⁹ ipse testat̄: & res ipsa docuit poetiā delectationi  
atq̄ ornamēto esse: nō necessitati æditā. Viuat ergo dialectic⁹ tu⁹ & cornutis sp̄ affluat syl-  
logisimis: qm̄ & nobiscū sentit & nō est ignar⁹ oim̄ ut rebar. Sed neq̄q̄ his terminis cōtine-  
tur torrē & feruidū i geniū. Quid ergo: Rapidū enthymema cōtorquet. Si min⁹ necessaria  
inquit & minus nobilis: o q̄ male tegit̄ infania. Iā se nō dialecticū mō: sed phrenetitū osten-  
dit. Ergo sutrina & pristina: & uilissimæ: mōchāicæ artiū: si necessitas nobilitare illas po-  
test: nobilissimæ oim̄ sūt. Philosophia aut̄ & reliquæ oēs quæcūq̄ beatā atq̄ exultā & or-  
natam uitā faciūt si necessitatib⁹ uulgi nil cōferūt ignobiles: O doctrinā nouā & exoticam  
ipsiq̄ (cuius nomē infamāt) Aristoteli incognitā. Ille em̄ ait: Necessariores quidē oēs: digni-  
or uero nulla. Legat primū Metaphysicæ libꝛ & inueniet. Sed ignota regione uerū sequi &  
scrupuloso tramite senem ire iubeo: nō paruns labor. Vale.

A  
Dialectici glo-  
riā in strepitu  
& cōuitijs sitā  
esse

B

Eiusdē Frāncisci Petrarchæ Liber secūdus Ep̄læ de reb⁹ familiarib⁹ incipit.

Frāncisci Petrarchæ ad Philippū Cauallicēsem ep̄m: Eundē p̄pter obitū amā-  
tissimi fratris acerbo dolore mōerentē: consolantis: Ep̄la. XII.

**I**ngens scribendi negociū mihi nūc adimit uirtus tua. Ut em̄ corpis: sic animi  
grauius affecti: difficilior cura est: Vtriq̄ aut̄ sano aut nullis aut plane leuior-  
ibus remedijs est op⁹. Vtq̄ illic medico: ita hic cōsolatore min⁹ (imo uero ni-  
hil) est op⁹: Tecū ergo uir optime accuratius agerē si te fregisset aut strauisset  
aduersitas: Nūc cū fortunæ impetū forti aīo ruleris: cōsolatoris mihi ptes eri-  
piens: laudatoris ac miratoris officiū reliquisti: qua in re: ut dicebā: op̄osioris stili mihi mate-  
riam præcidisti. Consolatio em̄: ut mōesti auditoris aīm penetraret: eget multa yboꝝ ma-  
iēstate: eget grauib⁹ aīosicq̄ sentētij: Virtuti testimoniū simplex & icultū sufficit: nec opor-  
tet ueritatē rerū fictis adūbrare colorib⁹: qm̄ ytus ipsa sibi plaudit: & p̄prio cōtenta præco-  
nio: alteri⁹ theatri strepitū nō requirit. Venerā ad te nup̄ acri rumore p̄cūsus imaturæ mor-  
tis amātissimi fratris tui: & q̄cōcussus eēt anim⁹ tu⁹: ex mei p̄ctoris māsuēdiē metiebar:  
nec cogitabā quōsdā icūs iualidis tyronib⁹ fuisse mortiferos: q̄s sp̄reuiisset fortis & exptus  
miles: q̄sdā alieni sanguinis effusione p̄territos exclamasse: ingemuisse: expalluisse: sæpe in  
extasim cōcidisse: cū tñ iterim quoꝝ ille p̄ctorib⁹ emanabat: taciti & intrepidi starēt siccisq̄  
oculis uulnēz suorū fluētā cōspicerēt. Venerā itaq̄ mōest⁹ & ad bene ualentē: medic⁹ æger  
accesserā: Inueni faciē tuā inter affectū debitæ pietatis ac decorē p̄pria honestatis fraternæ

A  
Virtuti sim-  
plex testimo-  
nium sufficere

Humanū esse lachrymas in morte amici fundere: sapi-  
entis aut uiri eis modū ipone-  
re

B

Mors huma-  
nos labore in-  
terrupt

C

Constātia So-  
cratis morien-  
tis

Oīe solū ui-  
ro forti patria

D

compassionis: & uirilis animi signa præferentem: Vtrunq; mihi placuit: alterum mansue-  
tudinem: alterum sapientiam tuam decet. Humanum est in morte suorum pietatis testes  
lachrymas fundere: Virile est modum illis imponere: easq; cum aliquandiu fluxerint co-  
ercere. Id te utrimq; qua decuit implese uultus tui habitus designabat. Accesserunt & uer-  
ba maximorū plena sensuū: ex quibus ego qui consolandi proposito aduenerā: nō tam tibi  
opem meā necessariam cognoui: q̄ ipse solamen curis meis elicui. Nihil ergo consolāti in-  
morem locuturus: Laudo: probō: admiror & stupeo magnitudinē animi tui: Fratrem opti-  
mum amisisti: Immo uero nō amisisti: sed in patriā præmisisti: ad quā tibi quoq; ueniendū  
est. Sed loquamur ut uulgus: non sentiamus ut uulgus: fratrem amisisti: nō amisisses nisi  
foret ille mortalis. Querela est igitur non de unius hoīs morte: sed de mortalitate naturæ:  
quæ nos ea lege introduxit in hanc uitā: ut egrederemur ad reuocantis imperiū: At reuoca-  
uit ante tempus: & præcipiti edicto fecisse uidetur iniuriā: Nullum hic præfinitū tempus est  
sine termino debitores sumus. Si essem⁹ in diem obligati: possemus utiq; differre: tergier-  
sari: & exactricis auariciam culpāre: nunc de celeritate conueneri non possumus quasi ante  
diem repetatur: quod statim ut accepimus: debuimus. Sed poterat ulterius uiuere: poterat  
& citius mori: poterat & alii mori: & quāq; honesto uiro nulla mors possit inhonestā con-  
tingere: poterat tamen durius mori. Iste uero sic uixit: sic mortuus est: ut deo gratias agere  
debeas: & qd̄ talem dedit: & qd̄ taliter abstulit. Et si fata reꝝ humanarū ac uarietate casuū  
recognoscas: non solum non lugebis: sed fortassis etiam gaudebis extinctū: Sæpe em̄ mors  
labores uitæ præsentis intercipit: sæpe præoccupat. Quis anxietates: sollicitudines mundi  
huius: quis miseras: quis erumnas & tot contumelias fortunæ: quis animi corporisq; pe-  
ricula: & in utrunq; ius habentiū morborū turbas enumeret? Quibus & si omnibus præ-  
mimur: semp̄ tamen subiacemus: donec nos ab eorū potestate suprema dies exemerit. Ab  
his omnibus itaq; frater tuus beneficio tempestiuæ mortis immunis est. In hoc aut̄ pater  
benignissime fallimur: & nimis uulgariter erramus: quod morientes dicimus uitæ cōmo-  
dis abduci: qui tamē si quis altius consideret: ab innumerabilibus malis morte discedunt:  
Quod facillime possem & auctoritatib⁹ & rationibus & exemplis ostendere: nisi quia lon-  
gum sermonem epistolæ breuitas non capit. Iam ergo fœlix adolescens ista nō metuit: eua-  
sit enim hinc & modicum discessit a nobis: talem sui nominis odorem post se linquēs: ut nō  
parua dulcedine memorantiū sensus & corda permulceat. At hoc inquiet quispiā dolemus  
q̄ bonū nobis & egregium uirū mors præripuit: Laus em̄ defunctorū quadam damni me-  
moriam: lachrymas uiuentibus excutit: & inconsolabilem gemitū parit irreparabilis iactura.  
Non sum nescius: hoc a plerisq; dici solere: Ego aut̄ (ut uiua uoce tecum dixisse memini) lō-  
ge aliter existimo. Agebatur ad supplicium Socrates iniquissimis iudicium sententijs: eoq;  
animo ibat ad mortem quo steterat semper in uita: magno quidem & recto: & qui fortunæ  
iugum ferre non nosset: lætus erat q̄ tyrannorū minas quas uiuendo despexerat: morien-  
do relinqueret. Hunc tali constantia porrectū sibi a carnifice ueneni uasculū: iam labijs ap-  
plicantem: multum dispariter affecta uxor auertit: cuius inter cætera foeminei ululatus cō-  
miseratio uiri erat: qd̄ is iustus atq; innocens moreretur. Quod ille audiēs: & a potu tātis-  
per in uxorē uersus: Quid ergo? An tu inquit satius putabas nocentē & iniustū mori? Hoc  
ille quidem eleganter ut reliqua. Ego itaq; ut unde discesseram reuertar: a plurimorū opini-  
onibus auersus: sic censeo lugendam esse malorū mortem: quæ aīam simul & corpus inte-  
remit: contraq; bonorū exitū gaudio prosequendū: q̄ eos deus ex hac ualle miseriarū mi-  
sericorditer eruens ad latiora traduxerit. Nisi forte fratris tui mors ideo acerbior uisa est:  
q̄ eum procul a finibus patrijs inuasit. Sed nō sumus usq; adeo rerum ignari: Scimus a po-  
eta uerissime dictum esse: q̄ omne solum forti patria est: Et tamen hoc uero uerius est quod  
ait Apostolus: Non habemus hic manentem ciuitatem: sed aliam inquirimus. Vident̄ hæc  
sibi inuicem aduersa: sed non sunt. Quisq; pro diuersitate loquentium: satis breuiter quod  
sentiebat expressit: & q̄uis aliter atq; aliter: uterq; tamen uere. Si poetam sequeris: nō po-  
tuit frater tuus extra patriam suam mori. At si credis Apostolo: & omnes extra patriā mo-  
rimur: ut sic tandem in patriam reuertamur. Et sane utramuis sententiam sequaris: nihil  
inuenies: cur de fatalis seonæ distantia cōqueraris. Detur fortasse uiuentibus ut quibusdā  
seu honestis affectib⁹ seu turpib⁹ inducti: locū unū alteri præferendū esse cōtendāt: moriē-  
tium certe nihil interest ubi potissimū moriant̄: Et si cui cōtrariū uideat̄: adhuc se nutricis &  
muliercularū erroribus imbutū norit. Interrogat⁹ philosoph⁹ ubi sepeliri mallet: Nihil sua

Vndiq̄ tātū/  
dem uiā eē ad  
inferos

E

Dictū catonī  
de imortali/  
tate animā

Lachrymas  
mulierū eē: nō  
uiros decere

F

Pauli æmilij  
constantia

interest respondit: Vndiq̄ enim: inquit: ad inferos tantūdem uiā est: Nos quibus ascendēs  
Christus in cœlum: ascendendi spem reliquit: dicamus aliter: Quid refert utrum in Italia:  
an in Gallijs: an in Hispaniā finibus: an in rubri maris littoribus iaceam? Vndiq̄ ad cœ/  
lum tantūdem uiā est. Illa nobis uia calcanda est: arta quidē & difficilis: sed ducē habem?  
quem sequentes aberrare non possumus. Si ad illā uiam spectamus: quid ad nos pertinet  
ubi hanc corporū sarcinam deponamus? Nisi suspicari libeat difficiliorem futurā esse longe  
iacentium corporū reasumptionē in die nouissimo. Sed hoc religiosissima & uere tali digna  
filio: mulier non timebat: quæ moriens ordinansq̄ de sepulchro: Ponite ait hoc corp⁹ ubi/  
cunq̄: Nihil nos eius cura conturbet. Interrogataq̄ nunquid non procul a patria mortem  
formidaret? Vide quid respōdit: Nihil est inquit longe deo: neq̄ timendū est ne ille nō ag/  
noscat in fine sæculi: unde me resuscitet. Hæc mulier illa catholica: nos qui & catholici su/  
mus & uiros pollicemur: nunquid muliebrius sentiemus? Sed scio quid acerrime lugeant  
superstitēs in mortibus amicorū: q̄ uidelicet nunq̄ eos reuisuri sint: quos summo amore di/  
lexerūt: Paganorū sit ista crudelitas: eaq̄ non omniū: sed eorū tantū qui animos putant cū  
corporibus inire. Certe Marcus Tullius quē paganū fuisse: sicut notissimū: ita dolendū  
est: credens animā imortalem & gloriosis spiritibus post hanc uitā cœleste habitaculū pate/  
re: non hæc opinabatur. Nunq̄ em̄ Marcū Catonē illū senem induceret: in eo libro qui in/  
scribitur Cato maior: sperantē: & uerbis talibus utentē: O præclarē diem cum in illud di/  
uinorum animorū consiliū cœtumq̄ proficiscar cūq̄ ex hac turba & colluione discedam:  
Proficiscar em̄ non ad eos solum uiros de quibus ante dixi: sed etiā ad Catonē meū: quo  
nemo uir melior natus est: nemo pietate præstantior. Et rursus eodem loco quidem inquit:  
Efferor studio patres uestros quos colui & dilexi uidendi: neq̄ eos solū cōuenire habeo q̄s  
ipse cognoui: sed illos etiam de quibus audiui & legi & ipse conscripsi. Hæc & his sibi quæ  
apud Ciceronem Cato loquit̄: satis quid uterq̄ crederet testanē. Illi tamē utcunq̄ credide/  
rint: quorū magna ex parte spes inanes ac fallaces fuerant: Nobis ab illo qui & falli nō po/  
test & fallere non nouit: spes certa præstatur: Illuc tandē quo fratrem tuū translātū cōfidi/  
mus esse uenturos. Sed quid interim faciā: dixerit aliquis: desiderio torqueor: amore lan/  
gueo: auiditate crucior fratrē reuidendi? Quid facias aliud nisi quod facere solent qui casu  
aliquo a personis charissimis auellunt? Memoriam retinent: & absentīū imaginē profūda  
mente custodiūt: illos amant: de illis loquunt̄: illis prospere optant iter. Idem fac (& cert⁹  
sum iam fecisti) fratrem tuū in ea parte cordis absconde: unde nulla eū pellat obliuio. Illum  
dilige sepultū ut uiuentē dilexisti: uel etiam multo uāhementius. Illū coge sapius ad te re/  
uertī cōmemoratione pia & frequenti: Precare iter ut faustū sibi contingat: & calcatis perfidi/  
hostis insidijs: uelox in patriam redit⁹: Neq̄ em̄ hæc aut patria nostra est aut fuerat sua:  
ubi & nos peregrinamur adhuc: & cū irritis uotis expectauim⁹ ad meliora pperantē: Exi/  
lium est hoc: ipse in patriā pfect⁹ ē: Orem⁹ ut sospes & sine labore pueniat. Id illi prodesse  
poterit: id agam⁹: piū obsequij gen⁹ est p defūctis orare: Lachrymæ aut̄ sūt arma mulierū:  
uiros nō decet nisi moderatissimæ forsan atq̄ rarissimæ: Alioquin & fundētibus eas officii/  
unt: & illis nō pfiūt quorū amore fundunt. Si quib⁹ etiam nūc desiderij stimulis urgeris:  
cogita id diurnū esse nō posse: Breuis ē em̄ hoīm uita: ut si ad nos nō sit ille reuersus: nos  
tñ ad illū oporteat satis celeriter pfiisci. Oīa aut̄ breuia: ut ait Cicero: tolerabilia eē debēt  
etiā si magna sint. Frater tuus ereptus est mille laborib⁹: & x̄similiter sperat ad aternā re/  
quiem puenisse: aut de pximo puenturus: nos in sæculi fluitantis agone remansimus. Q̄s  
obrem si q̄s ppter seipsum q̄ relic⁹ est deslet: uideat ne merito possit audire Tullianū illū:  
Suis incōmodis grauius angī nō amicū sed seipsū amātis est. Si x̄o ppter illū: uerendū est  
ne (ut idē ait) inuidi magis q̄ amici sit. Hæc non tam ad informationē q̄ ad gloriā tuā retu/  
li: qm̄ sicut inceperam: gratias cōsolatori aeterno: tu externa consolatione nō indiges: q̄q̄  
quid etiā indigētī cōferre potuissent: hæc litterulæ raptim de are scētis igenij scatebris expres/  
sæ. ¶ Superuacū est deinceps illoꝝ exēpla subtexere: q̄ suorū mortē fortiter tulisse memo/  
rantur. Et tamen ut intelligas quorū ego te numeris ascribo: tātōq̄ fratus comitatu hære/  
as in incepto: q̄tū memoria cōplecti potuero (pauci enī libelli me in hāc solitudine sunt se/  
cuti) aliquot nobiliora exēpla ex oī copia uetustatis iterferā. ¶ Aemili⁹ Paul⁹ uir amplissi/  
mus & suæ ætatis ac patriæ sūmū decus: ex quattuor filijs præclarissimæ idolis: duos extra  
familiā in adoptionē alijs dando ipse sibi abstulit: duos reliq̄s intra septē dieꝝ spaciū mors  
rapuit: Ipse tamen orbitatem suam tam excelso animo pertulit ut prodiret in publicum:

Vbi audiente populo Romano casum suū: tam magnifice cōsolatus est: ut magis metuere ne quem dolor ille fregisset q̄ ipse fractus esse uideretur: ex quo nō minorē: iudice me: gloriam cōcepit q̄ ex triumpho quē illis diebus speciosissimū egerat. Per illū em̄ Macedonia: per hoc mortis ac fortunæ uictor apparuit. ¶ Pericles Atheniensis dux intra quattuor dies duobus filijs orbatus: non solum non ingemuit: sed nec priorē frontis habitum mutauit.

G  
Periclis con/  
stantia

Catonis forti/  
tudo ī morte  
filij

¶ Cato senior ille (cuius supra mētionem habui) quātum laude ē ab oībus nullus ignorat: qui modo uel tenuiter nouit historias (quodq̄ maius est) sine ulla historiae noticiā: Sic iā apud cunctos huius nominis fama percerebuit: ut eo audito uix quicq̄ ad sapiētiae summā adijci posse uideatur. Ita fit ut non magis uetere iudicio q̄ modernorū consensu Cato sapientissimus habeatur. Atq̄ inter multa praeclara hoīs illius nihil singularius admiramur: q̄

Xenophontis  
exemplum

q̄ mortem filij optimi uiri modestissime dicitur tulisse. ¶ Xenophon filij morte nunciata sacrificiū (cui tunc intererat) non omisit: Coronā tantū quā capite gestabat deposuit: mox interrogans diligentius atq̄ audiens qd̄ strenue pugnans cecidisset: coronam ipsam capiti reposuit: ut ostenderet de cuiq̄ morte non dolendū: nisi turpiter & ignaue morientis: quo metu uerisimile est: uix sapientem uereq̄ Socraticū: ad primū nunciū relatuū deposuisse coronam. ¶ Anaxagoras mortē filij nūciantī: Nihil inquit nouū aut inexpectatū audio: ego em̄ cum sim mortalis sciebam ex me genitū esse mortalē. O uere dignū hoīe responsum. Q̄

H  
Anaxagoræ  
exemplum

multi sunt e medio etiam grege philosophorū: qui & si naturae conditionē amplecti simularent: tamen peruersum moriendi ordinē taciti nō tulissent: Anaxagorae uero nihil inopinatum poterat cōtingere: Cogitabat em̄ assidue (quod est apud Senecā) oīa & mortalia esse: & incerta lege mortalia. Quodq̄ alio quodā loco ait idem: Sciebat sibi oīa restare: Ideoq̄ quicquid factū esset: dicturus fuerat sciebam. Multa nunc ultro equidem constātia similis exempla se offerunt: sed epistolae modus plura nō recipit: sinē igitur imponā. Et si cui forsan patientia tua ab his laudatissimis actibus aliena uidebit̄ propterea q̄ tu non filiū pdideris: sed fratrem: a quo aīo patiar unū quenq̄ sentire qd̄ opinio sua fert. Ego quidem in me ipso alteq̄ casum dumtaxat expertus sum: filij amissionē non noui: At fraternae necis uulnus excepi: de hoc certius loqui possum. Nihil itaq̄ contendo: neq̄ luctus inuicem consero: sed illud scio: saepe facilius amissum filiū restaurari posse q̄ fratrem. Vale.

Francisci Petrarchae ad Philippū Cauallicensem episcopū: Eundem de obitu insepulti amici cōsolantis: Illudq̄ Poetae allegatis: Facilis iactura sepulchri: Nō pauca etiam de uarijs sepeliendi ritibus narrantis: Ep̄la. XIII.

A

**A** Micū bonū perisse tibi doleo: sed magis in te rectū perisse iudiciū indignor. Neq̄ enim aut te ipse satis uiriliter: ne dicam philosophice consolaris: aut illū qua fletus est defles: si modo quisq̄ uiri fortis exitus non inuidiosus potius q̄ miserabilis uideri potest. Nam (ut epistola tuae sensum breuiter stringam) non tam mihi uideris aut damnū tuū aut amici parumper festinatam mortem (ubi parcere possem: uulgato forsitan errori) q̄ genus mortis atq̄ inhumati corporis iniuriam: iactatū mari aegypti cadauere deplorare: hanc nō uulgarem magis q̄ anilem querimoniam ferre non ualeo. Nōne em̄ quāso de genere sepulturae tam scrupulose sollicito illud occurrit: Sepulchri facile esse iacturam:

Facile esse se/  
pulchri iactu/  
ram: ex Virgi.  
car.

An Maronei uersiculi nil aliud clamatis oblitus es: qui adeo pueris etiam notus est: ut iam in prouerbiū abierit: q̄ si ad mortē respicis: falleris: si per hāc foelicē aut miserē fieri putas: Satis est notus uersus alterius poetae: Non fit morte miser. Vita est quae miseros facit & beatos: quā qui usq̄ ad extremi fugam spiritus bene egit: nullo eget amplius: foelix est: securus est: in portu est. Quid ergo ad summā foelicitatis huius pertinere arbitraris: utq̄ tellus illum opprimat: an pelagus uoluat: an flāma consumat? Sed quoniā te de sepultura singulariter praecipue oībus anxium intelligo: quanto tu beatiorē astitimas hunc tellure demersum: q̄ illū alteq̄ fluctibus obrutū? Propter unius credo Virgiliani carminis horrorē: quia scz:

B

Vnda feret: piscesq̄ impasti uulnera lambēt: Quid aut̄ si alterius uulnera rabidi canes absumpserint: si famelicorū grex luporū effossis tumulis membra discerpserint? Respondebis (ut arbitror) & hos itidem infelices. Ita iam ex oībus foelices erunt: quibus inconcussa cōtingit requies sepulchri: Nihil hac opinione puerilius: cum enim cūcta prouideris: negata baluis uiscera: infestis uermibus negare non poteris. Iam cernis qui contactum pulcherrimorum fortassis animalium formidabas: quid a turpissimis necessario sis passurus: Verē ista nō adeo metuunt: quoniā usu iam quotidiana sunt. Vides itaq̄ (qd̄ saepe dicere soleo) nec mea solum ē: sed illustriū philosophorū sentētia: Quicquid in hac uita patimur molesti: nō

tam ex ista rerum natura: quæ ex nostræ mentis imbecillitate: siue (ut eorum etiam uerbis utar) ex opinionum peruersitate procedere. Noua timemus: usitata contemnimus: Cur quæso nisi quia in altero mens inermis improuisa rerum facie turbatur: in altero frequenti meditatione rationis clypeum fabricata est: quem asperitatibus cunctis opponeret. Respice nauarum momentum: quæ æquo animo patiuntur corpora suorum in fluctus effundi. Vnum de multis exemplum illustre non sileo: Lambas de Auria: uir acerrimus atque fortissimus: dux Ianuensium fuisse narratur: eo maritimo prælio quod primum cum Venetis habuerunt: omnium memorabile (quæ partem nostrorum temporibus gesta sunt) qui hostili classe conspecta ubi pugnandi horam aduenisse cognouit: numero licet inferior: tamē suos pro tempore magnifice ac breuiter adhortatus: manum cum hoste cõseruit. Cunctus in eo cõgressu filius illi unicus florentissimus adolescens qui paternæ nauis proram obtinebat: sagitta traiectus: primus omnium corruisset: ac circa iacentem luctus horrendus sublatu esset: accurrit pater & non gemedi inquit: sed pugnandi tempus est. Deinde uersus ad filium postquam in eo nullam uitæ spem uidet: Tu uero inquit fili nunc quæ tam pulchram habuisses sepulturam si defunctus esses in patria. Hæc dicens armatus armatum tepentemque cõplexus: proiecit in medios fluctus. Ipsa ut mihi quidem uideatur calamitate foelicissimus: cui talem casum cõtingit tolerare tam fortiter: Factum nempe eius ac uerba accensis animis egregiam illo die uictoriã peperere. Nec minus ideo pius est habitus: quæ si incumbens cadaueri ac muliebriter ingemiscens: in eo præcipue rerum statu: cum summo suæ reipublicæ discrimine torpuisset. Tu genas unguibus foderes: tale aliquid in tuis uidens: non tam propter mortis dolorem: quæ propter ignominiam sepulturæ. Nautici ergo hoies quæ amicis carituri sint dolent ut ceteri: quæ mare illos habeat: æquabilis ferunt: Idque euenit: quia talia perpeti longa cõsuetudine didicerunt. Quid igitur indignum cum Cicerone: plus usum posse quam rationem? Poterit nauta rudis sine lachrymis cernere: quia cõsuetus: quæ tu philosophus non poteris ratione frater: & tot bonis artibus instructus tantorum exemplorum copia suffultus? **C** Ad uertere licet ex historijs multiplices hominum ritus in sepulturis & ab usu nostro multipliciter abhorrentes. E quibus quosdam suorum corpora domi seruare summo studio cõdita: quosdam ea bestijs obijcere solitos: ad id unum pro singulorum facultatibus multo ante cõparatis ac nutritis & generosi canis alium optimum sepulturæ genus opinari: quosdam pro seipso deuorasse legimus. Artemisia illa Cariae regina: coniugalium amoris exemplum iter cuncta celeberrimum: nihil habuit quæ uiro tam dilecto dulcius præstaret: quæ ut defunctum uiro cõderet sepulchro: Redactum enim in cineres sumamque parsimonia reueratim paulatim potuit supfundens bibit: & amato corpori tale sui corporis hospitium dedit. Nec illud modo queritur reuertere ne id fecerit: Illud potius agitur: ut intelligas omnium quibus angimur: in opinionibus: non in rebus esse: Inque his gigneudis: alendisue consuetudinem posse quam plurimum. Illa uirum quem amauerat cõsumpsit: tu si quam ex nostris mulieribus idem facientem uideris: obstupesces & abominatione spectaculi oculos auertes. Fiat idem ubi fieri solitum est: nec humanitas nec infignis amor: sed uulgare obsequium dicitur. Non oportet peregrina conquirere: maioribus nostris in hac ipsa Italia mos fuerat suorum corpora flammis exurere: quem morem & historiæ fides & usque ad nostram ætatem inuentæ sub terram urnæ cum cineribus testantur: Neque tamē ea puerusta cõsuetudo est. Ante enim (ut nunc) toti humabantur: donec id remedij genus inexplebili odio bellorum civilium: in sepulchra etiã sæuiente cõmenti sunt: seque ope flammarum hostili ludibrio subduxere. Itaque Scipiones: ut qui merito se reipublicæ charos scirent: omnes integri iacere. Nec oino ullus in gente Cornelia uisus est: ante Lucium Syllam dictatorem. Is primus omnium contra familiæ suæ morem: multorum sibi cõscius odiorum: corpus cremari suum uoluit: noiatim ueritum (ut ferunt) ne in se Mariana factio post obitum auderet: quod ipse ausus fuisset in Marium. Valuit exemplum: secuti que sunt factum: quibus facti ratio nulla erat. Sed postquam cremandi mos inualuit: usuique sua esse cepit auctoritas: tum demum quæ remedium fuerat: decus fuit: & ex illo probrum ingens usum supremis ignibus caruisse. Hinc laudata pietas quæ pauculis lignis collectoris in litore niliaco: truncatum impie magni Pompeij corpus cremare non tam potuit quam uoluit: Inde sibi partum nomen. Quis enim Codrum hunc nosset: nisi Pompeij membris faculas inferentem? Ille autem Codrus Atheniensis alio pietatis genere & propria morte cognoscitur. Nunc defunctos comburere: extremæ fuerit uel iniuriæ uel uindictæ. Vnde hæc in una eademque gente uarietas: Nimirum decursu temporis: mutati mores: opiniones hominum alternant. Nec rursus id quæro de quo magno interdum uiros differentes audiui: Vter esset sepulturæ modus honestior: ne quem maioribus nostris me-

Noua timen-  
tur: usitata cõ-  
temnuntur

C

D

Attende sepul-  
turæ uarieta-  
tem ex gentium  
diuersitate

E

Mores pro temporis  
cursu imitari

C

moriam: quemq; multis adhuc gentibus seruari fama est: lege addita: quæ sepeliri hominẽ in ciuitatibus uetat quibusdam paucis admodum exceptis: quos singularis uirtus legibus solutos fecit: cuius tertio de legibus meminit Cicero: An hic noster quem a uetustioribus resumptum christianæ religionis usus obtinuit. Non ea mihi nunc cura est: Id potius quod agebam perago: Ideo multa nobis horribilia uideri: quia consuetudine longa uarios concepit errores: quæ apud alios diuersa consuetudine non timentur. Si uero tu mihi (quod professionis tuæ proprium est) ceteris spreto: ueritatem res; nõ uulgi rumoribus: sed insita ratione quæsieris: Inuenies uirum sapiẽtem: opinionem ab errorib; auertere: & aut miserari delyrantium greges aut ridere. Vale.

Frãcisçi Petrarchæ ad Seueꝛ; Apoceninicolæ: Exiliũ nõ multifaciendũ exhortantis: & quis proprie exulare dicat: Eplã XIII.

A  
Exilium unde  
dicatur

**E**xilium & si ab exiliendo tractum rear: uel ut Seruio placet: ab eo quod quis extra solum eat: non tamen exilium esse nisi inuito accidat annuerim: Alioquin sæpe a regnis suis reges exulant: eoq; maxime tempore: quod prorogandis tuendisq; regni finibus & propagandæ gloriæ impenditur: quando nemo illos exules dicere audeat: nisi a quo ratio omnis exulauerit: quippe cum nunq; uerius: & sint & dicantur reges. Aliqua ergo uis dolorq; aliq; interueniat: oportet: ut exilium uerum sit. Id si recipis: iam cernis in tua manu sitũ: utq; exul an peregrinus sis. Si lachrymās: si mœstus: si deiectus exiisti: exulem te proculdubio noueris. Si uero nihil propriæ dignitatis oblit; neq; coact; sed libes; & eodem habitu frontis atq; animi quo domi fueras: iussus exire paruisti: pegrinaris profecto: non exulas. Nam & in ceteris formidatæ res; generibus inuenies neminẽ esse miserum: nisi qui se miser; fecit: Sic pauperem: nõ rerũ paucitas: sed cupiditas facit: Sic in morte (quæ exilio simillima est) non tam rei ipsius asperitas q̃ trepidatio & opinionis peruersitas nocet: quibus amotis multos aspicias: non modo æquamiter sed læte etiam ac sceleriter morientes: Ex quo nimis; intelligitur nõ esse necessariũ sed spontaneum mortis malum.

B

Nec in re ipsa sed totum in obliqua mortalium existimatione repositum: quod nisi ita esset nunq; in periculo pari tanta esset imparitas animor;. Eandemq; rationẽ ut deo exili; quæ ceterorum omniũ: non in illo sed in nobis esse quo uincimur: Opinionem scilicet quæ ubi paululum a ueritate deflexerit: mox innumerabilibus iactatur erroribus: ut ad uerũ difficillime redeat: seq; nisi multum adiuta non erigat ad intuentũ propriæ originis maiestatem. Vt enim coeptum persequar: quid exilium quæso? Ipsa ne re natura aut intermissio dilectarũ psonar; An indignatio potius & impatiens desiderium animi languẽtis exasperati; Q; si tu mihi quicũq; a patria absunt exulare sine ulla distinctione firmaueris: rari ergo nõ exules. Quis enim hominũ nisi desidiosus ac mollis non aliquoties aut uisendi auidus: aut discendi studio: aut illustrandi animi: aut curandi corporis: aut amplificandæ rei familiaris proposito: aut necessitate belloꝝ: aut suæ reipublicæ: seu domini: seu parentis imperio: domum liquit & patriam? Cur autem ita peregrinantes nõ miseri omnes sunt: nisi quia restiterunt: nec impelli seipfos in miseriam passi sunt. Aequè etem caruerunt cõiugio: liberis: cognatis: parentibus: amicor; conuictu: amata urbis aspectu. Hor; tamẽ omniũ desideriu leuiss; modestia: & solamẽ aliquod inuenit absentia. Sed & multũ profuit spes reditus: Nũq; iuissent tam constanti animo: nisi se redituros in patriã credidissent. Sit ita: Tibi uero spem quis abstulit: præsertim cum hæc sit una ex oib; quæ ab iniuto nõ eripitur? Pellitur in exilium uir bonus ad tyranni nutum: spoliatur rebus omnibus: in carcerem mittitur: detrucatur: laniatur: occiditur: insepultus abijcitur. Inter tot minas atq; impetus fortunæ: cum cogamur ad cætera: ad desperandum nemo compellitur. Vidimus in exilium missos priusq; ad destinatum peruenissent: immenso patriæ desiderio reuocatos: Alios uero post tempus tanto cum honore: tantaq; ciuium poenitentia reuersos: ut mihi sceleret tali exilio uideretur. Quosdam ab extrema inopia ad summas repente diuitias: quosdam ex carcere ad imperium peruenisse. Nõnullos collum subduxisse securibus morti præceptos & prosperitati eximia reseruos. Nemo unq; tam iniquo loco iacuit: ut non ei liceret oculos attollere: Nemo tam deploratum rerum suarum uidit exitum ut prohiberetur sperare meliora. Cicero nem ab exilio Roma reuocauit diebus paucis: egregij cuius præsentia carere uix potuit. Reuocauit & Metellum cui cum in spectaculo Trallibus sedenti honorificentissimæ litteræ senatus & populi Romani nomine redderentur: nihil in læticiam uersus: eodẽ uultu fuit: quo

C  
Exiliũ leuiss; ferendũ eẽ exẽplo. Cicerois: Metelli: Rutilij & Marcelli

mœnia urbis exierat: Vix nec digressu fractior: nec insolentior reditu. Illic patriæ furori cessit: hic desiderio paruit. Illic modestus: hic pius: utrobique memorabilis. Temptauit pari facilitate Rutilium: sed ille durior mansit: & patriam reditu censuit indignam suo. Eadem fuerat fors Marcelli: euentus longe alius: qui dum reuocatus a Cæsare: summo desiderio bonorum omnium rediens: in hostem incidisset: effectum est: ut in locum prædulcis expectationis: publicus luctus incederet: cui mortem tamen illam nunquam exilio difficiliorem fuisse crediderim. Vna est enim uirtus: quæ uarijs licet asperitatibus perferendis: animos armat atque instruit. Fuerat autem hic in exilio talis: ut magnum sui præberet indicium: qualis futurus esset in morte. De quo non tacebo quid in libro de uirtute ad Ciceronem Brutus refert: uidisse se eum uidelicet Mitylenis exulem: tam infracto animo tanquam auido bonorum studiorum: tam denique feliciter beateque disposito: ut non ille sibi: quamuis longe relegatus: sed ipse potius exul cum ab illo discederet uideretur. Addit etiam Gaium Iulium Cæsarem: qui sibi & exulandi auctor fuit: & postmodum redeundi fuit per ea loca transeuntem: uerecundia permotum super exilio tanti uiri: urbemque ideo ubi ille tunc erat de industria præteruectum. O gloriosum exulem: cuius exilium potentissimorum ciuium alter suspexit: alter erubuit. Sit Cæsar modo terribilis: Brutus & Cæsari: utrunque tamen reuerentia coepit exulis Marcelli. Quis exilium tale non cupiat: immo uero quis exilium uocet: quod ipsi patriæ dominis inuidiosum est: Illos commemoro quos poenitentia ciuium reduxit. Quos multos autem fortuna restituit: Nunquam Camillum Roma uocasset: fors illi & excidium urbis: quis crederet: ac fremens per Italiam transalpinarum gentium furor: uiam fecit ad reditum: ut esset unus (uix memorandum) cunctis exulibus & bonæ spei simul & spectata erga ingratam patriam pietatis exemplar. Atque (ut aliquando ad nostrorum temporum acta transgrediar) Matthæus uiccomes Mediolano patria: præpotentis inimici uiribus pulsus: quamdiu solus ac profugus & in summa inopia rerum omnium fuit: comploratus a suis: illusus ab hostibus: Quem ferunt die quodam curarum plenum: præter ripam Benaci lacus errantem: habuisse obuium superbi hostis nuncium: atque ab eo domini sui uerbis interrogatum: quid nam ibi tam incommittatus ageret: Nil aliud respondisse nisi se retia tendere. Quod responsum: tunc forte contemptui habitum: breui quid mysterij importarat innotuit. Ita ociosus senex unus aduersarios suos omnes: ceu totidem pisces esca spei inanis elusos: providentiæ suæ retibus circūuenit. Alio quoque tempore cum ad eundem nuncius redisset: & percontaretur irridens: quibus itineribus aut quando esset in patriam reuersurus: Tranquilla fronte respondit: Tu uero abi: dominoque tua nuncia: ipsidem me redituro itineribus quibus exiui: sed non antequam sua crimina præponderare meis inceperint. Nec fefellit augurium: Siquidem non multo post in imminens auentis hostium sceleribus: quibus insolens dabat alimenta felicitas: Mediolanum illis eiectis uictor ingressus est. In qua urbe (ut uides) usque in hodiernum diem & nepotes dominantur & filij. Nec in hanc narrationem incidisse ideo uideri uelim ut uel tibi uel cuiquam uiro bono auctor sim aduersus quantumlibet male meritam patriam arma capiendi (satis reor pauperem in exilio mori quam libertate turbata nolentibus imperare) sed ut ueteribus & nouis constaret exemplis: non posse per uim exulibus spem auferri. Et si animos difficultatibus obsessos ad patiendum erigit fortium uirorum recordatio: Accipe nunc etiam insignem recensque aliud exemplum. Stephanus de Columna summum militiæ decus: cum in omni fortuna gloriosus: tamen in exilio gloriosissimus & admirabilis fuit: Neque enim una erat eius & cæterorum exulum conditio. Quibusdam extra patriam nobilibus tuto uiuere permittitur: hi cum patriam reliquerint: laxiorem retinent libertatem. Alijs artior dicta lex est ut hoc aut illo loco se contineant: illic habitantibus nil durius expectandum: Huic uero & patria interdictum: & nullus in orbe terrarum tutus locus: nullus in tanta tempestate portus aut refugium: Hostem habuit ut potestem: ita inexorabilem Bonifacium octauum Romanum pontificem: quem armis frangere difficillimum: humilitate seu blanditijs flectere nec possibile quidem esset: Denique quem nihil nisi sola mors uinceret: sæuitem in inhumane: petitumque modis omnibus immerentis caput exulis: promissionibus: minis: potentia: dolis: auctoritate: pecunijs: ingentia persecutoribus premia: fautoribus denūciata supplicia: cum Stephanus nunc citra: nunc trans æquora: nunc disiunctissimas utriusque maris insulas: Siciliam Britanniamque: nunc extrema Galliarum soliuagum circūiret: ægenus inter rea cunctarum rerum: sed prædiues animi: Itaque cum apud Arelatem casu quodam in mai

Sola uirtus in aduersis armat

D

Camilli exemplum

Matthæus uiccomes

E

Stephani Columnæ exilium

nus explorantium uenisset: interrogatus quis esset: Nomen suum quod dissimulare poterat: multis audientibus dixit: seque ciuem Romanum intrepido ore professus est. Quanta autem: de bone: uni<sup>o</sup> capitis maiestas quae odiosas etiam & armatas manus a furore deterruit. Edicto proposito sollicitabantur reges: ne quis eum foueret hospitio: Cuius obtentu: cum Sicilia decedere iuberetur: eo animo paruit: ut exul in ea puincia remansisset: rex abisset crederetur. Sic illum: sic alios toto persecutionis suae tempore reges uidit tanquam ipse rex esset. Altissimo animo nec ullis aduersitatibus contracto: & supra fortunae fluctus eminente: prorsus ut uni sibi dictum uideri posset poeticum illud: Aspice securus uultu non supplice reges. Quoties Romae & per Italiam nunciata mors eius erat: quotiens actum esse de rebus Columnensium fama fuit: & cum illo uiro egregiam corruisse familiam: Nulla usque de illo spes praeterquam in solo ipsius pectore restabat. Nunquam tamen inde discessit: quominus diebus ac noctibus uersaret animosa consilia: & omnem laborem obiret imperterritus. Vltro enim in medio rerum suarum discrimen: amicorum bellis interdum: utriusque partium ignotus interfuit & omnium confessione unius hominis praesentiam est secuta uictoria: haud ambigua: sed tibi ipsi quam mihi notiora recenseo. Quis ergo miserum dicat hunc exulem: cum quo tantus uirtutum commitatus exulabat: quem post decennem sui experientiam in priorem statum uera animi magnitudo non fortuna reposuit: Sed quorsum haec tam multorum exemplorum conquisitio? Ut nemo praesenti malo attonitus uenturum opinione praecipuet: & mediocriter graui exilio grauissimum malorum omnium desperationem accumularet: praesertim cum non solum uirtus operosa ea quae Stephanum ipsum in patriam reuexit: sed mutatis saepe populorum moribus: uel dissentio simultatum: uel quae feros animos mitigat longa dies: incident commiseratio non digna patientum: uel ipsa tacitae uirtutis admiratio: uel impensum ciuibus suis obsequium: uel publicae necessitatis occasio: uel aliqua uis fortunae finem imponere possit exilio. Ne quis praeterea quod ipse depulsus sit: uirtutum suarum proficiat ornamenta: graue cogitans preciosissima rerum in exilium ferre cum uiliora non liceat. Neque enim nouum est ut efferentes gemmas atque aurum: urbana praedia: & omnem inutilem aut onerosam sarcinam in incendio relinquamus. Quod si aurum inter preciosa numerandum esse persuasum est hominibus: quid tandem de uirtutibus iudicandum est? Vilius argentum est auro: uirtutibus aurum. Atqui cum non semper in exilium ferre argentum & aurum sinamus quocumque ferimus: uirtutes & bona animi ferre permittimur. Quod fecisse uidemus eos: quorum tibi nunc exempla proposui: ut ad imitandum exardesceres: nec diffideres fieri posse iterum: quod toties factum est. Licet in exilium & in carcerem & in mortem ipsam ferre uirtutes: Licet dixi: immo uero expedit: necessarium est: oportet: Alioquin uere exules sunt qui relicta his abeunt: uere in opes: uere infelices & miseri. Nec satis est quantum habueris efferre: plusculum exigitur. Vide quam accurate uaticum parat peregre profecturus: copiosior cupit esse: quo longius pergit. Optimum tibi in hac peregrinatione uaticum ex uirtutibus constabit: quibus affluentibus etiam si alimenta corporis desint: pauper esse non poteris. Has igitur congrega: his te undique fulcias: praeclearam tibi fuisse olim scio multarum uirtutum suppellectilem: non importuna nec difficilis sed agilis & amena res est: laboriose (facilem) tanta res quaeritur: ceterum postquam quaesita fuerit sine labore circumfertur. Quasi uirtuti eam ab adolescentia: seruaisti eam domi: noli eam nunc senior & peregrinus amittere: sed quantum habuisti: uel eo amplioem: quo maior se ostendit necessitas perferre: quamquam id tibi nolenti sciam euenturum sponte sua uaticum quidem hoc nunquam usu consumitur: sed augeatur potius. Est enim ex uirtutibus quae usu pullulant & in medijs difficultatibus crescunt: donec possessorem suum ad supremum felicitatis culmen euexerint. Taceo nunc exilij tui non spernenda solatia. Si sub Aeternum illud Scythiae gelu aut sub ardenti sole in hospitale mundi latus incolere iubereris: denique propius licet sed extra Italiam proiectus: haberes fortasse aliquid quod fortunae tuae posses obijcere: Nunc uide quam digna querela tua sit: iussus es Florentiam ire & illic manere: donec te populus reuocet: Nonne animaduertis quantas grates agere debeas magistratibus tuis: qui te ocio longo consopitum excitarent: & ex diuturna consuetudine maternis uberibus haerentem abduxerunt: teque ex patria (ut patre tua dixerim) multum impari in ciuitatem florentissimam transire uoluerunt: Hoc inquam praetereo: quoniam sic sumus naturaliter affecti: ut incultum licet ac desertum scopulum: ubi natos nos educatosque meminimus: omnibus anteponendum terris arbitremur: Quod

si aliquando error iste cessaret: ignosceres profecto fortunæ: immo uero ueniam peteres & beneficiū suum nō ante cognoueris. Adde & duos præclaræ indolis filios tecum eduxisti: Alterum iuuenem: Infantem uero alterum: per oportunitis ætatum gradibus distantes: ut scilicet cum illo curarū sarcinam partiri posses: cum hoc etiam obliuisci. Hinc præsidium uides: illinc solamen perfectionis tuæ: Hi tibi dulcem patriam faciebant. Hos habes: quid requiris aliud? Expectas ut uxor pudicissima: ut parētes optimi: ut blandissimæ filiæ reuiuiscant? Non illos tibi exilium abstulit sed mors: quā cum totiens insultantem & rerum tuarum dulcissima quæque rapientem uiceris: non debes exilio uinci: quod te omnia uitæ prioris adminicula & præcipue natos tantorum pignorum reliquias auferre nō prohibet: Verum ego (ut dixi) & hoc solatium & omne quod fortunæ ictibus subiectum est sileo. Scio quæ patriam abstulit in filios ius habere: redeo ad uirtutum stabiliora præsidia: quas tibi nec ciuium tuorum decreta: nec imperia tyrannorum: nec prædonum uolentia: nec nocturni fures eripient. Hæc si tecum detulisti: mētietur quisquis te exulem dixerit. Si autem reliquisti: omnis dies nouum aliquid quod lugeas feret: omnis locus non molestus tantum: sed hostilis: nec exilium modo tibi: sed carcer erit. Vale.

Francisci Petrarchæ ad eundem Seueræ Apœnnicolæ: & ipsi superiore eplā nil remedi contulerit dolentis: & ut exilium non agreferat iterū consulentis:

Epistola. XV.

**E**xcidisse tibi omnē spem uideo: quod & recte patiaris: epistola superiore testatur sum: doleoque nil illam tibi remedi contulisse. Nec satis scio utrū in medico an in agro tante sit uitium: qui si ad salutem peruenire cupit: credulum se consilijs & obsequētissimum medicorum legibus præstare debet. Ego quidem in illa id agebam: ut dimissa parua spem seruares: cuius tanta uis est ut præsentis molestias non sentiat: dum sibi lætiora promittens: uenturum tempus cogitatione complectitur. Quid autem te sperare prohibebat: patriæ ne relegantis asperitas? Quanam uero: seu quid prorsus est tibi: præter hoc unū exilij nomen ablatum illatum ue quo doleas? An ad hæc tibi clarorum uirorum exempla defuerant? Sed multa ante oculos posui & plurima ponerem: nisi illa perisissent ex quibus agnosceres spem bonam enentus habere foelicissimos. An uero timuisti patriam tuam sine fine sauituram: quod tantillum ex solita dulcedine remisisset? Sed an ignorabas: nulli natōrum patres esse mitiores quæ ei quem semel male tractauerint? Nullius amorem magis ardescere: quæ eius qui erga bene meritam se gessit asperius? Ante magis exterruit edictum patriæ: quo poenis adhibitis cauetur ne reuocandis exulibus mentio ulla fiat ad populū. Scire autem debes populorum uoluntates: sicut ingressu frementes & uariæ sunt: sic progressu faciles & instabiles fore. Sed est quædam in animis mortalium: quæ & tenuiter uideo & uerbis consequi nequeo miserabilis & funesta peruersitas: aures obstruentium aduersus saluatares consolatorum uoces atque omnibus modis id agentium ut miseros fiant: ne ue aliquid quod dolore lenire possit obrepat: quo nihil excogitari potest: ne dicam dementius esse. Nunc uero quoniam sic te affectum inuenio: ut desperationem reditus tui pro quadam (ut ita dixerim) uoluptate suscipias: ab illa parte manum retraham in qua multum intrastabilem medicamenta nil releuant. Quid autem prohibet illorum more qui uno aut altero membro perduto: ne per reliquum corpus infectæ partis contagia dilabantur: proxima circumliniunt: uulneris quoque tui oras ambire: & (ne in totum animum dolor serpat) conquisitis prope fomentis occurrere? Noli quæso trepidare: non illuc digitos inferam ubi tu forsitan expectas: Nihil contra opinionem tuam hodie dicturus sum: Illud potius ne cum unius rei desperatione: cæterarum omnium subeunte fastidio: totius uitæ tuæ tranquillitas pereat enitor: quando ita uis ut reintegrandæ tibi spei: nulla mihi spes supersit. Finge itaque in exilio uiuendum tibi: in exilio moriendum: Habes credo quod petis: ut me fauere reditum in patriam desperare tibi liceat. Verum: ut cumulatius mos geratur ægritudini tuæ: indulgebo tibi amplius: non ut in tantum exilio sed toto diuisus ut orbe a terra moriari tua hoc tibi barbara tellus incumbat: plus ego quæ tuipse dolori tuo permisi: tu læti nihil: ego etiam tristiora propofui: nec tamen uideo quid in hac re tam miserum sit: ut uirum fortem cogere possit ad lachrymas. Certe si aut insani amoris aut ambitionis facibus ardere te crederem quæ procul a patria conflagraturæ uiderentur intensius: uel si exilij comes inopiam sequeretur abeuntem: multa mihi simul contrahenda fuerant quibus seu blandum illud seu uen-

I

A

Fidē medi-  
co ab ægro eē  
præstandam.

B

Vulgi mos in  
primo rege: cō-  
gressu

C

eosum malum mitigari posset: seu praestari solatium paupertati. Quae quaeque mihi dictu fa-  
 cilia uideri & tibi auditu credibilia debuissent: non tamen facile uariorum remedia morbo-  
 rum his explicabatur angustijs: Quae tristis enim res quae lucuosa sit iste quem amorem dici-  
 mus: quae miserabiles exitus inueniat: quae fucata & mendaci fulgore celata sit: quae nihil eorum  
 quae pollicetur praestare possit ambitio: quae magno animo tolerabilis sit paupertas: non po-  
 test a quoque hominum breuiter dici. In praesenti uero quando nec amoris flammam morum  
 tuorum grauitas nouit: & si quid olim tale sensisses: iam atas extinxit: ambitiois praeterea  
 suspicionem: honorum per omnem uitam fuga non recipit: & paupertatem remisit patriae  
 pietas: magnus mihi labor uberioris consolationis eximitur. Patria tua nullo te alio affecit  
 incommodo: quae ut eius careres amplexibus: omnia tua aut tecum sunt aut tibi seruiunt:  
 Non illa solum dico: quae nec eripi poterant magnanimitatem: modestiam aliaque uirtutes:  
 quae siue Bias ille sapiens (ut Cicero: ut Valerius: utque omnes) siue (ut Seneca: ait) Stilbon:  
 incensa patria profugus: sua secum se ferre gloriatur: sed uulgariter intelligo tua: etiam quae  
 de fortunae manibus accepisti: ueteris enim patrimonij dominus: perinde locuples exul ex-  
 cedis ac domi fueras ciuis: Ac nescio: an eo forte locupletior quam manentibus diuitijs: sumptus  
 est paucior. Accedit quae maior pars hominum: non prius se cadere posse quam tota ceciderit: su-  
 spicatur: Tu uero non cecidisti sed impulsus es. Integer igitur ac rectus sentis iam (ut arbi-  
 tror) nutare fortunam: & quae fragilibus fundamentis inhaeris: cum tibi magnus uidebaris  
 intelligis: nec deinceps dubitas: eam quae impulit posse prosternere: Ita (quod rarissimis con-  
 tingit) exul diues & cautior uadis: ut facile duobus gradibus bonis malum unum: & illud exiguum  
 consolers: si quid tum in uita bonum nisi uirtus: aut malum aliquid nisi uirtutis oppositum  
 dici debet. Vade itaque securus: non te repetet patria: non reuehet casus. At uero quae tanto pe-  
 des: exilium & pertinax illustrabit iniuria: Multos magnos uiros calamitas fecit: multos  
 declarauit: neminem ex diuerso miserum fecit aduersitas sed detexit: nec latitare diuitum pas-  
 sa est. Quid palles: quasi magnum in te ius habeat fortuna: Non illa partes iudicis obtinet  
 sed testis: qualis sis in tua potestate est: non est in illius quale de te testimonium ferat: sed ut  
 ferat tantum: mentiri non potest: loqui potest. Quis autem nisi culpae sibi conscius: testem  
 metuit uere locuturum: Non est quae te ad ignauiam cogat: est quae digressus tuos dinume-  
 rat: patientiam exerceat: suspiciat aut despiciat pectoris tui robur: demum populo referat  
 quicquid inuenerit. Erige animum: discute tenebras errorum popularium: non pateant au-  
 res tuae muliercularum uocibus: nunquam latus eris: nunquam securus si te populo regendum tra-  
 dideris. Quicquid magna pars hominum aut miratur aut meruit: ridiculum est: quicquid  
 praedicat fallum: committe potius te paucorum consilijs: non sunt ut uidentur ista terribi-  
 lia: inter quae uulgus exilium numerat: & si lectio longa non profuit: experientia proderit  
 fortasse. Noli semper terram intueri: interdum oculos attolle: confestum ueritas occurret: &  
 exilium nihil esse fateberis: nec peius uiuere uis: bonum quantumlibet procul a patria: imo  
 uero non posse extra patriam uiuere cui totus hic orbis est patria. Quid enim refert quae diuer-  
 sa parte consistat: ualles quidem & lacus & flumina & colles alios uidet: coelum unum est:  
 illi se infert: illuc animum exigit: eo cogitationes suas ex omni mundi parte transmittit: nec  
 aliud quam sub tecti unius amplexu ex alio in alium thalamum transiisse se cogitat. Tu quoque  
 (nisi meam & multorum spem diutissime fefellisti) Absit ut ad unum huius immensi aedifi-  
 cij angulum sis astrictus: quo minus ubicunque terram sub pedibus calcaueris: ubi coelum  
 supra uerticem uideris: ubi te spirabilis aura perflauerit: patriam tuam uoces. Erit igitur ex-  
 ilij tui: non solum facilis: sed iucunda conditio. Cum enim duo sint quae hominum affectum  
 ad beniuolentiam excitant: Virtus scilicet: qua (ut ait Cicero) nihil est amabilius: & imme-  
 rentibus uiris inflicta calamitas: quorum primum facit ut amemus miremurque claros ui-  
 ros: secundum ut misereamur afflictis. Alterum in hac tempestate tibi aderit: alterque adesse uide-  
 bitur. Virum fortem sentient omnes: exulem dicent: Et sane (si quid Tullio credimus) inter  
 omnes uirtutes fortitudinis splendidissimus uultus est: rursus inter hominis erumnas: non  
 in ultimis numeratur exilium. Aut ego fallor: aut optandum est ne forte reces hanc ciuium  
 tuorum ira lentescat: ne ue tibi hoc exulis nomen casus aliquis eripiat: in quo miseriam nihil:  
 fauoris autem & gloriae uides esse quam plurimum. Sed laborem inquis atque ignominiam re-  
 formidat animus: Primum nego tale hic aliquid inesse: ubi oblatam tibi magnae laudis ma-  
 teriam ac generosam fuisse relinquendam patriae causam: alto animo obiectam tyrannis con-

D

Quid bonum  
 quodue malum  
 in uita dici pos-  
 sit

E

Nil uirtute  
 amabilius

F

tumaciam scio: Vbi præterea ocium & quas semper optaueras laborū ferias inuenisti: Deinde qui ignominiam timet quam peperit uirtus: famæ non uirtutis amicus est: qui uero labores refugit: optare desinat gloriam ad quam certe difficilis: sed clara (ni fallor) & delectabilis uia fert. Tibi quidē uni (ut dixi) singulari quadā prerogatiua: ingēs gloria nullis molestijs: nisi forte quas tu ipse tibi finxeris queritur: Illud enim uereor ne alienis potius quā tuis oculis susceptum uulnus aspicias: & casum tuum alieno metiaris arbitrio: quæ adeo quotidiana pestis est: ut ad clamorem alienum plerique titubent: & multo prius concidant quā impulsū sint: quanquā satis impulsus uideri possit: quem tot hominum milia pessimis opinionibus perurgere nō desinūt: Sed ut ualde imbecillis uirium est quem lenis aura prostrauerit: sic prorsus insanum animi scito quem uideris res suas aliorum & præsertim ignorantium ponderare sermunculis: qui quo frequentiores sunt: eo cautius contagiosus morbus euitandus est: passim tam multorum hominum corda corripens. Si alios audire uolueris: nō deerunt qui fortunam tuam multiplicibus onerent querelis: qui te incolumem atque optimē ualentem lugeant: qui semineces uelut feretro uiuentis affideāt. Audies uoces miserabiles: uidebis forsan & lachrymas aut simulatas aut amentia proximas: miser esse incipies: quia miseris aures præbere consueueris. Nihil enim fere est quod cōuictus assiduus in hominum ingenijs non possit: quod si te ipsum consulere tecumque cum alijs loqui malueris: nunquā desinam de te grandia sperare teque felicissimum iudice te dicere: & inuidiosum magis extimare quā miserum. Et si ad credendum alijs pronus es: cur & mihi non credis ueriora simul & gratiora referenti: Non tu (mihi crede) corruisti: nec corruēs quidem nisi uelis: nullam ignominiam passus es: sed ad eundem gloriæ pennis in limine optionem habes: utrum gloriosus incedas an retrocedas inglorius. Non labor est iste sed requies: non exilium sed libertas. Quā olim mira celeritate fugientem querebaris: occurrētem ultro complectere: Et quæ tāta fuit Romam tibi causa uidendi: Libertas quæ sera tamē respexit inertem. Ille in sermōe pastoris: ut libertatem inueniret patriam se reliquisse gloriatur: tu philosophus deses? Vixisti alius diu: incipe iam tādem tibi uiuere. Nemo proferasse te arguet: qui nec prius inceperis quā pastor ipse Maroneus: sed candidior postquam tondenti barba cadebat: omne tempus ab inuente ætate ciuibus tuis condonasti: retribuerūt inextimabilis rei perpetuam largitatem: & ut longæ uitæ reliquias saltem tibi habeas decreuerunt. Agnosce ciuitatis animum: & hinc propriam erga illam munificentiam contemplare: quæ tāta fuit ut egestissimas licet sui manus perseuerando laxauerit: utere latus in unitate tibi nunc concessa sic patriæ tuæ inuentia tanquam inquietum libertatis propriæ carcerem recordare euasisti. Et (quod magnum est) cōtigit iubentibus abire custodibus insanis: si quid forte committis ut redeas: Ad illa potius te conuerte quibus adolescentiam dedicaueras: quæ robustiores annos tuos fecissent utique tranquillos: nisi quam adhuc desideras patria uetuisset. Facient autem profecto placidissimam & uenerabilem senectutem: nec exilij modo sed fortuitarum rerum omnium contemplatricem: De studijs liberalibus loquor: & præsertim de illa parte philosophiæ quæ uitæ marginis est. Hæc tu nunquam animo prorsus intermiseras: & si parumper ab eis te ciuiliū negociorum impetus arceret: Nūc uero his quoniam nihil obstat: totus incumbere: teque melioribus auspicijs nouæ uitæ offerre: & talibus animum exerce muneribus. Relege ueterum historias: quantas æmulationes Romanorum ducum & quidem illustrium hinc reperis exortas: quæ aut se quisque quam primū extra patriam mitti uellet aut serius reuocari: Cur quæso: nisi quia dulce natalis soli caruisse dulcedine: dum latiore alibi uirtutis exercendæ materiam inuenirent? Celebratis comitijs solebant cōsules provincias sortiri: & illam generosior animus optabat in qua periculi plurimum uidebat: non quod per se quisque hominum nisi amentia pericula seu difficultates eligat: sed quod uirtutis splendor in illis facillime uideatur apparere. Quapropter siue exilium hoc tuum leue est: & importuna querela est: inter blanda uociferantium: Siue durum & molestum quod populus asserit: ego autem aduersor: nec tamen ideo si quid uisum uetustæ indolis remansit erit uiro digna querimonia: oblatum tibi sponte deplorantis: quod alijs ambitur: locus hic quem tibi magistratus ordinaret prouincia tua est: Nō possunt omnes cum ingenti exercitu in Africam transire: detractoque ex Italia Hannibale: infestam oppugnare Carthaginem: Nō possunt alias ex alijs propagando uictorias: nunc rebellantes Hispanias: nunc obsessa prædonibus maria: nunc Armeniam ac Iudæam: & totius orientis regna penetrare: Non omnibus datum est aut fractis Numidiæ uiribus & continuatis imperijs a meridie in boream arma transferre: breuissimoque tempore

G

Quo loco  
quæreda sit  
libertas

H

I

Aduerte Romanos triumphos

tinētū Libyco sanguine gladium: theutonicis ac cymbricis mersare cruoribus: aut gallicis late perdomitis: & regib⁹ ad uolentam cōfessionem Romanæ uirtutis adductis: Hinc rhe- ni: illinc oceani claustra perrumpere: & Germaniam atq; Britanniam uno impetu calcare: Nec omnibus cōtingit: ante currum reges captiuos agere: Hæc enim Scipionibus: Pompeiis: Mariis: Cæsariibus: Aemiliisq; reseruata sunt: His & similibus uiris absentib⁹ certamē fuit cum hoste longinquo: tibi cum exilio pugna est: cuius impetum non feres modo: sed repelles & conteres si cupias quodcūq; necesse est. Si animo tuo persuaseris unicum aduersus aspera clypeum esse patientiæ: & illam saluberrimam Cleantis uocem: in latinū ab Anneo Seneca translatam: in tuum pectus alte demiseris: Ducūt uolentem fata: nolentem trahunt. Vale.

Frācisçi Petrarchæ ad Ioannē Columnæ: Ep̄las illi⁹ auīdissime susceptas narrā- tis: statūq; ipsius prospere audire optātis: animas etiā multa pati ex corpore so- cietate exponentis: Ep̄la XVI.

A

**E**X itinere medio redeuntē: Epistolam tuam auīdissime suscepti: Optabam enim so- lito etiam ardentius statum tuum prosperum audire: q̄ amoris comites zelus: & ti- mor per absentiam crescunt. Angebar autem & turbatum erat cor meum: quoni- am & turbatum te discessisse noueram: & hos qui turbationi tuæ materiā præbuerant: ne- farij uoti compotes uidebam sub oculis meis uelut triumphaliter obseruari: q̄ & te in exi- lium pepulissent: & me præsentia oris tui cōuictuq; sobrio ac delectabili spoliassent. Terrue- rant quoq; me uisa mea & somniorū imagines: quæ turbulentæ miris modis & infestæ ser- mel & iterum animam dormientis impleuerant: non q̄ ignorarem somnijs temere non ha- bendam fidem: sed sic est: hoc iter ingressus sum: iter dico: uitæ huius labentis ad mortē: in quo & æstuarē oportet & algere: & famem & sitim & somnum & somni minas atq; amba- ges & quietem turbidam sentire. Deniq; multa pati: donec illa dies expectata p̄ijs: formi- data nocentibus: mortalem hunc nos exuat amictum: & animos nitentes ad supera de cō- pedibus tandem huius caliginosæ stationis eripiat. Interea fateor nec longa est uia passio- num insultibus: quicquid de his aut sedandis aut tollendis philosophi disputent: quicquid in se alij sentiant: adhuc ualde sum obnoxius: hæc mihi nascenti lex cum corpore data est: ut ex eius consortio multa patiar: aliter non passurus. Secretorum naturæ conscius poeta: ubi animabus humanis inesse quendam igneum uigorem & cœlestem dixit originem: exci- piendo subiunxit: Quantum non noxia corpora tardāt: Terreniq; hebetant artus moribū- daq; membra: Hinc metuūt: cupiuntq; dolent: gaudentq; neq; auras Respiciunt: clausæ te- nebris & carcere cæco. Sic eram igitur admirans: q̄ de te post digressum tuum aures meas nullus rumor impulerat: dum ecce litteræ tuæ mihi oblatae sunt: agnouī signum: & iam se- curior legi. Cæterum quia nūcius mirum immodum festinabat: & res pluribus uerbis eger- re uidebatur: responsionem distuli in diem alterum: quam iam hinc tripertitam fore pro- uideo: q̄ tua quoq; de reb⁹ uarijs triplex est querela: Vnum quod breuiter dici poterat nō fuit consilium differre: me scilicet peccatorum meorum nodis implicitum: nondum in por- tum potuisse confugere: sed in eadem tempestate qua; me discedens reliquisti: iactatum flu- ctibus hære: ne quicq; sæpe retentantem uela facere: si quis meus uentus ab occidente confurgeret: hoc tamen solo lætum & deo gratias agentem: q̄ te saltem per multos labores euasisse uideo: q̄ nauicula tua ex eisdem periculis ueniēs: aut portum tenet: aut pleno sub- it ostia uelo. Deinceps expeditior casibus meis occurram q̄ & consequendi desiderium in- cessit: & geminæ sollicitudinis dimidiā parte liberatus sum. Vale.

B

Virg. vj. aene.

Frācisçi Petrarchæ ad Ioannē Columnæ: amicitia amicosq; absentia nō posse defraudari comprobantis: Ep̄la XVII

A

**B**erabam ex te magnificum aliquid audire: Sapia enim tua iam pridem mihi uidebatur finem impositura querimonijs: quibus stolidum uulgus & ingratum personat. Lōge uero fallebar (ut uideo) atq; utinam submissum liceret ab alio su- spicari: & non proprijs tuis digitis querulum illud chirographum constaret: in quo rē unā exiguam multis uerbis pene muliebriter deplorasti: Cui⁹ lamētationis summa est: te acer- rime atq; incōsolabiliter doluisse q̄ huius exoptatissimi atq; optimi ducis nostri: meamq; & amicosq; faciem uidere desieris. Motū te de digressu subito turbatūq; nō dubito: māsu- tudinem nāq; animi & suauitatē morū tuorū noui: qui oīno cum ulla saueritate aut habitu

mentis a superiore non conueniunt. Vnde tamē hic tam imodicus dolor non intelligo: Innumera-  
rabiles causae segregant amicos: Amicitiam ueram nullae qua praesente amicus absens esse  
non poterit: Quātū em̄ locoꝝ interuallis ab amicoꝝ cōuersatione disiūgimur: tantū absen-  
tia detrimentū assidua cōmemoratione discutimus: Cui⁹ si tanta uis est ut morte superata  
defunctos etiā amicos pro uiuentibus celebremus: quod post obitū iunioris Africani: sapi-  
pientissimo & oim Romanoꝝ in amicitia gloriosissimo uiro Lelio docente didicim⁹: quid  
tam magnū est si absentia similiter uicta: lōge positos amicoꝝ uultus ꝑ praesentibus habe-  
amus: Apud poetā scriptū est: Haerēt infixi pectore uultus: uerba qꝫ. Et iteꝝ: Absentem ab-  
sensus auditqꝫ uidetqꝫ. Ergo insanus & obscenus amor hoc poterit: pius ac sobrius non po-  
terit: Immo uero multo ampli⁹ eodē poeta dicēte: Ante leues ergo pascentē in aethere cerui:  
Et freta destituent nudos in littore pisces. Ante pererratis ambeꝝ sinib⁹ exul. Aut Ararim  
Parthus bibet aut Germania Tigrim: Qꝫ nostro illius labat pectore uultus. Lelius ipse de  
amicissimo uiro loquēs: uide quibus uerbis utatur. Virtutem inquit illius uiri amauit: quae  
extincta non est: Tu quare non dicis: uirtutē illius aut illoꝝ amo: quae absens aut longinqua  
non est: sed ante oculos meos om̄i tēpore uersatur: & in honore semper erit apud me. At iucū-  
dissimū est amicos praesentes habere: intueri frontē atqꝫ oculos: uiuis eos uocibus testimoni-  
& colloquentiū admotis auribus uerba percipere. Necqꝫ em̄ (qꝫ in hac re poeticis testimoni-  
is uti uacat) sine quadam animi dulcedine legimus: Anchisen filij occursum alacrem: tensis  
ad caelum palmis & profusis lachrymis dicere: Datur ora tueri nate tua & notas audire ac  
reddere uoces. Nec ego quidem aduersor dulcissimā esse praesentiā amicoꝝ: Quis em̄ hoc  
negauerit nisi inhumanus idem ac ferus: Sed tu mihi negabis: absentia quoqꝫ suas habere  
uoluptates: nisi totam fortassis amicitiae pulchritudinem quae latissime patet ad oculos so-  
los restringimus: & a sede eius quae est in animo seu ocam⁹: qꝫ si fieri cōperit: angustissima  
quidē area restabit ubi se amicoꝝ charitas oblectet. Vt em̄ mortē: ut carcerem: ut aegritu-  
dines: ut peregrinationes seu necessarias seu uoluntarias sileam: quis quotidianas naturae  
necessitates: somnū: famē: sitim: aestus: algores: lassitudinē: quis studioꝝ aliarūqꝫ reꝝ occu-  
pationes innumeras explicet: quib⁹ etiā in eadem domo: ne dicā urbe: degentiū: nec uultus  
aspicere: nec semper uoces audire ꝑmittimur: Ita aui breuissimi reperitur amicitia: quā lon-  
gissimae uitae: non aequa uam modo: sed (ut dixi) supstitem esse decuerat. Quis autē locus in  
amicitia relinquet Appio caecos: (ceteros em̄ in eadē cōditione positos taceo) Ille mihi pri-  
mus occurrit: quē oīno credibile non est qꝫ oculos non habuerit nec amicos habuisse: qui uni-  
uersae reipublicae talis fuerit amicus. Quid est ergo qꝫ tantoꝝ lugeas absentia: quasi haec  
tibi possit amicitia surripere: cum illa nihil in hac neqꝫ ceteris rebus tuis: nisi quantū tu sibi  
permiseris possit: Memento potius quae so: non qꝫ longe sis corpe (Quis quid longinquum  
uideri potest in hac puncti unius breuitate: cuius nos homines uix integram particulā in-  
colimus) sed esse in tua potestate ut aīo & cogitationibus praesens sis. Hoc igitū uno quo po-  
tes modo nos iugiter aspice: litteraeqꝫ idētidē frequēti cōmertio teipsum nobis ostēde. Vale.

Francisci Petrarcae ad Ioannē Colūmnā: expectationem de futuris ampu-  
tandam esse ut quiete uiuatur: persuadentis: Epistola XVIII.

**M**olestissimā morā traxisse te Niciae indignādo describis: ꝑ mēsem integꝫ expectan-  
tem aliquā nauē quae te in Italiā pferret. Atqꝫ in Italia tūc eras dū ad Italiā suspira-  
bas: Ita dico si (qꝫ poetis atqꝫ cosmographis placet) Italiae termin⁹ uarus est: itra  
quē a pte Italiae ciuitas illa sedet: Sed utiqꝫ de re cōstat: iteriorē Italiā in aīo habebas: & ꝑ  
Italia Romam dicere uoluisti. Sentio iam morbi huius originem: expectationibus em̄ tali-  
bus plena esse solet adolescentia: quae illi aetati qualisqualis uenia debetur: senectuti autē  
quae omnes spes suas iam post tergū spectare debet: omnis longa uita huius & anxia expe-  
ctatio foeda est. Tu itaqꝫ senior de te uideris: Ego iunior de me loquar qui adolescentia iam  
exacta: aetatem tuā adhuc longe (si quid hic longū est) ante me uideo. Ceterae quo rari⁹ pas-  
sionis huiusmodi molestias experior: eo frequētius ueteris mali reliquias incuso: eoqꝫ cer-  
tius intelligo: uix ꝑuectum nec praesentibus frangi nec futuris angī: sed utrunqꝫ tempus  
aqua frōte despiciere: & quicquid secū uel attulit uel praemisit ꝑuipēdere. Praesentia taceo: qm̄  
sermonē de futuris institui: quae mētes hoīm uanis expectatiōib⁹ suspēdūt: & in qb⁹ (nisi fal-  
lor) ridiculosi⁹ errat. Expectās ali⁹ pegrinae nauis aduentū: totis dieb⁹ undas ꝑspicit flui-  
tātia lōge (ut est apꝫ Lucanū) Sp̄ prima uidēs ueniētis uela carinae. Ali⁹ iā iā motur⁹ a lit-  
tore serenā coeli trāqllitatē uotis oib⁹ exposcit: Iste nulli honesto negotio intētus id agit sp̄

qđ agebat olim classis Iliacæ magister: surgit enī ipiger: & (ut ait Virgili⁹) oēs explorat uē-  
 tos atq; aurib⁹ aera captat: Sydera cūcta notās tacito labētia cœlo. Alter beati senis hærēs  
 B rabilis: segnem mortē increpitat. Alter nuptias aut partū cōiugis. Amicæ noctem alter ex-  
 pectans dies: horas momentaq; dinumerat. Quid multa: Meministi credo in Philogia no-  
 stra: quā ob id solum (ut curas tibi iocis excuterē) scripsi: quid Tranquillin⁹ noster ait. Ma-  
 ior pars hominū expectando moritur: Ita est paucissimos inuenies qui non toti ex incerto  
 pendent. Alexander Macedo: Iulius Cæsar: multiq; alij uel nostri uel externi duces: q̄mul-  
 ta parantes ab hac luce subtracti sunt: & medijs eorū conatibus mors occurrit: tanto (ut mi-  
 hi quidem uidetur) difficilior: quanto insperatior. Hinc est qđ idem ille Iulius Cæsar: fragili  
 carina in ancipiti tempestate deprehensus: cum mortem timere coepisset: hoc unū uidetur  
 lamentari: qđ ingentes abruperit actus festinata dies fatis. Nouerat poeta quid maxime ta-  
 li uiro aut molestum fuisset in eo statu aut esse debuisset: idq; potissimum querelis inseruit:  
 Vna est autem aduersus hūc morbum medicina: primo gustu fortassis amarior: haustu au-  
 tē & dulcis & placida: Animū a terrenis abducere: si fieri potest: Si min⁹: auellere atq; extir-  
 pare radicitus: Quis enim hoc plærumq; cum dolore & offensione sensuū fiat: raro tamen  
 (ut uidel) amissa corporis absq; molestia restauratur: quanto minus animæ salus in quā &  
 uahementiores morbi & frequentiores incidūt: Hoc igitur fac & presentī lætus: nulla futu-  
 ri temporis expectatione torqueberis. In Italiam inquis transire uolo: Nauim expecto uel  
 C quietum mare. Sic dices si cor tuum rebus mundanis adhuc uisco consuetæ delectatiōis in-  
 hæret. At si sursum nititur: dices: In Italiam transire uolo: quid enim magis expediat: nouit  
 deus: homines ignorant: Nauim aliquam: sed non minus aliquem expecto qui nauim non  
 uenturam nūciat: & utrumq; rumorem æquis auribus excipiam. Sed habeo inquis in Ita-  
 lia magnum aliquid agere. Iam si quid tibi philosophiæ studiū contulit: uides (ut arbitror)  
 quod extra Italiam geri nequit: magnum esse non posse: quotiens me ad unū locum coar-  
 taueris definit esse magnus conatus qui inter angustias cogit. Sed uolo in Italia saltem mori  
 & patria tellure contegi cupio. Qui hæc dicit adhuc Italicus est: uir magnanimus nōdum  
 est: Quid enim puerilius q̄ curam gerere ubi capillorum & unguinum purgamēta: ubi san-  
 guinis superuacui uasculum deponas: ubi ipse iaceas nō curare? Certe si corpus cōsideras:  
 tua nihil interest ubi sit res a te olim possessa: nūc autem derelicta si pateris si reluctaris ab-  
 lata: Si uero animū respicis: nullus eū locus aut stringit aut laxat angustus: & siue ad cœlū  
 ascendendum: siue ad inferos descendēdum sit: undecunq; discedat unus est labor. Sed dul-  
 ce est suorum manib⁹ sepeliri: Quædam dulcia facit nō insitus sapor: sed corruptus mādu-  
 cantium gustus. Quid dulce dicitis aut nihil sentienti aut omne huiusmodi obsequium con-  
 temnentis: Vna omnium est (ut ad propositum redeam) expectantium conditio: dum uen-  
 tura prospiciunt: quæ sunt ante oculos non uident: damnū certum sub ambigua spe. Hæc  
 quidem utiq; transeunt: Illa aut raro plena fide succedūt. Adde qđ uel superuacua fere sunt:  
 uel damnosa & in caput nostrum recasura quæ cupimus: ut sicut sæpe reiectas indignatio:  
 sic libitum prouectas uel fastidium uel improuisa perniciēs sequatur. Adhuc igitur omnē  
 spem: omne desiderium auerte ab his fallacibus bonis. Incipe unū solum & uerū & summū  
 bonum optare: si tamē usq; ad hanc ætatem rem apprime necessariam distulisti: tūc discor-  
 rendi libido cessabit: & odium longioris moræ: tum uero non modo Nicæ: sed (si ita fors  
 tulerit) inter Libycas Syrtes sine molestia stabis: reb⁹ tuis contētus: nihilq; aliud requirēs.  
 E Dicet aliquis: Nūquid illud saltem unū quod memoras: bonum expectandum erit: ut præ-  
 sens presentī gaudio desiderantem animā impleat: Minime. Si enim plene desideras: si san-  
 cte: si sobrie (aliter quippe tanta res optari nō potest) iam quod petebas tecum est: intus in  
 anima illum quē diligis quære & inuenies: nō est ut eo potiaris exteri⁹ euagandū. Et si qđ  
 forte restat adhuc: quod amplius uelis aut cumulatius expectes: erit expectatio illa suauis &  
 iucunda. Qui ad hanc regulam se formabit lætus: e cunctis mortalibus quotiens exacta lu-  
 ce cubiculum intrabit: de præterito quidem dicere poterit securus Virgilianum illud a Se-  
 neca relatū: Vixi & quem dederat cursum fortuna peregi: Et de futuro illud Horatianū:  
 Cras uel atra nube cœlum patet occupato: uel sole puro: nec unq; uenturi studio presentī  
 oblitus aut sibi aut alijs inutiliter ætatem aget. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Ioannē Columnæ: ea quæ accidūt aduersa æquo ani-  
 mo toleranda admonentis: leges etiā naturæ nō recusandas esse: cum tam bo-  
 na q̄ mala ex his proueniant exhortantis: Ep̄la XIX.

**Q** Verelarum tuarum uocibus plenus sum: iam res ad fastidium inclinati: iam mol/ liciam tuam ferre non ualeo. Neq; enim aliter q̄ si in hanc uitam nuper intrasses ad occursum rei cuiuslibet expauescis: Pudeat inter lamenta senescere: immo uero pudeat olim senem pueriliter lamentari: Puerorum est ad omnia quæ uiderint obstupesce/ re: quippe quibus noua & admiranda sunt omnia: Senibus & præsertim eruditibus nihil no/ tum aut inopinatum euenire solet: nihil itaq; stupendum: nihil deplorandum. Vnde igitur tot querelæ de rebus assiduis: & sc̄m naturæ statuta fluentibus: Portenta mouent ani/ mas interdum: Si bicipitem puerum: si quadrimanum uides: miraris imbrem lapideum: bouis uerba: mulæ partum: In annalibus legimus: quotidiana despiciamus. Tu quid uidisti propter quod nunc totus in admirationem & lamenta conuersus sis? Admirando quidem admirationem tuam cogis ut admirer: Non tam grauius in alio ferrem immoderatū hunc stuporem: Qui totiens mare transisti: totiens e medijs periculis enastisti: totiens e faucibus mortis ereptus es. Admirādo & fortunam tuam accusando describis: passum te maris ma/ gnam (& ut Satyrici uerbo utar) poeticam tempestatem: atq; ad littus unde discesseras: sta/ tu contrario impellēte relatum: Hæc tu maris iniuriam existimas? Natura est: digniorē que/ relæ causam præferres: si uel illud tibi contigisset: quod quondam Casarea classis inter Ita/ liam Græciamq; sustinuit: quando per Hadriaticum mare glaciali uelut torpore cōstric̄tū cursum expedire non ualuit. Vel illud quod terra sub pedibus tremente Pompeianus exer/ citus tulit in Libya: ubi nullus potest cōsistere miles instabilis: raptis etiam quas calcat ha/ renis. Nunc uero si per terram rigidos lapides aut tumentes colles: si per mare fluctus incō/ stantiam pertulisti: nihil est quod lamenteris tanq̄ iniuriōsa tibi fuerint elementa: q; natu/ ræ potius suæ paruerint q̄ uoluntati tuæ. Altera litterarum tuarum pars nō minus delica/ te ac flebiliter: te cum iam Pisis applicuisses: in morbum diutinum incidisse memorat: non aliter q̄ si in ætate tam longa quid morb⁹ esset ignorares. Quomodo autē se aduersus mor/ tem præparabit anim⁹: inter hæc quotidiana tam querulus? Sed ne latius effundar: amplis/ sima enim res est & uerborum egens: Accipe breuiter quæcūq; de his querelis a me ipse dis/ fusius dici solēt: Nimis faciles sumus ad accusandum naturam: nemo deflet q; nascitur: ne/ mo q; uiuit: atq; ægestatē sentit: q; labores patitur: q; senescit: q; egrotat: q; moritur quisq; conqueritur: quasi sc̄m naturā minus ista q̄ illa sint: Et nasci & uiuere & comedere & esu/ rē & dormire & uigilare & laborare & senescere & ægrotare & mori naturalia sunt: ut ne/ mo his mortalium uacet: nisi cui forte senescendi necessitatem laborūq; molestias & agrī/ tudinum necessitas mortis præcipitata remiserit. Quid igitur inutilis querelas effundim⁹? An quia nobis solis ista contingunt: solis nobis lugere permisimus? An quia omnibus: cur/ atorū simul in nos lamenta transfundimus & uelut humani generis procuratores naturā accusam⁹ immeritam? Odiosum sane negocium & importunū. Illa enim mitissima: nos be/ neficia eius per impatientiam exacerbauim⁹: in parētem optimam ingrati: in nosmetip̄os impij. Oro itaq; pater amantissime: & si ætatē hanc non dedecet etiam consulo: ut quicquid euenierit: inducamus in animum ferre fortiter: ferre moderate: ferre sine eiulationibus & sine ulla lamentatione muliebri. Habuimus enim deliberandi (& gratias christo) habemus ad/ huc deliberata exequendi spacium: Et licet uulgus insaniat: sunt tamen nobis aliquāto ma/ gis sobrij consultores: quoz; potius monitis obsequendū est. Necte moueat uita mea quo/ tiens epistolas meas legis: nec in frontem respexeris ista suadētis. Vidisti em̄ interdū pallē/ tem medicū: qui suā nō poterat: alteri⁹ ægritudinem curare. Vale.

Frācis̄ci Petrarchæ ad Iacobū Colūnæ: Ep̄las illius iocosis cōuitijs refertas esse significantis: de uarijs quoq; rebus: nō pauca etiā de laudibus urbis Romæ ad/ iungentis: Epistola. XX.

**S** Emisopitum epistolæ tuæ clamor excitat: quā iocosis refertā cōuitijs lætus ridēs q; perlegi. Et (ut primum uenienti iaculo prius occurram) uide quāso pater optime de multis quæ contra me colligis: quantum ab intentione tua: prima etiam scribē/ tis uerba discordent. Mirari solitum te ais q; mundum in ætate adhuc tenera sic artificiose decipiam: ut scilicet ars hæc sit tam experientiæ q̄ naturæ. Panægyricum pluriū certe uer/ borum: sed minime amplioris gloriæ cecinisse mihi poteras. Mundus deceptor generis hu/ mani: quot uitā laqueis implicitā: q̄ amarā dulcedinis aspersione cōmendet: nouit quisq; aptis oculis hoc agit. Cui⁹ & nos fraudib⁹ de industria fauem⁹: studiosēq; ut ipsi nobis ignoti sim⁹: aduersus Apollinis cōsiliū laboram⁹. Hūc supbia inflat sub spē magni & excelsi

A

Pueris oia esse noua: senibus nihil noui eue nire solet

B

C

Medic⁹ aliquñ nō suā sed alte rius pōt ægri/ tudinē curare

A

animi: Illū malicia & fraus & quicquid prudentiæ proximū uidet: sub amictu finitimæ uirtutis infatuat. Ille se fortem putat inhumanus & ferox: hic se humilem uocat timidus & imbelis. Est & quæ titulo frugalitatis auaricia sollicitet: & quem prodigalitas spem largitatis exhauriat. Personata sunt uitia & immania monstra: formosis sub pellicibus delitescunt. Accedit delectabilium sed transitarum: immo uero transeuntium ac fugientium rerum turba: Ambitio honorem nobis & plausum aurasque uulgares: Luxuria blandas & uarias uoluptates: pecunia plurimarum rerum sufficientiam ostentat: Nullus hamus sine esca: nullus sine uisco ramus: nullus laqueus sine spe. Accedit humana cupiditas: præceps inopsque consilij & falli facilis & insidijs oportuna. In hoc igitur ancipiti & lubrico & suspecto itinere: si quæ forte tam cautum uel natura uel studium fecisset: ut mundi fraudibus elusis: mundum ipse deciperet: frontem scilicet ostendens populo similem: tota intus mente dissimilis: quem tu hunc uirum diceres? Hūc tamen ubi quærimus: & natura optima & ætate solida simul ac sobria opus est: & alienorum casuum obseruatione sollicita: Tu tamen hoc mihi nomen imponis immensum quidem (modo non irrideas) quod si hodie uerum non est: deum oro: qui potens est etiam ab inferis excitare: ut uerum fiat antequam moriar. Sed quo hinc iocando progredieris? multos fictionibus meis opiniones de me concepisse magnificas. Fuit ars hæc fateor: quibusdam ex illustribus uiris: ut ingenio quodam ueras uirtutes mirantibus: Hinc & Numæ Pompilio diuini colloquij: & Publio Africano diuinæ etiam stirpis fama quæsitæ est: Mihi ars ea non competit: nihil habeo quod ostentem: & tamen nescio quis me ab incunabilis superuacuis fati fauor insequitur: notior sum quam uelim: & scio de me quam tuliscunquam sim: in utramuis partem multa iactari: quibus ego nec deprimor nec extollor. Scio populi totidem fere mædacia esse quot uerba: Et hæc quidem hæctenus: Neque enim ut turbæ displiceam: magnopere laboradum est. Necdum desinit urbanitas tua: dicis me non modo uulgus insullum sed cœlum ipsum fictionibus tentare. Itaque Augustinum & eius libros simulata quadam beniuolentia complexum: re autem uera a poetis & philosophis non auelli. Quid autem inde diuellere: ubi ipsum Augustinum inhaerentem uides? quod nisi ita esset: nunquam libros de Ciuitate dei (ut reliqua sileam) tanta philosophorum & poetarum calce fundasset. Nunquam tantis Oratorum ac Historicorum coloribus exornasset. Nimirum: Nunquam enim in somnis ad tribunal æterni iudicis tractus accesserat Augustinus meus sicut Hieronymus tuus: Nunquam exprobrari sibi Ciceronianum nomen audierat: quod cum audisset Hieronymus fidemque dedisset: quod nunquam amplius libros gentilium attingeret: quam diligenter ab omnibus: sed a Cicerone præsertim abstinerit: nostri. Augustinum uero cui nullo somno interdicitum erat: non solum familiariter illis uti non puduit: sed ingenue etiam fateri: se in libris Platoniorum: magnam fidei nostræ partem inuenisse: & ex libro Ciceronis qui uocatur Hortensius: mutatione mirabili ab omni spe fallaci & ab inutilibus discordantium sectarum contentionibus auersum: ad solius ueritatis studium fuisse conuersum: & lectione libri illius inflammatum: ut mutatis affectibus & abiectis uoluptatibus uolare altius inciperet. O uirum ineffabilem dignumque quem Cicero ipse pro rostris laudet cuique publice grates agat quod inter tam multos ingratos: unus uelit esse gratissimus. O uirum magnifice humilem & humiliter excelsum: non qui alienis plumis ornatus auctoribus hinc insultet: sed qui iam christianæ religionis fluitantem puppim inter hæreticorum scopulos agens presentisque magnitudinis sine arrogantia sibi. conscius ueritatem primordiorum suorum & adolescentiæ rudimenta commemoraret: & doctor tantum ecclesiæ non erubescat ducatum Arpinatis hominis licet alio tendentis. Cur autem erubesceret? Nemo dum spernendus est: qui uia salutis ostendit. Quid ergo studio ueritatis obesse potest: uel Plato uel Cicero: quorum alterius schola fidem ueracem: non modo non impugnat sed docet & prædicat: alterius libri recti ad illam itineris duces sunt. Eadem & de alijs dici possent: sed piget in re notissima testes superuacuos conquirere. Nec tamen ideo negauerim multa apud illos esse: quæ uitari oporteat: cum & apud nostros quædam sint periculosa incautis: & Augustinus ipse in quodam operoso uolumine de uberrima messe suorum studiorum: internascentis erroris solium proprio pollice decerpit. Quid ergo? Rara lectio est quæ periculo uacet: nisi legenti lux diuinæ ueritatis affluerit: quid sequendum declinandū ue docens. Illa autem duce secuta sunt omnia: & quæ nocere poterant: iam syrtybus & charybdi: aut famosis in alto scopulis nota sunt. Ut uero iam tandē huic lasciuæ calūniæ finis fiat: Vero ne an falso Augustinū aīo complectat: ipse nouit: Etenim ubi nec fallere uult quicquid nec falli potest. Vnde de uia uitæ

B

C

Augustinū ex  
libris Platōis:  
& Ciceronis  
Hortensio ad  
christianā reli  
gionem mīta  
transtulisse

D

meæ erroressq; cernentem misereri arbitror: præsertim si adolescentiæ suæ meminit: quam uagam & aberrantem miserat<sup>9</sup> opotens retraxit ad rectum iter: & nunc pro arenosis Africae lit-  
toribus: ubi aliquodiu noxie delectatus uergebat ad mortem: aternæ frondentis Hierusalem sine fine municipem esse dedit. Inde mihi fauet: inde me diligit: quid enim dubitem: cum au-  
diam in eo libro quem de uera religione conscripsit: eum spe firmissima dicentem: Quisq; angelorum deum diligit: certus sum qd me diligit: Si enim ille contemplatione cõis dei angelicum amorẽ sibi promittere non metuit cum sit homo: audebo & ego qui homo sum amo-  
rem humanum animæ illius sacratissimæ quæ nunc cœlo fruitur: sperare. Sed enim nouis hic salibus aspergor. Ais enim mihi physica etiam nunc & poetica ruminanti Augustini dicta quasi quædam somnia uideri. Melius dixisses: Illa relegenti: totam mihi uitam meam nihil uideri aliud qm leue somnium fugacissimumq; phantasma. Itaq; lectione illa excitor interdum: uelut e somno grauissimò: sed urgente mortalitatis sarcina: palpebræ rursus coe-  
unt & iterum expergiscor: & iterum & iterum obdormio. Voluntates meæ fluctuant & desideria discordant: & discordando me lacerant. Sic aduersus interiorem hominem exterior pugnatur: nunc de extra ingeminās ictus: nunc ille sinistra: nec mora: nec requies: & si pater aternus uoce prælia dirimēs fufum Daretæ de manibus Hentelli ardentis eripiat: uincet exterior.  
or. Quid multa? Adhuc de fine sum incertus uiuorq; in spe ad uictorem mortis exclamās: Eripe me his inuicte malis: Da dextram misero & tecum me tolle per undas: Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam. Sed nihil iocis lentius: nihil flexibilius: quocunq; traxeris sequuntur. Quid ergo ais: finisse me mihi speciosum laureæ nomen: ut esset & de qua ego loquerer: & propter quã de me multi loquerentur: rem autem ueram in animo meo lauram nihil esse: nisi illam poeticam ad quam aspirare me lōgum & indefessum studium testatur: de hac autem spirante laurea: cuius forma captus uideor: manu facta esse omnia ficta carmina: simulata suspiria. In hoc uno uere ut iocareris: simulatio esset: utinã: & nõ furor: sed crede mihi: nemo sine magno labore diu simulat: labore autem gratis: ut insanus uidearis: insania summa est. Adde qd ægritudinem gestibus imitari bene ualẽtes possum<sup>9</sup>: uerum pallorem simulare non possumus. Tibi pallor: tibi labor meus notus est. Itaq; magis uereor: ne tu illa festiuitate Socratica quam Ironiam uocant: quo in genere: nec Socrati quidem cedis morbo meo insultes. Sed expecta: ulcus hoc cum tempore maturescet: uerumq; fiet in me Ciceronianum illud: Dies uulnerat: dies medetur. Atq; aduersus hanc simulatam (ut tu uocas) lauream: simulatus ille mihi etiam Augustinus forte profuerit: multa enim & grauiâ legendo: multumq; meditando: Anteqm senescam senex ero. Quis autẽ erit factiarum modus? Vbi desines? Quid ais? Temptatum te quoq; fictionibus meis ac prope delusum: immo uero delusum aliquandiu expectasse me Romæ: simulantem ingens ueniendi: teq; reuidẽdi desiderium: tandem (qd spectatores callidi in circulatorum præstygis solent) aperienti tibi oculos & in artes meas profundius intendenti: omnem ingenij mei scenã patuisse: Deus bone quid hoc est? Calumniando tu quidem facies ut magus sim. Iam Zoroastres uideri mihi incipio repertor magiæ: siue unus suorũ. Esto sim Dardanus uel Damigeron uel Apollo uel ali<sup>9</sup> si quẽ ars ea notiorẽ fecit: par: ne præstygij est: præstygiorum uerbo facere? Sed iam satis superq; iocum traximus: Serio uelim mihi respondere. Cesset qmuis ardor faciem tuam uidendi: quem laboriosissime in quartum annum iam protraxi: dum cogito: ecce ille cras aderit: ecce tu postridie mouebis: excidat quidam curag non mediocris cumulus: quem cum nullo mortalium nisi tecũ æquo animo partirer. Qui escat affectus cernendi præclarissimum patrem tuum: magnanimos fratres: honestissimas forores: exoptatos amicorum uultus: quãti demũ extimaturum reris: mœnia urbis & colles: & (ut ait Virgilius) Tuscũ Tyberim & Romana palacia cernere? Credi nõ posset: quãtum urbem illã (desertam qmuis) & ueteris effigiem Romæ spectare cupiam: quã nunq; uidi ubi segnitiam meam (si tamen segnitias & non necessitas fuit) incuso. Exultare mihi uidetur Seneca ad Lucilium scribẽs: ex ipsa uilla Scipionis Africani: nec modicum ducit: uiddisse locum ubi ille uir tantus exulauerat: ubi negata patriæ ossa reliquerat: Qd si cõtingit Hispano homini: quid me hominẽ Italicum sentire putas? Non de uilla Literni: aut de Scipionis sepulchro: sed de urbe Roma: ubi Scipio natus est: ubi educatus: ubi uictor idem & reus pari gloria triumphauit: ubi nõ unus ille: sed innumerabiles uixerunt uiri: quos nunq; fama tacitura est. De ciuitate in quã illa: cui nulla similis fuit: nulla futura ẽ: quã ciuitas regum etiã ab hoste dicta est. De cuius populo scriptũ legim<sup>9</sup>: Magna est fortuna populi Ro-

E

De laurea sua  
qd sentiat Pe-  
trarcha

F

Zoroastres  
magiæ reptor

G

Laudes romæ

H  
Esaia. lx.

mani: magnum & terribile nomen: cuius sine exemplo magnitudinem atq; incomparabile monarchiam: futuram presentemq; diuini cecinerunt uates. Neq; ego nunc Romanas pro se quor laudes: maior res est q; ut possit a transcurrēte tractari: sed hæc cursim attigi: ut intel ligeres non paruipendere me Reginae urbis aspectum de qua infinita perlegi: & ipse multa iam scripsi: plura forte scripturus: nisi primordia mea præcipitata dies mortis abruptat. Finge me his nequa q; tangi: q; dulce tamen est christiano animo urbem cernere: cæli instar in terris: sacrosanctis martyrum neruis atq; ossibus cōsertam: & ueri testium preciosa cæde respersam: Videre uerendam populis saluatoris imaginem: & in saxo durissimo: æternum gentib; adoranda uestigia: Vbi ad litteram luce clarius impletum cernitur illud Esaia: Et uenient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te: & adorabunt uestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi. Circūire sanctor; tumulos: uagari per apostolorum atria melioribus iam curis comitantib; & inquieta sollicitudine uitæ presentis in littore Massiliae destituta. Quæ cum ita sint: quid me segnem uocas: cum scias qd iter meum ex alieno pendet arbitrio: Ego meisum tibi dederam: parum quidem sed perpetuum munus: Tu me alteri parere uoluisti: si alter proprie dicitur talis & tam unanimes germanus: nihil hic mihi conscius sum: si culpa est uel tibi parce uel fratri. In extrema litterarum parte ueritus forte ne lepidissimis iocis tuis offenderer (Solet enim leonis quantumlibet blanda contrectatio animantia parua proterere) suaue olentis unguenti drachmā adhibes: ubi pupugisse uidebare: dum me ad te amandum: immo uero ad tibi reddendas amoris uices prædulciter cohortaris. Quid dicam? Multa loqui nō magis dolore q; gaudio præpedimur: hoc unū me tacentem non ignoras: usq; adeo saxeus nō sum: ut ad tam debitum amorem sit mihi necessarius hortator: atq; utinam in amando non magis freno q; calcaribus egerem: Tranquillior iuuenta sequeretur: hoc saltem oro ne finxisse me singas. Vale.

Dolor & gaudiū  
impediūt  
multa loquuo  
lentem

Francisci Petrarchæ ad Agapitū Colūnæ: mortale genus sp in peius ruere: ac posthabitis melioribus deteriora curare studiosi; detestatis: Epistola XXI.

A

**N**on miror in te quod in omnibus stupeo: in me autem queror & lugeo: publicū malum est. Quæ negligi sine periculo poterant certatim quarim;: quod apprime curandum erat publice negligitur. Q; fertilis ager: q; dom; composita: q; obsequiosus seruus: q; sollicitus procurator: q; splendida uestis: q; nitidus equus: q; pulchra uxor: q; nostri corporis ornata superficies: omnes curamus: q; pulcher & ornatus animus: curat nemo: nec se curaturum spondet aut sperat: sed quod primum esse debuerat: differimus ad extrema. O ciues ciues quærenda pecunia primum. Virtus post nummos. Sic est hodie: sic erat Flacci sæculo: sic erit temporibus pronepotum (nisi forte meliora de posteris auguramur) Utinam id quidem sperare possemus. Sed (ut res eunt: indices peiora consilio: q; uis iam peiora uix possum nedum timere sed fingere) certe sic uiuitur: eoq; criminum ac furor; uentum est: ut procedi ulterius sine publico præcipitio non possit. Nunc nūc impletum est quod ante tempus dixerat Satyric;: Omne in præcipiti uitium stetit: Enitemur tamē pro uiribus ut semper aliquid accedat insaniam: Nec nunq; a maioribus traditæ licentiæ finibus contenti erimus: nunq; cōmittemus: ut mentitus uideatur Horatius: ubi ait: Aetas parentum peior auis tulit nos nequiores: mox duros progeniem uitiosiorē. Et (ut in tempus aliud grauiorem hanc querimoniam differamus) insistentes cœpto: semper uerissimum faciemus: quod Marco Varroni uiro longe doctissimo uisum est: quoniam si duodecimam curæ partem quam impendimus ut pistor bonum nobis panem faciat: impendissemus in nobis: ipsi iam pridem boni essemus (ut de anulis: de calceis: de calamistris sileam) Sic est proculdubio: sic erit: semper curabuntur superuacua: semper necessaria negligentur. In litteris tamen tuis clarissime uir: unum de te bone spei pignus habeo: uideris mihi uim pati: & (qui proximus ad salutem gradus est) statū tuæ mentis agnoscere: uideris mihi indignatione magnifica: cum primū se facultas obtulerit ex his compedibus euasurus. Vale.

B

Francisci Petrarchæ ad Agapitum Columnæ: eundem ut ad Cœnam poeticā ueniat inuitantis: Epistola XXII.

A

**A**d cœnam expectatus uenies: memorq; non hic cupidinariū forum esse: Poeticum tibi conuiuium præsto est. Idq; non Iuuenalis aut Flacci: sed quale a Virgilio pastorale describitur: Mitia poma: castanæ molles: & præssi copia lactis. Cætera duriora: inelaboratum ac rigidum panem: fortuitum leporē aut pegrinā gruem: idq; perraro:

& callum fortassis apri rancidioris inuenies. Quid multa? Neq; locor; nec uictus asperitas ignota est tibi. Itaq; non pedibus tantu;: sed ut facete Plautinus parasitus ait: calcateis dentibus ut uenias: admoneo. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Ioannē Columnæ: montē Capræ & montēq; Soracte & oppida nonnulla circumstantia describentis: Eplā XXIII.

**P** Eroportunū curis meis locū: si nō alio properat anim⁹: nactus sum in regione Romana. Capræ: mons dictus est olim credo q̄ syluestribus uirgultis obfessus: capris q̄ hominibus frequentior haberetur. Paulatim cognitus loci situs & spectata fertilitas: habitatores aliquot sponte contraxit a quibus arx eminenti satis tumulo fundata & domor; quantum collis angustus patitur: adhuc uetus caprarum uocabulum non amisit: Locus ignobilis fama: nobilioribus cingitur locis. Est hinc Soracte mons syluestro clarus incola: sed & ante siluestrum poetar; carminib⁹ illustris: Hinc Cymini cum mōte lacus: quor; meminit Virgilius: Hinc Sutrium quod nō nisi duobus passuū milibus abest: sedes Cereri gratissima & uet⁹ (ut perhibent) Saturni Colonia. Campus ostenditur non longe a muris: ubi primum in Italia frumentū semen ab aduena rege iactum dicunt primā messē falce defecit: quo beneficio miraculoq; delinitis animis: in partem regni uiuēs in opinionem diuinitatis uita functus: fauore hominū acceptus senex rex & falcifer deus est. Aer hic (quantū breue tempus ostendit) saluberrimus: hinc illinc colles innumeri: altitudine nec accessu difficili & expedita prospectui. Inter quos & umbrosa lateæ conuexa & opaca circum antra subsidunt. Vndiq; submouendis solibus frondosum nemus erigitur: nisi q̄ ad Aquilonem collis humilior apricum apit sinū: mellificis apibus floream stationē. Fontes aquar; dulcium imis uallibus obstrepunt: Cerui: Damæ: Capreoli: & feri nemor; greges apertis uagantur collibus: Omne uolucrum genus uel undis uel ramis imurmurat: nā boum & omnīs mansueti pecoris armenta: & humani laboris fructus: Bacchi dulcedinem & Cereris ubertatē: Ad hæc & illa naturæ dona: uicinos lac⁹ ac flumina: & nō longinquū mare prætereo. Pax una quonā gentis criminis: quib⁹ cœli legibus: quo fato: seu qua syderum ui: ab his terris exulet ignoro. Quid enim putas: Pastor armatus syluis inuigilat: non tam lupos metuens q̄ raptores. Loricatus arator hastā ad usum rustici pugionis inuertēs: recusantis bouis terga sollicitat. Auceps retia clypeo tegit: & piscator hamis fallacibus hærentem escam rigido mucrone suspendit (q̄ q̄ ridiculū dixeris) aquam e puteo petiturus: rubiginosam galeā sordido fune cōnectit: Deniq; nihil sine armis hic agit. Quis ille p̄nox ululatus uigilum in mœnibus: quæ uoces ad arma conclamantiū: Quæ mihi in sonorum locum: quos blandis & fidibus exprimere consueuerā: successere. Nihil incolis hæc regionū inter se: aut tutum uideas: aut pacatū audias: aut humanū sentias: sed bellū & odia & operibus dæmonū cuncta simillima. His in locis pater in clyte: inter uolentem ac nolentem duobus iam sextumdecim diem ago: & quantū potest in rebus omnibus consuetudo fragore militum: & stridore lituum ceteris in arcem concurrentibus: me sape per hos colles uagū uideas atq; aliquid quod posteritatem mihi conciliet assidue meditantem: Omnes me cū admiratione respiciunt: ociosum: intrepidum & inermem. Contra ego omnes admiror pavidos: sollicitos & armatos. Hæc est humanar; uarietas actionum. Quod si forsan interroger: an hinc migrare malim: non facile dixerim: & ire iuuat & manere delectat. Ad primum pronior sum: nō q̄ hic molesti quicq; patiar: sed Romam uisurus domo moueram: Est aut scdm naturam: ut usq; in finem uotoq; animus non quiescat: ex quo maxime colorē mihi uidetur habuisse opinio illa quæ beatifica uisione dei in qua consummata fœlicitas hominis consistit: defunctorū animas tam diu carituras astruebat donec corpora resumpsissent: quod naturaliter non optare non possunt: q̄ uis illa sententia multor; saniori iudicio uicta: & cū auctore suo: da ueniam quæso: qui ualde eum sed nō errores eius dilexisti: sepulta iam pridem sit. Vale.

**A**  
Capræ mōs  
**Soracte mōs.**  
Sutriū hetru/riæ ciuitas Sa/turni colonia.

**B**

**C**

Animū nūq̄ nisi optato si/ ne adepto q̄sere

Francisci Petrarchæ Ioanni Columnæ: Causas moræ apud Capræ montem recensentis: Eplā XXIII.

**I** hoc ecce Caprarum (immo uero) leonum ac tigrīdum mōte quolibet agno minor ursus iste tu⁹ habitat: Anguillaræ comes: amator pacis: sine bellorum metu: Inter bella securus non sine pacis desiderio: hospitalitate secundus memini: consilio uigens: blande sæuerus & rigide benignus in suos: pieridum familiarissimus: & excellentium ingeniorum mirator elegantissimus ac laudator: & secum non aduersum:

**A**

ut ille: sed conueniens moribus suis nomen sortita Agnes coniunx eius præclarissima soror tua: de qua (ut de Carthagine Salustius ait) silere melius puto quàm parè dicere. Sunt enim quædam quæ nullo melius modo quàm stupore & silentio laudantur: horum ex genere soror tua est: Hoc cõcor & mite par cõiugium: ceu rosas aut lilia totidem notaui inter spineta ac tribulos odiorum: horum suauitate ut cunquàm reliquorum temperatur aspitans. Accessit diuini & singularis uir Iacobus de Columna: Lomberienfis Episcopus: germanus tuus: ad quem cum aduentus mei nunciu præmissem per litteras quid me agere uellet interrogans: quoniã obfidentibus omnes aditus domus tuæ hostibus: nõ tuto uidebar Romam petiturus. Rescriptus ille congratulatus aduentui: & expectare iubens: paucisquè post diebus ad septimũ Kalendas Februarij affuit cum Stephano fratre primogenito: cuius etiam uirtus eximia (magna quidem materia uatum) est: nequè amplius quàm centum armatis equitibus stipatus uterquè nõ sine spectantium horrore transierat: cum quingetos & eo amplius sub hostium signis esse constaret: sed ea (quæ sæpe bellum conficit) fama ducum iter strauerat. Cum his ego nunc generosis spiritibus habito tanta dulcedine: ut sæpe alibi quàm in terris esse uidear: nec iam Romam magnopere requiram: Ibimus tamen: quibus denuo dicantur aduersarij reditu in urbem accuratius obstruxisse. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Ioannẽ Columnæ: ptestantis se impræsentia nihil scribere posse: eo quod magnitudine ruinarum urbis ita obruat ut quid animus ferat ignoret: Epistola XXV.

**A** **R**urbe Roma quid expectet qui tam multa de montibus acceperit: Putabas me grande aliquid scripturæ cum Romam puenissem. Ingens mihi forsitan in posteru scribendi materia oblata est: Impræsens nihil est quod inchoare ausim miraculo rerum tantarum & stuporis mole obrutus. Vnu hoc tacitum noluerim: contra ac tu suspicabar accidit. Solebas enim (memini) me a ueniendo dehortari: hoc maxime prætextu ne ruinosæ urbis aspectu famæ non respondente atquè opinioni meæ ex libris cõceptæ ardor meus ille lentesceret. Ego quoquè (quibus desiderio flagrarem) nõ inuitus differebã: metuens ne quod ipse mihi animo finxeram: extenuarent oculi & magnis semper noibus inimica præsentia. Illa uero (mix dictu) nihil iminuit: sed auxit oia. Vere maior fuit Roma: maioresquè sunt reliquæ quàm rebar. Jam nõ orbem ab hac urbe domitu: sed tam sero domitu miror.

Francisci Petrarchæ ad Ioannẽ Columnæ: Ioannã & Agnetẽ sorores collaudantis: easquè mulieribusquè quæ Romæ atquè apud exterarum nationes uirtute claruerint comparantis: Epistola XXVI.

**A** **S**unt qui Romanorum ueteres matronas: singulas singulis laudibus attollãt: Et Lucretiæ quidem pudicitiam ascribunt: Martiæ grauitatẽ: piũ impetu Veturiæ: coniuugalis amoris ardore Portiæ: Claudiæ hilaritatẽ sobriã: Iuliæ facetias & eloquentiam muliebrem: urbanitatẽ Cecilie. Liuiæ maiestatem: Corneliæ: alteri generosum robur animi: alteri morum uerborumquè dulcedinem. Sunt & qui pegrinas suis laudibus psequantur: honestatẽ in Penelope: in Artemisia amorem immortalẽ: In Ipsicratea tolerantiam: In Thamyri fortitudinem: consiliu in Thetide: modestiam in Argia: pietatẽ in Antigone: in Didone constantiam admirantes. Vellẽ ut duo laudatores ueterum: sorores tuas Ioannã & Agnetẽ cernerent: haberent pfecto in una domo amplissimã laudandi materiã: nequè foemineis titulis cõquirendis: per oes terras & per tam multa sæcula uagarẽtur. Quicquid usquè sparsim quaris: apud has simul inuenitur. Tu uiue: non uirtute tantum propria: sed magni genitoris gloria: fratrumquè concordia: & talium sororum pietate foelicissimus. Vale.

Eiusdem Francisci Petrarchæ Liber tertius Epistolarum de Rebus familiaribus incipit.

Francisci Petrarchæ ad Thomã Messanen. ad dubitationẽ de Tile insula habitam rescribens: uariasquè de ea insula opiniones narratis: Epistola XXVII.

**A** **P**erambulanti ueterum cõfinia: accessu quidem aspera: sed amœna cum pueneris: creber scrupulus ingenij pede calcandus est: Hoc sane quem tu tibi nup iniectum scribis: ego iam pridem præmor: quæroquè itidẽ: qua nã mundi parte Tile sit insula: quæro: Sed (ut uerè fatear) nec certo indice: nec ad rem ducibus coniecturis: aut ipsam aut ulla inueniendi spem inuenio: & hæc tibi quidem ex ipsis Britannici oceanus littoribus pproinquior (ut fama est) ipsi quam uestigamus insulæ

Tile insula

B

C

D

Plini<sup>9</sup> secūduſ

Seruius

D

scribo: Profecto unde uel antiquo litterarū studio uel noua ac sollicita locorū indagine: certius aliquid scribere posse debuerā: Vltimā quippe terrarū esse nō ambigū. Hoc Virgilius canit: hoc Seneca: hoc secutus utrūq; Boetius: hoc omnis deniq; scriptorū cohors: Illud q; satis iter multos cōuenit: In occiduo tractu sitam q̄slōgissime ab ortu solis & a meridie recessisse. Ceterū nobis in occidente positus stimulos addidit ipsa uicinitas: si ad orientem sita esset: forte nō magis Tilem q̄ Thoprobane curaturis. Cū uero Britannā & Hybernē cunctasq; Orchadas in occidēali oceano: ad aquilonē: Inq; eodem: fortunatas insulas: ad austrū: partim usu: partim assiduo cōmeantiū testimonio nō aliter pene q̄ ipsā Italiā aut Gallias nosceremus circūspicere: mirariq; coepimus aliquātoq; scrupulosius ingreere sicubi uindis emergeret: celebrata hęc omnīū litteris insula: quā in nostro oceano & antiquorū locauit auctoritas: & nunc etiā orientaliū populorū ac totius orbis cōfirmat opinio. Quid multa: Euenit huic qd̄ sępe claris uiris accidit: ut ubiq; sint q̄ ī patria notiores: percontare occidentis accolis indocti ipsū insulę nomen ignorant: litteris utiq; clarę nomen insulę est. Insula uero non minus ignota q̄ uulgo. Mihi quidem de hac re cum Ricardo quondā Anglorum regis cancellario sermo non ociosus fuit: Viro ardentis ingenij nec litterarū inscio: & qui ut in Britānia genitus atq; educatus: abditarūq; reꝝ ab a dolescentia supra fidē curiosus: talibus pręsertim quęstiunculis enodādis aptissimus uideret. Ille autē seu quia sic speraret: seu quia puderet ignorantīā fateri ( qui mos hodie multorum est qui non intelligunt quanta modestiā laus sit homini nato nec nosse oīa ualenti: profiteri ingenuę se nescire qd̄ nesciat) seu forte ( qd̄ non suspicor ) quia huius mihi arcani noticiam inuideret: Respondit certe se dubietati meę satisfacturū: sed nō prius q̄ ad libros suos: quorū nemo copiosior fuit: in patriam reuertisset (Erat em̄ dum in amicitiam eius incidi tractandis dñi sui negocijs apud sedem apostolicā peregrinus: ea scilicet tempestate qua inter pręfatū dñm suū & Frācorum regem prima diuturni belli semina pullulabant: quę cruentā messē postea protulere: necdū repositę falces aut clausa sūt horrea ) sed dū promissor ille meus abijisset: siue nihil inueniens siue nouiter iniūcti pontificalis officij graui munere distractus: q̄uis sępe litteris interpellatus: expectationi meę non aliter q̄ obstinato silentio satisfecit: Ita mihi Tile amicitia Britannica nihil notior facta est. Post annos uero uenit in manus meas libell<sup>9</sup> de mirabilibus Hybernę a Giraldo quodam aulico Heinrici secundi regis Anglorū: licet tenui rerum stilo: non rudi tamen uerborū arte contextus: quem ne totū bibliothecę nostrę foribus excluderem: breuis quędā ipsius particula promeruit: ubi de hac eadem insula nostrę similis & operosa dubitatio inserta erat. Itaq; similitudo una ingenij mihi totius opis cōmendauit auctorem. Aliquot ibi scriptorū sententias attingit: q̄ insulę oceani quę circa Britanniam: quę ue inter Arcton & occasum sunt: extrema sit Tile: Vbi æstiuo nulla nox: brumali cōtra solstitio nulla dies: Ultra quā pigrum atq; cōcretū iaceat mare. Ad hęc Solinus & Isidorū testes citat: ignota nihilominus insulā occidenti: nullamq; huius uel naturę uel noīs illic esse confirmat. Ideoq; coniecturam sequens: aut famosam sed fabulosam insulam existimat: aut infinito ab alijs spacio secretā: nusq; alibi q̄ in intimis borealis oceani secessibus requirendam: Cuius sententię astipulatorē facit Orosium: Poterat & Claudianū ubi Hyperboreo dānatā sydere Tilem ait. Hoc tamē omisso rem agit & ad hęc fere modum ille disputat: Tu testes quos inducit examina: q̄ sibi cōstent: & quāta sit dictis fides intelliges: Ego em̄ nunc a libris oibus q̄ longissime absum: Et id unū in hac pegrinatione molestissimū expior: Domo egressus: nullū latinę linguę murmur audio: domum regressus: comites libros cū quibus loqui sum solitus nō habeo: omne mihi colloquiū cū memoria mea est. Hęc igit̄ ex tēpore & memoria scribo: ita ut de quibus illā hęsitantē uideo: silētio potius q̄ calamo cōmittēda crediderim. Multa sane nō aliter q̄ si sub oculis libri essent meminī: quę frequēs horū cogitatio mihi altius atq; tenacius impręssit. Pliniū ille secūndum forte nō legerat: quo nemo certius rem expręssit: quā uere definire nō ausim: cum illud semp̄ occurrat: quid ita oibus habeat̄ incognita insula tam uicina: tam celebris: Sed dicā qd̄ ipse Plinius secūduſ secūdo naturalis historię libro senserit: Tile esse insulā sex dierum nauigatione: in septentrionē a Britannia distantē: ubi semestrem æstiuū diem ac paris spacij brumalē noctē esse cōiectat: & uiolento quantū sibi uideat̄ rationis argumētō: Et pręterea nescio quo Phocensi Pythia Massiliensi teste utit̄. Quę si uera sunt: quantulum hinc abest Tile ipsa quā quęrimus: cuius apud Indos (ut auguror) fama ingens: apud nos noticia nulla est. Seruius quidē & si grāmaticus melior q̄ uel cosmographus uel poeta: sequēs

tamē priorū uestigia: sup illum Virgilij locum: Tibi seruiat ultima Tile: sic ait: Tile insula est oceani inter septentrionalē & occidentalē plagā ultra Britannia: Hibernia: Orchadas. Vides ut unū fere signū oēs aspiciat: ut iter septētrionē & occasum ac nō pcul a Britānia uario sermone cōueniant: ubi si corpe cōuenissent: re cogēte: mutassent forte sententiā. Duo longius abscedūt a ceterorū dictis: sed an ad ue: propius accedāt: an ppter distantia: nō ita manu (ut aiunt) mendaciū prendi possit: incertū est. Horū alter Orosius est: cuius supra mētio est habita. Alter uero Pōponius Mela: nobilis cosmographus: quē Plini⁹ in multis sequi solitus hic neglexisse uisus est. Is enī toto anno unū solis ortū uerno: unūq̄ autūnali æquinoctio occasum: atq̄ ita una die dumtaxat: unaq̄ nocte distinctū anni spacium Hyperboreis populis assignat: prim⁹ in littore Asiatico sup Aquilonē Rhiphæosq̄ montes habitantib⁹: omniū (si quid sibi credimus) mortaliū innocētissimis foelicissimisq̄. Tilem autē inter oceani insulas: Belgarū littoribus oppositā testat: noctes ibi breues hyeme quidē fuscas: æstate lucidas: solstitio nullas. Adest tanta discordia: ut mihi quidē nihilo uideatur occultior insula ipsa q̄ ueritas. Sed bene habet: quia qd̄ laboriose quarimus: impune nescimus. Lateat ad Aquilonē Tile: lateat ad Austrū Nili caput: modo non lateat in medio consistens uirtus: & huius uitæ breuis semita: per quā magna ps hoīm palpitando titubandoq̄ pficiscitur: ad incertum finē ambiguo calle festinās. Ne ergo nimis magnā operā impēdamus in inquisitione loci: quem forsan inuentū cupide inquerem⁹: claudēda iam ep̄la: & tēpus curis melioribus impendendū est. Hæc sunt quæ de hoc ambiguo tibi nūc ex ipsa (ut ita dixerim) inquisitionis area excutere potui: Reliqua a doctiorib⁹ exige. Mihi quidē si hæc nelatibula rimari & abdita nosse negatū fuerit: meipsum nosse sufficet. Hic oculos aperiā: hic figā intuitum: orabo eū qui me fecit: ut se mihi meq̄ sis ostendat: & (qd̄ uotū sapientis est) notū mihi faciat finem meum. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Thomā Messanē. superuacū esse curas hominum in longum protendi in atate breuissima affirmantis: Ep̄la. XXVIII.

**A** **Q**uid ad litteras tuas dicā: Vereor ne humanorū torrens rapidissimus error: amicū nostrum fundo aluei rotatum cū uniuerso rapiat. Senescit (ut uides) inter ludos atq̄ præstigia fortunæ: multa sibi promittēs: quæ (mihi crede) nunq̄ ueniēt. Vna tamen exultatio est: Oēs idem fere morbus habet: quē inuenies qui nō spe craftinæ quietis hodie laboretr: Hæc foelicitas: hæc mortaliū uita est: mirus furor: nec minor ideo quia publicus: hiare in uentos & certis bonis abiectis incerta sectari. Ignorāt hoies: quantū lucri sit spes inanes & fallaces p̄dere: Nulla grauior sarcina: nulla tamē tristius deponit: Vsq̄ adeo malis etiam pprijs delectamur: Laborat ille quidē & suspirat & anhelat supuacue: & contra Flacci sententiā: Terras alio calentes sole permutans breui fortis iaculatur æuo multa. Non accuso in alijs qd̄ i nobis excuso: Tulit & nos multa uidendi ardor per terras ac maria: & nunc maxime ad extrema terrarū ea me uoluptas traxit: pellente hinc tædio re: momentumq̄ odio quo rursum dura necessitas retraxit: nudius tertius applicui: & cū multa inde tibi scripserim: reuersus puluerulentū calamū tuo primū noie deterisi: Amicus autē noster: nō ut doctior redeat nullū mundi littus inaccessibleē finit: & omni uento caducæ frōdis more circumuoluit: Suspiriorū eius nullus (ut auguror) finis erit nisi qui uitæ. Hoc sibi uerbis meis dicito: Raro quidē præmeditata succedūt: sed finge succedāt: crescit cū foelicitate miseria. Id haud difficile psuaderi possit ex p̄to: nisi cōsuetudo pessima aures salutarib⁹ uocib⁹ obstrueret. Sed ipse de se uiderit: tu p̄o cceptū tene: & ne turba delyrantū aim a p̄posito cōuellat caue. Senecæ: imo uero ipsius naturæ uerbū est. Nec multo opus est nec diu. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Stephanū Colūnæ Iuniorē: uti uictoria nescienti frustra esse q̄ uicerit narrantis: exemploq̄ Hannibalis: Pompeij: Cyri: Alexandri: Agamēnonis ac Scipionis Africani comprobantis: Ep̄la. XXIX.

**A** **P**otuisi uir fortissime uincere: Scito sapientissime uir uti uictoria ne quis unq̄ nostrum tibi possit obijcere: qd̄ Cānensi quondā die Maharbal Hānibali: q̄ si consilio obsecuro recto calle ab acie Romā sanguie nostro rorātia signa uertisset: quānā sit historicorū opinio nō ignoras. Sed illi⁹ imprijs ausib⁹ obstitit Italia fauēs de⁹: Idem pios adiuuās conat⁹: acie tuā comitabit: uestigia diriget: se duce uictoria signa nō deseret. Ille tibi nūc p̄petuā uictoriā: ultimūq̄ tuorū hostiū exterminū pollicet: qui de tot olim barbaricis legionibus piā paucitatē Theodosij principis saluā fecit. Et tu p̄fecto iustissimā causam

foues: & qui illius tunc iusticiæ fuit: tuæ nunc testis est Christus: deuotissime tibi diebus ac noctibus inuocãdus: ut pagat qđ incepit: nõ equidẽ pcul ille: sed tecũ est & tecũ erat (mihi crede) dũ uinceret: Alioquin quonã mō cũ paucis tm̄ sudiffes exercitũ: atq; unus duos sup̄bissimos hostes incautusq; idẽ ac ppe semiermis p̄meditatos illos & instructos inopinã marte tã celeriter opprãssiffes: Aderat. p̄culdubio cœleste p̄sidiũ: aderitq; quotiẽs nõ mutata iusticia ptis tuæ: pie reuerẽterq; postulabit. I tãto securũ duce: & de casorũ sanguine renascentẽ p̄uẽ: ecclesiã: spolijs oneratũ p̄dã uerius scito eẽ qđ p̄aliũ: Prior nẽpe uictoria ut gloriosa sic iops fuit: hæc tã opulẽta qđ facilis: Vade igit̄ ad certã uictoriã: potiũ iam ad ambigũ certamẽ: & uade nõ tã pprijs uiribus qđ diuino sisus auxiliõ. Ipsa p te etiam elemẽta pugnabũt quæ p Theodosio pugnauerunt (qđ qđ ait Claudianũ) Tibi mittet ab astris Aeolus armatas hyemes: tibi militat æther: & cõiurati ueniẽt ad classica uenti. Nã & tu qđ cũ crucis hostibus: licet christi nomẽ usurpãtibus: bellũ geris: qđ sic eẽ nouũ? Eugenius ex agno lupus: tyrãnus ex clerico: opprãssã ac nudatã p Italiã testantẽ ecclesiã: Te non tuarũ magis qđ suarũ iudicem offensa: popscit lasa diuinitas. Noli geminã deesse uindictã: neq; in his quæ gesta sunt spem usq; adeo posueris: ut quæ sint gerenda nõ uideas. Aliquid est actũ: imo multũ: imo plurimũ: imo nihil cũ principio finis desit. Ne quãso cum uictoria uti possis frui malis: qua in re nostro quidẽ optimo sed pessimo factõ suo errasse tantus ille militia magister arguit. Quis autũ unũ illud oĩbus belloꝝ ducibus qui sunt: quicq; erũt omnibus sæculis abũdã cautionis ac documẽti p̄stare debeat: ne tamẽ in tam magno negocio unius exempli cõmemoratione mouearis: & nostra & pegrina subñciã. Magnus Põpe ius ad Dyrhachiũ uictor Iulij. Casarẽ prope captũ dũ retinere possẽt: abire pmisit: siue igit̄ norantia rei bellicæ in duce p̄batissimo: siue fortuna familiari suo in extremis necessitatib; opẽ ferens: siue (quæ uulgatior fama est) mira prorsus atq; utinã foelix humanitas illa fuit: ex qua mox in Thessalia calamitas publica: & in Aegypto ducis ipsi; mors miserabilis cõsecuta est: & in Africa Catonis simul ac libertatis interitus: & in Hispania tristis reliquiarũ strages: & Romæ spoliatũ arariũ: opprãssã leges: atq; ibidem succinẽtus ferro abdito senatus: & uictor i Capitolio: qđ quattuor triũphis ornauerat interfect; . Hinc Perussj ac Mutinã grauis obsidio: & crudelissima Parmensiũ clades: cuius in Philippicis Cicero meminit: & Pharsalia nostro sanguine rursus infecta: & sub Leucadio atq; Aetneo uerticib; illa ingentia bella naualia. Postremo inde usq; in sæculũ nostr; tãtoꝝ series malorũ: ut & ipossi bilis enũeratio sit & amara memoria: nec dũ miseria; finis ullus appareat. Quid de Cyro rege Persarũ loqr̄: qui (ut pprie dicã) uictor in p̄lio in uictoria uictus fuit: Quid de Alexandro Macedone: qui bello incolumis: in cõuiuio perijt: Agamẽnon famosũ illud ac sup̄bum Ilion strauit. African; minor: noster (ut ita dixerim) policertes Carthaginẽ atq; Numantiã fundit; euertit. Vterq; in bello qđ post uictoriã tutior militia; foelicior qđ domi: qđ nõ min; morib; qđ locis: tpibusq; distantes sciẽs in hac breuis ep̄la pte cõiunxi: qđ ppe par fatũ atq; idẽ amborũ exitus uideret: uictores hostiũ: qđq; sua p̄domita ac subacta barbarie iter amplex; nefandissimarũ: cõiugũ periere. Nihil hæc (fateor) ad nostr; ppositũ. Itaq; rem oẽm ad unũ finẽ deduco: ut ostendã multa etiã uictorib; metuẽda. Nulq; igit̄ gesta; rerũ fiducia subsistendũ: procedendũq; longius assidue: ac more Casareo urgendũ impigre successum: instandũq; fauori numinis: credendũq; nihil actũ dũ agendũ aliqd sup̄sit: Alioqn multis bello suspectiorẽ fuisse uictoriã: & uerendũ ualde ne melius fuerit non cœpisse qđ cœptum medio pcurrẽtis facti calle desererẽ. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Stephanũ Colũnã Iuniorẽ: eundẽ de quibusdã litteris & carmine & soluta oratiõ ad eũ missis certiorẽ reddentis: Ep̄la XXX.

**D**E uniuerso rerũ tuarũ statu quid sentirem: breue quiddam tibi bellacissime uir materno pridẽ sermone cõscripseram: ut possẽt militibus etiam tuis innotescere: tecũ in partẽ laboris & gloria; p̄fecturis. Subinde autũ pariẽte noui aliqd sp̄ ingenio: eidem tibi carmẽ ex meo alienoq; cõtexui: ea lege: ut prim; me; secũdus alicui; p̄bati poetæ uersus esset: atq; ita ut legentẽ: nõ sententiã: mō artificiosa cõnexio: sed uerborũ qđ cõsonantia delectaret. Qua in re: ceu noui poematis (tenui licet inuẽtione) gloriabar: donec misso iã carmẽ deprehẽdi alios añ me hoc gen; attigisse: uer; qđ qđ Hebræ; sapiẽs dixit: Nihil nouũ sub sole: qđ qđ ait Comi; poeta: Nihil dictũ: qđ nõ sit dictũ pri;. Nouissime p̄ nunciũ Stephani senioris magnanimi patris tui: quo plures uirtuti stimulos incuterẽ scripsi oratiõ soluta & libera: quã si habes: nihil est qđ mutẽ: nihil qđ adñciã: qđ quis em̄ multa se offerat: tamen sapientẽ monuisse satis est. Vale.

Claudianus

B

Pompeius  
Iulius Casar

C

Cyrus  
Alexander

A

Nihil sub sole  
nouum

Francisci Pet. ad Stephanū Colūnæ Iuniorē: solitudinem nō oratione laudari posse: sed experientia probari: asserentis: Ep̄la XXXI.

**A** **P**ostulas tibi statū uitæ solitariæ: quem hac ætate secutus uideor (ut asseris) præter morē hoīm nostrorū breuibus uerbis exponi: Vtq; imitādi an irridēdi auidius: nescio: tu scis. Cæterū q̄ magnā rem inter angustias cogi ac breuiter dici uelis forsan ignoras. Sūt de hoc ipso disertorū hoīm libelli: nec tm̄ (quantū mihi uidetur) a quoq; sufficienter adhuc laudata res est: de qua sæpe mihi (fateor) scribere aliqd impetus fuit: & fecissem: nisi quia nondū aut ingenio aut stilo aut reꝝ noticia satis fido: Qd̄ ad te precesq; tuas attinet: Ego quidē: ut nunq; æquis auribus laudatorē uitæ huius audia: nisi qui primo dulcedinem eius aliqua ex pte gustauerit: cum innumerabilibus bonis hæc affluat: quæ nec audiendo nec legendo: deniq; nec aliter q̄ experiendo discunt: sic frustra quēq; doceri uelle rear nisi eadē experientia magistra. Quid em̄ refert quāto eloquio res agatur: aut nō intellecturis qui audiēt aut minime credituris? Tu itaq; si te solitudinem meæ admiratione & imitandi studiū trahit (ut prædicas) noli me curis alijs intentū fatigare: noli narrationē imparibus rebus exposcere. Sed si modo tu (q̄ ego quia ualde uereor sæpe repeto) pura mēte discendiq; nō tēptandi aīo interrogas: ueni & uide: qd̄ q̄ ipse tibi debere potes: alteri ne debeas. Desine tuarū aurium pruritū alieni sermonis unguibus scalpere: leuioribus fabellis idem cōsequi nō phiberis: idq; fiet honestius: q̄ si tractatū rei grādis extorqueas: ad nihil aliud aut annuētū pfuturū: aut petētū: q̄ ut legētis intētio culpari possit: & sint scribentis uerba cōtempui. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Stephanū Colūnæ Iuniorē: cū eodē de sūmo bono discēptantis: & quæ uere dici possit summa foelicitas exponētis: Ep̄la. XXXII.

**A** **Q**uid in quæstione pposita sentiendū putes: ipse uideris. Nec ætas: nec librorū lectio: nec reꝝ experientia defuerit. Apud me quidē reꝝ nō honestarū: uel sola consultatio turpis est si sententiā extorques: absit a me nō modo summū: sed (qm̄ & i hæc opinio Stoicū q̄ Peripateticorū: & in oībus Stoicorū multo q̄ Epicureus esse malim) ne aliqd quidē bonū in diuitiis aut in uoluptate reponere. Comoda sunt hæc & adminicula uitæ mortalis: Ita q; illud fortunæ: hoc corpis bonū uocāt. Bonū uero qd̄ quærim⁹ i aīo est: nec corpi seruiēs nec fortunæ. Cætera uocari bona fateor. sed nō esse contēdo. Ne ue me forsan errore lapsū putes inaduertēter hoc dicere: nō sum nescius qd̄ de hac re Aristoteles: quid Epicurus sentiat: sed philosophantiū auctoritas nō impedit iudicij libertatē. Mihi illa philosophorū diuinorū ueriorq; sententiā uidēt: Beatos eē nō posse qui bona diuidāt tripartito. Unū bonū est: unū qd̄ foelices faciat: Vestra quidē nimis diuina & emēdicata foelicitas est: ad quā nō modo forma corpis & p̄terior ualitudo: sed diuitiæ etiā admittunt seu potius exigunt: nimis fuz̄ insidijs exposita: nimis deniq; sollicita sp̄ ac trepida: quo nihil est a foelicitate remotius: Nā illa Epicuri in uoluptate cōsistens: nō solū nulla foelicitas: sed extrema miseria ē. Quid em̄ hoī miserius q̄ humanū bonū bono pecudis: hoc est rationē sensibus subtrauisse: Sed nōne ego parū sani capitis uidebor: qui inter tantas p̄tes sup̄ lite tā dubia iudex nō electus accesserim? Credat igit̄ quisq; qd̄ credidit: durū est em̄ ab inueteratis opinionibus auelli: Extāt de his philosophorū tractatus uarij: quorū uix noīa ep̄la clauderent angustijs: Extāt iteger Ciceronis liber: qui de fine bonorū & malorū inscribit: quē cū legeris nescio an quicq; uel auribus uel ingenio relicū sit qd̄ requirendū putēt. Sed qm̄ a me non quid uerū (id em̄ forte abditū est) sed qd̄ mihi uideret̄ postulasti: Breui rē oēm sine cōcludo: Noli iniq; cōsultorib⁹ aurē præbere: neq; famā neq; salutē tuā diligūt: id tm̄ consulūt qd̄ uel sibi eligerēt uel tibi gratū putant: Tu ꝑo nihil præter honestū cogitare: nihil in bonis numerare debes: At utile lucy est. Ita p̄sus si cū honestate cōiunctū sit. Alioqn̄ nil noueris eē posse damnosius. Vulgatū est: qd̄ de hoc ipso in officialibus libris Cicero idē disputet. Sed magna ps̄ legentiū reꝝ negligēs solis uerbis inhiat: & præcepta uitæ iudicio aurium q̄si totidē fabellas amplectit̄. Tu memēto illic nō linguæ sed animi negociū agi: hic est non rhetoricos sed philosophicos eē fermōes. Stet añ̄ oculos id qd̄ Athēis olim Atticis uotū fuit: & Themistoclis consiliū & Aristidis interpretatio: & iudiciū cōcionis: p̄inde q̄uis uulg⁹ irrideat: ac demū lege emolumentū nō asp̄nor si nihil p̄bri mixtū assert: si sec⁹ nō aliē aux̄ q̄ scopulū uitabo. Aux̄ em̄ ut ait Plaut⁹: multa multis sæpe suasit perperā: Deniq; (ut eodē cū auctore concludā) Non ego omnino lucrum omne esse utile homini existimo. Vale.

Frācis Petrarchæ ad T.M. regiū consultorē: mediocritatē oībus in rebus esse appetendam: & præcipue a regibus: consulentis: Ep̄la XXXIII.

**Q**uamuis nō sim nescius: quanto plus sub multorū q̄ sub unius imperio Romana res creuerit: multis tamē & magnis uiris uisum scio fœlicissimū reipublicæ statum esse sub uno eodemq̄ iusto principe. Ita pugnare simul auctoritas & experiētia uidentur: sed maior est quæstio q̄ ut tam breui sit explicanda litterula. Certe ut nostrarū rerū præsens status est: in hac animorū tam implacata discordia: nulla profus apud nos dubitatio relinquitur: monarchiam esse optimā relegendis reparandisq̄ uiribus Italis: quas longus bellorum ciuiliū sparsit furor. Hæc (ut ego noui fateorq̄) regiam manū nostris morbis necessariam: sic te illud credere non dubito: Nullū me regem malle q̄ hunc nostræ: cuius sub ditione uiuimus: adeo suauiter ac trāquille: ut nec Pyrrhi humanitatem: nec fortunam Alexandri: nec Zalenti iusticiam: nec (ut Romanis potius exemplis utar) Romuli ardorē: nec Numæ religionem: nec Tulli militiam: nec Anci magnificentiam: nec Tarquini habitum: nec Seruīj prouidentiam requiramus. Et profecto si regem a tyranno sola iusticia discernit: Iste rex uerus est: quēlibet tyrannū uocent: uerissimi omniū tyranni qui se patres patriæ dici uolunt: cum quib⁹ nullus Phalaris: nullus Agathocles: nullus Dionysius: nullus deniq̄ Gaius aut Nero omniūq̄ fœdissim⁹ Heliogabalus possit de impudicitia & feritate contendere. Sane quoniam prudentis est: non tam quid delectet q̄ quid expediat aduerte: Inq̄ hoc ipso non principia rerū: sed exitus cōtemplari: Tibi cuius ille consilijs agitur: optimo consilio: cuius de prudentia & fide dubitari nūq̄ sinis: tibi in quā amice cui anim⁹ meus notus est: hoc rusticum forte sed fidele consilium dedisse uelim: ut suadeas sibi fines suos satis patere: siue opes siue gloriam spectet. Cupiditati nihil est satis: Illa eum non fallat promissis ingentib⁹: Aurea mediocritas est in omni fortuna humana quidem fœlicitas: nullo sibi sine proposito progrediendi auida: & in infinitum tendēs: ut sollicitudinis plurimū: sic nihil solidi: nihil certi: nihil quieti habet. Ideoq̄ semp̄ mihi placuit Africani modestia Iunioris: qui censor iustitiae carmē: quo a dijs Romanæ fœlicitatis augmentū posebat: uelut nimix cupiditatis plenū: & ipsis importunū deis mutari: & ex illo non aliud q̄ status qui tunc erat stabilitatem solam iussit exposci. Sobrie quidē ac prudenter: si & mortalia cōsistere scirent & ab oīpotenti deo petitum esset: qd̄ a dijs fallacibus petebat. Multa hic dici posse uideo: sed quid opus est uerbis: Vides animū meū: quid cupiam: & quid metuam nosti. Audio illū nouas res moliri: opto fœliciter: si pergit: sed malo desinat: tutior est uia est. Opone te oro principijs: Ingere sibi illud abstinentissimi ducis: Romanos non tam aurū habere q̄ imperare aurum habētibus uoluisse. Id si de auro recte dicitur: quod abdi potest: quid de terris atq̄ urbibus? Itemq̄ si de hostibus recte dicitur: quid de amicis dices: quos nō coacto: sed spontaneo modereris imperio: quorum non terris modo uel aurum: sed corpora: sed animos pleno iure possideas: cum honestius: tum tutius est amicos habere q̄ patrimonium amicorum: Et ubi uolentibus possis: stultum est uelle nolentibus imperare. Philosophorum: quin potius naturæ uox est: Nihil uiolentum diuturnum. Modestos regni fines: facile tueare. Immensum imperium difficile quæritur: difficile lime custoditur. Vale.

Fran. Pet. ad T.M. & tristē præteritorū memoriā & anxiam sollicitudinē futurorum deponendā admonentis: mathematicis etiā nō credendū esse scripturarum testimonio probantis: Ep̄la XXXIII.

**A**dhuc oro si possumus & tristem præteritorū memoriā & anxiam sollicitudinē futurorū: Torquent em̄ de nihilo: & geminis uelut aculeis uitæ nostræ requiem hinc inde perturbāt: Quid anhelamus: quid affligimur: nec trāfacta mutari possunt: nec uenientia præuideri. Quid mathematicis opus: aduersus quos: nō modo sanctorum sed philosophorū & poetarū & oim̄ uera sententiū: clamat auctoritas: Et ut pluriū philosophica prætereā: peruulgato Maronis testimonio: Ignaras uatum mētes quis ignorat? Scitū est illud Actij: Nihil inq̄ credo auguribus: qui aures uerbis ditāt alienas: suas ut auerocupletent domos. Nec minus illud Pacuuij uetustissimi poetæ: Nam si quæ uentura sunt præuideāt: æquiparentur Ioui. Nec tu poetā a philosophia putes hac in re diuersū. Sic em̄ ait Esaias: Annūciate quæ futura sunt in futuris: & sciem⁹ quia dij estis uos. Fauorini igitur doctissimi uiri Ciceronianū magna ex pte cōsiliū: quo nos uterq̄ ab his oib⁹ præstygijs atq̄ fallacijs dehortat: nō admittendū modo: sed ampliandū cōseo. Aut em̄ pmissores hi

A

B

Non qd̄ delectet sed qd̄ expedit eligendum prudēti.

Modestia africani Iunioris.

C

A

Mathematicis nō esse credendū pbat auctoritatis

Nulla re magis quam expectatio mortales torqueri  
B

Mors certa: hora autem mortis incerta  
C

Dictum Augustini contra mathematicos

qui venturi noticiam pollicentur: aduersa falso pronuntiant: & frustra nos inani terrore com-  
pleuerint. Aut uere & ante tempus miseros fecerint. Rursus aut laeta uere: & duplex est incom-  
modum: Fatigatio expectationis: qua nescio an ulla sit maior: & deliberatio gaudij cum uenerit: siue: ut ipse uocat praefloratio: quod quidem antequam ueniat sperando & mente praecur-  
pando iam dudum fere consumptum sit. Aut falso: & inane praefecto ridiculamque laticiam: certum  
est spei perditae dolore mixtoque simul pudore desinere. Audiendi ergo penitus non sunt: im-  
possibilia quidem sibi nobis etiam inutilia praemittentes. Quid uero quisque sibi dixisse Christi-  
putet: quod Amphitryoni uero Iuppiter apud Plautum: Bono aio es: adsum Amphitryo auxi-  
lio tibi & tuis. Nihil est quod timeas: hariolos haruspices Mitte omnes quae futura & quae facta elo-  
quar: Multo adeo melius quam illi: non quidem quia sum Iuppiter (ut ait ille) sed quia sum deus.  
Ille sane multa nobis ad aurem cordis assidue loquitur: quem si audire uoluerimus: facile pote-  
rimus horum circulatorum praemissa contemere. Mors certa est: hora mortis incerta: ut omnem horam  
uelut ultimam expectemus: haec salutariter nosse satis est. Quae igitur horum impudentia: quae  
nostra dementia: ut multa caligine oblitus solique deo cogniti: uenturi temporis denuntiatione nos  
crucient: Est unum fateor in hac tota uanitate mirabile: quod cum in reliquis ualde ueridicus quisque  
uno insigni mendacio subeat mendacis infamiam: hic quantumuis mendax una fortuita uerita-  
te: ueridici famam consequitur. Miratur hoc Cicero: alij licet uerbis: in eo libro quo exiguo in spa-  
cio diuinatione adificat eueritque. Augustinus autem & saepe aliter & in libro diuersarum quaestio-  
num: maxime aduersus eos loquens: qui nunc (ut ipse ait) appellantur mathematici: uolentes  
actus nostros corporibus coelestibus subdere: & nos uendere stellis: ipsumque precium quo uen-  
dunt a nobis accipere. Rationem afferit: Cum autem multa uera inquit eos praedixisse dicat: ideo fit  
quia non tenent homines memoria falsitatem erroremque illo-  
rum responsis praenerunt: ea quae non praenerint obliuiscunt: & ea commemorant quae non ar-  
te illa (quae nulla est) sed quadam obscura re: sorte contingunt: Quod si peritiam illo-  
rum uolunt tri-  
buere: dicant artificiose diuinare etiam mortuas membranas scriptas quassibet: de quibus pla-  
rumque pro uoluntate fors erit. Quod si non arte: de codicibus exit saepe uersus futura pronun-  
tians: quid mirum si etiam aio loquentis non arte sed sorte exit aliqua praedictio futurorum: Haec ul-  
tima quidem Augustini sunt: quae hinc auctoritas hominis commendat: hinc fides. Horum uero fal-  
lacijs omnibus: quid putas aliud uiam fecit nisi uulgaris inscitia & infinita cupiditas (ne dicam  
rabies) sciendi ea tantum quae nec sciri possunt & scire non expedit: Tu ergo genus hoc hominum  
temerarium & procax ac tranquillae uitae contrarium: fuge: ut quantum possibile est: breuissimum  
hoc tempus: sine supuacuis & inanibus curis agas. Sic enim habero donec superstitionum per-  
dus abieceris. Beatam uitam poteris optare: non assequi: contraria se uicissim trahunt: non  
metus & foelicitas cohabitant. Vale.

Francisci Petrarcae ad T. M. In quot incommoda homo ebriosus incidat  
ostendit: Epistola XXXV.

A

**T**aceo quae aduersus ebrietatem copiosissime dici possunt: quae foeda: quae periculosa: quae  
tristis aegritudo est: quantumque furor scienter obruere atque enecare spumanti delio  
rationem: quod singulare ac praecipuum habet hominis natura: neque pedes: neque linguam: neque  
aerem in potestate habere: tremulum caput: instabiles manus: stillantes oculos: graue corporis odo-  
rem & pridiani meri reliquias castino insultantes. Taceo libidinis regnum: uirtutis exilium: uul-  
gi fabulam: ac risum bonorum odium atque contemptum: mutationem repentinam sileo & quamlibet  
doctorem instantiam ac cuiuslibet aetatis infantiam: omnium iocis ac fraudibus: omniumque ludibrio expo-  
sitam: rimulasque mentis oppressae ac futiles: & graui pondere fatiscētis unde secreta effluunt:  
saepe cum propria: saepe cum aliena potentia: quae multis mortis & extremae miseriae causa fuit: lucrum  
praeterea & inane gaudium: & contentiones: & iurgia & praecipitium & incautos congressus iner-  
mum cum armatis. Haec ut nota inquam & uulgata praetereo. Est Apuleij Madaurensis liber  
qui inscribitur floridorum. Ibi quid primus crater agat: quid secundus ac deinceps faceta narra-  
tione differat: cuius sententiam non muto sed extendo. Nescio enim cur aut quod plus hodie bibi-  
t quam olim: Vtinamque hic luxuriae modus esset: quocumque te uertas fragiliores ad uirtutem: fortiores  
ad uitia facti sumus. Secundum me igitur: primus crater pertinet ad sitim: secundus ad laticiam: ter-  
tius ad uoluptatem: quartus ad ebrietatem: quintus ad iram: sextus ad litigium: septimum ad fu-  
rorem: octauum ad somnum: nonus ad morbum. Haec illi Marco Bibulo collegae: non Iulij Cas-  
saris: sed tuo: cuius assidue cum uitijs lasciuiamque litigas: si profutura credideris: meis uerbis dici-  
to. Si forte sibi irreprehensibilis uideatur: eo quod nondum ad ebrietatis extrema praenerit: sciat pl-

B

esse e sobrietatis ac modestiæ fastigio: uel modicum descendisse: quæ ubi semel labi cœperis in fundum excidere. Gradatim subeunt uirtus & nequitia: nemo uel optimus uel pessimus fit repente. Vale.

Fran. Pet. ad T. M. eum ad belli imminētis perfectionē hortātis: simulq; nō pauca de felicitàte ī breui uitæ spacio multis exēplis cōmemorātis: Epist. XXXVI.

**F**ides silentiū interrūpit: charitas loqui cogit: Testor Christū: coact⁹ ad scribēdum uenio: quæ si eodē aīo lecta fuerint quo scribunt: poterūt & mihi apud te beniuolentiam augere & tibi gloriam apud gentes: Quonā em̄ mō dissimulare possum: si nō falsum amicitiaē nomē gero: quin te magnis piculis circūuentū: uel dormientē excitē: uel cōmonefaciā uigilantē: Vides quæ graue bellū iter Gallū Britannūq; reges oriē. Nulla proculdubio tanta res ab auorū nostrorū tēporibus: certe nec ab atauis proauorū in Europā finibus apparuit: aut tam latus gloriaē campus fortibus uiris oblat⁹ est. Cūcti reges ac populi suspensi ad tantæ cōtentionis euentū: præcipue qui ab alpibus Italiaē ad oceanū incolunt: quos ingens uicini tumultus exciuit fragor: in armis sunt: Tu solus tanto sub turbine dormis. Te quidē Virgiliana præmit increpatio: & tibi cœlo missus nuncius exclamat: potes hoc sub casu ducere somnos: Nec quæ circumstent te deinde pericula cernis: Profectio si nihil aliud quæ pudor obstreperet: debebas celer⁹ expergisci: Qua em̄ fronte: quo aīo ceteris ad æstiuū solem sub galea & umbone degētibus: tu pcul ab agmine uiroꝝ: foemineaq; circumstipatus acie: cōquisitis pastus epulis & molli ueste cōtectus umbra torpes & ocio: Homo olim (ut putabā) audis honoris & gloria: homo potēs & nobilis: homo iuuenis & robustus: quid oro te impedit: Mūditiā amas: refugis labores: sed audi fortissimi uiri uerbum a Salustio relatū: Mūditiā mulierib⁹: laborē uiris cōuenire. Sitim metuis & calles arenosos & serpentes sub leone terribiles: Sed alterius & si minus bellicosi: nō minus fortis uiri dictum accipe: Serpens: Sitis ardor arenæ dulcia uirtuti gaudet patientia duris. At mortem gladiosq; formidas: Sed & hic uerbū illud occurrat: alterius uiri fortis: Mors ultima pœna est: nec metuenda uiris. Nō plus inquā metuenda quæ somnus aut requies. Quid em̄ inter mortis & originis diē refert: Immo uero largiter: Ille nos humanæ uitæ laboribus inuoluit: hic liberat. Hinc ille mos ex intimis philosophiæ penetrabilibus eductus: in suorum ortu lugentiū atq; in morte gaudentium. Sed ne ab opinionibus uulgarium recedamus a quibus tamen si ad salutem pergimus: quæ longissime recedendū est: Detur timēdam esse mortem & illud uulgatissimū Aristotelis audiat: Mortē esse ultimū terribiliū: q; & ipse quoq; cōsulto non maximū dicere uoluit sed extremū: Sed esto sit maximū: putas ne illā ideo uitare quia bello abstines aut mari: Notū & illud alterius poetæ: Frustra cruēto Marte carebim⁹ fractisq; rauci fluctib⁹ hadrie. Frustra p autumnos nocentē corpibus metuemus austrum. Quamlibet exactam curam nostri corporis habentibus moriendū est. Sed prolatandæ mortis studiū solet esse mortalibus: fateor: & excusationē publicæ imbecillitatis agnosco: Primū oro te: quātula ista dilatio ē: deinde quot & quæ duris casib⁹ exposita: quæ multis uiuissē nocuit & uitæ gloriam iminuit mors dilata: Quotidianis exemplis abūdamus: Sed reuerētius antiqua cōmemoro: nostra quoq; libētius quæ externa. Si Paulo minus Tullus Hostilius uixisset ictus fulmine non fuisset. Paucos ānos detrahe Tarquinio: rex mortuus erat ille non exul. Appio Claudio uita longior cæcitatem. Mario carcerem & degenerem fugam latibulumq; limosæ paludis attulit. Quid Pōpeio magno clarius nisi splendorē tāti noīs uitæ diuturnitas & quæ illā secuta est mortis indignitas obscurasset: Quid de duobus Africanis dicā: quæto meli⁹ putas: alter aī mœnia Carthaginis: alter aī portas Numantiæ perisset: Nō prim⁹ ingrātā patriā exilio idigno & famoso epigrāmate: secundus inultæ mortis iuuaria condēnasset: Ipse Cæsar August⁹ quē ex oib⁹ felicitàssimū iudicares quāto felicitàior moreret: priusquæ filia iā senescētis adulteria & quæ execrari solitū accepim⁹: uomicas suas inciperet nūerare: Omitto Regulū & Catonē & reliq; quos nobis mors illustrat: quis ī Catone diuersum a nostris sentire cogar: de Cicerōe loq; & Seneca. Nolo aī ciuile bellū obierit: ne cōstatiæ suæ testes fidedignissimi detrahanē: labor ac discrimē. Miror itrepidū: miror colluctatē anguib⁹: miror arenis libyæ oberrātē. Laudo aī robur: cōtumaciā: laudo libertatē: acersitā mortē desperationēq; nō laudo. Ne autē me forsan extrema putes exēpla negligere. Clarius Pyrrhus: clarius Hannibal moriturus erat: si sepulchrum ambobus Italicum contigisset: infaustus utriq; reditus in patriā fuit. Clarius etiam Cyrus si ante morerēt quæ Scythicos fines. Clarius Brēnus uester si prius quæ delphicū limē attingeret. Quid uenēnū Mithridatis:

A

B

Mūditiā mulieribus: uiris autē labores cōuenire

Mors ultima pœna ē nec uiris metuenda.

C

D

Raro longiorē uitā felicitatem subsequi. Quid uarietatem Alcibiadis? Quid Themistoclis exilium? Quid Aristidis catenas? Quid incendium Croesi loquar? Raro uita longior coæquauit felicitatē habet: quæ ubi occidit: non sufficit infelicitē esse: nisi præsens calamitas transactæ felicitatis memoria recrudescat. Et si nihil nobis accidat uiuendo: tamen multa spectare cogimur in nostris quæ nos beatos esse non sinant. Felix hinc abisset Priam? felix Peleus: felix Nestor: si filios præcessissent. Et ut alterius generis exempla non desint: Non Socratē uenenatus calix: non Euripidē canes: non Demosthenē ac Ciceronem gladii cōsumerent: non obliuio Messalā: non Plotinum lepra puaderet: si oportuna mors instantes miseras præuertisset. Exemploꝝ uero iam satis est in re præsertim non ambigua. Vides igitur ut longioris uitæ cupiditas cæca est: bona mors optanda est in qua falli neminē posse constat: neminē poenitere. Sed quoniam usus obtinuit: nocitura passim & in caput nostrum recasura concupiscere: liceat optare cum populo: an tamē ignauitæ semita speras ad optatū prouehi? Large quidē falleris: quoniam multos sopor imodicus oppræssit quos labor & uigiliæ præseruassent: quoniam multos uel necat in crapula uel suffocauit ebrietas: qui ieiunio salui foret. Vulgatū ē: Plures cœnā occidere quam gladiū. Quocumque ciborum genere nutritos: quocumque terrarum angulo latitantes mors inueniet: & tributū suū inexorabilis repetet: exiget: extorquebit: frustra tergiversamur si ad mortē non ierimus: illa nos sequitur. Cogita ergo quid honestius: quid uiro dignius: an delitescere & fugere quod euitate nequeas: an occurrere uenienti & offerre quod debeas: atque ultro fortunā sequi ne si restiteris ui traharis? O miseranda breuissimæ suauitatis moræ: quisquam ne usque adeo uiuēdi cupidus: ut non statim mori malit quam unius anni spacio uitā cum dedecore progare: præteritorum omnino annorum decora corrumpēs? Quāto erit obscœnius metu mortis indecorum aliquid agere: ubi ne dicā anni unius: sed nec diei totius certitudo permittit. Et quod ipse tecum cogitas: irem nisi mortis adire periculū timerē: Tunc utrumque dici posset si sine piculo maneres: Nunc autem non ne uel repentina febricula uel pestis alia (est enim multiformis humanorum casuum & mira uarietas) uitā tibi quā regi tuo negas: fortassis eripiet? Quæ cum ita sint: hortor atque obsecro: ut iam tandem caput attollēs circumspicias: uidebis imensam molē: tantis regum & populorum apparatusibus nutantē ruituramque: quo eā fortunæ uis impulerit. Non est dissimulationi locus: Hostes tui uigilant & regē iugiter obsequio circumstant: cui si uictoria cesserit: somnū tuū in tanto nunc eius discrimine cōtemplāti & præter hoc ab olim tibi si nescis infesto: quod illū animi habitum reris? Sin aliter successerit (oīa enim rotat ad libitū fortuna) An forsitan tibi ex præsentī ocio securitatē in illo ardore uictoriæ partā speras? Tu uero non quia uolueris sed quia timueris cessasse uideberis: teque cōis ruina cum uniuersitate pariter inuoluet. Crede mihi: pars utraque spectatorē te certaminis uocabit paratū ad fortunæ nutum: atque ad uictoris arbitrium circumuolui. Ita nusquam fauor: undique periculum. Meminisse profuerit Metij ducis Albanorum: qui quadrigis in diuersum actis ab Hostilio Romanorum rege disceptus est: quod inter armatas acies se mediū præbuisset. Expergiscere oro uelociter: & dum adhuc tempus est: neglectū hactenus ad officium redi. Mūdo enim tremente dormire: nescio quid morti similius quam sopiri est. Vale.

Frācisus Petrarca ad T.M. Vim amoris cōmendantis: Epistola XXXVII.

**A** **M**agna prorsus amoris & mira potentia est: qui tam ualide tamque tenaciter inuisibili quidem: sed haud quaquam insensibili nexu minima necit imensis: & quorum nulla paritas: pari regit imperio. Quid ni autē hoc iuris habeat in animis hominum sensu & ratione uigentibus: qui certis foederibus surda & aduersa inuicē elementa cōglutinat? Non flāmis aer: non terra fluctibus hæreret: non ripas fluuij: non æquæ littora: non semitas suas astra cognoscerēt: nisi omnipotēs: & (ut eū uocāt) sacer orbis amor uniuersa cōnecteret. Qui cœlū igitur ac terras æquæ iure moderat: Is inter humilitatē meā & tuā altitudinē non discernit: habet hoc ille præcipuū: æquare nouit inæqualia: amatēque fideliter uix patiē non amari. Sēsit olim claritas tua: nullis quidē meorum actuum argumentis: sed solo (ut dici solet) mentis augurio: habent enim & suos oculos animi: quibus sese mutuo superatis corporeis uelaminibus intuentur. Sensisti inquam uir clarissime: quanam erga tuum nomen deuotio meam inuicem referas: amor cogit. Id cum sæpe multis indicijs: tum ex duabus nuper epistolis tuis: quas mihi Ioannes Aretinus Cancellarius tuus ostendit iucundissime recognoui. In quibus mirum dictu: cum pro tot illum tantisque rebus huc miseris: non de Romanæ curiæ statu: quo nihil hac tempestate deformius: nihil incredibilius: non de maioribus fortunis amicorum: non de ipsis rebus tuarum successibus: Postremo nihil oīno nisi de me meisque rebus iterrogas: atque illū in/

crepitas: quod curiosius in reliquis id unum quod singulariter praecipue omnibus nosse desideras tacuisset. Ac ne quis te fortuito locutum putet: his idem per litteras questus es. Mitto alias istis fortasse mirabilia quae nescirent: quae familiariter olim cunctos dominus Augustus Caesar Virgilius civem tuum rusticanae originis sed minime Rusticani uirum ingenij dilexit: & Horatium libertinum patre: sed ingenium stilo: quicquid principis illius ad eisdem humiles amicos: uelut ex aequo missas & saepe dulcibus benedictis refertas epistolas non legissent. Quorum recordatio quantum miraculo adimit: tantum adhaerit laetitia: dum talibus exemplis me misceri sentio: tantumque laudis mihi aditum aperiri: quoniam ut alter ex his caesareis amicis ait: Principibus placuisse uiris non ultima laus est. Etenim nouum hic miraculum emergit: Vt enim multa illis: sic mihi fateor nihil est quo placere debeam: Quod enim sperem alijs placitum: qui mihi ipse non placeo: Fortunata sane dicimur uxorem: non quae formosa est: sed quae uiro suo uideat. Fortunatum seruum: non cuius est opera nobilior: sed in quem amor domini propensior: Sic ego quisquis uere sim: si tibi aliquid uideo: opinione tua me foeliciter dixerim: Et si nihil habeo quo placere merear: tamen si placeo satis est. Agerem gratias tibi: nisi humanitate tuam uerbis meis aequari posse diffiderem. In his quidem quae loquentis ingenium excedunt: tacere consultius. Vale.

Franciscus Petrarca ad Marcum suum: ad diuinum amorem eum adhortantis: pollicentisq; suum erga illum nunquam defuturum: Epistola XXXVIII.

**A** Nimum tuum: qua uisibilis fuit optime uir: aperte satis in litteris ostendisti. Neque enim loqui taliter quisquam potest: nisi qui taliter est affectus: sentio aculeos stili: magnum tibi amor uerba dictauit: occurroque auide & pulsanti amicitiae meae fores laetus aperio. Quid loquor: aperio: quae tibi suauissime postulati: iam ante quadriennium patuerunt: Agnosco Marcum meum amplectorque cum gaudio in his litteris tuis: ad me loquo (ut ita dixerim) silentij postliminio redeunt: & nunc illius floridae indolis tuae fructus uberrimos gratissimosque percipio. Semperequidem speraui: ut tantus de tali adolefcente uir fieres. Sed id fateor: tam cito fieri posse non credidi: praeventi spem meam praecox eoque gratior uirtus tua. Ceterum & ardentissimi propositi tui memini: quod mihi non paucis olim uerbis in ipso amicitiae nostrae primordio fidelissime reuelasti. Idcirco nunc uel mutatum: uel (quod magis auguror) dilatatum esse non doleo: modo mihi illud exhibeas: quod optimo principio pollicitus es: ut in omni fortuna deum ames: Illi inhareas: illum colas: atque ad illum totum animi intentione suspices. Non impossibile tibi legem statuo: quae te ire iubeo: trita est uia: quam multi uiri clarissimi magna cum gloria: per reipublicae tempestates ad heremitici portus silentium perueniunt: quibus multi etiam procul inde iactis ancoris navigationem uitae praesentis foelicissime contempserunt. Nouit figmentum nostrae figurae ille Sydercus: Scit quid nobis expediat: & animae nostrae saepe inenarrabilibus modis quibus se tramitibus adiri uelit insinuat. Tu igitur ne desperes quasi deum: & (ut Pythagorici uocant) leuiter ingressus sis: aut quasi tuorum cura ciuium quam geris diuinam quam petis gratiam sit aduersa: praeter age ne titubes: ne subsistas: neu salutem tuam desis. Aderit ille qui tempus tuum quod quaele disposueras: nondum uenit: prauidit infallibiliter ab aeterno. Nec est quo te interim inutiliter natum putes si patriam tuam his praesertim temporibus tui egentem: quae (ut Plato uult) ortus tui partem sibi iure suo uedicat: ope consilioque adiuuas. Notum est apud Ciceronem caeleste illud Africani mei dictum: Omnibus qui patriam conseruauerint: auxerint: adiuuerint: certum esse in caelo definitum locum: ubi beati aeterno semper piterno fruamur. Et quod sequitur: Nihil enim est inquit: principi illi deo qui omnem hunc mundum regit quod quidem fiat in terris acceptius quam consilia coetusque hominum iure sociati: quae ciuitates appellamur. Sane cum exoptatum tibi amice tempus aduenerit: ut te ipsum humo tollere: non tantum ut Maro: uel Ennius: sed ut Ambrosius: uel Arsenius possis alis ad uolatus ualidis. Facies tandem re ipsa: quod ante iam pridem facis eodem adiutore qui inspirator fuit: & facies ut spero securus aetate integra maturoque consilio: quod si id inconsulto repentinoque impetu iuueniliter attēptasses: Sicut enim per terram latrunculis uacua atque purgata per planum ac solidum callē sub tranquilla caeli temperie tutum uiatori iter est: sic sedatis passionibus firmatoque proposito: & primeuae insolentiae timore compresso per modestiores atque sereniores aetatis annos tutissime pergit ad salutem: quibus nulla aetas repulsa: nullum (ut dixi) genus hominum: eorum qui in aliqua honesta exercitatione uersantur: ab hoc tramite sit exclusum: constatque iuxta Plotini sententiam: non purgatorijs modo purgatijs iam animi: sed politicis quoque uirtutibus beatum fieri. Vt enim aliquid more nostrorum loquar: actiuosa Marthae sollicitudo non spernitur: quibus sublimior contemplatio sit Mariae. Habes ergo charissime quantum inter huius temporis angustias licuit. Vnum de postulatis tuis quod fuit: ut tibi pro informatione uitae aliquid scri-

Eos caelo frui  
qui patriam tuam  
tati sunt

C

berem: Habes hoc inquā pro unius antelucanæ uigiliæ spatio breue quidem: sed in se (ut arbitror) absolutum. Si illud addidero: compendiosam semitā ad uirtutē uisam esse philo-  
sophis: ut tales effici studeam? quales cupimus apparere: Et illud quo nihil reor efficacius: quā ut eis dē placeret: tota doctorū hoīm uita: nō nisi cōmētatio mortis est. Hacten⁹ hæc: quæ non ut te doceā: sed ut admoneā ac memoriā excitem dicta sunt: Reliquū erat ut te memori-  
aio cōmendatū haberē (Iuuat em̄ uerbis etiā tuis uti) Id uero iam dudū factū esse cōfido:  
Ex quo te primū uidi: imaginē tuā ex adamāte purissimo: imis præcordijs indelebiliter af-  
fixi: quā nulla reuellet dies: nullus loc⁹ excutiet. Extremū est ut & yrtuti & fortunæ tuæ gra-  
tuler: quibus tanti principis affinitatem ac beniuolētiam meruisti: & pro charitate huic im-  
pensa feniculo: grates agam. Vale.

Fran. Pet. ad Ioannē Colūnā: fabellā araneæ & podagræ illi recitantis: ex qua  
quo pacto podagricum morbū curet: edocentis: Ep̄la XXXIX.

A

**A** Nitem tibi fabellam: sed ex re (ut Flaccus ait) garrio. Aranea iter agens: forte ob-  
uiam habuit podagram: Et quo: inquit: tam mœsta p̄ficisces? Rusticū ait illa &  
hirsutū hospitem nacta erā: qui me fame ac labore p̄petuo cruciabat: qui cū a ma-  
ne ad uesperam me inter glebas & saxa tenuisset: uix se: puluerulentā atq; in opē domū re-  
petebamus miseri: Nunq̄ integris calceis: nunq̄ sine faece grauissimo: Illic infœlicē diē nox  
haud quāq̄ fœlicior sequebat: tristi quidem ille me cœna mucidi ac lapidosi panis ueterib⁹  
fragmentis alleoq; & præduris oleribus solabatur: aceto turbidā superinfundens aquam:  
Saturnaliū dies erat: quotiens caseus sardus accesserat. Sic exceptam: agresti demū & ipsi⁹  
agelli duriciem superante grabatulo cōponebat. Ad auroram inde consurgens: rursus in  
campū & ad iuisum cogebat opus. Sic diē dies urgebat: nulla interim quies: nulla spes qui-  
etis. Festo em̄ die: aut dñi lauabat opes: aut riuo uiam præparabat: aut sepem noualib⁹ præ-  
tendebat: immortale malum: & domū meis moribus aduersam perosa diffugio. His auditis  
araneæ: Heu inquit q̄ diuersa cōditio mea est. Hospitē habui effœminatū & mollem: apud  
quē non summū modo: sed solū bonū uoluptas erat. Raro pedē domo efferebat: cœnā ad  
aurorā: prandiū trahebat ad uesperam: reliquū somnus habebat: purpureis accersitus stra-  
tis: qđ conuiujs luxuriāq; sup̄fuerat quieti datū: Cōquisitæ intus epulæ: peregrinæ speci-  
es odorū. Bacchus alienigena: uasa aurea: gēmata pocula: serico uestitus paries: ostro tellus  
infrata: hæc inter sollicita semp̄ familiarium turba discurrens: locis omnibus aderat: Nulla  
domus pars neglecta: nullus angulus inaccessus dum uerritur solum scopis: dum de laque-  
atis trabibus puluis excutitur: uix usq̄ artificij mei telas sinebar ordiri: & (quo nihil est tri-  
stius) si cœpissē: primo re: apparatus spem caducā: & labores meos irritos uidebam. Age-  
bar infœlix: præcep̄s etiā ciebar: quærebā latebras: nullæ erāt: solidus niueo murus ex mar-  
more: nulla mihi misera diuersoria relinquebat. Fugi igitur a facie p̄sequētis: ubiuis que-  
tum exiliū: domesticis sine fine laboribus prælatura. Hæc cū illa dixisset: respondit altera:  
Heu q̄ multa sunt bona: quæ uel nesciēdo uel negligendo perdunt. Ignorantia cæcitas mē-  
tis est: negligētia torpor est animi: Aperire oculos oportet: & quæ salutaria sese offerunt nō  
differre. Ecce nūc ex his quæ dixi quæq; audio: cū pessime sit nobis: erit optime si permute-  
mus hospitia: tuus mihi: tibi meus hospes aptissimus fuerit. Placuit cōsiliū: mutāt domos:  
Et ex illo obtinuit: ut podagra inter delicias & in palatjs diuitū: aranea in squalore & pau-  
perum tugurijs habitaret. Domū tuā amice podagram subintrasse audio: Miror: nō puta-  
bam illi locum esse in domo tam sobria: uereorq; ne quid ibi sui iuris inuenerit: qđ si uerū  
est: nō malum magis q̄ mali causam horreo. Malo iam hospitem habeas araneam. Princi-  
pijs resistendum est: nulla melius resistitur ope q̄ uigilijs: labore: ieiunio. Vidi ego pueri-  
uenem podagricum: eundem senem podagra liberū reuidi: Quæsiui causam: nullam mihi  
aliam reddidit: q̄ q̄ se uiuo penitus abdicasset. Refert Cicero: & post Ciceronem alij: quos-  
dam diuites podagra inutiles: cum pauperes facti essent sanitati redditos. Nō audeo iube-  
re ut sis pauper: q̄ uis iubere nō sit necesse si sapias. Inter cætera professus es (ut audio) spon-  
taneam paupertatem. An mentior? Certe intra religiosum limen: & præsertim intra cellulā  
mendicantis: nullus diuitijs locus est. Opulētia enim & mendicitas non habitant simul. Si  
paupertas excluditur: uereor ne non tam auz: q̄ quod ait Apostolus: Thesaurises iram in  
die iræ. De hoc tamē ipse uideris: qui fœderē quæ cū Christo habes opte meministi. Si ob-  
litus es: relege pactorum chirographum: Inuenies quid tu illi p̄miseris: quid ille tibi. Ego  
inquam non iubeo ut pauper sis: non quia uel tibi non expedit: uel me nō decet & amplecti

Quid sit igno-  
rantia quidue  
negligentia

C

D

fidere cōsiliū & dare: Sed quia piget uerba p̄fundere & incassum loqui: Video em̄ ipsum paupertatis nomē horrendū & infame: qđ licet amplexus sis deponere sponte nō potes: Illud saltem cōsulo: uiuas ut paup̄: Hęc est illa quę a philosophis frugalitas dicit̄ uolūtaria paup̄tas. Hęc tibi suadeo: hęc tibi unā uia corporeę salutis ostēdo. Alter tibi adsum Hip̄ocrates: amare forte: sed salubre pharmacū offerē. Si uis san⁹ eē: uiue ut paup̄. Latēs auē in arcula: aīo tantum nocet: Victus delicatior & aīo nocet & corpori. Proinde si pellere uis podagram: pelle delicias. Si malū omne uis pellere: pelle diuitias. Vale.

Frācis̄ci Petrarchę ad T. M. qđ pecuniā illius indigentia releuare nō possit se excusantis: multa quoqđ de laudib⁹ paupertatis tractatis: *Ep̄la XL.*

**R**egum ceruicibus impositū pecunię iugū: liberima indignatiōe reijcio. Nō sinam (si deo placet) metallis seruire aīm ad maiora dispositū. Illa igit̄ qm̄ pręesse phibeo: subesse non patir̄: & quem seruū habere non potest: dñm dedignat̄. Min⁹ loquor: Sup̄bior est qđ dixi: Nec me dñm uult habere nec comitē: Recusat imperiū: amicitia non admittit: frangit uestes: soluit nodos: spernit arculę meę serā: dum clausisse illā uideor: nescio quibus rimulis inuisa dilabitur. Id sane mihi ut sæpe molestū: sic gloriosum semper existimo: dū circūspicio quibus illa mācipis: & quorū soleat hospitio delectari: His ita se habentibus: ignoscēs: si (qđ multo mihi qđ tibi grauius est) pręsentē indigentia tuā: pecuniaria ope non releuo. At ne nihil putes te scribēdo profecisse: scito copiā pignorū optimorum paratā tibi apud me: quā ut ad te pferret nunciū tuus nullo sibi p̄suaderi quiuit ingenio. Iube illū ad me: sed exorabilem reuertit̄: Alioquin meus ad te ueniet: & si uulnus nostrę nulli nisi medico reuelatū uelim. Pręterea his illud addiderim ludicre potius qđ iucūde: literis utrimqđ consultū: Mihi em̄ cōditionis meę solamē additū nō in angustijs te comite delectat: sed qđ in me indignari nō sit fas quod cōe mecū habeat tātus uir: tibi uero laborem excusationis adēptū: nisi em̄ tu pręoccupasses: iā calam⁹ erat in manib⁹: At ne qđ nostrę reę foceratoris auarę limē attingeret: interpellare decreuerā: ut tu necessitatib⁹ meis accureres: quid uis dicā uberrimū philosophię locū copiosissimāqđ materiā nō ignoro: ubi contra tela fortunę in qbus nō ultima est paup̄tas: armanē animi: quę licet in nostris finibus nō habitet: quia tñ (ut eleganter ait Flaccus) Cur te nescio quid sp̄ abest rei: & hic qđ multa: nō tantū nobis: sed in cōe salubria dici possunt: quę sciēs sileo: ne publicū sequar morē: p̄ rebus uerba pręstantiū facilis amicitia est: p̄ petito auxilio consiliū dare. Certe ego i his casibus qui domi meę crebri sunt: essentqđ rarissimi: nisi me reifamiliaris incuriosum cura generosior effecisset: cū multa remediorū genera: uel ipse mihi conficiā: uel a doctioribus cōfecta reperiam: Tū illud imprimis efficacissimū experior: qđ licet omis fortuna suas habeat molestias: sitqđ uerissimū qđ ueritatis inquisitoribus uisum est: Oēm uitā etiā quę foelicissima uideatur esse tormentū: molestissim⁹ tamē & occupatissimus: & si profundius inspicias: uere miserimus est diuitū status. Contra autē: dura quidē sed tutissima & expeditissima est paup̄tas. Mediocritas optima: & inter rarissima dei dona hanc nobis cōtigisse gratulor. Si quid interdū deest: accidit ut unico defectu multorū nos munę suorū liberalitas cęlestis admoneat: & breui gustu amaritudinis p̄speritatē nostrā nobis efficiat dulciore. Qui si multa: qđ si oīa deessent: hoc aīo tñ sum: ut foelicius rear laudabilē ægere: qđ turpiter abundare: Nec nosse uerā opulentia eos qui honestę medicitati inhonestas diuitias aneponunt. Vale.

Frācis̄ci Petrarchę ad T. M. eundē ad bonorū amicorū cōquisitionē: & ut malos tanqđ maritimos fluctus fugiat exhortantis: *Ep̄la. XLI.*

**S**tudeto bonis oib⁹ eē charissimū: neqđ uerendū ē ne nimios habeas amicos: aut nimium tibi negocij obijcia. Ita dico: si oēs bonos amicos tibi feceris pauci erūt. Rari quippe boni: numero uix sunt totidem qđ Thebæ portę uel diuitis ostia Nili. Quis inquis hoc loquit̄? Quid refert si dictū probas: qđ quærīs auctorē? Omē uerę (ut ait Augustin⁹) a uitate uerę ē. Ego hęc loqr̄: an forte tu negas? Loquit̄ experientia quę mētiri nō solet: loqr̄ uitas quę mētiri nō pōt. Qui si mortalē poscis auctorē: loqr̄ hęc peritissimus reę taliū Iuuenas: quiqđ p̄fundissime mores hoīm nouit. Si sibi nō credis: audi aliū: cui⁹ ore loqr̄ qđ nō mō nouit sed & creauit hoies. Is ergo qđ ait: Nō ē qđ faciat bonū: nō est usqđ ad unū. Poeta paucos: p̄pheta nullū: & scđm suū sensū uterqđ uerissime. Tu ꝑo (quoniam desperandum non est) aliquos bonos reperiri posse arbitrare: ne cum de omnibus desperare cœperimus: de nobis etiam necessario desperemus. Cogita quosdam: non modo

Quid pprie sit frugalitas

A

B

C

A

Raros iueniri qui uere amici sint

B

Nemo sine uitijs nascitur / bonos esse sed optimos: Et pro concordia hanc discordantiũ sententia: Flaccũ uelut arbi-  
 trarie pronunciantẽ audi: Nam uitijs nemo sine nascitur: optimus ille est qui minimis urge-  
 tur. Sic est pfecto: Stoici licet obstrepant: qui omnẽ morbũ ex animis se radicitus auulsu-  
 ros spondẽt: Præclarissimi medicorũ: modo quod pollicentẽ implerent: sed in uita hominũ  
 q oẽm morbũ de qua nobis amicitia deligenda sunt: experimento compertũ est nullũ animũ quãtalibet  
 animi extirpa ferenitate tranquillũ: leuibus saltem interdum pturbationibus nõ moueri: quibusdam hu-  
 re pollicebãt. mana: turbibus agitari. Cæterũ sicut armata nauis in alto fluctuabitur: nõ succumbet:  
 ea: ut nauis: sic animi præcipua laus erit. Ita fit (qđ Stoicis non placet) ut in hac uita cui

**C** nihil scim⁹ inesse pfectũ: sanitatis locũ teneat leuis ac medicabilis ægritudo. Igit̃ ut ad rẽ  
 oratio reuertat̃: ex hoc genere hoim: nõ qđ nulla sint uitia sed qđ uitia yrutibus cedãt (qđ  
 ipsum noueris esse rarissimũ) amicos tibi quibus potes artibus efficit: poteris autẽ nullis  
 melius qđ imitatione mox ac similitudine studio. Cõtra aut malis quorũ innumerabilis  
 multitudo est: nec amicus esto: nec hostis: certe nec cognitus. Vultũ tuũ aspiciant: animum  
 ignorent: Sequere illius consiliũ qui monet: ut intus oia dissimilia sint. Frõs populo nostra  
 conueniat: putent illi te agere qđ uulgo agi: Tu uero tuũ aliud negociũ & aliquid semper  
 tecum maius agito. Sic em̃ maxime inter mundi discrimina securus euades: paucis charus:  
 multis ignot⁹: odiosus nemini. Ne ue me hodie de nihilo philosophatũ putes: audio te ad-  
 uersus improbos ingens bellum & inexorabilem simultatem suscepisse: quos an corrigere:  
 an delere cogites: incertum est: utrobicq̃ em̃ par impossibilitas: nisi qđ aliquanto facilius ar-  
 bitror deleri posse qđ corrigi. Generosa indignationis aculeos laudo: certamen irritum &  
 studium inane non laudo. Si em̃ laborem in puauum declinare consiliũ est: quid de eo la-  
 bore censeas: cuius unicus fructus est odium: Caue itaq̃ receptui obsecro: Alioquin scito  
 multis tibi legionibus opus esse. Vale.

Francisci Petrarchæ ad T. M. eũ ut in aduersis se uisũ præbeat consolantis: cũ  
 animi uirtus maxime in calamitatibus dinoscatur: Ep̃la. XLII.

**A** **O** multa nunc ad litteras tuas dici possunt: sed nec mihi ocũ: nec tibi uerborũ au-  
 xilio est opus. Aliud cogito remedij genus: magna est enim fortuna uis: neq̃ mi-  
 nor celeritas: Interim sane omniũ quæ uel ex libris uel e media uita hoim occurrũt  
 quæ sunt multa & uaria: hæc summa est: Dura sũt fateor & grauiã & inamcena quæ pater-  
 ris: Vnũ est difficilium leuamen: patientia: Si humana despicias: si te nõ ad delitias: sed ad  
 laborem in hanc uitã palæstram descendisse memineris: Si magno nisu aduersa sustuleris:  
 memor in praelio militẽ: in tẽpestate nauatã: in reb⁹ malis bonũ aĩm pbari. Vale.

**B** Francisci Petrarchæ ad T. M. qđ ad id infelicitatis tẽpora deuenerint: ut ho-  
 mines non nisi ingratitude polleant conquerentis: Ep̃la. XLIII.

**A** **E**go uero absit ut dissuadeam petitioni haud iniuste morem gerere: sed illud moneo:  
 ut in fronte oculos habeas: quos ego hætenus in tergo habui. Nihil iucundius: nil  
 dulcius qđ benemeritũ & egentẽ auxiliũ cõpotire. Cõtra aut inexpectato ingrati ui-  
 tio nil tristius: Magnæ quidẽ est non solũ prudentia sed fortuna: inter tot pectorũ latibula  
 pueros aĩos fucatosq̃ discernere: & quanti quisq̃ sit prius qđ experiaris agnoscere: cui⁹ ho-  
 nestæ preces ac miserabiles lachrymæ: cuius ficta necessitas simulataq̃ blanditia. Magnæ  
 parti hoim illud inest: ut ad impetranda quæ cupiunt memores atq̃ solliciti: ad referendã  
 gratiã segnes obliuiosi q̃ sint: Tãta & tam repentina mutatio inuadit aĩos: ut quẽ precantẽ  
 mane uideris: sero uoti cõpotẽ nõ agnoscas. De his in Ecclesiastico: Donec accipiãt inquit  
 osculanẽ manus dantis: & in pmissionibus humiliãt uocẽ suã: & in tpe redditionis postu-  
 labit tempus: & loquet̃ uerba tãdij & murmuratiõũ. Nosti cætera. At quoniã inter ingra-  
 tos uiuĩt: non ideo desinendũ: Alioquin uirtus uitio uicta uidebitur: sed aliquanto cautius  
 agendum reor. Tu uale: & quicqđ acturus es dũ mutandi tempus est cogita: post enim deli-  
 beratio fera est.

Hoies solliciti / ores eẽ ad ipe- / trãda quæ cu- / piãt qđ ad refe- / redã gratiã p / meritis

**B** Fran. Pet. ad Fratrẽ: se hac sola cupiditate teneri ut antiquorũ scripta audis  
 perquirat signif. cantis: eum quoq̃ ut diligenter oẽm Hetruriam inuestiget si  
 aliquid scriptorũ antiquorũ inueniat hortantis: Ep̃la. XLIII.

**A** **Q**uod sæpe olim uel obliuio uel torpor abstulit attingam: frater: si gloriari licet apđ  
 te gloriabor: i illo in quo solo gloriari tutũ est. Iam ex oibus humana: cupidita-  
 tum ardoribus & si non in totum: magna tamen ex parte diuina me pietas eripit

it: E coelo enim est: seu id mihi naturæ bonitas seu dies præstiterit. Multa quidem uidēdo: multumq; cogitādo: intelligere tandem cœpi: quanti sint studia hæc quibus mortale gen<sup>9</sup> exæstuat. Ne tamen ab omnibus hominū piaculis immunē putes: una inexplēbilis cupiditas me tenet: quā frenare hæcenus nec potui certe nec uolui: mihi enī interblādior honestarum reꝝ: nō inhonestā esse cupidinem. Expectas audire morbi genus: libris satiari nequeo: & habeo plures forte q̄ oportet. Sed sicut in cæteris rebus: sic in libris accidit: quærēdi successus auariciæ calcar est: quinimo singulare quiddā in libris est. Aurę: argentum: gemmæ: purpurea uestis: marmorea dom<sup>9</sup>: cultus ager: pictæ tabulæ: phaleratus sonipes: cæteraq; id genus: mutā habent & superficialiariā uoluptatem: libri medullitis delectant: colloquūtur: consulunt: & uiua quadā nobis atq; arguta familiaritate iūgūtur. Neq; solū sese lectoꝝ ribus quisq; suis insinuat: sed & alioꝝ nomen ingerit: & alter alterius desiderium facit. At ne res egeat exemplo: Marcum mihi Varronem charum & amabilem Ciceronis Academi- cus fecit: Ennii nomē in Officioꝝ libris audiui: primū Terentij amorem ex Tusculanarum quæstionū lectiōe cōcepi: Catonis origines: & Xenophontis Oeconomicū ex libro de Senectute cognoui: Eundēq; a Cicerōe translātū in iisdē Officialib<sup>9</sup> libris edidici. Sic & Platonis Timæus Solonis mihi cōmendauit ingeniū: & Platonium Phædonem mors Catonis: & Ptolemæi regis interdictū Cyrenaicū Hægesiam: & de Ciceronis epistolis: Senecæ prius: q̄ oculis credidi meis: Et Senecæ contra superstitiones libꝝ ut quærere inciperē Augustinus admonuit: & Apollini Argonautica Serui<sup>9</sup> ostēdit: & reipublicæ libros cū multis: tum præcipue Lactātius optabile reddidit: & Romanam Plinij Tranquillus historiam: & Aulus Gelli<sup>9</sup> eloquentiā Fauorini. Itemq; Annei Flori florentissima breuitas: ad inquirendas Titi Liuij reliquias animauit. Ut notissima & uulgatissima illa præterē: quæ teste non egent: & tamen cum accesserit testis illustrior altius in aīm descendūt: qualis est in declamationibus Senecæ: laudatus ille Ciceronianæ faciendæ principatus ingenijq; singulare præconiū: Et illud in saturnalibus multiforme Maronis eloquiū ab Eusebio demonstratum: Et illud Statij Pāpini poetæ reuerēs submissumq; testimoniū de Virgiliana Aeneide: cuius longe sequenda & adoranda uestigia: Thebaidē suam in publicū exitura admonet: & illud ab Horatio Flacco: imo uero ab oibus concorditer delatum Homero poetæꝝ principi. Pluribus ago q̄ necesse est: Nam illa quidem nimis recordatio: Prisciani grāmatici iuuenilis lectio: quot mihi libꝝ peregrina nomina congesserit: quot postmodū Plinius secundus: quot nouissime Nonius Marcellus: quotiensq; saluam excitauerint. Nemo ergo mirabitur (ut redeam unde digressus sum) uāhemēter his animos inflāmari atq; configi: quorū singula suas scintillas: suosq; aculeos palam habent: aliosq; clanculum in sinu gestant: quos sibi inuicem subministrāt. Itaq; pudet equidem: sed fatendum ingenue & cedendum uero est: excusabilior semp mihi cupiditas uisa est Atheniensis tyranni Aegyptijq; regis: q̄ nostri ducis aliquantopꝝ nobilium Pisistrati primū: deinde Ptolemæi Philadelphii studium: q̄ Crassi aurę: & si multo plures imitatores Crassus habeat. Sed ne Romæ Alexandria uel Athenæ: & Italiæ Græciā uel Aegyptus insultet: & nobis studiosi principes contigerūt. Itaq; tam multi: ut eos uel enumerare difficile sit tanq; huic rei dediti: ut inuentus sit cui philosophiæ q̄ imperij charius nomen esset: & studiosi in quā nō tam libꝝ q̄ libris cōtentarum reꝝ. Sunt em̄ qui libros (ut cætera) nō utendi studio cumulent: sed habendi libidine: neq; tam ut ingenij præsidium q̄ ut thalami ornamentum. Atq; (ut reliquos sileam) fuit Romanæ bibliothecæ cura diuis Imperatoribus Iulio Cæsari & Cæsari Augusto: tan- tæq; rei præfectus ab altero: pace Demetriij Phalerij dixerim: qui in hac re claz apd Aegyptios nomen habet: nihil inferior: ne dicam: lōge superior: Marcus Varro: ab altero Pompeius Macer uir & ipse doctissim<sup>9</sup>. Sūmo quoq; græcæ latinæq; bibliothecæ studio flagrauit Asinius Pollio: orator clarissim<sup>9</sup>: qui primus hanc Romæ publicasse traditur. Illa em̄ priuata sunt Catonis infatigabilis libꝝ: famæ: cuius Cicero testis est. Ipsiusq; Ciceronis ardor ad inquirendos libros: q̄ multæ testant epistolæ ad Atticum: cui eam curam nō sergnius imponit agens summa instantia multaq; precum ui: q̄ ego nūc tibi: Q; si opulētissimo ingenio permittit libꝝ patrociniā mendicare: quid putas licere inopi? Hæc p̄ excusatione uitij mei proq; solatio tantoz comitū dicta sint: Tu uero si tibi charus sum: aliquibus fides & litteratis uiris hanc curam imposito: Hetruriam perquirant: religiosoz armaria euolant: cæterorumq; studiosoz hoīm si quid usq; emergeret: leniendæ dicam: an irritandæ sitis meæ idoneum. Cæterz & si non ignores quibus lacubus piscari: quibusue fruticetis

B

C

D

Romani príci pes studiosi

E

E

aucupari soleo: ne qua tamen falli queas: his seorsum litteris quid maxie uelim interserui: quoq; uigilantior fias: Scito me eadē preces amicis alijs in Britannia Galliaq; & Hispanias destinasse. Ne cui ergo fide uel industria cessisse uidearis enitere. Vale.

Francisci Petrarha ad T. M. hoies nec experientia quide ab infelicitate deterreri posse: multis exemplis ostenduntis: Epistola XLV.

**A** Deo pertinax & fixa mortalium spes est aduersus infelicitate experta: ut neq; sterilitas agricolam: neq; tempestas nauam: neq; tectorum casus architectum: neq; patrefamilias sobolis acerbus interitus deterreat ab incepto. Hinc illa conia: ut famelicos serere & naufragos nauigare: & ruinis uix elapsos: noua super eisdem fundamentis aedificia moliri: & orbos senes inter sepulchra filiorum alijs procreandis intendere uideamus: Piscatores frigoribus & fame confectos hic ante oculos habeo: mix & prorsus incredibile: totos dies ieiuni ac nudis noctesq; ad auroram infomnes agunt: cum interim uel retia temptantium: una eademq; fors est: nihil agere: frustra torqueri: tempus aliquanto forsitan consumendum perdere: neq; tamen obstinatis ad inceptum animis a fatali gurgite diuellunt: Vsq; adeo etiam amari exercitij consuetudo longior dulcis est: Infausta arenam: imo uerrentes alueo quae fugiunt aegritatem: inter undas & scopulos inueniunt: nunquam forte quae tatorum fatagunt reperituri. Illa quidem dicta minora: nescio an maiori admiratione digna sint. Ferae studium totiens uacuatibus cubilibus non lentescit: Nouis foetibus parientis alendisq; prioris raptu nunquam segnior tigris redit crebri partus solatio destituta: nihilo moderatior: in reliquum ardor est. Philomena postquam pastoralis furto perditos natos: longo gemitu & praedulcibus querimoniis prosecuta est: nidum ab eodem ramo sequentis puerperij fortunam temptatura suspedit. Rem dicam nouam tibi: sed oibus uallis huius notissimam incolis. Aquila iam pridem in his montibus habitat: Subulcus aduena: nedum quos pascit suis: sed hirsutis etiam apris asperior: clam nido insidiatus est: neq; animam suam pluris extimans: quam ualet: de altissima rupe quae fonti Sorgiae nubibus par impendet: ancipiti fune demissus: cuius rei uel meminisse horror est ad aera: am domum temerarius praedator accessit: & sollicita genitricis: spem generis pullos implumens abstulit. Id semel: idque iterum ausus: nil amplius aquilam mouit: quam ut nuper tristi domicilio deserto: nidum dumofamque supellectilem in alteram rupis partem parum auexerit. Illic modo sapientius amissa sobolis spem refouet: Nihil solito latius ut reor. Siquidem saxeus iste suus hostis exigui lucri cupidus: uitam praedigus: iam restem nodosque praeparat: quibus per inane suspensus & de insolito specu solitas praedas agat. Iam sensim ad minimam rem: ratiocinando descendum dimis. Nec apibus quidem percepti mellis iniuria mellificandi dulcedinem: Nec formicis sub terra latentium horreo inundatio graniferi laboris experientia: frequentisq; cursus ac recursus iminuit uoluptatem. Non enim desperat infelicitate temptata: retemptari posse foelicium. Alioquin si cum successibus rem animosque simul spes intereat: torpebit aeternus in quos undique cernimus actionum uarias quotidie interpellantibus fatis: & uitam situ marcidam exitus inglorio manebit: Quae ne forte contingeret aiantibus cunctis: & praesertim homini: dura propositaque tenacia pectora data sunt. Urbem Romam (ut retro iam facili saltu: ab imis rem ad altissima conscendam) a Gallis Senonibus incensam restituere maiores: qua in re Camilli auctoritas: tribunis contra nitentibus: omine etiam adiuta praualuit. Iidem illi maiores nostri post Alliam: post Ticinum: post Trebiam: post Trasimenum in aciem redierunt: post Caudine pacis ignominiam gloriosissimas uictorias retulerunt: Et post Canas grauissimum ac pene mortiferum reipublicae uulnus: ne ab ignaui ciuibus derelinquerent Italia contra sententiam Cecilij Metelli fulgens Africani gladius obtinuit. Qui nisi inuicta spes unius eiusdemque admodum adolescentis: multorum senum labaratas firmasset aios: actum erat de imperio: Nulla hodie Romani nominis memoria: nulla Romanae potentiae uestigia supersent. Faciente enim (ut Flori historici uerbis utar) de Italia Africam Hannibale: profecto non latini sed Africani coloni Italiam possiderent. Et si quis forte mansisset Italici sanguinis: tantis superstes cladibus: non aliter quam dulcis aquae riuulus pelago mixtus in peregrinos mores uisceremque barbariem concessisset. Quae non sumus igitur: & quod sumus fateamur ingenuae spei bonae dumtaxat unius hominis debemus. Et de nobis quidem haec tenus. Quid Lacedaemonios: quid uel Carthaginenses memorare: qui sperare non prius quam esse desierunt: Quid Saguntinos qui dum sera a nobis auxilia sperant: extremas a crudelissimo hoste miseras acceperunt. Longum est per cuncta discurrere. Itaque ut unde est ortus illic sermo desinat: ultima iactare nauis ancora spes est: quam si quis in hoc procelloso mari laborantibus absiderit: nulla est ad uitam uia: nullus ad requiem portus: nullus

Varia hoim studia

B

C

D

reditus ad salutem. Miraris nunc quid tam longa sibi uelit oratio: Scilicet unū ago ut amicum tuum subscribas exemplorum turba: raras & forte uanas: sed firmas spes habentem. Et hæc mihi quidem curiosius explicanda erant: ut affectum scribētis agnosceres: cætera in silentio intelligis. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Leliū suū: Illū ut ad se scribat excitantis: ut etiā apud cōem dñm p̄ foelici regē suarū exitu intercedat rogantis: Ep̄la XLVI.

**S**æpe te litteris ad colloquiū elicere nisus sum: inefficaciter ad hanc diem: pergam silentium tuū interrompere: pudebit amici tot clamōres tacitū audire. Labellum clausum uel in indignationē forte uel in risu aperiā uel in uerba. Non magnificatio quid rescribas: modo loqui incipias: uictor sum si occupationes te ueteres tenent: nouas ingeram. Si segnitie calamum amisisti: sedulitate restituiam. At si forte superbia extolleris: & quod suspicari ne tenuiter quidem possum: amicis affatibus indignum censes: humilitate mihi ab illo animi fastigio detrahendus: & in æquū campū amicitia retrahendus es. Itaque sic tibi persuade: Inculcare querelas & lamenta nō desinam: donec mihi uel antiquum inter nos cōmertium litterarū restituas: quod diu saltem tam propinqui sumus: ut nuncio penuriā præterdere neuter possit: & quasi per manus ab altero ad alterum sit epistolarum transitus uel probabilem causam tantæ mutationis expedias. Nuncius alter: alterius uestigia urget: litterarū mearum acerui ante oculos tuos erunt. Amici digitū & anulum nostri: intactas abijcere amor & uerecundia non sinent. Aperies (licet nolis) ipse tibi blandient: ut plegas. Ita qui breuis scripturæ laborem fugis: longæ lectionis fastidium non euades. Si quid igitur mihi credis oculos tuos digitos: auxilio libera: & ignobiliores corporis tui partes: nobilibus oribus seruire doce. Arripe calamū: non insueta suadeo: calamus ab infantia gladius tuus est. Adulta ætas & patriæ status ad alia te deinceps arma rapuerunt: demū ad Romanorū pontificum quietiores aulas retrahēte fato: & ad antiqua studia redisti. Quid igitur petos? Fac quod quotidie facis: scribe aliquid: fac idem quod nunquā facis: scribe mihi: mox nēpe subsistam: & uel rarius scribam ipse: uel breuius. Vicisse: & de ista silētij tui arce: te deiecisse sufficiet. Hic tamē (scio cui loquor) ueteri illo & uulgari clypeo tectus occures. Quid queris frater: Nihil habeo quod scribam. Ego uero & si in tanta rerum copia talibus ingenio eloquio ue nunquā defuturam scribendi materiam crediturus fuerim: facile persuaderi mihi patiar: quālibet seu ueram seu fictam causam potius quā oblivionis nebulam: tibi silentium induxisse. Hoc igitur saltem quod multi ab amicis petierūt: sed eos quos ego legerim primus omnium Cicero: scribe te nihil habuisse quod scriberes: hoc ipsum scribe: sed alijs tamē uerbis: alioquin (quod intentionis meæ non fuit) breue nimis: & apertum euadēdi tibi iter ostendi. Euades (si te noui) saltu unico: & te uno uerbo redimes auctore me. Sic ego (quod multis accidit) consilio meo ludar. Sed iam satis superque querelaz est: nisi quia ad ultionē tendo: & taciturnitatem tuam loquacitate punio. Ut uero aliquid etiam familiarium curarum huic epistolæ includam: quæso ne pigeat apud cōmunem dominum pro foelici rerum mearum exitu intercedere. Voco autem quemlibet foelicem: modo aliquis sit: multum est frater uana expectatōe liberari. Ignorant homines quid lucri est superuacua & infinita desideria proiecisse: perdita satiant: possessa cruciant miserorum animos pluribus inanibus quā solidis occupatos: & tanta est insania: extricari ab erroribus: ut fiat uero locus: metuunt dum sibi prosperos rerum prægrandium exitus pollicentur. Sibi quippe placētes ac superbi & iniqui rerum suarum iudices: dignos se finxerunt: quibus ad nutum uniuersa succederent. Ita quod in amatoria materia dixit Naso: Dum sibi quisque placet: credula turba sumus. Iam medium uitæ cōmunis late delirando perduximus. Ut enim eleganter a Tullio dictū est: Metelli sperat quisque sibi fortunam: Quot autem in hac uanitate falluntur: imo uero quod pauci quod pene nulli non falluntur. Hinc licet aduertere quod si ueterum scriptorum testimonio stamus: ex omnibus sæculis foelix ille Metellus: nō nisi unicum comitem: eumque ipsum non domi sed procul & extra Italia terminos dicitur inuenisse: qui tamen ipsi quod rite foelicitatis hoc inane nomen usurpauerint: locus iste non recipit: & fortasse aliud dicendi tempus adueniet: Nūc (ut coeptum peragam) si quod omnes sperant nullus assequitur: quod multos uitæ somnijs elusos: expectatē quod mors oppræsserit: quotque in finem oppræssura sit cogita. Quibus ego territus: hanc ipse mihi legem statui. Altiora me non quærere: Paria uero patuca quidem & modeste: quibus scilicet & obtentis sobrie gaudeam: & amissa feram fortiter

& repulsa dolore non torquear. Ad hanc legē ita me formavi: ut uix rei cuiusq̄ uerear euentum: modo expectationis fastidia detrahantur. Quobrem per omnes te coelicolas frater oro: ab hac q̄ primū perplexitate dissolui. Aufer mihi expectationē: quicquid erit æquanimiter feram. Finem facio cū illo cuius hoc mihi placet inter cætera: pars beneficij est quod petitur si belle neget. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Lelium suum: factum cuiusdam iuuenis qui uirginem cuius amore languebat uiciauerat narrantis: eumq; ut in hoc facto apud dominum illius iuuenis intercedat rogantis: Ep̄la XLVII.

A  
Verba sunt affectionum animi nota

**I**mpletum est plane in nobis quod de Pompeio tuo Corneliaq; sua scribitur: Neuterq; recedēs substituit dixisse Vale. Sed nec multis inter nos ybis opus erat: quæ nil aliud q̄ animorū & passionū quæ in eis habitant notæ sunt: cum animi nostri (licet in silentio) uicissim pateant. Vnum est qd̄ te nunc agere: si possibilitas adest uelim. Iuuenis quidam uirginem cuius amore languebat: ipsa nō oblucente cognouit matrimonij pactis interpositis. Idq; qd̄ magis in aures tuas intret: nescio an & in thoro: certe apud thorum accidit: Loci dominus nobilis dicam: an rusticus: Iuuenem ipsum: quē graui & antiquo odio persequitur: ad capitale supplicium uocat. Mulier factum excusat: nihil se contra q̄ optauerit passam dicens: & pmissas amantis nuptias efflagitat. Annuit ille si liceat: sed carcere conclusus: sub iniquissimo iudice causam dicit. Cæterum ubi compedes amoueantur: soluti ambo & ætate & animis & fortuna pares: optatissimas nuptias celebrabūt. Hæc ut ad me indignantis primū populi uocibus: deinde etiam amicorum precibus & lachrymis perlata sunt: tu primus omnium occurristi: a quo morbi talis auxilium peteres. Et nos aliquando frater arsimus: & opem ferre decet ardētibus: Dominū autē nostrum: & si talia sublimē eius animū non attingant: non tamē usq; adeo ferreum aut inhumanum reor: ut humanis non miseratur erroribus. Nec est quod parcius ardere uricolos suspicemus: In omne genus hominū par imperiū habet Arcipotes ille puer. Scio apud Virgilium scriptū esse: q̄ subita incautum dementia cepit amātem. Et sequitur: Ignoscēda quidem. Sed terret quod in fine subiūgit: Scitēs si ignoscere manes. Vereor enim ne durior ille Bellerophon nihil humanitatis habens: insuper ira ascensus: sit sanguinis sitientior q̄ oportet. Vt cunq; succedat: nos partes nostras implebim⁹: Ego apud te: tu apud dominū: ut ipse a præfato thori domino gratuitum munus: captiuū illū per litteras suas petat. Cuius nomen & rei gestæ seriem uillicus hic noster ob hoc unū ad te missus exponet: nihilo narrator urbanior: q̄ amator is cuius amentia modo ueniam postulamus. Vale.

B  
Par imperiū habet amor in omni genere hominum

Fran. Pet. ad Leliū suū: eloquentiā plurimū ualere ad mitigādos efferatorum animos exēplo maiorū cōprobātis q̄q; suū uillicū mitigauerit admirantis:

Epistola XLVIII.

A  
Verba cōcinnè p̄nunciata efferacissimos etiā aīos molliunt

**Q**uid tibi uis dicā? Sic est ut audieram & legeram: Nullū est tam asperū ingenium qd̄ non morū uerborūq; dulcedine mitigetur. Sic Africanus meus ille superior Siphacem regem barbarum: atq; (ut Liuī uerbis utar) Romanis moribus infuetum: & (qd̄ mirabilius fuit) Hastrubalem quoq; Carthaginensiu ducem: non barbarum modo: sed etiam imitem Romani nominis inimicū inter cōnādum suauī cōuictu: & comī mansuefecit alloquiō. Sic Iulius Cæsar Amyclam algis & æquoreis spumis aspersum: nudumq; & inopem piscatorem: tam leniter fando cœpit: & illius Cæsareæ facundia retibus circumuoluit: ut inaudito uerborū sono: & ignoti hospitis admiratione suspensus: cōfestim iubēte illo fragilem atq; imparem pelagi minis cymbā: de tuti littoris statione dissolueret: parendiq; studio sciens ac uolens ad interitum properaret. Ac ne semp Africanos & Cæsares loquamur: Ille philosophorū princeps Plato Dionysiū conciliare sibi potuit Syracusiū tyrannū. Archelaum uero Macedonia regem Euripides poeta. Nec aut illi tyrannici spiritus rigor: aut huic imanitas obstitit barbarica: utranq; duriciem ingenio & eloquētia molliuerunt. Et quod hui⁹ generis oīa monstra transgreditur: Orator Aphthonius sauos carnisces ad se occidendū missos: & iam strictis mucronibus irruentes: blanda oratione cōpescuit: uicissetq; crudelitatem eloquentia nisi unus ex eo numero qui eum loquentē nō audierat: cæteris iam digressis superueniens: uelut aspīs incantatoris uoce non audita: uirus in illum scelestis ministerij effudisset. Sed quid hominū exempla cōquirimus? Vrsos uidemus: pardos ac leones atq; alias truces & præualidas bæluas: blāditijs delinitas: parui do-

Iulio Cæsar

Plato  
Euripides

Aphthonius  
orator

B

mitoris imperium patienter excipere: nexu in super: carcerem: minas & uerbera. Volucres  
 coelo uagas cōtra primæuam naturæ suæ legem: humanam societatem antepone re liberta-  
 ti: uitam in uinculis agere: operto capite: præreptoq; etiam patriæ natalis aspectu: famem  
 suam nutritoris arbitrio moderari: de illius manibus cibum sumere: uocem iubentis agno-  
 scere: clamoribus obedire: ire ad emittentis arbitrium & reuerti: opimasq; prædas non sibi  
 sed domino reportare. De piscibus mihi tale (quod meminero) legi: nisi q̄ delphines ne  
 scio qua humano generi familiaritate coniunctos ferunt: Vnde & Arionem quendam ter-  
 go huius piscis insidentem per tumidos fluctus maris euasisse historica (seu potius) fabulo-  
 sa narratio est: Vectorem ipsum fidibus canentem faciunt: quo navigationi facilius fides  
 sit mulcente auras musica & nauigium subleuante. Visum est enim fabulam non admitti  
 nisi color mendacio quæreretur: gubernaculum: malus: uela: remi deerant: pro his omnib⁹  
 unius musicæ suauitas subrogata est. Sed quorsum hæc tam peregrina percōtaberis? Ut  
 intelligas me ingenium tuum summis inserere: qui non homines: nō feras aut uolucres: sed  
 aquaticum hoc animal educatū inter fontes & flumina: escam de scopulis eliciens: cōtactu  
 ac sermone: in amicitia pellaxisti. Redijt equidem ad me sui immemor: tui memor cū multa  
 de domino: multa de amicis quærerem: nil nisi de Lelio respondebat. Illius formam: illius  
 mortem: illius linguam: illius deniq; domicilium atq; habitum admirari. Illum mihi quasi  
 incognitum ruralibus & terrecris uerbis extollere: de illo mihi sæpe licet interruptenti lō-  
 gissimas narrationes texere. Cuncq; sæpe Terentianum illud obijcerē: Hui mihi illum lau-  
 das: Ille eo magis ab exordio cuncta retexere. Quid plura? Intellexi ilico te tuis artibus me-  
 um mihi uillicum abstulisse: nec indolui fateor: nec inuidi: sed obstupui plus te una hora q̄  
 me toto decennio potuisse. Mirum est nisi tu colloquijs tuis aliquid etiā magicæ artis imis-  
 ceas. Nunc igitur captus amore tui cum his litteris iteq; ad te redit sim⁹ & per te dominicæ  
 interuentionis auxiliū sperans: per quod amicū suum de quo pridie tibi scripsi: iam extre-  
 mis fortunæ laqueis artatū expediat: nisi iudicis animo (q̄ iam ab initio uerebar) ad sup-  
 plicium obstinato non sit precibus locus. Fama enim est eum dolore simul & inuidia deliba-  
 ti uirginei floris insanire: ad quem ipse sitiēter (ut memorant) aspirabat: indignantem gra-  
 uiter: plus in amoris regno pauperis blanditias: q̄ suas ineptas diuitias ualuisse. Quod si  
 accidat ut obstructis auribus uerba fundant: dño tamen partus erit integer misericordiæ  
 suæ: tibi beniuolentiæ tuæ fructus. Iste quoq; agrestis amicitia suæ debitum me opitulante  
 persoluerit: Ille autem amator infœlix: si aliter esse non potest: amoris sui dulcedinem (q̄  
 multi fecerūt) mortis acerbitate pensabit. Hunc sane quo nam humilium amicorū loco nu-  
 meres: tuum erit: Ipse te dominorū suorū inter primos numerat: aliquātoq; mihi de tua gra-  
 tia iam q̄ de ueteris amici uita uidetur sollicitior. Ita q; ut se tibi prorsus insinuet: & allego-  
 rico munusculo: animum suum suauissime tibi deditum ostendat. Liquoris omnium mol-  
 lissimi olei uasculum tibi afferet: quod spōte sua: & (ut aiunt) uirginitate seruata: nullo præ-  
 mente defluxit et baccis arborum nostrarū: quæ in collibus istis sunt: ubi posthabitis Athe-  
 nis repertricem oleæ Mineruam habitare dicerem: nisi eam iam pridem Ianuensi littore: ad  
 portum Veneris atq; hericem collocassem in Africa meæ libris. Vale.

Eiusdē Francisci Petrarchæ de reb⁹ familiarib⁹: Liber Quartus incipit.

Francisci Petrarchæ ad Ioannē Colūnæ: uentosum quendam montem in Gallia  
 describentis: Epistola XLIX.

**A**ltissimum regionis huius montem quem non immerito uentosum uocant:  
 hodierno die sola uidendi insignem loci altitudinem: cupiditate ductus ascē-  
 di. Multis iter hoc annis in animo fuerat: Ab infantia enim his in locis ut no-  
 sti fato res hominum uersante: uersatus sum. Mons autem hic late undiq; cō-  
 spectus fere semper in oculis est: cœpit impetus tandem aliquādo facere q̄  
 quotidie faciebam: præcipue postq̄ relegenti pridie res Romanas: apud Liuium forte ille  
 mihi locus occurrerat: ubi Philippus Macedonum rex: is qui cum populo Romano bel-  
 lum gessit: Hemum montem Thessalicum conscendit: e cuius uertice duo maria uideri: Ha-  
 driaticum & Euxinum famæ crediderat: Vero ne an falso satis comperti nihil habeo: q̄ &  
 mons a nostro orbe semotus & scriptorum dissensio dubiam rem facit. Ne cūctos euoluā:  
 Pomponius Mela: cosmographus: sic esse nihil hæsitās refert: Titus Liuius: falsam famam

**B**  
Cōcordiā et ir/  
am inter cha/  
ros rarā esse

**C**

**D**

**E**  
Naturā rebus  
humano inge/  
nio auferri nō  
posse

opinatur. Mihi si tam prompta montis illius experiētia esset q̄ huius fuit: diu 'dubium esse nō sinerem. Cæterum ut illo omisso: ad hunc mōtem ueniam: excusabile uisum est in iuue- ne priuato: quod in rege sene non carpitur. Sed de socio cogitanti (mirum dictu) uix amico- rum quisq̄ omni ex parte idoneus uidebatur: adeo etiam inter charos exactissima illa uo- luntatum omnium morumq̄ concordia rara est. Hic segnior: ille uigilantiōr: hic tardior: il- le celerior: hic mœstior: ille lætior: deniq̄ hic stultior: prudentior ille q̄ uellem: huius silen- tium: illius procacitas: huius pondus ac pinguedo: illius macies atq̄ imbecillitas terrebat: huius frigida incuriositas: illius ardēs occupatio dehortabatur: quæ quāq̄ grauiā: tolerā- ter domi (omnia enim suffert charitas: & nullum pondus recusat amicitia) ueq̄ hæc eadem fiunt in itinere grauiora. Itaq̄ delicatus animus honestaq̄ delectationis appetēs: circum- spiciensq̄ librabat singula sine ulla quidem amicitia læsione: tacitus quicquid p̄posito itir- neri præuidebat molestum fieri posse damnabat. Quid putas: tandē ad domestica uertor auxilia: Germanoq̄ meo unico minori natu: quem probe nosti: rem aperio: nil poterat læti- us audire: gratulat<sup>9</sup> q̄ apud me amici simul ac fratris teneat locū. Statuta die digressi dor- mo: Malausānam uenimus ad uesperam: locus est in radicibus montis uersus in boream: illic unum diem morati: Hodie tandem cum singulis famulis montem ascendimus: non si- ne multa difficultate: Est enim prærupta & pene inaccessibleis saxosa telluris moles: Sed be- ne a poeta dictum ē: Labor omnia uincit improbus. Dies longa: blandus aer: animoq̄ uir- gor: corporum robur ac dexteritas: & (si qua sunt eiusmodi) euntibus aderant: sola nobis obstabat natura loci. Pastorem exactæ atatis inter cōuexa montis inuenimus: qui nos ab ascensu retrahere multis uerbis enixus est: dicens se ante annos quinquaginta eodem iuue- nilis ardoris impetu supremum in uerticem ascendisse: nihilq̄ inde retulisse præter pœnitē- tiam & laborem: corpusq̄ & amictum lacerum saxi ac uepribus: nec unq̄ aut ante illud tē- pus: aut postea auditum apud eos quenq̄ ausum esse similia. Hæc illo uociferāte: nobis ut sunt animi iuuenū monitoribus increduli crescebat ex prohibitione cupiditas. Itaq̄ senex ubi animaduertit se nequicq̄ niti: aliquātulū progressus: inter rupes arduum callem digir- ro nobis ostendit: multa monens multaq̄ iā digressis a tergo ingeminans. Dimisso penes illum si quid uestiue aut rei cuiuspiam impedimento esset: soli dumtaxat ascensui accingi- mur alacresq̄ conscendimus: Sed (ut fere fit) ingētem conatum uelox fatigatio subsequit. Non procul inde igitur quadam in rupe subsistimus. Inde iterum digressi: prouehimur: sed lentius: & præsertim ego montanum iter gressu iam modestiore carpebam: & frater cōpen- diaria quidem uia per ipsius iuga montis ad altiora tēdebat: ego mollior ad ima uergebā. Reuocantiq̄ & iter rectius designanti: respondebam sperare me alterius lateris faciliorem aditum: nec horrere longiorem uiam: per quam planius incederem: hanc excusationem ig- nauia prætendebam: alissq̄ iam excelsa tenentibus: per ualles errabam cum nihilo mitior aliunde pateret accessus: sed & uia cresceret & inutilis labor ingrauesceret. Interea cum iam tædio cōfectum perplexi pigeret erroris: penitus alta petere disposui: cunq̄ operientem fra- trem & longo refectum accubitu: fessus & anxius attigissem: aliquandiu æquis passibus in- cessimus. Vix dum collem illum reliqueramus: & ecce prioris anfractus oblitus iterum ad inferiora desccior: atq̄ iterum peragratis uallibus dum uiarum facilem longitudinē sector: in longam difficultatem incido: differebam nempe ascendendi molestiam: sed ingenio hu- mano rerum natura non tollitur: Nec fieri potest: ut corporeum aliquid ad alta descendēdo perueniat. Quid multa: Nō sine fratris risu: hoc indignanti mihi: ter aut amplius inter pau- cas horas contigit. Sic sæpe delusus: quadam in ualle confedi. Illic a corporeis ad incorpo- rea uolucris cogitatione transiliens: his aut talibus meisum compellabam uerbis: Quod totiens hodie in ascensu montis huius expertus es: id scito & tibi accidere & multis accedē- tibus ad beatam uitam: sed iccirco tam facile ab hominibus non perpendi: quod corporis motus in aperto sunt: animorum uero inuisibiles & occulti. Equidem uita quam beatam dicimus: celso loco sita est: Arta (ut aiunt) ad illā ducit uia: multi quoq̄ colles intereminēt: & de uirtute in uirtutem præclaris gradibus ambulandum est. In summo finis est omnium & uia terminus: ad quem peregrinatio nostra disponitur. Eo peruenire uolunt omnes: sed (ut ait Naso) Velle parum est: cupias ut re potiaris oportet. Tu certe: nisi (ut in multis) in hoc quoq̄ te fallis: non solum uis sed etiam cupis. Quid ergo te retinet: Nimirum nihil ali- ud: nisi per terrenas & infimas uoluptates planior: & ut prima fronte uidef expeditior uia:

Verumtamen ubi multum erraueris: aut sub pōdere male dilati laboris: ad ipsius te beatæ uia culmen oportet ascendere: aut in conuallibus peccatorum tuorum segnem procumbere: & si (quod ominari horreo) ibi te tenebræ & umbra mortis inuenerint: æternam noctem in perpetuis cruciatibus agere. Hæc mihi cogitatio: incredibile dictu est: quātum ad ea quæ restabant: & animum & corpus erexerit: Atq; utinam uel sic animo peragam iter illud: cui diebus & noctibus suspiro: sicut superatis tandem difficultatibus hodiernum iter corpore/ is pedibus peregi. Ac nescio an nō longe facilius esse debeat: quod per ipsum animum agi/ lem & immortalem sine ullo locali motu in icū trepidantis oculi fieri potest: q̄ quod suc/ cessu temporis per moribundi & caduci corporis obsequium ac sub graui membroꝝ face gerendū est. Collis est oīm suprem⁹ quem syluestres filioli uocāt: cur ignoro: nisi quod per antiphrasim: ut quædā alia dici: suspicor: Videtur enim uere pater omnīū uicinorū mon/ tium. Illius in uertice planicies parua est: Illic demum fessi cōquieuimus. Et quoniam au/ disti quānam ascendenti impetus ascenderint curæ: Audi pater & reliqua: & unam pre/ cor horam tuam relegendis unius diei mei actibus tribue. Primum omnium spiritu quo/ dam aeris insolito & spectaculo liberiore permotus: stupenti simulis steti: Respicio: nubes erant sub pedibus. Iamq; mihi minus incredibiles facti sunt Athos & Olympus: dum quod de illis audieram & legeram: in minoris famæ monte conspicio. Dirigo de hinc oculorum radios ad partes Italicas: quo magis inclinatur animus: Alpes ipse rigentes ac niuosæ: per quas ferus ille quondam hostis Romani nominis transiuit: aceto (si famæ credimus) saxa perrumpens iuxta mihi uisæ sunt: cum tamē magno distent interuallo. Suspirauit fateor ad Italicum aerem: animo potius q̄ oculis apparentem atq; inextimabilis me ardor inuasit: & amicum & patriam reuidentem: ita tamen ut interim in utroq; nondū uirilis affectus mol/ licem increparem: q̄ uis excusatio utrobiq; nō deforet magnorum testium sulca præsidio. Occupauit inde animum noua cogitatio atq; a locis traduxit ad tempora. Dicebam enim ad me ipsum: Hodie decimus annus completur ex quo puerilibus studijs dimissis Bononi/ am excessisti: & o deus immortalis: o immutabilis sapientia: quot & quantas morum tuo/ rum mutationes hoc medium tempus uidit: Infinita prætereo: nondum enim in portu sum ut securus præteritarum meminerim procellarum: Tempus forsitan ueniet quando eodem quæ gesta sunt ordine uniuersa percurrā: præfatus illud Augustini tui: Recordari uolo trās/ actas foeditates meas: & carnales corruptiones animæ meæ: non q̄ eas amem: sed ut amē te deus me⁹. Mihi quidem multum adhuc ambigui molestiq; negocij superest: quod ama/ re solebam: iam non amo: mentior: Amo sed uerecundius: sed tristius. Iam tandem uerum dixi. Sic est enim: amo sed quod non amare amem quod odisse cupiam: Amo tamen: sed inuitus: sed coactus: sed moestus & lugens: Et in meipso uersiculi illius famosissimi senten/ tiam miser experior. Adero si potero: si non inuitus amabo. Nondum mihi tertius annus effluxit ex quo uoluntas illa peruersa & nequam quæ me totum habebat: & in aula cordis mei sola sine contradicte regnabat: cœpit aliam habere rebellem & reluctātem sibi: inter quas iam dudum in campis cogitationum mearum de utriusq; hominis imperio laborio/ sissima & anceps etiā nunc pugna cōseritur. Sic per exactum decēnium cogitatione uolue/ bar. Hinc iam curas meas in anteriora mittebam & quærebam ex me ipse: Si tibi forte cō/ tingeret: per alia duo lustra uolatilem hanc uitam producere: tantumq; pro rata temporis ad uirtutem accedere: quātum hoc biennio per congressum nouæ contra ueterem uolunta/ tis ab obstinatione pristina recessisti: Nōne tunc posses: & si nō certus at saltem sperās qua/ dragesimo ætatis anno mortem oppetere: & illud residuum uitæ in senium abeuntis: æqua mente negligere? Hæc atq; his similes cogitationes in pectore meo recursabant pater. De prouectu meo gaudebam: imperfectum meum flebam: & mutabilitatem cōmunem huma/ norum actuum miserebar: & quem in locum: quam ob causam uenissem quodāmodo ui/ debar oblitus: donec ut omissis curis quibus alter locus esset oportunior respicerem: & ui/ derem quæ uisurus adueneram. Instare enim tempus abeundi: q̄ inclinaret iam sol: & um/ bra montis excresceret admonitus: & uelut expergefactus: uerto me in tergum: ad occiden/ tem respiciens: Limes ille Galliarum & Hispaniæ pyreneus uertex inde non cernitur: nulli/ us quem sciam obicis interuentu: sed sola fragilitate mortalis uisus. Lugdunensis autem prouinciæ montes ad dexteram: ad læuam uero Massiliæ fretum: & quod aquas mortuas uerberat aliquod dierum spacio distantia præclarissime uidebantur: Rhodanus ipse sub oculis nostris erat. Quæ dum mirarer singula & nunc terrenum aliquid saperem: nunc ex/

F

G

H

I

K

emplo corporis animū ad altiora subueherē: uisum est mihi confessionū Augustini librum  
 charitatis tuæ munus inspicerē: quē & conditoris & donatoris in memoriā seruo: habeoq;  
 semper in manibus pugillare opusculum: perexigui uoluminis sed infinitæ dulcedinis: ape-  
 rio lecturus: quicquid occurreret: quid enim nisi pium & deuotum posset occurrere? Forte  
 autem decimus illius operis liber oblatus est. Frater expectans per os meum ab Augustino  
 aliquid audire intentis auribus stabat: deum testor: ipsumq; qui aderat: q; ubi primum de-  
 fixi oculos: scriptū erat: Et eunt homines admirari alta montium: & ingentes fluctus maris  
 & latissimos lapsus fluminum & oceani ambitum & gyros syderum & relinquunt seipfos:  
 Obstupui fateor: audiendiq; audium fratrem rogās ne mihi molestus esset: librum clausi:  
 iratus mihi met quod nunc etiam terrestria mirarer: qui iam pridem ab ipsis gentium philo-  
 sophis discere debuissem: nihil præter animum esse mirabile: cui magno nihil est magnum.  
 Tunc uero montem satis uidisse contentus: in meipsum interiores oculos reflexi: & ex illa  
 hora non fuit qui me loquentē audiret: donec ad ima peruenimus. Satis mihi negocij uer-  
 bum illud attulerat: nec opinari poteram id fortuito contigisse: sed quicquid ibi legeram  
 mihi & non alteri dictum rebar: recolens quod idem de seipso suspicatus olim esset Augu-  
 stinus: quando in lectione codicis apostolici (ut ipse refert) primum sibi illud occurrit: Non  
 in comestationibus & ebrietatibus: non in cubilibus & impudicijs: non in contentione  
 & æmulatione: sed induite dominum Iesum Christum: & carnis providentiam ne feceritis  
 in concupiscentijs uestris. Quod iam ante Antonio acciderat: quando audito euāgelio ubi  
 scriptum est: Si uis perfectus esse: uade & uende omnia tua quæcunq; habes & da pauperi-  
 bus: & ueni sequere me: & habebis thesaurum in cœlis: ueluti propter se hæc esset scriptura  
 recitata (ut scriptorum rerum eius Athanasius ait) ad se dominicum traxit imperium. Et  
 sicut Antonius his auditis aliud non quæsiuit: & sicut Augustinus his lectis ulterius non  
 processit: Sic & mihi in paucis uerbis quæ præmissi: totius lectionis terminus fuit in silētio:  
 cogitanti quāta mortalibus consilij esset inopia: qua nobilissima sui parte neglecta diffun-  
 dantur in plurima: & inanibus spectaculis euanescent: quod intus inueniri poterat quærē-  
 tes extrinsecus admirantiq; nobilitatem animi nostri: nisi sponte degenerans: ab originis  
 suæ primordijs aberrasset: & quæ sibi dederat in honorem deus: ipse in opprobrium con-  
 uertisset. Quotiens putas illo die rediens & in tergum uersus cacumen mōtis aspexi: & uix  
 unius cubiti altitudo uisa est præ altitudine contemplationis humanæ: si quis eam non in  
 lutum terrenæ sœditatis immergeret. Illud quoq; per singulos passus occurrebat: Si tantū  
 sudoris ac laboris: ut corpus cœlo paululum proximi? fieret subire non piguit: quæ crux:  
 quis carcer: quis aculeus deberet terrere animum appropinquante deo: turgidumq; cacu-  
 men insolentiæ: & mortalia fata calcantem & hoc quoto cuiq; accidet: ut ab hac semita: uel  
 durarum metu rerum: uel mollium cupidine nō diuertat? O nimium sœlix: si quis usq; est:  
 De illo sensisse arbitrer poetam: Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas: Atq; met<sup>o</sup> mor-  
 tis & inexorabile fatum Subiecit pedibus strepitumq; acherontis auari. O quanto studio  
 laborandum esset: non ut altiozem terram: sed ut elatos terrenis impulsibus appetitus  
 sub pedibus haberemus. Hos inter nudosi pectoris motus sine sensu scrupulosi tramitis ad  
 illud hospitium rusticum: unde ante lucem moueram p̄funda nocte remeauī: & luna per  
 nox gratum obsequium præstabat euntibus. Interim ergo dum famulos apparādæ cœnæ  
 studium exercet: solus ego in partem domus abdītam perrexi: hæc tibi raptim & ex tempo-  
 re scripturus: Ne si distulissim pro uarietate locorū mutatis forsā affectibus scribēdi pro-  
 positum deferueret. Vide itaq; pater amātissime: q̄ nihil in me oculis tuis occultum uelim:  
 qui tibi nedum uniuersam uitam meam: sed cogitatus singulos tam diligenter aperio: pro  
 quibus ora quæso: ut tam diu uagi & instabiles: aliquando subsistant: & inutiliter per mul-  
 ta iactati: ad unū bonū uej certū stabile se conuertant. Vale.

**Fran. Pet. ad Dionysiu suū:** Illi q; ad Robertū regē uocat<sup>o</sup> accesserit cōgratu-  
 lantis: multa quoq; de diuitiarū contemptu deq; beatæ uitæ desiderio ac de lau-  
 dibus regis cōmemorantis: Ep̄la L.

**A**n Il dulcius audierant aures meæ: postq; uocem tuam audire desierunt: q; q; ad re-  
 gem uocatus accesseris. Rationem inquis expecto. Nō possum breuiter: Itaq; lon-  
 gius incipiam. Optauit aliquando tibi genitrix longitudinem dierum innumera-

bilibus periculis & calamitatibus obiectam: Aliquando diuitias humanarum mentium non mediocrem laqueum ac funestam sarcinam libertatis: Aliquando formam corporis deformitatis animæ plærumq; materiam. Quid de sodalibus: quid de nutricula tua dicā: Muliercularum omnium una lex est: inepta cupiunt: ridenda formidāt. De patre libet alti ora credere. Optauerit ergo filio: quod ait Satyricus: Eloquium & famam Demosthenis aut Ciceronis: quæ quanti sæpe periculi plena sint: utriusq; exitus est testis. Multis & inanis uel tuis uel aliorum pro te uotis fatigatæ sunt aures dei. Horum tibi aliquid anxie non opto: Quare? Quia stultum est uæhementer appetere: quod potest pessimo fine concludi: Illud bonum tibi cupio quod mihi: beatâ uitam ad quam multi suspirāt: pauci perueniunt. Est enim salebrosum iter atq; angustum & difficile: & amœna ac prona circum uia. Est autem ut in sagittando: sic in alia qualibet operatione mortalium: aberrare perfacile: signum attingere is demum artificij finis est. Iccirco difficilior: quia ad illum una tantū modo: ad errorem innumerabiles sunt uia. Hanc sane quam dico beatam quam ipse ingeniosissimis atq; doctissimis uiris forte aliter uisum sit: in hoc corporis ergastulo mereri quidem utcumq; potest labor humanus & sperare: amplecti autem ac tenere non potest. Hoc ergo studio decurritur: finis est ubi quiescit intentio. Neq; nobis hoc solis persuasum est. Quid enim aliud Cicero sentiebat: ubi ait: q̄ hæc uita uia est in cœlum: habet tamē interdum illi æternæ quiddam hæc mortalis uita simillimum: ut & si beata nondum sit (id em̄ beatum est dumtaxat cui nihil ualet accedere) iam tamen humanas miseras longe infra se uideat: & in imo stans adhuc supernæ felicitatis luce respēdeat. Hoc sanæ nō diuitiæ præstant: non infantis uulgi plausus: non potentia: non uoluptas: sed uirtutum comitatus: atq; animi trāquillitas: ad quam adipiscēdam diuersum fortasse alijs uidebitur: Sed quātum opinio mea fert: nihil æque adiuuat: ac nobilium ingeniorum familiaritas & clarorum uirorum conuersatio. Cernis (ut arbitror) quid intendam: dicam tamen expressius. Quis in græcia clarior Themistocle: ut ait Tullius. Ego fidentissime: Quis in Italia: immo uero quis in Europa clarior Roberto? In quo sæpe cogitans soleo non tam diadema: q̄ mores: neq; tam regnum q̄ animum admirari. Illum ego uere regem dixerim qui non subditos modo sed seipsum regit ac frenat: qui exercet in passiones suas imperium: quæ sunt animo rebelles: illum si cesserit opprassuræ: ut nulla est quidem clarior uictoria q̄ seipsum uincere: sic nullum regnum altius q̄ seipsum regere. Quomodo ille mihi rex erit in quem regnat ambitior: quomodo inuictus quem sternit aduersitas: quomodo seren⁹ quem moeror obnubilat: quomodo magnanim⁹ quem minimarum etiam rerum pavor exanimat? Et (ut fulgida uirtutum nomina taceamus) quis mihi liberum dicit eum: qui cupidinum uariarum iugo præmitur multiplici? Infra omnia ista descendam: qua fronte hominem dicimus quem scimus ex homine nihil præter nudam effigiem retinere: bæluarum moribus deformem: & sæuorum animantium feritate terribilem: Mira ergo: licet publica dementia: Regē cum dicere qui nec rex nec liber: & sæpe ne homo quidem sit. Magnum est regem esse: per exiguum regem dici. Rariores sunt reges q̄ uulgo existimat: Non est titulus iste uulgaris: minus gemmarum atq; eboris scepra consumerent: si soli reges illa portarent. Veri reges intra se gerūt: quod eos uenerabiles facit: semotis licet satellitibus & abiectis insignibus reges sunt. Ceteros cultus exterior facit horribiles: Robertus uere inclytus & uere rex est: qui q̄ sit imperiosus in seipsum: exempla inauditæ patientiæ & moderationis indicant de quib⁹ alter forte dicendi locus fuerit: Q̄ uero late regnet in alios: dissonantes lingua & moribus populi: & disiunctissimi regionum fines ostendunt. Seneca tuus in quadam Tragœdia: quid regem faciat & quid non faciat egregie recollegit his uersibus: Regem non faciunt opes: nō uestis Tyriæ color: non frontis nota regiæ: non auro nitidæ trabes: Rex est qui posuit metus & diri mala pectoris. Nec longe post: Mens regnum bona possidet: nil ullis opus est equis: nil armis & inertibus telis quæ procul ingerit Parthus cum simulat fugas. Admotis nihil est opus: Vrbes sternere machinis longe saxa rotantibus. Rex est qui metus it nihil: hæc ille. Ad hunc itaq; regem (ut principio conueniat finis) uocatus iuisti: quod ut ille iuberet: & ut tu pareres: quid aliud q̄ studiorum summa conformitas fecit: Ille quidem quātum curis suis solamen ascieuerit dicerem: si apud alium loquerer: Tibi certe ad interni hominis pacem: quam uti sæpe querebaris Tuscarum rerum fragor impulerat: qua compendiosius pergeres non erat. Congratulor ergo seu prudentiæ seu fortunæ tuæ: & uo-

Diuitiæ hū/  
næ mētis sunt  
sarcinæ

B

Quare ad uir/  
tutes q̄ ad ui/  
tia difficilior  
sit uia

C

Roberti regis  
laudes

D

Quis iure di/  
catur Rex

B

cem quæ tunc mihi fuit in ore: aliquanto nunc fidentius repeto. Vbi enim fama primum: deinde per litteras tuas accepi te Florentia digressum esse Neapolim: & mecum & cum amicis dixi: Dionysius noster ad tranquillitatem animi magnis passibus contendit: & ad beatam uitam rectum iter ingressus est. De me autem sic habet: breui te consequar. Nosti enim quid de laurea cogito: quæ singula librans præter ipsum de quo loquimur regem: nulli omnino mortalium debere constitui: si tanti fuero ut uocer: bene est: Alioquin fingam nescio quid audisse: uel epistolæ suæ sensum quam ipse mihi summa hominis incogniti & familiarissima dignatione transmisit: quasi dubitans in eam potissimum partem traham ut uocatus uidear. Et regio quidem stilo quiddam modo plæbeium reddidi: fulgore attonitus nec æquis ingenij uiribus & lyra: ut aiunt: longe impari. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Robertum Siciliae regem: quæ mortem neptis tam constantiter laudauerit admirantis: nonnulla etiam de animæ immortalitate: multa autem de regis laudibus interferentis:

## Epistola LI.

**A** **P** Ræstrinxit oculos meos fulgor insolitus: foelix calamus uisus est: cui talia crederentur. Quid primum mirer: Eximiam breuitatem: an maiestatem sententiarum: an diuinam eloquij uenustatem? Nunquid rex in clypeo (fateor) credidi: rem tantam dici posse tam breuiter: tam grauius: tam ornate: nec iam tale aliquid ex humanis ingenijs expectabam. Equidem ut constaret te corda hominum in manibus habere: quo tota illustriū oratorum suspirat intentio: legentis animum tam uarijs affectibus impulisti: ut sine luctamine: in omnem partem stili tui uestigia sequeretur uolubilitate mirabili. Ecce enim in prima sobrijs fronte sermonis: dum summam humanæ miseræ acerrimasque molestias laborū & necessitatem mortis acerbissimam tractim ex radicis labe ramis ac frondibus obrepentem magnificentissime deplorasses: mouebar usque adeo: ut crebro inter legendum suspirans: & ineluctabili sorte perterritus: totumque hoc nomen hominis perosus: pene nec natus esse: nec unquam nasciturus optauerim. Adhuc erat & mihi iam tranquillitas omnis exciderat: nisi quæ letale uulnus inflixerat manus: eadem mox remedium attulisset. Sensi unum & repentini mœroris & consolationis artificem. Nec unquam certius quid eloquentia possit agnoueram: tam potenter enim paucorum ope uerborum sub immortalis animæ futuræque reparatiōis obtentu: agrum atque labantem animum erexisti: ut gaudio mihi fuerit genitum esse mortalem. Nam quid beatius excogitari potest: quam exutum ueste corporea: & de compedibus istis explicitum: ad illam diem exactis temporum curriculum puenire: quæ nos absorpta morte immortalitatem induat: reparans indissolubiliter ac reformans putrem & semesam tineis: atque undique fluentem tunicam carnis nostræ? Quam spem & si philosophorum gentilium nullus attigerit: uetustissima tamen est immortalitatis opinio: nec nostris solum: sed illis etiam probata quibus Christi nomen inauditum est. Præter Epicurum enim: & nescio quot ex illo infami grege: imortalem esse animam: nemo est qui neget. De qua re (ut Pherecydæ primum apud Syrios sententiæ huius auctorem: discipulumque Pherecydis Pythagoræ totaque pythagoream familiam: & Socratem omnesque Socraticos præteream) Plato ipse summus uir: clarissimum uolumen adidit: quo Vticensis Cato moriturus: suprema illa nocte sua pro consiliario usus perhibetur: ut ad contemptum uitæ huius animosior: & ad amorē decretæ mortis accederet: Quam sententiā postea Marcus Cicero: & in Tusculano suo: & in septimo reipublicæ diuino genere orationis asseruit. Nec non & in dialogo Lelij: qui de amicitia uera est: & in eo libro: qui Cato maior inscribitur: defensionem continens senectutis: Alijsque præterea tam multis in locis attigit: ut ualde mihi quidem sollicitus uideatur: ne quem ueritas tam comperta prætereat. Sed cui hæc insipiens loquor: Profecto non modo regum nostri temporis: sed philosophorum regi. Ignosce autem quæso: sic hæcenus me dicendi calor euexit: ut regium dogma: cui plurimum me debere fateor: non amplecterer solum: sed testibus adhibitis confirmare: quod ita mihi animi affecit: ut securus iam ac spei plenius formidatū genibus diem mortis expecte. Hunc diem transuecta neptis tua: quæ finis epistolæ canit ac prædicat: inuidiosa potius: ut mihi quidem uidetur: quam miserabili sorte defungitur. Quis enim ab ipso ætatis & formæ flore subtracta sit: publica fere totius orbis querimonia

**B**  
Opinio philosophorum de immortalitate animæ.

multisq; præcipue populorum utriusq; regni: & unde ortum & in quod translātū illud rarè  
& eximium decus erat lachrymis ac lamentis: Ipsa tamen fœlix est: non solum q̄ ad æter/  
næ uitæ delicias per horrificum illud mortis limen ingressa est: sed etiam quod tu eam nobis/  
lissimò elogio omnib⁹ sæculis illustrasti: Quis enim mortuam: imò uero quis non gloriò/  
sissime uiuentem dicere audebit: quā d⁹ in cœlo: tu in terris uiuere uoluisti: O in quā fœlix  
mulier: o iterum fœlix: quæ pro una temporali uita eademq; breuē & incerta: & mille semp/  
casibus exposita: duas æternitates (ut ita dixerim) consecuta est: quorū alteram cœlesti: al/  
ram terreno regi: Illam christo debeat: hanc Roberto. Ingentia duo munera a munificētissi/  
mis largitoribus accipiens: eo fœlicior uideri debet: q̄ in cœlo & in terra gratiam dignissi/  
mis relatura est: Plurimum enim ex p̄sona tribuentis muneribus ipsis accedit: multum in/  
terest a quo beneficium acciperis: & cui proinde sis obnoxius. Sane quæsitam illi cœlitus  
immortalitatis cōditionem beatissimamq; uitæ mutationem sileo: ne ineffabilia prosequē/  
tem destituant uires: quanta demū gloria est quam tu sibi supremis laudib⁹ peperisti: Cer/  
te dū illud tuū siue epigramma: siue epitaphium dici mauis: quod æternæ māsūz esse con/  
fido: nup̄ defunctæ neptis memoriam celebrabit: semper illa tecum: & cum clarissimis om/  
nis æui nominibus uiuet. Erunt qui mortem immaturam & iacturam modici temporis ta/  
li cupiant cōpensasse panægyrico: quiq; quod de Achille dixisse fertur Alexāder Macedo:  
suspirantes dicant o fortunata quæ talem præconem tuæ uirtutis inuenisti: Sed iam metuo  
ne prolixitas in fastidium uergat: elegantissima quoq; breuitas tua ne longi⁹ uager admo/  
ruit. Subsistā igitur deum orans: cunctosq; cœlicolas ut serenitatem tuam geminis tā bel/  
lorum q̄ studioz laureis ornatam diu iubeant in statu fœlicissimo florere. Vale.

C

Multū mune/  
ribus ex p̄so/  
na tribuentis  
accedere

D

Francisci Petrarchæ ad T. M. Illū Romæ an ne Parisij assumendā sibi laureā  
putet cum utrimq; litteris accerferetur consulentis: Ep̄la LII.

**A**ncipiti in biuio sum: Nec quo potissimum uertar scio. Mira quidem sed breuis hi/  
storia est: hodierno die: hora ferme tertia: litteræ senatus mihi redditæ sunt: in quibus  
obnixè admodum: & multis persuasionebus ad percipiendam lauream poeticā Ro/  
mam uocor. Eodem hoc ipso die circa horam decimam: super eadem re ab illustri uiro Ro/  
berto studij Parisiē. Cancellario: conciuē meo mihiq; & rebus meis amicissimo: nunciis  
cum litteris ad me uenit. Ille me exquisitissimis rationibus: ut eam Parisium hortat. Quis  
unq; oro te euetoz tale aliquid: hos inter scopulos diuinasset: Et sane quia res pene incre/  
dibilis uidetur: utramq; ep̄istolam illæsis signis ad te misi. Hæc ad oriētem: hæc ad occidē/  
tem uocat. Videbis q̄ ualidis hinc atq; illinc argumētis præmor. Scio quidem in rebus hu/  
manis fere oibus nihil solidi inesse: magna ni fallor in parte curarum actuumq; nostrorum  
umbris eludimur. Tamen ut est animus iuuenū gloriæ appetentior q̄ uirtutis: cur non ego  
quoniam apud te familiariter gloriandi præstas audaciam: tam hoc mihi gloriosum rear:  
q̄ sibi olim potentissimus Africæ regum Siphax: quod uno eodēq; tempore duarū toto or/  
be maximarū urbium: Romæ atq; Carthaginis in amicitiam uocaretur: Nimirum id reg/  
no eius atq; opibus tribuebatur: hoc mihi. Itaq; illum inter aurum ac gemmas: superbo so/  
lio subnixum & armatis stipatum satellitibus sui supplices repperere: Me soliuagum mane  
in syluis: sero autem in pratibus Sorgiæ ripis obambulantē inuenerūt mei. Mihi honor offer/  
tur: ab illo auxilium poscebatur. Sed quoniam læticia inimica consilio est: fateor ut lætus  
euentu: sic dubius animi sum. Vrget enim hinc nouitatis gratia: hinc reuerentia uetustatis:  
hinc amicus: hinc patria. Vnū ab altera lætice præponderat: quod rex Siculus in Italia est:  
quem e cunctis mortalibus: æquiore animo ingenij iudicem pati possum. Curarū mearum  
fluctus uides: tu quem ad earum gubernacula manus porrigere nō puduit: fluctuantē aīm  
consilio tuo reges. Vale.

A

Humanas res  
nihil solidi ha  
bere

B

Læticia consi/  
lio inimica est

Francisci Pet. ad T. M. optimū consilium illius de assumenda laurea se ex/  
ecuturum asserentis: Ep̄stola LIII.

**C**onsilium tuum non tantum suscipio: sed amplector: magnificum est enim tuarū  
sapientia & humanitate dignissimum. Nec me terret q̄ patriæ sis amicus: es enim  
amicior ueritati. Ibo quo iubes: si quis electionem forte mirabitur: rationes pri/  
mum: deinde etiā nomen tuum mirantibus obijciam: Sæpe auctoritas pro ratione  
suscipitur. Id modo negocij restat: quibus me uerbis excusem Roberto meo: ut non iple

A

tantum cui nobiscum facile conueniat: sed illa quoque ingens uniuersitas: si forte res in lucem uenerit: factum sibi satis existimet: Sed de his coram latius. Audio enim ipsum aduenire eo proposito ut me Parisium trahat: quod si ita est: res inter presentes transigetur. Ad id sane quod in fine litterarum tuarum ex me quaeris: donec diu rem cum animo meo tractem: nisi fabulam texere uolueris: respondere aliquid non possum: Peregrina historia meis moribus est: & quod me huic interrogationi alienissimum facit: prorsus diuersa me interim exercuerunt cura: Verumque est illud Salustianum: Vbi intenderis ingenium ualet. Praeterea anti qua res est: & a memoria mea multorum annorum spatio remota. Itaque ut ait Plautus: Longa dies animi incertat meum. Sed de hoc etiam praesens loquar. Vale.

Fran. Pet. ad T. M. eundem quod Romam sit petitur pro adipiscenda laurea quo uenie die eam in Capitolio sit assumpturus certiore reddetis: Epistola LIII.

**F**ortuna insidias non hodie primum intelligere incipio: Non inuadit nos tantum illa: sed spargit ac separat: ne latis scilicet & aduersis in rebus alter alteri solatio sit. Norat illa: quanta olim meum cor uereret cura: quibus ad plenum mederi te praeter nemo poterat. Tunc ergo mirum in modum conquiritis causis: te in illo pectoris mei aestu refrigerium unicum auctum ab Aethio rediens inueni. Itaque tamen si Romam tuam propriam & communem omnium: mihi uero ante omnes semper: tunc autem & seipsam propter gemino desiderio exoptatam patriam petisses: tamen consequendi difficultas: moestum atque deiectum animum habebat: ut cum ubique exul mihi sine te uidear: tum praesertim anxius atque amore ardens & Romam tibi inuiderem & te Romae: quo in statu: eadem illa iuuenilem animum frenante fortuna: pauci anni quibus abinuicem: sic distracti uiximus multorum apud me uicem saeculorum tenuerunt. Veni tandem (ut uidisti) hyeme bello pelagoque tormentibus. Omnes nempe difficultates fregit amor: Vtque ait Maro: Vicit iter durum pietas: dumque suum uenerabile ac praedulce obiectum quarunt oculi: nulla maris fastidia stomachus: talium licet impatientissimus natura: nullam brumae terraeque duriciem corpus: nullas periculorum minas animus sensit. Sic ad te enim totus totaque mente pergebam: ut te unum cogitans praesentia non uiderem: te inuento nulla mihi longe uiae memoria superesset. Ecce autem nunc eundem illa laqueum: aliorum licet obuertit: ut me Romam petente te Vasconia & occidui littoris extrema possideant: & tum maxime distrahamur: dum maxime te praesentem cuperem: omnis mea gloria summum deo: Sed sic eunt fere uota mortalium: ut quae uahementis cupiunt aegrius assequantur. Caterum ut meliore tui parte illic in tempore praesens sis: scito me laeuae delphicae cupidine: quae olim clarorum Caesarum & sacrorum uatum singulare & praecipuum uotum fuit: nunc uel spernitur uel nescitur: mihi sane noctes plurimas insomnes fecit: & de qua saepe multa tecum egi: quaque cum me tantillum: certatim duae maximae urbes exposcerent: Roma atque Parisius. Altera mundi caput & urbium regina: nutrix altera nostri temporis studiorum: post uarias deliberationes: ad extremum non alibi quam Romae: super cineribus antiquorum uatum: inque illorum sede percipere: ingenti ante alios fratre tuo suo fratre & consultiore disposui: hoc ipso die iter aggredi: In quo plusculum temporis exigitur. Adeundus enim rex: uideba Parthenope: inde iter erit Romam. Illic aliquot dierum moram uideo: denique nisi fallit extimatio: pascale die: ad. vi. Idus Aprilis in Capitolio res ageatur. Quae quo hic labor: hoc studium: haec cura. An doctiorem: an meliorem factura sit laurea: Notiorem forte & plurimum inuidiae expositum: Scientiae autem & uirtutis sedes est animus: Ibi que non in frondosis ramis auicularum more nidificant. Quorsum igitur hic frondium apparatus: Quid respondeam quaeris: Quid putas: nisi illud sapientis Hebraeorum: Vanitas uanitatium & omnia uanitas: sed sic sunt mores hominum. Tu Vale: & fauente oro ades animo.

Fran. Pet. ad Robertum Siciliae regem: Illi quod laurea se dignum aestimauerit gratias referentis: atque quo ritu eam Romae susceperit ostendentis: contra ueterum etiam laudatores praesentia contemnentes inuehentis: Epistola LV.

**Q**uantum tibi liberalium & honestarum artium studia deberent: regum decus: quaque te quae regem industria fecisti: aliquanto (nisi fallor) quam temporalis regni diademate clarior: olim modo nato erat. Nouo nunc beneficio defertas perides obligasti: quibus hoc meum quantum lucrum est ingenium solenni consecrasti. Ad haec & urbem Romam & obsoletum Capitolij palatium in sperato gaudio & in uetis frondibus decorasti. Parua res fortasse dixerit quae spem: sed profecto nouitate conspicua: & populi Romani plausu ac iucunditate precelebris. Lauream morem non intermissum more

tot sæculis: sed ibi iam prorsus obliuioni traditū: alijs multū diuersis curis ac studijs in res publica uigentibus: nostra ætate renouatum te duce: me milite. Scio quædam & per Italiã & apud exterarum nationes ingenia clarissima: quæ nihil ab hoc proposito: nisi desuetudo longior & semper suspecta rerum nouitas arcebat: Ea deiceps postquæ in meo capite periculum fecere: breui cõsecutura & Romanas lauros certantibus studijs decerpitura confido. Quis enim metuat Roberto auspice cunctantis animi signa conuelleret: Iuuabit in hac acie primū esse: in qua esse ultimū non inglorium reor. Ego quidem non inficior: tanto impar oneri fueram: nisi mihi fauor tuus: uires atque aios addidisset. Atque utinã diem festum ornare serenissimæ frontis tuæ præsentia potuisses: quod profecto (ut ipse dicere solebas) nisi ætas non sineret nequaquam maiestas regia uetuisset. Sensi quidē multis indicijs Augusti Cæsaris quosdam mores tibi admodum probari: Atque illum imprimis: quod Flacco libertino homini & qui prius aduersarum partium fuisset: tam non placatū modo: sed beniuolum familiarēque se præbuit: & Maronis sui ingenio delectatus: plæbeiam originem non despexit: Præclare: Quid enim minus regium quam in his quos aut uirtus aut ingenium cõmendat: dum & uera nobilitas non desit: & nobilitate ipse possis: suffragia aduenticiæ nobilitatis exquirere: Nec sum nescius quid aduersus hoc litteratores nostri temporis respondeant: superbum & segne genus hominū Maronē & Flaccū sepultos esse nequicquam modo de his magnifica uerba iactari: excellentes olim uiros perijisse tolerabiles nuper & (ut fit) in imo facem substituisse. Quid dicant & quid cogitent noui: neque passim obluetor: Videtur enim mihi unū Plauti dictū: non tam illi ætati quæ uix eius rei gustum coeperat conuenire quam huic nostræ. Ea inquit tæpestate te flos poetarum fuit: qui hinc abierunt in cõmunem locum. Hoc profecto non dignius lamentamur: tunc enim nondum uenerant quos abijisse cõqueritur: Iniquissima uero horum intentio est. Neque enim id agunt ut interitum scientiarum desceant: quas extinctas ac sepultas cupiunt: sed ut coætaneos suos quos imitari nequeunt: desperatione deterreant. Sane illos desperatio sua retrahat: nos impellat: & unde illis frenum ac uincula: nobis impetibus ac stimuli accesserint: ut studeamus fieri: qualem illi nullum opinantur: nisi quem antiquitas illustrauit. Rari sunt fateor: pauci sunt: sed aliqui sunt: quid autem uetat ex paucis fieri: si omnes raritas ipsa terruerit: Breui quidem non pauci erunt sed nulli. Enitatur: speremus: dabitur forsan ad ista pertingere. Maro ipse ait: Possunt quia posse uidentur: & nos (mihi crede) poterimus si nos posse crediderimus. Quid enim putas: Plautus ecce suã desit ætate. Ennii forte seu Neuii mortem dolens: ipsorum quoque Maronis ac Flacci ætas: non æquatantis ingenijs fuit: Quorum alter diuini spiritus poeta dum uixit: æmulum bellis sine fine uexatus: ut alienorum operum deflorator carpitur. Alteri uitio dat quod uisus esset antiquos parcius admirari. Fuit hoc eritque perpetuum: ut ueneratio uetustatem: præsentiam commitetur iuidia. Tibi uero regum optime: nec minus philosophorum ac poetarum maxime (ut ex te didici) illud eiusdem principis altius insedit: quod Tranquillus ait: Ingenia sæculi sui omnibus modis fouit: & tu modis omnibus sæculi tui foues ingenia: eisque humanitate & clementia tua faues: Expertus loquor: recitantes & benigne & patienter audis. Nec tantum carmina & historias: sed & orationes & dialogos. Componi tamē aliquid de te nisi & serio & a præstantissimis offenderis. In omnibus his Augustum imitatus: auersatus autem illos qui cuncta fastidiunt: nisi quibus precium fecit impossibilitas consequendi. His tuis moribus: hac facilitate animi: cum multi sæpe: tum ego nuper hortatus sum: singulari quadam & sine meritis fortuna. Neque hic (ut dixi) substitisset regia dignatio: si aut remotior senectus: aut Roma propinquior fuisset: Verum hic maiestatis tuæ nuncius qui pro te omnibus interfuit: quid nobis uel Roma uel inde digressis: seu gaudij seu periculi acciderit: uiua uoce narrabit. De reliquo autem nouissimi uerbi tui: ut ad te quam primum redeam sine intermissione memiuero: testor deum non tam aulæ regis splendore captus quam ingenij. Alias quidem quam quæ sperari a regibus solent ex te diuitias expecto: Precor autem ut annos uitæ tuæ proroget: & te demum ab hoc solio mortali ad æternum transferat is apud quem fons uitæ est. Vale.

Fran. Pet. ad Barbatū Sulmoneñ. regiū secretariū: illū quo tēpore laureã Romæ magno cū populi fauore assumpserit: certificantis: Epistola LVI.

**I**n diebus aprilis: Anno ætatis huius ultis: Millesimo trecētesimo quodragēsimoprimo: in capitolio Romæ: magna populi frequētia & ingēti gaudio pacū ē quæ nudius tertius

B

C

D  
Veneratio uetustatē: iuidia præsentiam commitetur

A

tius de me Rex apud Neapolim decreuerat: Vrsus anguillarum comes ac senator: præalti uir ingenij regio iudicio pbatū laureis frondibus insigniuit. Manus regia defuit: sed non auctoritas nec maiestas: Illa non mihi soli sed omnibus præfens fuit. Defuerunt oculi tui atque aures: animus enim assidue mecum est: defuit magnanimus Ioannes quæ a rege transmissum & miro studio festinantem præter Ananiam exceperere hereticorum insidias: quas eum euasisse gaudeo: licet expectatus in tempore non adesset. Cætera supra spem & supra fidem successisse noueris. At ut recenti experimēto cognoscerem: quæ semper lætis iuncta sint tristitia: uix moenia urbis egressi: ego cum his qui me terra & pelago secuti erant: in latronum armatas manus incidimus: e quibus ut liberati & Romam redire compulsi fuimus: quātūscūq; ibi ob hanc causam populi motus: & ut die postero certiori armatorum fulti præsidio discessim⁹: ac cæteros uia casus si explicare temptauro: longa erit historia: Cuncta igitur ex latore præsentium cognosces. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Ioannē Colūnæ: Illi quæ lauream adept⁹ sit: & quæ Parmenses a tyrannide liberati sint significantis: Epistola LVII.

**R**oma rediens: diutius exoptata lauream meam compos: & uelut uictor laureati cognomen referens: quod gauisuro tibi uerecunde nūciatum uelim: hodierno die quæ tibi ad gaudiū quoque significo: ductu & auspicijs amicorum tuorum de Corrigha: Parmam unde (ut scis) arcebamus ingressus sum. Hoc eodē die sibi ipsi restitutam urbem pulso hinc præsidio tyrannorum. In quam repente mutata rerum facie: atque incredibili gaudio liberatæ plæbis: pax: libertas & iusticia rediere. Hic ergo precibus eorum uictus quibus ueniam tuam accessuram ipsi sperant: & ego non dubito ætatem agere in animum induxi. Iurant enim se præsentia mea admodum egere: quod indulgentiæ non necessitatis esse certum est. Cui enim usui in hoc statu rerum sim? Non ego urbanis strepitibus: sed syluestribus siluestrijs delector: non legum aut armorum curis: sed solitudini & ocio natus sum. Ipsi quidem uoti mei conscij: miram mihi quietem pollicentur: cum fragor hic & ardor læticiæ gestientis: assiduitate tepuerit: quicquid erit mos gerendus fuit benigne precatibus. Hyemis initio me uidebis: ita dico: nisi uel tibi citius uel fortunæ serius placuerit. Vale.

Fran. Pet. ad Peregrinū Messanenē. Thomæ Messanenē. obitū deplorantis: si mulq; illi epigramma ut supra defuncti sepulchrum effigat destinantis:

Epistola LVIII.

**G**rauiissimam querelam Epistolæ finibus non contentam: differre compulsum sum: non est usitatum animi mei uulnus aut uulgo medicamine releuandum. Altius in præcordia descendit: obseruauit enim nocendi locum ac tempus & toto pondere ferox incubuit fortuna: Thomamque meum nunquam mihi sine lachrymis nominandum eximio flore raræ indolis: fructus uberrimos & magna rerum incrementa pollicitum: primo (ut sic dixerim) ætatis uere præripuit. Cuius immaturo obitu (ipse mihi fateor) mortalia cuncta uiluerunt. Video quanta rerum nostrarum firmitas: quid mihi nunc sperandum sit exemplo coniunctissimi fratris admoneor. Vna ætas erat: Idem animus: Sūma studiorum paritas: Incredibilis identitas uoluntatum. Vnum eramus: Vno calle gradiebamur: unum terminum petebamus: unus labor: una spes: una erat intentio: unus utinam finis esset. Hanc acerbissimam fati uim: deslere mecum: & profundissimo simul uulneri meo: paria si possum adhibere remedia: meque ipsum meis litteris & iusto uolumine cōsolari propositum est mihi. Fecit hoc primus in morte dilectissimæ filia: Marcus Cicero: diuino ille quidē & inaccessibili quodā stilo. Fecit idem multis post sæculis in morte fratris Ambrosius. Tēptare libet modo pro occupatiōes liceat quod in amici morte possit stilus humilior. Interim epigramma quod postulas uelim fletu: accipe: placet ut super sepulchri lapidem breue carmen: & super amici corpus dolor meus emineat. Vale.

Indolis atque animi foelicē cernite thomā  
 Quæ rapuit fati præcipitata dies.  
 Hunc dederat mundo tellus uicina peloro.  
 Abstulit hæc eadē munus auara suum.  
 Florentemque noua iuuenē uirtute repente

Succidit misero mors inimica mihi.  
 An ne igitur grates referā pro munere tanto?  
 Carmibus siculū littus ad astra ferens:  
 An ne gemā potius simul indignemque rapinā  
 Flebo: Nihil miseris dulcius est gemitu.

Francisci Pet. ad Iacobum Messanensem: Thomæ Messanen. obitū grauius se tulisse contestantis: Ep̄la LIX.

**P**ost Thomam meum fateor mori uolui nec potui. Sperauit: sed elusus sum. Nec ignoro quid si hoc audiat: responsum sit Anneus Seneca. Frustra sc̄ optari q̄d in manu positū nostra sit. Ego uero in multis hominū ingenū probās: ab eodem tamen in multis & præsertim in hac præcipiti ac temeraria opinione dissentio: quā nō solum nostris: sed philosophorū quoq̄ gentiliū testimonijs & auctoritate cōuincere: non operosa disputatio esset: sed modo non id agimus. Igitur ut ad rem ueniā: in foelicissimis rumoribus affecto & optima mei parte amissa: uitam sine illo uere solitariam atq̄ anxiam peroso: per oportuna febris affuit: qua duce lætus usq̄ ad ipsum limen mortis accessi: sed cum transire uellem in foribus scriptum erat: Noli adhuc: nōdum uenit hora tua: continui gradū & repulsus inde: mœstus ad uitam redij. Atq̄ ita sum: ut facile cernentibus appareat: me inuitū uiuere. Vito tamen: q̄d oēs metuūt: solus sperans & dolorē meū breuitate consolor. Scio em̄ q̄d mihi cū morte fœdus: q̄d cū carne cōmertium. Vtinā sic mihi quantulūcunq̄ uitæ superest: cōtingat agere ut oibus horis in promptu: & (ut dici solet) in numerato habeā q̄d debeo: sitq̄ quod ait Psalmista: Anima mea in manibus meis semper. Vale.

Fran. Pet. ad Ioannē Colūnā: illum ut mortem Iacobi fratris forti animo ferat hortantis. Ep̄la LX.

**A**rget dolor: hortatur charitas ut scribā aliquid: sola desperatio p̄fectus dehortat̄. Credo em̄ recentissimū adhuc animi tui uulnus talibus auxilijs nō egere. Vincet dolor: uincet amor: cedit despatio. In sita deuotionis imperio damnatū sapius & abiectum reuertor ad calamū. Sic em̄ & si nihil amplius tantisper euaporabit iste qui me intus urit & prægrauat calamitosa mentis affectus: atq̄ utinam mœrori tuo non intemptius & inopportunus consolator accesserim. Scio irrisos a Tiberio principe Illensium legatos: quibus cum ad eum consolandū in morte filij aliquanto serius uenissent: mandatis expositis respondit: Et se illos: uicē dolere q̄ egregiū ciuem Hectorem amisissent: Sed non ea tibi mens est neq̄ hi mores: notissima tua est pietas: peruulgata humanitas: non in tuos modo: sed in oēs. Itaq̄ nō sum nescius: quot gemitus iam fortassis uel animi uirtute cōp̄ressos uel tractu temporis parump̄ abstersos hoc sim suscitaturus alloquio. Nunq̄ etem̄ casum tuū uerbis extenuare temptabo. Illud potius fatebor: nullū ex oibus quos ego quidem uiderim: de quib⁹ audierim aut legerim: plus unius morte fratris amisisse. Vide quā tum lachrymis indulgeo: & q̄ latū suspirijs iter pando: dū extirpandis si dabitur: toti⁹ morbi radicibus sum intentus: Fluant interim quacunq̄ libet dum meminierit: isdē mox tramitibus obstruis: non licere amplius niti: & (qui luctuosas mentiū mos est) alias atq̄ alias dolori rimulas conquirere. Magnā igit̄ imprimis quandam & insignem iacturam accidisse tibi uideo: talis & tam dilecti fratris interitu: Verum tunc ego infinitam & inextimabilem iudicarem: quando mors illum extinxisset: & nō spacio modici temporis separasset. Atqui dum hic fuerat: quantulam uitæ suæ particulam sub oculis tuis egit: Computa oro tempora (quod auidissime faciunt amantes) & ab ultima repetens infantia usq̄ ad hanc ætatem memori animo percurrere: Iam ille procul a patria genitus & sub illo gloriosissimo patris exilio productus in lucem: primos uagitus ædidit in terra lōginqua: spectatāq̄ indolis puer tenerioris uitæ annos: uel sine te: uel si tecum egit: ea tamen erat amboꝝ ætas: quæ nec ueri iudicij capax est: & solidi amoris fundamenta non recipit. Ita uel semper eatenus absens fuit: uel absenti simillimus. Mox ubi adolescentiæ fines attigit: incredibili quodam amore litterarum: quarum haud temere quisq̄ fuit appetētior: nunc per Italiam: nunc per Gallias longe lateq̄ peregrinatus est. Ita dum anhelās ac per diuersa terrarum generosam sitim satagens extinguere: omnibus ferme studiorum fontibus immergitur: usq̄ ad uirilem ætatem spontaneū ipse sibi indixit exiliū: post hæc sola uirtutis admiratione facillime dispensante: ante annos ad episcopatū est p̄uectus: quē sic gessit: ut tantū uirū nō altiori folio sed etem̄ cernere cūctos bonos puderet: præter eū ipsum qui ab oī ambitiois aut auariæ ardore liberim⁹: & sorte sua lætus: episcopale gradū insigniter honestabat: atq̄ altiore non modo non optabat ascensum: quin potius detestabatur atq̄ oderat: & uelut præcipiti sedem illud sup̄mæ fortunæ fastigium perhorrebat. Cuius rei cum toti⁹ uitæ tenor atq̄ unus semper secretioris textus eloquij: in quo celsum illum ac tranquillum animum uidebamus: tū præcipue testis est grauitatis ac modestiæ cōtemptusq̄ terrenarū rerū: plena epistola quā manu

**A**  
Frustra optari q̄d i manu nostra sitū est.

**B**

**A**

Callida Tiberij principis responsio legatū Illensibus.

**B**

C ppria nouissimis uitæ suæ temporibus ad te scripsit. Quãq̃ dũ relego: nunq̃ sine iucundis lachrymis facio. Est em̃ apud me quem illius & custodia & responso dignum credidisti. Nũc etiam & præsentem spectare & uiuas uoces audire mihi uideor. Nec magnopere ullas requirere philosophorũ scholas: tam plene ibi paucissimis ybis absoluit: quæ ad sobrietatẽ p̃tinent & ad beatam uitam: Atq̃ inter cætera miã dictũ: cum de eo attollendo altius assidue ageretur: religiosissimo iureiurando interposito affirmat: se supra q̃ credi posset rebus suis esse contentũ: nec ullo pacto altius ascensurũ: & in q̃ tũc erat statu mori se nõ sperare tãtũ sed optare. Ascendisset autẽ uel inuitus: quo eum & sanguinis claritas & merita traherent: nisi olim quæ mentes curialium possideret: obstitisset inuidia: & nunc postq̃ ea iã gloria ac uirtuti cesserat: uirẽtissimæ iuuentutis cursum medio calle mors obuia præuertisset.

Mætēs curialium iudicia possidet

D Sed ad ordinem reuertor. Factus episcopus cõmissi muneris exactissimã curam habens: te q̃ primum relicto: ad sedem propriam maturauit. Nec eum tanta rerũ locorumq̃ mutatio exterruit: Inter Romanas opes ac delitias enutritus: ad pyreneos saltus: serenissima fronte & æquissimo animo transiuit. Ita ut aduentu eius: non tam sua: q̃ locorũ facies mutata: nec tam ipse in Vasconiam q̃ Vasconia omnis in Italiam transisse uideretur: qd̃ iter ego secum egi: & me foelicem recordatio sola facit: dum memini & mansuetudinem in ea fortuna & humilitatem in illis tot naturæ dotibus & honestatem in ea specie corporis admirãdam. Deniq̃ dum in animũ redit illa cerimoniarũ omnium iugis integritas: atq̃ illa iuuenis pontificis optanda potius senibus q̃ speranda grauitas (Sicubi errantem audieris: interrũpe: toto quidem illo tempore Germanũ amantissimũ nõ uidisti) At inde rediens substitit fortasse ufurus aliquando fratris optatissimo conuictu. Sperasse quidem id illum reor: nam optasse certus sum: sed ea quæ actus hominũ dispensat domina prohibuit fortuna. Si quidem & domus & patriæ laboribus ac uocibus excitatus: Romam coactũ est petere: quo & ego qui tunc longe aberam: ipsum (ut scis) dulciter euocãtem: te uix tandem pmittente securũ sum. Credo id agente deo: ut geminæ uirtutis mirator ac testis pace belloq̃: illius prouidentissimi pectoris consilijs interessem. Septennio in patriam exacto ea pietate: eaq̃ animi constantia: ut reliquiarũ suarũ illum unicũ seruatorem Roma recognoscat: & q̃ in cineres non tota corruerit: illius etiam nunc cineribus se debere fateatur: ad conspectũ tuũ nouissime remeauit. Neq̃ amplius substitit q̃ ut tibi supremũ Aue simul & Vale diceret. Illico enĩ & desertæ sedis uiduitatẽ miseratus: & solitudinis audidus: quã diuturnis populorũ cõkursibus cõpensare decreuerat: aliquando sibi ipsi uicturus qui patriæ uixerat & amicis: Rursus ad episcopatum suum sese contulit: ubi multa cum honestate degẽs: & sicut antea ceterorũ: sic tũc sui ipsius uictor: uitam suam deo & hominibus exemplariter cõmendauit. Anno ibi tãdem uix peracto: iuuenis admodum ab huius uitæ tempestatibus ad quietis portum & ad foeliciora regna translatus est. Recognosce mecum singula pater optime: nec de germano colloquio pigeat cum illo qui in fratre tuo decus suum sibi præreptum luget: & tamen (qd̃ in fantibus prolapsis nutrices solent) post tam grauem casum animo suo mœrẽti hæc uerborum adminicula qualiacunq̃ conquirat: Recense mecum igitur fraternæ uitæ tempus uniuersum: ætatis illum angustissimam portiunculam tecum exegisse teq̃ germanam eius dulcedinem semper in transitu & uix summis (ut aiunt) labijs degustasse fateberis: & si hæc inus absentem non luxisti: iam tandem lugere desinito. Ego tamẽ hinc intelligo & scio: fecit enim me talium expertum: crebra mortis iniuria: scio quid mihi nunc in silentio uulneratus & ulcerosus animus respondet. Tu ne mihi mortis & absentia parem conditionẽ argumentaris: At qui absentem reuidere cum desiderio sperabam: Vbinam degeret nouerã: assidueq̃ rumoribus onus solabar absentia: Nunc uero & solamen illud: & spes omnis intercidit. Mihi autẽ fateor nihil omnino morte similius q̃ absentia uideretur: nisi in morte certiora quædam solatia reperirem. Vtraq̃ quidem corpore segregat: animo neutra dissiugit: uerum suspendit absentia & semp̃ anxias mentes habet: quibus mors oẽm supuacuum curam demit. Quis em̃ fratres absentes præsertim uel amicos habere & securus esse poterit: nisi qui casuum humanorũ omnino nescius: fortunæ uim atq̃ inconstantia non attendit: De se alij uiderint: Ego quidem ex quo hic sum: nunq̃ meorũ litteras nisi tremẽs & pallidas ac cepi: & postq̃ omnes bene ualere nunciatũ est: adhuc curis nõ exoneror. Quis eũ me certũ facit: ne dum per alpes ac maria ad manus meas scripta peruenerint: aliquid forsan incidit aduersi (qd̃ in ictu oculi fieri solet) nec pudebit apud te familiariter gloriari multum me in hoc temporis ac studij posuisse: ut aduersus repentinos casus armatũ ac præparatũ aim

Mors etiã solatio nõ caret.

F

haberem: utq; ad id si quo modo possem peruenirem: quod ait Seneca: Sapiēs scit sibi oīa restare: quicquid factū est: dicit sciebā: Ego v̄o cū in alijs innumerabilibus: tum in hoc prae-  
cipue sentio me nec esse sapientem: q; usq; ad hoc tēpus hanc unā sarcinā prorsus deponere  
nullo studio ualuerim. Istā sollicitudinē tibi mors eripuisse debuit: & (nisi magnitudie ani-  
mi tui fallor) eripuit. Scis ubi frater tuus est: & qualiter sibi est: Neq; iam status sui uerita-  
tem solitam pertimescis: si iusticia: si fides: si pietas: si charitas uīa sternit ad superos. Si ter-  
renis laqueis expedita mens liberiore sursum tollitur uolatu: si bonis & bene creatis spiritu-  
bus sedes ultima & aeterna cœlum est: illuc fratrem tuū ascendisse confidimus: & si qua eum  
mortalitatis nostræ contagia (q; profecto nō suspicor) retardassent: in uia est & iam solu-  
tus atq; alacer festinat ad patriam. Caterum ubicūq; est: sæpe ad te oculos reflectit oratq;  
ne felicissimam profectiōnē eius gemitibus tuis impedias. Nec te uidendi fratris desiderii  
torquere debet: Videbis eum suo tēpore multo augustiorem solito: multoq; latiorē. Quid  
ni: cum ego adhuc eū uidere non desperem: Alioquin fateor incōsolabiliter angerer. Quis  
enim mihi catholico q̄uis peccatori spem negauerit: quā gentiles homines habuisse com-  
perio: Intelligis quid uelim. De Catone loquor & Socrate: quorum in hac parte sententias  
annotare non attinet: quas multo tibi notiores arbitror esse q̄ mihi. Non igitur mors au-  
ferre: sed differre potuit fraterni uultus aspectum: quem licet in perpetuum abstulisset: non  
tamen immoderati luctus uiro digna esset occasio: Nam siue illum defles uita laboribus ac  
periculis liberatum: & uide oro ne inuidētia potius dici possint q̄ compassiōis lachrymæ:  
siue te ipsum tanto præsidio spoliatum: & dulcissimo iucundissimoq; comite in medio pe-  
reginatiōis huius calle desertum dicis: Et uera quidem: sed nequa q̄ sufficiens causa est: ut  
egregios animos propriæ calamitatis afflictione desiciat. Accedit q; damni tui memoria:  
quotiens ante oculos mentis redit: totiens diuinæ liberalitatis admoneat: æquissimum est:  
Ingrat⁹ enim est qui ablati memor: obliuiscitur accepti. Proinde ubi animū pupugit: acer-  
ba illa cogitatio: heu qualem fratrem amisit: leniat illa iucūdior: O quātum fratrem habui:  
immo uero quātum fratrem habeo & in æternum habebo: licet ille donec sibi simul & mi-  
hi & patriæ & mundo necessarium fuit: breuem hic moram traxerit: Dum uero sibi uni ex-  
pedientius esse cœpit: ab his malis separari: eripuerit illum deus: ei scilicet consulens & non  
nobis: Immo forsan & nobis. Quis enim sufficit abditas & imperscrutabiles diuinæ præ-  
scientiæ causas aut exitus contemplari: dicente (nisi fallor) Apostolo: Sēsūm domini quis  
nouit: aut quis consiliarius eius fuit: Quis nam hominū iudicare audeat: an cuiūq; mor-  
tē alterius deploranti: nō satis proprie dici possit q; in tabellis reddito respōso: patri olim  
in morte filij dictum est tribus his uersiculis: Ignaris homines in uita mentibus errant: Ety-  
nous potitur fatorum numine lato: Sic fuit utilius extingui ipsiq; tibi q;. Calcitrat aduer-  
sus stimulum humana temeritas: & impellenti fato superbiæ suæ cornibus obluſatur: ne-  
quicq; nisi ut grauius uicta succumbat. Quid enim ego nunc de uotis inanib⁹: de gaudio:  
aut querelis hominum loquar: Latet alte ueritas abscondita: caliginosa nube circumcludi-  
mur: casu regimur: cæci cæcis ducibus innititur: nec quid optandum: metuendum ue no-  
bis sit per umbram carnis agnoscimus: bonis nostris ingemiscimus: miserijs exultamus: si-  
ne delectu flemus ac ridemus. Suā quisq; sententiā sequat: Mihi error⁹ maximus uideē: q;  
non libere nos & nostra deo committimus: q; aliquam in nostris consilijs spem habemus  
totiens decepti: q; tanto huius caduci corporis amore detinemur: ut uix aut æquanimiter  
hinc exire ualeamus: aut nostros exeuntes aspicere: quasi ad nihil aliud nati simus: q; ut in-  
ter mūdi fluctus & ludibria fortunæ perpetuo turbine iactandæ carnis nostræ tenacissimo  
limo ac sordibus hæreamus: quod profecto non accideret cogitantibus uotorum nostrorū  
multiforme periculum. Breuis est equidē imprimis uita & fugacissimum uita tempus:  
Rerum humanarum inquietum aduersis flatibus & procellosum pelagus: Rari & uix ho-  
minibus accessibiles portus: scopuli undiq; innumerabiles: Inter quos difficilis & prorsus  
ambigua nauigatio est. Iam uix uni contingit ex millibus: ut integer enataret: sic nos for-  
tunæ imperium exercet in omnes gradus hominum pari iure crassantis. Ita in quiduis ob-  
uium cymba fragilis nostræ mortalitatis alliditur. Et possum⁹ inter hæc nobis: aut nostris  
longiusculam uitam: Immo (ut uerius dicam) longius periculum optare: Fingatur aliquis  
tam benigno sydere: tam propitia fortuna: tam deniq; fauēte deo: iter hoc ingressus: ut ni-  
hil ei possit asperum molestumq; contingere: Rem impossibilem & inauditam sæculis fin-  
gi iubeo. Nec ideo tamen q̄uis periculum absit: aberit metus. Et iccirco fortasse non infœ-

G

H

Vita hūana  
uarij fluctus

I

F

licius nec incōsulti⁹ foret: modo nostri esset arbitrii: Sicut in æquore suspecto nauatæ solēt  
 circumspēcti clauū flectere: diuq̄ ante solis occasum uela submittere: sic in uita portum per  
 tere: & adhuc florenti ætate atq̄ animo uirenti & ualētibus membris mori prius q̄ eo per  
 uentum sit: quo saltem uita longior perducit ad ultimas scilicet angustias senectutis. Inter  
 quas artati quidam & uixisse dolent & mori metuūt: & totiens uotis exoptatū tempus ac  
 cūsant: Deniq̄ quid uelint & quid nolint nesciunt: tanta est discordia. Hæc & his similia co  
 gitantes abstinere decet: ne decretum cœlestē: seu mortis festinantiam accusemus: Alioquin  
 pro nobis ipsis tantūmodo conqueri uidebimur & affligi. Ego enim non dubito: sacræ me  
 moriæ fratrē tuū: nec plus uixisse q̄ necesse sibi fuerit: nec minus & oportuno tempore reuo  
 catum. Et si multis inter quos mihi misero diu anteq̄ uellemus: aut suspicaremur: abscesse  
 rit: Piget opinari in te: ne dicam cōsolari: illos mollissimos plæbeiaꝝ gentium affectus: Ut  
 quid tam longe positum mors abstulit: quare patrio caruit sepulchro: cur uidere nō cōtin  
 git expirātem: qualia apud poetam etiam ille uir fortis: sed nimis semper pronus ad lachry  
 mas: uidetur lamētari: Te amice nequiuī cōspicere: & patria decedēs ponere terra. Vulgar  
 ta non ingeram: nec quāta sit terræ totius exiguitas: geometricis demonstrationibus nitar  
 ostēdere: q̄ undecūq̄ digressio: una est ad cœlum uia: q̄ nō solum omne solū forti patria est:  
 sed omne homini natale solū. Quis em̄ ista non nouit: Illud potius dicam: utrūq̄ consulto  
 diuinam statuisse prouidentia: primū scilicet: ut duabus longe licet imparibus urbibus: ab  
 eo dum uixit singulariter exornatis: ambæ quidē defunctū uiriliter partirent: & Roma sui  
 ciuis perpetuam & imortalem famā: Lomberiensis ecclesia ueneranda pōtificis ossa serua  
 ret. Nullum (nisi fallor augurio) celebriorem titulū oibus sæculis habitura: si tamē id illū  
 propriū ac perpetuū permiseris. Audio enim te de trāsferendis Romam reliquijs cogitare:  
 qd̄ nec suadere nec dissuadere ppositū est: Ne illū aut urbi i q̄ ciuis: aut eccleā i qua Cano  
 nicus sum inuidisse uidear. Scdm̄ ut uno ex nobis astante: qui abeuntis amplexus supre  
 maq̄ uerba perciperet: cæteroz̄ luminibus parceretur: quoniā sicut experimento deprehē  
 sum est: mitiora sunt auriū q̄ oculoz̄ uulnera. Longior sum in hoc sermone q̄ oportet: teq̄  
 contra oēs insultus armis longe ualidioribus instructū: nihil in eo qd̄ laudes præter fidem  
 repertuz̄ spero. Sit uero iam finis: Conquiescāt gemitus: arefcant lachrymæ: sileant lamē  
 ta: Noli fratrem tuū mortuū extimare: uiuit em̄: at nos quotidie morimur nec sentimus: &  
 uel mortem o cæcitas: uerā uitæ principiū formidamus. Ut uiuens itaq̄ nō luctibus: sed co  
 gitationibus tuis & colloquijs intersit: prohibe in aula tua illud pusillanime silentiū: quod  
 plariq̄ in luctuosis domibus obseruant defūctoz̄ nomen ceu triste aliquid abhorrentes:  
 Immo uero nunc resonet gloriosum illud nomen: & late ramos porrectuz̄ apud te radices  
 agat: præsertim quia inuidiæ nebulam: quæ excelsos uiros libēter insequitur: sepulchra nō  
 metuūt: & si multos quos domus ac forum odiosos & obscuros fecerat claros & amabiles  
 bustum fecit. Quid de hoc sperem: cuius & suauissima semper & præclarissima fuit uita: Et  
 (si quid superlatiuo altius) mors quoq̄ præclarior. Ille etiam obsecro uulgaris abusus quē  
 in multis: sed in Romanis meis præcipue notauī atq̄ interdum castigauī: a limine tuo pro  
 cul exulet. Solent em̄ nullum defunctum nominare sine præfatidē miserix. Ille infœlix: ille  
 male ominatus: Et subdunt tandem ipsum inexpletum nomen: uix primis syllabis intel  
 ctis. At uero germanus tuus fœliciter hic uixit: fœlicius hinc abiit: nunc alibi uiuit fœlicissi  
 me: & ideo pleno ore præferendus est. Apud Lucanū moriētis Pompeij uerbum est: Nō sit  
 morte miser: eleganter: Alioquin omnes qui nati sunt miseri: quiq̄ omnibus sæculis nascē  
 tur. Postremo unū hoc iterū & iterū admoneo: quosdam uiros egregios quorum nomina  
 tibi inculcanda non credidi: nulla re amplius laudatos q̄ q̄ suoz̄ mortes forti aīo tulerūt:  
 Qd̄ tibi eo studiosi⁹ aduertendū est: quoniā si circumspicis: uidebis actus tuos in exemplū  
 trahi: te in eminenti specula collocatum: atq̄ in te omniū oculos esse defixos: hoc tibi labo  
 riosum dec⁹ & amplissimi generis maiestas & retroactæ uitæ moderatio pepere. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Leliū suū: apud eum de repentino Iacobi Colū  
 næ obitu conquerentis: Ep̄la LXI.

A  
 Iacobi Colū  
 næ laudes.

**I**n Imis uiximus Leli charissime. Moriendū fuerat anteq̄ præriperet nobis deus be  
 nignissimum dñm & indulgētissimū patrē nostræ: utilē mundo: nobis necessariū:  
 patriæ gloriosum: longæui patris baculum: solamen soroz̄: fratrz̄ læticiam: ami  
 corz̄ spem: hostiūq̄ terrorē: morz̄ specimen: uirtutū templū: honestatis imaginem: litterarū

hospitem: studiorum amatorem: ingeniorum præconē ac extimatorē rectissimū merito/  
rum: Nulli inuidum: inuidiosum claris uiris omnibus: pium: mitem: modestū: sobriū: affa/  
bilem: constantem: fortem: iustum: largum: munificum: magnanimū: circūspectum. Hei mi/  
hi laudans deficio: nec inuenio quid tantis uirtutibus dignum loquar: aut amore decipior  
aut ætate hac præradiantem & conspicuam cleri lucem festinata: nubes mortis obduxit: cu/  
ius nuncio accepto: quāta me miserē circumfuderit eclipsis: sensit cor meum: testes sunt ocu/  
li mei. Verū post parētis & fratrum lachrymas: nullas uberores arbitror esse quā tuas: Hoc  
mihi & animi tui māuetudo suggerit & uetusta deuotio: in qua hæreditario iure succedēs:  
& paternis finibus non contentus longe lateq; processeras. Heu quotiens: quantaq; dulce/  
dine cogitabam diem illum: quem proximū opinabar: quo scilicet mitissimus eius litteris  
obsecutus: & ab Apocnino in Pyreneum transgressus exoptatissimo eius cōspectu: impro/  
uisus assisterem: eiq; & Romanā lauream: quā uertici meo licet indignus imprimo: quæq;  
iam ante uel auditu solo: quanta sibi iucunditatis e longinquo materiam præmisisset: ele/  
gantissimū manus & ingenij sui carmen indicat. Insuper & noua Africæ meæ fundamenta:  
duo parna quidem: sed deuota munuscula uenerabundus offerrem: præuertit omnipotent  
desiderium meum: nec dignus fui tam latum & tam fœlicem diem cernere. Quid uero nūc  
cōsilij capiam: quid de meipso statuam: quid agam: Sæpe mecum hæc cum lachrymis lo/  
quor: Quo ire paras infœlix: Is quem petebas abijt: quem sequeris: Aulam ne fratris fle/  
bilem & tanto splendore uidiuam: An bustum ubi sepultæ sunt spes tuæ: Utrobiq; mo/  
lestiæ: Parū ne tibi mœroris attulit casus: nisi gemitibus tuis obuiam pergas: Et uel hinc te  
mœrentum agmini mœstus immisceas: uel illinc superbi pontificis barbaricas deoscularis  
manus: Sic sū donec tu litteris & affectui meo uela feceris & cōsilij uagū firmaueris. Vale.

B

Francisci Petrarchæ ad Senutū Florentinū: Illi suos familiares describentis:  
Eūq; si fieri potest ut meliores adinueniat deprecantis: Ep̄la LXII.

**T**ria mihi seruorum paria: siue (ut modestius loquar) humilium amicorū: siue (ut  
uerius: familiarium hostium domi sunt: Primum quidem sic affectum: ut alterius  
nimia simplicitas: alterius sit periculosa calliditas. Secundum sic: ut hūc pueritia:  
hunc senectus reddat iutilem. Tertium uero sic: ut huius furor: illius torpor odiosus sit: Et  
iuxta illud Socraticum a Cicerone relatum in epistolis: Alter frenis: alter calcaribus egeat:  
Ego autem has inter contrarietates: castigator olim: nunc spectator sedeo. Nec eorum pro/  
positum mirari satis possum: qui seruorum turbas ceu gloriosum aliquid aspiciunt & obsi/  
deri semper ab his quos pascunt: hoc est a domesticis suffossoribus delectantur. Indigentia  
tibi meam inotuisse sufficit: puto non expectas ut deprecer: sicubi forsitan in humiliori for/  
tuna se ostenderent animus: ætas: mores: ab extremis æquo spacio distantes: scito homi/  
nem: cui non dicam excellenter: sed tolerabiliter ista contigerint: non mihi seruum esse posse  
sed socium: sed amicum: sed dominū: Vereor tamē ne phœnicis inquisitionem tibi cōmissis/  
se uidear: quā nō nisi quingentesimo anno renasci solitam ac toto orbe unicā ferunt: & no/  
bis in occidente positis incognitam. Vale.

A

B

Phœnix quin  
gētesimo āno  
renascit̄

Francisci Petrarchæ ad T. M. illum & q de antiquis scriptoribus non recte  
sentiat: & q nimis inutiliter sibi gloriā quærat reprehēdentis: Ep̄la LXIII.

**D**icte difficile est quātum aures meas uulgari fessas strepitu: epistola tua bis terq; re/  
lecta permulserit: quæ quāq; tibi uerbosa uideretur (ut ex sine cognoui) Ego tamen  
in ea nil præter breuiloquium accusaui. Itaq; cōminationem illam ultimam q de/  
inceps compendiosior sis futurus: inuitus aspexi: mallet prolixior esses: ut libet tamen: tu  
pater: non te mihi: sed me tibi morē gerere dignum est. Sed ita ne totum in tua manu po/  
situm erit: An ignoras: q sæpe consilio dissimilis est euentus: Audies forte quod uel silentij  
audium loqui cogat. Vis quod minitari uideor: iam nūc rebus impleam: Testor imprimis  
eandē me de te opinionem gerere quā de Aristotele Macrobius: seu illam amor seu ueritas  
genuerit: uix te aliquid ignorare posse arbitror. Si quid autem uero aduersum tibi excidit:  
aut minus præuidisse: aut (quod de eodem ait idem) iussisse te suspicor. Nempe quod de Hi/  
eronymo scribis: te illum sacrorū doctōrū ex numero prætulisse: haud nouū est mihi. Vetus  
est iam & late cognitum hoc iudicium tuum. Equidem frustra de comparatiuis litiges: ubi  
ad superlatiua peruētum est: falli non potes: Optimum ac maximum erit: quicquid eleger/  
ris: licet de hac re inter amicū tuū claræ memoriæ Lomberiensē episcopum Iacobum &

A

B

me crebro disceptatū esse meminerim. Illo per uestigia tua semper uno ore Hieronymum: me uero Augustinū inter scriptores catholicos præferēte. Et sane si neq; ueritatē neq; te uerrear offendere: dicam pater qđ sentio: Cum multa: uaria & luminosa sint sydera: ut sit hic Iuppiter: hic Arctur⁹: hic Lucifer: Sol ecclesiæ Augustin⁹ est. Sed hæc (ut dixi) haud magni momenti fecerim: qm̄ & electio tuta est: & libera debent esse iudicia. At quod sequit: te inter morales Valerium præferre quis non stupeat: si tamen serio perseveranterq; dictum est & non iocandi temptandiq; aīor: Si em̄ Valerius primus est: quorus quāso Plato est: quorus Aristoteles: quorus Cicero: quorus Anneus Seneca: quem in hac re magni quidem extimatores omnibus prætulerūt: Nisi illud forte Platonem ac Tulliu excludit: qđ in epistola tuā parte perlectum noui mihi stuporis causa fuit: Vbi nescio quid cogitās illos poetas esse: & poetas: choris annumerari oportere dixisti. Qđ si loquēdo cōsequi potes: plus egeris fortasse qđ putas. Secundo Apolline & plaudentibus musis magnos duos incolas umbrosis Parnasi collibus addideris. At quid oro te mouit: ut id opinareris aut diceres: cum Tullius in prioribus libris summ⁹ orator: in ultimis philosophus illustris appareat: Sicut autem ubiq; Virgilius poeta: sic Tullius nusq;: quoniam ut in declamationibus legim⁹ Virgilium illa fœlicitas ingenij oratione soluta reliquit: Ciceronem eloquentia sua in carminibus destituit. De Platone quid dicam: qui maximorū hoīm consensu: philosophiæ meruit principatum: Cum Cicero & Augustinus & alij qđ plures in omni sermone: ubi Aristotelē ceteris philosophis præferunt: Platonem semper excipiant. Non intelligo quid Platonem faciat poetam: nisi unum forte Panathj uerbū a Tullio relatum: qui Homerū philosophorū illum uocat: quod nihil est aliud qđ philosophorū principem: ac talem inter eos qualis inter poetas est Homerus. Alioquin quid ipsi Tullio dicemus: qui in epistolis ad Atticum quodam loco Platonem suum deum uocat: omnibus quidem modis id agunt: ut Platoni diuinitatem ingenij attribuant: hinc & Homeri: & quod est expressius dei nomē. Proinde sumpta hinc occasione: mira dulcedine loquendi de rebus incognitis in tractatum poetarum totus immergeris: quis: qua ætate sit genitus: quem quisq; stili modum: quod poetādi genus: quem famæ gradum teneat: lōgum est singula persequi: tam multa nunq; alijs audita: nos omnes discendi auidos: faciūdis tuis litteris docuisti: Quod si interfari aliquid nō mihi sed professioni meæ pmittitur: miror quid ita tibi Neuij Plautiq; nomē ignotum est: ut quasi barbaricum nescio quid locutū putes: qđ eos litteris ad te meis inserui: & ausum (ut ait Flaccus) personam formare nouam: tacita licet admiratione castigas. Adeo scrupulose enim in hac inquisitione uersaris ut nihil restet: nisi temeritatem meam condemnare: in scānam noua & peregrina nomina producentem. Frenasti tamen impetum: & tandem ignorantia tuā culpāre maluisti. Urbane quidem ac modeste. Cæterum aliud uerba sonant: aliud clamat (nisi fallor) intentio: prorsus mirabile: cum tam familiarem habere Terentium uidearis: Ille enim iam statim a principio in ipsius Andriæ proœmio: & Neuij & Plauti: una cum Ennio: eodem meminit uersiculo. In Eunucho & Neuij itidem & Plauti. In Adelphis: Plauti solius mentionem fecit. Eorundem quoq; simul meminit Cicero in senectute: & Aulus Gellius in noctibus Atticis: ubi amboꝝ epigrāmata describit sermone uetustissimo. Sed quid ago: Quis em̄ quāso unq; poetriæ nomen absq; illorum nominibus audiuit: Itaq; stuporem tuum stupeo: & cum bona uenia pater obsecro: ne in manus alienas ista perueniāt: quo enim clarior fama est tua: eo sibi studiosius consulendū est. Mecum quidem non aliter qđ tecum omnia loqui potes: & (quod secum docti faciunt) mutare ac retractare quæ dixeris. At postqđ in uulgus dicta puerint: ea demum facultas eripitur & multorum iudicia subeunda sunt. Ego epistolā tuā ad te sub fida custodia remitto: & hanc illi alligatam mitto: cuius exemplum apud me manebit: non ob aliam causam: nisi ut si quid ad huc respondendum duxeris: dum uerba uerbis confero: memoriam nō fatigem. Vnū præterea noui & exotici dogmatis inducis: utar em̄ plena libertate: quādo semel non cœpisse nō possum. Asseris Ennium & Statiū Papinium coætaneos fuisse. Quis te oro pater in hac chronographiam ipulit: quis a te nūc ista posebat: Atqui exactius hoc inquirere: Inuenies Ennium sub Africano maiore: Statium aliquot sæculis interiectis: sub Domiciano principe floruisse. Habes quibus (nisi fallor) & respondere uelis & tam breuiter ut putabas nō possis: Vnum adderem: si bona fide ueniam dares: quod olim dum in Vasconia partibus adolescēs agerem uerecunde quidem: ut illam ætatem decuit: tibi scripsisse recolo: cū uulgaribus scriptis tuis offenderer: quæ ad eum cuius supra memini Iacobū de Columna interdū ea tēpestare

C  
Iudiciū de Platone

D

E  
Quo tpe Ennius & Statius floruerint

mittebas: cuius me amor sicut in eas terras traxerat: sic in Aethiopiā traxisset. Sed tūc per ne pueriliter: ut qui uix dum ferulæ manū subduxeram: temp<sup>9</sup> est ut iam uirilis oratio mea sit: Ita tamē ut dixi: si tu ueniam dederis. Quid ais: Rides puto: bene habet: ueniā tribuisti. Audi ergo pater & uide & inclina aurem tuam: ne qua externa auris iterueniat: Tibi enim loquor & te rex tuarū iudicem statuo: quæ accusare uideor alijs accusantibus defensusus: Nec tamen ignarus: nimis acrimoniosam & insolentem filij ad patrem epistolam reprehensio uideri: sed amor audaciam excuset. Ita enim mihi claræ nomen: non popularis aure suffragio: sed uirtute contingat: ut ab ineunte ætate singularis quædam mihi tui nois cura fuit: Hæc me loqui cogit: ne si ego tacuerim: idem ab alijs audias: uel (quod metuēdū magis est) tacito iudicio lacereris: & quidam iniqui rex arbitri amplissimū ingenij tuū: ex his quibus ludens te includis: peregrinæ facultatis angustijs metianē. Animaduerti enim te in scriptis tuis: omni studio ut appareas niti: Hinc ille discursus per ignota uolumina: ut ex singulis aliquid decerpens: rebus tuis interferas: Plaudunt tibi discipuli: & omniscium uocant innumerabiliū auctoꝝ noibus attoniti: quasi omniū quoꝝ titulos tenes: & noticiā sis adeptus. Docti autē facile discernunt: quid cuiusqꝝ propriū: quid alienū sit: & rursus quid mutuum: quid precariū: quid furtiū: quid e medio haustum: quid a prætereunte delibatum. Memoriam ostentare puerilis est gloria uiro: ut ait Seneca: captare fosciculos turpe est: quippe quem fructu deceat gaudere: non floribus: Tu uero in hac ætatis parte uenerabilis: & in tua professione clarissimus: imo (ut non semp pungā: sed interdum ungam) solus sine exēplo nostri temporis: earū quibus es deditus litterarū princeps: nescio quo iuuenilis animo: dimissis finibus tuis i alienis pratis ociosus & uagus inclinata iam die: interlegendis fosculis tempus teris. Placet ignota temptare: ubi sæpe uiam non inueniens: aut uageris aut corruas: placet illoꝝ sequi uestigia: qui scientiam quasi mercimoniū aliquod ante fores explucant: cum interim uacua domus sit. Certe tutum est: ad id potius niti: ut sis aliquid plusqꝫ uidearis: operosa semper & periculosa iactantia est. Adde qꝫ cū magnus uideri uoles: innumerabilia incident: quæ te non modo ueram ad mēsuram redigent: sed infra etiam contrahent. Vni ingenio satis est: unū studij gloriā mereri. Qui multarū titulis artium superbiūt: aut diuini homines sunt aut impudentes aut insani. Quis uspiam aut græcoꝝ aut nostroꝝ id præsumpsisse memoratur: Nouus mos: noua temeritas: gloriosas inscriptiōes præ se ferunt: propter quas: ut ait Plinius: uadimoniū deserui possit. At cum intraueris: diū deaqꝫ nihil in medio inuenies. Tu igitur (ut iam tandem sileam) si quid mihi credis: esto tuis finibus contentus. Noli illos imitari: qui omnia pollicent: nihil præstāt: faciuntqꝫ ut omnia cōtrechando: atqꝫ (ut ait Comicus) intelligendo nihil intelligāt. Græcū uetus & salutare pro uerbiū est: Quam quisqꝫ nouit artem in hac se exerceat. Vale.

Francisci Petrarchæ ad eundē T. M. cōcertationē in superiori eplā cū eodē habitam latius extendentis: Eplā LXIII.

**L**icet est ut putabam: Libertas iram peperit: ueritas odiū: admonitio fastidium. Sed quid agam? Verba non redeunt: Blandior fuissem si te blanditijs delectari crederem: Immo uero sæuior: & hunc ipsum affectum in uiro forti foemineum: liberius arguissem: Nunc quoniā (ut uideo) amicitia inimica libertas est: forte consultius agerē si tacerē: sed id quoqꝫ permetuo. Est ubi silentiū bilem mouet: loquar ergo ne rursus offendam: sed tam breuiter ut coactum noueris. Primum ego te iudicem feci omnium quæ dixi aut dicam: tu sententiam breuem fers: errasse me in quibusdā: in multis: in oibus. Gaudeo equidem me potius errasse qꝫ te: eo qꝫ apparentior est ois in luce deformitas: & error in sene desperatior: Sed tamē est aliqd: qdꝫ amplius requiram. Ades ergo: ad tribunal tuū prouoco. Nullis assessoribus opus est: sol<sup>9</sup> sede tu. Hieronymū præfers Augustino: Hoc sciebam: sed eam quā affers iudicij rationē: profiteor me non intelligere. Quid enim quæso sibi uult qdꝫ ais: nō te illum propterea prætulisse: quia sit maior: sed quia fructuosior ecclesiæ: quod in quodam opere tuo probasse te dicis: disputatione longissima: quā uellē litteris inseruisses: sed profecto uel nuncio pepercisti uel epistolæ. Quod tamen ad huiusce rei probationē præcipuum erat addidisti: hoc scilicet Augustini ipsi<sup>9</sup> auctoritate cōcludi: Sed an ignoras qꝫ in generali sermone: persona loquentis excipitur: Quid uero inquis si Augustini aperta confessio est sibi Hieronymum præferentis: Quis non uidet quid ad hæc dici debeat: Hoc inquā unum est in quo illius sacratissimæ animæ testimonio non starem: cui insitum scio: ut de alijs gloriose: de se autem humiliter & loquatur & sentiat. Ego quidem fructuosus laboris

F

G  
Opofa & periculosa semper iactantia est

A

Iudicium de hieronymo & Augustino  
B

palmam in ecclesia Augustino dabam: haud pertinaciter tamen: uelut is qui nec opinioni nec secta: nec homini usque adeo sum addictus: ut abire non possim ueritate comperta. Hoc apud Marcum Tullium: hoc apud ipsum patrem Augustinum didici: quod ipse apud eundem Tullium se didicisse non negat. Nam apud Horatium Flaccum: nullius iurare in uerba magistri puer ualde didiceram. Quanti autem ista sint: ipse non dissimulas: qui hac defensionis parte deserta: mox ad aliam euadis: dicens omnibus excussis omnino nihil esse quod te in hanc opinionem traxerit: nisi indignam quandam & singularem erga Hieronymum in gratitudinem Italorum: hoc est illud unicum patrocinium causae tuae: Hoc est inquam illud mihi nulla ex parte intellectum intelligibile argumentum. Quanam enim haec ingratitude est: Sumus fateor non erga sanctos tantum: sed erga sanctorum dominum ingrati. Quam Hieronymo singularior: quam ceteris querimoniae causa est: Aut quam potius Italorum culpa quam hominum: cum nec ipse Italus origine: & sapiens in oriente uersatus sit. Versa te pater hac illac: ratio (ut arbitrator) non erit sufficiens probare quod intendis: nisi forte qui rationis uice fungitur: instinctus animi tacitus & pia magis quam ex amussim trutinata deuotio. Verum ista praeteruehor: Tam sacra enim nomina disputatiunculis peccatoris obsolescieri: ac quodammodo prophanari: sacrilegio simillimum reor: Itaque tacere iam de his consultius fuerit: Nam preciosarum rerum confusio atque collisio periculosa est. Ad Platonem ac Ciceronem transeo: quos tu ob duas fabulas morum doctrina: & (ut de altera Macrobius testatur) tripartita philosophiae integritate perfectas: ac procul ab omni metrorum lege in medijs politicis: ac rerum publicarum libris insertas: poetas facere niteris. Frustra Macrobius idem ambobus excusat aduersus insultantes: non debere fabulam a philosopho confingi. Ego quidem gratulor: & hos & Aristotelem & Senecam & Varronem (si fieri possit) in agmine poetarum cernere: quod forte non ineptius de horum quolibet: quam de Platone & Tullio dici posset: Nam & Aristoteles poetriam de poetis: & Varro Satyrarum libros addidit: Seneca autem Tragedias: quae apud poetas profecto: uel primum uel primo proximam locum tenent. Sed cur quae uero non & histriones fecisti: quoniam aliquid forsitan in uita ludicrum dixerunt aut fecerunt: Praesertim Tullius cuius tam multa quae risum moueant: scripta sunt in Saturnalibus: cum & Tyton libertus eius de patroni iocis librum scripserit. Cur non piscatores aut remiges: aut tale aliquid: Quia forsitan aut hami iactu: aut remi tractu in solitudine positi: animum relaxarunt: Vis ne tu mihi Castrensem morem scholis inferre: ut sicut unum duellum torquatos atque coruinos fecit: sic una oratio poetam faciat: Perseuerantia requiritur. Vnus actus habitum non inducit. Haec haec tenus. Nam de Ennio ac Statio in ultima epistola nulla mentio erat: Credo annorum numerum in digitos reduxisti. Postremo ad illum longum atque centinum orationis tuae textum ubi omnibus modis efficere studes: ut iniuste monuisse uidear: quod ingenio tuo nihil imperium sit: Nihil aliud dixerim: nisi quod bene tibi est: si hanc de rebus tuis opinionem habes: O te tuo qualicumque iudicio felicem: O utinam hanc me artem & docere possis & doceas: qua talia ipse mihi de me nouerim conflare iudicia. Nescio enim an melius sit interdum de errore gaudere quam semper de ueritate dolere. Ad id uero quod me uelut iuratae militiae desertorem arguis: quoniam cum maxime florere inciperem: studium iuris Bononiamque dimiserim: expedita responsio est: quis tibi & ciuitatem illam & studium singulariter illustranti: mimes uti arbitror placitura. Quoniam itaque satis exagitaui: id totum sileo: quo factum meum tueri soleo: Fuit enim haec mihi quaestio saepe cum multis: praecipue cum Oldrato Laudensi iuriconsulto: nostra aetate clarissimo: Hoc unum est: quod salua concordia dici potest: Nihil enim contra naturam bene sit: Solitudinis amatorem illa me genuit non fori. Denique sic habeto: me aut nihil unquam proinde fecisse: quod magis puto: aut si quicquam hoc imprimis non audeo dicere sapienter: sed feliciter factum est: & quod Bononiam uidi & quod non inhansi. Vale.

Fran. Pet. ad T. M. sumptus pro facultatibus temperandos: potiusque animi frugalitatem quam corporis gloriam appetendam esse contendens: Epistola LXV.

**A** **D** Electari te lautius non miror: paucorum haec domus pestis olim hospita: nunc omnium iugis incola est: nisi quae paupertas limen obstruit. Qua in re non natura paucis longe iucundius uictura quam nimis: sed consuetudo multum: multoque magis peccat imitatio. Quis enim tam frenatae modestiae est: cuius non interdum oculos auertat uicini sumptus nitor ac gloria: Sed utile consilium est Plautini senis in Aulularia: Prorenitorem & gloriam pro copia. Cuius si meminissent homines: & profusus sumptibus: & ini-

quis lucris clauderetur uia: & multo tranquillius uisueretur: Nunc cæcitatem cupiditas inuexit: & frenum rationis fregit impetus uoluntatis. Tu autem oro quātum potes enitere ut rationis propria sectator: potius q̄ aliena libidinis æmulator appareas. Fuge exempla peſtifera: nimis malorum dociles animos habemus. Magister unus uoluptatis magno in populo satis est: Cito luxuriæ dat terga frugalitas: nisi cogitationū nostrarū aciem ratio inuicta firmauerit: docens sequi uera bona: fucata cōtemnere. Quid nunc uicini tui purpureū latus atq̄ intermicantes crebra laspide digitulos miraris? Phalerata fœlicitas est: exue hominem: infœlicissimū non negabis. Latet sub auro calamitas: & (quod extremum mali genus arbitror) inuidiosus simul & miser est. Concludam aliter q̄ concludit Plautus Epidicū suum. Hic inquit is est homo qui libertatē malicia inuenit sua: imo uero hic: malicia opes: potentiam & regum amicitias inuenit: se suamq̄ libertatem perdidit: Habeat sibi sine inuidia multa illa & uulgi iudicio permagna: tu tuis bonis eoq̄ præcipue quod ille pdidit: fœlix ac contentus uiuito. Vale.

Fran. Pet. ad T. M. illum q̄ obscœno mulierculæ amore teneatur iocose comiterq̄ reprehendentis: Epistola LXVI.

**T**ibi quidem amicus: non moribus tuis sum. Quid autē de te mihi dec̄ tota tua rē familiari uideatur: quoniam rogas: uerissime atq̄ breuissime pro me Plautus absoluet: non nisi singulis uerbis ad singula. Primum nō mihi placet amor tuus: animæ pondus infauftum: obscœno igne perureris. Quæro autem exte (ut Plautinus seruus in *Asinaria*) Num sum<sup>9</sup> est hæc mulier quā amplexaris? Si cur quæserim interroges: quia oculi tui semp̄ lachrymantes sunt: hæc tibi. Mulierculis tuis hoc unū quod in ea Comœdia cui Curgulio nomen est legissē potes. Mulieres duas peiores esse q̄ unam. Seruo autem illud eiusdem poetæ in *Epidico*: Nimis doct<sup>9</sup> ille ad malefaciendum: Hoc ex me additō: Nimis tu facilis ad credendum: nimis pronus ad obsequendum. Hæc amice si falsa sunt: dictū meum argue: sin uera: mores tuos corrige. Vale.

Francisci Petrarchæ ad T. M. uerecundam confessionem erroris p̄prii: emendatioris uitæ optimam spem habere affirmantis: Epistola LXVII.

**Q**uod obiectum ab amico crimen non negas: facis ingenue. Magnam emendationis uitæ spem præfert erroris pro prii uerecunda confessio. Quod autem de seruo tuo taces: caute quidem: quippe quem accusare non potes. At q̄ mulierculas tuas exculas: urbanitatis ineptæ uel cæci iudicij dixerim: tu uideris quid de illis sentiendum putes: quarum alteram optimam: alteram tolerabilem dicis. Ego illud Plauti in *Aulularia* uero propinquius reos: Optimam fœminā nullā esse: alia licet alia peior sit. Vale.

Eiusdē Francisci Petrarchæ de Reb<sup>9</sup> familiarib<sup>9</sup>: Liber Quintus incipit.

Francisci Petrarchæ ad Barbatum Sulmonensem: obitum Roberti regis Siculi uahementer se dolere insinuantis: Epistola LXVIII.

**Q**uod uerebar accidit: quod timebam patior: in dolorem metus: uota in gemitu abiire. Non multo anteq̄ prælagirem: deseruit nos inclutus ille rex noster: Cui<sup>9</sup> & si matura ætas esset: tamē peracerba mors est. Et heu me miserū Barbate optime: q̄ uereor: ne illa quoq̄ prælagia cōfirmet euentus: quæ mihi suggerit anxius & malorum suorum semp̄ nimis certus uates anim<sup>9</sup> meus. Ita me reginæ iunioris nouiq̄ regis adolescentia: Ita me reginæ alterius ætas ac propositum: Ita me tandem territant aulicorum ingenia & mores. Mendax hic utinam sim propheta. Sed agnos duos multorum custodiæ luporum creditos uideo: regnumq̄ sine rege. Nam quid ego eum qui ab alio regitur regem dicam: multorūq̄ fœuitiæ expositū: Itaq̄ si quo die Plato rebus humanis excessit: sol cœlo cecidisse uisus est: Quid illo moriente uideatur: qui & Plato alter ingenio fuit: & regum nulli aut sapientia secundus: aut gloria: cuius præterea mors tam multis hinc inde periculis uiam fecit: Secundet hæc omnipotens deus & sollicitudinem meam: piam magis q̄ necessariam: rebus probet. At ut alijs cuncta supra spem eueniant: & merus iste superuacuus fuerit: Mihi tamē amice quis consulat: aut q̄s medebitur dolori meo: Cui de cætero uigilabo: cui quantulumcunq̄ hoc ingenium aut studium cōsecrabo: Quis spes collapsas eriget: Quis torpētē animum excitabit: Duos ingenij duces habui: utrunq̄ mihi annus hic abstulit: & de altero quidem nuper dum ad huc esset in Italia: utrobicq̄ consortē fletus idoneum quærēs: nostro cū Lelio quæstus sum:

De hoc hodie tecum queror: querarq; dum uiuero: & qui solari alios interdum soleo: nunc qua me ipsum ratione uel oratione consolari non inuenio. Hinc ergo consolandi desperatio: hinc flendi pudor: hinc ad utrumlibet stili diffidentia: Sed super omnia ilico te uidēdi spes: silentium iubet: parebo tecum propediem fletur ex cōmodo: Hęc interea tibi flens ad fontem Sorgiæ dictabam: notum procellarū animi mei portum: quo heri ad uesperā sol<sup>o</sup> fugi: cum mane Rhodani ad ripā: rumor mœstissim<sup>o</sup> intuenisset. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Ioannē Colūnæ: Illi pro multis in se collatis beneficijs gratias reddētis: nōnullaq; parit̄ ab eo sibi exhibita cōmemorātis: Ep̄la. LXIX

A

**G**ratias ago: cum pro alijs multis: tum pro eo q̄ quotiēs Romā peto: totiēs uber/rimo tuarū litterarū fauore praueniō. Agnosco insidias amoris tui: neq; em̄ ut homo: sed ut angelus excipior. Nihil impigrius est amāte. Nunq̄ tam iugi aquilone sum uect<sup>o</sup>: ut imparatum aliquid offenderim. Mirarer magis: nisi tuis de me iudicijs assueuisssem. Consuetudo enim longior & reꝝ miracula extenuat & dolores lenit & minuit uoluptates. Quis autem enumerare sufficiat: quibus tu me per omnem uitam honorificentissimis decretis honestaueris: Quānam illa ex æquo prope: cum sis dominus: conuersationis comitas: Quānam libertas hominis sub maioris arbitrio degētis: Quānam secretorum participatio: Quānam prerogatiua: quis honor: quāta dignatio: Recordari dulce est: renarrare longissimum. Vnum ex mille referam: quod immo radicatuū pectori & medullis inhæsisse miraberis: Meministi dum graui olim: inter quosdam tuorū exorto odio: ad arma peruentum esset: & tu iusta indignatione flāmatu: ut pro tribunali sedens: familiam cōuocasset ac dicendā ueritatis iusiurandum oibus detulisses. Iurassetq; etiam Agapitus Lunensis episcopus germanus tuus: atq; ego iam dextram porrigerem: tu in medio irarū impetu: cōdicem euangelicū retraxisti: teq; cunctis audientibus simplici uerbo meo contentum esse dixisti: cuius ne aut pœnituisse te: aut impræmeditata facti benignitas uideretur: cū sæpe si miles casus acciderint iurantibus cunctis nunq̄ me iurare es passus. Quid hoc iudicio tanti patris illustrius: Quāti uolunt aurū & gēmas extiment auari: hoc extimare non poterūt. Renouasti in me pater omnium optime Xenocratis philosophi antiquū decus: cuius in epistolis ad Atticum mentionem facit Cicero: qui cum testimoniuū dicturus iurare scd̄ m̄ leges teneret: ea sibi ab Atheniensibus spectatā fidei credentibus remissa necessitas fuit. Hoc in quā in me renouasti: nisi qd̄ illi maturo æui: id adolecētī mihi: quodq; illi semel accidit: tu mihi perpetuum fecisti: Et putas me posse talium obliuisci: Ingens erit historia: si similia cōplecti uelim: nec tempus patitur nec loc<sup>o</sup>. Magnanimi patris tui uocem audio: extra muros urbis: me licet inuitum profecutus aduenit. Hodierno die apud Præneste suū hospitabor: ibi me clarissimus ex filio suus: ex fratre tuus nepos expectat. Vale.

B

Fran. Pet. ad Ioannē Columnæ: Illi de sua Romam Neapolimq; uersus prouertione narrantis: quidq; sibi in uia contigerit exponentis: Robertum etiā quemdam ualde detestantis: Ep̄la LXX.

A

**U**t fidem frangerem: & tibi utile: & mihi prope necessarium fuit. Pollicitus me maritimo itinere profecturū: nō aliam ob causam nisi quia uulgo iam persuasum est: expeditius ac citi<sup>o</sup> iri pelago q̄ terris: nauim conscenderā apud Niceam uari: quæ prima Italicarū urbium ab occasu est: & ad Meneci portum cœlo iam stellatē perueneram. Irasci tacitus illic die postero inuiti mansimus: sæpe nequicq; retentato abitu. Postridie accipiti tempestate funem soluimus: & die toto iactati fluctibus: ad Mauriti portū uix interpesta nocte peruenimus. Itaq; castrū ingredi non fuit: littoreū hospitium: nauticum cubile sortitus: cœnam ut fames cōdiret: somnum ut lassitudini deberem ibi indignari altius & ludos maris agnoscere. Quid multa: Varijs per noctem cōsilijs agitat: ad auroram statui præferre terrestrem duriciem æquoræ seruituti. Itaq; familia & impedimentis omnibus in nauim reimpositis: ipse uno solo comitatus in littore substiti: & fauit fortuna cōsilio. Interligusticos scopulos: casu nescio quo Theutoni equi uenales aderāt impigri atq; præualidi: quibus ego raptim cōparatis: ppositū iter egi. Neq; tū pr̄sus nauigatiōis fastidio imunis. Est inter Pisanos ad præsens & Mediolani dñm bellū ingēs magis (ut uides) de aiorū fascib<sup>o</sup> q̄ de terrarū finib<sup>o</sup> se præbēte materia. Late em̄ cōfinia discreuerat Apœnin<sup>o</sup> ut cōtemnat<sup>o</sup> atq; tiqu<sup>o</sup> Padi limes. Sed supbia frenū nescit & nullis terminis est cōtenta cupiditas: Dū recto tramite pficisci uellē: haud pcul Lauētia: exercit<sup>o</sup> ambo cōstiterāt: Tyrāno grauiter urgēte:

B

cōtra Pisanis Mutronem suū summa uigentibus: Coactus sum apud Hericem mari iteꝝ me credere: & coruū scopulū ingentem a colore nominatū acrupem cādidam & macre ostia ac lunam olim famosam potentemꝝ: nunc nudum & inane nomen præteruectus: nocte cōcubui apud ipsum Mutronem: in Pisanorꝝ castris expositus per terram absqꝫ insigni impedimēto reliquū uia feci. Nō prosequor ubi cōnauerim atqꝫ cubuerim: quid quilibet in parte uiderim audierim ue: ad extrema festino: Per Pisas relicta ad læuam Florētia Senas: atqꝫ inde Perusium ueni: Inde Tudertum ubi a Clarauallensibus tuis magno cum gaudio exceptus per Narniam ipsis ducibus: Romam ingredior quarto nonas Octobris: & iam bona pars noctis erat. Ita me hoc tempore nocturnum uiatorem festinatio præcepit fecit: Visum est tamē magnanīmū patrem tuū prius q̄ me quieti traderem: inuisere: Deus bonæ: que maiestas hominis: quæ uox: quæ frons: quæ facies: quis habitus: quæ in illa ætate uis animi: quod corporis robur: Iulīū Cæsarē aut Africanum spectare mihi uisus sum: nisi quia utroqꝫ multum iste longæuior: & tamen idem prorsus aspectu qui ante septenniū erat: dum eum Romæ iterum dimisi: uel qui ante annos. xij. dum eum apud Auinionem Rhodani primū uidi: mirū & pene incredibile: uir unus Roma senescente non senescit. Pauca ibi (Nam seminudum & iam in cubiculum euntem illum repperam) de te tuisqꝫ rebus affectu patrio percontatus est. Cætera in diem posterum reiecit: Illum diem a mane ad uesperam secum egi: cuius ne una quidem hora in silentio acta est. Sed de reliquis coram: Mirum immodū exhilaratus est aduentu meo: sperans (ut aiebat) amicos uestros per industriam meam sinē carceris ac miseriæ reuerturos: quā senis spem: falsam esse doleo. Ne enim te longius traham: Roma digressus: Neapolim ueni: Reginas adij & Reginas cōsilio interfui: Propudor quale monstrum: Auferat ab Italico cœlo deus genus hoc pestis: Putabam Christum apud Memphim & Babylonem Mœchamqꝫ contemni: Cōpatior tibi mea nobilis Parthenope: Vere tu harum quælibet facta es. Nulla pietas: nulla ueritas: nulla fides: horrendum tripes animal: nudis pedibus: aperto capite: paupertate superbum: marci dum delitijs uidi: Homunculū uulsum ac rubicundum: obesis clunibus inopi uix pallio cōtectum & bonam corporis partem de industria retentem: atqꝫ in hoc habitu non solū tuos sed Romanos quoqꝫ pontificis affatus: uelut ex alta sanctitatis suæ specula insolentissime contemnentem: nec miratus sum: radicatum in auro superbiam secum fert. Mulum enim (ut omnium fama est) arca eius & toga dissentiunt: Ac ne sacrum nomen ignotes: Robertus dicitur: In illius Roberti serenissimi nuper regis locum: quod unum decꝝ ætatis nostræ fuerat: æternum dedecꝝ Robertus iste surrexit. Iam minus incredibile putabo e sepulchro hominis medulla nasci posse serpentem: quoniam a sepulchro regio: aspis hæc surda prosiliuit: O superū pudor: quis nam folium tuum inuasit regum optime? Sed hæc fortunæ fides est: res humanas uertit pariter & evertit. Non fuit satis mūdo solem abstulisse: nisi atras in super tenebras attulisset: & erepto rege unico: nō alter qualibet uirtute inferior succederet: sed hæc atrox & immitis bælua. Siccine nos aspicias astrorum rector? Hic tanto regi successor idoneus: Hic post Dionysios Agathoclemqꝫ & Phalaridem cunctis obscœno & clam licet immanior fato debet: restabat aula Siculæ (ut Macrobiꝝ uerbo utar) inclāmētissimꝝ incubator: qui miro genere tyrannidis: non diadema: non purpuram: non arma: sed squallidum palliastrū induit: eoqꝫ non totus ut dixi: sed dimidius obuolutus: nec tam senio curuus q̄ hypocrisis: nec tam eloquio fratꝝ q̄ silentio & graui supercilio per reginarꝝ aulas discurrit: & bacillo innixus humiliores proterit: iusticiam calcatur: quicquid diuini aut humani iuris est: polluit: qꝫ quasi nouus Tiphys: alterqꝫ Palinurus: fluitātis cymbæ clauū regit. Cito (si quid mihi credis) ingenti naufragio peritura. Multi enim sunt tales & fere omnes præter unū Cauallicensis ecclesiæ præfulem Philippum: qui solus pro deserta iusticia partes facit. Sed qd faciat agnꝝ unicus in tãto luporꝝ agmine: qd faciat nisi q̄ primū fugiat si possit & ouile suū repetat: qd ipsum meditari arbitror: sed miseratiōe regni labentis & ultimæ obsecrationis regiarꝝ memoria: ceu geminis cōpedibꝝ detinet. Interim q̄tū ī maleuada aulicorū acie: sana uox uniꝝ audiri potest dei & hoīm iplorās fidē: obstrepit iniquissimis consilijs: & auctoritate sua retūdit multorꝝ ipudentiā eludēs sapiētia: fortunā & humeros pprios submittes publicæ ruinæ: quā differre poterit: mutare nō poterit. Atqꝫ utinā nō & eū parit inuoluat. Adeo em̄ inclinata res est: ut iā de humanis auxilijs nihil sperē: præsertim Roberto supstite: qui tum p̄fidia principatu: tum nouitate habitus primū inter monstra curiarꝝ promeruit & nomē & locū. Tu uero reprehensione nō carebis: nisi de singulꝫ quæ alijs secretioribus ad te l̄ris latiꝝ scripsi: Romanū pōtificē certiorē feceris. Vnū illi meis ꝑbis ī fine dicitꝝ:

C

Fortuna hūa/  
nas res uertit  
parit & euer/  
tit

D

**E** Siquidem reuerētius ut opinor accepisset exhortationes Apostolicæ sedis sarrhacena Sufis aut Damascus q̄ christiana Neapolis: quod nisi sanctitatis ueneratio phiberet: adderem Ciceronianū illud: Iure quidem plectimur: Nisi enim multoꝝ impunita scelera tulissemꝰ: nunq̄ ad unū tanta licentia peruenisset. Verꝰ ego dū uerboꝝ spumis indignantem stomachum releuari studeo: uereor ne tibi q̄z bilem mouerim: quæ si nulli rei pfutura est & præter indignari nil reliquū nobis: hinc illoꝝ temeritas: hinc patientia uestra fecit. Quid iuuat indignitatem rerum æquare uelle sermonibus: quod nec Cicero ipse possit nec Demosthenes: & si forte successerit auctori suo tantū damnosum sic ingenium quo scribēti potius animi trāquillitas q̄ scelerum impunitas fontibus auferatur. Ita q̄ finem uerbis imponere cōsiliū est: Ter nisi fallor aut quater ipsum carceris limen ingressus: Capuane castrum dicit: Amicos tuos uidi: nil nisi de te sperantes: quoniā iusticiam sibi suam in qua summū præsidium esse debuerat: damnosam hactenus experti sunt: & profecto periculossimum est sub iniusto iudice iustam causam fouere. Accedit quod nullꝰ misero capitalior hostis est q̄ qui fortunæ suæ spolijs superbus incedit: Siquidem de medio tolli cupit: cui quandoq̄ repetendæ rationis esse possit occasio. Ita semper auaricia uestra crudelitas: obseruatumq̄ est unꝰ de insignis patrimonij iactura prouenerit: inde quoq̄ uitæ periculum puenire. Dura fors hominis: cui nec tuto pauperem esse: nec diuitem deuotum fieri licet. Id si ulli unq̄: amicis modo tuis accidit (de captiuoꝝ enim præda nemo non partem rapuit) quando autē alienæ libertati aut saluti fauebunt: rapacissimi prædones: quæ cum propria paupertate coniuncta esse uideatur. Ita q̄ nihil habuisse securius. Sed ita se res habet: damnis grauibus acres inimicitias quæsiere. Vidi eos in compedibus: O rem indignam: o instabilem ac præcipitè fortunæ rotam. Cæterꝰ ut nihil illa captiuitate deformius: sic captiuoꝝ animis nihil excelsius. Saluo te spem optimam reꝝ suarꝰ habēt: ego quod sperem nihil habeo: nisi aliqua uis maior interuenierit. Si enim consilij clāmentiam expectant: actum est: squalore carceris confundentur. Regina senior coniunx olim regis nunc miserima uiduaz: miseretur ut dicit: nihil amplius se posse confirmans. Cleopatra cum Ptolemæo suo misereri possent: si Photinus Achillesq̄ permitterent. Ego hæc uideo: quo aīo: ne dici quidē opus est. Sed quid agā patiendum est: & q̄uis respōsi certus: respōsum tamē etiā nūc iussus expecto. Vale.

Fran. Pet. ad Ioannem Columnæ: Illi quæ admiratione digna Baijs & Puteolis uiderit significantis: Epistola LXXI.

**A** **M** Os mihi tuus olim notus: nil ignorare potes æquo animo. Ita generosum spiritū inexplebilis noscendi cupiditas exagitat. Gessi uoluntati tuæ morem: quotiēs Arcton: aut occasum circumire fortuna me uoluit mea. Nūc mihi diuersum iter peragenti mens eadem est: Idem parendi propositū: Atq̄ aduentus quidē mei summā uiarūq̄ casus: & quæ deinceps in captiuoꝝ tuoꝝ negocijs apud Neapolim gesta sunt: quæ ue in reliquum spes superstit audisti: Audi nunc reliqua: quibus ut irarꝰ nihil: sic delectationis plusculum inerit. Siquidem expectatiōis inutilis ac diuturnæ tædio affectus: Garganū montē Brundusijq̄ portū: atq̄ illum oēm superi maris tractum lustrare decreueram: non magis illa uidendi q̄ ista linquendi desiderio: q̄ tamen regina seniore dissuadente cōpescui: & longioris peregrinationis impetum: ad proximiora certe & mirabiliora conuerti. Qui si forte hinc digressio & illa inuisere: anni tempus nō negauerit: laborem ipse meū solabor: q̄ q̄uis eorꝰ pro quibus ueneram nihil fecerim: multa tamen quæ non putabam uiderim: sed de illius ingenti fere totius Italiæ ambitu ad te rediens uita non deserente corā loquar. Visa hactenus: quoniam hac citius uia in noticiam tuam uentura sunt scriptis præferenda commisi. Baias ego clarissimis uiris Ioanne Barrhili: & Barbato meo comitatibus uidi: Nulla mihi lætior dies & amicorum comitatu & uarietate rerum illustrium: & uicinia multorum tristium dierum: uidimus illum hybernis mēsisibus per amœnum sinum: quem sol æstiuus (nisi fallor) infestat. Nihil enim præter opinionem habeo. Nunq̄ me hic æstas reperit: tertius annus est ex quo huc primū sauiente aquilone: hyeme media delatus sum: quo præsertim tempore: iter æquoreum seruitus magna est: Ita q̄ de multis quæ optabam nihil cominus spectare licuit. Cæterum breuissimo rerum gustu tunc incensum animum: & iam antea ab adolescentia calentem hodie demū uoti compotem feci. Vidi loca a Virgilio: & (quod maxime mireris) ab Homero multum ante descripta. Vir Grauius antiquissimus atq̄ doctissimus: & nulli secūsus ingenio insignem: & qualem res exigebat: locum nusq̄ inueniens: ab

Italia mutuat<sup>9</sup> est. Vidi Auerni & Lucrini lacus: Acherontis quoq; stagnantes aquas: piscinā infelicis nati sauitia Auguste: Caij Caligulae superbum olim: nunc obrutum undis iter: & Iulij Caesaris iniectum pelago frenum. Vidi Sibyllā patriam ac domum: & horrificum illud specus: stultis irremeabile doctioribus inaccessum. Vidi Phalernū mōtem famoso palmite conspicuum: & hic aridam tellurem morbis salutare fumum perpetuo exhalantem: illic cinerum globos & feruentes scatebras aheni instar undantis: confuso murmure eructantem. Vidi rupes undiq; liquorem saluberrimū stillantes: & cūctis olim morborum generibus: omniparentis naturae munera adhibita: post medicorū inuidia (ut memorant) confusa balnea: Ad quae tamen nunc etiam e finitimis urbibus ingēs omnis sexus atatisq; cōcursus est. Vidi nō cryptam modo quae Neapolitana dicitur: cuius ad Lucilium scribēs meminit Anneus Seneca: sed passim perforatos montes atq; suspensos testudinibus marioris eximio candore fulgentib<sup>9</sup>: & insculptas imagines: quis latex: cui corporis parti faueat manu appōsita designantes. In stuporem me non magis facies locorum q̄ labor artificum coegit. Iam minus miror Romanae moenia: Romanae arces: Romanae palatia: quādo tam procul a patria (quāuis excellentibus uiris ubiq; sit patria) Romanorum ducum similis cura protenditur: quibus ultra centesimum lapidem esse: quasi suburbanā fuerāt hybernā delitiā. Aestiuas enī Tybur praetabat: & fucinus & frōdētes Apoenini ualles (ut memorant) cū monte lac<sup>9</sup> (ut ait Maro) & aprici Umbriae recessus: & umbrosi colles Tusculi: & ex re dictū algidū: & uiui fontes & lucida flumina: hybernas Anthiū: Anxur: Phormia: Caieta: Neapolis: Nulla tamen amoenior: nulla frequentior q̄ Baiarum statio: quod & scriptorum illius aui fides: & ingentes murorum reliquiae testantur. Et si non sim nescius: fuisse magis hoc humanae uoluptati q̄ Romanae saueritari dignum domicilium. Ideoq; & Marius natura uir asperior: & Pompei<sup>9</sup>: & Caesar humanis moribus altiores: in montibus aedificasse laudantur. Vnde quod decuit: non immeriti sed subducti effeminantibus animos mūditijs nauticum strepitum: & Baianas ex alto despicerēt uoluptates. Scipio autem African<sup>9</sup>: uir incomparabilis: & cui in uirtute omnia: nullum cum uoluptate cōmertium: consilio reliquae uitae similior: non tam ex alto despicerē q̄ prorsus non aspicere decreuit hunc locum suis artibus aduersū. Extra prospectū igit̄ secessit & Literni q̄ Baijs habitare maluit: quā uilululam hinc non abesse scio: nilq; audius spectassem: si quo duce in loca tāto habitatore nobilia penetrare posuissem. Cum multa sane mirabilia deus ille fecerit: qui facit mirabilia magna solus: nihil tamen homine mirabilius in terris fecit. Super omnia ergo quae uel iste dies mihi ostendit: uel tibi haec ostendet epistola: Puteolanae mulieris animi ac corporis insignis robur fuerit: Mariam uocāt. Singulare illi seruatae uirginitatis decus: lugis inter uiros eosq; sapius armatos conuersatio: Nulli unq; tamen (ut constantissima omnium opinio est) uel ioco uel serio rigida mulieris attentata uirginitas: metu magis (ut memorant) q̄ reuerentia prohibente. Corpus illi militare magis q̄ uirgineum: uires corporeae probatim militibus optandae: rara & insueta dexteritas: Virens aetas: habitus ac studiū uiri fortis: nō telas illa: sed tela: nō acus & specula: sed arcus & spicula meditatatur. Nō illā oscula & proterui dētis lasciuia uestigia: sed uulnera cicatriceq; nobilitat: praecipua armorū cura est: anim<sup>9</sup> ferri mortisq; cōtēptor: Bellū cū finitimis haereditariū gerit: q̄ multi iā ultro citroq; periire. Interdū sola: saepe paucū comitata manū cū hoste cōseruit: ubiq; ad hūc diē: uictis praiceps ī praeliū ruere: lēta discedere: aiose hostē aggredi: caute insidias texere: famē: sitim: frig<sup>9</sup>: aestū: somnū: lassitudinē: incredibili patiētia pferre: sub diuo pnox & sub armis agere: Humi req̄escere: herbosum cespitem uel substratum clypeū in delitijs habere. Inter tam continuos labores multum breui tempore mutata est. Quantum est enim quod me Romā ac Neapolim ad regem Siculum iuuenilis studium gloriae attraxit: profecto quā tunc inermem uideram: hodie armata: & armatis septa cum ad me salutandum accessisset miratus sum: & uelut ignoto uiro salutem reddidi: donec risu eius & comitum monitu praestius intuitus: uix tandem sub casside toruā & incultam uirginem recognoui. Multa de illa fabulis similia narant: Ego qd̄ uidi referā. Cōueniant e diuersis mūdi ptibus uiri fortes & armorū exercitio durati: quos alio tendētes: illic fortuna deposuerat: auditaq; mulieris fama experiendī uires cupiditas inceserat. Itaq; magno cōsensu oīm in arcē puteolanā ascēdim<sup>9</sup>: sola erat & ante tēpli fores nescio qd̄ cogitās obābulabat aduētū nrō nihil mota ē. Instam<sup>9</sup> orare ut uiriū suae aliq; nobis expimentū praebet. Illa diu excusata: brachij ualitudie tandē graue saxū: ac ferreā trabē iussit afferri: quā cū in mediū p̄iecisset: ut tollerent atq; expirent hortata est.

C

D

Vires Mariae  
puteolanae re-  
censentur

E

F

Quid multa? Lōga ibi (ut inter pares contentio) & magno res acta certamine spectatrice quidem illa & singulorum uires in silentio extimante. Postremo facili iactu adeo se superiorem approbavit: ut reliquos stupor ingens: me etiam pudor inuaderet. Denique ita inde discessum est: ut uix oculis fidem dantes subesse aliquid præstygij putaremus. Fama est Robertum summum illum & uirum & regem his quondam littoribus magna classe prænauigantem: pernotum talis foeminae miraculo uidēdi gratia substitisse Puteolis: quod ideo apud me ueri faciem nō habet: quia in tanta uicinitate terrarum euocaturus illam fuisse uideatur. Sed fortassis aliam ob causam cum illuc applicuisset rem nouam spectare uoluit ardens & noscēdi cupidum illud ingenium. Verum huiusce rei fides: ut cæterarum quas auditui credimus: penes narratores maneat: mihi quidem foeminae huius aspectus credibiliora efficit: quæcumque non modo de amazonibus & famoso illo quondam regno foemineo: sed etiam quæ de bellatricibus Italis uirginibus traduntur duce Camillia: cuius inter cunctas celebre nomen est. Quid enim in multis opinari prohibet quod in una: nisi uidisset essem forsan ad credendum segnior. Et illa quidem uetus non procul hinc priuerni: scilicet tempore Iliacæ ruinae: hæc recētiore Camilla Puteolis nostris temporibus orta est: quā tibi iterim litterulis meis testatam esse uolui. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Joannem Columnæ: tempestatem quā apud Neapolim omnium ingentissimam uiderat: exponentis: Epistola LXXII.

**A** **I**n signem tempestatem describens Satyricus: ut multa paucis clauderet: poeticam tempestatem surrexisse ait. Quid enim breuius? Quid expræssi? Nihil iratum cœlum aut pelagus potest quod nō æquet uerbis ac superet poetæ stilus: Et (ne manifesta in re superuacuis utar) Homericam tempestatem nosti & allisum scopulo ducē: atque omnem Caphareï montis insultum: quem imitati nostri poetæ: aquarum montes ad sydera sustulerunt. Nihil sane uel pingi eloquio: uel animo fingi potest: quod non externa dies impleuerit: immo procul excesserit: singulare quoddam: & omnibus sæculis inauditum malum. Itaque Homerus Graiam: Aeoliam Maro: Lucanus Epirosem: Alij alias tempestates canant: Mihi si unquam uacuum tempus erit: Neapolitana tempestas carminis materiam abūde tribuet: quanquam non Neapolitana tantum: sed totius superi atque inferi maris: & uniuersalis quodammodo tempestas (ut opinantur) fuerit: mihi Neapolitana est: quia me Neapoli graues moras agentem repperit. Sane quantum inter præsentis temporis angustias & festinationem nuncij loqui datum: hoc tibi persuade nihil unquam horribilius: nihil cōcitatus uisum esse: Præuenerat quidem mirum dictu instans mali fama: religioso quodam Episcopo astrorumque curioso: e uicina quadam insula aliquod ante diebus periculum nunciante: sed ut fere nunquam coniecturis ad uerum penetrant: non maritimum sed terrestrem motum prædixerat: ruituramque Neapolim ad septimum Kalendas decembris: Millesimo trecentesimo quadragesimo tertio: & usque adeo miris cuncta terroribus impleuerat: ut magna pars populi peccatorum poenitentia: & sub mortem mutando uitæ statui intenta: omne aliud negotij genus abiiceret. Multis contra uanos metus irridentibus: eoque magis quod per eos dies: nō paruus quibusdam tempestatibus in die erratum: & tota uaticinij fides absumpta uidebatur. Ego nec spei plenus nec timoris: ut ad neutrum prolapsus: sic ad utrumlibet pronus eram: sed pronior ad timorem. Nam & fere hoc in rebus est: ut segnius sperata quam formidata pueniant: & multas eo tempore cœli minas audieram ac uideram: quæ gelidis in regionibus habitare solito monstri instar hyemali frigore in metum ac pene in religionē uerterā. Quid plura? Nox aderat: quā lux suspecta sequebat: trepidula foeminae turba periculi potius quam pudoris memor: per uicos plateasque discurrere: atque ad ubera præssis infantibus supplex & lachrymosa temploꝝ liminibus obuersari. Trepidatione igitur publica pernotus: prima uespera domū redij: Solito quidem tranquillius cœlum erat: qua fiducia qui mecum sunt maturius in cubiculū concesserant: mihi expectare uisum est: contemplaturo qua luna fronte occumberet: Erat autem (nisi fallor) septima. Institi igitur ad occasum spectantibus fenestris: donec eam obuolutam nymbis & moesta facie: ante medium noctis: proximus mons abscondit. Tum demum: & ego lectulum meum: dilatatum soporem excepturus ingredior: Vix dum totus obdormieram: cum repente horribili fragore: nō tantum fenestræ: sed murus ipse: saxea testudine solidus ab imis fundamentis impulsus tremis: & nocturnum lumē: sopito mihi uigilare solitum extinguit: excutimur stratis: & in locū somni uicinae motus mortis ingreditur. Ecce autem dum inter tenebras: alter alterque quarit: & beneficio diræ lucis ostētos trepidi

Segn<sup>o</sup> sperata  
ta quæ formidata  
ta pueniunt.

C

dis inuicem nos uocibus cohortamur: Religiosi uiri quorū in ædibus habitam⁹: & sancti/ simus eorū prior quem honoris causa nomino: David: qui ex more ad nocturnas Christi laudes surgebant: repentino malo territi: crucibusq; ac sanctorū reliquijs armati: & alta uoce dei misericordiam implorantes: thalamum ubi ego eram: prælati facibus irrūpunt. Reuixi tantisper: omnes inde ad ecclesiam pergimus: ibiq; effusi multis cum gemitibus pernoctamus: cum iam iam affuturū finem & ruitura circum omnia crederemus. Longius eam si omnem illius infernæ noctis horrorem uerbis amplecti uelim: Et quibus longe cætera uerum sistat: ueri tamen fidem transcendet oratio: quis imber: qui uenti: quæ fulmina: quis cœli fragor: quis terræ tremor: quis mugitus pelagi: quis hominū ululatus: Cum in hoc statu quasi magicis cantaminibus geminato noctis spacio: ad auroram uix tandem uenissemus & diei uicinitas magis coniectura animi quàm lucis indicio appareret: amicti sacerdotes sacra altaribus instaurant: & nos cœlum nō dum intueri ausi: in uda & nuda circum tellure prosternimur. Cæterū cum haud iam dubia licet nocti simillima dies esset: & omnis repente clamor hominū superiore urbis parte siluisset: sed de littorea regione magis magisq; crebresceret: neq; percontando quid rei esset appareret: desperatione (ut fit) in audaciam uersa: eiq; ascendimus & ad portum uisuri: morituriq; descendimus. Dii boni quando unq; tale aliquid auditū est: Decrepiti nauarū rem sine exemplo asserunt: In ipso portus medio fœdū ac triste naufragium: sparso aq; uere miseris: & uicinam terram manibus prendere molientes: unda faxis impegerrat: & ceu totidem tenera oua disiecerat: totum elisis & adhuc palpitantibus refertum cadaueribus littus erat. Huic cerebrū: illi præcordia fluebant. Hæc inter tantus uiroꝝ strepitus: tantaq; mulierū eiulatio: ut maris cœliq; fragorem uinceret. Accedebat ædium ruina: quæ multas funditus uiolentior fluctus euertit: cui nullus die illo limes: nulla uel humanæ manus reuerentia: uel naturæ statutos fines & littora consueta transcenderat: & tam moles illa ingens studio hominū aggesta quæ obiectu lateꝝ (ut ait Maro) portum efficit quàm omnis uicina mari regio undis obruta: & ubi planum siccis pedibus iter fuerat: periculosa nauigatio facta erat. Mille illic uel eo amplius Neapolitani equites uelut ad exequias patriæ conuenerant. Et ego turbæ immixtus iam parcius timere cœperā tantā cum acie periturus: dum nouus repente clamor tollitur: locus ipse in quo stabamus: fluctu subter penetrante domitus ruebat: eripuimus nos in æditioꝝ locum. Non erat oculos in altum mittere. Iratam Iouis ac Meptunifaciem mortalis acies nō ferebat. Mille inter Capreas atq; Neapolim fluitabant undarū montes. Nō ceruleum: aut (quod in magnis tempestatib⁹ solet) nigrū: sed canum horrifico spumæ candore fretum cernebat. Regina interim iunior: nuda pedes & inculta comas & cum ea fœmineū ingens agmen expugnata periculis uerecundia regia egrediuntur: & ad Reginæ uirginis templa festinant: orātes ueniam rebus extremis. Sed iam tanti pauoris exitum pauide: nisi fallor: expectas. Egredere nos in terris euasimus: in alto nauis nulla par fluctibus inuenta: ne in portu quidem tres Massiliensium longas naues (quas galeas uocant) quæ Cypro reduces: & tot maria emensæ manē nauigaturæ in ancoris stabant: illachrymantibus uniuersis nemine autem ferre auxilium ualente fluctibus mergi: nauarum atq; uectorum ne uno quidem saluo uidimus. Aliæq; maiores & omnis generis naues quæ in portum uelut in arcem tutissimam confugerant pari sine consumptæ sunt. Vna de tam multis sola superfuit onerata latronibus: quibus iustū supplicium remissum erat: ut in expeditionem Siculam mitterentur: & huic gladio erepti: in illos inciderent. Horum ingens quædam & fortissima & taurinis corijs armata nauis cum usq; sub occasum solis uim pelagi pertulisset: tandem & ipsa uinci cœperat. Illi uero undiq; fatifcenti carinæ supremis urgentibus periculis occurrunt. Erant enim (ut aiunt) quadringenti numero: turba classi: nedū nauigio sufficiens: & erant uiribus pollentes & qui a morte liberati nil iam grauius formidarent: eoq; pertinacius atq; animosius obfisterent. Itaq; dum differunt sensimq; merguntur: usq; ad proximæ noctis partem naufragium traxerunt uicti desertis armis in superiora nauis eruperant: dum ecce præter spem & cœli uultus serenari: & fessi maris ira lentescere cœpit. Ita cunctis pereuntibus pessimi omnium euasere: siue quia seruat multos fortuna nocētes (ut Lucanus) siue quia dijs aliter uisum est (ut Virgili⁹ ait) siue ut intelligi deū illos inter mortis picula tutiores: quibus uilior uita est. Hæc hesternæ historiæ sūma est: quæ ne frustra digitos meos auresq; tuas detinuerit: quibus humanorū discriminū amplā præferat materiā: de quibus multa quidē sæpe: sed pro rei qualitate pauca semp a sapientibus dici solēt. Hoc unū mihi certe præstiterit: ut te obsecrem ne me unq; am-

D

E

F

G

G

plius uitam uētis ac fluctibus credere iubeas: Hoc enim est in quo neq̄ tibi neq̄ Romano pontifici: neq̄ patri meo si ad lucem redeat parere uelim. Aerem uolucibus: mare piscibus relinquo: terrenū animal terrestre iter agam dum pes me⁹ terrā calcet: nec pharetratū Sar- matam: nec ludentem in hospitibus Maurū adire renuo: mitte me quo uis: ne Indos quidē excipio: Alioquin parce confesso: non decembribus tantū saturnalibus: sed toto āno liber-  
**H** tate utar: Quid em̄ oro mihi ampli⁹ suadeas: aut quib⁹ unq̄ me uerbis aggrediaris ut na- uigem: Firmam puppim: doctos nautas elige: at his utrunq̄ contigerat: cū sole portū pete: noctu ancoram demitte: hostis occursum caue: lege littoris oram. At ij diurnis horis ī por- tu: ancora arenis tenacib⁹ affixa: & pene lit⁹ ipsū remigio tangētes inter tot millia miserā- rium amicos⁹ periere. Hæc ego nō legi: non audiui: sed oculis meis uidi. Itaq̄ desine iā tan- dem: & in hoc saltem pauori meo pudor tuus ignoscat. Scio quid aduersus hæc a doctiori- bus disputet: Vbiq̄ par periculū & si in mari clari⁹ appareat: Sit ira: tu tamen ingenue fece- ris: si in terris ortum: in terris mori pmiseris. Vix ullū inter nos mare est: cuius nō sæpe nau- fragus fuerim: cum tamen inter laudatas Publij sententias illa sit: Improbe Neptunum ac- culat qui iteꝝ naufragium facit. Vale.

Fran. Pet. ad Ioannē Colūnæ: gladiatorios ludos qui Neapoli exercebantur: Neapolitanorumq̄ mores detestantis: Epistola LXXIII.

**A** **A**bsolui grauib⁹ occupationū laqueis sperabā: & successisset (ut arbitr) nisi con- strictos pietate animos serps̄ ille tabificus resoluisset. Nō ore Psyllus promptius q̄ ego aurā uirus cognoui. Institi occurrere: sed iam uereor ne lætale malum sit: re- temptabo tamen donec ullæ spei reliquæ supererunt. Et forsā heri ad uesperā uel repulsæ gratiā meruissem: nisi consiliū diremisset festinata nox: & domū maturius coegisset: imedi- cabilis ægritudo huius urbis quæ multis in rebus præclarissima: unū hoc obscuræ habet & obscœnū & inueteratū malum: Nocturnū iter hic non secus atq̄ inter densissimas syluas anceps ac periculis plenum est obsidentibus uias nobilib⁹ adolescentulis armatis: quoꝝ licentiā nulla unq̄ uel patꝝ disciplina: uel magistratuū auctoritas: uel regum maiestas: atq̄ imperium frenare quiuit. Quid aut̄ miri est: si quid per umbrā noctis nullo teste petu-  
**B** lantius audeāt: cum luce media inspectantibus regibus ac populo: infamis ille gladiatori- us ludus in urbe Itala celebretur plusq̄ barbarica feritate: Vbi more pecudum sanguis hu- manus funditur: & sæpe plaudentibus insanorū cuneis: sub oculis miserorū parētum infor- lices filij iugulantur: iuguloq̄ gladium cunctantius excepisse infamia summa est: quasi pro publica: aut pro æternæ uitæ premijs certetur: Illuc ego pridem ignarus omnium ductus sum ad locum urbi contiguū: quem Carbonariam uocant: nō indigno uocabulo: ubi scilicet ad mortis incudem cruentos fabros denigrat tantoꝝ scelesꝝ officina. Aderat Regina & Andreas Regulus puer alti animi si unq̄ dilatam diadema susceperit. Aderat omnis Nea- politana militia: qua nulla comptior: nulla decentior: uulgus certatim om̄e cōfluxerat. Ego itaq̄ tanto concursu tantaq̄ clarorū hoīm intentione suspensus: ut grande aliquid uisurus oculos intenderam: dum repente quasi lætum quiddam accidisset plausus inenarrabilis ad cœlum tollitur: Circumspicio: & ecce formosissimus adolescens rigido mucrone trāsfossus ante pedes meos corruit: Obstupui: & toto corpore cohorrescens equo calcaribus adactō tetrum atq̄ tartareum spectaculum effugi: comitum fraudē: spectatoꝝ sæuitiam & lusorū infamiam idēdem accusans. Hæc gemina pestis pater optime quasi p̄ manus tradita a ma- ioribus ad posteros semp̄ crescendo peruenit: eoq̄ progressa est: ut iam dignitatis ac liber-  
**C** tatis nomen habeat licētia delinquēdi. Sed de his hæcenus: Nā & tragicū opus est: & mul- ta super his inter obstinatos ciues iam perdidī. Minime uero mirabere amicos tuos: tanto auariciæ premio proposito: in ea urbe uinctos esse in qua hominē innoxium occidere ludus est: quā licet unā ex omnibus Virgilius dulcem uocat: nō inique tamē: ut nunc est bistonia notasset infamia. Heu fuge crudeles terras: fuge litte⁹ auaræ: ego qdē & de hac patria dictū illud accipiā: & nisi aliud audieris ante triduū: uel infectis reb⁹ effugisse me credito in cisal- pinam primū Galliam: Indē in transalpinam: & ad te qui omne tempus: omne mihi præter æquoreum delectabile iter facis. Vale.

Frācis̄ci Petrarchæ ad Ioannem Andræ Bononiensem: Illi quid ipse de som- nijs sentiat: quātaq̄ somnijs adhibēda sit fides exponētis: Ep̄la LXXIII.

**A** **N**octurno te somnio permotū scribis: usq̄ adeo: ut nisi quia qd̄ somniasti ex illorū genere est quæ amplius q̄ semel fieri nequeunt: & uigilantem te uidisse crediturus

fueris quod dormiens uideras: & secundo cernere quod uigilans uidisti. Itaque cōfestim subsequens euetus (ut memoras) minime iterabilis rei docuit somniū fuisse quod prius uideras: & an aliquid mihi tale contigerit in uita: quid ue de tota hac re sentiam: quid docti homines censeant quæris. Magnus sermonū campus: magna disputandi materia est: præsertim quia quæstio hæc non intra litteratos tantum (ut plaræque) sed in uulgus excutitur: & cuique per se grabatuli sui argumenta suppeditant: ut in tanto disceptantiū strepitu uerè inuenire difficile sit. Neque enim uulgus modo sed docti quoque dissentiant: quorum omnium sententias nosti: nisi quia de industria me ad scribendum elicis. Habes Macrobij cōmentum in reipublica libere sextum: ubi de somnijs clara & breui distinctione disserit. Habes de his & horū adiacentijs Aristotelicū uolumen: Habes demū Ciceronianæ diuinationis libros: ibi quid alijs quid sibi uideatur inuenies. Quid me iubes replicare notissima? Sane post ueteris auctoritatem: opinionem meam audire uelle curiosum est: quippe curiosa est omnis amicitia. Si quid uero momenti repositum apud te in iudicio meo est: & quid mihi etiam placeat ad rem pertinere arbitraris: cū in multis: tū in hoc Ciceroni meo assentior: minime quidem pertinaciter: sed paratus cum eodem mutare sententiā: si quid certius affulserit affirmandi superbia temeritatemque declinans. Id ipse mihi de Academia suæ fontibus consilium præbet. Hæc summa est: Si quid de hac re uerborosius agerem audire uolueris: est in manibus liber memorandæ re: qui si unquam in publicum exierit: prima operis pars: de his latè tecum aget. Alienis autē exemplis quæ ibi multa collegi: duo hic mihi ipsi (quoniā id postulas) per quietem uisa subiiciam: Alterque latine: alterque moesti: sed utrumque certissimi euentus. Vtriusque testes uiuunt qui ex me hæc inter somnū & somnij exitum audire: sic enim & tibi satisfieret: & dulce mihi fiet amboque recordari. Amicus mihi primus sub annis fuerat: quo nihil charius ætas illa uel a fortuna uel a natura datum habuit. Hic repente graui præssus ægritudine: nec me dicis suæ: nec mihi meæ uitæ spem reliquerat: quod unū supererat genus solatiij lugebā: & per diem ac noctem lugentes semper mihi supererant lachrymæ. Noctē quadam usque sub auro ram peruigil: somnū tristem fatigatis tandem oculis excepi. Imago mox illius affuit: cuius ad conspectum horrendos ædens gemitus socios exciui: qui (sicut post ex eis didici) ut dormientem me uiderunt: & si graui aliquo somnio implicitum cogitarent: lōgas tamen uigilias miserati: turbidam me quæ nullam quietem suscipere maluerūt. Aeger autē amicus ad me accedere lachrymasque meas leuiter abstergere uidebatur: & orare ut dolori quæ ex falsa causa suscepissem finem facerem. Cunctus ego dictum refellere & multa aduersus fortunā meā dicere pararem: interrūpentem querelas meas audire illum uidebar & dicentem: Tace quicquid dicturus es scio. Sed eni adest qui colloquiū hoc nostræ dirimat: Illi oro te salutis meæ spem restitue: & sic habeto me nequaquam ex hoc morbo periturus esse nisi deseror: hæc inter ipsulum cubiculi ostium strepuit: quo sonitu & imago pariter & somnus euanuit. Respicio & iam albescente aurora: unus ex medicis amicior ambobus: qui de illo desperans omne studiū ad me solandum sanāntemque cōuerterat: ante lectulū meum stabat: Aggredior charissimū & indulgentissimū mihi uirum multis obsecrationibus: ut ad amicū meū pergeret: ne ue aliquid desperaret in homine præsertim tam iuvene dum ullæ spiritus reliquæ superessent. Ille autē subtristis inanem & importunam sollicitudinem admirari: curandi non suscitandi scientiā se professum dicere: hoc est medicum esse non deum. Ego cōtra nocturnis adhuc lachrymis madens: quid corpore sobrio: licet curis ebrius uidissem exposui: affusus opem rebus afflictis petij. Quid multa? Luctatē impulsi: luit: & mox reuersus nescio quid spei melioris attulit. Inde certatim qui deseruerant omnes rediere: Sic amicus meus ex ipsa mihi morte restituitur. Et quanquam dulcedine captus in rebus proprijs sim longior: tamen quod sequi non silebo. Iacobus de Columna hic Iunior: non nostra tantum ætate uir clarissimus: sed ingenio præditus fuit facile quibusuis sæculis in altum euasurus. Huic ego dum uixit satis familiariter charus fui. Verum hanc unam asperioris fortunæ leuitatem experior: perraro supermis me doloribus meis interessē sustinuit: de longinquo nocuit & uulnerasse aures cōtentaperpercit oculis. Multa de illo uiro dici possent: quæ prætereo: quoniam & a proposito lōge sunt: & de moribus: quidem eius nil tu nouum audire potes: qui e cunctis episcopis hūc unū tibi colendum uenerandumque delegeras. Florenti ætate generosissimi adolescentis eximiam indolem ingeniorum sollertissimus agricola de flore fructum cogitans fouisti. Virtutē mox uirilisi animi optime cognitam amasti: tandem debitos honores dignitati ac sacerdotio detulisti. Postremo de procursu tatarum rerum & e medijs uitæ laboribus: quibus ad me

Quid de somnijs scripserit doctores

B

C

D

**E** liora translatum: tamen humanitatis affectu pijs lachrymis profecutus es dignitate patrē: ætate filium: familiaritate germanum. Sed ad rem redeo: Perofus ille igitur uitæ mortalis strepitum: uerendum genitorem & fratres ac patriam fugerat: seq̄ præful egregius sedem suam repetens in Vasconia recessibus abdiderat. Illic cum reliquis ubiq̄ magnifice: tum partem uitæ extremam uelut instantis præfagus termini prorsus episcopaliter ac deuotissime transegit. Ego autem non paruo terrarum spacio distractus: in cisalpina gallia & hoc ipso in hortulo: unde tibi hæc scribo dulci tūc ocio fruebar: pertulerat ad me fama quosdam ægritudinis suæ rumusculos: sed ita ut inter spem & metum fluctuans: certiores assidue nūcios expectarem. Horresco nunc etiam memorans: locus ipse sub oculis est enim ubi eū nocte per quietem uidi. Incomitatus erat & hunc ipsum horti riuulum transibat. Obuiam ferbar ad mirās & de multis interrogans: Vnde: quo pergeret: quid tam propere: quid tam solus iuceret. Ille nihil ad reliqua: sed ut erat in sermone iucundissimus subridens: meminit aiebat olim dum trans Garumnā mecum degeres: ut moleste tibi pyrenæ tempestates erant: Illis ego nunc fatigatus: & irrediturus abiens Romam peto. Hæc dicens iam loci extremum festinabundus attigerat: contra ego ut ducerer instabam. Ille me semel & iterum manu opposita suauiter repulso: tādē alio & oris habitu & uocis sono: desine ait: nolo te nunc comitem. Figo oculos atq̄ exanguī pallore mortuum agnosco: & metu moesticiaq̄ tactus exclamo: ita ut eo ipso momento temporis experrectus: accentus ultimi mei clamoris audierim. Diē signo: rem omnē & præsentibus amicis narro: & absentibus scribo: post uicesimum quintum diem: nuncius ad me mortis allatus est: collatis temporibus: eo ipso die quo uita decesserat: sic mihi illum apparuisse comperio. Reliquiæ eius (quod nec sciebam nec suspicabar quidem) Romam anno demum tertio reportatæ sunt. Spiritus enim ut spero & cupio cælo redditus triumphat. Sed iam satis somniatū est: Expergiscamur hoc addito: Neq̄ quia mihi anxio uel dominū uel amicū somnus obtulit: Neq̄ quia hic obiit: ille reuixit. Cæterum in utroq̄ uel quod optabam: uel quod horrebā cernere uisus sum: & cum uisus meis fortuna coincidit: iccirco somnijs fidē habeo: non magis q̄ Cicero ipse propter unius sui somnij fortuitam ueritatem: multoq̄ ambagibus implicatur. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Ioannē Andreæ Bononiēn. Illum quid de adolescente te amore noxio capto sentiat certificantis: Epistola LXXV.

**A** **D**e adolescente tuo: quid mihi uideatur & quid sperem: Amore noxio: & (quod peius est) turpi atq̄ omnino malis rebus captus est. Subirasci interdum potest: uno uero sæpe cogitur. Hæc natura amoris: hæc amantium uita est. Irascuntur & litigant: & frequens bellum crebra pace concludunt: & uix momento temporis unus propositi tenor manet. Nulla quidem ex omnibus uitæ difficultatibus inconstantia: & fluctuatione uāhementior est. Itaq̄ rarissime lætos: sæpe moestos: semper uarios: uniformes nūq̄ uideas. Illum tu modo delitijs acriter infensum scribis: Credo quin aliter esse non posse certe scio. Quis enim tam obstinate miser est: ut non interdum oculos aperiat: miseriaq̄ suas dum uidet oderit: Sed tecum in eo quod sequitur non sentio. Tu enim spem optimam hinc elicis: posse eum a uinculis resilire: Ego ut est ætas hominis atq̄ animus: nisi præsentissimo dei auxilio intricatū iri magis magisq̄ illum reor. Illaqueatæ uolucris mos est: ut exagitando sese artius implicet: Melius sperarem: si non odio amorem ac litigio: sed obliuione ac silentio finiret. Illud sane mentis: hoc læsi amoris indicium est. Timeo illud Terentij in Andria: Amantiū iræ amoris integratio est. Timeo illud Senecæ ad Lucilium: Nihil facilis recrudescit q̄ amor. Timeo Virgilianum illud: Improbe amor: quid non mortalia perçtorā cogis: Timeo quicquid quarto die Cicero de hac re in Tusculano suo disputat. Ad postremum timeo cunctorum hac in parte concordium philosophorum poetarumq̄ sententias. Verum super omnia lenonum ac meretricum nefarias artes: & inenodabiles laqueos pauesco: horreo sirenum blanditias & uiscum tenacissimæ uoluntatis. Importuosam hanc ipsam horreo: quam is nūc nauigat charybdim: multorum naufragijs infamem. Deniq̄ nihil est quod rebus sic euntibus non timeā: Nam q̄ ille: nunc uel atrociter minatur uel iratus secū cogitat: Ego ne illā: quæ illum: quæ me: quæ non: & quæ sequuntur in hanc sententiam similia: Hæc oia: una me Hercle falsa lachrymula (ut Terentius idem ait) quæ oculis terēdo misere uix ui expresserit: restinguet & se ultro accusabit & dabit ei ultro supplicium. Magno licet clamore defæuiat: seq̄ tumultuose in libertatem asserat: Ego si iudex

Amoris natura & amantium uita

**B** Amantiū iræ ex Terentij: Senecæ & Virgilij auctoritate

Irati amantis uerba: ex Eunucho Teren.

**C**

sim: secundum murmur anicula in seruitutem asserentis: uindictas dabo. Cur quaso: quia noui quod sit illud murmur hoc clamore potentius: quantum ue artes artibus antecellat. Nulla rerum paritas: nulla proportio est. Inde ferrum: hinc lutum: Inde ignis: hinc stipula: Inde fingendi celeritas: hinc facilitas credendi: Inde unci innumerabiles: hinc totidem ansae sunt. Nosti omnia & quanquam ab his te curis aetas abstraxerit: nil tibi tamen ignotum loquor: Parum ne his fidere Plautina tibi uideatur anus in Asinaria: quae tumidum & minacem adolescentem sic alloquitur: Fixus est hic apud nos animus tuus clauo cupidinis: Remigio ue loquor quantum poteris festina & fuge: quod magis te in altum capeffis: tum aetate te in portum referet. Secura erat ualde mulier uenefica: quae talibus adolescentium successibus plenam uitam experiendo didicerat. Ad haec ego tibi nunc nihil adiecerim: nisi hoc unum ut cogites: lapsu temporis ruere quidem urbes: regna transferri: uariari habitus: innouari leges: quae uero naturaliter sunt: non mutari & animos hominum & animorum morbos prope omnes eisdem esse qui fuerint dum Plautus ista fingebat. Quod ab hoc sane crebro iactari solitum ais: arsisse se quidem sed amplius non ardere: si id passim praedicat: signum in hoc morbo mortiferum est. Scitus est Nasonis uersiculus: Qui nimium: multis non amo: dicit: amar. Non uerbis sed operibus: credo: hisque non statim: sed si pertinaciter institerit contra uita: maculas uita superioris eluere. Vetus tam aegritudinem repens medicina non adiuuat: quod longo uita didicimus: longa desuetudine dediscendum est. Habes de adolescente tuo praesagium meum: quod utinam falsum fuisse res doceat & certe potens est excelsi de extra: mutatione illa dauidica: dicto citius ab uno miseriarum fundo misericorditer attolere: sed rarissimum & paucissimum hominum scito esse. Vale.

Verba Anus ex Plauto

D

Ouidius

Fran. Pet. ad Ioannem Andreae Bononiensem: quid de libidinoso sene sentiat explanantis: Epistola LXXVI.

**D**issimilem primae sed iustiore Satyrae materiam affers: luxuriosum ac lasciuum senem (ut enim declamator ille ait) Adolescens luxuriosus peccat: senex luxuriosus insanit. Ac profecto sic est (ut ait Plautus) delyramus interdum senes: Immo uero non interdum sed saepissime: hoc illa iam tunc aetate ceceptum erat: Nunc autem reptamus infantes: ludimus pueri: adolescentes insanimus: conflictamur uiri: delyramus senes. Ita nullam uitae partem perdimus: sed omne aetate uariis quidem errorum gradibus: imo stulticiae tenore traducimus. Nescio quid dicam: nisi tantis in tenebris: aliquid aetherae lucis affulserit: parum absit ab antiquorum sententia: ut non nasci optimum fuerit proximum quod primum mori: Omnium tamen huiuscemodi senum excusatio una est: Imbecillitas aetatis solatio egentis: & iam usu publico permissa licentia. Sic in Asinaria petulantissimum senem suum idem Plautus excusat his uerbis: Hic senex: si quid clam uxore suo animo fecit uoluptatis: neque nouum neque mirum fecit: nec secus quam alij solent. Nec quisquam est tam ingenio duro: nec tam firmo pectore: quin ubi quicquam occasionis sit sibi faciat bene. Haec ille dixit: haec omnes dicimus: siue adolescentes quibus luxuriari gloria est: siue uiri quibus consuetudo est: siue senes quibus iam ueniale peccatum est. Quem tu inuenies senem: qui si qua facultas affuerit: teste submoto: non statim oblitus uirium iuueniliter ruat in Venerem? Ipse sibi blandiens: quasi quicquid delectat aut mulcet & profit & deceat: & quasi senectutis unicum solamen sit luxuria: quae potius senectutis opprobrium ac ruina est. Tu uero senem nostrum ora ut inducat in animum attendere quid agat: quo progrediat: quod aduerso tempore: quod indecora: quod ambigua & intempestiua Venus sua sit: Pudor forsitan ac metus efficiant: quod ratio iam pridem ac satietas debuissent. Sin pergit: unum hoc illi meis uerbis dicit: breui uel inuitus desinet: Si quidem iuuenilis luxuria senectuti proxima: senilis autem sepulchro contigua est. Vale.

A

B

Fran. Pet. ad Barbatum Sulmoneum: quod in hostium insidias apud Regium Parmensium inimicam ciuitatem deuenit illi his litteris significatis: Epistola LXXVII.

**U**t more nostro fortunas laboresque meos tecum partiar est animus. Ad Parmam bellum constitit ut nosti. Circumsistimur & magnis non Liguriaetatum: sed prope totius Italiae motibus intra unius urbis ambitum coartamur: non quod animus nostris ad pugnam desit (quod saepius animosa eruptione testati sunt) sed ea hostis astutia est: ut nec pacis nec praesilij uiam pandat durando uincere & debilitare animos lente obsidionis tadio confidit. Itaque iam saepe uariante fortuna: idem ipse qui obsidebat obsessus est:

A

nec dū certus est exitus. Cæterę summis utrimq; uiribus res agitur: & (nisi fallor augurio) summus fatorum dies accelerat: Nutat animus ac neutram i partem totus inclinat: ex quo declinare studens & inanem spem & superuacuum pauorem. In hoc statu: non iam paucorum nos dierum: sed multorum mensium præmit obsidio inter calamitates bellicas haud ultima. His ita se habentibus subijt nuper desiderium libertatis: quā omnib<sup>9</sup> uotis exposcere: omni studio amplecti: postremum quā terra mariq; fugientem sequi soleo: Subierat iam ante cupiditas transalpini Heliconis: quoniam Italus Helicon bellis ardebat. Ita ergo hinc odio: hinc desiderio agebar: sed quid agerē: quæ ea ducit ad occasum uia prorsus inaccessibilis facta erat. Vertor ad orientem: & si enim omnia hostium plena essent: tutior tñ breuis trāsitus: q̄ ille ingens: per Hetruriā circūitus uisus est. Quid multa: Inter hostiū stationes: cum paucis egressus: septimo Kalendas Martias abeunte sole carpo iter. Cum prope Regiū inimicam urbem sub nocte media peruenissem: repente latronum manus ex insidijs erumpit magno mortem clamore denuncians. Non erat consilij facultas: tempus: locus & circumfusus hostis suspectissima omnia faciebat: pauci inermes: improuidi quid aduersus plures armatos & ad scelus instructos facerēt: Vna in fuga atq; in tenebris spes erat. Diffugiunt comites & nocte teguntur opaca: ego etiam fateor meipsum morti & circumsonantibus telis eripui: dumq; iam omne discrimē euasisse crederem: quid oro te: usq; tutum homini est: seu fossæ seu trunci forte seu saxi obice: nihil enim prorsus cernere sinebat: illius nubilosæ cæcæq; noctis obscuritas. Equus ipse fidissimus uector meus: cernuus ad terram ruit: tanto impetu ut contractus ac pene exanimatus sim: colligo tamē in extremis animū & assurgo: quicq; multis iam diebus interiectis: ad os manum referre nō dum ualeo: tūc subleuante metu in equum resiliui. E socijs pars domum redijt: pars uago errore circumacta inceptum non deseruit: duo uiarum duces cœli ac terrarum indicijs amissis fessi ac trepidi inter auia subsistere coegerūt. Vnde ne quid terrificum deesset inimicorū uigilum uoces uicinis nescio quibus ex mœnibus audiebantur. Ad hæc & sæua grandine mixtus imber accesserat: & inter crebra tonitrua famosioris assiduus timor mortis. Lōga erit historia si eam per singula. Illam ergo uere tartaream noctem sub diuo atq; humi iacētes egimus: cum interea magis: magisq; læsi brachij tumor ac dolor ingrauesceret: Nō herbosus cespes ad somnum: non frondosæ ramus arboris aut cauæ rupis fornix: sed nuda tellus: aer turbidus & iratus Iuppiter hominū simul ac ferarum met<sup>9</sup> atq; inter tot aspera corpus inualidū. Vnū quod miraberis forsan & misereberis solatij genus in tantis difficultatibus fuit: equis meridie calle transuersis: pro tentorio usi sumus: & illorum terga procellis obiecimus: qui pauloante frementes ac rapidi: mox taciti & immobiles: nō sine quodā quasi miseræ suæ sensu geminū nocte illa nobis obsequiū præbuerūt. Sic ad aurorā laborādo ac trepidādo puenimus. Vbi primum semitā inter uepres uicinæ lucis: dubius fulgor ostendit: præpropere suspecta loca reliquimus: & amici oppidi Scandianum uocant: mœnibus excepti: didicimus nocte tota magnam equitum ac peditum cateruam circa muros: ut nos exciperēt in insidijs latuisse: pauloq; ante nostrum aduentum pulsam tempestatibus abijisse. I nunc & negare aude magnum aliquid esse fortunam: quæ & consilia in perniciem & errores in salutē uertere potens est. Ludo tecum Barbate charissime. De fortuna enim iudicium meum tenes: formidabile nomē est. Vt cunq; se res habeat: profuit error uia: profuit procella: peiora malis euasimus. Illic ergo cum iam illuxisset: celatum casum meum non sine multis comitum lachrymis aperio: & quoniam ne ibi quidem tuta uidebat mora: alligatus pro tēpore montano calle Mutinam inde luce proxima Bononiam ueni: hinc tibi præter solitum alienis digitis ista p̄scribo: ne aut meo aut rerum statui fides desit. Circa curam corporis fit quātum humano ingenio fieri potest: spes est potius certa q̄ uelox. Aestatis opē medici: ego dei omnipotentis auxiliū expecto. Interim torpens mihi dextra non obsequitur: animus fit promptior in aduersis. Vale.

Fran. Pet. ad Andrea Mantuanū: Obtreçtatorę uerba cōtemnenda esse exponētis: & eorū præcipue q post mortē in aliquē inuehunt: Ep̄la. LXXVIII.

**A** **V** **Q**uoniam aliter iustior mihi querelarum causa: uix uberior defensionis materia oblatā est. In triujs laceror: quid agam auctor tangit iniuriā. Fama mea ab infamibus carpitur: contemnendus obtreçtator. Cæterum eo molestior: quo uilior: dissimulare difficile: sed decorum silentium iuste querimoniæ præferendum: linguas acuant:

uerba nō metuo. Si scripto egerint: sentient & me calamum habere: Viuus ego uiuorū subruam calumnias. At si quid forte post bustum minitatur: Audio enim eos assidue parturire: nescio quidem an ridiculum murem: an elephantem Indicum parituros: quod ipsum si consulto inquam in id tempus trahunt: quo amplius hic non ero: timide agunt: minimeq; insidias struunt. Quorū cōsilijs quid aliud dicam: nisi Planci illud in Asinium Pollionem: cuius in principio naturalis historix Plinius secundus meminit. Cum mortuis laruas sole relectari. Proinde si quid habent: proferant in medium: dum adest qui respondeat. Videbis conuitijs attritum nomē splēdescere. Clariorem fecit Aeschines Demosthenem: Cator nem Galba: Salustius Ciceronem: Aemilian<sup>9</sup> Apuleium: Alioque inglorium belli genus eligunt in absentem loqui & mutis decertare cineribus: quibus (ut est ætas) impudēter idipsum sperent. Vale.

Francisci Petrarchæ ad eūdem Andreā Mantuanū: de eadē materia de qua in superiori epistola latius differentis: Epistola LXXIX.

**T**heon ille siue maus Bion iurgiū quærit. Agnosco sibilum: aspis in proximo est. Indigner an mirer: si mihi nō parcat: qui nec ipsi peperit Homero: Puto extimet ut quæ sibi: eadem mihi uoluptas sit: longe uero fallitur. Nil mihi gratius silētio: post illud nil colloquio dulcius amici. Sin pergit: effugiam. Si ne id dabit. Quid sim actu rus iterrogas: Silebo. Si ne id quidem: Loquar. Quātū sane: Nihil breui<sup>9</sup>. Et quid dicā: Cōminabor imprimis id cōuitij genus: quod nunq; audierit: turbabitur: congelascet: Et forsan (ut fit) multa sibi conscius tacebit: atq; hic iurgio finis erit. Siquidē nihil magis maledici linguā frenat: q̄ mordacioris alterius linguæ metus. Si ne hic tamen desinet: Culicē hūc quibus armis excutiam: Vlscar aniliter: & quod anus anui dixisse traditur: dicam sibi: O uir maxime omniūq; modestissime: o uirtutum hospes: o decus ac spes patriæ. Certe nunq; tale aliquid audiuisti. Quid nūc ais: An nō satis promissum impleſse uisus ero: aut ego fallor: aut & si callosas conuitijs aures habet: hoc unum hætenus nō audiuit: non ex ore amantis: non arriforis: non derisoris: non adulatoris quantumlibet impudentis: sic ut reor insuetum stilum ille mirabitur: tu ridebis: ego interim euasero. Vale.

Fran. Pet. ad Socratē suum: morā semper aliquid periculi habere ostendētis: dilationemq; propellendam esse obsecrantis: Ep̄la LXXX.

**O**bsacro: obtestorq; te meq; ipsum simul obsacro: si quis apud utrūq; nostrū precibus meis est locus: ut si tu nondum pectoris tui curas composuisti (Ego em̄ in qui etudinis meæ mihi sum conscius) propellamus iam tandem cuncta quibus angimur: & adhuc fluctuantem animorū nostrorū statum aliquando compescamus: nec nos pigeat quod multum distulimus uel sero aggredi. Neq; enim uiatori: q̄q; uel somno grauis uel uino obrutus: uel tædio fatigatus: tarde surrexerit: suadebis: ut uiso sole in cubiculū reuertatur somnū tracturus ad uesperam. Multo satius esse mōstrabis: accelerare: gressum ingeminare: & in id niti ut q̄d sopor eripuit reddat industria. Et nos (si recolis) uiatores sumus: & immēsum nobis supeſt iter: & hora iam tarda est: nostrum em̄ mane dormiuimus: quo uigilantius exurgendum est: Ne cunctantes forte nos opprimat: plura res exigit: tempus autem pauciora: & certe intelligenti uolentiq; satis est dictū. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Socratem suū: ex Plauti Comœdijs sumpta occasione seruorū malignitatem detestantis: Ep̄la LXXXI.

**N**uper dum fugiendi fastidij & relaxandi animi gratia: lepidissimas fabellas apud Plautum legerem: curisq; mordacibus tantillum temporis uetustissimi uatis auxilio cor furarer: mirum dictū quot ibi elegantes nugas inuenerim: quas seruiles fallacias: quas aniles ineptias: quas meretricum blanditias: q̄ lenonis auariciam: q̄ parafiti uoraginem: q̄ senum sollicitudinem: quos adolescentium amores: iam minus Terentium nostrum miror: qui ad illam elegātiā tali usus est duce. Sed de cæteris suo tempore: Nam & copiosa & ocio affluentibus: si unq; id nobis forte contigerit: pænæna res est. Nūc unū quod hodierno die tempestiue admodū se obtulit interferam: Est illius Comœdia: cui nomen est Cassina: ibi uir & uxor de nuptijs ancillulæ discordant: bellum domesticum: & plusq; ciuile dixeris: Ita intra coniunctissimos diuisa sunt omnia: prorsus nihil conuenit paterfamilias proprijs: mater filij studet amoribus: Serui duo competitors pertinacissimi: certatim ad puellæ connubium aspirant: hic a patre subornatus: hic a matre, Herilis ergo

concupiscētia minister: ut incepto absteret precanti dominæ inexorabilem se præbens: a domino qui forte suprema uerba contentionis acceperat: interrogat quo cum litiget: Cū eadem inquit qua tu semper. Cum uxore igitur mea respondet senex: quasi circumlocutio ne rem intelligens. Enimvero ad hæc seruus neq; seruiliter neq; illepide respondet: qđ dum hodie legerem: mihi quodāmodo dictum credidi. Quam tu mihi uxorem inquit: quasi uenator tu quidem es: dies atq; noctes: cum cane ætatem exigis. Hæc ille seruus. Mihi uero quid conuenientius dici potest? Vxorem nempe uita nostra nō recipit: multis licet obiecta tempestatibus: sed ab hac charybdi libera & imunis: Verum aliud molestiæ genus est: cui & illius seruuli uerba conueniunt. Et rem quidem olim experiebam: uerba nō aderan. Sci-  
**C** **Seruoꝝ mo-** ebam me cum canibus uiuere: uenatorem esse nisi admonitus nesciebam. Serui uocant: can-  
**res** nes sunt: mordaces: gulosi: latratores: Cūcta præter ultimum ferre possum: latratus enim tranquillitati quā quærimus nimis aduersus est. Sed ex omni canum grege: duo mihi prorsus importabiles sunt: cæteros adhuc ferre propositum ē: Horum alter est quem ad te multis cum litteris amicorum hodie mittebam. Vnde hanc tibi superadderem epistolam Plautus obtulit: Hūc tu ergo uel tibi habeto si uenator fieri cupis: uel in nemus uel in macellū  
**D** mittito: modo ne unq̄ ad me redeat. Alter est rabidus senex ille quem nosti optime. Illum depellere pudor prohibet: neq; tam eius q̄ ætatis suæ ac longæuæ familiaritatis intuitus. Itaq; quando me mihi uenatorem Plautinus seruus ostēdit: faciam quod ingenij uenator res solēt: domi inueteratum canem quous senio & scabie inutilem: latratuq; molestissimum non expellam. Cæterum quem fugare non licet: fugiam: dimissaq; sibi domo uacua: in alias oras ibo: de quo quia nondum fixa mihi sententia est: secretiore epistola propositū meū leges: Summa est. Ad fontem Sorgiæ: ut nūc est animus piscator esse potero: certe uenator amplius non ero: neq; cū his saltem canibus ætatem agam. Vale.

Fran. Pet. ad Socratē suū: Illū metaphoricis ut ad beatā uitā consequendam euigilet: in qua summa capitū consistit: exhortantis: Ep̄la LXXXII.

**I** Ne ampum Martium omnes qui nascimur uocati sumus: quidam tamen non nisi ad strepitum numerumq; complendum: quidam uero ut honores & laborū præmia percipiant: quorum ex agmine ut simus optandum enitendūq; nobis est. De euentu uiderit ille cuius in manu nos & nostra cōsistimus. Velle quidem nostri erit arbitrij. Itaq; firmare propositum & candidatos adesse conueniet ac supremi imperatoris & amicorum eius implorare suffragia: Non enim de cōsulatū aut prætura: sed (ut Plautinus adolescēs ait) de capite nostro sunt comitia. Vale.

Fran. Pet. ad Guidonem Ianuensem: q; tardiuscule ad eum scripserit se excusantis: Epistola LXXXIII.

**A** **E** Pistolam sub tuo nomine descriptam perdi: hoc mihi & nunciij lōgior expectatio & sociorum præceptis fauor attulit: qui dum assiduo nouarū rerum desiderio: & (ut Solini uerbo utar) impatienti<sup>9</sup> potius q̄ studiosius: per bibliothecam meam more solito uagantes: in illam incidissent: legerunt & tulerunt ignorante me: ueriti (ut asserunt) ne sicut amicis indignantibus & incuriositatem meam damnantibus: mihi plærumq; contigerat: illius etiam periret exemplum. Ego re cognita: ut mihi redderetur instabam: Illi autem festinabant. Quid te moror: Verum est quod ait quidam: Male cuncta ministrat impet<sup>9</sup>: Dum enim omnes habere cupiunt: nullus habuit: dumq; omnium cōsensu uni scribēda traditur: ille eam omnium cum dolore uel amisit uel amisisse simulauit: quar  
**B** tum. Nunq̄ credidissē q; res ulla tam parua: tam magnæ mihi foret perturbationis causa. Raro unq̄ alias fragilitatem meam sic euidenter agnouī. Torquebar enim & per multos dies noctesq; perditam querebam: simul & querebar: & nunc temerariam sociorum fiduciam: nunc leuitatem meam increpabam. Illis exprobrans q; plus æquo stilum hunc mirantes importune agerent: mihi q; immaturam gloriam e primitijs studiorum quærens: amicis fierem fortassis aspior. Quantalibet sane plaga animi tpe mitigať. Iam dolere desij: doloremq; pudor expulit: pudet tam grauiter doluisse. Nunc quoniam illius nullæ mihi reliqua super sunt præter amantem memoriam (ut ait Augustinus) perierit quidē illa sed calamo superstite. Interim ergo dum reuertor ad solitum scribendi mōrem: intermissionis causam tibi esse uolui: ne infueto silentio mouereris. Vale.

Quantalibet  
plaga animi  
tpe mitigatur

Fran. Pet. ad Guidonem Ianuensem: Quam ob causam amissam eplam tãtope  
lugeat demonstrantis: multis etiam exemplis deformem artificem formosum  
opus effingere posse contendentis: Ep̃la LXXXIII.

**N**on sum nescius mirari te: quid ita debiliter fortunã unius epistolæ ferre uisus sim:  
neq; enim magnæ indolis argumentum est ex litteris gloriam sperare: ex factis nõ  
ex dictis oriri ueram gloriam: ueræ philosophiæ non dubitant sectatores. Illam  
inquam gloriam: non quam prædicat uulgus a quo laudari magnis animis pene fastidio-  
sum est: sed quæ ex sobria & iucunda recordatione bonorum operũ in pectore uiroꝝ excel-  
lentium uiget atq; aliis: cuius sine theatro strepitu: sine fauore uulgaris fides & consciẽtia  
testes sunt. Hæc est equidem illa uerax gloria: quæ in solo stabili actus alte radicibus casum  
nescit. Illa uero in hominum fundata sermunculis. Primũ diuturna non est & pfacile pro-  
teritur: & quibus attollitur flatibus eisdem semper agitur ut corruat. Deinde si esse posset  
æterna: uulgaribus tamen ac minime generosis artibus quæsita: nunq; ingenuos animos  
delectaret seruilis operæ uilis merces. Idq; ego mecum cogitans: fateor & mirabar: & mihi  
non mediocriter indignabar: Ex diuerso autem dum reminiscebar: q̃ mihi dulcis epistolæ  
illius lectio fuerat: flectebam: ut omni culpa desiderium eius absoluerem. Nec satis scio: uero  
ne an falso: sed psuadebam mihi multis rationibus: nullius me uetosa laudis ambitu per-  
ditam desere: sed q̃ eam mihi utilem senseram: tantamq; fiduciam dabat: non ars: nõ inge-  
nium: sed uerus ille magister artis ingenijq; largitor: ut auderem sperare litteras illas tanti  
peccatoris digito contextas: legentibus nedum placituras in quo nudum nomen uertitur:  
sed forte etiam profuturas. Multa ibi contra hominũ & præsertim meĩpsius molliciem in-  
uectus fueram: multisq; ad uirtutem exhortationibus: nec paucis indignationibus in sæcu-  
lum nostrum: & uitia toto nunc orbe regnantia: uelut alternis stimulis: utrunq; illi latus ar-  
maueram: Adeo ut ad eam rediens uix ingenij mei opus crederem: & plus ei q̃ scriptis me-  
is soleo uenerationis impenderem. De Phidia & Apelle nusq; lectum est fuisse formosos:  
operum tamen illustrium: alterius reliquiæ stant: alterius ad nos fama peruenit. Itaq; tot  
interlabentibus sæculis utriusq; artificis præclarissimũ uiuit ingenium: Varie licet pro ua-  
rietate materiæ: Viuacior enim sculptoris q̃ pictoris est opa: Hinc est ut in libris Apellem:  
Phidiam in marmore uideamus. Idẽ de Parrhasio & Polylecto & de Zeusi & Praxitele cõ-  
suerim: ceterisq; quorum corporeæ formæ nulla mentio est: operum decor eximius: & fa-  
ma percelebris. Atq; (ut a ueteribus ad noua: ab externis ad nostra transgrediar) duos ego  
noui pictores egregios nec formosos: Iottum Florentium ciuem: cuius inter modernos fa-  
ma ingens est: & Symonem Senensem. Noui sculptores aliquot: sed minoris famæ: eo em̃  
in genere impar prorsus est nostra ætas. Ceterum & hoc uidi: & de quibus fortasse alius  
plura dicendi locus dabit: opera singuloꝝ ab auctoris suis multum differentia: longaq;  
distantia: si quis ab eis causam quæreret: Responderent: puto non ut olim Mallius pictor: q  
ab amicis interrogatus super cõnam: cur tam deformes filios genuisset cum tam pulchras  
figuras pingeret: Quia in luce inq; pingo: in tenebris fingo. Faceta rãtio illius: horũ uerior  
si dicerent: & formã corporis & ingenium quæ forma est anima: unde opera hæc quæ lau-  
damus ac miramur uelut e fonte procedunt: munera dei omnipotentis esse nõ hominum:  
& sumenda esse non tantum æquo: sed & grato animo seu largius prouenerint: seu parcius  
cum gratuita sint & humanum meritum semper excedant. Nec ab homie quæri rationem  
oportere: cur plus minus uel aliquid ab illo fiat: cuius uolũtas ipsa est ratio: summa & inac-  
cessibilis: & ad quam frustra per seipsum nititur humanus labor: quia quanto accedet ho-  
mo ad cor altum: tanto exaltabitur deus: & mortales intuitus consilij sui profunditate fru-  
strabitur. In hanc ego narrationem: cum præterire possem sponte incidi: quæ eo spectat ne  
mireris: si mihi quoq; contigerat: ut pulchram scriberem epistolam turpis ego: & si in ea (ut  
Gregorij uerbo utar) pulchrum depinxi hominem pictor scõdus. Proinde species ea qua so-  
rores suas illa uincebat: & sibi pereundi & mihi dolendi fuit occasio: ut intelligerem non so-  
lum in corporibus: sed etiam in scripturis excellentem formam interdum nocere: & medio-  
critatem in rebus omnibus expetendam. Sic epistolæ meæ quã ipse mihi nõ adoptaueram  
sed genueram: pereunt: & tunc exequiarum quasi quoddam genus lamenta perfolui: &  
nunc memorans anniuersarium diem ago: dolens de medio tam cito subtractam: &

**A**  
Verã gloriam  
ex factis nõ ex  
dictis oriri.

**B**

Faceta Mallij  
responsio

**C**

**G S**

D

(ut ita dixerim) in ipsis cunabulis extinctam: Eoq; mihi huius rei consolabilior est querela: quo minor est spes: De illius ossibus quasi de phœnicis cineribus alteram fuscitandam: Nulla eius apud me reliquia remanserunt: Præter morem enim meum totâ chartâ credideram: memoriæ nihil: Idcirco nec eam in memoria requirens inuenio: nec ullum uestigium abeuntis agnosco. Tantum illud teneo: dulcem mihi fuisse dum scriberem: dulciorem dum legerem: amarissimam dum recordor. Nec aliter euenisse q̄ si cui saporiferi fauus mellis labijs admotus repente subtraheretur amotaq; dulcedine: sola quidem amara dulcedinis recordatio superesset. His ego perculsus diu a scribêdo cessauit: Oderam enim uigilias meas: & unius euentu cæteras metiebar: Tandem per memetipsum admonitus: esse consilium ut unius naufragij metu nauigatio relinquaer: aut unius anni memor aratrum damnet agricolâ: ad calamum redij. Sed quid iterum faciam? Epistola tua etiam mihi perijt & comitem secuta est: quantum suppetit memoria: duplex inde mihi gaudium fuit. Gaudeo equidem ut mos est hominum: tecum solito benignius agere fortunam: q̄uis non ignorem fritolam esse laticiam quæ de fortunæ facilitate concipitur: quæ nulli amicior unq; fuit: nisi ut familiarius falleret. Neminem euexit nisi ut altior casus esset. Verum hic unus ex humanis erroribus est: qui sunt innumerabiles: quosq; ut Ciceroniano uerbo utar: cum nutricis lacte suxisse uidemur: & quos utinam uel in senio deponamus. Certius gaudium ex epistolæ tuæ sine percipio: ubi & fortunam nosse & ad omnes casus paratum mihi uideris animum: habere hoc est quod optaui: hoc est quod speraui: hoc est q̄ deum rogauit & ut mihi & amicis fortem animû contemptorem rerû mutabilium præstaret. Ne quid enim in uita sentiamus aduersi nequicq; poscitur. Vt quicquid euenit feramus patiēter: dignissimæ preces sunt. Equidem (nisi fallor) in uerbis tuis animû tuum uidi & dixi mecum: Iam uir est: humo erigitur: cœlum spectat. Vale.

E

Francisci Petrarchæ ad Guidonem Ianuensem: eundem de cōditione sui status certiore reddentis: Epistola LXXXV.

A

**D**E statu meo quem nosse desideras: breuiter sic habe. Et si inter uere philosophâtes unum sit hominis bonum & nō tria: id scilicet quod in animo est bene cœlitus instituto: & possessione generosi habitus insignito: quoniam corporis ac fortunæ: non bona sed cōmoda quædam ac leuia ad minicula dici debent: quia tamen credo uelle te de omnib; audire: geram morē uoluntati tuæ. Qualis sit animus meus nec plene scio: nec asserere meum est. Sunt enim (ut ait Augustinus) & istæ plangendæ tenebræ: in quibus melatet facultas mea quæ in me est: ut animus meus de uiribus suis: ipse se interrogans: non facile sibi credendum existimet. Quatenus autem effari possim? Vndiq; me habet angustia: in luto carnis & in uinculis mortalitatis meæ adhuc aut sedentem aut iacentem. Videor tamen (nisi forsan hoc ipsum uideris: idem ego mihi mendaciter fingo) libentissime surrectur. Sed ponderibus meis præmor: & inualuit in me durum inueteratæ cōsuetudinis iugum: a cuius seruitute quis liberabit me miserum: nisi dominus ille qui soluit cōpeditos & illuminat cæcos? Fortuna contra me hæctenus perpetuum bellum gerit: Ego autem sciens quod cōmunio discordias parit: ut in pace uiuam ne quid cōmune secum habeam laboro. Imperia: regna: diuitias: honores: cæteraq; eiusmodi sua sunt & sibi habeat: Nihil est horum qd me moueat: Mihi linquat si qua sunt animi mei bona: Hæc sui muneris non fuerunt: & ne sui iuris sint flagito. Quid scæuit? Quid minatur? Nimis diu debitor suus sum: calculum ponamus: auferat quæ sua sunt: nimis diu depositum eius seruo: quid cogitat? nulla mora est: nullum luctamen: tollat quicquid id est: & nunq; reuersura discedat: & certe iam partē non exiguam tulit: & id quantulumcunq; quod restat odiosum onus est humeris ad altiora nitentibus. Quod ad corpus attinet nō sum quem reliquisti: Hospes corporis mei secum: male concordans: implacabilem litem agit. Hæc iugis sollicitudo: faciem meam mutauit ante annos: ita ut iam uix primo me cognoscas occurso: Huius tamen rei me cura non tægit. Ad huc em̄ integer Domiciano principi credideram: Nihil gratius decore: nil breuius. Ad maiora uero genitus sum q̄ ut sim mancipiū corporis mei. Seneca inquis hoc dixit. Quis negat? Et ego dico: & multi dicēt post me: & añ eū multi forte dixerūt: & q̄s id dixerit: mō ne mētiatur egregiū magnificūq; uerbū dixerit. Ego & illud dixi & qd sequit dicā: & in utroq; scio qd nō mētiator: utinā nec fallar. Absit a me ut amore corpis: aut huius lucis desiderio diē mortis horrescā: qm̄ & hoc ab alio uerissime dictū in usus meos uerti: qd hæc nostra quæ dicitur uita mors est. Vale.

Bonâ corpis  
aut fortunæ  
bona dici nō  
debēt: sed cō/  
moda quædā  
ac ad minicu/  
la leuia

B

C

Francisci Petrarchæ ad Clementē Sextū Romanorum pontificem: Illum si ualitudinem reparare cupiat: pluralitatem medicorum esse fugiendam admonētis: Epistola LXXXVI.

**E**bris tuæ nunciis beatissime pater: tremorem membrīs meis & horrorem attulit. Nec iccirco blandiloquens aut similis dicar illi: de quo Satyricus ait: Flet si lachrymas cōspexit amici. Et iterum: Si dixerit a stuo sudat: sed illi potius: qui (ut ait Cicerō) de salute populi Romani extimescebat: in qua etiam suā inclusam uidebat. Mea quidem ac multorum salus in tua salute fundata est: Nō igitur simulatus est tremor: neq; em̄ alieno periculo permoueor sed proprio. Omnes qui de te pendemus & in te speramus: te ægrotante sani forte uidemur: sed nō sum⁹. Verum quia tum semper: tum præcipue in hoc statu breuem decet esse sermonem: qui in diuinas aures humano ore transfunditur. Pauca tibi nunc animo affusus & uenerabundus loquar. Lectum tuū obsessum medicis scio: hinc prima mihi timendi causa est: discordant enim de industria: dum pudet noui nihil afferentem alterius hæsisse uestigijs. Nec est dubium (ut eleganter ait Plinius) omnes istos famā nouitate aliqua aucupantes: animas statim nostras negociari: & i hac sola artium euenire: ut cuiuscūq; se medicum profitenti statim credatur: cum sit periculum in nullo mendacio maius. Non tamen illud intuemur: adeo blanda est sperandi pro se cuiq; dulcedo. Nulla præterea lex quæ puniat inscitiam capitalem: nullum exemplum uindictæ: discunt periculis nostris: & experimenta per mortes agunt: Medicoq; tantum hominem occidisse impunitas summa est. Horum turbam uelut inimicorum aciem clemētisse pater intuere. Inscrui at te illius infæusti epigrāmatis memoria inscribi iubentis in sepulchro hoc solum: Turba medicorum perij. In ætatem nostram potissime uidetur incidisse illud Marci Catonis senis uaticiniū: quando cūq; græci ad nos litteras suas ac præsertim medicos transmisissent: omnia corrupturos. Sed quia iam sine medicis uiuere non audemus: sine quibus tamen innumerabiles nationes: forte melius atq; salubrius uiuunt: & populus Romanus ætate florentissima: eodem teste Plinio: ultra sexcentimum annum uixit. Vnum tibi de multis elige: non eloquentia sed scientia & fide conspicuum. Iam enim professionis suæ immemores & dumetis proprijs exire ausi: poetarum nemus & rhetorum campum petant: & quasi nō curaturi sed persuasuri circa miserorum grabatulos: magno boatu disputant: atq; illis moribentibus Hippocraticos nodos Tulliano stamine permiscentes: sinistro q̄uis euentu superbiunt: nec rerum effectibus: sed inani uerborum elegantia gloriantur. At ne quid a me hodie fictum medici tui putent: quem sæpe nomino Plinium: q; is & de medicinis multa & de medicis plura q̄ quisq; & ueriora diceret: in oibus fere huius epistolæ partibus ducē habuit. Ipsum ergo audiant: palam inquit est: ut quisq; inter istos loquendo polleat: Imperatorem ilico uitæ nostræ necisq; fieri. Sed ego longius q̄ destinaueram: metu calamum urgēte prouectus sum. Ut uero iam desinam: medicū nō cōsilio: sed eloquio pollentem: uelut insidiatorem uitæ siccarium aut ueneficū uitare debes. Huic quidem iure optimo dici potest: qd̄ loquaci coquo Plautin⁹ ille senex in Aulularia: Abi iquit: opera hic conducta est uestra: nō oratio Ad hæc & exactam tui custodiam: & (quæ ad salutē corporis miris modis adiuuāt) spem bonam ac lætum animū habeto: si te: si nos omnes: si tecum ægrotantem ecclesiā saluam cupis. Vale.

Eiusdē Francisci Petrarchæ: de Reb⁹ familiarib⁹ epistolæ Liber Sextus.

Fran. Pet. ad Hannibalē Tusculanensem ep̄m: Inuidiā infelicē pestem esse ostendentis: Auariciam autē cateris uitijs esse potiorē: eamq; in pōtiffices plurimum imperij habere comprobantis: Ep̄la LXXXVII.

**I**nfoelicem inuidiā dixit Maro. Nec imerito: Quid em̄ infœlicius q̄ suis malis alienisq; simul bonis affligi: Non ineleganter quidē in Mutiū nescio quem apprime iuidū atq; maliuolū: luxisse legit Publ⁹ quidā. Cū em̄ tristiorē solito uidisset: Aut Mutio inqt: nescio qd̄ incōmodi accessit: aut nescio cui aliqd̄ boni. Prorsus ita est. Inuidus alteri⁹ bonū suis ascribit incōmodis: & (ut ait Flaccus) alterius rebus macrescit opimis. Magna miseria: nō aliter saturitate alterius q̄ fame ppria torqueri: atq; alio pinguescēte: nō sec⁹ ac se esuriēte macrescere. Sed haud temere definieri: an nō iuidia tm̄: sed uitijs oib⁹ infœlicior auaricia sit. Inuidia em̄ mœsta sæpe: sed

A

B

C

A  
Publi⁹ de inuidia Mutij

Quid intersit in inuidiam & auariciam.

ociosa ē. Auaricia tristis & occupata. Supbia dū se aliqd magnū putat: falsa licet opinione delectat. Auaricia sp se famelicā & egenā sentit. Neq̄ fallit: Verissimū enī est poeticum illud: Semper auarus eget. Nam si auar⁹ est: cupit: quod ipsum uitij nomen indicat. Sane q̄ ait Seneca: non qui parum habet sed qui plus cupit: pauper est. Et hoc inde concluditur: q̄ non paucitas rerum inopem facit: cum paucis natura cōtenta sit: cui qui rite satisfecerit: diues est: & nihil ei deest: sed cupiditas inexpleta: quā indicat sibi tantum deesse quātū cupit: cupit autem omnia: & optādo superuacua fecit necessaria. Ita ægestatem minimā cuiq̄ per facile succurri poterat: irremediabilem atq̄ immensam fecit. Rursus enim & illud est uerū quod philosophis placet: Auaro tam quod habet deesse q̄ quod nō habet: Nisi quod mihi quidē magis uidetur auaro deesse quod habet q̄ quod nō habet: Ex illo enim nil præter sollicitudinem perpetuam & ueros metus: ex hoc nonnunq̄ breue falsum gaudium capir: dum sibi arridet & optatum bonum: spe fallente præoccupat. Ita nunq̄ satiat: fera quadam (ut aiunt) & inhumana dulcedine. Auaricia uero nunq̄: Nam & successibus inardescit: & Satyricum illud uerum est: Crescit amor nummi quātum ipsa pecunia crescit: & minus hunc optat qui non habet. Cuius rei causam unam (nam plures excogitari queunt) in epistola quadam ponit Anneus Seneca: Neminem inquit pecunia diuitem facit: Immo cōtra: nulli non maiorē sui cupidinem incussit. Et sequit: Quæris quæ sit rei hui⁹ causa. Plus incipit habere posse qui plus habet. Venio ad reliquas pestes: & ei⁹ quidem quā accidiam nostri uocant: eadem ratio est quæ inuidiæ fuit. Gula autem ac libido sæpe suis fruunt delitijs quibus exultant: & gaudia fugitiua percipiūt: Auaricia nulla re fruitur: nisi curis auarissimis. Dum enim quærendis inhiat & illa non habet & quæ sita non uidet: nisi ad supplicium: hinc trepida: inde sollicita. Quæ cum ita sint: iure auaricia sororum omnium pestilētissima dici potest: quam radicē malorū omnium uocat Apostolus. Nec sum nescius te mirari quid hodie tecum: hac (ut aiūt importuna philosophia) præter solitum uti uelim. Ego autem non te magis q̄ mortales fere omnes: & præcipue tuum genus alloquor: inter quos maxima & solium posuisse & uexillū fixisse: uictrix mihi uidetur & imperiosa cupiditas: q̄ eo indignātius miror: quo minor uobis cupidinū causa est: Cui enī hos auri cumulos aceruat: Legitima quidem uobis negata posteritas: Vos parcus & exiguus cultus decet. Reliqua pauperū Christi sunt: quos fraudare prædariq̄ non timetis: domino illorum spectante desuper & minitante uindictam: & nescitis cui uestrum crimen utile sit futurum: quod uobis interim laboriosum pestiferumq̄ & funestum est. Multi se propter filios excusant: & uitio animi uelum pietatis obtenditur. Sic leena: sic tigris sit enixa ferocior: & animalia mansueta nouæ prolis amor exasperat. Vobis excusatio nulla: uelamē uitij nullum est: ante totius orbis oculos nudi estis digitoq̄ monstramini populorum omnium cum exprobratiōe mordaci. Ecce uirtutis inquit præcones: qui cū de uita æterna deq̄ animi libertate multa magnifice loquantur: sine causa tamen & temporalibus addicti & auariciæ serui sunt. Re enim uera & si de omnibus dicat: nōne de uobis tantum sensisse uidetur Dauid ubi ait: Vniuersa uanitas omnis homo uiuens: uerum tamē in imagine pertransit homo: sed & frustra cōturbatur: Et ut rabiem pōtificialis auariciæ tot post sæculis futuram notaret expressus: Thesaurizat inquit & ignorat cui cōgregabit ea. Hæc utiq̄ uobis ante alios auari pōtificates dicta sunt. Parentes quidē thesaurizantes filijs & legimus & uidem⁹: q̄ uis sæpe fortuna paternis uotis obstāte q̄ alijs partū erat: ad alios deuoluat: parentū tñ intentio nota est: Vēstra intētio quānā quæso: qd agitis: cui thesaurizatis nisi diabolo & angelis eius qui sollicite uos obseruant: numerāt dies & hæreditatem uestrā auidissime prætolant: gratissima trophea: uestris inscripta nominibus in limine tartari: de manubijs spoliatorū pauperum erecturis: Sed admirans percontabere: cur hodie potius ista q̄ alias: an uel hætenus nos non auaros: uel auariciam uitium non fuisse: uel te nunc primum oculos aperuisse crediderim: qui prius ista nō uideris: Respōdebo admirationi tuæ. Et sciebam uos auaros & auariciā uitium esse: nemo usq̄ est qui nesciat: & in utrūq̄ nō nūc primū oculos aperio: sed cū forte nudius tertius uenissem ad te: altaria tua: imo ꝑo altaria dñi ꝑtutū: argēto atq̄ auro & gēmis onusta cōspexi: atq̄ isanis fulgorib⁹ ꝑcussus obstupui: & dixi mecū: Ecce noua auariciæ arma: nouū pereūdi gen⁹: Auaricia nobis nostra nō sufficit: nisi auarū q̄ Christū facim⁹: & diuos ipsūq̄ uocam⁹: in partē prædæq̄ Iouē (ut Virgilius ait) Vos quidē diuitias male partas iustificasse uideamini: si prædæ rapinarumq̄ uestrarum pauperem Christum cogitis esse participem: & auro obsidetis inuitum. Non hic placandi numinis modus. An

non legistis apud Senecam: Deos tunc propitios fuisse: cum fictiles fuerunt: At qui deos nunc propitios fuisse nec esse potuisse certum est: Quomodo enim propitius alijs esse potest qui miseris est sibi? Placet igitur non hæc Senecæ sententia: sed uerba: quæ sæliciori materiæ licet inferere: Profecto Christus semper propitius humano generi: sed tunc præsentior fuit: cum fictilis fuit. Nunc aureus atque gemmatus irascitur & preces nostras iustissima indignatione non audit: Non aurum odit ille sed cupidos: quibus optandi quærēdiq; nullus est finis: Primi hominum: quod erant aperte profitebantur: quærebant diuitias ut abundaret: uos quæritis ut ornatis Christum pium opus: si spolijs ille miserorum & non potius uirtutibus ac deuotione fidelium uellet ornari: & si non fictioni iusticia cupiditas: odiosior deo esset. An maduerit olim tale aliquid in principibus dominisq; terrarum: qui omni studio libros quærunt: petunt: rapiunt: mercantur: non litterarum amore quas ignorant: sed auaricia inducunt: nec animi sed thalami quærentes ornatum: Nec scientiam sed nomen: neque librorum sententias sed precia cogitantes: Verum his colorata excusatio: licet falsa non deerit: Dicent enim sobolem se ac posteros cogitare & uerbo quidem nondum natis: aut quod uitæ genus eligant prorsus incertis: ueræ autem auariciæ propriæ atque ignorantia bibliotheca congerit: uobis congerenda: opum quis est color? Respondebitis: ut Christi templa farciatis auro: Sed quid Persio dicitis imitremur: O curæ in terris animæ & cœlestium inanes: quod iuuat hoc: templis uestro immittere mores: Neue hoc alijs dictum crederetis: audite ut statim uerbo nomine uos appellat. Dicite pontifices: in sancto quid facit aurum? Respondete pontifices: uobis enim loquitur. Respondete tot senes uni iuueni: tot theologi uni poeta: tot christiani uni pagano. Quid dicitis? In sancto quid facit aurum? Si respondere negligitis poetæ: an non saltem respondebitis prophetæ: qui non aurum sed alia quædam a uobis ornamenta templorum exigit? Apud Malachiam legitis: Filius honorat patrem: & seruus dominum suum timebit. Si ergo pater ego sum: ubi est honor meus: & si dominus ego sum: ubi est timor meus: dicit dominus exercituum. Et ut noscatis quia uobis dicit: sequitur: Ad uos o sacerdotes qui despicitis nomen meum: Nisi forte quis est: qui putet ulla unquam ætate dignius hoc quæsitum quam nunc quæritur. Video quidem ut dixi: uulgaris auaricia ardere & fautor: nihil excusat: nulla est enim excusatio peccati: sed naturæ charitas multiplexque necessitas: & uulgaris ignorantia crimine leuant: Vos uero pontifices dicite oro: quid sibi uult hæc rabies habendi inter diuitias tam certas? In tanta rerum diuinarum humanarumque noticia: in uita solitaria & cœlibe: & de castino cogitare prohibita: Illud mihi forte notissimum ingeretis: Aurum habet ecclesia. Bene si habet: pessime si habetur: Placere possunt diuitiæ uirorum: uiri diuitiarum penitus non placent: qui cum somnum suum dormierint: in manibus suis nihil inueniunt. Verior igitur illa responsio: quæ percontationi propriæ Persius ipse subiicit. Cum enim secundo quæsisset: In sancto quid facit aurum? Intulit: Nempe hoc quod ueneri donata: a uirgine pupæ. Facebat oro iam tandem auro templis inutile: & in alia templa dei: hoc est in usus hominum egentium cõferatur: Sit Christi charitas: quæ sæculi pompa est. Nec semper sub obtentu deuotionis idolatriæ seruiat. Nescitis quæ auaricia est idolorum seruitus? Nulla tot idolis gens abundat: nulli conuenientius dicitur: Cauete a simulacris. Credite mihi pontifices: Aurum potuit Christus habere sed noluit: diues esse potuit dum inter homines agebat: paupertatem maluit: Corinthijs uasis uti potuit: fictilibus usus est. Nolite pontifices excusationes frivolas aucupari: aut sub Christi nomine pabulum auariciæ & uestri alimentum furoribus aggregare. Christus uestro auro non eget: nec uestris superstitionibus delectatur: Puri ac nudi cordis est appetens piore actuum: honestæ cogitationum & humilium uoluntatum: quis inter hæc auro locus? Nolite miseri curare: quam superbe sacrificetis: quam ornate: quam splendide: sed quam pie: quam humiliter: quam caste: quam sobrie: Sacrificate quod diruptis uinculis liberatori suo Rex propheta sacrificat: hostiam scilicet laudis: & nomen domini inuocate. Sacrificate in quâ sacrificium laudis: sacrificiate sacrificium iusticiæ: & sperate non in auro: sed in domino: Audite Psalmistam surdis diebus ac noctibus clamantem: Sacrificium deo spiritus contribulatus. Quid hic opus est auro? Spiritu operis est: eoque non nisi contribulato: opus est corde: sed cõtrito & humiliato: hoc est sacrificium deo gratum atque homini sine terrarum effusione parabile: submisso & immaculato opus est animo. Contra nec terro: nec rudi auro opus est. Nescio quid amplius dicam: & ueveor uerba iactare: sed si post prophetam: ipsum quoque Persium poetam audire non piget: Videte quid ibidem paganus homo pontificibus suis dicat: Quin damus id superis de magna quod dare lance: Non

possit magni Messale lyppa propago. Et ne dubium foret: quid est hoc superis offerendum quod genere atq; opibus superbi: cæci diuitum filij non possunt: Subsecutus expræssit: Cõpositum ius fasq; animi sanctosq; recessus Mētis: & incoctū generoso pectus honesto. Præclarum uerbum dignumq; quod de Christo dictum esset. Tu Vale: & q̄ fidelibus conuitijs aurem præbe.

Fran. Pet. ad Ioannē Columnæ: se uerū non sectas amare dicentis: Illi etiā per euagationē quandā: oēs res Romanas & uetustate & magnitudine admirabiles describentis: Ep̄la LXXXVIII.

**A** **D** Eambulabamus Romæ soli: meum quidem obambulandi Peripateticū morem nosti. Placet. Naturæ moribusq; meis aptissimus est: ex opinionibus quædā placet: aliæ autem minime. Non etem sectas amo sed ueꝛ. Itaq; nunc Peripateticus: nunc Stoicus sum: interdum Academicus: sæpe autem nihil horꝝ: quotiens quicq; occurrit apud eos quod ueræ ac beatificæ fidei aduersum suspectum ue sit. Ita em̄ philosophorū sectas amare & approbare permittimur: si a ueritate non abhorrēt: si nos a nostro principali proposito non auertūt: Quod ubi forte tēptauerint seu ille sit Plato seu Aristoteles seu Varro seu Cicero: libera contumacia contemnantur omnes atq; calcentur. Nulla disputatio num argutia: nulla uerborum lenitas: nulla nominū nos tangat auctoritas: Homines fuerunt: quātum humana inquisitione fieri potuit & noticia rerum docti & eloquio clari & naturali ingenio foelices: sed supremi & ineffabilis obiecti priuatione miserabiles: & ut uiribus suis fiderent: ueramq; lucem non requirerent: cæcorum in morem sæpe lapsi: sæpe ad lapidem offendētes: Itaq; sic illorum miremur ingenia: ut ingenij ueneremur auctorem: Sic illorꝝ compatiatur erroribꝝ: ut nostræ gratiæ gratulemur: & cognoscamꝝ nos gratuito sine ullis meritis honoratos prælatosq; maioribꝝ: ab illo qui arcanum suum qd̄ sapientibus abscondit: paruulis reuelare dignatus ē. Deniq; sic philosophemur: ut (quod philosophiæ nomen importat) sapientiam amemus: Vera quidem dei sapientia Christus est: ut uere philosophemur ille imprimis amandus nobis atq; colendus est. Sic simus omnia q̄ ante omnia christiani simus: sic philosophica: sic poetica: sic historias legamus ut semper ad aurem cordis euangelij Christi sonet: quo uno satis docti ac foelices: sine quo quāto plura didicerimꝝ: tātō indoctiores atq; miseres futuri sumꝝ: ad qd̄ uelut ad summā ueri arcem referenda sunt omnia. Cui tanq; uni litterarum uerarum immobili fundamento tuto superædificat humanꝝ labor: & cui doctrinas alias non aduersas studiose cumulātes minime reprehendendi erimus: Et si enim ad summam rei modicum: forsan ad oblectamētum certe animi: & cultiorem uitæ modum plurimum adiecisse uidebimur. Hæc incidenter quātum locus iste capere uisus ē dixerim. Procedo. Vagabamur pariter in illa urbe tā magna: quæ cum propter spacium uacua uideatur: populum habet immēsum: nec in urbe tantum: sed circa urbem uagabamur: aderatq; per singulos passus qd̄ linguam atq; animum excitaret: Hic Euādri regia: hic Carmentis ædes: hic Caci spelunca: hic Lupa nutrix: & ruralis ficus ueriori cognomine Romularis: hic Remi transitus: hic ludi Circenses: hic Sabinarum raptus: hic Capræ palus & Romulus euanesçēs: hic Numæ cum Aegeria colloquium: hic Tergeminorꝝ acies: hic fulmine ictus uictor hostiū artifexq; militiæ Tullus Hostilius: hic rex architector Ancus Marcius: hic discretor ordinum Priscus Tarquinius habitauit: hic Seruio caput arsit: hic carpento insidens atrox Tullia transiuit & scelere suo uicum fecit infamem. Hæc autem sacra uia est: hæc sunt esquilix: hic uiminalis: hic quirinalis collis: hic Cælius: hic Marcius cāpus & superbi manibus decussa papauera: hic miserabilis Lucretia ferro incumbens & in mortem fugiens adulter & læsæ pudicitix uindex Brutꝝ: hic minax Porfena: & Hetruscꝝ exercitus: & infestus erranti dextrā Mutius: & Tyrāni filius cum libertate concurrens: & hostem urbe depulsum ad inferos sequēs consul: & fractus a tergo uiri fortis pōs Subliciꝝ: & Horatiꝝ natās: & Tyberis reuehēs Chloeliā: hic erat Publicolæ nequicq; suspecta domus: hic Quintus arabat dum fieri meruit de aratore dictator: hinc abductus Serrhanus ad cõsulatum uenit: hoc est Ianiculum: hic Auentinus ille sacer mons in quo ter irata patribus plæbs secessit: hic libidinosum tribunal Appij fuit & ferro patris iniuriæ subducta uirginia: & decemuiri luxuriæ dignus finis: hinc Coriolanus armis forte uictꝝ: suorꝝ pietate uictꝝ abscessit: hoc saxū defendit Manliꝝ: hic excidit: hic Camillꝝ inhiātes auro gallos subito repulit interuētꝝ: & despantes ciues amissam patriā ferro docuit recuperare nō auro: hic descendit Curtius armatꝝ: hic inuentū sub terra caput hois

Loca urbis romæ memora-  
tu digna

**C**

& imotus terminus: praesagium summo & stabili imperio fuere: hic fallax uirgo armis ob-  
 ruta & suis circumuenta fallacijs: haec Tarpeia arx & Romani populi census toto orbe col-  
 lectus: hic anser argenteus: hic custos armorum: Ianus: hoc Statoris: hoc Feretrii Iouis templum:  
 haec fuerat cella Iouis: haec domus omnium triumphorum: huc compulsus est Perseus: hinc repul-  
 sus est Hannibal: hinc impulsus est Iugurtha (ut quidam opinantur) alij uero in carcere illum  
 necant: hic triumphauit Caesar: hic perijt: hoc Augustus in templo reges affusos & tributa-  
 rium orbem uidit: hic Pompeij arcus: haec porticus: hoc Marij cimbrum fuit: haec Traiani co-  
 lumna: ubi ille unus omnium imperatorum (ut ait Eusebius) intra urbem est sepultus: hic eius-  
 dem pons qui sancti Petri nomen inuenit: & Hadriani moles: cui ipse quoque subiectus est  
 (quod sancti Angeli castra uocant) hoc est saxum mirae magnitudinis aeneisq; leonibus in-  
 nixum: diuis Imperatoribus sacrum: cuius in uertice Iulij Caesaris ossa quiescere fama est: haec  
 telluris aedes: haec fortunae domus: hoc templum pacis: aduentu uere pacifici regis euersum:  
 hoc opus Agrippae quod falsorum deorum matri: ueri dei mater eripuit: hic unxit nonis Au-  
 gusti: hinc riuus olei fluxit in Tyberim: hinc (ut fama est) monstrante Sibylla: senex Augu-  
 stus Christum uidit infantem: haec Neronis insolentia & in aedificijs feruens luxus: haec au-  
 gusta domus uia flaminea ubi sepulchrum ipsius domini quidam tradunt: haec Antonini co-  
 lumna: hoc eiusdem proximam Appiae palatium: hoc Seueri Afri septiconium: quam tu sedem  
 solis uocas: sed meum nomen in historijs scriptum lego: hoc Praxitelis Phidiaeque extans in la-  
 pide tot iam saeculis de ingenio & arte dictamen: hic Christus profugo uicario fuit obitus:  
 hic Petrus in crucem actus: hic truncatus est Paulus: hic affatus Laurentius: hic sepultus  
 uenienti Stephano locum fecit: hic spreuit feruens oleum Ioannes: hic Agnes post obitum  
 uiuens: suos flere prohibuit: hic Siluester latuit: hic lepram deposuit Constantinus: hic glo-  
 riosam Calixtus exercuit libicina. Sed quo pergo? Possunt ne tibi in hac parua papyro Ro-  
 mam designare? Profecto si possim: non oportet. Nosti omnia: non quia Romanus ciuis: sed  
 quia talium imprimis rebus curiosissimus ab adolescentia fuisti: Qui enim hodie magis ignari  
 rebus Romanarum sunt: quam Romani ciues? Inuitus dico. Nusquam minus Roma cognoscitur quam  
 Roma: Qua in re non ignorantiam solam fleo: quamquam quid ignorantia peius est: sed uirtutum  
 fugam exiliumque multarum. Quis enim dubitare potest quin illico surrectura sit si coepit se Ro-  
 ma cognoscere? Sed haec alterius temporis est querela. Solebam ergo post fatigationem: quam  
 nobis immerita urbs ambita pepererat: sapius ad thermas diocletianas subsistere: nonnumquam  
 uero super testudinem illius magnificentissimam olim domus ascendere: quae & aer salutaris & speser-  
 ctus liber & silentium: ac uotiuu solitudo nusquam magis. Ibi de negotijs nihil omnino: nihil  
 de re familiari: nihilque de republica: quam semel fleuisse satis est: & euntibus per moenia fractae  
 urbis & illic sedentibus: ruinarum fragmenta sub oculis erant. Quid ergo? Multus de histori-  
 is sermo erat: quas ita partiti uidebamur: ut in nouis tuis in antiquis ego uiderer expertior:  
 & dicant antiquae quaecumque ante celebratum Romae & ueteratum Romanis principibus Chri-  
 sti nomen: Noue autem ex illo usque ad hanc aetatem. Multus quoque de ea parte philosophiae quae  
 mores instruit hinc nata cognomen: Inter dum uero de artibus & de earum auctoribus atque  
 principijs. Itaque die quodam dum in eam mentionem incidissemus: flagitasti ut dicerem explicite  
 unde putarem liberales & unde mechanicas initium habuisse: quod carptim ex me audieras. Fe-  
 ci quod iubebas haud duriter: quod hora diei & uacuitas inutilium curarum & ipse locus hortabatur ut  
 sermonem longiusculum ordiret: & attentio tua rem tibi admodum placere iudicio erat: Testatus  
 sum tamen me nihil nouum: nihil fere meum dicere: imo uero nihil alienum: Omnia enim undecumque di-  
 dicimus nostra sunt: nisi forsitan abstulerit ea nobis obliuio. Quae nunc ut quod illo die dixi  
 repetam ac litteris mandem. Multa fateor dixi quae si non mutatis uerbis dicere cupiam: non  
 possim. Redde mihi illud locum: illud ocium: illam diem: illam attentionem tuam: illam ingenij  
 mei uenam: potero quod unquam potui. Sed mutata sunt omnia: locus abest: dies abijt: ocium  
 perijt: pro facie tua multas litteras aspicio: Ingenio meo relictarum a tergo rebus fragor occidit:  
 qui adhuc in auribus meis tonat: quis ob hoc ipsum imprimis inde diffugerim: ut tibi libe-  
 rius responderem: parebo tamen ut potero. Possem te ad antiquos & ad modernos mitte-  
 re a quibus quod poscis acciperes: sed ne ita me liberem prouidisti: dum rogas ut dicam me  
 is uerbis quicquid id est: quod (ut ais) tibi omnia ex ore meo cum gratius: tum clarius sonent:  
 Gratiam habeo siue ita se res habet: siue ita ut accendas animum dicis. Accipe igitur quod tunc  
 dixi: uerbis forte alijs: sed eadem profecto sententia. Verum quid agimus? Nam & non parua res est:  
 & epistola haec abunde creuit: & nondum coepimus & diei huius extremum est. Vis parumper

D

E

Nihil ignorā-  
tia peius iueniri

F

G

digitis meis atq; oculis tuis parcam? Differamus quæ restât in proximum diem: & laborē & epistolam partiamur: nec eadem papyro res diuersissimas inuoluam?. Sed quid rursus cogito? quid uē polliceor tibi diem proximū epistolāq; alterā? Nec diei unius opus est nec epistolare negociū: libꝛꝛ exigit quē non prius aggrediar si tamē curis maioribus non retrahor atq; disturbor: q̄ in solitudinē meam me fortuna reuexerit. Ibi em̄: nō alibi meus sum: Ibi meus est calamus qui nūc passim rebellat & recusat imperiū molestissimis occupationibus meis fratus. Ita ille qui ex ocio meo iuge negociū habet: ex negocio sibi ociū quærit: & quasi impius seruus ac cōtumax domini laborē in requiē suā trahit. Vbi uero primū fines meos attigero suū ipse iugum subeat cogā: & de eo qđ quæris seorsum singulari libro quid alioꝝ scriptis: quid meis coniecturis assequor scribā. Sane ut familiares ep̄las ludens: & in ipso maxime uiaꝝ discursu: tumultuq; reꝝ scribere soleo: sic ad scribendum libros solitaria quiete dulciq; ocio & magno nec interrupto silentio opus est. Vale.

Fran. Pet. ad Ioannem Columnæ: nec senectutē nec paupertatē nec morbos magnificiēdos eē exhortātis: cū senectꝝ uenerabilis: paupertas autē salutaris ad beatam uitam sit: morbos etiam aliquando cohibendis uitij aptissimos esse disputantis: Epistola LXXXIX.

A

**Q**Ua mihi tecum lis est: cū cæterarū rerū omniū sit tanta concordia: Nimis es querulus: nimis indulges tibi: sortē propriā desere: miserari res tuas: excusare teip̄sū: accusare fortunā: deniq; nimis molliter humana toleras cum sis homo. Mouit mihi fateor lachrymas epistolæ tuæ principiū: quid em̄ occultare cogitem affectꝝ meos & ubi constantiam tuā requiro: illic propriā dissimulare molliciem? Certe ubi te lætum esse iubeo mœstū me fuisse non inficior. Sed est qđ mihi interblādiar: Honestiores lachrymæ sunt in alienis calamitatibus q̄ in nostris: quāq; usq; adeo sint nostra cōmunia: ut nil proprie alienum dici possit ab altero qđ alterius nostrꝝ sit. Idq; non modo in tanta amicitia: sed ne in cōmuni etiā societate hoīm dici posse Satyricus ait. Vbi uiro bono nullū alienū malum: & humano generi pietatis ad iudiciū datas a natura lachrymas docet: Qđ tãto ante Comicus dixerat: Homo sum: humani a me nihil alienū puto. Em̄ uero licet id ueꝝ esse: nō negē tamen haud dubie in hoc publico diligendi debito: gradus sunt: quibus ex amplissima (ut ita dixerim) humanitatis area cognationis amicitiaq; redigimur in angustū: & uniuersalis amor omniū singulari quadā charitate paucorꝝ ac beniuolētia coartat. Sed qđ rursus oculatē tibi quod sequitur: Vt lachrymas epistolæ principiū: sic risum mihi finis mouit. Aduersa sunt in quietes: Scio: licet interdū uno de fonte prodeant: risus & lachrymæ. Non minꝝ forsitan mœstus erat Democritus qui perpetuo risu pulmonē agitare solebat (ut ait ille) q̄ madēs perpetuo lachrymarꝝ rore Diogenes. Nec latior Hannibal in calamitate patriæ solus ridens q̄ populus qui lugebat. Sicut ex diuerso si Lucano credimus: nō mœstior ī morte generi flēs Cæsar: q̄ exercitus qui plaudebat. Sed ad te reuertor. Prima igit̄ epistolæ tuæ pars id egit: ut multarꝝ ac prope oīm congeriem erumnarꝝ uni tibi incubuisse diceres: sicut miserabili: sic magnifico quidē stilo legens lachrymas nō tenui: & tuarꝝ lituris (ut dixeras) lachrymarꝝ nouas addidi. Nescio em̄ quomodo casus suos uiriliter q̄ muliebriter lamentantem uiaꝝ profundius miseramur. Prosequebar intentus aīo atq; oculis: & ipsa stili dulcedo blandiebat ut legerem: q̄ uis longiuscula epistola esset. Ecce autē dum cætera humētibus oculis perlegissem: expectans quid insolite & tantis querelis æque miseria patereris: totam malorꝝ summā tribus in finē aut quattuor uerbis icluseras: esse te Tybure senē: pauperem: podagricū. Quibus in malis ferre te illud ægerrime qđ tibi nostræ spes ablata præsentia uideret. Neq; em̄ te morbo uinctū loco moueri posse: neq; ausurꝝ de tam longinquo ad te amicū euocare: occupationū suarꝝ nō ignotis tibi ponderibus irretitum: hoc flebilē epistolam sine concludis. Hic fateor risi. Et quid: dixerit quispiam: pauca hæc tibi uidentur an leuia? Neutrꝝ quidem: sed sunt adeo uulgaria omniūq; cōmunia: ut pene inhumanū sit penitusq; ridiculū: talibus incōmodis indignari hoīem uel mirari. Quis em̄ (ut a primis ordiar) quis hominū unq; iuixit qui non uiuendo senuerit? Priscos illos patres multis sæculis p̄tendisse uitæ spaciū legimus: Nunquid tandē & senuisse non legimus? Mitto illos qui in mundi primordio memorant: quos uelut in ipsius sæculi iuuenta æditos in lucem: uegetiores atq; uiuaciores fuisse: ac prope ad millesimū uitæ annū puenisse confirmāt: sed eosdem licet serius: tamen senuisse non negant. Hos in quā omitto de quorū ætatibus magna inter

Eodē e fonte  
risū & lachry  
mas prodire

B

Oēs mortales  
senescere

C

magnos solet esse contentio: quæ præsentis nostri propositi non est. Ad illos uenio quibus ut minus mira: sic sensibus nostris accommodatior est ætas. Senuit Abraham: senuit Isaac: senuit Iacob. De quorum primo scriptum est: Erat autem Abraham senex dierumque multorum. Et iterum: Deficiens mortuus est in senectute bona pueritæque ætatis & plenus dierum. De secundo: Senuit autem Isaac & caligauerunt oculi eius & uidere non poterat. Et rursum: Consumptusque ætate mortuus est & appositus populo senex & plenus dierum. De tertio: Oculi Israel caligabant præ nimia senectute: & clare uidere non poterant. Audis ecce nec senectutem modo: sed oculos quoque caliginem ac defectum. Moyses fortasse robustior: de quo cum centum uiginti esset annorum & moreretur ita legimus: Non caligauit oculus eius: nec dentes illius moti sunt: Nunquid ideo tamen non senuerat: quia solidior senex esset? Cuius successor Iosue bellator insignis qui tot reges occidit: tot populos strauit: senio ob stare non potuit quin audiret dominum dicentem sibi: Senuisti & longæuus es: Et ipse congregato populo diceret ad eos: Ego senui: & progressioris ætatis sum. Ille uir cuius uoci deus paruit: quæ inaudita fiducia: soli ac lunæ præcepit ut starent: & steterunt: Nunquid illum fugacissimæ diem uitæ continere potuit ne properaret: aut obuiam senectutem retardaret? Quid David rex: Nōne & ipse senuerat: habebatque ætatis plurimos dies: cunctaque operiretur uestibus non calefiebat: Is cuius & inter homines & erga deum tantus ardor fuerat breui adeo refrixerat senectute ut accubantis puellæ patrocinio uteretur. Qui de seipso loquens: Junior fui inquit: Et confestim addidit: Etenim senui. Habes cui forte dierum numerum inuideas: at non perpetuam iuuentutem. Omne quod est ortum necesse est: aut immaturum occidat aut senescat mox maturius occasurum. In sæcularibus historijs: non æquam humanæ uitæ mensuram inuenies: & si quid ibi tale deprehenderit: irrisiue nonnunquam potius quam historice dictum scito. Quippe supra Ninum Assyriorum regem: qui Abraham cõtemporaneus uidetur: de excellenti rerum gestarum memoria (ut Macrobio placet) Ne græca quidem extat historia: Omnes igitur historici: qui longissime retrocedunt: a Nino initium scribendi faciunt: multisque post illum temporibus nostrorum senum incipimus exempla colligere. Itaque minime mirandum putat quidam: Nam alij litigant (ut dixi) si senescente iam mundo & uita breuior & fragiliora sunt corpora: & apud exteros quidem & pauca de multis: sed illustriora perstringant. Diutissime uixit Nestor: qui (ut scriptum est) tertiam iam ætatem hominum uiuebat. Diu Hiero Syracusius. Diu etiam Masanissa Numidarum rex: quorum alter nonagesimum annum attigit: alter excessit. Laudata Solonis: nec illaudata Sophoclis senectus: quorum primus nunquam intermisso studio semperque aliquid addiscens senuit. Secundus morti proximus: nobilissimam Tragœdiam ea quidem scripsit ætate: qua uix sui compotes esse solent qui ad uitam illam ueniunt. Isocrates orator eadem prope ætate: quarto scilicet & nonagesimo uitæ anno cum uolumen eximium adidisset: quinque annos superuixit: seram uoluptatem sui operis percipiturus. Homeri non tantum senectutem: sed & oculos cæcitatem lego: sed an senectus: an alia cæcitate causa: nescio an tu legeris: mihi enim non occurrit. Qualem autem & quam uicundam credimus Homericam senectutem: omnibus suis accumulata & instructa uicis: quare pariter reliquæ post annorum millia tanta me dulcedine afficiunt atque perfundunt: Puto idem alij accidere: ut sæpe mearum imemor curarum oblitusque præsentium malorum: totus in illius cæci serenis memoria conuiuescam. Carneades ad nonagesimum: Cleantes ad undecentesimum: Gorgias Leontinus ad centesimum ac septimum uitæ annum tranquilla senectute peruenit. Chrysippus nono ac trigesimo anno cœptum miri opus acuminis: octuagesimo moriens reliquit. Qua ætate Simonides in carminum se certamen descendisse commemorat. Aetate prouectum Socratem legimus: & ibat ulterius: nisi uenenatus obstitisset calix. Cuius præclarissimus ille discipulus Plato: uno & octoginta annis expletis: eodem ipso natalis sui die obiit: & in eo ipso cui diutissime animam intenderat exercitio litterarum. Cuius discipulus Aristoteles non nisi ad tertium & sexagesimum accessit: Quem periculosum numerum annorum & humano generi uel morte uel insigni calamitate terribilem ferunt: Et cur ita sit: rationes quidam: alij obseruationem solam experientiam longioris afferunt: Vtrumque sane quid uirium habeat: ipsi qui attulere discutiant: hunc (si uera memorant) uitæ scopulum humanæ: ne transire possent noster Cicero: non senectute sua: sed Antonij crudeli ac nefario imperio effectum est. Et quoniam ad nostros obuius Cicerone peruentum est. Venerabilis apud nos Romani regis Numæ Pompilij senectus: sed uenerabilior Catonis: Camilli: Fabij: Metelli ac Valerij Coruini: quorum fere omnium una est ætas centum anni. Appij quoque illius cæci: de cuius cæcitate

D

E

F

G

H

te omnium ciuium oculi & uniuersa respublica cōsiliū expectabant. Gloriosissime senuit Augustus: Pompeius infœlicius: Verū non de fortuna: sed de ætate hic agitur. Certe Augustus ipse omnium maximus ac potentissimus monarcha: post inceptum (ut quibusdam placet & quod nemo negat) diutissime summaque cū pace gubernatum imperiū inter multas Romanorum lachrymas: interque castissimæ coniugis amplexus: sexto ac septuagesimo ætatis anno placida morte subtractus est. Eandem metham tenuit Augustinus: ut nomine: sic uitæ termino imitatus Augustum. Hieronymus uero uiuacior fuit. Origenes ad septuagesimum uitæ annū uenit. Tertium & sexagesimum Bernardus impleuit. De Ambrosio Gregorioque non ita compertum teneo: Omnes tamen p̄culdubio senuerunt: prouidente illo: apud quem fons uitæ est: nehi pax̄ uiuerēt quorū uita multum profutura erat ecclesiæ. Ad octogimum annum uenit Asinius Pollio. Marcus Varro uiuendo & scribendo: sæculi unius sortitus est spatiū. Multa de sua senectute locutus est Seneca senex: aliquāto senior futurus nisi ferox discipulus uetuisset. Permite mihi oro te indulgentissime pater: Permite mihi ut narrationem quæ ualde animū meum præmit huic loco inferam te fauente & senectutis ad huc unicum exemplum: humile quidem ac recens: sed honestum & cui mihi dulcis ac ueneranda recordatio est: tot gloriosorum senum illustribus exemplis adijciam: nunquā id si apud alium loquerer ausurus. Fuit mihi proauus paternus: uir sanctissimus & ingenio quātum sine cultura litterarū fieri potuit clarissimo: usque adeo: ut eum non tantum de re familiari: de negotio: de cōtractu: de natorum nuptijs: uicini: aut de republica magistratus: quod de Appio cæco traditum accepimus: sed de rebus etiam altissimis & ad philosophiam spectantibus litterati homines: præsentēs absentēsq̄ consulerent: omnesq̄ in illius responsis & æquitate iudicij & acumen ingenij mirarentur. Viro nomen fuit Garcius: his modis eaque pietate prædito: ut ad consecrandam uiri memoriam nihil ei præter promotoris auxilium defuerit. Nuper me iam adolescentiam egresso: multi supererant de illo mirabilia narrantes: quæ sponte prætereo: hoc ipsum non dicturus: nisi ne fastidires exemplum. Is ergo post inouæ ac fœliciter actam uitam (ut audiebam senes nostros dicere) quarto ac centesimo ætatis anno: ipso etiam ut Plato natalis sui die: sed trium & uiginti annorū spacio uiuacior quæ Plato: & præterea eodem in thalamo in quo natus fuerat: longe ante prædicta multis transitus sui hora: in gremio filiorum ac nepotū nulla corporis aut animi molestia: nil nisi de deo & de uirtutibus loquens interloquendum quodāmodo consopitus ē: quod ex eius ore sonuit extremum illud Dauiticum fuisse ferunt: In pace in idipsum dormiam & requiescam.

Quibus uix uerbis explicitis quiescens: obdormiuit in pace. Gratias tibi pater amatissime quod me hæcenus passus es proauis mei memoriam repetere: & nomen eius his ad te litterulis oculere: quod nescio an usque dignius quæ inter egregios senes collocandum esset. Sed quid ago? Breuis cōsolatio in longam historiam uersa est. Dabis autem ueniam si scias quanta cū delectatione uersatus sum cum his optimis atque lætissimis senibus: quibus te iam nunc meque non multo post ascriptos cupio: & si cæteris in rebus impares: at æquanimitate & patientia saltem pares. Ne enim me propositi prorsus oblitum putes: Quis æger ferat se senem fieri: dum tales uiros senes factos esse meminerit: Immo uero quis non magno cum gaudio participet sortem beatissimorum hominum: & alacri animo cōmunem sibi cū talibus excipiat senectutem? Quis enim horum: seu quis omnino hominū diu uixit: & non senuit: cuius longam uitam legimus non in senium desinentem? At nos uoto contrarios: senecumque pugnante: diu imo semper uiuere cupimus nunquā senescere: nunquā interire. Scio autē quid responsurus es horum te omnium non ignarum: Illud dolere: quod ante tempus senueris: cōmunis omnium senescentium querela. Et Numa Pompilius cuius supra mentionē feci: prima ætate canus fuit: & Virgilius poeta. Tota ætas nostra his læticiis abundat. Ego ipse non tam queri soleo quæ mirari quæ canos aliquot ante uigesimalimum quintum annum habui: cum illud non exciderit: quod genitor quondam meus in reliquis neque me sanior neque ualidior: quia post quinquagesimum ætatis suæ annum consulto speculo supra uerticem sibi unū forte capillum ambigua canicie albescentē uiderat: plenus stuporis & querelæ: totā nō modo familiam sed uiciniam excitauit. Hoc est quod æuum nostrum doleret: hoc quod iuuentus nostra conqueritur: multū breui tpe uariasse: uiuēdi senescendique modū: e quibus forte secundū fatear: primum negem. Senescunt solito citius: nec id forsitan usquequaque uerum est: sed quod incunctanter affirmem solito citius canescunt: siue id latens causa siue curarū multitudo efficit. Profecto enim nostri maiores melioribus: nos pluribus curis inuoluimur. Ni

H

I

K

hil est autem quod magis præcipitet iuuetæ florē q̄ curarum anxietas & labor animi. Cæterum uitæ modus nisi eum casus aut culpa præsecuerit: idem prope modum pmanet: qui Psalmographo præscriptus est carmine. Sed quoniam tua me religiosa modestia certum facit: non te canos conqueri: quos potius amplecti: & si intempestiui essent: ac gaudere nō dubito si quod Stiliconi suo Claudianus attribuit: Vultus factura uerendos: canicies festina uenit: Verū alia quædam senectutis incōmoda lamētari: quæ plura apud alios: apud Tullium sunt quattuor: Imminutio uirium: auocatio a rebus gerendis: ademptio uoluptatū: mortisq̄ uicinitas. Multa quidem hoc loco ī tuam cōsolationē dici possent: sed rem a Tullio ex intētionē tractatam retricare temeritas. Habes eius de senectute librum: qui inscribitur Cato maior: quo lecto nihil erit quod requiras amplius (ut reor) nihilq̄ quod non modo molestam: sed non plane gratissimam senectutem faciat tibi. Nam quātū ad celeritatem anticipatumq̄ tempus attinet: hoc unū dixerim: Sicut em̄ ubicunq̄ mors occurrit: senectus est nostra (quod doctissimis uiris placet): sic ubiuis debilitas corporis affuerit: senectus nostra est. Nā ut uitæ terminus est mors: sic floridæ ualidæq̄ iuuentæ terminus est quādocūq̄ incidens māsura debilitas. Siue igitur totius: siue robustioris uitæ finis dici senectus debet: qualibet ætatis parte se offerat: datum tempus impleuim⁹ & legitima est senectus. De paupertate quid putas dicā? Quis nō est pauper: nisi qui nihil cupit? Hi qui ditissimi uidentur: eo cæteris pauperiores sunt quo pluribus egēt: cum necessarijs egere ea demum sit paupertas. At isti procul a uero falsis opinionibus acti: sibi necessaria fecerūt: quæ apud minus infanos uoluptuosa quidem: apud sanos uero superuacua: postremo autē apud doctos damnosa etiam atq̄ omni studio fugiēda sunt. Vere itaq̄ sunt omnium pauperissimi: innumerabilium egeni: & uel affecutione rerum optatarum accedentes indigentiam uel expectatione torquentes. Nec sum nescius quid ad ista respondeant. Cōtemni paupertatem aliquāto difficilius re q̄ uerbo. Non obluctor: dura res est fateor: sed dij boni q̄ tuta: q̄ segura: q̄ expedita: q̄ libera: q̄ deniq̄ si amare illam in animū duxerimus iucunda. Sed desinamus paupertatem laudare & amare diuitias: & reuera quotus hominū inuenitur: qui cum paupertatem ualde laudauerit: laudatam tota intentione non fugiat? Victa erit & in æternum ab animis hominū relegata: uel potius extincta cupiditas: si quot laudatores habet paupertas: totidem habeat amatores: Habebit autem multo plures si inotescere cœperit quid boni habeat: quid quietis ac fœlicitatis adducat. Hactenus tamen: ut ætate lucani erat munus dei est: nondum mortalibus intellectum nisi admodū raris: In quibus sunt exempla illa clarissima. Valerius: Cincinnatus: Curius: Fabritius: Regulus: non diutius q̄ dum leguntur: audiuntur uer: & tunc quoq̄ non nisi superficetenus: animos cæcos auaricia & cupiditate tangentia. Sed multo maxime sacratissimi senes nostri qui circūierunt orbem terrarū: ueritatem ingerendo pectoribus hominū: in fame & nuditate latissimi: uictisq̄ & calcatis necessitatibus triumphantes: quorū nudis pedibus non erat tellus digna calcari. Aude te ipsum talibus exemplis inferere: Aude hospes contemnere opes: Non fortuito neq̄ indeliberate: Aude in quā plures ad cōtemptum uitæ & ad effundendū proprium sanguinē: proficiendaq̄ animas q̄ ad cōtemnēdas diuitias fuere magnanimi: Aude igitur & tu hospes qui non habes hic mansuram stationem: deponere sarcinam libertatis amatoribus impertunam: tanto tutior ad patriam peruenturus: quāto expeditior incesseris: Aude in quā cōtemnere opes: & quod sequitur: te quoq̄ dignum singe deo. Quis em̄ dubitet opes potētiamq̄ contemnere: dum meminerit (ut sileam cæteros) Christi sacram atq̄ humilem paupertatem: præcipue si huic cogitatio illa succreuerit: quantū calamitatum: quantū ue discriminum iste omnibus uotis exoptata expetitæq̄ diuitiæ secū ferāt? Certe Salomō is qui apud Hebræos sapiens habetur: ut Lycurg⁹ apud Lacedæmonios: Solon apud Atheniēses: Cato uel Lælius apud nostros: Nō diuitias neq̄ paupertatem optat a deo: superbiendi scilicet desperandiq̄ materiā. Quid ergo? Tātū uictui meo tribue inquit necessaria. Quē secutus Apostolus: Habētes uictum inquit & quibus tegamur: his contenti simus. At nos nō modo diuitias optamus: sed in hisipsis nihil magis appetimus q̄ quod nocet: luxum scilicet & excessum. Quid enim oro te: quid est in auaricia quod delectet? Nempe nil aliud q̄ quærēdi labor: q̄ seruandi pauor: nil in quā aliud q̄ timere ruinas: incēdia: rapinas: domesticos & externos fures: Ad extremum mures ac tineas: Esse semper occupato animo ac mœsto: Oēs curas ipsumq̄ cor uiuentis in auro sepelire: cum sit scriptum: Vbi thesaurus tuus: ibi cor tuum. Vere ergo misera est magni custodia census. Sed hæc nobis accidunt nescientibus (ut

Quattuor esse  
quæ tristē se/  
nectā reddant

L  
Quis iure di/  
ci possit paup

M

N

Nihil auari/  
ciæ inest nisi  
quærēdi la/  
bor & seruādi  
pauor

ait Flaccus) Quid ualeat nūmus quē praebeat usum. Sic affectis si honestus diuitiarū modulus accesserit: paupertas dura uidebitur. Sūt sine ulla difficultate fortunæ: Illi duo diuitiarum gradus a Seneca descripti: habere quod necesse est: habere quod sat est. Accedat & tertius: quod abunde est: & quartus accrescat: quod multum est: nihil actum putabit donec ad id anhelando & æstuando peruenerimus: quod nimium est. Ita nisi nocere cœperint: nisi causas miseriarum & laborū & forsitan festinatæ mortis attulerint: diuitiæ non erunt. Sed quid rursus ago qui tibi aduersus paupertatem arma cōquiro? Quæcūq; de hac re nō tantum dici: sed cogitari possūt nota sunt tibi. Vnum erat in animo præter uulgata hæc quod tibi nō subtraham: Equidē: ut euacuatio prægrauato corpori: sic tibi necessaria est paupertas. Tergiuersentur licet (ut audio) quidam ex uestris & cauillentur: paupertatem tamē uel expræsse uel tacite nouisti: Bene habet: tu illam fugiebas: illa te sequit̃. Iam quæ attigit arripuitq; uotis optanda necessitas: quæ te cogat implere quod debeas. Christi seruus es: scis quid illi conueneris: sile: patientiam habe: nō te possum æquis auribus audire. Perinde mihi paupertatem desles: quasi nescias nudum te intrasse in hanc uitam: nudum egressurum: & quasi nō paupertatem Christi: sed Croesi diuitias sis professus: Crede mihi pater: paupertas sæpe multis utilis ad salutem fuit: nulli unq; inutilis: nisi his qui eam impatientia & lamentis exasperant. Tibi quidem adeo non tantū utilis sed necessaria & salutaris est. Ut si ne illa neq; saluus esse: neq; creatori tuo potueris pacta seruare. Hæc in præsens de honesta & sobria paupertate perstrixerim. Illa em̃ importuna & sordida quæ turpis ægestas apud poetam dicitur: Deo gratias: te nō tãgit: ad quam leniendam maioris eloquentiæ uiribus opus esset. Iam hinc ad podagræ remedia ueniendum est. O si quis eo morbo tentus: ĩ hęc epistolæ partem forte oculos coniecerit: quã putas spem concipiet fomenti cuiuspiam: aut pulueris: aut lenitiuum cuiuscūq; consilij: desinat ex me talia sperare: Volo labori suo parcere si ex his litteris hoc sperat ulterius non legat: huius enim generis remedia: medicorum eruditiores magna ex parte desperant. Reliquos si cōsulas: nihil homini diuiti desperadū: nihil inopi sperandum dicent: cum tamen sapius diuitum domos hæc pestis inhabitet. Si hos igitur audire uolueris: præstabunt tibi ut inter angustias præsentium dolorū & futuræ sanitatis spem semper ligatus ulules: semper oleo tristitiæ unctus atq; unguentis madidus ingemiscas: Ego uero te siccum solutumq; ac liberū dolere maluerim: diæta exercitio laboribus: aduersus nouum hostem solidare corpusculū: hac in re nihil a medicis sperare præter uerba: si quid aduersus podagram auxilij est: totum a paupertate: uel si id frustra sit ab animi moderatione poscēdum: podagræ medicina optima paupertas est: seu illam necessitas: seu uoluntas attulerit: Vltimam hanc frugalitatem uocant: quã definiunt uoluntariã paupertatem. De his autem alia ad te olim epistola satis dixisse uideor: quando nondū ad me nisi podagræ solius fama peruenerat: si unū quod tunc me latebat illis addidero: Credere me diuinitus permissum: ut podagræ paupertas accesserit: ut sicut ex quibusdam uenosis animantibus fit remedium ueneni: & sicut apes ex quibusdam herbis amarioribus dulcissima mella conficiunt: ita tu malis tuis: non aliunde q̃ ex tuis malis possis conflare remedia. Et de paupertate quidem remedioq; quod illa secū habet hæctenus. De animi autē moderatione patientiaq; longior sermo est: auctoritatibus: rationibus & exemplis instructus: Hic occurrit Marius: hic Marcus Attilius: hic integræ Romanæ legiones: Nulla enim gens in hac gloria par est: Hic ex alio genere hominū Possidonius: Anaxarchus: & quo uilius: eo nisi fallor efficacius exemplum. Seruus Afer ultor domini a Tito Liuiio relatus: qui tormētis laceratus: non modo nō ingemuit sed superante laticia dolores: speciem quoq; præbuit ridentis. Innumerabilia sunt id genus: e quibus non modo epistolā impleas: sed libꝛ: Verum tamen ut dixi: post Ciceronem: uerecundū modestumq; silentiū uidetur. Est secundus illius inter Tusculanas disputationes liber: quem sæpe salubrem in meis doloribus expertus: aliquot insignes uiros: audiui de libri illius efficaciacia similia memorantes. Illum tibi familiarem facias uelim: Illum in manibus habeas: quotiens notis indicij: aduentare podagricū senseris dolorem: Quod est alia multo dulcior multoq; suauior & docto ac religioso uiro dignior medicina: In omnibus laboribus ac doloribꝛ nostris: quibus carere nequit uita mortalis: meminisse laborū ac dolorū: quos pro nobis Christus pertulit: meminisse uulnerum: quibus uulnera nostra sanata nosq; periculo sempiternæ mortis erepti sumus: meminisse clauorum ac lanceæ preciosissimiq; sanguinis: quo lauacro sordibus ablutis recreati & clamēt̃ admoniti sumus temporales alto animo calcare molestias: nihilq; nisi ater/

O

Paupertas multis utilis fuit

P

Podagrici morbi remedia

Q

Romani alias gētes patientia superarunt

R

næ damnationis & pœnarum immortalium supplicia formidare. Illud insuper meminisse profuerit: nō modo Christum cui propter deitatem suam: propter incomparabilem gloriā inaccessibilemq; potentiam: omnia prona erant atq; facilia: sed candidatum quoq; quē uocant martyre exercitum: multosq; ut nos sumus mortales homines: & (quod miraculi clarioris est) nō modo uiros fortes: sed sæpe etiam mulierculas ac puellas diuino spiritu afflatas illa pertulisse: in quorū comparationē quicquid pateris quies atq; solaciū dici possit. Trita hæc: & tibi imprimis professionis tuæ debito notissima: ideoq; diutius non insisto: ad secretiora festinās. Est remedij genus: quod tu forte non cogitas: quod cum legēti mihi litteras tuas subito occurrisset: risum mouit (ut dixi) Nolo autem indignis: me quod ī meis sæpe soleo: in tuis malis etiā iocari: Non in doloribus tantum: sed in morte iocari solitos: uiros fortes doctosq; comperimus: Testes sunt Vespasianus princeps & Socrates philosophus: Patere me in pedum tuorū doloribus idem facere: quāq; non merus: sed ueritate conditus iocus est meus. Quid enim putas: Recēse pater ab adolescentia cursus tuos & animū stare nescium: uidebis ut frenum equo indomito: sic tibi necessariam podagram. Esset necessaria forsā & mihi ut iam tandem stare loco discerem ac mecum habitare: Tibi tamen procul dubio: ante omnes quos ego nouerim necessaria est. Isses extra nostræ habitabilis çonæ terminos: transisses oceanum: adisses anthipodas: nullū tibi discurrēdi finem qua polles in reliquis ratio fecisset. Quid multa: Nō alio q̄ podagræ auxilio sisti quibas. Illa tibi frenum stringit iubetq; cōsistere. Quid ais? Parebis: uelis: nolis. Noli autē iniuriam arbitrari. Nihil cuiq; tempestiuus accidit: nihil unq; oportunus. Fluitantem carinam magister puppis fune uel ancoris regit: & tibi prope terram unde primū in altū es euectus ancora iacta est: Permisit tibi tua sors uagam ac laboriosam iuuētutem: nec senectuti daturus serias uidebaris: Podagræ beneficio quiescet. Vagum & instabile iumentum cautus pastor alligat: ubi discursu uetito quiescendi pascendiq; fit facultas. Agnosce pastoris tui prouidentiam: Non te in Perside: non in Arabia uel Aegypto: ubi uelut in suburbano uagabaris tuo: sed in patriam integro membroq; obsequio reuersum: post peregrinationes innumeras: & (si te noui) nunq; tuo iudicio desituras uberrimis & amœnissimis alligauit in pascuis. Ad cumulum enim gratiæ cœlestis accedit q̄ non te Romæ clausit: ubi & proprijs & familiæ tuæ titulis es clarior: q̄ quieti tuæ expedit. Sed nec p̄cul & extra prospectū dilectæ urbis amouit. Quid ergo? Tybur tuo senili ocio deputatum ē: prouisumq; ne fugias: Doles & nō potius deo gratias agis: qui te tot terrestribus maritimisq; periculis: totq; tam longis anfractibus ereptum hac demum uoluit consistere terra (ut ait Maro) Vbi scilicet animæ simul & corporis alimenta non desint: libri tui: feruor tuus: ingenium tuum & purissimi aeris & nitidissimarum species aquarum & pulcherrimæ telluris amœnitas tetricum licet & agrestem animum mulcere quæant: ubi semper assit patriæ prædulcis aspectus: amicorum moderata propinquitas: submotis tædijs: absente fastidio: quæ tibi uel immensæ urbis strepitus uel iugis fortasse tot notorū cōuersatio peperisset. Fruere bonis tuis grate anter: æquanimitate: pacifice: melius tibi accidit q̄ putabas: commodiorem toto orbe locum nequiuissos eligere: q̄ quē tua tibi sors obtulit. Sed instabis: Et cur nō inquires sine hac corporis iniuria: lubes respondere quod sentio: Animus tuus uinculis egebat. Id nō ad infamiam: sed in partem laudis accipias precor: Quo enim fertilior est ager: eo pluribus abūdat compescēdis extirpandisq;: ut seges utilior coalescat: & sæpe quo generosior atq; ualidior: eo ferocior est equus & tenacioribus uinculis egens: Eesses nunc (ut auguror) in aliquo mundi angulo: Iam Nilū: Iam Indum aut Tanaim transnatares: Iam Rhiphæos montes aut Hericini saltus dumeta transcenderes: uagus semper & profugus super terram. Occurrit pietas illius qui solus morbos nostros & morborum nostrorum medicamenta cognoscit. Non iccirco minus utilia: quoniam amariora sunt. Illa magis ingenua uideri potest: & humanitate tua dignior querela q̄ præsentiam atq; conuictum meum ualde suauiter requiris: & in quo unice tibi complacebas (ut dicis) tum cum maxime delectaret ablatum luges. Eniuero nihil negocij est hic. Si es amicus: immo uero si pater (neq; enim alium te pietate eximia & paternis semper affectibus comprobasti) Nullus tibi me locus: nullum tempus eripiet. Pone me in supremo Atlantis Meduseis luminibus durato uertice: te in rupe Caucafea ubi uinctus Prometheus de Ioue conqueritur: simul sedebimus: simul ambulabimus: simul cœnabimus: simul fabulabimur: simul seria tractabimus. Nihil unq; interueniet quod uicinos cernere & audire prohibeat. Volucer est amor: non terras tantum: sed cœlum transit & ma-

S

T

V

hystoria corporis  
no epistola

ria: nec podagram nouit ille nec compedes: liberrimus est: & fortuna licet oblectate ubi uo-  
 Amor mortis luerit presens. Miraris: Mortis quoque nescit imperium: & quod illa uidetur abstulisse com-  
 nescit imperium plectitur. Itaque uersos in cinerem: apud illum integros iuenies: & natum Octauia: uirum Ar-  
 temisia: amicum Lalius inuita morte: & effractis (ut ita dixerim) tumulis uiuos habent ac  
 X presentes. Habe igitur me: nam & ego te habeo: nulla mihi sine te dies agitur: nulla nox: nul-  
 lum iter: nulla confessio: ubique tecum sum. Qui si forte (quoniam negare non possum) dul-  
 ce quiddam & iucundum in se habere presentiam amicorum: modo illud mihi non nege-  
 tur: saepe dulcior esse memoriam: & quod nollem: saepe delicatam esse presentiam. Si er-  
 go ad solacium uitae tam tibi utilem presentiam meam putas: duplex ad id uia est: nam &  
 ego supra spem tuam ad te uenire: tuumque & Horatii uatis astituum habitaculum uidere: quan-  
 tumque desiderio tuo sufficiat manere non renuo. Et tu si ad me uidentem uenire malles (hu-  
 manus enim animus his dulcius frui solet quae laboriosius quaesiuit) monstrabo tibi uiam  
 in qua nec pedum uitio tarderis nec terram cogaris plantis attingere. Inter seruorum ma-  
 nus ad amnem Tyburtina moenia praelabentem perges. Ibi nauiculae impositus prono  
 alueo descendes donec ad dexteram Tyberis occurrerit. Inde iam latiori amne per ipsius urbis  
 Romae moenia ad mare peruenies. Inde etiam dextrorsum sed fortiori alno creditur: Tyrre-  
 ni sinus aequoris obibus: donec longe relicta Massilia rursus ad dexteram rate fluminea Rho-  
 dani ostio subuehare. Qua uetere Arelas palustribus uadis & lapidosa planicie: mox in ru-  
 pe horrida tristes sedet Auennio olim: nunc pontifex maximus Romanus propriis sedibus  
 desertis obtante (ut arbitrator) natura: caput orbis efficere nititur: & laterani immemor &  
 Y syluestri. Inde semper aduerso flumine tribus passuum millibus aut paulo amplius ascen-  
 dens argenteum gurgitem obuium habebis ad dexteram flecte iter: Sorgia est placidissima  
 fluuio: Cuius aquis quindecim aut circiter passuum millia conscendens: nulli secundum fontem  
 lucidissimi amnis originem uidebis: & incumbentem scatebris praeraltam rupem: ut iam  
 transiri ulterius nec possit nec oporteat. Ut enim dextera & secunda sint omnia: illic tandem  
 in terram depositus: ad dexteram me uidebis. Vbi enim procul ab Italia possum esse tran-  
 quillius: Videbis autem modicis: sed umbrosis hortulis angustoque contentum hospitio:  
 sed quod tanti hospitis aduentu factum putes augustius. Videbis quem desideras optime  
 ualentem: nullius egentem rei: nil magnopere de fortunae manibus expectantem. Videbis  
 a mane ad uesperam soliuagum: herbiuagum: montiuagum: fontiuagum: syluicolum: ru-  
 ricolam: hominum uestigia fugientem: auia sectantem: amantem umbras: gaudentem an-  
 tris roscidis pratisque uirentibus: execrantem curas curiae: tumultus urbium uitantem: ab-  
 Z stinentem liminibus superbiorum: Vulgi studia ridentem: a laetitia moesticiaque pari spatio  
 distantem: totis diebus ac noctibus ociofum: gloriantem musarum consortio: cantibus uo-  
 lucrum & nympharum murmure: paucis seruis sed multis comitatum libris: & nunc domi  
 esse nec ire: nunc subsistere: nunc querula in ripa: nunc tenero in gramine lassatum caput &  
 fessa membra proicere: & (quae non ultima solatii pars est) neminem accedere nisi perraro  
 qui uel millesimam uaticinari possit suarum particulam curarum. Ad haec modo obnixum  
 defixumque oculis tacere: modo multa secum loqui: Postremo seipsum & mortalia cuncta con-  
 temnere. Ecce pater dum te uoco ueniendi laborem abstulisse uideor: si enim haec plerisque  
 fidem habes: abunde me uides: iam tandem: dum enim colloqui uideor: epistolam me scri-  
 bere sum oblitus. Vale.

Fran. Pet. ad Ioannem Columnae: quare in epistolis tot antiquorum exemplis  
 utatur rationem reddentis: exempla etiam plurimum ad uirtutum imitationem  
 ualere ostendentis: Epistola XC.

A **E**xemplis abundo: sed illustribus: sed ueris: & quibus (nisi fallor) cum delectatione  
 insit auctoritas. Possem autem paucioribus uti: fateor possem: & sine exemplis age-  
 re: nec istud inficio. Quippe cum & tacere possem & forte consultius: sed in tot mun-  
 di malis: inter tam multa dedecora tacere difficile est. Satis patientiae praestitisse uideor: quod  
 nondum Satyrae calamum applicui: cum diu ante haec monstra scriptum uideam: difficile  
 est Satyram non scribere. Multa passim loquor: multa etiam scribo: non tam ut saeculo meo  
 proficiam: cuius iam desperata miseria est: quam ut meipsum conceptis exonerem & animum  
 scriptis soler. Verum tamen si ratio quaritur: cur exemplis interdum affluam curiosoque in  
 his uidear immorari: Dicam: puto lectoris eo animo esse quo sum ego: me quidem nihil est

quod moueat quatum exempla clarorum hominum. Iuuat enim assurgere: Iuuat animum experiri an quicquam solidi habeat: an generosi aliquid atque aduersus fortunam indomiti & infracti: an sibi de se ipse mentitus sit. Id sane praeter experientiam quae certissima magistra rerum est: nullo melius modo fit quam si cum his quibus simillimus esse cupit admoueam. Itaque sicut omnibus quos lego gratiam habeo si mihi saepe propositis exemplis hanc experiendi facultatem dederint: sic mihi gratiam habituros spero qui me legent. Fallor forsan in hac spe: tu tamen in hac narratione non falleris: Haec enim una uera rei causa est. Altera est quod & mihi scribo: & interscribendum cupide cum maioribus nostris uersor: uno quo possum modo atque hos cum quibus iniquo sydere datum erat ut uiuerem: libentissime obliuiscor: inquam hoc animi uires cunctas exerceo: ut hos fugiam: illos sequar. Sicut enim horum grauius conspectus offendit: sic illorum recordatio magnificorum actus & clara nomina incredibili me afficiunt atque inextimabili iucunditate: Quae si omnibus nota esset: multos in stuporem cogeret: quid ita cum mortuis esse potius quam cum uiuentibus delectarer. Quibus ueritas respiceret illos uiuere: qui cum uirtute & gloria diem obierunt. Hos inter delicias & falsa gaudia exultantes: luxu somnoque marcidos: uino graues: & si uiuere uideantur: esse tamen adhuc quidem spirantia sed obscuro iam & horrenda cadauera. Verum haec inter doctos & indoctos: aeterna lis maneat: ego sequar inceptum. Habes ergo quod interrogationi tuae: quodque quorundam qui tecum sunt admirationi modo responsum uelim: cur exemplis abundem ueterum illustrium: quod & alijs profutura spero: & mihi scribenti ac legenti profuisse admouendum certe scio. Deinceps (quoniam nihil ab uno homine quod omnibus hominibus placere potest) mirentur improbantque si libet: Certe ego: ne propter alienum murmur intermisisse uidear morem meum: inserere huic etiam epistolae aliquot exempla non desinam: & quid exempla possint: exemplis ostendam. Omnes qui ante Marium a medicis secabantur: uinciri mos fuerat: quia enim dolorem corporis animi robore superari non posse per suam erat: uinculorum auxilio utebantur: Primus Marius solutus sectus est: sed post eum plurimi: Cur quae: nisi quia exemplum uiri constantissimi atque fortissimi ad imitandum animos erexit: & (ut compatriotae sui uerbo utar) ualuit auctoritas: Bello latino Decius consul seipsum pro legionibus & pro populi Romani uictoria deuouit: Res dictum quam executio: ne facilius: sponte tua mortem appetere ut alteri uictoriam quaeas: tam efficax tamen exemplum fuit: & tam ualidum: ut bello Sannitico ac Gallico: filius Decius & ipse consul: patris imitator existeret & nomine patrem uocans: securus iret ad mortem: quam pro salute suorum ciuium: contemnere illo auctore didicerat. Quos bello Tarentino aduersus Pyrrhum imitatos nepos: tertia tandem uno de grege uictima: & si non eodem infularum habitu: pari tamen animi uirtute: eademque reipublicae pietate procubuit. Nunquam talis uir Themistocles fieret: nisi Milciadis exemplis accensus: fieri illi par in animum induisset. Nunquam Iulius Caesar in illud gloriae culmen ascendisset: nisi mirari & imitari Marium ab adolescentia didicisset: Quin & Alexandri profuit imago in templo Herculis gradibus conspecta: qua mox ad cupiditatem magnas res agendi: non exarsit modo: sed (ut ait Tranquillus) ingemuit. Profecto autem si statuam illustrium possunt nobiles animos ad imitandi studium accendere: (quod. Q. Fabium Maximum: & Q. Cornelium Scipionem dicere solitos Crispus refert) quanto magis ipsa uirtus hoc efficit: clare dum proponitur: non marmore sed exemplo: Corporum nempe liniamenta statuis forsan expressius continentur: Res uero gestarum morumque noticia atque habitus animorum: haud dubie plenius atque perfectius uerbis quam inculdibus exprimuntur. Nec improprie mihi uideor dicturus statuas corporum imagines: exempla uirtutum. Quid de ingenijs loquar: Imitatio unum insigne par syderum linguae latinae Ciceronem ac Virgilium dedit: effecitque ne iam amplius graecis ulla in parte eloquentiae cederem. Dum hic Homerum sequitur: ille Demosthenem: Alter dum ceterum suum attigit: alter a tergo liquit. In omni hominum genere licet ostendere idem: sed in eo quod in me reprehenditur artius: nolim hodie nimius uideri. Vnum etiam nunc exemplum tibi notissimum: quo minus interferam temperare nequeo. Siquidem quem uita callem arripere ditissime fluctuanti Augustino & Antonij & Victorini rhetoris ac martyris profuit exemplum: necnon & illorum duorum in rebus agentium: apud Treueros repentina conuersio: quam cum sibi Pontianus miles Imperatorius enarrasset. Ipsi Augustini uerba tenes octauo (nisi me memoria frustratur) confessionum libro posita. Exarsit inquit ad imitandum. Ad hoc enim & ille narrauerat. Haec ergo consilij mei ratio est propter obseruatores ac mi-

B

Eos hoies uiuere qui cum uirtute obierunt

C

Marius

Decius se pro salute populi deuouit

D

Themistocles

Iulius Caesar

Alexander

E

Homerus Virgilius: Demosthenes Cicero imitatus est

Augustinus

ratores meos sapius iteranda. Video enim quod multis exempla contulerint ad uirtutem: & quid in me agant sentio: & de alijs idem spero. Si fallor: res periculo abest: & quibus exempla non placent: non legat: neminem cogo: & si me rogas: a paucis legi malim. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Barbatum Sulmonensem: mortem Andreæ Roberti regis Siciliae filij indignam ac miserrimam deplorantis: Epistola XCI.

A

**H**eu quod uiolenti: quodque inuitabiles sunt fortunæ exitus uel præuisi. Sæpe quidem (ut nosti) Barbate amantissime: de fortuna deque alijs quibusdam loqui soleo ut uulgus: ne in sermone cõmuni singularis appaream: si seorsum interroger: respondurus fortasse longe aliter. Sed transeo ne si hæream: acturus aliud de hac re superuacuis disputatiunculis implicer abstraharque. Vt autem cõceptum sequar & fortuna omnipotens & ineluctabile fatum: non cum uulgo solum: sed cum maximis atque doctissimis quibusdam uiris. & imprimis cum Virgilio uideri posset: nisi & unus omnipotens & fati nomen in ore catholico suspectum foret. At quæcumque uis illa sit: seu dei iudicio: seu permissu: res hominum uersans haud dubie magna uis & prorsus ineluctabilis est: & aduersus quã frustra ibecillitas nostri conatus accingitur. Nam in cursu facili cõsiliium humanum opprimat mali moles: & mortale remedium discutit inuicta necessitas. Id si unquam alias: nunc maxime intellectum cõspectumque clarissime est. Rogo quid noui: quid inopini accidit: Quis non ista præuiderat: & præuidisse quid profuit: Tam profunde enim totis regni præcordijs se nequitia dirum uirus infuderat: ut iam nisi mortiferum esse non posset: tantum audaciae tantumque licentia reproborum: tanta piorum desperatio: tantus mœror incesserat: erant crebra undique uelut instantium procellarum signa. Graues frontes turbida nubes obduxerat: & turbida pectora pugnaces urgebant uenti: fulgurabant oculi adentes: flabant ora minacia tonabaturque prope erat ut manus impia fulminaret: æquor aulicum iam tumebat: iamque æstus horribonus & reciproci fluctus & obscœnæ aues & peregrina prodigia uestris late littoribus recurfabant. Morte regis mutata: regni facies: & cum unius uiri anima: omnium uigor & consilium euauuisse uidebantur. Spectabamus hæc omnes futurisque non secus ac presentibus angebamur malis. Loqui autem quis auderet: ubi uix liberi cogitatus erant: & non tantum uocibus: sed nutibus parata supplicia: Quobrem in truijs muti omnes: in thalamis murmur ambiguum: mœsta præfagia & impendentium nuncij malorum: taciti augures: metus ac dolor: Denique sic apertis oculis torpuerat animi: quasi quos uicini fulminis lux horrenda præstringeret: Nemo (nisi fallor) unus hominum me apertius timuit doluitque liberius: nemo illa curia portenta & introspectit acutius & contumacius: aut lingua percussit: aut calamo: Heu quanta quamque euidens prouerbiorum fides. Mala uaticinetur iniquiunt: qui uates ueridicus fieri uult. Et iterum: Raro ulla calamitas sola uenit. Sic est: sic ab antiquis audiuius sic uidemus. Magna semper erumnarum acies: incomitata non prodeunt miseria. In multas incidisse se nouerit qui in unam incidit. Equidem ut in tanta malorum copia: miseros multos esse necesse est: sic in tanta bonorum inopia felices paucos. Et sane miseris miserorumque gemitibus atque querelis referta sunt omnia. Contra autem: qua sit mortalibus rara felicitas quis non uidet: cum & in hoc uitæ tramite: si acriter iutueare fortunæque phaleras diligenter excutias: nemo uisquam esse felix aut uotoque plene cõpos occurrat: & apud scriptores rerum uix comitè unum. pcul in ultimis Arcadum latebris: felix illè habet. Metellus inuenerit: Quibus ita se habentibus: quis miret ut in hominum turbam coniecta spicula: sicut congeriem malorum missa uaticinia non erraret. Vtque ad uiuam illa: sic ad uerba ista perstringere. Memisti amice ut olim præsens uerbis uiuio adhuc: mox extincto rege: cui soli suum hoc & proprium nomen fuit absens litteris: nec multo post præsens iteque uiua uoce: non sine suspirijs quid sentire quod ue in posterum prælagire: quasi iam tunc uerturi certus explicui. Videbam enim subtractum regni fastigio fundamentum: erantque sub oculis corruentis regiae graues casus. Caput adolescentis iuocui primam omnium hac ruina oppræsum iri fateor non uidebam. Nescio quid obstabat feralibus cõiecturis: id unum quod in malis pessimum erat abscondens: quamquam (ut meminisse uideo) iam inde primis ad te litteris agnum lupis obiectum: Vtinam non tam certo dixerim augurio: & præfecto lupo: rum morsus ac rabiem & illa cõmunia perditorum hominum: contemptum: odium: inuidiam: dolum: rapinam: carcerem: exilium cogitabam. Talis hominis: talem mortem nec cogitare didiceram nec uereri: Quippe qui nullis ex Tragœdijs tam nefarias & tam truces insidias meminissem. Tulit ecce feracissima scelestæ ætas nostra quo gloriæ antiquitas: quo se posteritas cõsoleat. Vtque omne autem fiat excusabile: hoc in tempus summa sæuitiæ ac totius inhospitalitatis erupit. O

Fortuna ineluctabile fatum

B

Nemo in hac uita esse felix

C

brevi multū mutata Neapolis: O infelix Aversa: Vere auersa: nomē ex re sumptū. Aversa inquam prorsus ab humanitate ac fide: quæ prima homini secunda regi & iusto domino debebatur: In te utriusq; sprete reuerentia: utriusq; in te sacrum gētibus fractū fœdus. In te enim fraude impia perijt rex tuus: ferro utinam aut uirili morte alia: ut hominū manibus interfectus: non ferar; dentibus atq; unguibus laceratus uideretur. O iniquo condita sydere: infausto signata uomere: cementis extructa sanguineis: & uipereis habitata cultoribus: magistra urbs crudelium exemplor;. Abunde impietatis & criminū erat animantum principis sacrosanctam effigiem ad imaginem dei factam: uiolare tam atrociter: tam superbe. Nunc id scelus non in homine quolibet ausa es: sed mitissimum innocentissimūq; hominū & dominum tuum & ante annos tui sollicitum: tui amantem: raræ indolis puerum: magnæ spei regem truculentissime laniasti: Immo nō tu: sed in te acres & immites: dicam homines an bæluæ: an quod aduenticij genus monstri qui orbem Italicum barbarica feritate maculantes: tuum suūq; regem: non gladio: non ueneno: dura licet: at solita regum morte: sed uelut incendiarium aut latronem infami laqueo peremerunt: Et cuius uertici debitum ac speratum diadema: diu perfida tergiuersatione distulerant: eius collo restem & nodos miserabiles iniecerūt: Ut exequiar; genere alio: & uita longiore dignissimi corporis ludibria indigna præteream: si nostro forte silentio posteror; noticia subtrahantur: Tu quidem misera ciuitas hæc perpeffa tuis in penetralibus: quæ omēs terras & omīa sæcula tristi sint inquina natura memoria. Cæterum & culpæ expers: nisi q; patientia criminū sæpe consensui proxima est: & si nec obstare poteras nec ulcisci: miseratione potius digna q̄ odio. At tu Christe sol iusticiæ cuncta uidens & æternis radijs uniuersa collustrans: ut quid hæc infamiæ nebulæ passus es terris nostris incumbere: cum posses tam facile: nisi delicta hominū obstarent: uapores noxios odiorum: caliginosæ noctis algore concretos: seruido tui amoris splendore prumpere: Tu autem summe regum nostri temporis Roberte: quem ex aliqua cœli parte res nostras & miserari credididerim & spectare: quibus hoc nefas luminibus aspexisti: & hanc tantam tui sanguinis iniuriam: quo animo pertulisti: An non poteras pijs precibus impium scelus auertere: An poteras: sed nolebas: subdifficilis cōiectura. Et si enim simillimum ueri sit te cœlesti gaudio repletum terrenis doloribus non moueri: Nūquid tamē tuorum charitate atq; ingenita pietate non tangeris: Vt cunq; est: fœlicem te qui hūc diem in corpore habitans non uidisti: quin te superstite nunq; tam flebilis illuxisset dies: nūq; tantum inuidiæ licuisset. Fuit enim uere frons: regia regni salus: conciliatrix animor;: iusticiæ alitrix expultrixq; perfidiæ. Ac uelut quædam salubris umbra gregibus tuis ut incūda pastorib;: sic funesta serpentibus: Quod si humana uirtus obstare decretis æthereis nō ualet: optanda utiq; & penitus oportuna mors fuit quæ oculos tuos: quibus adhuc naturæ legibus horror & lachrymæ inerant tã mœsto spectaculo liberaret. Proh dolor: tuū illud exitium: charum: piū: dulce depositum: quibus seruandum colēdumq; cōmiseras pdiderūt: non somno aut ignauia uicti: sed flammanti odio & inuidia stimulati. O ultrix sceleꝝ iusticia: neq; illi aut innocentia: aut sanguis: aut maiestas profuit. Non hominū quisq; aut deorum: non quæ efficacissima sperabatur tui recordatio opem tulit: uoces illas monitusq; no uissimos pijs patris & regis optimi: quibus moriens: quantū mortali consilio datum erat in longum & familiæ tuæ prospexeras & regno: præruptæ desperatæq; nequitia uentus tulit: atq; omnis diuini & humani iuris cōtexit obliuio. Sed iam fletuū satis est: modo ne ubi finē fingimus initiū sit. Cum em̄ (ut dicebā) & crebra & comitata ueniant mala: cū rara & solitaria bona sint: ex hoc malo nescio qd malor; sequi uideo: qd ne iteꝝ certior q̄ uelim mali nuncijs uates sim: silentio præmā. Meliora cuncta pueniant q̄ spero. Nec reipublicæ noceat paucor; furor qui in illis quor; est inultus (ut auguror) nō erit. Et si em̄ diuina iusticia sæpe misericordiæ succubat: in his tamē hoc accidit: q̄s peccati pudet ac pœnitet: nō in his q̄ flagitio gloriā. Hæc tibi q; Sorgiæ ad fontē: q̄ rursus e tãto Italiæ naufragio uelut in portū fugi: & præteriti dolens & uenturi trepidus dictabam Kalēdis sextilibus in tempesta nocte. Vale tui cautus: memor mei.

Fran. Pet. ad T. M. illum uti hoīem uitij pditū reprehendere desistat: cum se sciat operam perdere exhortantis: Ep̄la XCII.

**S**ine illū: linque eū sibi: atatē habet: uia patēt: ire licet quocūq; libet: demitte in col lum habenas hoī idomito: frustra niteris: repeto: linque illū sibi: eat q̄ fert anim;: Crede aut̄ mihi nō ascēdet. Vidisti eqs ad iter & ascēsu pigros: ad pugnā pauidos

D

Criminū patientia cōsensul sæpe p̄xia est.  
E

F

A

Degenerat ani-  
mi est minori-  
bus insultare.  
m̄ ipatiētes socij fremētesq; degeneris animi signū est insultare minorib⁹: nō posse comitē  
pati: nocere cū possit: occasiōē expectare nō causam. Muscæ macros stimulat boues: Pau-  
perē peregrinū canis infestat. Homūculum nostrum his exēplis ascribito: Vbi uel miserabi-  
lis orbitas uel extrema paupertas. Deniq; ubi defensionis est minus: ibi plus sauitiæ nocē-  
diq; feruentior libido. Qua in re nihil deliberat: nisi an facultas assit: uoluntas nunq; abest  
& semper una. Quid castigas igitur: Perdis operam: plus aliquid q̄ uerba requirit hoc ma-  
lum. Da illi parem aduersarium: confestim ardor iste tepuerit: Semper erit lupo oue cōspe-  
cta: Admoue lupū: ouis erit. Quid igitur (ut ait Flaccus) obseratis auribus fundis preces:  
quin tu sine illum sceleribus obrutum & oppræssum suis: superbia tumidum: ardentē auaricia:  
iracundia ravidum: inuidia tabescentē: libidinibus efferatū: gulæ uentrisq; mancipi-  
um: nimio semper sopore confectum: & (ut ait Maro) somno uinoq; sepultum. Quid enim  
huic facias: quid loquaris: Dolio loqueris & quidem pleno: & nil penitus responsuro: nil  
intellecturo: nil etiam audituro. Per proprie in hunc dixisse Licinius Crassus uideret: mo-  
do barbam æneam haberet. Cætera enim assunt: Os ferreum: cor plumbeum: utiq; callo-  
sas aures callosumq; animum habet. Callum mendacijs superductum: uera uerba non pe-  
netrāt. Nescio an ex illis sis quib⁹ perdere uerba leue est. Illud certe scio: quæ in hoīe uerba  
perdunt: tolerabilis forte iactura: nisi cōtēptus hinc sit atq; odiū quærent. Vale.

B

Fran. Pet. ad T. M. Illi q̄ in hoīem nō facundū sed loquacē inuehat significā-  
tis: quid etiā inter eosdem intersit exponētis: Ep̄la XCIII.

**Q**uod ad studium rei familiaris attinet: coaceruandaq; diuitias: prouidentissimum  
hominem: omniumq; quos ego quidem nouerim circumspectissimum: nō nego:  
qui q; nō in uultu tātum: sed (ut Plautina anus) in occipitio quoq; oculos habet.

Quid inter fa-  
cundum & lo-  
quacē inter. it

Cæterum in eo: quod de eloquentia hominis addidisti: longe dissentio. Inter facundum em̄  
ac loquacem largiter refert: Alterum qualitatē est: quātitatis alterum: Hoc ingeniū & ars  
& exercitatio modesta: illud præceps impetus & impudentia præstabit. Contraria sunt  
hæc: plæriq; tamen in discernendo falluntur. Tu illo loquente si diligētius animum aduer-  
teris: fateberis ut nihil p̄mptius: sic nihil illius sermōe durī⁹: nihil asperī⁹: nihil intēpestiui-  
us: quod non ideo ut sibi cuius nomen sciens silui eloquentiæ falsam famam: sed ut tibi iu-  
diciū errorem eripiam: dictum scito. Vale.

Fran. Pet. ad T. M. Illum ut munera pro tribuentis animo: non pro reꝝ mag-  
nitudine recipiat obsecrantis: Ep̄stola XCIII.

A

**Q**uam pauper: q̄ ue sis diues nescio: loquor de arcula: Animus enim proculdubio  
diues est: Bianteo more sua secum bona circumferens: nec incendio peritura: nec  
naufragio: & quibus nihil omnino non prædonum uim: nō furum metuit dolos:  
non rubiginem tineasq;: non morbos: non mortem: non senium: nō ruinam. De arcula sa-  
ne ipsa iccirco sum dubius: quia dum animum moreq; tuos fortunamq; simul extimo: ut  
non multis: sic nōnullis egere te suspicor. Sicut enim insanorum est innumerabilibus indi-  
gere: sic uerum est quod ait Xenophon ille Socraticus: Nihil egere est deorum. Q̄minime  
autem proximum a dijs. Q̄obrem: quia de arcula ipsa nuper a cōscio quodam nescio qd  
audiui: pro uirili parte succurrēdum statui. Ecce itaq; de fortunæ meæ si reliquijs dicam su-  
perbius q̄ uelim: si muneribus: aliter loquar ac sentio. Dicam ergo de muneribus: quibus  
ille me talia non curantem: supra spem supraq; uotum cumulare dignatus est: aliquantu-  
lum ad te misi: quod quantulumcunq; est haud dubito dignanter accipies: & in exigua re  
paruo uelut in speculo conspiciens: magnum mittentis affectum: munusculi paruitatē: ani-  
mi uoluntate pensabis: Nō q̄ ego sim nescius: quosdā fortes: quosdā doctos ac simillimos  
tui uiros & utrosq; magnanimos: frustra olim muneribus fuisse tēptatos. In quibus añ alios

Insanorū est  
multū egere:  
deorū nihil.

B  
Qui oblata  
munera spre-  
uerint

Xenocrates

est Fabritij clarum nomē & Curij Romanorū ducū. Quorū alter Pyrrhi regis: alter auꝝ cō-  
tempisse Sanniticū laudat. Clari⁹ uterq; contēptus: sed nobilitatis alter etiā claritate re-  
sponsi. Quis em̄ scholastici quidā more suo cōfundat historias: Rñsum tñ illꝝ nobile & fa-  
mosum: Romanos nolle auꝝ: sed auꝝ hñtibus impare: nō Fabritij (ut uulg⁹ putat) ad regē  
sed Curij est ad Sānitiū legatos. Xenocrates legatos Alexādri Macedōis cū quinquagita  
talētis ad eū ab ipso rege trāsmissos: iuitatos ad cœnā i uillā Academiæ: ac mediocri & mi-  
nime appato cibo philosophice habitos: cū dimisisset: postridie reuersos quæretesq; cui nu-  
merari pecuniā regis uellet: sic icrepuit: Quid uos inqt hesternā cœna: nō intellexistis me pe-

cunia non egeret: Quo rīso: cū mōstos factos cerneret: ne mun<sup>o</sup> ac legationē regiā spreuisse diceret: de magna pecunia exiguā particulā accepit: reliquū referri iussit ad regē. Ferē erga eū dē regē & Diogenis Cynici cōtēptus: ad quē uersatili doliō habitātē: cū Alexāder uidē/ di cupidus uenisset: & miratus hominem quāssisset: an donari sibi a rege aliquid uellet. Cætera inquit alias: nūc ut a sole dimoueas peto: Erat enī hyems: & forte tunc fundo testā illius ad Aquilonem obuerso: ore autem ad meridiem apricabatur seminudus: sed feruēs animi seniculus. Facetum hoc. Durius & prope superbum Demetrii responsū: qui missum sibi ab Imperatore Romano aurū: ridendo ita contempsit: ut diceret: Si temptare me uoluit: toto illi fueram experiendo imperio. Calanus Indus dum ingenti lignorū congerie exstructa & incensa more patrio nudus ad uoluntariam mortem iret: Alexandro Macedoni obuiō & quærētī similiter: Num se aliquid uellet: nihil inquit est opus: breui te uidebo. Sed hic quidem miri nihil: quid enim non spernat qui ipsam propter quam cætera concupiscimus: uitam spreuit? Contemptus sane miraculum suppleuit uaticinij certa fides. Siquidē intra dies paucos Alexander apud Babylona Cratere illo Persarū atq; Indorū ultore consumptus est. Vrbanus aliquāto Dindymus: Ad quem nudū cum Alexander idem omni fastu regio deposito uenisset: in extrema solitudinum e cunctis muneribus ab opulētissimo rege sibi allatis: nō nisi minima & uilissima rege sumpsit: ne contemptus asperior insolētiae notaretur. Sed hæc singulorū hominum: illa publica animorū & incomparabilis altitudo. Pyrrhi regis cuius supra memini legatus Cyneas: uir ingenio & sapiētia excellens: immensis cum muneribus Romam missus: Senatu primum atq; ordinibus cunctis ex ordine: ne quicquid temptatis: postremo plæbem ipsam frustra etiam aggressus: ac nemine profus inuēto cuius domus aut mēs muneribus regis pateret: cum eo ipso quod aduexerat auro ad stупentem regem: stupens ipse reuersus est. Cæteræ hi omnes aut ab hoste rege: uel populo aut a superbo aliquo donatore temptati sunt. At non Romani senatus: dona Ptolemæus rex Aegyptius: Nō Africani sui munus Masanissa contempsit: Nō Africanus alter munera regis amici: Nō deniq; populus ipse Romanus munerū licet spreto hostium: Pergamei regis quem amabat: hæreditatem testamentumq; despexit. Multum refert: quo animo quid doneatur & a quo: & sicut quidam longe magnificus: sic alter inhumanus atq; insolens est contemptus. Amicus ego: nō temptator uenio: nec (ut uerum fatear) dono aliquid tibi sed tecum partior: quæ scis ipse iam pridem nobis esse cōmunia. Ac ne munus exiguum magnis uerbis exaggerem: Accipe quicquid id est & boni consule: quod profecto ne idem ipse qui fert: nec alius quidem quisq; quid aut quale sit nouit: & ego iam (si quid mihi credis) oblitus sum. Vale.

C  
Diogenes  
Cynicus

Demetrius

Calan<sup>o</sup> Ind<sup>o</sup>.D  
DindymusCyneas pirrhi  
legatus

E

Francisci Petrarchæ ad Philippū Cauallicēsem: se ad eum uenire & Socratem suum secum adducturum pollicentis: Epistola XCV.

**U**eniam ad te quando ita placere tibi sentio: Et Socratem nostrum deuotissimū tui nominis adducam. Postridie ueniemus: nec horrebimus urbis aspectum: inculta quis & rusticana ueste coniecti. Huc enim pridie raptim ex urbe inquieta & turbida saltu uelut in littus: fracta puppe confugimus: latitandi ociandiq; proposito: eoq; habituro qui & ruri & brumæ cōuenientissimus uisus est. Ut sumus in tuam urbem commigrare iubes: parebimus: eoq; libentius: quo ardentiore tui desiderio trahimur: Neq; magnopere curabimus quales extrinsecus uideamur: cui animos nostros apertos ac nudos esse: & cupimus & speram<sup>o</sup>: Illud tuorū uoto pater amantissime nō negabis: si sæpe nos hospites habere uis: ut nō apparatū exq̄sitūq; cōuiuuiū sed mēsa nos familiaris excipiat. Vale.

A

Eiusdē Francisci Petrarchæ: de Reb<sup>o</sup> familiarib<sup>o</sup> epistolarū Liber Septimus.

Francisci Petrarchæ ad Barbatū Sulmonenē: amorē suū erga illū significantis: quoq; Sulmonē primo impetu barbari oppresserint occupauerintq; dolētis: seq; si in tali discrimine prodesse possit offerentis: Epistola XCVI.

**I**nter multifidas: quibus obsideor curas: illa nō ultima est: quā ex rege tuarū expectatiōe cōcipio. Quid em̄ mihi Barbato meo chari<sup>o</sup>? Quid dulci<sup>o</sup>? Anxia res amor: credula: timida: sollicita: oīa circūspiciēs & uana etiā ac secura formidās. Ecce quā sp̄ timui: ecce quā sp̄ scripsi: ecce quā q̄tidie dicebā: nō poterat tā foedū facin<sup>o</sup> ipunitū eē: & ultio hæc aliq̄to serior q̄ putauī. Verte autē deus irā tuā in auctores scelex: & noxia capita digno supplicio feri: parce pijs: parce fidelibus.

A

B Quid insons meruit plæbecular? Quid sacra tellus Ausonia: Ecce iam puluis Italicus gres-  
 su quatitur barbarico: & uictores olim gentium: nunc heu uincientium præda sumus: siue  
 id peccata nostra meruerit: siue iniquum & triste sydus aliquod aduerso limine nos exercet:  
 siue (in quod magis inclinor) integri nūc scelestis additi criminibus plectimur alienis. Sed  
 absit ut Italia metuam a qua rebelles potius quod metuant habebunt: Dū nuper urbi red-  
 dita potestas tribunicia uigebit: & caput nostræ Roma non ægrotabit. Pars Italiæ sollicitū  
C habet: illa uidet quæ olim magna græcia dicebatur. Brutius: Calaber atq; Apulus: nūc la-  
 boris regio: atq; olim præpotēs Capua: nūc regina urbiū Parthenope: In has terras amœ-  
 nissimas ab asperrimis Danubij ripis præceps ruit exercitus: & cœli nostri serenitatē fœdis  
 nubibus inuoluit: ab aquilone oriens procella: quam uereor nedum responsum tuū operi-  
 or: cum ingenti fragore detonuerit. Sic omnia iam in extremum adducta referuntur. Iam  
 Sulmonem primo belli impetu calcatum in ditionem hostium peruenisse fama est: Heu ge-  
 nerosum oppidum tuam & Nasonis patriam: quibus prosequar lamētis ab his hodie pos-  
 sessam: inter quos ille morte grauius putauit exilium: Qui aut adeo miserabiliter non tam  
 de exilio q̄ de loco exilij quæstus est: ut librum nō exiguum texeret querelæ: Quid dictu-  
 rus fuisset: si Istri populos & id genus hominum qua uagus Sarmata & arcitenens Getes:  
 niuosis oberrant collibus: ad occupandam armis patriam suam uētuos ullo tempore præ-  
 uidisset: ad quos se Cæsaris imperio proficisci: tam iniquo tulit animo: ut nihil aliud flere:  
D nihil aliud deprecari: nihil aliud loqui posset. Te uero frater: quid nunc dicere arbitrer ista  
 cernentem: quæ nec ego præsentia sine lachrymis audio: nec ille futura sine gemitu cogita-  
 ser? O foeliciora iam saltem Nasonis ossa externa tellure obruta: q̄ si patriæ Pyramidis  
 honore condita huius temporis ludibrio seruarentur. Iam tranquilliora dixerim sepulchra  
 inter Istrum & Hypanem q̄ inter Lirim & Vulturū. Illinc Barbari magno agmine dis-  
 fugiunt: huc irrumpunt. At ego dum dolorem animi sequor: propositum excessi & euehe-  
 bar longius: nisi me expectans: & crebro interpellans hic nūcius reuocasset. Igitur unde dis-  
 cesseram reuertor. Magno super te pauore torqueor: sed nihil in me (quod ipse nouerim) cō-  
 silij est: nihil auxilij: quia tamen plus interdum aliqui possunt q̄ se posse confidunt: si quid  
 in me opis agnoueris: iure tuo utere. Gratiam fateor nō mediocrē apud Tribunū stirpe hu-  
 mili sed excelsio uirum aīo propositoq; & apud populum Romanū habeo nullis profecto  
 meis meritis: Sed deus mihi malorū odia: bonorū beniuolentia compensauit: Non q̄ uel il-  
 lis nocuerim: uel his profuerim: uel malus esse desierim: uel sim bon⁹: sed quia malos odisse  
 bonos amare disposui: & ab illoꝝ turba ad hoꝝ paucitatem sæpe transfugere uolui si datū  
 esset: & uolo si dabitur. Si quid igitur in præsentī discrimine apud præfatos Tribunū ac po-  
 pulum p̄desse tibi intercessio mea potest: Ecce animus & calam⁹ præsto sunt. Est mihi præ-  
 terea in longinquo: & ab his motibus securo Italiæ tractu domus parua quidem: sed duo-  
 bus unū animū habētibus nulla domus angusta est: Nullæ illam damnosæ diuitiæ: sed nec  
 paupertas: nec cupiditas: Libelli aut̄ innumerabiles inhabitant: hæc modo nos expectat: me  
 ab occidente reuersurū: quem iam biennio affuisse conqueritur: te ab oriētē: si fata coegerint  
 & si libuerit uenturum. Quid tibi præter hæc offeram non habeo. Domus aut̄ ad quā inui-  
 to te ubi sit nosti: in loco salubri & terroribus uacuo & pleno gaudijs & studijs oportuno.  
 Tu quicquid cōsilij coeperis: ad foelicem exitum deus applicet: Ego interim utinam falsa ti-  
 muerim: & absentia quod naturaliter solet: metum auxerit amantis. Animus quidem me-  
 us non quiescet: donec uel te uidero: uel per litteras accepero saluum ex his tempestatibus  
 enataffe. Vale.

Fran. Pet. ad T. M. Veram humilitatem non esse spernendam multis exem-  
 plis ostendentis: Epistola XCVII.

A **N**oli obsecro amicum ideo spernere: quia humilis: ne contrarius fias dicto irrefra-  
 gabili quo humilitas exaltanda promittitur. Vera quidem humilitate: nil minus  
 contemptibile: nil minus uera superbia uenerandum. In discretionē tamen huius  
 rei & altarum quoq; multarū fallimur. Viles enim timidosq; & abiectos humiles uocamus:  
 magnanimos autem superbos. Contra aut̄ ueros humiles: falso credita pusillanimitate cō-  
 temnimus. Insolentes uero ceu uere magnanimos ueneramur: Scitumq; est illud Catonis  
 huius Iunioris a Salustio relatum. Vera reꝝ uocabula iam pridem amissimus. Si igitur cō-  
 stat de re: amicumq; tibi (ut est) humilem fateris uide quæso ne humilitatem altissimā u-

tutem Christoq; gratissimam despexeris: ne quod nūq; fuisti importune & odiose superbus uidearis. Quis enim uel mediocri ingenij qui utrarumq; sacrarū scilicet ac seculariū scripturarum seriem legerit non aduertat quātum magister humilitatis Christus humilia semper amauerit: Vt equidem a primo ordiar: ex q̄ humili radice nasci uoluit ille cuius faciem uidere summa & sola foelicitas est: An nō ex nobilissima qualibet nasci posset: uel nobilitate quā uellet: Sed nobilitate cōtemptra humilitas quærebat. Egressa est uirga de radice Iesse & flos de radice eius ascendit. Cuius sub umbra reges sedent: populi requiescunt: cuius orbis totus odore reficitur. Quanam uero radix ista Iesse: q̄ superba: q̄ nobilis: cui Ruth materna auia mulier aduena: inops uidua orba socrum extra fines patrios secuta: & post pueros messores in agrum Bohoꝝ ad legendum spicas primum misericorditer admissa: deinde & nocturnis quoq; blanditijs in ipsius domi promotā coniugium: unde Iesse pater prodijt per seipsum obscuri uir nominis: Ipsum quoq; Iesse quis nosset: nisi propter eius filium Dauid: Immo quis quenq; nosset eorum nisi propter Christum ex illorum radice surgentem: Quorum originem quantū spernere: quantoq; cum stomacho & filium Isai & seruum suum dicere solebat ipse Saul compatriota superbiior: nouissima licet familia æditus mīmæ tribus Israhel: q̄s regū libros legerit: iueniet: Ipse Dauid q̄ uis eximie uirtutis atq; excellentis ingenij: tamen adolescentulus pastor erat quando est electus a domino & sublatus de gregibus ouium (ut ipse fatetur) & de post fetantes acceptus in regem: paut Israhel innocētia cordis sui. An Moyses forte nobilior quādo uisionem illam uidit rubi ardentis & incombusti: quado tot prodigiorum signis illustratus ad liberandum populum Israheliticum seruitute Aegyptiaca deo iubente profectus est: Certe non rex: aut princeps: qui tanto operi eligeretur: sed humilis pastor fuit: & (quod magis stupeas) alieni gregis. Iam ipse pater Abraham filiusq; & nepos quorum nominibus omnis sacræ paginæ plenus est angulus: quorum tanta est gloria: ut omnipotens ab illis cognomen accipere: & deus abraham: deus Isaac: deus Iacob dici uoluerit. Atq; ipse de se loquens eodem ipso cognomine usus sit. Putas reges aut tetrarchæ essent: Immo uero uel agricultores: uel pastores ouium fuerunt: A sellis uilibus insidentes: stipati gregibus suis inter filios & uxores sedes mutabant: sed in hac humilitate deum merebatur ducem: qui eipso tempore potētissimis ac superbissimis Assyrioz regibus: non modo familiaris esse: sed ne nosci quidem uelle dignatus est. Ipse Iacob a quo in scripturis sacris crebrius illud insigne cognomen ac familiari deo est: nō supbia originis sed humilitate sua clarus: q̄liter ab illo soceri sui diuturno & graui seruitio redeat attende. Certe non sceptre reuehit: nō diadema: nō purpuræ: non currus aureos: non armatos exercitus: Sed ouium & capraz boumq; aciem instructa: clam fugiens filioz turbam ac seruoꝝ & simul duas ducit uxores ac totidem cōcubinas: semen gentis innumeræ: quaz ex utero duodecim tribus Israhel & tāta populoz multitudo deo focūdante mulierculas & humilitatem honorante descenderet. Fiebant illis in figura: quæ superficialiter contemptibilia uideretur: essent autem in ipsa rez ueritate magnifica: Si enim nō aliter accepta fuerint q̄ narrentur: quis nō audita despiciat: Quæ si gloria temporalis coram deo clarior foret q̄ humilitas: quis dubitet: quam i partem iste tātus dei fauor: multo propensior futurus esset: Confer em̄ cum his tribus senibus tam famosis: cūq; omnibus illoꝝ gregibus atq; coniugibus tres imensis exercitibus subnixos Romanoz duces: Scipionem Africanū: Hannibalis cornua confringentem: & tributario iugo imperiosa Carthaginis colla subdentem. Magnum Pompeium in Septentrione atq; Asia tonantem: & nō lacte sed auro repleta patria: captisq; non ouiu sed regum gregibus: a mari rubro ad Meotidas paludes Rhiphæosq; montes uniuersa calcantem. Iulium Cæsarem in Gallijs ac germania fulminantem: pdomitisq; hostibus ad postremum in uiscera patriæ uicticia pila uertentem: ipsamq; tum gētibz imperantē Romam: & in ea terraz orbem unico Thessalico prælio uincētē. Quanta quidem hæc sit imparitas rez uides. Poterat nasciturus ex homine dei filius uel ex his nasci uel eos ipsos e quibus nasci decreuerat tales facere: Quippe qui utrosq; creauerat: poterat non Dauid in angustiis Iudææ finibus: sed Augustum in toto orbe regnantem habere stirpis auctorem: uel Dauid ipsum tantum principē facere quātum fecit Augustum. Poterat non in Bethleem uico exiguo: sed Romæ: cui Iudæa inter cæteras seruebat: & in thalamo aureo nasci: nō in stabulo. Poterat nat⁹ cui cœlū sedes est: cui⁹ est terra & plenitudo eius: nō in summa pauperie: sed in sūmis delitijs enutrirī: nisi quia nobilitatem & delitia nostras spernit: utinā & nō oderit. Postremo poterat: qui ei succederēt

Hūilitas stirpis redemptoris nostri

B

C

D

Scipio Africanus

Pōpeius magnus

Iulius Cæsar

E

suamq; nomē gētibus prädicarent: discipulos sibi litteratos ac potentes: reges oratoresq; & philosophos: non piscatores: rusticos inopes & indoctos eligere: nisi quia ipse deus est: qui superbis resistit: humilibus autem dat gratiam: nec potentia nostra egēs ad agendum: quoniā ipse dixit & facta sunt: neq; ad persuadendū eloquentia mortali. Viuus est em̄ dei sermo & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens usq; ad diuisionē animæ ac spiritus: compagū quoq; & medullarū: & discretor cogitationū & intentionū cordis. Hoc sermone discipulos suos armauerat: quando eos ad persuadendum generi humano: toto dispersit orbe terrarū: non consulari trabea: non imperiali diademate: nō laurea triumphali: non philosophorū sententijs: non oratorū floribus: non aculeis sophistarū: nō deniq; uerbi sapientia (ut ait Apostol⁹) ne euacuaretur crux Christi. Nō inter eos Cæsar fuit: qui cogeret: non Plato qui doceret: non Aristoteles qui argueret: non Cicero qui suaderet: sed homunculi pauperes: imbecilles & inculti: qui nunq; aut scholas intrassent aut litteras didicissent. Ii tamen inter persequentium gladios & ferarū dentes flammalq; ac tortores: per suaerunt publice qd̄ uolebant: Christū deū & hoīem natū: passum: descendisse ad inferos: surrexisse a mortuis: ascendisse in cœlum: reditū: ad iudicium: & cætera omnia quæ ille mandauerat: qui (ut scriptum est) stulta mundi elegit & infirma ut confunderet fortia: q̄ cum prodesse omnibus uenisset: elegit (ut ait Augustinus) prodesse imperatori de piscatore nō piscatori de Imperatore: Quod similiter prorsus de oratore ac philosopho dici potest. Idq; non ætate rudi accidit & ad credendum facili: sed longe magis inueteratis litteris atq; doctrinis: omniq; illo antiquo ex inculta hoīm uita: errore sublato: longeq; magis iam doctis hominibus ac temporibus ipsis eruditis: q̄ ætate Romuli fuerant. De cuius diuinitate credita: Cicero loquens ait hæc in sua republica: & Augustinus retulit in sua: ut ad fingendū: si tūc uix quicq; (ut idem ait) nūc oīno min⁹ esset loci: Antiquitas em̄: inquit: recepit fabulas: fictas etiā nōnunq; incondite: Hæc ætas iam exulta præsertim eludēs: omne qd̄ fieri non potest respuit. Quæ si: ut dixi: ad colorandam falsam Romuli diuinitatē: quæ credi iam cultiore ætate potuerit: Cicero uelut non parua argumenta cōquirat: Roma uix dū cōdita & unū e septē collibus uix integre: eūq; nō tectis muroq; marmoreo: sed dumoso ambitu: & culmis agrestibus occupate: atq; adhuc nescio quid pastorii redolēte: Quid ætate Christi dici debet Roma dante iā iura gentibus: imperantibus Augusto & Tyberioq;: quorum sub altero natus: sub altero Christus est passus: Inter qd̄ tempus & Romuli ætatē incredibilior: q̄ pro numero annorū rege mutatio facta erat: non q̄ mediū tempus exiguū sit: Siquidem ex quo propter suā insolentiā a senatu Romano ad Capræ paludem discept⁹ est Romulus: usq; dum propter peccata nostra in Iudæis in monte Caluario crucifixus est Christus. Paulo (nisi fallor) plus minus ue septingentorū annorū tempus effluxit: q̄ uis em̄ Cicero minus sexcentis dixerit: nō ad suam ibi: sed ad Africani & cætorū respexit ætatē: quos in eo ipso libro reipublicæ loqui facit. Et præterea iter Ciceronis cadē sub Antonio & Christi passionem sub Pilato: quantum uerisimilibus coniecturis assequor: septuaginta: uel circiter annorū spatiiu intercessit. Longius ferebar: sed nuncius tuus scribenti imminet: & singulos calami tractus notat: Morulasq; medias metitur: & crebro ostium cœloq; respiciens suspirat. Misereor expertus quid est expectatio properanti animo: & ante destinatū cogor ut dicam humilitatem ama. Vale.

Fran. Pet. ad Socratem suum: Illi somnium quod de inuento thesauro somniauerat narrantis: Eplā XCVIII.

**A** **D** Eterna noctis somniū referā tibi. Videbar mihi incertū unde: Nihil em̄ tale uel cogitare sum solitus uel loqui: Videbar inquā in agello meo quē ad fontem Sorgiæ habeo: thesaurū inuenisse: monetæ puetustæ aureæ: nō mediocrē cumulū: una spatiabamur soli (ut noster est mos) Te itaq; cōfesti euocās: digito rē designo. Ambos (ut fit) gaudium stuporq; defixerat. Mihi quidē ut erā: nemini em̄ occurrebat illud Annei: Vitæ quæcūq; uulgo placēt: quæ tribuit casus: ad oē fortunatū bonū suspiciosi & pauidi subsistite: & fera & piscis spe aliqua oblectante decipit: munera ista fortunæ quæ putaris: insidiæ sūt. De hoc ergo cōsultantes: parūper hæsitauimus lati trepidiq;. Quid multa? Vltimā insaniæ uisum est: qd̄ per terras ac maria tantis laboribus tantiq; periculis quæri solet: id oblatum ultro contemnere. Mox certatim oneramus auro: domū clam taciti cōuehimus. Abditis pro tpe quæ exportari uno fasce nō poterāt: hoc semel: hoc iteq; & iteq; facimus: & semp

Ea quæ placēt uitāda esse: ex Senecæ ybis.

auidius: Semp̄ enī ut natura reꝝ habet: cū pecunia sollicitudo cupiditasq; crescebant. Ferit Sollicitudo & cupiditas cum pecūia crescūt  
 aures interim murmur inuisum: secretum nostrꝝ nulli licet creditū sponte sua in uulgus eru perat. Nec ita multo post nescio quis maior dñs locoꝝ aderat: uendicās sibi iure thesaurū:  
 obnitimur. Hinc primū longa & inamœna colloquia: inde lis minaq; & semp̄ litibus iun/ B  
 cta conuitia. Illo acriter urgente: nobis indignantibus: in nostro reperta: nobis eripi propi/ tiaz dona fortunæ. Mille subinde reꝝ motus & mille consilia: nunc matura & cauta: nūc te/ meraria & acerba: cū iam ad resistendum nos non tam nostra cupiditas q̄ inexorabilis ad/ uersarij superba duriciei inflāaret: iam ab ocio ruris ad urbana negocia: iam a studijs ad arma transfati: nouis curaq; turbinibus agebamur: iam pro intentione peruigili & inquisi/ tione pulcherrima nouaq; reꝝ perniox odiū atq; ira successerant. Postremo iam res a litigio ad bellum se uerterat: Ita mutatus animoꝝ status & sæpe reperti auri pœnitebat: philoso/ phabamur in insomnis: Vbi uitam serenam atq; tranquillā linquimus: quis nobis has cu/ rarum superinduxit nubes? quis in has procellas nos impexit? An ignorabamus in auro C  
 speciosam erumnā & splēdidā esse miseriam? Neccissitas cū diuitijs crescit: & fugit cum me/ In auro erum/ nam & miser/ am esse  
 diocritate foelicitas: Occurrebāt aceruatim exempla eoꝝ qui uel in diuitijs infœlices: uel in paupertate foelicitissimi fuissent: Spernebātur inutiles opes Crœsi: & funestū Midæ aurū: & Dionysi Crassiq; spolia tēplis auulsa. Laudabāt Cincinnati Reguli: Curij Fabritij foelix & gloriosa pauperies. Accedebat acies hominū nostroꝝ: qui nudi in solitudine solibusq; & frigidibus adusti: radicibus herbaꝝ & syluestribus baccis pasti: pro tecto coelū: terrā ha/ bentes pro cubiculo: cum uoluptate torrentē turbidum hauserunt: asperoq; & angusto cal/ le gradientes: spe patriæ melioris: omnia prorsus mortalia contempserūt. Cæterꝝ quo plu/ ra huius generis ingerebantur exēpla: eo grauius dolebamus: ea non uidisse nos in tempo/ re: sed in tergo: ut aiunt: oculos habuisse. Dentq; sic eramus: ut iam ne cœpto uellemus ab/ sistere: solus credēdi pudor obliteret: Et iam supremi certaminis instabat alea: cum repen/ te medio noctis ira metuq; anxius expergiscor: gelidus sudor corpus omne perfuderat. Ita me diuinitas saluum uelit: ut ego perinde fessus animi fessusq; membroꝝ eram ac si graue durūq; negociū: non somniās sed uigilans agitassem. Nec facile dici potest: q̄ lætus fui: ubi sensī me thesauro simul & sollicitudine liberatum: & tantū habere quantū alit: non quantū angit: quantūq; uitæ sufficit nō quantū affluit: quanq; per somnū in ea sententia radica/ sum: q̄ mihi uigilans persuadeo esse uerissimam: scilicet plus mali q̄ boni cupidis mortali/ bus afferre diuitias. Surrexi demū hora solita (consuetudinē meā nosti) dūq; quotidianis laudibꝝ deo dictis: ex more manū calamo applicuissem: hoc primū q̄ sopitū exercuerat sese obtulit exprec̄to. Huiꝝ ergo sniæ te participē facio: q̄ particeps somni uidebaris. Vale.

Fran. Pet. ad Ioannem Tricastrinū Ep̄m: petitionem illius & suum pmissum executioni mandare spondentis: Ep̄la XCIX.

**P** Etitionis tuæ memor: promissiq; mei non oblitus: Italiam: siue (ne grāmatica lite implicer: quā in epistolis Cicerōi suo mouet Atticus) in Italiā uado. Scio quidē & memini: quid me de ipsius Ciceronis libris in ordinem redigēdis: & quarundam (ut dicere soles) ueluti scintillaz lumine declarandis sæpe rogaueras. Demū quo inelucta/ biles præceps essent: ut Romanꝝ pontifex: qui feruoris tui conscius: hanc generosam bibli/ othecā suā custodiam ita tibi credidit: ut olim nostri principes: Iulius Cæsar Marco Var/ roni: Cæsar Augustus Pompeio Marco: & rex Aegyptius Ptolemæus Philadelphus De/ metrio Phalerio cōmississe noscuntur: curā prorsus ingenio tuo dignā: ut Romanus inquā pōtifex digrediētī mihi suū hac in re modestissime indicaret aīm: effecisti. Quid facerē notū licet ignoti poetæ carmē: est orare ducū spēs uiolēta iubēdi: & q̄ si nudato supplicat ense po/ tēs: parebo si potero. Nā & sibi parere necessariū: & tibi placere delectabile. Cōtraq; preces tuās spernere durꝝ: illiꝝ iussa negligere: sacrilegū. Totū i hoc uertit: q̄ mihi i illis q̄s poscitis emēdatis codicibꝝ reperiēdis fortuna fuerit. Nosti em̄ expertus saculi nr̄i crimē: q̄ta sit rerū taliū penuria: cū tū iutiles & supuacua: imo ꝑo penitꝝ dānosæ funestaq; diuitiæ tātis curis ac laboribꝝ aggregent. Q̄ i me erit: studiū indefessū ac diligentīā adhibebo. Ac ne moram fortassis accuses: scito me repandis uiribꝝ corpeis: q̄s morbꝝ iminuit in solitudine mea ad fontē Sorgiæ usq; ad autūni tēperie subsedisse metuētē corpꝝ adhuc inualidū lōgā uia cō mittere: tūc auctis uolēte deo uiribꝝ atq; æstibꝝ iminutis iter arripiā. Interea utinā scire pos/ ses quāta cū uoluptate foliuaꝝ ac liber iter mōtes & nemora: inter fōtes & flumina: inter li/ bros & maximoz hoīm ingenia respīro: quanq; me in ea quæ aū sunt cū Ap̄o extendēs: & præterita obliuisci nitor: & præsentia nō uidere. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Lelium suū: q̄ nō multa ad eum scribat se excusantis: negocium quoq̄ ipsius se expediturum pollicentis: de urbis Romæ etiam laceratione conquerentis: Ep̄la C.

A

**M**ulta scribere tempus dehortatur: somnus prohibet: noctem iam tertiam in somnum ago: neq̄ ueteribus curis liber: & oppræssus nouis: quas mihi profectio mea peperit multa in faciem & in tergū curanda denunciās. Cū ex æquo despiciere oīa in animū induxero (q̄ magna ex parte iam feci) tum primū tranquillos somnos carpere incipiam: nō aliter q̄ Aeneas ille Virgilian⁹: qui iam certus eundi carpebat somnos rebus iam rite paratis. Aut enim fallor aut anceps & longa deliberatio plena molestiæ ac laboris est: Dubitandi exitus initium est quietis. Dicit nequit anxia mēs & consultationibus uagis exercita quantū electione consilij in unum aliquod uersa propositum conquiescat. Tūc igit̄ ut occurret: Nunc semisopitus & uelut insomnis loquar: excusationē tuā q̄ uis superuacua amplector: scio em̄ locorum distantia ut amantib⁹ odiosam: sic honestis amicitijs non obesse: ubicunq̄ ergo erimus simul erimus. De negotio tuo faciam ut scribis: quod mihi scilicet fieri uellem breuiter expedire: nil eni in me molestius experior q̄ uerbis trahi: hęc amicitis sciens molestiam nunq̄ feci nec faciam quidem. Placebo si potero: alioquin ne displiceam prouidebo. Versus tuos excitato apud Heliconā nostrum ingenio texere meditabor: sed nescio qualiter scedula tua quam decies in manibus habui discedentem me fessellit: & sine me domi substitit: quare eā ibi & post me mitte: licet & sine illa scire uidear quid dicturum: modo frondosi nemoris uspiam diuerticulum occurrat. Tribunitiæ litteræ copiā quā mihi misisti: uidi: legi: stupui: quid respondeam nō habeo. Fatū patriæ agnosco: & quocunq̄ me uerto dolendi causas materiamq̄ reperio. Roma em̄ lacerata: qualis Italiæ status: Italia deformata: q̄lis mea uita futura est: In hoc publico & priuato mœrore: alij opes: uires alij corporeas: alij potentiam: alij consilium conferent: Ego quid conferre possim præter lachrymas non uideo. Vale.

B

Francisci Petrarchæ ad Socratem suum: Illi q̄ mediocritatis appetitu teneatur significantis: Epistola CI.

A

**S**ummæ quidem reꝝ mearum quas spectata fidei tuæ credidi nihil detraho: nihil adijcio. Non tantū firmus sed fixus etiā in proposito meo sum: cuius si meministi superuacua est quicquid de hac re ulterius loquor. Ut tamē me mei non imemorem scias: breuiter sic habe. Magnæ fortunæ appetens nunq̄ fui: siue id modesti: siue pusilli: siue (q̄ quibusdā magnis uiris placet) magni animi est: uera quidē & uulgo etiā nota cōmemoro: & quorū te imprimis testem habeo & interdum laudatorem: Interdū uero pro qualitate tempore: amicissimū reprehensorē: q̄ scilicet (ut uerbis tuis utar) coepto nimis insistere: & uidentū esset ne unde famā summæ constantiæ quæreret: inde pertinciæ nomē infamiamq̄ consequeret. Me tamē consilij mei hæc tenus nō pœnitet: Omnis em̄ mihi altitudo suspecta est & præcipitiꝝ admonet om̄is ascēsus: Multoq̄ facilius natura duce in illoꝝ confortium declinarem: qui (ut ait poeta) habitabāt uallibus imis: q̄ eorum: qui (ut ait idem) posuere in mōtibus urbem. Quæ cum ita sint: si optata mihi mediocritas quā iure Flaccus aureā uocat (ut pridem promittebāt) obuenerit: est q̄ grata intentione suscipiā: & pliberaliter mecum agi dicam. Sin inuisum illud & graue maioris officij onus imponit̄ rennuo: excutio. Pauper esse malim q̄ sollicitus: q̄ uis ut res eunt: & ut est animus: pauper esse non possim. Hęc & his similia quæcunq̄ inter nos in hanc sententiā dici solent: tu qui nosti optime: & amicis & dominis: & dominoꝝ dño: nota fac obsecro: cū tēpus uidebitur: q̄ uis a me ipso nec occultata: nec tacita: Sed sunt quidā quibus ut in animū penetret: sæpe ueritas inculcanda est: q̄ eo nunc minus mirer: quo quicquid de me mō dictur⁹ es: uideri scio & ab ætatis nostræ moribus & ab ipsa uulgi opinione remotius: cū q̄ mihi ut in multis: sic præcipue in eo q̄ nunc agit̄: discordia multa est. Sed incredibilitatem audientiu: uigor animi & facundia loquentis excutiet. Multū Socrati meo de re qualibet: sed multo plus auctoritatis ac fidei fuerit amico de secretis amici cōsilijs differēti: Multa quoq̄ de amici ore: q̄ de proprio fauorabilius audiunt. Illud in finē ne dissimules: ne qs forte de nostra simplicitate sibi placeat: Non est uera liberalitas dura: non lenta: non difficilis. Nihil respicit: nisi quē complexa est. Illi morigera est: non iubet illa: sed obsequitur & implet uota nō limitat. Scimus ergo: quia petenti modicum imensa porrigere: species est negandi. Vale.

B

Francisci Petrarchæ ad Nicolaū urbis Romæ Tribunū: q̄ famā ipsi⁹ imminu-  
tam audierit indignantis: Epistola CII.

**F**ecisti fateor: ut sæpe p hoc tēpus: illud apud Ciceronē loquētis Africani dictū mul-  
ta cū uoluptate repeterem: Quis est hic qui complet aures meas tantus & tam dul-  
cis sonus: Quid enim in tāta claritate tui nominis ad tam lætos & tam crebros re-  
rum tuarū nuncios cōuenientius diceretur: Idq̄ q̄ cupide fecerim inscriptus tibi exhortati-  
onum mearū liber indicat: stimulis meis ac laudibus tuis plenus. Noli quæso cōmittere: ut  
dicam: quis est hic qui uulnerat aures meas tantus & tam tristis fragor: Caue obsecro spe-  
ciosissimam famæ tuæ frontem proprijs manibus deformare. Nulli fas hominū est: nisi ti-  
bi uni rerū tuarū fundamenta conuellere: tu potes euertere qui fundasti. Solet architectus  
uersis retro uestigijs inde descenditur: & natura facilor est descensus. Latissime enim patet:  
neq̄ solum apud inferos locum habet (quod a poeta dicit) Facilis descensus auerni: Tan-  
tum ab illoꝝ desperata miseria: præsentis uitæ uarietate differimus: q̄ q̄ diu hic sum⁹ cadi-  
mus quidem & resurgimus: descendimus & ascēdimus: Inde aut̄ nullus est reditus. Quid  
uero demētius q̄ cum stare possis: cadere fiducia reasurgendi: Semper ex alto periculosi-  
or casus est. Et quid oro te uirtute altius ac gloria: quarum in uertice conscenderas nostris  
temporibus inaccessio: tamq̄ impigre & tam insueto calle ad summa perueneras: ut haud  
sciam usq̄ formidolosior cui sit ruina: Pedem figere oportet obnixius ut cōsistas: neq̄ spe-  
ctaculum præbeas: ridendum hostibus: lugendum tuis. Non quæritur gratis clær nomē:  
nec seruat̄ quidem. Magnus enim labor est magnæ custodia famæ: pmitte mihi meo uer-  
siculo tecum uti qui adeo mihi placuit: ut eum ex quotidianis epistolis nō puduerit ad Afri-  
cam transferre: & hanc mihi quoq̄ durissimā necessitatem exime: ne lyric⁹ apparatus tua-  
rum laudum: in quo teste quidem hoc calamo multus eram: desinere cogatur in Satyram:  
Neu me casu in hanc narrationem incidisse: aut de nihilo locutum putes. E curia digressum  
amicorum litteræ consecutæ sunt: in quibus ad me rerum tuarū discolor: & primæ multū  
dissimilis fama peruenit. Nō te populum: ut solebas: sed partem populi pessimā amare: illi  
obsequi: illam amare: illam admirari. Quid dicam: nisi quod Ciceroni scribēs Brutus: pu-  
det conditionis ac fortunæ: Mundus ergo te uidebit de bonoꝝ duce satellitem reproboꝝ:  
Sic nobis subito turbata sunt sydera: sic infensa diuinitas: Vbi nunc ille tuus salutaris ge-  
nius: Vbi (ut usitatius loquar) ille bonorum operum consultor spiritus: cum quo assidue  
colloqui putabaris: Neq̄ enim aliter talia fieri posse per hominem uidebantur. Quid autē  
torqueor: Ibunt res qua sempiterna lex statuit: mutare ista non possum: fugere possum.  
Itaq̄ nō parum mihi negocij remisisti: ad te animo properabam: flecto iter. Certe te alterū  
non uidebo. Tu quoq̄ longum uale Roma: si hæc uera sunt. Indos ego potius aut Gara-  
mantas petam. Sunt ne autem uera hæc: O multum principio dissimilem finem: & o nimi-  
um delicatas aures meas. Assueuerāt magnificis rumoribus: pati ista non possunt. Sed &  
possunt falsa esse quæ loquor: & falsa sint utinam: nunq̄ libentius errauerim. Magna qui-  
dem apud me est scribētis auctoritas: sed cognita mihi multis indicijs: generosa dicam: an  
animosæ cuiusdam inuidiæ: non parua suspitio: Igit̄ & si plura loqui dolor imperet: frena-  
bo tamen impetū: quod profecto non possem nisi quia sollicitudinem meam incredulitate  
consolor. Secūdet hæc deus & lætiora faciāt q̄ narrantur: potiusq̄ me amicoꝝ alter men-  
dacio q̄ impietate alter flagitioq̄ læserit. Si quidem consuetudine pessima effectum est ut  
mendacium iam quotidianum & uulgare peccatum sit. Proditorem patriæ: nullius æui li-  
centia: nulla consuetudo: nulla libertas criminū excusat. Potius ergo ille mentiendo: pau-  
cos mihi mœstos dies: q̄ tu patriam deserēdo mœstam omnē uitam feceris. Ille si quid uer-  
bo deliquerit: uerbo purgabitur: Tuum si (quod fictū cupio) uerum scelus est: quibus unq̄  
piaculis abolendū speres: Immortale decus est: immortalis infamia. **Obrem:** si (q̄ op-  
nari nequeo) tuam fortasse negligis: at saltem famæ meæ consule: Scis quāta mihi impen-  
deat procella: quāta si labi cœperis in caput meum reprehensorū turba conspiret. Proinde  
dum tempus est (ut Terentianus loquit̄ adolescens) etiā atq̄ etiā cogita. Circumspice oro  
summo studio quid agas: excute acriter teipsum: examina tecum: nec te fallas: qui sis: qui  
fueris: unde: quo ueneris: quorsum inoffensa libertate progrēdi fas sit: quam personā indu-  
eris: quod nomen assumpseris: quā spem tui feceris: quid professus fueris: Videbis te non  
dominū reipublicæ: sed ministrum. Vale.

A

Facilis descen-  
sus auerni  
B

C

D

Francisci Petrarchæ ad Ioannem Aretinũ: de libertate patriæ honore quoque ipsius gratulantis: Epistola CIII.

**A** **O**Mnia optato pueniũt amice: gratulor ergo libertati patriæ: principũ nostrorũ gloria: trãquillitati ciuiũ: religiõis augmẽto: publicæ læticiæ: singulariter honori tuo: cuius manib⁹ turbidæ hæcten⁹ & tenebrose urbi: blãda serenitatis & pax prædulcis iuehit: Votiuo q̄ successui: familiarĩũ reũ tuarũ gratulor. Perrarũ ē ut læta cumulate accidant: quin fortunæ dulcia sp̄ imixt⁹ aliq̄s amaror inficiat. At si q̄n plene pp̄tita esse uult: ex amaritudine reũ ipsa dulcedinẽ in speratã miris modis nouit elicere. Sape igiẽ dura molliens & inflectẽs: quæ tristitia uidebant uertit in gaudiũ. Utendũ fortunæ muneribus nõ fr̄dendũ: Certe hoc nũc artificio usa est. Itaq̄ qd uis dicã: nõ tm̄ uotiuũs eũtibus sed casibus ipsis nostris atq̄ difficultatib⁹ gratulari incipio: uni sc̄z motiũculæ illi tui corp̄is qua ingẽs atq̄ animi multiplex læticia tẽperata est & uiaũ mearũ impedimẽtis multis ac uarijs: qbus effectũ spero: ut ambo simul in patriã reuertamur. Vale.

Fran. Pet. ad T. M. cum eo apertas inimicitias gerendas esse qui amicitiam pro iniuria reputet: asserentis: Ep̄la CIII.

**A** **A**Grete puerbiũ: Lectũ cani sternere magn⁹ labor. Dicti ratio si quærĩ: q̄a sc̄z accubiturus: huẽ atq̄ huẽ in gyꝝ ytiẽ: ut nescias tibi puluinar colloces. Ludicra quidẽ cogitatio ill⁹ cui primũ hoc dicere in aim uenit: & tm̄ sic est. Idẽq̄ de multis hoĩb⁹ dici potest: qd̄ de cane dictũ rides. Multi em̄ sunt qbus nihil rite fiat: ita crebro uoluũtur ut quã in p̄tem sint casuri: aut quid uelint sciri nequeat. Cũ illis placuisse credas nihil egeris: Oĩs labor: oẽ perijt obsequiũ: Si urbanas illis offeras delicias: ruris frugalitatẽ laudẽ: si ex urbe deduxeris: frequẽtiã quærãt: solitudinẽ execrent: si colloquio cõp̄is: fastidiãt: indignenturq̄ si taceas. Absentes desiderẽt: præsentes despiciãt amicos: sæpe etiã oderĩt. A talibus sp̄ abesse cõsultius. Intelligis qd uelim & frustra erit q̄qd ampli⁹ dixero. Dico tm̄ ne q̄ dissimulãtis occasio tuã m̄suetudini: meo silẽtio præbeat. Ut qd operã p̄dis generose aĩe: Lõge tibi imparẽ atq̄ dissimilẽ nac⁹: pedẽ retrahere ab incepto laborioso & inefficaci: reconciliare illũ tibi ne quicq̄ niteris. Inuito amic⁹ esse nõ potes: formidabilis inimic⁹ potes esse: quẽ nũc ille contẽnit timere incipiet si apte incipias irasci: sentietq̄ quisnã eẽt quẽ gratis ingrato aĩo laceffendũ duxerit. Medicorũ morẽ in hoc ægro & infecto hoĩe sequere: oro te: ex perire cõtraria. M̄suetudine irrita efficax forte saueritas fuerit: odiumq̄ potentius amore: quẽ blandientẽ spernit: horrebit ex p̄fesso inimicitias exercentẽ. Moribus aduersum meis: sed consentaneũ rebus consilium dedi. Quid enĩ illi facias qui amorem uocet insidias: humilitatem putet esse formidinem: Vale.

Fran. Pet. ad Ioannẽ Anchisẽũ: causam illi quare potius Cisalpinam Gallia q̄ Florentiam petierit assignantis: Ep̄la CV.

**A** **I**nterã tuã plenã gratissimis atq̄ dulcissimis reprehensionibus: inuenerũt me circa Padi ripam. ix. Kalendas Aprilis ad uesperã. Cõfer aduẽtus diem cũ illarũ missione: & uide si eo temporis sp̄atio uenire debuissent ex Aegypto: uenerũt cũ eis & amicorũ litterarũ: & duorũ facie mihi nõ notorũ: sed utiq̄ illustriũ (ut dicis) Iuuenũ: ut scripta testant̄ senũ: quales utinã multos haberet ciuitas uestra: si tamen nõ esset in exiliũ missura: imo etiam si missura: quorũ dispersio reliquas saltẽ ciuitates Italicas adornaret. Sed omitto hanc inexhaustam semp̄ & ueterẽ querelã & reuertor ad litteras. Omnĩũ fere una sententia est. Arguor post propositũ ueniendi Florentiã: iter in Cisalpinã Gallia deflexisse: quasi natalis patriæ contẽptor & spes ac uota multorũ me illic expectantium eluisse. Possẽ ad hæc multifariam respõdere: & quid aliorũ respõsurus sim litteris nedũ scio. Respondebo tamen aliquid licet occupatissimus. Rogas em̄. Sequar impetũ dũ calamus erit in manibus: ille mihi quo se duci uelit: ostendet. Certe cum illis in stilo scribentiũ satisfiat musarũ: mihi præsidio opus erit: Tibi aut̄ cui sine ullo artificio aperta & nuda omnia esse debent: Vnum hoc minime tacuerim: q̄ neq̄ uiaũ labor neq̄ pestis anni huius uniuersum orbẽ: sed cũcta præsertim littora proterẽs atq̄ consumens: neq̄ animi mei dolor neq̄ mala (nisi fallor) & iniqua patriæ tractatio: me a suscepto itinere detorsisset: præsertim cũ maiore laboris parte cõfecta iam Ianuam peruenissem. Hæc igitur uerior & potior causa fuit q̄ sc̄dm̄ spẽm quã mente conceperam: imo uero (ut euentus docuit) somniaueram: fieri non posse uidebatur: quin aliquem tibi reũ nostrarũ: latiore exitum asferrem. Itaq̄ dulce erat expectare: donec

in locum spei res ipsa succederet: & iam nō cursum modo sed uolātū meditabar: uidebarq; mihi sine ullo laboris sensu alpes Bononiæ transiturus: Apœninū uulgariter alpem dixi. Inde enim improuisus licet non inexpectatus tuis & amicorū oculis adesse decreueram. Accedebat quod hinc potissime cœpti operis adminicula sperabantur: quibus mora omnis inimica erat. Quippe cū nec celeritas exacta suffecerit: Quid dicam? Scio res solidas esse: spes inanes: scio q̄ qui spem perdit: nihil perdit: minus dixi: multum uero lucratur: & tamen expertus loquor: ut nulla minor iactura q̄ spei: sic nullā molestior causa est: quia sæpe plures fiunt sperata q̄ possessa: & sæpe quantū nos spes reꝝ blanda fefellerit: adipiscendo cognoscimus. Hinc est ut quotiens ante experimentum spes interijt: graui nos incōmodo affectos extimemus: Præuertit ergo consilium meum deus: & curas quas pias arbitrabar superuacuas declarauit: ut uel sic edoctus agnoscerem cogitationes hominum uanas esse. Et de hoc quidem hæctenus. Super negotio litis nostræ nil aliud dico: Res in curia uertitur: Spero fore ut illius prædonis insidiæ detegantur. In omnes tamen casus paratus est animus: Victor gaudebo: uictus uicta cum iusticia me solabor. Non nunc primum fortunæ ludis exerceor: didici quibus artibus caducæ spei uulnus eluditur. Eant igitur res utcunq; modo ego non mouear: neq; Hercle quo moueri debeam intelligo. Nempe æquo animo possum uel assequi quod meum est: uel dimittere quod nunq; assequi potui. Cōpendiaria ad diuitias philosophorū uia est: quæ monstrat non addendum diuitijs: sed cupiditatibus detrahendum. Hæc sequi disposui: ne in illud duræ ac laboriosū negotiorū inextricabiliū iter incidā: a quo me deus & ipsa naturæ meæ cōditio manu (ut ita dixerim) retraxerunt. De lite igitur sit quicquid esse potest: mihi paupertas mea nō molesta nec sordida: sed plus etiā q̄ uellem inuidiosa sufficet: cum qua si bene mihi conuenit (ut uideꝝ Senecæ) diues sum. Vale.

C

Compendia /  
ria ad diuitias  
philosophorū  
uia est

Francisci Petrarchæ ad Ioannem Anchiseū: de aduentante amico congratulantis: Epistola CVI.

**C** Redi non posset: quantū mihi curarū decesserit: quantū uel læticiæ accesserit: recenti quodam nuncio: quod tecum: q̄uis multa loqui longum tempusq; prohibeat: partiri quantalibet breuitate disposui. Franciscum nostrū aduentare audio: & iam esse Massilia. Multis quidem iactatū casibus & terrestribus maritimisq; periculis saluū tamen: & ad me primū ille nunc recto (ut aiunt) calle festinat: & de uiaꝝ (ut certus sum) prolixitate conqueritur: sæpe Virgilianū illud in ore habens: Italiam sequimur fugientē: & uolumur undis. Nec immerito: putabat em̄ me in Gallia reperire: sed illā curiæ sentinam tollerare nequiteram. Proximus illi saltus in patriam: tui eum desiderio ardere certe scio: Sed mihi crede q̄ non scriberem si propositum meum præuertere posses ulla prouidentia: crede inquam mihi de consilijs hominū fortuna iudicat. Inter cogitatus atq; actus magnus quidā (ut uulgo dicitur) mons est. Quando hic erit quē iam iā affuturū spero: iniiciā manus. Imperiosa res est amor: Nihil nō licere sibi existimat: uidebor iure meo uti si quasi reinuentum thesaurū domi recondidero curāq; sumpsero ne tā facile rursus eo careā. Id tibi præhuciatū uelim: quo patietius feras cū acciderit. Neq; em̄ ut aduentus sui famā tecū modo partitus sum: sic ipsum quoq; partiar amicū. Multo rarior multoq; preciosior res est amicitia: q̄ aurum. In qua si quid audius egero: excuset utcunq; possessæ rei preciū duriciē possessoris. Ego quidē te consortē nō reiicio: ita tamen ut præsentem partiamur. Ut partem igitur tuā feras: imo uero ut pro uno duos habeas: uenire te amor agat. Vale.

A

B

Fortuna de cō  
silijs hominū  
iudicat

Francisci Petrarchæ ad Ioannē Anchiseum: Francisci cuiusdam amici sui mortem immaturam ualde deflentis: Epistola CVII.

**H**eu quid hoc est? quid audio? O spes mortalium fallax: O curæ superuacua: O labilis status: nihil homini trāquillū: nihil stabile: nihil tutū: Hinc fortunæ uis: hinc mortis insidiæ: hinc fugacis mūdi blāditia: Vndiq; circū uallamur miseri: & inter tot laqueos spondere nobis iucundum aliquid audemus: Totiens frustrati: toties ludibrio habiti: sperādi cōsuetudinē & millies elusam credulitatē nescimꝝ exuere: tāta fœlicitatis (licet falsæ) dulcedo est. Heu demēs: heu cæce rerūq; oblitæ tuarū: q̄tiens mecū dixi: Vide hic nota: attēde: subsiste: recogita: i prime signū fixū: mansurum: indelebile: Memento fraudis huius & illius: Nihil unq; speraueris: nihil credideris fortunæ: mendax est: uaria: leuis: infida: priora eius blāda & mitia: posteriora acerbissima: Noſti iam hoc ferale pdigiū: exptus a nemine iā docēdus: tuis igitur exēplis tibi cōsule: & ullū cū hac inire cōmertū cauetō: æque promittentē ac negantē despice: æque rapientē largientemq; contemne. Hoc decreuerā: hoc

A

Nihil mortali  
bus tutū esse

mente firmaueram: at post tam uirile propositum: ecce rursus quæ muliebriter: quæ inepte decidit: ridiculose dixerim: an uero flebiliter: ridiculose alijs fortasse: mihi quidem prorsus miserabiliter ac miserrime. Post tot res speratarum inopinos casus induxi in animum sperare iterum: atque huic momentaneo & uelut hyberinæ serenæ noctis credere & ex euentu crastini pendere præceptis: temerarius: inconsultus: interblandiri curis mordacibus ausus sum. Ecce iam dilectus meus adierit: Franciscus meus: non minus mihi iunctus uoluntate quæ nomine: non minus amore quæ sanguine. Ecce adierit & forte iam adest: tam uæhementi enim meditatione in eum incubueram: ut sæpe uelut ante oculos aspicerem tanto maris ac terrarum spatio distantem: & meo nunquam amplius in huiusmodi peregrinationis exilio reuidendum. Sed ego iure quodam meo (quod amantium omnium est commune) fictis congressibus atque colloquijs inuisæ moras solabar absentiarum: meque ipsum (ut fit) quadam cum uoluptate falsebam. Quoties aliquis ex pueris meis quibus ille se fecerat multa morum suauitate charissimum: ad me aliquid nunciaturus intrauerat: ita eram quasi ille iam afforet. Quoties quisquam fores impulerat fluctuabam: & pastorium illud imprimis occurrebat animo: Nescio quis certe est: & Hylas in limine latrat. Credimus: an qui amant ipsi sibi somnia fingunt: Hæc miser amans somnia fingebam: his angebar curis: his aestuabam sollicitudinibus: pascebarque tenui quadam spe: non aliter quam opitulus per quietem dapibus sopitus esuriens & latratus canum: & seruum uoces: & moti stridor cardinis & pauimentum proterens ungula cornipedis & omnis omnino strepitus excitabat. Quoties uel libellos quibus inhiabam uel cui inhærebam: calamum festinabundus abiicit. Quoties surrexi: quotiens pro silui uidendi auidus tenendique dilectum meum & curarum mearum prædulcissimum participem: Neque fratrem solum (ut Tullij quibus hoc loco possum proprie uerbis utar) sed suauitate fratrem prope æqualem: obsequio filium: consilio parentem: quem nescio an nimis sero cognouerim: an uerius nimis cito: nisi enim amare hominem ceperissem: nequaquam morte eius in has lachrymas incidissem. Biennio uix integro illius conuictu: & amicitra frater sum: tempus heu uix alloquij: ne dicam amicitiarum satis patens. Sed hoc uno solior orbitate meam: quæ ambo certatim illius temporis breuitate ardentissima hinc illinc charitate laxauimus: & quicquid in amicitia dulce uel sanctum est (quod in spatio æuo alij solent) nos explicuimus in angusto: ut iam delectatio nostra diuturnior: amicitia uero fides certe neque sincerior: neque familiaritas artior esse possit. Inuidit gustatam mihi uitæ dulcedinem fortuna: Plurima & magna fidei suæ pignora: sanus ægerque suscepti: quæ in animi mei penetralibus adamantina sede reconditi: spero itidem de me ille sentiret: eoque propensius quo & humaniorem illum & amantiorem natura protulerat. Nunc autem illius temporis memoria & amara mihi simul & dulcis est: hinc mulcet: hinc cruciat: nec satis expedito: malim ne fuisse illi homini notus an incognitus. Amicum enim talem foelix & dulce quidem habuisse: sed amisisse miserrimum atque amarissimum. Nunquam fere alias me ipsum ut nunc excusseram: quod non sine pudore fateor: & affectum in me plus: & uirum minus quam opinabar inuenio. Putabam enim & dignum erat multa lectione longaque rebus experientia obduruisse aduersus omnes ictus & iniurias fortunæ: Fallebar infelix: nihil me mollius: nihil enervatius. Putabam: imo equidem certus eram me Franciscum meum amare tenerrime: hoc enim illius erga me charitas & obsequia merebant. Quantum tamem amauerim: Heu sero nec aliter quam perdendo cognoui. Ideoque nunc intractabilius ulceroſa mens dolet: plus se cernens amisisse quam crederet. Qua in re nihil mihi magis obfuit quam impræmeditatio eius: quod euenire necesse erat: non cogitaueram morituræ. Et profecto si quis in hoc torrente rerum humanarum ordo esset: ante me mori non debuit post me natus. Accessit seruus atque anxia eius expectatio: de qua multa iam dixi. Sic enim ipse mihi supremo lachrymas digressu: sic deinde per litteras pollicetur. Sic Socrates me non futurum iam: sed presentem eius nunciauerat aduentum: digressum ex Gallia recto ad me tramite in Italiam perire. Heu mihi: nunc recolo: uelut adhuc foelix atque integer proximam abscisionem: & instantes miseras præſagire: meque confestim scirem optima mei ipsius parte cariturum: breuissimam foelicitatem meam nitebar expedere: quid fata mecum agerent ignorans. Veniet dicebam prius me quam grandævum patrem: quam dulces fratres ac sorores uisere. Inſiciam manum ac tenebo: nec magnis uiribus opus erit. Opitulatore ex aduerso inueniam: Amor qui cum illo habitat partes mecum faciet. Iam ille crebro mihi dicere consueuerat Horatianum illud: Tecum uiuere amem: tecum obeam libens. Sed ecce manus quas ego sibi inſicere cogitabam mors iniecit: & (quod ad te pridie breui quadam epistola dixeram: de consilijs hominum iudicare fortunam) longe aliter atque ego senseram interpretata est. Nunc erepta spe geminatoque desiderio: quod agam: Lachrymis ne atque suspirijs alar:

& in amissi locum moerorem meum indesinenter amplectar. An uero serenare animū nitā & circumstrepentib⁹ fortunæ minis in arcem rationis euadere? Hoc præstat: illud placet: hinc uirtus erigit: hinc affectus incuruāt: & quo me uertā: quid ue potissimū sequar incert⁹ sum: & male mihi est sæpissime cadenti: sæpissime resurgenti. Saona nocens atq; impia quæ me his anxietatibus inuoluit: quid tibi p. meritis imprecet? Abstulisti animæ meæ dimidiū ac florētissima ætate crescēteq; iuuenē uirtute: dū adhuc ordiret inexorabiliter succidisti: & nunc illi pectori in quo Franciscus meus hospitabat: uiolenter incumbis. Ipse em̄ abiit: te licet inuita. Nihil in illū iuris habes: corpus tantū illius & spem meā simul obruis: pro quo quid aliud optem tibi? Curuati in arcū colles extendantur: ut in faciem directi & impertuosī littoris redacta iniquā præbeas classibus stationē. Corruāt mœnia & manu facta præsidia quæ uentis ac fluctibus obiecisti. Huc uis sirtium & euripi feruor: huc scyllæ rabies: huc charybdis ipetus: & quæcūq; uasti maris pericula transferant. Laxet Aeolus inquietos fratres: Austrum & reliquos: qui tuis finibus insultare sūnt soliti: ut toto orbe trāquillo: te unam perpetuæ quatiant procellæ. Quicquid uel mortium uel morboꝝ per omnes terras ac maria pestifer hic annus effudit: in te solam cōfluat: quæq; alijs annuatim: tibi pestis æterna sit. Purgetur insula Sardinia & quicquid cœli crassioris usq; est: Purgentur stagna & sulphurei lacus limosæq; penit⁹ paludes: Tepescat arc̄tos: refrigeretur Aethiopia: uacuetur serpentina suis Africa: tigribus Hyrcania: quicquid monstrorū & immaniū baluarum orbis habet: in te ex omni terrarū parte conueniat. In te tristes nebulæ: In te latices fuesti & inclamentes auræ: In te frigora æstusq; defauiāt. Deniq; cū summa humani generis salute: tu sola depereas: tu locus mortis: tu formidinis ac terroꝝ regio: tu luctus ac miseriarū domus esto: te peregrinus: te mercator: postremo te ciues tui fugiant: te uiator pallidus e summis montium despiciat iugis: te nauta trepidus ex alto prospicet & infamē scopulū declinās: opē ueloz remis adijciat. Heu quo me dolor perpulit: quid loquor: aut ubi sum? Mortalia mortalis tam grauius fleo: & insontē terram quæ suū ius recipit execror: incert⁹ ubinam ipse moriturus: atq; hunc puluerem terræ redditurus sim. Itaq; iam lamentis & gemitibus abstinendum est: & pro fratre præmisso dum super sumus orandū. Id potius uiros decet. Tibi uero ciuitas pulcherrima: quæ depositū meū serua: ad me tandē reuersus gratiam habeo: q; in terra forsan barbarica iacitur: ipsa cōplecteris. Vitæ quidē breuitas fatalis fuerat: tuū est qd amico meo iuuenū licet: fesso tamē iam curæ contigit Italici saltē requies sepulchri: leue solamē: sed multis iam uiris illustribus optatū. Te nimis hæcenus ut cupide uiderem ipse terrarū situs amœnitatq; præstabāt. Deinceps charissimi mihi cineris seruatricem amara quadam dulcedine multo libentius uidebo. Si em̄ amantissimæ olim coniugi Pompeij sui mors & truncū impie cadauer arenas Niluæ cōmendabat usq; a deo: ut inde nollet auelli: cur nō ego dilecti mei ppetuā sedē: littus Italicū amabor? Salue tell⁹ egregia: fraternarū reliquiæ: custos fidelissima: tu me largius flere: tu parcius sperare docuisti. Tu aut ante tempus erepte mihi frater qui hæc in me lamenta præcipitas æternū uale: Ego quidē ex te gaudiū ac solamē qd in his qbus assidue morimur terris expectabā: ubi neq; gaudiū neq; solaciū loc⁹ est: multo cert⁹ præstāte deo: multoq; cumulati⁹: deinceps in terra uiuentium expecto. Sed ecce nūc expior qd apud Statiū legi: dulce loqui miseris. Profecto sic est: q; multa enim non sentiens impetu magis q; animi iudicio dolenter effudi: nec loquēdo fatior sed accendor: nec desinere quidem scio: Abrumpam igitur. Vale.

Fran. Pet. ad Ioannem Columnæ: eum ut fortī animo fratrum & nepotū obitum ferat consolantis: Epistola CVIII.

**H**atebor ingenue: & si em̄ soluēdo nō sim: bonæ fidei debitor sum. Fatebor tibi me oīa debere: ingeniū scz & corpusculū hoc qd pegrin⁹ inhabito: & si qd externoꝝ obtigit honoz. Neq; em̄ min⁹ aula tua aīo meo cōtulit q; corpi q; fortunis. Sub te nutritus a iuuetute mea: sub te auct⁹ atq; eruditus sum: quantū uel intercurrentiū casuū malignitas: uel igenij mediocritas passa ē. Vt ex merito teneat & hūc calamū & hāc dexterā & hoc quātulūcūq; est animi lumē: ad aī tui solamē refrigeriūq; cōuertere. Id me ī alijs maī nostris p. uirib⁹ obseruasse memini: nec tu reor oblit⁹ es. In hoc ꝑo tā graui tāq; intractabili & funesto uulnere qd nobis nondū fletib⁹ nostris satiata mors intulit: qd agerē: qd loquerer: uel omnino qd hiscerem nō inueni. Corruī miser ad primā rei famā: & uelut repētino fulminis fragore dirigui. Deinde ubi primū sparsa rationis arma colligere: & prostratum ac iacentem animū attollere posse cœpi: litteras infœlicissimi rumoris: quem prius ab egregio uiro

Paganino Mediolanēsi qui hanc urbem regit: dolenter narrante: mœstus audieram: popof  
 ci: & ostensas non sine lachrymis legi. Eñ uero illic ambagibus perplexa oĩa & nil penitus  
 certum legebatur. Ab urbe ueteri fama surrexerat: mox plata Florentiam: & p̄ quorūdam  
 religiosorū litteras Apoeninū transgressa: Bononiā primo: inde ad nos semp̄ (ut fit) crescen/  
 do ac uariando puenerat. In re igitur dubia (quia natura hoc habet: ut audita quæ displicent  
 uix totis præcordijs admittant) malui mihi interim foeliciora p̄mittere. Sic ægra mēs  
 ad melioris spei dulcedinem recurrebat: ea tamē euanida & uelut somniantis miseri fugiti/  
 ua foelicitas erat. Quid multa: q̄uis assidue supuētū nouorū nuncioꝝ spes illa decreseret:  
 nihil tamen prius plane compertū sciui q̄ ad me Socratis nostri lachrymabiles litteræ per/  
 uenirent. Ita mirū Tyberinas erumnas ex alio orbe mihi Rhodan<sup>o</sup> nūciauit. Illæ uero mi/  
 hi litteræ ancipitis spei refugijū præcluserūt: Quo effectū est: ut id modicū intellectū unde  
 nōnunq̄ animi medelam mihi atq̄ alijs elicui: fletus & questuū pondus opprimeret: non  
 cessi tamen nec cessauī: Quotiēs assurgere nisus scribere aliquid uolui: quotiens libellos  
 euolui: rubiginem ingenij tabescentis absterfi: & in intimas memoriæ meæ cellulas mœst<sup>o</sup>  
 scrutator introij: Deniq̄ oĩa feci: incassum tamen. Venerūt ad manus meas epistola quæ/  
 dam: quas uisitante nos sapius fortuna p̄ hos annos utroq̄ stilo ad te miseram: In quibus  
 nihil omnino meis ne dicā tuis angoribus: non solū curandis sed etiam leniendis satis effi/  
 cax uisum est: Et pudebat totiens uulgata repetere: Noua autē cudere exhausto imprimis in/  
 genio non ualebam: ordiri tamē & temptare nō destiti si forte supra spem orsa succederent.  
 Possem tria uel quattuor litterarū ostētare primordia diuerso caractere: modifq̄ fere om/  
 nibus quibus p̄ uarietate rerū grauidæ mentis affectus cōceptufq̄ parturio. Sane quan/  
 tum mihi illa placuerint: cōditor idem & castigator calamus transuerso liturarum uulnere  
 indicat. His ego difficultatibus implicitus silere firmauerā: & præsentē gemitū Christo con/  
 solatori optimo solandū finiendumq̄ cōmittere: Hæc pro excusatione silentij mei dixerim.  
 Et nunc q̄ te post tantū tempus alloquor: nō mutati propositi: sed insperati gaudiū est: qd̄  
 p̄ctori meo nuper obstinatius dolenti: & (qui miseris mos est) mœrorem propriū amanti  
 eiusdem Socratis recentiores inuexerūt litteræ: quibus animi tui inter tot fortunæ impetus  
 incōcussam magnitudinē eminentiāq̄ perdidici: & qui dolorē meū tacitus tulerā superad/  
 ueniens gaudiū ferre nō potui: quo minus pias simul in lachrymas & in uerba prorumpere:  
 qd̄ me friuolis nequicq̄ temptare sermūculis pudor & dolor & reuerentia uetuerant:  
 & id ab illo cœlesti artifice factū uidēs: cui cum pro alijs multis: tum pro hoc præcipue gra/  
 tias agere dignū est: q̄ tibi tot rerū bellis exercito fortitudinē tribuit & constantiā exempla/  
 rem. Itaq̄ decus meū: & iam quasi sola spei meæ & multorū ancōra cōposito tandem statu  
 fatigati p̄ctoris & sedatis imbribus lachrymarū: qui ubi uāhementius ingruerint: sereni/  
 tatem mentis offuscant & conspectū præripiūt ueritatis: Quid aliud suadeam: quid ue ali/  
 ud rogem: nisi insistendū cōcepto: & inuictō aīo fortunæ minacis insultibus occurrendū: re/  
 spiciendum sobriæ ad naturæ nostræ uiolentas ac superbas leges: quid sumus: ubi sumus:  
 q̄ diu uel hoc ipsum: uel hic futuri sum<sup>o</sup>: unde funē soluimus: quē petimus portū: q̄s inter  
 scopulos nauigamus: quantū maris emensi sumus: quantulū est qd̄ restat: quantū sub si/  
 ne periculū: q̄ multi p̄ timidū æquor incolumes: in faucibus portus & in littore perierunt.  
 Postremo q̄ graue iugum super filios Adam: nō ut sup̄ colla boū alternis horis ac diebus:  
 sed prorsus omībus nulla est immunitas: nulla quies: a die exitus de uentre matris eorū (ut  
 scriptū est) usq̄ in diē sepulturæ ac reditus ī matrē oīm. Hoc nos oēs: nō magis graui q̄ cō/  
 tinuo iugo præmimur mortales: qd̄ nō gen<sup>o</sup>: nō forma: nō diuitia: nō ingenij: nō faciūdia:  
 nō uires excutiūt: nō arma: nō satellites: nō amici: nō deniq̄ legioes & classes & exercit<sup>o</sup>: sed  
 patiētia: longanimitas: constātia. Cogitandū qd̄ nō liceat fortunæ: in eos dico: qui caduca  
 & fugacia ista cōplexi: sese illi<sup>o</sup> imperio submiserūt. Reliq̄s em̄ territat quidē: urget & uelli/  
 cat: sed nō sternit. Reuocāda sub oculis oīs aui exēpla. Quas seu præpotentium populorū  
 opes effuderit: seu sup̄ illustriū regū regna calcauerit: seu qd̄ usq̄ ab origie mūdi intactū fu/  
 ribunda reliquerit. Nō uacat historias euoluere (qd̄ in alijs cōsolatorijs eplis ad te feci) &  
 quæcūq̄ possem studio cōqrere: nota sūt tibi. Nō demisse neq̄ muliebris agā: Non em̄ uel  
 foemina alloquor nel puerū uel unū aliquē e plæbe multiuola: sed uirū fortē & natura semp̄  
 excelsum: nunc ut spero fortiorē solito & ipsis calamitatibus altiore: Virum crebris sig/  
 natum fortunæ uulnerib<sup>o</sup>: duratoq̄ iam uirtutis callō: minas illius & prælia cōtemnentē.  
 Non itaq̄ delinimenta blanditiarū asperitatibus tantis interferam: neq̄ ingeram spem ne/

B

C

D

potum: quibus & illa deo casus nostros miserante non desit: Te ipsum tibi ostendam. Orabo luctus tuos numerare: iacturas extimare: desine in ea quæ restât: lumina iam tersa cõuerte. Circûspice familiæ tuæ statû: Columnensiu domos solito pauciores habeat colûnas: quod ad rem: modo fundamentû stabile solidûq; pmaneat. Vnus erat Iulius Cæsar: Fratrem non habuit: nec filios & patris nomen occultû est: quid tamẽ unus egerit norit oēs. Persuade tibi quæso (quod uerissimû est) quo plus sæuist: eo minus metuendâ esse fortunâ: quod potuit fecit: Breui tpe & fratres tibi & nepotes & ppinquos abstulit: florētissimâq; pspiciã redegit ad paucos. Securus generosâq; plenâ contumaciã illâ intuere: præter magnanimû genitorem ppe iam nihil est in quod arietare possit. Et illi quidẽ ut humani nihil unq; intolerandû fuit: sic nihil deinceps intepestiû accider: mortalis aui methas longe post tergû liquit. Quæ uero senû mihi dabis quod tot uitæ ânos numeret: quot hic noster fœlicitatis & gloriæ numeret? Omnium pfecto fortunatissimû: quos nostra ætas habuit si aliquãto citius abisset. Ceteræ sollicitudo ac metus nõ nisi expectantis animi esse solet. Qui iam suû recepit in tuto est. Quantû uero solatiû fortitudo tua sibi tribuet inter seniles angustias quibus eû sub uitæ sinẽ ferrox implicuit fortuna: & unde illû explicare: nõ nisi uel ppria uel supstitis filij uirtus potest. Hæc & his similia præsentis mali remedia tibi sunt: Reliqua em̄ quæ remedia uidet stimuli sũt: nõ leniũt sed acerbant: mors nec lachrymis redimit: nec lamētis uincit: uitari nõ potest: sperni potest. Hæc insupabilis & inuitabilis mali huius uictoria sola est. Pluribus agere nisi scirem quod erectus & sui memor animus loquaci cõsolatore nõ eget. Defectû uero & ppriæ nobilitatis oblitû uerba nõ erigũt: Perge mō qua cœpisti: & bona fide quod monstras exterius: intus age: ne forte sub tranquilla fronte turbida mens lateat: quod piculosissimû multis fuit: dum dissimulatis ulceribus in publico uelut læti: in cubilibus suis mœsti latentis mœrore tabuerunt. Pars sani capitis & in perniciem ppriã laborantis est ista calliditas: ægritudinẽ pfiteri & palã flere securius est. Deniq; quod sæpe dixisse memor sum & dicendû sæpius existimo: Alto loco situs es unde aspectû & iudicia sermonesq; hoim effugere non potes: quod accuratius tibi decoris ac famæ studiû esse debet. Inter multas quidẽ iniurias: unû hoc de te bene meruit fortuna magnâ laudis obtulit materiã: habet qui nobiscû uiuũt: habebunt qui nascuntur postea quid in te suspiciant quod laudẽt: quod efferrant: quod mirent infractû malis animi robor & generosam uere Romani spiritus maiestatem. Vale.

Frã. Pet. ad Brunonẽ Florētinû: Amãtû cæca eẽ iudicia asserētis: Epistola CIX.

**S**olû seu solis comitatû curis epistola tua me repperit: laudû mearû onusta præconijs: Et quod testis abforet: erubui tamẽ interlegẽdû fateor: quia uero nõ ppriû aut alterius non amãtis: sed illius amicissimi senis testimoniû secuta in eã narrationẽ uenerat: minus attulit negocij. Illud em̄ uobis quæ uel dicta sunt uel in eandẽ sententiam dici possunt respõdissẽ suffecerit: solere amantû cæca esse iudicia. Hinc & apud Flaccû: Balbinus agne polipo delectat: & apud uulgus amatoria fabella est ei qui monoculæ mulieris amore correptus a parētibus: tandẽ morbo cõsulētibus in alias oras missus: & post aliq; ânos amore deposito i patriã reuersus: forte illi quã uahemẽter amaauerat obui ac repete tristi cõciliis tui spectaculo quæsiuit: quã illa casu oculû amisisset: Mime inquit illa oculû amisit: sed tu oculûs iuenisti. Grauius quidẽ ac præclare. Sed ne plura: Si quis usq; est amãs: senex noster eẽ amãtissimû suorû. In relijs igit deiceps (si quod mihi fidei est) sibi nõ ut Dodoneo Ioui: uel Delphico Apollini: sed ut uiro unice ueridico adhibe aures animûq;. Quotiẽs ad me quẽ paternæ amat ei mellifluus & suauis sermo descēderit: parcius crede nisi forte (quod nescio an in sapientẽ cadat) errare nõnunq; & decipi dulce est. Sane carmẽ egregiû quod insertû erat epistolæ sine rursõ māsisset: tacita mei pectoris admiratione cõtentû: nisi obstitisset ingenij tui meritû in tanta præsertim uulgaris ignorãtiã nube radiãtis. Accipies igit seorsum: & qualescûq; est boni cõsules: carmẽ breue quod in lachrymosa materia occupato nunc animo uix extorsit: nõ tam ut id responsum esset quod ne nihil. Vale.

Fran. Pet. ad Luchinû uicecomitem Mediolanẽ. Maiores nostros qui uirtute & litteris claruerũt cõmendantis: simulq; nostri tps principum ignauiam & ignorantiam reprehendentis: Epistola CX.

**Q**uales speraueram: imo quidem quales nec sperauerã litteras tuas legi. Gratulor inter excellẽtiã tuã & humilitatẽ meã: hoc saltem interuenisse cõmertiu: talẽq; mihi ad noticiã tui aditû aperuisse fortunã. In eo sane quod litterarû ipsarû ultia ps iubet diligẽtiã meã cura nõ deerit: eoq; promptius enitar: quo plus delectatiõis labor as-

feret: dum hortulanus herbis & arboribus: ego uerbis & carminibus incumbam: inuitante riui murmure: qui querulus fugit & dextra lauaq; prominentē pomiferā syluā secat: cuius studij primitias iam nunc degustabis. Et si fortasse animū altissimis intentū curis ista nō tāgant (ut temporū mos est) scio tamen illos tam magnos reꝝ dños Iuliū & Augustū Cæsares: saepe a reipublicæ negocijs bellorūq; laboribus: in nostri tranquillitate ocij quieuisse & rigentes gladijs dexteris ab hostibus feriendis: ad syllabas numerandas ac uoces aduersis agminibus intonare: Interq; tubarū clangorem & militarem strepitū exaudiri solitas ad pierij modulaminis dulcedinem transulisse. Neronē transeo: ne præclarū studium gloriosaq; nomine illius monstri cōmemoratione cōmaculem. Q̄ deditum musis Hadrianū credimus: cuius intentio tam uāhemens fuit: ut ne uicina quidē morte lentesceret: Prorsus miꝝ dictu: sub extremum uitæ spiritū de animæ discessu: uersiculos adidit: quos infererem: nisi quia uel tibi uel tuorū alicui notos esse cōfido. Quid Marcū Antoniū loquar: q̄ cū nō ambitione: sed meritis ad imperium ascendisset: uetus philosophiæ cognomen tenuit: nouum spreuit: aliquāto maius extimās philosophū esse q̄ principē. Huiꝝ generis exemplorū copia ingēs est: uixq; aliqs principū sine hac litterarū supellectili se principē: imo ꝑ se hoīem esse censebat. Sed mutata sunt tempora: Reges terrā bellū litteris indixerunt: aūꝝ credo & gēmas atramentis inquinare metuunt: aīm ignorātia cæcū ac sordidū habere nō metuūt. Sed grauis & piculosa materia est: uiuū potentē uerbis offendere: nec ad offensionē lōgo sermone opus est: Quisq; male uiuit: nuda læditur ueritate. Mortui autē securiꝝ reprehenduntur. Nulli grauis est percussus Achilles (ut ait Satyricus) Itaq; hostes litterarū: reges nostri temporis: non noīare cōsiliū est: Nō est em̄ tutū in eū scribere qui potest proscribere (ut ait Asinius Pollio egregius orator in Cæsare Augustū iocans) Cuius ego nunc exemplo suppræssis reorū noībꝝ: accusationē publicā peregero: Prope em̄ oēs idem error agit: & cū nullus eos quos supra retuli litterarū amicos principes sequi uelit: certatim Liciniū Cæsarem imitantur: qui rusticanæ uir originis ita litteras oderat: ut eas uirus ac pestē publicā appellaret. Vox nō quidem impatore digna: sed rustico. At nō sic Marius & ipse quoq; rusticanꝝ uir: sed (ut ait Cicero) uere uir: quem licet uel occupatio uel natura litterarū ad studia tardiorē faceret: litteratos tamē hoīes amabat: præcipue poetas quorū speraret ingenio suarū reꝝ gestarū: gloriā celebrari posse. Et nimis: quis est hoīem: nisi sit idem prorsus agresti duricia qui & si nō ualde litteris delectet: clarū saltē non cupiat nomē: qđ ꝑfecto sicut sine uirtute non quærit: sic sine litteris non seruat. Fluxa est hominū memoria: picturæ labiles: caducæ statuarū. Interq; mortaliū inuēta nihil litteris stabilius: quisquis illas nō metuit: oportet ut diligat: Omninoq; uerū est illud Claudiani: Gaudet em̄ uirtus sibi testes iungere causas. Carmen amat quisquis carmine digna facit. Nostri uero qui nihil: nisi Satyrico carmine dignum gerunt: quas metuunt litteras oderunt: Itaq; cum Licinio sentiunt omēs: nemo cum Mario: nec cum alijs dicam: & (qua nulla turpior desidia unq; fuit) id quod preciosissimū habebant: surripi sibi per plæbeios homines passi eo sensim peruenere: ut iam inter diuitias suas grauissima præmanē inopia: ita qui pro exiguo censu: pro paruo regni angulo in acie descendissent relictū sibi a proauis thesaurū inextimabile proiecerūt: inq; ipsam animi regiam pmiserūt alienigenas ingredi: q̄ eos nō purpureis: sed sydereis uestibꝝ spoliatos inde depellerēt. Vnde illud regale dedecus uidemꝝ plæbē doctā: regesq; asinos coronatos licet: Sic em̄ eos uocat: Romani Impatoris ep̄la quædā ad Francoꝝ regē. Tu ergo hac ætate uir maxime & cui ad regnū nihil præter regiū nomē desit: e duabꝝ principū sententijs cui potissimū te applices ignoro: sed meliora oīa de te spero. Itaq; (ne in longū exeā) breue carmen qđ ex tempe nuper occurrit inter arbores illas de quibus tibi admodū familiariter partem poscis excellentiæ tuæ misi: qđ si placuisse tibi sensero (in eo genere posse em̄ uideor) q̄ putas: & q̄ occupatio mea spondet liberalior apparebo. Vale.

Fran. Pet. ad Iacobum Florentinū: adulationes admodū se odisse significātis: eumq; potius ut carpat non laudet hortantis: Ep̄la CXI.

**A** **U**eris utinā laudibꝝ meis plene tuæ nūꝑ ad me litteræ uenere: & dulcedie mira pmulserere animū: sic in eis affectū potiꝝ q̄ effectū meriebar. Si em̄ ab alio mitterent illud crederem: Nunc de purissima quidē animi tui parte prodeūtes: scio non fallunt: utinam non fallantur: Proinde uera tibi uideri omnia quæ scribis certus sum. Amori tuo gratulor: compatio errori. Nec tamen hic te parcius errare uoluerim: adeo delectat quod non sum uideri tibi: malletm esse quod uideor. Quid si ab alto negatum est: tu tamen ne

**B**  
Reges nostri  
tpis litteris in-  
dixerunt

Facetia Asinij  
Pollij i Augu-  
stum Cæsare

**C**  
Fama sine uir-  
tute nō quæri  
tur nec sine lit-  
teris seruat

**D**

**A**

amicus tibi error excidat caueto. Equidem ego quibus mihi temperare nequiverim: quo minus ad litteras tuas iterum atque iterum reuenterer: sensi tamen lectionem ipsam non uacare piculo: sic enim grauius: sic ornate: sic dulcius: sic denique ad persuadendum apposite in proposito uersaris: ut ualde metuendum sit: ne legentem ad credendum quidlibet facile impelleres: quod si efficias: habebis opinionis tuae comitem: nisi quod cum tuus generosus & ingenuus error sit: me implicueris errore ridiculo. Itaque consilium fuerit & si cum labore fiat ab illa deinceps litterarum tuarum parte oculos auertere. Et si posthac res me tuarum iugem ac sedulum lectorem uis efficere: uidebis in me multa: Amicis licet oculis grauius & fauētis etiam linguarum non euasura censuram: Hic precor iucumbe: huc facundissimum tuum calamum uerte: ostende me mihi: in hunc linguarum manum: Arripe: liga: feri: ure: seca: tumida comprime: superuacua rescinde: nec ruborem mihi fecisse timueris nec pallorē. Tristis potio tristes pellicit aegritudines: aeger sum quis nescit: Acriore tibi sum curandus antidoto: non cedunt amara dulcibus: sed amara inuicem sese tridunt. Si prodesse uis: scribe quod doleam. Milonia nam Ciceronis cum reliquis accepi: gratias ago: non mihi nunc primum tuarum mentis indulgentia nota est: referri faciam & remittam: Comœdiā quam petis: me admodum tenera aetate dictasse non inficior sub philologia nomine. Illa quidem procul abest: & si adesset quāti eam modo faciam: quae uel tuis: ac doctorum hominum auribus dignam rear: ex communi hoc intelliges amico. Vale.

B

Tristis potio  
tristes aegritu-  
dines pellit

Francisci Petrarcae ad Gilbertum grammaticum Parmensem: Illum ut optimis moribus adolescentulum suum instituat rogatis: multa etiam de scholastica disciplina interserentis: Epistola CXII.

**A** Adolescentulum nostrum consilij inopem: & aetatis agitatam stimulis paterna sollicitudinis ope complectere. Iam ut uides ad Buium Pythagoricum uiuendo peruenit. Nusquam prudentiae minus: nusquam periculi magis est. Laeva quidem ad inferos fert: ad caelum dextera: sed illa facilis: prona: latissima & multarum gentium trita concursibus: haec ardua: angusta: difficilis: & paucorum hominum signata uestigijs. Non ego hoc dico: dixit dominus omnium & magister: Spatiosa uia quae ducit ad perditionem: & multi sunt qui intrant per eam. Arta uia quae ducit ad uitam: & pauci sunt qui inueniunt eam. Puerum sane nostrum: si hic sibi dimiseris: quid acturum putas? Nempe uel caeci more uulgarem strepitum sequetur: uel ferrato (ut aiunt) ibit itinere: & (quae grauium corporum natura est) deorsum suis ponderibus feretur. Nunc tu oro uir optime succurre: & incautum ac nutantem adiuua. Rege: sustenta. Discat te magistro dextrum sequi callem: discat ascendere. Quod promptius faciet si peculiariter in eum oculos defixeris: & adolescentiae suae morbis singularis quaedam tuae providentiae medicina subuenerit. Scis quam in partem pendeat: Unde sit ruinae proximus: Illinc oportuno praesidio fulciatur. Vetus medicorum regula est: contraria contrarijs curari. In laticiam effuso: triste quidlibet: moestitia contracto laetum aliquid obijcito. Intensione nimia si obtusum erit ingenium: more sollertis agricolae alterna intermissione reparabitur: si rubiginem situ traxerit exercitio enitescet. Atque ita fiet: ut labor quietem condiciat: laborem quies: Vicissimque nunc ocio: nunc negotio recreetur animus. Innumerabiles praeterea sunt morum differentiae: & tam diuersa remedia: non magis morborum corporis quam animi passionum: ut quod uni pestiferum est alteri sit salubre. In hoc tota discretio praecipitoris uertitur. Iuuenilis pavor familiaritate ac blanditijs mulcetur. Insolentia minis & saeueritate comprimitur. Nec una scholastica censura militiae est. Leuia uerbis: grauius uerberibus castiganda. Hic laudibus erigendus: hic coerendus infamia: hic opere fatigandus: hic domandus est ferula. Generoso animo perseverantiae studium affecto solatium: desperanti subsidium: feruor argenti: praecipiti frenum: lento calcar addendum. Notissima scienti inuigero: ut attritus memoria recalescat: & de communibus magna pars artium constat & aliquando iucundius assueta loca reuissimus: & saepe non tam nouis quam notis cantibus delectamur. Pueri huic (ut ad rem redeam) uel inuito manum iniice ne corruat: ne deuiet ad sinistram. Doce quanto piculo processurum: quanto inde labore: quantoque dispendio regressurum sit. Ostende illi quanto tutius iam hinc rectum iter sequi quam spe redire: quae multos in abruptum egit: ultro diuertere. Facile casum esse: paratumque omnibus. In assurgendo autem magnis uiribus: magno nisu: magno auxilio opus esse. Mostra ei uana esse uulgi sonia: falsamque de omnibus: sed praesertim de uoluptate sententiam. Nichil ad laeuam uiam huius nisi foedum: fuscum: fragile: caducum: nihil ad dexteram nisi pulchrum: lucidum:

A

B

C

ualidum: immortale. Et quæ proprie illam sequentibus conueniat quod scriptum est: *Derelinquunt iter rectum & ambulat per uias tenebrosas. Atque illud: Via eorum & tenebræ & lubricum. Et illud: Via impiorum tenebrosa: nesciunt ubi corruant. Hæc uero alteram constantibus illud potius conuenire: Via illorum pulchræ. Et illud: Via iustorum sine offenculo. De utraque autem simul dictum: Vias quæ a dextris sunt nouit dominus: pueri uero sunt quæ a sinistris sūt. Neque solum uni dictum populo: Ecce ego do coram uobis uiam uitæ & uiam mortis. Fac ista consideret: fac uideat quæ reprehensibilis post tot duces: quæ error ambiguus: per inextricabiles uitæ breuis amfractus: unde sæpe redeuntibus seu redire meditantibus mors occurrit. Denique: dum res integra dumque ipse suus est: nec dum peccati iugum subiit: doce quāto facilius iugum illud declinare quæ excutere: & poeticum illud tenentibus auribus frequenter iuculca: Hac itur ad astra. Et illud: Hac iter Elysium nobis: at læua malorum: Exercent pœnas: & ad impia tartara mittit. In quo poetæ nostro sapientum Herbræorum unus consonat. Sic enim ait: Via peccantium conculcata lapidibus: & in finem illorum inferi & tenebræ & pœnæ. His hac ætate consuescat monitis: has hauriat disciplina. Facile quis formam recens excipit materia: facile quiuis habitus: nondum duratis mentibus imprimitur ubi falsis opinionibus aditum præbueris: operosius excluduntur. Insuper ergo dum uotiuu spem successus tractabile tempus præfert. Et sic habeto: plus te illi puero hoc beneficio collaturum: quæ si omnes simul ingenuas artes in pectus suum sedulo ore transfuderis. Magna quædam res est: fateor: scientia litterarum: sed maior uirtus animi: Et si utraque ex te discipulus docilis sperare queat: nosti ingenium quid possit: nosti melius expertus: Ego id unum noui: paucorum esse: ut litterati fiant: omnium ut boni: modo se bonis ducibus exhibeant obsequentes. Fastidiosior quidem est scientia quæ uirtus: cum sit illa nobilior paucorum dignatur ingenia: illa nullius animum contemnit: nisi a quo prius contempta est. Vale.*

Fran. Pet. ad Læcelottū equitē Placentinū: pluribus amicorum se litteris teneri ostendentis: & quod amorī remediū cōferendū sit docentis: Epistola CXIII.

**A** **H**ærebat calamo dextera scribendi auida: sed incerta quid scribere tam multis & tam uarijs uno prope tempore: nuncijs pulsabar. Interpellabat hinc Tyberis: hinc Arnus: hinc Rhodanus. Ille mihi infelicis & de me optimæ meritæ urbis statum: Immo uerius ruinam quam sine lachrymis audire non possum: nunciauerat: Ille quorumdam ingeniosorum adulescētium querelas: ad me diuerso quidem stilo: sed una eademque sententia transmiserat indignantium grauiterque tolerantium: quid illic expectatus huc diuiterim: seu quid ita natali solo habitaculum istud antetulerim: quæ crebra multorum admiratio est: Ille autem curialium litteris amicorum silentio meo in tanto excellentis amici gemitu (quod in leuioribus malis minime solebam: quæ non tam iudicio quæ stupore cadētis illustrissimæ familiæ ac mœrore suscepi) calcar blandæ sed ualidæ reprehensionis incusserat: Quonam ergo primum uerterer: Romanis amicis miseratio: Florentinis excusatio: Transalpinis consolatio debebatur. In hoc triuio hæsitanti quartus rumor accesserat: Quidam & nomine mihi iunctus & sanguine (quodque super omnia est) & amore & obsequijs animo meo probatissimus atque charissimus: dum ex Gallijs ad me uisendi cupidus accelerat morbo: seu laboribus uiarum: seu cœli inclamentia contracto Saone subsistere coactus acerba mihi morte subtrahitur. Qua in re quibus longæui parentis ac miseræ matris orbitatem fratrumque solitudinem ac sororum lachrymas consolaret: qui meas proprias lenire non possem: Itaque turba rerum circumuentus (feci quod in talibus soleo: quicquid mos peculiaris inertiæ meæ est) statui ex æquo uniuersa negligere: uel si possem etiam obliuisci. Sic affecto tua iucidēs epistola torporē abstulit: & destitutum atque abiectū calamū restituit tam dulcis grauitas & tam grauis dulcedo inerat. Sane quæ inter cætera scriptū erat Africa meæ nomē: suspirare uel inuitū cōpulit: neque enim solus cœpti illius exitū expectas: mihi pro promptius sit arenas maris & cœli astra numerare: quæ cuncta fortunæ laboribus meis inuidijs obstacula. Finē & ipse incertus operior: prorsus ne frustra uigilauerim: an mihi saltē studiū mei uoluptas aliquid: quæ uis fera seruet. Quæ si rite successerit: ad hoc qualecūque spectaculū ingenij curabo: ne quis te præueniat in Orchestra: ultimam litterarum tuarum particulam subridēs legi. Iuuat enim morbi mei ueteris tales nosse participes: & arbitrari cogor non ignobile accidens: quod in tali confederit subiecto: solamen uero uulgaris eloquij: quod ex me iocose (nisi fallor) exiis: ego ex te si forte animi uulnus fando lentesceret: & poscendum dicerem & sperandum: hinc uersiculis speras tibi posse dolores atque æstus curasque graues e pectore pelli: Auger

tur potius alunturq̃. Alia est igitur huius ægritudinis medicina: cuius quidem (quod fateri ueritas iubet) noster Aesculapius auctor est: Herbarum autem quibus illa conficitur: uel in hortulo tuo certe non sunt: uel incognitæ tibi sunt: uel inamœno gustu efficiunt: ne tangantur. Vale & (quod optimum aduersus omnia uitæ nostræ mala remedium reor) quicquid se ad mouendum loco animum obtulerit: diligenter examina: & si principio delectaris: finem cogita.

Eiusdē Francisci Petrarchæ: de Reb<sup>9</sup> familiarib<sup>9</sup> epistolarū Liber Octauus.

Fran. Pet. ad Stephanum Columnæ seniore: Ipsum q̃ fortunæ tela tam fortit animo acceperit laudantis: Eundem etiam in fratrum: uxoris: filiorum ac nepotum morte consolantis: Ep<sup>l</sup>a CXIII.

**H**eu miserande senex: heu uiuacissimū caput: quo piaculi genere cœlum offendi: quid fecisti ut tam longæ uitæ supplicio punireris? Metellus alter dicitur baris. Nec immerito: Omnia cōueniant: patria: gen<sup>9</sup>: forma: diuitiæ: aliæq̃ corporis atq̃ animi singulares & admirabiles dotes: uxor quoq̃ clarissima: & uxoris generosa fœcunditas & consularis dignitas & in Romanis exercitiisq̃ imperij fastigium & uictoriarū ac triumphorum tituli: Senectus longæua & incōcussa: usq̃ sub ultimum: fortuna: si quid enim aduersi intermiscere hæten<sup>9</sup> ausa est: qualia multa famosis persecutionibus pertulisti. Fecit hoc ut asperitate insigni abstergeretur & enitesceret gloriæ tuæ decus. Hæc tibi fidem prope centesimū uitæ annum fortuna seruauerat: & tu similiter in orbe terrarum & in orbis regina urbe princeps natus: poteras ubi de fœlicitate agitur ea scilicet quæ sperari potest in hac uita rarissimis exemplis tuum nomen inserere: non ut Sophidius inops & inglorius arator mendaci fœlix dictus oraculo: sed ut gloriosissimus omnium nostræ ætatis Romanorū ducum: & (quod prorsus difficillimū ac pene impossibile dixerim) in altissima fortuna fœlicissimus: poteras excluso Arcade peregrino sedere fidentius Romanus cum Romano: princeps cum principe: Stephanus cum Metello: nisi q̃ præter religionis eminentiam: cuius inter paganum christianumq̃ hominē comparatio nulla est: credere illum tibi saltem fratrum ac liberorū numero dignū erat. Fratrem illum nullum habuisse legitur: tibi quinque contigerant summi uiri: & (ut breuiter dicam) nec sanguine nec fortuna: q̃ uirtutibus & gloria clariores. Quattuor ille filios habuit: prætorios: consulares: censorios: triumphales: Tibi septem fuerūt: Vnus Romanæ ecclesiæ Cardinalis: Alius uel Cardinali maior futurus: si ad legitimam peruenisset ætatem: Tres Episcopi: Duo bellicorū duces & bellica gloria parēti (ut omnia simul expediam) prope pares. Illi tres: Tibi uero sex filia: De quarū moribus silentium breuiloquio præferendū puto. Et quænam deus bone q̃ florens ex utroq̃ sexu nepotum ac pronepotū acies: q̃ dulcis turba: q̃ iucunda societas? Quis ille (ne infinita sequar) ex primogenito filio primogenito nepos Ioānes diuinus quidem & plenus priscæ ueracis Romanæ indolis adolescens: cui iure optimo Columnæ cognomē obtigisse diceres? Neq̃ em̄ de Columna ut cæteri: sed ipsa columna dicebatur: in quam scilicet amicorū spes: in quam domus ingens & antiqua recumberet. Alter iam Marcellinus euaserat: eadem ætas erat: eadem uis animi: par corporis uigor: idem & amor armorū: & equorū studium: & equitandi peritia. Alter quoq̃ Marcellus indies: uel si quid Marcello clarius fiebat. Quæ cum ita essent: quæ quauersum Romanū resonat nomē: uulgo iam fœlicissimus (si dici potest) fœlicior ac summis sublimior uidebaris. Sed sapientes expectare finem iubent: q̃ ille fortunatissimus olim rex Lydorū Solonis consilio moneat. Re em̄ uera de mortali fœlicitate mors iudicat: & (q̃ mirabili<sup>9</sup>) de æterna. Nemo ergo cōfidat: lubrica fœlicitas est. Vis te fœlicem fatear? Morere: ueri testes uitæ sunt: cinis ac sepulchrum: Aliter em̄ quo altior es: eo grauiori subiaces ruina: unicū fœlicitatis exemplū eras nostri temporis: si qualis uitæ cursus: talis exitus fuisset. Nihil mali est quod nō secū afferat longa ætas. Ut multorum dierum nauigatio: sic multorum annorum uita est. Non unum cœlo sydus: non una tempestas pelago: Sæpe flectendus clauus: sæpe cōtrahenda sunt carbasa: & sæpe (quo nil periculosius habet ars nautica) pro uetorum uarietate flectēda sunt. Nunq̃ expectes ut diu sit imota tranquillitas aut maris aut uitæ. Mutat̄ assidue res facies: & sæpe serenissim<sup>9</sup> mane dies: nubilo sine cōcludit̄. Me ne salis placidi uultū fluctusq̃ quetof ignorare iubes? Me ne huic cōsidere mōstro: Hoc ap̄d Virgiliū ille famo<sup>9</sup> nauta i mari di-

**A**  
Stephani Columnæ senioris laudes quibus Metello comparatur

**B**

**C**

cit: Hoc apud seipsum sapiēs uir dicit in uita: Nihil metuit armatus & iugi meditatiōe præparatus animus: Improuidum & sibi læta omnia promittētem quælibet aduersa deiciūt. Sed ad fortunæ tuæ uarietatem redeo. Quinq; germanos fratres iam pridem sepelieras. Quem non tantarum columnarum ruina psterneret: Mansisti tamē incōcussus: & (quod proprium magni inuictiq; animi fuit) in te unum uniuersam domus sarcinam tanstulisti. Ex illo quidem: damnum irreparabile: immortalī compenfabas fama: rerumq; prægrandium memoria solabaris: inq; tot fratrum locum nepotum lōg<sup>o</sup> ordo successerat. Dilecta tibi interim & amantissima uxor eripit. Fœlix morte sua: nec in hūc seruata dolorem. Multo quidem sua morte fœlicior q̄ uxor Euandria de qua id dictum est. Illi enim ne unius: huic ne plurimorum filiorum acerbum interitum uideret tempestiua morte cōsultum est. Eripitur & natorum maxim<sup>o</sup>: cui singulariter incumbebas: geminum graue uulnus tam multa prepresso: mansisti tamen iam reuentibus fundamentis. Inde alijs usq; ad inuidiosam magnitudinem auctis & mira luce fulgentib<sup>o</sup>: fortunæ peperceras: & miscens amara cum dulcibus: desiderium defunctorum superstitum solatio leniebas. Iam sensim obliteratus priorum uulnerum dolor erat fœlix adhuc: & (ut dixi) Metello fœlicior mori poteras: longa uita præstitit ut fieres Priamo similior q̄ Metello. Metellum quippe sepelierunt sui: suos Priamus sepeliuit: multum diuersa cōditio. Trux fortuna: pauca ne inconstantia tuæ argumenta præbueras: nisi ueteribus etiam nunc exemplis Stephanus noster accederet: quem breuissimo tempore uario genere moriēdi filiorum ac nepotum multitudine spoliatum: de fœlicissimo patre miserandum orbitatis spectaculum posuisti: O magnanime uir: O memorabilis Stephane: iam fœlicior apparebas q̄ qui fieri posses infœlix: Iā comitator eras q̄ qui solitudinem formidares: iam morti proximior q̄ cui esset mors filiorum adolescentium metuenda: extra teli iactum constitisse uidebaris. Sed impotens illa & immitis dea est seu uerius dei ministra & diuinarum uoluntatum executrix impigerrima sed occulta: miris & incomprehensibilibus modis agēs: Cui<sup>o</sup> ut clandestini semper & uarij: sic saepe mœsti & flebiles ludi sunt: & certe nullum hac ætate clarius suæ uarietatis indicium erat. Ideo insidiatam esse & ascensui glorioso fauisse crediderim: quo se mūdo notiores faceret: & post tantum fauoris insignior clades: & ex tā alto terribilior casus esset: Neq; enim poteras tā infœlix. Talium filiorū numerus efficit: ut spectabilis orbitas tua sit: Heu dulcedo amarissima: heu laboriosa requies: heu funestæ blanditiæ. Quid metuendum: quid optandum: quid tenendum uitandum ue homini est: Importunum nihil habuisse quod placeat: durū dulcia tot habuisse quæ perderes. Vixisti nimium fateor: sed sic oportuit ut doctior moreris: Putasses solidum aliquid esse fortunam: si eius alteram tātum modo faciem aspexisses. O multis iactate casibus. Quid nunc expectas ut dicam: Nolo speres: nolo desperes. Alterum uani: alterq; infirmi animi est. Quid enim oro te speres: Nouos filios: noua coniugia: Intempestiua est ætas: tam senectus apta nuptijs q̄ bruma messibus: Ridiculum ioci gen<sup>o</sup> sponfus senex. Contra autem quid desperes: De tot filijs nullum habes: Si habes teipsum satis est. Nullæ diuitiæ maiores: nulla clarior possessio q̄ in potestate animum habere. Inuenimus qui centum quindecim filios habuerit. Erotim<sup>o</sup> quidam rex Arabum mirum dictu septingentos habuisse traditur: Seipsum habere paucis contigit. Amisisti colloquia filiorum: tecum loquere. Cum alijs enim omnium: secum loqui paucorum est. Multa sunt quæ loquaris: multa quæ respondeas. Multa enim in tam longa uita fecisti: quorum uel meminisse iucundissimum esse potest. Non possunt (ut apud Ciceronem ait Cato) omnes esse Scipiones: aut Maximi: ut urbium expugnationes: ut pedestres: naualesq; pugnas: ut bella a se gesta: ut triumphos recordentur. Tu uero de illo: es acie: quibus rerum suarū recordatio gloriosa est. Recordare quæ gesseris domi militiaq;: quæ terra pelagoq; sis passus: quos labores: quæ pericula obieris: quæ tibi clarissima contigerunt. Fateberis credo te & si semper sine liberis fuisses magnum uirum: & non ociosa quidem fœlicitate: sed fœlicem tamen. Nūc uero nec sine liberis fuisti: & tales habuisti: quales ut amisisse durum: sic habuisse suauissimum sit. Adde q̄ nihil incauto accidit: Ea sapiētia tua est: ut nō modo. quæ tibi euenerunt: sed & omnia quæ possunt euenire præuideris: Possibile enim nihil est inopinabile: le sapienti: stultorum impræmeditata sunt omnia. Non hoc dicere uolo: maius quiddam in animo est: cuius tibi uno uerbo memoriam renouare satis erat. Sed ne quid eorum quæ ex te audierim effluere mihi putes: dicam expræsius. Memento ergo (mihi enim imago illius temporis ante oculos est) dum ante annos decem Romæ tecum agerem: & forte soli: ho-

D

E

F

Erotimus septingētos filios habuisse traditur

Nō possūt oēs esse Scipiones

G

Sapienti nihil inopinabile: stulto omnia impræmeditata

ra diei iam sera essemus deambulantes in uia lata quæ a domibus tuis ad Capitolij arcem ducit. Constitimus tandem illic ubi transuersa illâ secat uia quæ a mōtibz ad Camilli arcum atq; inde ad Tyberim descēdit: dumq; in illo quadriuiuo nullo interpellante multa colloqueremur de statu domus ac familiæ tuæ: quæ tūc (ut sæpe alijs externis clarior periculis ciuili bello grauissimo agitabatur) incidit (ut fit) unius ex filijs tuis mētio: quo cum suggestu maliuolorum reor eo tempore plusq; paterna iracūdia dissidebas: Sed tribuit mihi benignitas tua quod multis ante negaueras: ut me auctore ille tunc tecum rediret in gratiam. Caterum cum de eo multa mecum familiariter questus esses: mutata fronte tandem adiecisti hæc fere (non enim rerum modo: sed uerborum mihi suppetit memoria) Filius meus amicus tuus de quo me cogis ut paternæ sim affectus: in senectutem meam quæ honestius continuisset euomuit: sed quoniam negare tibi hoc nō possum: prætorum omnium obliuio & (ut aiunt) abolitio sit: post hanc diem nullum mihi uel in uerbo iræ uestigium uidebis: Vnum nō silebo cuius te tempus in omne testem facio: mihi quidem obijcitur imprimis: q; contra ætatis meæ decus pluribus me bellis implicem q; oportet: hanc filijs odiorum atq; discriminum hæreditatem relicturus: Ego uero deum testor: nullam me aliam ob causam nisi amore pacis bella suscipere: Quietis audidū me uel senectūs ultima: & in hoc iam terreo pectore frigescens animus: uel lōga humanorum casuum reddit obseruatio: Verum ita fixum atq; firmatum habeo labori terga non uertere: mallem tranquilliora: sed si ita fors tulerit: ad sepulchrum potius pugnando perueniam q; discam seruire senex. Ad id sane quod de hæreditate dicitur: hoc unum respondi uelim: & hic fige in me oculos animumq;: Vtinam hæreditatem aliquam filijs dimitterem: sed aliud uoto meo debitum: aliud fato uisum (quod mœstus dico) Siquidem confuso naturæ ordine filiorum meorū omnium hæres ero. Hæc dicens: undātes lachrymis oculos auertisti. Id quonā seu animi præfagio seu dei monitu dixeris incertum: q; uis uaticinari aliqua de natorum euentibus principes solere testis est diuus Vespasianus: qui alterius natorum mortis genus: amborumq; prænūciauit imperium. Ego quidē die illo tanq; uel casu tibi elapsum uel ab indignatione profectum uerbum contempsi fateor: neq; tantarum fore uirium suspicatus sum. Post longum uero tempus: dum crebris filiorum mortibus queri fidem uaticinio uiderem: rem inter amicos retuli: Inde in uulgus effusa est. Itaq; sacræ memoriæ Ioannes Romani dec<sup>o</sup> caridinis: & familiæ tuæ princeps: tribus iam fratribz defunctis euicit precibus extorsitq; ut sibi rem totam ordine narrarem: quod cum inuitus fecissem: ille suspirans ait: Vtinam genitor noster non tam ueridicus uates esset. Eodem anno ferali illo primogeniti tui ac nepotū casum magis ac magis horrere præfagium tuum cœpit: donec ipse dolore confectus (ut arbor) nouissime moriēdo dictum patris tristi quidem: sed plena fide compleuit. Quæ res cunctis qui eam audiuerunt mirabilis: mihi uero magis indies horribilis ac stupenda est. Me ministri omnium nō dubito: Ego certe sic memini ut adhuc sepulchrum illud marmoreum antiquum quod in angulo est: & cui uterq; nostrum cubito insistebat: Ad hæc & omnis tui habitum spectare: uocessq; illas tuas his auribus audire mihi uidear. Quæ cum ita sint: non debet intolerabile damnum esse: quod tãto ante præuisum est. Armat enim meditatio animi: Quid pateris quod non te passurum scires? Nemo plorat filium se genuisse mortalem nisi sit idem amens & propriæ mortalitatis oblitus: Amam<sup>o</sup> nostri similes filios habere: nihil uero magis est nostrum q; insita atq; indicta nascentibus conditio moriendi: sola omnium inseparabilis inhærensq; ossibus ac medullis. Quid ergo dolent homines in funeribus filiorum? Profecto non certum & publicum naturæ debitum: sed mortis insperatum ordinem: hic tibi (quantum intelligi datur) nec improuisus nec ignoratus fuit. Prima lugēdi causa sublata est: inopini dolor uulneris. Aut igitur affectus tuos diuino subdis imperio (qđ docti oēs & bñ istituti faciū) & quæcūq; tibi acciderūt tã præuidisti æq; nimitè q; tuli sti: Aut si forte (qm̄ suū naturæ ius eripe difficile est) gemitū reluctāti patern<sup>o</sup> amor uis ex præssit: tm̄ tñ tēpus effluxerit ex q̄ lugere primū cœpisti: ut iam uerisise sit lachrymas aruisse: Lentescit em̄ tractu dolor: lætescit & gaudiū: qđ q; unū habent bonū: humanæ passionū nulla perpetua est. Sed quoniam magnas res agentibus oratio longior inuisa: finem faciā. Ut uero nō inhumani patris fuerit epistolæ principium (si id pietas coegerit) humentibus oculis legisse: sic siccis finem luminibus plegere uiri fortis erit & indomiti: itaq; totum animi collige obsecro: & ingenti nisu fortunæ ruētis incursum excipe: Quisquis primū impetum pertulerit uictor erit: plures enim terrore q; ui superat. Sed quid ago? Quod suadeo

H

I

Parētes sapi<sup>o</sup>  
ya de filijs so/  
lere uaticinari  
vespasiāni ex  
emplo.

K

Nihil magis  
esse nostrū q;  
moriēdi cōdi/  
tio

L

Humanos as/  
fectus unū i se  
habere bonū  
q; sc; null<sup>o</sup> sit  
perpetuus

K

M **impleſſe te ſpero: Id dumtaxat obteſtor ac deprecor: ne unq̄ forte ( ut eſt animus ſæpe curioſior eorum in quibus nullum iam niſi memoriæ ius habet) uetera memorando in nouas miſerias relabaris : ac nimis indulgēs patrio dolori: reſcindas hærentium iam uulnera ciuicatricis. Sine abiſſe quæ ut redeat impetrari nequit. An delectent: in tua poteſtate ſitum eſt: Vulgus te orbem ſenem miſerum appeller: tu uulguſ ut ſolet inſanire: & te foelicem credito: de utroq̄ fortunæ dolio guſtaſti : Scis quid ſapiant: lætum te dulcia fecerunt: amara cautum faciunt: ut intelligas quorſum fidendum ſit ſecūdis: Videbas & olim credo: ſed hoc non negabis nunq̄ te clarius uidiſſe. Nullæ ſunt certioreſ ſcholæ q̄ in quib⁹ experientia magiſtra eſt: quod a multis audieras uidiſti: & aurium diſciplinam oculis approbaſti. Vides eam (de qua omniſ fere mortalium ſermo eſt) nihil eſſe fortunam: uides fabulam eſſe quæ uulgo dicitur foelicitas: Illamq̄ amiſiſti: inueniſti aliam certiorem atq̄ ſolidiorē. Et quam inquis inter tot dolores mihi foelicitatem oſtentas? Quam putas: niſi quam nemo tibi unq̄ ſi nolis eripiat? Mōſtro tibi foelicitatem cōtrariam primæ: bonis tuis eſſe cōtētum: ſcire quibus ornatus uidebaris tua non fuiſſe: diſcuſſis demum erroribus: ueras opiniononeſ aſſecutum licet ſero. Ante omnia formidatum gentibus fortunæ imperium non timere. Quid dicam amplius? In hoc deſino: Nudus intraſti: nudus egredere: & illam humanarum (ut aiunt) rerum dominam celſo animo contemne: Nocuit uſq̄ adeo: nocere iam nō poſſit: quid tūc etiam cogitat: quid minat? Exhaustit pharetram: exarmata eſt: nec habet illa q̄ iaculetur: nec tu habes ubi de cætero feriaris. Vale.**

Franciſci Petrarchæ ad Olympum: q̄ ſe domum non reppererit dolentis:

Epistola CXV.

A **N**ihil omni ex parte foelix aut dulce dum uiuimus: Sentio q̄ improprie locuſ ſim: immo uero dum nō uiuimus: Cum enim uiuere cœperimus: nihil niſi dulciſſimū ac foeliciſſimū erit. Ecce dum eo lætus ac redeo: exoptatiſſimum mihi tuū & illius amici optimi conſpectum colloquiumq̄ perdi: Vix lachrymas continui domum hodie reuerſus: ubi comperit uos ſimul hic fuiſſe: mei uidentis deſiderio: ſuperatis alpiſus atq̄ omni uiarum aſperitate calcata: meq̄ non inuento magna uelut deſtitutos ſpe dolētes abiſſe. Hæc enim & famulorum uocib⁹ perdi: & litteris ueſtris quas inter libellos meos tanq̄ eximie dilectiōis obſides reliquiſti: & arrabonem moræ breuis & pignora redeundi. Sed quoniam dura leniorem in partem flectere ſapiētis eſt. Cogitemus id cœlitus actum: ne me ut optabatis inuento congreſſu amici feruor ille tepeſcere & animorum: quo nūc (ut reor) per abſentiam irritato pro paucorum forte dierum gaudio prærepto: multorum nobis annorum iucunditas compenſetur: De hoc tamē illa uiderit: cuius adamantina duricie ſæpe humani conſilij acies infirma retunditur. Certo ego ſic mihi ſingo: ſic cogito: ſic ſpero: & in hac ſpe multis obſeſſus laborib⁹ cōquieſco. De quo quid ſentia: quid ue tibi ſuaſuſ ſim: quod & magna res eſt: & nunciuſ hic feſtinat: in diem aliū differre coact⁹ ſum. Vale.

B  
Sapiētis ē dura in leniorem partē flectere

Frā. Pet. ad Olympum: quanto fontis Sogiæ amore teneatur ſignificantis: ad uitam etiam ſolitariam illum inuitantis: Epſa CXVI.

A **E**xpectaui anxie: nec dum aut patiens nunciuſ aut ocioſuſ dies affuit. Itaq̄ ſimul concepta carptim explico: non quidem ex animi mei ſententia: noui em̄ orationis perpetuæ quanta uis: Ille orientalium fluuiorum maximuſ multis diſtinct⁹ alueis: uidet q̄ non modo permeabilis: ſed etiam contemptibilis factuſ eſt: ſed pareamus temporis: ſit libitum quod licet: quando quod eſt libitum nō licet. Et quoniam nunciij hu⁹ haud ſat explorata fides erat: unam dumtaxat epiſtolæ tuæ partem exequar: ubi reditum ad fontem Sogiæ diſſuades: ut illam tibi ſollicitudinem eripiā. Videris enim mihi de hac re non mediocriter curare: nec immerito q̄ eo ſapiuſ uocantem Socratem noſtrum: nō audire non potui. Itaq̄ uictuſ tandem precibuſ ſponponderam: ſi tractata ſuccederent: quibuſ & honeſtuſ illic manendī color & uitæ neceſſaria quærentur: uitæ inquam ſodalium: & multorum ad me illic de more conuenientium: mea enim uita non modo neceſſarijs inſtructa: ſed uereor ne ſuperuacuiſ impedita ſit: quo ſibi libuiſſet ſecuturum: nō ignaruſ quidē rerum harum & illarum: ſed magnum ibi hæcenus ducem noſtrum & uoſ omneſ eſſe cogitans: quos mihi reliquos moſ feciſſet: amoris ueſtri uelut uncis quibuſdam ualidiſſimis retrahebar. Nunc mutata ſunt omnia: & amicorum turba abiit & dux noſter obiit: & Socrates meoſ qui ſoluſ ibi eſt: q̄uiſ unuſ i me poſſit omnia: q̄uiſ inueteratæ conſuetudinij

B

ui & ipse ibi esse: & omnes suos: meq; ante alios secum esse desideret: nunq̄ tamen audebit om̄i spe abscissa in eas nos terras accersere: ubi oēs pr̄sus alienigenæ atq; hospites futuri sumus. Neq; enim ludus est hominib; mortalia & caduca corpuscula trahentibus dicere: quod animæ fœlices corpore resolutæ apud Virgilium loquuntur: Nulli certa domus lucis habitamus opacis: Riparumq; thoros & prata recētia riuus Incolimus. Si enim ista sufficerent: posset utiq; clausa uallis unde Sorgiæ fons erumpit nobis omnibus abunde riuulos nitentes & frondosas domos & herbosa cubilia ministrare. Sed plus aliquid exigit natura. Philosophos quidem & poetas duros ac saxeos uulgu existimat. Sed in hoc fallitur ut in multis: Carnei enim sunt: humanitatem retinent: abijciūt uoluptates: Est autem certa uel philosophicæ uel poeticæ metha necessitatis: quam præterire suspētū sit. Nō est per se sufficiens (ut ait Aristoteles) natura ad speculari: sed oportet & corp<sup>9</sup> sanum esse & cibū & reliquum famulatū existere. Neq; enim cantare sub antro pierio: thyrsum ue potest contingere sæua paupertas: atq; æris inops quo nocte dieq; corpus eget (ut Satyricus ait) magno ac perpetuo apud doctos philosophici poeticq; dogmatis consensu rerum sed uerborum uarietate multiplici. Igitur clausa uallis (ut cœptum sequar) ad aliquod breue tempus urbanarum uoluptatum tædio affectis: ut olim diuerticula non in amœna sufficeret: in longum certe nec promitteret necessaria nec præstaret. Nobis sane si sapimus: nō in longū modo: sed in finem quoq; prospiciendum est: ut uitemus illud Senecæ: quod humano generi facit improprium: ubi ait: De partib<sup>9</sup> uitæ cogitare om̄es: neminem de tota. Vere sic est em̄: & hoc est quod consilia nostra præcipitat: ut iter occupationes tam uarias miserandum simul & ridiculum ignoremus quonam fluctuantis uitæ gubernacula dirigamus. Scio clausæ uallis optabilem æstiuo præsertim tempore stationem: & si illi unq; secessus ille grat<sup>9</sup> fuit: mihi fuisse gratissimum: decennis indicio est mora: quod si apud te: imo uero apud alterum me sine iactantia gloriari licet: pace montium ac fontium syluarum ue: quid usq; nūc loco illi non dicam clarius: sed certe notius incolatu meo accidit: Opinari ausim: apud multos non minus illum meo nom̄e q̄ suo miro licet fōte cognosci: Quod iccirco dixerim: ne quis dubitet: me illud rus non spernere: quod mihi meisq; rebus aptissimū sp̄ inueni: ubi sæpe curas urbanas rustica requie permutaui: quod non tantum electione ipsa: sed agrestibus muris: & (ut spero) solidiore cemento uerbis atq; carminibus illustrare pro uirib; studei. Illic (iuuat enim meminisse) Africam meam cœpi: tanto impetu tantoq; nisu animi: ut nullum per eadem referens uestigia: ipse meam audaciam & magna operis fundamēta quodāmodo phorrescā. Illic & epistolaz; utriusq; stili partē nō exiguā & pene totū Bucolicū carmē absolui: q̄ breui diez; spatio si noris stupeas. Null<sup>9</sup> loc<sup>9</sup> aut pl<sup>9</sup> ocū præbuit aut stimulos acriores ex oib<sup>9</sup> terris ac sæculis illustres uiros i unū cōtrahēdi: illa mihi solitudo dedit aīm: solitariā uitā religiosū q; ocū: singula ibi singulis uolumibus p̄stringēda & laudanda suscepi. Deniq; iuuenilē æstū: q̄ me multos annos torruit (ut nostri) sperās illis umbraculis lenire: eo iā inde ab adolescētia sæpe cōfugere uelut in arcē munitissimā solebā. Sed heu mihi incauto: ipsa nempe remedia in exitium uertebātur: Nam & his quas mecum aduexeram curis incenditibus: & in tanta solitudine nullo prorsus ad incendium accurren- te desperatius urebar: Itaq; per os meum flamma cordis erumpens miserabili: sed (ut quidam dixerunt) dulci murmure ualles cœlumq; complebat. Hinc illa uulgaria iuuenilium laborum meorum cantica: quoz; hodie pudet ac pœnitet: sed eodem morbo affectis (ut uidemus) acceptissima. Quid multa: Si quæcunq; alibi cum his quæ ibi scripsi conferantur loca omnia: locus ille me iudice hæctenus superet. Est igitur eritq; dum uixero sedes illa mihi gratissima commemoratione iuuenilium curarum: quarum usq; ad hanc ætatem in reliquis elaboro. Verumtamen nisi nosmetipfos fallimus: alia quædam sunt uiro tractanda q̄ puero: & ego aliud illa ætate non uideram: obstabat tamē recto iudicio cæcus amor: obstabat ætatis imbecillitas paupertasq; consiliū: obstabat reuerentia ducis nostri: sub quo esse pluris erat q̄ libertas: immo sine quo nec libertas nec uitæ iucunditas plena erat. Nūc & illud & quicquid dulce supererat uno pene naufragio amissimus (quodq; sine suspirio dici nequit) uirentissima olim laur<sup>9</sup> mea uī repētina tempestatis exaruit: quæ una mihi nō Sorgiam modo: sed Ruentiam Ticino fecerat clariorem: uelumq; quo oculi mei tegebant ablatum est ut uideam quid inter uallem clausam Venefini & apertas Italiæ ualles collectq; pulcherrimos & urbes amœnissimas ac florentissimas interlit. Interq; unicum Sorgiæ fluiuium ac fontem & tot lucidos fontes: tot uaga flumina: tot pisciferos lacus: duo longe cla-

Virg. vj. ane.

C  
Quæ ad philosophicā poeticāq; uitam sint necessaria

Nemo de tota uita: sed om̄es de pte cogitat

D  
Quædā opa quæ fecit commemorat

E

F

rissima maria Italiam curuis & speciosis amfractibus hinc inde uallantia (ut reliquas natura præstantissimas dotes sileam) atq; imprimis ingenia moreq; hominum non hic dicendi locus est. Et tamen uide quantum primæ impressiones animis hæreant: quantum ue cōsuetudo longior possit in rebus omnibus (Ut enim iuxta perfectæ legem amicitia: omnes tibi pectoris mei fluctus aperiam) sensum hac in parte rationi rebellantem sentio. Et fateor uallem illam: nunc uel maxime repudians suspiro: meq; uel inuitum: nescio quis locorum amor uellicat. Ibam uero nunc longius: sed expectantis murmure nunciij admoneor ut dicam. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Olympum: illum iterum cæterosq; amicos ad uitam solitariam inuitantis: Epistola CXVII.

A  
Celeritas  
amori inest

**O**mnis amor impatiens more festinationis appetēs: nec ulla tanta celeritas est quæ non tarditas sit amanti. Multa tibi externo die scripseram: sed quoniam & multa supererant & exonerari animus ardebat: cum fortuitus nuncius non adesset: ad domesticos me conuerti. Et singulorum quidem obsequia trutinanti: ut intelligas q̄ uentri deditus sim: coqu<sup>9</sup> primus occurrit: quo sine incōmodo: immo uero non sine commodo carerem. Cocus inquam (quod non te latet) apud maiores olim nostros uilissimum mancipium: uicta demum Asia in precio haberi cœptum. Nunq̄ utinam armis Asiam uicissimus: ne unq̄ suis illa delitijs nos uicisset. Sed ad nostra festino. Coqu<sup>9</sup> ergo nunc mihi pro uiatore fuerit. Villicus pro coquo. Scis me rustico apparatu & cibis agrestib<sup>9</sup> delectari & in tenui uictu solum cum Epicuro sentire: cui in hortulis & oleribus illius a se laudatæ uoluptatis summa reponitur. Sæpe quidem rusticitati meæ gratulor: quæ mihi perpetuum fecit: quod his delicatis ac lautis uicissitudo facit alternū. Quis est enim tam fastidiosus arrogans: cui non semel in anno dulce sit: uel in herbosis aggeribus sub diuo: uel in amici pastoris tugurio discumbere: q̄ uis auratæ trabes non impendeant: q̄ uis mensas argentum graue non oneret: murosq; marmoreos purpurea aulea non uestiant: culus tam ambitiosa sitis est ut præter patulam gemmam seu leones aureo ne more decertat: Polycteni opus poculum omne fastidiat: Aut cuius tam superba fames: quæ non interdum rustico conuiuio sedari queat: q̄ uis peregrinæ Colchorum uolucres nō assint: nec ignotis littoribus iactatus Rombus: Interq; duos pontes captus Tyberinus lupus: cui ueterum opinio palmam inter pisces tribuit: Hæc ergo quæ his nauseatoribus nonnunq̄ raritatis lenocinio temptantur: mihi naturæ beneficio semper accepta sunt. Et si quando forsitan alternare libuerit: hic mihi iugis uiuendi tenor placeat. Lautiora non respuam: sed quæ rarissime & magno redant interuallo. Ne ue me frustra loqui putes: cum longe aliud sim dicturus: ista sic accipies: ne fortassis incommodo meo consuleris: coquū meum mihi ante remiseras q̄ plene consilium cœperitis de summa rerum nostrarum quæ nunc agitur. In quam quæso: aperite aures & non repugnantes animos adhibere. Quod enim uni dico: omnib<sup>9</sup> dico: & cupio has literas (si fieri possit) per ora amicorum omnium circumferri: & si quis ibit istinc ad occidentem nuncius Socrati nostro nominatim dirigi: ut omnes agnoscant uel sensus meos uel ineptias. Multa quidem altius dici possunt: at non multa (nisi fallor) utilius: de hoc tamē uos uideritis: Ego institutum sequar. Equidem aut omnino nihil calleo: aut nisi iam uiri sumus: nunq̄ erimus. Nemo nobis blandiatur: nemo nos iuuentutis appellatione decipiat. Non sumus decrepiti. Esto ne senes simus: at profecto nec pueri: tempus est puerilia relinquendi: Tempus est inquam: esset utinam nec trāsisset: sed mihi crede trāsiiuit & magna iam ex parte post tergum est. Sed & aliquid reliqui esse non incior: id ne pari segnicie dilabatur celeriter occurrendum est: Alioquin eueniet nobis (quod uulgo fere omnibus) ut adolescētiā respectantes: & in illam oculis ac mente conuersi: senectutis in foueam incidamus: Atq; ita demum iacētes illusiq; de naturæ fragilitate deq; æui breuitate lamentemur: & seræ querimonix Theophrastum proferam<sup>9</sup> auctorem: Cicerone ac Salustio & Seneca resistantibus magnifice superandum: Quin arripimus hoc quantulumcunq; quod restat: inq; usus noster uertimus: Ita ut secundum ipsius Senecæ sententiam: quæ Ciceronis ante fuerat: quod facere solent: qui serius exeunt & uolunt tempus celeritate reparare. Calcar addamus cuius ope ueras opiniones & fugientem hætenus beatam uitam uel sub ipsum uia terminum consequamur. Nunq̄ enim sero fit quod salutariter fit: Nam & si reprehensionem dilatio mereatur: emendatio tamen laude digna est. Certe quod bonum est intempestiuum esse nō potest: Alioquin bonum utiq; non est si tempestiuum esse desiit: Qualem esse credam<sup>9</sup> pœr

B

C

D

nitentiam defunctorum ad nihil iam nisi ad miseræ cumulum ualituram: cum contra non inefficax poenitentia senum sit. Nos uero nō pudeat quod multo ante decuit fecisse: uel nūc aggredi pudeat potius ne nunc quidem uariante capillo turpe est uariantia non firmare cōsilia. Aggrediamur itaq; iam tandem & cogitemus acriter quo in statu res nostræ sunt: nec nostræ solum res: sed quorumcunq; mortaliū: Quid enim quæso uita hominis: nisi flatus exigua? & tenuis sumi uapor? Sentit in se quisq; q̄ putre: q̄ debile: q̄ caducum corpus inhabitet. Sed errore iam publico dissimulamus: & imbecillitatis nostræ consēij: diuturnitatem æternitati proximam cupida mente concepimus. Sic est. Nemo est qui se moriturum credat: immo uero nemo est qui non se mortalem sciat: sed diem mortis (qui forsitan hodie natus est) in longum pro se quisq; resicit. Ita cuius maxime præsentiam timemus: eius absentia maxime fidimus: cum nihil tam ambigue absit: nihil tam subito præsens fiat. Fallit miseros Aristotelicum illud: Ait enim: Quæ longe ualde non timētur. Sciunt enim omnes q̄ morientur: sed quia non prope: nihil curant. Hæc ille uir tant⁹ in Rhetoricis: Ego autem & nihil curare mortem homines fateor: & esse quā idem dicit incurie causam non nego: sed eā ipsam falsam esse concedo. Nam quid falsius: q̄ longe ualde mortem credere: quæ ne unq̄ longe sit uitæ breuitas facit: ut semper impēdeat supraq; caput sit: facit humanorum casuum mira uis: ineluctabilis euentus: infinita uarietas. Nihil ergo homines mortem curant: non quia est: sed quia creditur longinqua: Si enim scirent q̄ prope est (quod necessario scirent nisi ultro oculos auerterent) puto uel timere mortem inciperent uel ita se uirtutibus armarent: ut eam ceu melioris uitæ principium merito non timerent. Nunc uero quem inuenies qui nō y tute abiecta lōge uitæ spem arripiat: Quæ ut nō fallat & ut sit uita lōgissima: breuis erit & in finem uitæ spes uiuēdi: q̄uis rata: q̄uis nihil mētita se fellerit. Quē inquam mihi reperiēs qui non cōætaneis suis se superuicturum speret: Ita cogitatus nostros actusq; disponimus: quasi nullus noster: omnium hæredes futuri simus: cum interim nostra suos expectatores habeat hæreditas: & haud dubie falli alterutros sit necesse. Eripiamus nos huic ludibrio: & si ratio nō mouet: moueant nos exempla quæ undiq; uel nolentibus oculis se offerunt: & uel exclusa se ingerunt: uel admissa præcordijs insident: nec facile nisi contempru impio & obliuione mortifera differuntur. Delectat scire quid simus: & quo imus: quis cunctantes tergiuersantesq; manet exitus. Intueamur alios: nō linceis oculis est op⁹: Aut illius acie qui a Lilybæi specula digrediētem portu Carthaginis classem punicæ numerabat. Iuxta respicere iubeo uicinā ostia: contiguas domos: urbes ipsas quas incolimus: nimis uagos: ad proprios lares ac limina redeamus: uidebimus q̄ repente uelut somniū ac umbra præterijt atq; ab oculis nostris euanuit: quicquid in terris charius habebamus. Amici qui pro nostra uita ituri ad mortem: si res posceret uidebantur mœstam nobis & nimis solitariam morte sua uitam effecerunt. Non illi nos hic perpetuos reliquere: sed eodē properates præuenere & sorte sua in tempore usi sūt: Vtemur nostra nos: nam (ut ait Flaccus) Omnes eodem cogimur: omnium uersatur urna serius: oci⁹: fors exitura: exiuit ocuis fors illorum: exhibit nostra serius sed confestim: Nulla mora est: Quātulum enim refert senex an iuuenis moriaret? Si ad finem uitæ respicis quæ ultima & cōmūnis omniū est senectus: uerum est illud: Nemo non senex moritur. Si ad uitæ spacium: nemo nō iuuenis. Si ad opiniones: nemo non puer. Verum ista prætereo: tam multa enim occurrant: ut uix propositum sequi possim. Piget & impediōr gemitu stringere numeris: quos affect⁹ intimos: quæ dulcia pignora mœstus ac pestilens & ex omni sæculorum serie eradendus nobis annus hic abstulit: pauci fateor ex omni grege hominum: pauci admodum superestis cum quibus & uiuere eligam & mori. Non q̄ ego plures alios ab hac acie secludam: nisi quos a nobis uel coniugium: uel occupatio: uel ætas: uel difficultates aliæ disiungunt amariq; iubent e longinquo. Neq; uero nūc de superioribus agis: quorū beniuolentia fortasse aliqua cōuersatio nulla est: Obstat enim mutuo conuictui disparitas fortunæ & amicitia: uirus insolentia: dum uilesceere metuentes adorari expetūt no amari. Nos uero qd impedit quo minus has uitæ reliquias quantulacūq; sunt simul in pace animi bonarūq; artiū studijs transigamus? Et si in freto uiuimus (ut ait Seneca) moriamur in portu. An quod uni quondā dño obseruentes fecimus: id nobis uiuētes nō audebimus? Plusq; in nobis potuit seruitutis studiū q̄ libertatis amor potuerit: Et si enī nobis ea seruit⁹ libertate q̄libet gratior foret qd illius uiri optimi: & in eo statu mime insolentis affectio merebat tñ: esse sub altero: parere alteri: alieno uiuere: uideri possunt seruitutis honestioris: Veræ autem libertatis utiq; non sunt.

E j  
Humana mi/  
seria

F

G

H

En inuisa licet contigit libertas: aliquantotq̄ citius q̄ optauimus nostri sumus. Et animos quidem nosse omnium uideor: an fallor? Impedimenta rerum fors omnia nō nouit & si mihi nihil in uobis occultum rear: Non sum⁹ principes maris & terræ (ut Aristoteles ait) nec oportet ad beatam uitam: habemus autem quod sufficere possit animis modestis: seq̄ cōponentibus ad naturam: q̄ si singulis sat est: quid omnibus euenturū suspicemur: ubi uicissim alter alteri manum dabit: & quicquid necessitatis inciderit alterna ope supplebitur? Abundabimus mihi crede: magisq̄ forsan inuidia nobis: q̄ inopia metuenda est. Quid igitur expectamus: quid mari & montibus fluminibusq̄ distrahimur? Cur nō tandem dom⁹ una coniungit: quos olim iunxit unitas uoluntatum: nisi quia noua quælibet & inueta res fugimus: multaq̄ pollicitam spem dimittere: uocantemq̄ nos altius fortunam non audire stultum credimus: cum multo sit stultus cōtemptis rebus certis ac solidis: in umbris inanis spem habere? Ego quidem non cōscientia meæ solum: sed præsentibus epistolæ testimonio in uos culpam omnē retorqueo: quicumq̄ fueritis ad salubre cōsiliū tardiores. Quin huc solutis seu præfectis occupationum laqueis festinate: neq̄ mihi detur arrogantia q̄ trahere uidear non sequi: ad utrumlibet ex æquo paratus est animus. Si quis usq̄ uitæ nostræ locus est aptior raptim adero: Nō sum enim qui fidele cōsiliū spernere soleam: Nulli credo mortalium maior est uel fides uel auctoritas amicorum. Sin hic uestro iudicio prælat⁹ est (quod nostræ fatentur litteræ) quid uos nunc etiam tenet? Nolite cupiditati aurē dare: nunq̄ dictura est sufficit: semper nescio quid deerit: habet hoc auaricia propriū ac pessimum: insatiabilis est: & dum promittit absentia præsentibus uti uetat: hæc habendi sitis nunq̄ plura quærendo: sed pauciora concupiscendo sedabitur. Crede non mihi sed philosophis: quorū hæc ad ueras diuitias uia est. Quod ad me attinet cupiditatis metham fixi & oraculi loco Poeticum illud accipiens: Semper auarus eget: ne ipse quoq̄ semp̄ egeā: q̄ sequitur feci: certum uoto finem petij: eumq̄ iam pridem licet reflantibus fortunæ uētis attingi. Nec uerebor ne mihi segnitiem meus hæres obijciat: mihi uiuo non sibi: & rerum mearū cum amicis dominus non negociorum eius qui nondū certe mihi noscitur sum gestor: pro me autem quid mihi tantopere laborandum? Expedi: expeditum esse impedito itinere gradientem. Quid nūc etiam inutiles & funestas sarcinulas cogitamus? Elegāter ait Flaccus: Spatio breui spem longam reseces: Id ne autem de breui aliqua uitæ particula dictū putes & non de tota uitæ: alio loco ait idem: Vitæ summa breuis spem nos uetat inchoare longā. Ita est: nō fallitur. Nihil est uerius: & si em̄ uitæ huius angustias quo possumus modo ætatum scilicet operosa distinctione laxemus: & in quantaslibet minutias diuidamus: reducitur tamen in unam cuncta congeriem: & curiosius scissa reintegrans: a primo ad ultimū quousq̄ longissimæ uitæ diem totum simul mente complectere: Fateberis summā huius rapidissimi temporis esse breuissimam: huius ipsius si retro circūq̄ respicimus: bona pars nobis exacta est. Colligam⁹ nos igitur ad extrema uiarum (quodq̄ non ambigitur) duriora abiecitq̄ supra uacuis necessaria teneamus. Quid procrastinam⁹? quid differimus? Dies diem: mēsem sequitur: Atq̄ in se sua per uestigia uoluitur annus (ut præclare ait Maro) desinendoq̄ reincipit & nunq̄ sic desinit ut quiescat. Quis igitur expectandi modis: aut quis finis? Car nos iam comites senectutis & nuncios mortis aspeximus: quid amplius prætolamur? An ut oculi senio caligent: tremant poplices: terga curuentur: primū quis mathematicus tam longe nobis sponsor est uitæ? Esto: sit Petosiris: sit Nectepsus: sit Nigidio ex nostris: sit ueritas demum ipsa: quanta tamē amentia est: quod iustis in spatijs & ex cōmodo fieri potest inter angustias differre: præsertim: quia ut uini & olei: sic temporis & uitæ fax in fundo iacet: ad illam te cum superiora neglexeris referuare ridiculum: Votum solet esse uiatorib⁹ ante noctem hospitari. Accingamur obsecro & post multos itinerum labores: illi nos æterno tandem hospitiō præparemus. In hoc uobis luce mihi chariores fratres: si quid in me opis aut cōsiliij est: si quid oblectationis aut gratiæ ex me sperari potest: si quid subsidij ex his rebus quas improprie meas dicunt cum fortunæ sint: deniq̄ me ipsum (quod sine arrogantia possum) libellos atq̄ mortuos meos offero: & si quid est aliud. Sunt autē non pauca quorū indiget inops hæc & mortalis uita: quæ nominatim stilo inferi decor uetat. Ad extremū ut in uota precesq̄ desinam: Inspiret utinam nobis consolator spiritus in hoc saltem conspirare: ut dum spiramus adhuc: ad requiem aspiremus: & qui tota die suspirauimus respirem⁹ ad uesperam. Vale.

Auaricia insatiabilis est

K

L

Francisci Petrarchæ ad Olympum: iteꝛ illi solitudinē pponentis: ad quā ca-  
pescendam apud Sorgiæ fontem hortantis: Epistola CXVIII.

**I** Am superiori epistolæ anulum impræsseram: dum ecce nondum satiato animo  
quædam uenturi dulcedo temporis: quam mente & cogitatione præoccupō fati-  
gatum mihi restituit calamum: & cunctante nuncio ne occasionem perderem: sed  
ultra moræ causas exquisitē admonuit. Iuuat enim diu colloqui: iuuat lateri tuo quos ip-  
se experior stimulos incutere. Si omnes igitur beatam quærimus uitam: neq̄ ab hoc fine ul-  
la usq̄ mortalium secta dissentit: quāq̄ quibus ad illam tramitibus peruenitur: multum  
soleat humana curiositas altercari. Si inquam nobis est illa: quam licet perdimus: nec per-  
dere possumus si uelimus: nec perdere si possumus uelle possumus: ipsa cum anima fœlicita-  
tis inseparabiliter adiūcta cupiditas si fœlicitatem ipsam scimus sine amicorum solatio ple-  
nam hic non posse contingere: quid gaudijs nostris obstamus: quid ue omnium bonum  
impedit tarditas singulorū? Venit equidem ad nos: ut (ait Seneca) ex his quos amamus  
etiam absentibus gaudium: sed id leue & euanidum: conspectus & præsentia & conuersatio  
habent aliquid uitæ uoluptatis. Ea ergo q̄ primum nobis arripienda est: Etenim si obscœ-  
næ uoluptatis philosophorum aliqui adeo appetentes fuerunt: ut ibi summam boni pone-  
rent: & illam humanorum actuum dominam statuentes: ipsius quoq̄ uirtutis sibi tribue-  
rent famulatum: quis erit tam ferrei pectoris qui honestæ uoluptatis non capiat illecebris:  
quā uirtutis comes amicitia præstare potest? Nam quæ oro te uita fœlicior aut lætior q̄ cū  
illis degere cum quibus te perfectus amor & mutua charitas unū fecerint indissolubili quo-  
dam nodo: consensu unanimitatis rerum omnium adhibito: Cum quibus tibi nil dissonum: nil  
occultum: sed concordēs animi: serenæ frontes: sermo uerax & inelaboratus: apertiq̄ eti-  
am cogitatus. Hæc si nobis uita cōtigerit: nil ampli⁹ optabo: & sicubi fœneratorē aut hære-  
dipetam alieno tumidum uidebo: nullam mihi mouebit inuidiam me quidem extimatorē  
pauperrimus: licet (ut Satyricus ait) possideat quantū rapuit Nero: mōtib⁹ aurum exæ-  
quet: nec amet quenq̄ nec ametur ab ullo. Vbi sane unum in locum cōueſerimus: quid em̄  
& uēturo prohibet gaudere? Siquidem hoc meum habitaculum approbare uidemini. Nec  
immerito: Etenim & si non quale habet apud Virgilium rex Latinus augustum ingens: cē-  
tum sublime columnis at certe iucundum: solitarium: salubre: & profectio paucorum tam  
bene concordium hospitium late capax. Siquidem ergo uos huc fata cōtraxerint: iaciemus  
ancoram: portum inuenisse uidebimur: & si forsan ad quietis nostræ famam confluentium  
amicorum turba succreuerit: non deerit urbe media augustior: q̄ sub hac spe uacuā  
sino: Ego enim partem ei⁹ exiguam nō implem: cum omni familia quæ mihi solitudinis  
auido: turba ingens est. Ne ue tibi his uerbis iniectas compedes: teq̄ uni domicilio ascrip-  
tum putes: erit nobis hinc Bononia studiorum nutrix: in qua primum adolescentiæ tēpus  
expendimus: & dulce erit mutatis iam nō solum animis sed capillis antiqua reuifere: & fir-  
miore iudicio ciuitatis illius: simulq̄ nostrorum animorum habitum & ex collatione tem-  
porum quantulum uiuendo processerimus contempla? Erit inde Pado imminens placen-  
tia: & Antonini tui uenerabilis domus: cui tu præsidēs: mediocritatem loci non aspernatus  
multis opulentioribus neglectis: quoniam (ut dicere solebas) uiciniam meam in prouē-  
tibus numerasti: illic tu omnium hospes eris: occurrent si paulo longius proficisci libeat.  
Hinc Mediolanum: illinc Ianua: Illa terrestrium: hæc maritimarum decus urbium. Ille tra-  
ctus lacus habet & fluuios: hic æquor undisonum: tumidum: uel uoluum: Illic Larium uide-  
bimus uberem lacum cui Cumum adiacet: unde ardua amnis egreditur. Videbim⁹ Ver-  
banum: qui lacus maior ab incolis dicitur quem Ticinus interfecat. Videbimus unde Olliu-  
s prodit: Nec procul inde Benacum unde Mintius erumpit: uulgo lacus notissimos: do-  
ctis etiam incognita nomina. Videbimus impēdētes lacubus alpes: aereas ac niuosas æsta-  
te gratissimum spectaculum & syluas astra tangentes: atq̄ inter concaua rupium queru-  
los riuos summissq̄ de montibus magno cum sonitu cadentia flumina: & quocunq̄ te uer-  
teris: auiū murmur ac fontiu. In hoc aut tractu altero Apœnin⁹ supra uerticē erit: mare sub  
pedib⁹: Tritones in oculis & pelagi mōstra: Neptuniq̄ fragor in aurib⁹ & saxorū fletus: &  
Nereidū quærelæ. Ibimus p̄ eos qbus ultra q̄ credi possit oblector Tyrreni sinus æquoris  
uacui mordaciū atq̄ pungētū curarū & optatū sp̄ ocii: q̄ nobile illud amicorū par Scipio  
ac Lelius post labores bellicos in Caiete olim: nos in Ianuæ littoribus post labores pierios  
fortiemur. Si qñ aut hæc traxerit pte pleni erim⁹: alia nobis Patauī nec min⁹ trāq̄lla nec min⁹

idonea sedes ē: Vbi nō ultra portio bonorū fuerit: tā illi<sup>9</sup> uiri meruisse cōiūctū: sub q̄ ciuitas illa nūc multorū serie laborū fessa respirat. Ipsum honoris causa nomino Iacobū Carrhariēsem: quem amare & colere in animum ut inducas uelim. Nam cum omī aetate uirtus amabilis fuerit: nostra eo amabilior quo rarior. Eritq̄ nobis ad latum omnium quas ego uiderim: & uidi cunctas fere quibus Europæ regio superbit: miraculosissima Venetiarum ciuitas eiusq̄ dux illustri honoris quoq̄ causa nominandus: Andreas non minus bonarum artium studijs q̄ tanti magistratus insignibus uir clarus: Erit & Taruissium fontibus fluminibusq̄ circumfluū domus emporiumq̄ laticia. Ita quotiens identitas tædij mater offenderit: aderit optia fastidij medicina uarietas: & qcqd molestiæ obreperit alterno colloquio: & locorum talium mutatione purgabitur. Vides non dubito: quibus te armis aggredior: quibus artibus urgeo: Vt uirilibus monitis: blanditijs muliebres misceo: omnia facio ut persuadeā q̄ fideliter ipse mihi sum testis q̄ efficaciter exitus arguet. Quod in me erat præstitisse uideo: poteram forte si uellem hoc ipsum comptius eloqui: sed affectus immodicus sæpe faciūdiæ officit: Dixi ut cunq̄ quod in animo erat: dixi quod intelligeres: atq̄ utinam quod probares: Noli quæso qualiter: sed quid dicam extimare: melius consulit balbutiens amicus q̄ disertus hostis. Nescio finem inuenire & sentio me animi calore longius q̄ destinationem processisse: Vnum hoc identidem quod sine hortatu meo tibi in animo esse perpēdit inculcare non desinam. Conueniamus oro impigre in hunc locum omnes: si locus hic omnibus placet: Alioquin e toto orbe terrarum (nullum enim mūdi latus: nullam barbariem recuso) eligite qui uobis placeat locum: Ego affectus meos exuo: uestros induo: modo simul esse liceat: bene erit. Eligite ubi quod restat pacifice uiuamus: ubi æquanimiter moriamur: Tu interim cura ne sanū consiliū corrumpat mora. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Bartholomæū heremiticum religiosum: Carmina quæ ipse petierat se mittere significantis: Ep̄la CXIX.

**A** **Q**uod professionem tuam decuit ex Augustini dictis: uolumen ingens per alphabeti litteras collegisti: rem maioris operis q̄ gloriæ: In quo ipso animum tuum minor qui studio utilitatis publicæ maiora (nisi fallor) ausurum ingenium inclinasti: cuius ut uotius exitus: sic prosper euētus sicut decuit fuit. Siquidem cum ob eam causam Clementi Romano pontifici litteratissimo: sed occupatissimo homini: atq̄ ob id talium cōpendiorum auidissimo placuisses: patriæ tuæ pōtifex factus & altiora sperare iussus: q̄uis ut est animi modestia & religionis humilitas: natalis soli iūcta dulcedini: nescio an nihil nō dico altius: sed gratius inter hæc rerum prætereuntium fastigia sperare queas: & de labore in laborē missus: Quod de Augustino fecisti: de Ambrosio facere iuberis: parebis iam: cœpisti enim & perficies spero: pari utinā facilitate & fœlicitate. Parebis inquam (si te noui) non ut altior fias: sed ut grator: Et si enim sorte tua lætum te altioris status cupido non tangeret: æquum tamen animum decet tam se gratum præbere ultro oblati q̄ optatis petitisq̄. Nihil enim æque in omni munere librandum ac donantis intentio. Sed ad Augustinum tuum redeo & ad te: Petisti equidem ut in fine illi<sup>9</sup> magni operis quod sudore tuo de illius opulentissimi patriæ familias: lapidibus & calce compactum pōtifici præsentī: sed multo maxime posteris præparasti: aliquot tibi uersiculos subscribendos mitterem: parui & ipse tibi: cui nil negare uolens: & q̄uis iam dudum musis indignatibus: longeq̄ alijs curis exerecentibus animum ab eo studio distractum reuocarunt preces tuæ. Mitto igitur paucos Elegos: eiusdemq̄ sententiæ totidem si malis hexametros. Vtere uel utrisq̄ uel utrislibet. Vtrosq̄ raptim & ex temporali impetu dictatos noueris: nūcio tuo mecum syllabas metiēte: ita ut nulla tam breuis fuerit quæ sibi non longissima uideretur. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Socratem suum: q̄ annus pestilens & coniunctos & amicos eripuerit conquerentis: Epistola CXX.

**A** **I**n frater: mi frater: mi frater: Nouum epistolæ principium: immo antiquum: & ante mille fere quadringentos annos a Marco Tullio usurpatum. Heu mihi frater amantissime: quid dicam: unde ordiar: quonam uertar: Vndiq̄ dolor: terror undiq̄. In me uno uideas quod de tanta urbe apud Virgilium legisti: Nam crudelis ubiq̄ luctus: ubiq̄ pauor & plurima mortis imago. Vtinam frater aut nunq̄ natus aut prius extinctus forem: Quod si nunc optare cogor: quid dicturum putas si ad extremam sene-

etatem uenero: Ad quam o utinam nō uenirem: sed ueniam timeo: non ut diutius uiuam: sed ut diu moriar. Nosco etenim fatum meum & sensim intelligo ad quid in hanc erumino: sam & infelicem uitam sim proiectus. Heu mi frater optime: piget ex intimis ac miseret me mei. Quid enim dicent qui hęc audient: Tu qui solamen auxiliumq; alijs laturus uidebar: qui de te nobis nil mediocre promiseras: qui malorum usu obduxisse iam callum aduersus omnes fortunę tribulos: omnemq; duritiem: seu magis in silicem obriguisse debueras: Ecce q̄m molliter sarcinas tuas fers: ecce q̄ crebris eiulatibus aures nostras pcutis. Vbi nūc maxime professioni tuę debita celsitudo animi: Vbi uerba magnifica: quę si ad igenij laudem non ad uitę consiliū referantur: quid nisi sonitus inanis: & curiosarum delinimenta sunt aurium: Præstolabamur ex te carmen heroicum: elegos legimus: historias uirorum illustrium sperabamus: unam cernimus proprij doloris historiam: quas putabamus epistolę sunt lamenta: ubi artificiosas iuncturas uerborum noua incude percussorum & dulciter intermicantes colores rhetoricos quærebat: nil nisi dolentis interiectiones atq; indignantis accentus: & lituras aspiciamus lachrymarum: Et quis erit modus aut quis finis: Si omnium fata mortalium deplorare uolueris: unum tibi pectus & una lingua non sufficit: ingens miser molestumq; negocium suscepisti: superuacuum: inexplebile: alio de fonte petendę sunt lachrymę: semper nempe recentibus assidueq; nascentibus dolorum causis: duo fessi iamq; exhausti & arentes oculi: parum męsti humoris infuderint. Quid agis igitur tui oblite: & propria non contente miseria ac morbo: in quem sciens uolensq; incidis: nisi amicis insuper uenenum porrigas pollicitus medicinā: Quin potius uel se solus uel disce mortalis æquo animo ferre mortalia: teq; non solum neq; cum amicis solis: sed cum omnibus rapi uident iam tandem inutilibus querimonijs modum pone: Erit aliquis indignatior natura qui męstos apices prorsus abijciat: aut cōculcet cum irrisiōe mordaci. Abi inquiet in malum sydus: An si tu muliebriter uictus es: nos saltem uiros esse nō sines: Cuncta præsentio: nilq; me horū frater fallit. Scio uiri esse primum quidem dolorem propellere: proximum extinguere: tertium moderari: ultimū abscondere. Sed quid agam: Moriar: nisi dolorem in fletum ac uerba profudero: Illud me solatur: q̄ quicquid scripsero: molle q̄uis ac friuolum: cum ad tuas uenerit: non ad alienas peruenisse: sed ad proprias manus meas redisse uidebitur: q̄ obrem non magis erubescam: dum hęc a te legentur: q̄ dum a me scriberentur erubui. Nec me tamen erubuisse negauerim: Sensi enim animum ac stilum excussoriationis freno: extra destinatum iter affectibus iuncto trahi: quo nil molestius pati possum: id pudori meo grauius insultat: q̄ iam annus integer iamq; alteri<sup>9</sup> bona pars abiit ex quo nihil uiro dignum non dicam facere: sed ne loqui quidem contigit tonante undiq; ac fulminante ferociter fortuna. Qua in re benigno sub iudice forsan excuseris ad examen uenerit: Illud quoq; non leue aliquid: sed millesimum trecētesimum quadragessimum octauum: sextę ætatis annum esse quem lugeo: qui non solum nos amicis: sed mūdum omnem gentibus spoliavit. Cui si quid defuit: sequens ecce annus illius reliquias demetit: & quicquid illi procellę superfuerat: mortifera falce persequitur. Quando hoc posteritas credet fuisse tempus sine cœli aut telluris incendio: sine bellis aut alia clade uisibili: quo non hęc pars aut illa terrarum: sed uniuersus fere orbis sine habitatore remanserit: Quādo unq; tale aliquid uisum aut fando auditum: quibus hoc unq; annalibus lectum est: uacuas domos: derelictas urbes: squalida rura: arua cadaueribus angusta: horrendam uastamq; toto orbe solitudinem: Consule historicos: silent. Interroga phisicos: obstupescunt: quare a philosophis humeros contrahunt: frontem rugant: & digitulo labris impræssio silentium iubent. Credes ista posteritas: cum ipsi qui uidimus uix credamus somnia credituri: nisi experrecti: apertis hęc oculis cerneremus: & lustrata urbe funeribus suis plena domum reuerſi exoptatis pignoribus uacuum illam reperientes sciremus utiq; uera esse quę gemimus. O foelicem populum pronepotum: qui has miseras non agnouit: & fortassis testimonium nostrę inter fabulas numerabit. Meremur hęc quidē & grauiora non inficior: sed & maiores nostri meriti sunt: atq; utinā nō & posterī mererent. Quid est ergo iudiciū iustissimę: quid est q̄ insigniter adeo in nostrę tēpus uliōis tuę feruor incubuit: quid est q̄ cū culpa nō desint: desūt exēpla supplicij: Cū oibus peccauim<sup>9</sup>: flagellamur solis: Soli in quā: aut deo em affirmare: q̄ si oim sæculorū flagella post arcā illā famosissimā reliquias mortalium infirmi pelago circumferentē cū præsentibus extiment: delitię fuerint & ludus & requies:

B

C

Quid uero for  
 ti in dolorib<sup>9</sup>  
 sit agendum

D

Neque enim cum his malis conferri decet bella quantalibet: in quibus & remediorum multa sunt genera: & (quod ultimum est) uiris saltem fortiter mori licet. Est autem solamē mortis exitium: bene mori. Hic remedij nihil prorsus nihilque solatij est cumuloque cladis additur: mali causas principiumque nescire. Nam nec ignorantia: nec ipsa quidem pestis odiosior: nugis ac fabulis quorundam hominum: qui professi omnia: sciunt nihil: quorum tamē ora licet assuefacta mendacis tandem silent: & quæ impudentia primum ex more laxauerat: ad ultimum clausit stupor. Sed ad inquisitionē meā redeo. An uero sicut longū iter agētibz euenit ut alia uia pars fatigationem faciat: alia fateatur: sic nobis accidit ut lenitas tua deus humanis paulatim lassata criminibus & iugi accessione prægrauata: nunc potissimum uicta subsederit: Tuque nos uector optime tolerare amplius non ualens: in terga proieceris: atque a nobis misericordiae tuae oculos iratus auerteris: Quod si est: nō nostrorum modo: sed paternorū simul criminū poenas damus: an peiores illis nescio: sed certe miserieores. An illud fortasse uerius quod magna quædam ingenia suspicata sunt: deum mortalia non curare: Sed absit a mentibus nostris hæc amentia. Si nō curares illa non subsisterēt: Nam de his qui nostri curam non deo tribuunt sed naturæ: quid sentiendum nobis sit ueritatis tuæ studio deditis: cum Seneca ingratiſſimos omnium appellet qui mutato nomine dissimulent dei munus: & cauillando impie supernæ debitum abnegēt maiestatis: Curas profecto nos & nostra deus: sed aliquid latitantis & ignotæ nobis causæ est: cur ex omnibus sæculis dignissimi uisi sumus: qui acerrime plecteremur: non iccirco minore iusticia quæ occulta est: Nāque iudiciorum tuorum imperſcrutabilis & humanis sensibus: inaccessa profunditas: uel ergo pessimi omnium uere sumus: quod negare uelim potius quam ausim: uel ad futura bona presentibus malis exercitatiores purgatioresque seruamur: uel omnino aliquid est quod nec cogitare sufficimus. Caterum quæcumque sint causæ quantumlibet abdita: effectus aperissimi sunt. Sed ut a publicis ad priuatas lachrymas reuertamur: Anni equidem secundi uix dum prima pars acta est ex quo Italiam repetēs: te procul ad fontem Sorgiæ lachrymātem lachrymans dimisi. Non iubeo in longum oculos reflectere: Hos pauculos dies numera & cogita quid eramus & quid sumus: Vbi dulces nunc amici: ubi sunt amati uultus: ubi uerba mulcentia: ubi mitis & iucunda conuersatio: quod fulmen ista cōsumpsit: quis terræ motus euerit: quæ tempestas demersit: quæ abysſus absorbit: Stipati eramus: prope iam soli sumus: nouæ amicitiae contrahendæ sunt: unde autem siue ad quid humano genere pene extincto & proximo (ut auguror) rerum sine: sumus quid dissimulem uere soli: credo id agente deo: ut uitæ huius illecebris impedimētisque suauibus spoliati liberius iam ad alteram suspiremus. En quo subita rerum mutatione peruenimus: ut experiri liceat in nobis an præclaram illam Epicuri uocem iure possimus dicere: Satis magnum alter alteri theatrum sumus: Quod ut uere dici possit a nobis: quod diu tamē dici poterit: aut quis augur statuat quorsum nobis datum sit de huius mutui theatri stabilitate cōfidere: Alteri secus nutantibus iam columnis: quid enim ego de tuā uita certior hæc scribens quam tu hæc perlegens de mea: Nimis caducum simul ac superbum animal est homo: nimis alte fragilibus superædificat fundamentis: e tanta sodalium turba: ad quem redacti numerum sumus uides: Et ecce dum loquimur ipsi etiam fugimus atque umbræ in morem euanescimus momentoque temporis abiisse alter alterum accipiet: & ipse mox præuium secuturus. Quid ergo sumus frater optime: quid sumus: nec desinimus superbire: Suis angoribus consternatus Cicero in epistola quadam ad Atticū: Ipsi inquit quid sumus: aut quod diu hæc curaturi sumus: Breuis quidem sed bona (ni fallor) quæstio & salutaris & grauida atque utilibus plena sententia: sub qua multum ueræ humilitatis ac modestiæ: multumque contemptus rerum fugitiuarum uigil fessor inueniet. Quid sumus inquam: quod graui: quod tardo: quod fragili corpore: quod caeco: quod turbido: quod inquieto animo: quod uaria: quod incerta uolubilibus fortuna: Aut quod diu hæc curaturi sumus: Profecto pbreuiter: Nēpe nō aliud sonat quam si diceret: Ipsi quid sumus: & hoc ipsum quod diu futuri sumus: Vti que Hercle nō diu: cum hoc idem nostrum esse: ut diuturnum eē nō potest: sic nūc possit iter uerba desinere: neque si accidat miri aliqd acceiderit. Vtrūque igitur bene & grauer quæris Marce Tulli: Sed quæso te: ubinam tertium reliquisti: & euentu periculosius & quæsitū dignius: Postquam hic esse desierim: quid futuri sumus: O rem magnam & ambiguum sed neglectam. Vale.

Francisci Petrarchæ ad Socratem suum:adhuc de pestilente anno q̄ amicis/ simum hoiem qui sibi supererat subtraxerit:conquerētis: Ep̄la CXXI.

**S**Vpererat hic mihi paululum de fragmentis anni præteriti: ante alios uir clarissi/ mus:&(si quid mihi credis)magni animi consilijq̄ Paganinus Mediolanēsis:qui mihi post plurima experimenta uirtutis acceptissimus:nec me modo:sed nobis di gnissim⁹ uisus erat. Itaq̄ iam hic mihi Socrates alter esse cœperat: fides familiaritasq̄ pro/ pe eadem(quodq̄ dulcissimū habet amicitia) participatio utriusq̄ fortunæ:apertisq̄ ani/ milatebris:fida cōmunicatio secretorū. Quantū uero te amabat:quātum uidere cupiebat: quē internis oculis iam uidebat: quantū uitæ tuæ sollicitus erat in illo publico naufragio: ut mirarer ipse hominem incognitum sic amari posse. Nunq̄ tristiorē solito me uidit: quin amice trepidus inquireret: Quid rei est: quid amicus noster agit: Cum uero benete ualen/ tem audiuisset:metu posito:perfundebatur alacritate mirabili.Et hic quidem(q̄ sine mul/ tis lachrymis non dico)& cum pluribus dicerem:nisi præcedentibus malis exhaustos hos/ ce oculos:atq̄ omnes:si quæ sunt lachrymarum reliquias instantibus referuarē:hic inquā pestilenti morbo qui nunc orbem populatur repēte correptus ad uesperam: postq̄ cœnam cum amicis:& quod occidui temporis restabat:ī nostro tantum sermone & amicitia reꝝq̄ nostræ:cōmemoratione consumpserat: noctem illam inter dolores ultimos imperterrito animo transegit.Mane autem rapida morte subtractus est. Ac ne quid de funesta consuetu/ dine laxaretur:triduo inexpleto:illum filij omniscq̄ familia consecuti sunt. Ite nunc morta/ les:æstuate:anhelate:laborate:circumite terras ac maria: ut non secuturas opes: nec man/ suram gloriam cumuletis. Somnus est uita quam degimus:& quicquid in ea geritur som/ nio simillimum: sola mors somnum & somnia discutit. O si prius exp̄gisci datum sit:tu ui/ ue & Vale.

A

B

Apostrophe ad mortale ge nus

Francisci Petrarchæ ad Lorbardum de Siricho amicum suum: eidem præsentem uitam quam degimus describentis: Ep̄la CXXII.

**Q**uid mihi de hac uita quā degimus uideatur interrogas.Neq̄ īmerito:Multæ em̄ & uariæ de hac ipsa opiniones hominum sunt:meam breuibus accipe. Videñ mi/ hi uita hæc dura quædam arca laborum:palæstra discriminum:scœna fallaciarū: labyrinthus errorum: circulatorū ludus: desertum horribile: limosa palus: senticulosa re/ gio:uallis hispida: mons præruptus: caligantes speluncæ: habitatio ferarum: terra infœlix: campus lapidosus: uepricosum nemus: pratium herbidum plenumq̄ serpentibus: florens hortus ac sterilis:fons curarum:fluuuus lachrymarum: mare miseriarum: quies anxia: labor inefficax: conatus irritus:grata phrenesis: pondus infaustum:dulce uirus: degener metus: inconsulta securitas: uana spes: ficta fabula: falsa læticia: uerus dolor: risus inconditus:flet⁹ inutilis: inane suspirium: confusus ordo: tumultuosa confusio:trepidatio turbulenta: solli/ citudo perpetua: insonoris inertia: inops copia: diues inopia: imbecilla potētia: tremulæ ui/ res: ægra sanitas: iugis morbus: gemina ægritudo: pulchra deformitas: honor inglorius: infames tituli: ridiculus ambitus: ima elatio: excellentia fiētilis: humilis altitudo: fusca cla/ ritas: ignota nobilitas: pertusus sacculus: Vas rimosum: specus inexplabile: cupiditas infi/ nita: damnosum desiderium:luxus hydropicus:sitis insatiabilis: aridum fastidium:fameli/ ca nausea: uentosâ prosperitas: querula semper aduersitas: uiror trāsitorius: flos caducus: amœnitas labilis:fugax forma:mœstum gaudium: amara dulcedo: uoluntas aculeosa: stul/ ta sapiētia:cæca prudētia: tetra dom⁹:breue diuerforiñ: foed⁹ carcer: sine gubernaculo na/ uigatio:sine baculo senect⁹:sine freno iuuēt⁹:sine duce cæcitas: iter lubricū: teçtæ foueæ: la/ tēs præcipitiū:silēs lima:tenax uiscū:opti laquei:abdita retia:inescati hami:sentes aspi:lap/ pæ hærentes:tribuli acuti: scopuli rigētes: uenti rapidi: fluctus impetiosi:atri turbines: hor/ risonæ tempestates:procellosum pelagus:uadosa littora: anceps portus: exarmata nauis: immane naufragium: officina scelerum:sentina libidinum: caminus irarum: puteus odio/ rum:catena consuetudinum:sirenum cantus: circea pocula:mundi uincula: rerum unci:cō/ scientiæ morsus: pœnitentiæ stimuli: peccatorum incendia: putre ædificium: fundamentū fragile:muri hiantes: teçtæ labentia:prolixa breuitas: latæ angustia: calles inexplicabiles:

A

B

Vita descriptio

C passus impliciti: circuloꝝ motus: statio instabilis: rota uolubilis: manens cursus: scabra leuitas: scrupulosa suauitas: blanda crudelitas: dolosa blandicia: fallax amicitia: concors discordia: fidi fraga indutia: bellum inexorabile: pax infida: simulata uirtus: excusata nequitia: laudata fraus: honoratum dedecus: irrita simplicitas & cōtempta fides: Nugæ seriã: ingeniosa dementia: loquax torpor: uelata ignorantia: opinio scientiã tumida scientia uero nulla: querelarum suspiria: contentionum strepitus: uulgi fragor: obliuiosa peregrinatio: patriã odium: amor exilij: lemorum ciuitas atq; laruarum: dæmonum regnum: luciferi principat⁹: Sic em̄ principem mūdi huius ueritas uocat: Vita dæmonum mendax: & exã nimis spirans mors: segn̄is incuriositas sui ipsius: inutilium cura: apparendi studium: su peruacui appetitus: operosus uermium apparatus: uiuentium infernus: & uiuorum corporum diuites exequiã: longum funus: pomposa uanitas: laboriosa militia: periculosa tēptatio: superba miseria: miseranda fœlicitas. ¶ En amice qualis mihi hæc uidef̄ quã tã multis exoptatissima ac gratissima uita est: nec dum tamẽ cōceptum omnem meã mētis expræssi: Peior enim est multoq; miserior q̄ a me seu quocunq; hominum dici possit. Sed quo ex ingenio ex his paucis totum reor animum loquētis introspicis: Vnum tot in malis habet bonum: q̄ ad bonam & æternam uitam nisi dexter trames deferatur: uia est. Vale inter colles Enganeos. iij. Kalenđ Decembris.

Præclarissimu opus Epistolaz de Rebus familiaribus Elimatissimi poetæ atq; Oratoris: Francisci Petrarchæ Aretini: elegãtissimo stilo conscriptũ: Fœliciter finitũ est.

Francisci Petrarchæ Poetæ Oratorisq; Clarissimi In Librum Epistolarum sine Titulo: Prologus: In quo causam reddit quare Epistolas huius libri ab alijs segregauerit.

**Q**uam semper odiosa fuerit: nunc capitalis est ueritas: Crescentibus nempe flagitijs hominū: creuit ueri odiū: & regnū blanditijs ac mendacio datum est. Id me sæpe dixisse: Interdū etiam & scripsisse memini: sed dicendū sapius scribendūq; est: Non ante fletus desinet q̄ dolor. Ea me pridem cogitatio induxit ut Bucolicū carmen: poematis genus ambigui scriberē: quod paucis intellectū: plures forsitan delectaret. Est enim nonnullis corruptus adeo gustus ingenij: ut eos notus sapor q̄uis idem suauissim⁹ offendat. Ignota omnia licet asperiora permulceat. Sic (mirū dictū) difficultas rerū: sæpe etiam fragilib⁹ humeris grata est. Idem me hodie respectus inducit: ut his litteris pauca quidem: sed quo ueriora: eo malis odiosiora concludā: bonis uero nisi fallor amabilia: Epistolas scilicet aliquot diuersis ex causis uarijsq; temporibus ad amicos scriptas: quas unū in locum ideo conieci: ne ut erant sparsæ: totum epistolarū corpus aspergerent: ac ueri hostibus odiosum facerēt: Et ut qui has legere uoluerit: sciat ubi eas quærat: qui noluerit intelligat quid declinet. Si quis autem eradēdas abijciēdasq; censuerit: possit facilius partem unam: sine totius operis deformitate conuellere. Qua in re & lectori consultum uolui & mihi: Et sicut i pastorio de quo loquebar opusculo: sic in isto. Illic obscuritate q̄dā: hic scriptorū latebris ac silentio tutus sum: Nec solus ego: sed hi quoq; quibus hæc scripseram: quorū nomina sciens uolensq; subiciui: ne his forsitan in lucem erumpentib⁹: aut noxæ si superant: aut odio si obierint illis sint: quasi hæc eis potissime inscripserim quos scirem libentius audituros. Equidem liber ille ad quorundam manus maximorū hominū me præserte peruenit: dumq; eam partem legerent: qua maxime tangebant: quid ibi sensissem percontatos memini: meq; de industria trāstulisse sermonē: Hic uero quia nullum huiuscemodi uelut erat: puidēbo si potero: ne uiuo me cuiusq; talium in manus ueniat. Si fefellerit: ego tamen ueri studio quæsitum odium non uerebor: & meritis partam inuidiam inter titulos numerabo. Sin usq; dum abiero: bona fide latuerit: postmodū ut libet sæuiāt: irascantur: tonent: fulminent: qd ad me: Certe si ut Satyrico placet: uiuenti de mortuis loq̄ tutū est: multo est tutius mortuo de uiuis. Illic enim potest supesse qui uindictæ: hic in quem uindictæ utiq; iam non est. Sit licet odiosa ueritas: sit pestifera: sit funesta: ipse iam in portu nauigat: ut ait Comicus: & in tuto est: iam terribilia cuncta transgressus: omnes mortalium minas spernit. Si quid tunc igitur in me parant: iam hinc pro responso habeant illud Plautij oratoris elegā dictum: aduersus Asiniū Pollionē: Cum mortuis non nisi laruas luētari. Sin in hunc seu alios libellos meos accingunt: ubi illos huic calamo uel mea indignatio uel eorum obiecit indignitas: non mecum sibi fore nouerint: sed cum ueritate certamē: deo iudice: mundo teste.

Explicit Prologus.

Eiusdem Francisci Petrarchæ Liber Epistolarum sine Titulo feliciter Incipit.

Ad quendam nimiū in huius sæculi tempestatibus confidentem: Illi portū salutis ostendentis:

Epistola I.

**Q**uid agis bone uir: Quid agis pater optime: Quid agis oro te: Quid cogitas: Quem rebus exitum: quē præsentī naufragio finem speras: Portum ne tenebim⁹: an in medijs tempestatib⁹ obruemur: Aequorei sæuis cymba tātis impar est fluctib⁹: Nimiū carbasa uentus impleuit: & carina grauissimo fasce deprimis: Remos agūt inexperti: Clauis autem rector ut uides artis nauticæ præcepta despiciens: terram amat: q̄ ingens nauigantibus solet esse periculum. Idem & sereno nimiū fidit demēs: & stellas uagas intuēs: stabilē arcton fidā puppib⁹ ducē spernit. Hæc in uino madidus: æuo grauis: ac soporifero rore perfusus: iam nutitat: iam dormitat: iam somno præceps: atq; (utinā solus) ruit. Iam pallorem candentis aspexim⁹: Iam naufragantiū miser: murmur audiui:

**B** mus: iam fatiscens alius crepuit: sparsa iam pelago fluitant armamenta. O utinam si pater excelsus amisso fluitantem errare magistro sentiens: ipse etiam ratem suam nocturnis in undis regat: nec mergi sinat: quam tanto precio redemit ab hostibus: Alioquin ualde metuentum est: ne urgente æstu: inter piratas & scopulos pereamus. Huc nos gubernatoris nostri perduxit incitiam: miti<sup>9</sup> loquor: Immo uero cæcitas & hoc ipsum excusabile: Loquendum est igitur proprie: & uera rebus reddenda uocabula: fecit hoc furor & rabies & turpis inertia: & procellosi littoris feruidus appetitus: & rationis imperium fortunæ traditum & horratu foedæ cupidinis pondus infamiæ susceptum. Heu quâto foelicium patrio terram sulcasset aratro: quæ scalinû piscatoriû ascendisset. Quid dicam? Scio equidẽ quod uniuersali offensæ particularis uindicta non sufficit: Sed quod amplius fiat? Ille igitur uadit pro meritis acceptur<sup>9</sup>: & canibus esca maritimis: Ille digitis omnium ostensus: omnium salibus aspersus: omnium ludibrium iocisque mensarum: Postremo omnibus hoc mare sulcantibus in æternum fabula. De nobis autem quid putas? Certe si ad clauum similis nauclerus accesserit: salus nos ipsa si uelit saluare uix poterit: una nobis in tantis terroribus spes salutis tale nusquam esse portentum. Tu uero circumspice si qua est ad enatandum tabula: quam complexi in siccum euadamus. Si consilium meum poscis: in rure tuo si liceat optime manebimus. Ibi silentium optatum & portus mihi quietissimus uidetur: hic animum intende & Vale.

Ad Romanum principem cuius nuncius apud Durentiam captus: uerberatus ac uulneratus erat: illi condolentis sacrilegisque malefactoribus insultatis: Epistola II.

**A** **Q**uid hinc humanitatis aut clementiæ: seu quid omnino iusticiæ sperare possis: excellentiæ tuæ nuncius expertus testabitur: Nouum genus sæuitiæ: puerum incomitatum: incautum: innocentem hostiliter aggredi: Virgulam quam si quid sani esset & uereri & timere debuerat: Capsulam quæ grauissimis ac suauissimis litteris referta in caput immeritum donec utrumque frangeret allidere: Iplas quoque litteras quæ marmoreos animos mollire potuissent discerptas effunderet: En hospitalitas: En charitas: ad Durentiam captus: tortus: flagellatus: & ciuitatis ingressu prohibitus nuncius tuus minaque cum uerberibus ac uulneribus referens ad pedes tuos uertice cruentato rediit. O uere Durentia: ut uulgus appellat duriciæ gentium: siue ut quidam scriptores uocant: ruentia a ruendo diceris: præceps fluuius damnosusque: cuius accola nihil undis & alueo mitiores: & ipsi tanto impetu in quodlibet scelus ruunt. O impudenter elati: O irreuerentes & in deuoti amnes: O non tua sorbes & tumide in dominum surgens Sorgia: O Rhodanus rodens omnia: sic Tyberim recognoscitis: Sic Romam dominam honoratis? O Auinio cuius uinea (si quid conditoribus fidei est) botros amarissimos: & cruentam profert uindictam: Sic dominam Romam colis? Sic tui: sic illius: sic propriæ seruitutis: sic summi imperij memor es? Væ tibi infelix si illa coeperit expugnari: Immo uero si caput extulerit: & dormienti sibi illatas iniurias ac damna prospexerit. Experrecta enim iam nunc est: crede mihi: non dormit: sed silet: & somnia præteriti temporis sub silentio repetit: & quid surgens actura sit cogitat. Expecta paululum & uidebis magnalia in orbe terrarum: fierique mirabile: quæ ante factum impossibilia iudicasses. An quid sis: an ubi sis: an cui sub sis ignoras? An prouinciæ nomen nescis unde descendat? Quis nam furor hic? Quæ nam ista demencia? Sic modico sereno: tempestatum omnium surrepsit obliuio? Siccine prouinciarum dominam ueneraris? Sopita erat: tu mortuam credidisti: ac uelut morte dominæ libertati reddita: adhuc seruam te putasti: Nisi libertatem ipsam flagitijs approbares esse aliquid posse: aliquid uideri cupis: Nos aliquid diu te uoti compotem deliberando fecimus: tempus est ut nobis admonentibus respicias. Multorum nempe potentia: non in proprijs uiribus: sed in aliena debilitate fundata est: Verum hæc aduersario conualescente corruat oportet. Tunc ergo quid fueris intelliges: cum quid adhuc sit Roma cognoueris: cuius modo nuncijs sic insultas: putans non esse qui uindictet: falleris: ineptis: infanis. Est qui uindictet in celo deus: Est qui uindictet in terris amicus dei: quem tu nescis. Sunt uires quas ne suspicari quidem potes: ah misera: sed experiere ilico ut spero. Tuæ nobis uim nostram iniuriæ reddidere: cum primum dolere coepimus: magno tractu & ad sanitatem & robur accessimus. Tu uero res nostras misereare uir illustri: erige surgentem patriam: & gentibus incredulis: quid nunc etiam Roma possit ostende. De reliqua enim Italia: cui dubium est quin quantum potuit possit: nec consilium nec uires nec opes nec animos defore sed consensum. Qui si unus affuerit: illudentibus nomini Italico tenore presentis epistolæ: propinquam stragem perniciemque denuncio. Tu inquam quem tan-

tæ rei duces fata constituunt: perge qua cœpisti: nihil formidaueris: Nubecula ista sole radiante diffiliens: Vulpecularum astutia: leonis impetum non ferent. Ingressus es gloriose: I fortiter. I constanter ad reliqua. Ostende superbia: quantum humilitate sit inferior: Auaricia quantum largitate pauperior: Fallacia quam stulta sit adiecta prudentia: Voluptati quam turpis admota temperantia ac decori. Agnoscat iam tandem fucus hypocrisis: quam nihil sit ubi uera uirtus affulserit. Eia age: rumpe moras & ranam tumore ridiculo: molem scildi bouis imitantem, ptere: frange: conculca. Non loquor ut incitem: nec impulsore: nec lenitore indiges: & calcar & frenum in potestate habes: Sed dolorem animi tacitus ferre non potui. Dolor loquendo auctus: querelam auxit: & uicissim sermo indignationi alimentum præbuit: & indignatio sermoni. Quis enim tranquillum hæc uideat: uiolatum ius gentium: spreta humanitatis fœdera in nuncijs tui persona: O immemor honestatis ira: Melius inter barbaros hostes fuisset nuncius tuus: quam inter eos quos & rebaris latinos & beniuolos merebaris. Euoluant historias: si modo quicquam præter (quibus inhiant) diuitias spectare queant: Inquirant & mihi respondeant: quæ barbaries legatos uiolauit unquam: nisi perraro: nulla præsertim causa interueniente. Temptauit hoc quondam in legatis nostris fallax & infida Carthaginensium plæbs: sed prohibita uis est magistratuum interuentu. Hanc uim quæso quis perhibuit: Quis factam puniuit: Durior sum: Immo uero quis arguit uel reprehendit: Quanto tutius nuncius tuus isset in Parthiam trûcatis Crassis & legionibus nostris fufis: Quanto in tactior isset in germania: cæsis theutonibus & Mario triumphante quam huc uenit: te Romanam ecclesiam filialiter uenerante. Certe nec uictoris insolentia: nec uicti hostis dolor tantum præsumpsisset: quantum fictæ amicitia præsuppsit inuidia. Facilius puer tuus nemorosum Pelion & algætes Tauri colles hyeme media: quam Orgonis planiciem autumnali tempore trāsuisset. Liberis Gangem & Tyberim: quam Durætiā transnataisset. Hæc leuandi animi gratia dixisse uolui. Te uero uir magnifice nec iniuria: nec iniuriæ illatores: nec ulla prorsus falsæ magnitudinis simulachra permoueant. Non est uera magnitudo: nec uerum robur posse nocere: Id enim minimis atque infirmis animantibus datum est: magnitudo uera est posse prodesse: uerius autem uelle. Potuerunt nocere nocentissimi hominum innocenti puero: & boni nuncijs uicem hanc referre. Quid hic magni est: Immo uero quod nisi nihilo minus: Si enim peccatum omne nihil est: eo magis est nihil quo peccatum maius. Ita peccati magnitudo si dici potest magnitudo: nihil est: Hac modo magnitudine uiri fortes & suis artibus usi sunt. Potuerunt quod scorpius: quod aranea potuisset. Nocuerunt uni ex tuis: & quod est in hac imanitate conspectius: tibi nocere uoluerunt: nec tibi ut tibi: sed ut libertatis ac iusticiæ defensori. Te enim non nisi propter illas odio habent: Illas autem propter se: ut quas iusto quo superbius imperio contrarias norunt: Tu si ad magnitudinem animi tui redis: horum tumidum & inane propositum simul oderis & contemnes. Acria quidem ista & acuta: sed parua sunt: De maioribus agitur: Hæc cum uniuersitate transibunt. & serui tui ultio latebit sub reipublicæ uindicta. Vale & perforce quod cœpisti.

Ad Romanum principem: eidem quaestionem a quibusdam proceribus motam: An scilicet expediret terrarum orbem: urbem Romam & Italiam esse unanimes ac pacificas: narrantis: Epistola III.

**I** Eue est quod nunc animum præmit: egerendum tamen: ne neglectum stomacho oblit: plus enim quam per quantitatem bilem excitat: & paruam licet ingentis nauseam materiam fert. Olet nempe uirus abditum profundum uetustique odij. Ita mihi uisum est: Ita tibi uisum iri certus sum: & si latius innotescat: totius populi Romani atque omnium Italorum animis incussurum iustissimam indignationem aculeos spero: excussurumque grauedinem torporis: quod nunc priscus generosæ indolis uigor tepet. Cui uel sponte totum olim orbem cessit: nunc (puer) ultimi hominum insultant. Non inutile opus reipublicæ si successerit ut opto. Breuis scintilla magnam saepe mouit incendium: Verbum unum multarum ac magnarum rerum fuit indicium. Sed iam res ipsa tractanda est. Nec tam magis exaggeranda sermonibus: quam indignatione legentium. Nuper equidem inter quosdam ex his qui sibi uidentur sapientes: alijs forte non ita: dubitatum & in questionis formam propositum fuit: Expediret ne terrarum orbem: urbem Romam & Italiam esse unanimes atque pacificas: Et quis ipsa rerum dubitatio satis puerilis & inepta sit: tamen disputandi studio utrumque poterat excusari: nisi multis argumentis ultro citroque iactatis: Is qui omnium sapientissimus habebatur: cum plausu & favore omni

**B** nium: nullatenus expedire: uenenata diffinitione firmasset: Quod tu quæso uir eloquentis-  
sime: cum primū ut soles in publico perorabis: populo Romano meis uerbis indica: ut in-  
telligat quæ sunt horum procerum de nostra salute sententiæ: per quas & si nihil nocent: ani-  
mos tamen suos uentosa loquacitate detegunt: dum quod de nobis cupiunt: tã uæhemen-  
ter cupiunt: ut dissimulare non possint: & uotum iniquissimū ac hostile propositum suū: in  
rōnis locū trāsferre cōtendūt cæcitate turpissima. Sed ipsi quidem in erroribus suis moriē-  
tur: nos in manibus dei sumus: fortunam non quā ipsi uolunt: sed quā ille nobis præpara-  
uerit habituri. Non tamen his delyramentis interfui. Contristassem fortasse aliquos: neq;  
enim aut honestum aut mihi possibile: in tam impia loquacitate silentiū fuisset. Cæterum  
ut res ad me perlata est: indignatus grauius: & tunc inter nostros contrariū diffiniui: & nūc  
apud te libertatis nostræ principem quātulacunq; auctoritate diffinio: Teq; ante alios &  
Romanum populum atq; uniuersam Italiam: ut qd ego uerbis assero: rebus approbetis:  
per omnes cœlicolas supplex oro: & ut in statu prospero diu uiuas: & rempublicam fortit̃  
liberatam: feliciter regas opto.

Ad populum Romanū: qd cuidam ciui suo qui affirmauerat Romanū imperi-  
um nunc etiam Romæ & penes populum Romanū esse: iustæ defensionis facul-  
tas eripiatur: detestantis.

Epistola III.

**A** **A** Pud te quidem inuictissime domitorq; terrarum popule me<sup>9</sup>: apud te clam paucis  
res magna tractanda est. Aduertite animos quas obtestorq; uos uiri clarissimi:  
uestra res agitur. Magna inq; nec solū magna: sed maxima & cui ī terris nulla par  
esse potest. Ne ue forsitan sciēdi auidos: expectatione cōficiam: aut rem suapte natura pma-  
ximam nitar uerbis augere: præfationib<sup>9</sup> omiſſis: ad ipsam rem uenio. Tribunus olim ue-  
ster: nunc captiuus alienus (O triste spectaculum) ceu fur nocturnus: aut patriæ proditor  
ex uinculis causam dicit: & quæ nulli unq; sacrilego prærepta est: apud iudices orbis terra-  
rum & iusticiæ magistrōs: iustæ sibi defensionis facultas eripitur. Est ille forte non indignus  
hæc perpeti: qui suo ingenio suisq; (ut ita dixerim) manibus plantatam et iam radicatam  
floretemq; rempublicam: in ipso gloriosissimi successus flore destituit: At minime digna ē  
Roma: cuius olim ciues: lege inuiolabiles: & supplicio exempti: nunc non modo sine scele-  
ris infamia: sed multa quoq; cum laude uirtutis: passim sæuo quorūlibet arbitrio uiolen-  
tur: Ne enim causam ignoretis uiri illustres: qua olim caput & rector: nunc ciuis dicam: an  
exul uester opprimitur: rem nescio an uobis incognitam: sed certe mirabilem & indignam  
audietis. Non ille quidē neglectæ: sed defensæ libertatis arguitur. Nec deserti sed occupati  
capitolij reus est. Illud sibi summū & crucibus expiandum scelus obijciē: qd affirmare præ-  
sumpsit Romanū imperium nunc etiam Romæ & penes populum Romanū esse. O im-  
pia sæcula: O truculētā inuidiā: O maliuolentiā inauditā: Tu uero nūc infallibilis & incor-  
rupte rerum arbiter Christe: quid agis? Vbi sunt oculi tui: quibus humanarū miseriarum  
nebulas serenare solit<sup>9</sup> es? Cur illos aduertis? Cur nō ancipiti fulmine causam dirimis sce-  
leratam? Et si non meremur: aspice in nos & miserere nostri. Respice inimicos nostros: nec  
minus tuos: Quonia in multiplicati sunt & odio iniquo oderunt nos: nec minus te. Discer-  
ne quasumus inter partes omni ex parte dissimiles. Deniq; de uultu tuo iudicium nostrum  
prodeat: oculi tui uideant æquitatē. Certe si iugo Romano qd omniū iustissimū atq; sua-  
uissimū fuit: aliqua gens: Immo uero gens omnis ut cernimus: uoluit colla subducere: nihil  
est qd indignemur aut miremur. Est enī animis mortaliū libertatis insitus appetit<sup>9</sup>. Sæpe  
etiā inconsult<sup>9</sup> ac præceps: & sæpe dū parere meliorib<sup>9</sup> pudor uetat: qui bene subessent ma-  
le præſident. Sic omnia miscentur atq; turbantur: unde nōnunq; in loco digni imperij: ser-  
uitium indignum: & in loco iusti seruitij: iniustum imperiū uidemus. Qd nisi ita esset: me-  
liori loco essent res humanæ: & adhuc incolumi capite: mundus integrior. Id si mihi nō cre-  
ditur: experientia credatur. Quando unq; tanta pax: tanta tranquillitas: tanta iusticia:  
tantus uirtutis honor: tanta bonis præmia: tanta malis supplicia: tam bene consultum re-  
bus: qd postq; unum caput orbis habuit: caputq; ipsum Roma fuit? Quo potissimū tem-  
pore: amator pacis ac iusticiæ nasci deus ex uirgine terraq; uisitare dignatus est. Singula  
quidem singulis corporibus data sunt capita: & orbis uniuersus: cui a poeta magni corpo-  
ris nomen ascribitur: uno temporali capite debet esse contentus. Monstruosum est enī om-  
ne animal biceps: quāto magis horrendum & imane prodigium est: animal mille capitum

diuersorum: seseq̄ mordentium inuicemq̄ pugnantiū: Quod si capita plura sint: unū tamē  
 quod cuncta compescat atq̄ omnibus præsit esse debere non ambigitur: ut totius corpo-  
 ris pax inconcussa permaneat. Certe quod experimentis inumeris: & doctissimorū homi-  
 num auctoritate deprehensum est: & in cœlo & in terra optima semper fuit unitas princi-  
 patus. Id sane supremū caput: uelle se deus omnipotens: non aliud esse q̄ Romam: multi-  
 plicibus declarauit indicijs: Quā belli pacisq̄ gloria: quāq̄ mirabilem sine exemplo uir-  
 tutis tanta præeminētia dignam fecit. Quæ quibus ita sint: adhuc tamen si humani more  
 animi: malo suo quotidie gaudentis: aliqua gens (ut dixi) damnosam & ambiguum liber-  
 tatem: q̄ tutum & salutare publicæ matris imperiū mallet amplecti: posse insolētiam uel  
 inscitiam uenia deberi: Illud uero quis inoffensis auribus accipiat inter hominēs doctos  
 queri: An Romanū imperium Romæ sit: Ergo apud Parthos Persasq̄ & Medos: Partho-  
 rum Persarumq̄ & Medorū regna consistent: Romanū imperium uagum erit? Quis hęc  
 indignitatem stomachus ferat? Quis non potius euomat penitusq̄ reijciat? Si imperium  
 Romanū Romæ nō est: ubi quæso est? Nempe si alibi est: iam Romanorū imperiū nō est:  
 Sed eorum penes quos illud uolubilis fortuna deposuit. Et si enim sæpe Romani impera-  
 tores, p̄ necessitate reipublicæ in oriētis aut occidentis extremo: sæpe sub Borea uel Au-  
 stro cum exercitibus agerent: Romanū tamē interim imperium Romæ erat: & de Roma-  
 nis impatorib⁹: quo uel præmio uel supplicio digni essent Roma censebat. De capitolio  
 petebatur quis honorandus: quis plectendus: quis urbem priuatus: quis ouans: quis tri-  
 umphans introiret: Quinetiam post Iulij Cæsaris seu tyrannidem: seu dicere malum  
 monarchiam: Romani principes q̄q̄ iam deorum concilio ascripti: adhuc tamen a sena-  
 tu uel a populo Romano gerendarū rerum licentiam postulasse compertū est: & data uel  
 denegata licentia: egisse quæ destinauerant uel cessasse. Imperatores igitur uagi esse pos-  
 sunt: stabile fixumq̄ semper imperiū est. Nec de temporali statu: sed de p̄petuitate im-  
 perij dixisse credēdus ē Maro: ubi ait: Dū dom⁹ Aenæ Capitoli immobile saxū Accolet: im-  
 periūq̄ pat̄ Roman⁹ habebit. Neq̄ enī hęc dicēs: centū aut mille ānorū: sed immortalē illis  
 duob⁹ gloriā spondebat. Ne ue quisq̄ uerba hęc blāditiā uocet: quæ p̄fecto nec lingua  
 mea: nec uestris aurib⁹ dignæ sūt: digressiōe opus est. Scio ego de hac re Virgiliū q̄dā loco  
 ab Augustino reprehēsum nō iniuste: sed ibidē mox iustissime excusatū. Cū poeta loquē-  
 tem de uobis Iouē faceret: sic ait: Romulus excipiet gentē & mauortia condet Mœnia: Ro-  
 manosq̄ suo de nomine dicet: Et origini perpetuitatem adijciens inq̄t: His ego nec metas  
 rerum nec tempora pono: Imperiū sine fine dedi. Hoc nō imerito quidem notat Augusti-  
 nus: Quomodo enī Imperiū sine fine dabit: qui nihil unq̄ dedit aut dare potuit: nisi qd̄  
 homo sceleratus & mortalis potest: falsa diuinitatis opinione: non ornatus sed oneratus  
 & oppressus: Prætereo autem hęc. Quisquis imperium Romanū dedit (quod non dedis-  
 se certum est: nisi omnipotentē deum: cuius in cœlo & in terra imperiū unū est: unde impe-  
 ria cuncta descendunt) ubi tamen hoc imperium sit: quærit Augustinus: in terra an in cœ-  
 lo: Et utiq̄ inquit in terra est: & si esset in cœlo: cœlum & terra transient. Transient quæ  
 ipse fecit deus: quāto citius quæ cōdidit Romulus: Hęc Augustinus in Virgiliū. Et certe  
 perspicuū est: regna omnia & quicquid usq̄ clarum aut magnificū oculis nostris apparet:  
 Et si ante non uerint: tunc saltem ruitura esse: dum cœlum & terra mouebunt. Illo concu-  
 tiente qui creauit: quiq̄ nouū cœlum nouamq̄ terram faciet: non mētiturus ut Iupit̄: cū  
 ipse sit ueritas. Eius est illud regnum principio carens & sine cariturum: de quo scriptum  
 est: Et regni eius non erit finis. Quod licet forte Virgilius ignoraret: cui deus ingeniu ex-  
 cellens eloquiūq̄ præstiterat: Verum hęc a sapientib⁹ abscondita: & paruulis reuelanda  
 negauerat. Illud certe non ignorabat: peritura esse omnia regna quæ initium habuissent.  
 Ingenti igitur cautela usus est. Siq̄dem ubi immortalitatem Romano pollicebat imperio:  
 non ipse loquebat̄ ex persona propria: sed Iouem loquentem inducebat: ut mendacis dei  
 mendax oraculum esset: & falsa promissio. Ipse autem ad gratiam populi Romani alieno  
 mendacio utebatur. At alibi quando ex persona sua loqui uoluit: ueritatem ipsam idem  
 poeta non taceuit. Ait enim: Res Romana perituraq̄ regna. Quis non clare uideat: inter  
 imperium sine fine: perituraq̄ regna: quid intersit? Sed hic Virgilius: ibi Iuppiter loque-  
 batur. Hic homo ingeniosus: ibi falsus deus. Alijs quidem uerbis: sed hac plane sententia  
 Virgilium accusat & excusat Augustinus: sc̄dm quā intelligo quæ dixi: & quæ dicā. Cer-  
 te Romanus erat ille qui scripsit: Omnia orta occidunt: & auēta senescunt. Senescunt er/

D

E

F

G

go hæc omnia si durent. Et si cuiusq; rei finis est senectus sua: utiq; omnia senescant: nisi iam forte senuerint: Quando & quæ stant: cuncta occidunt: & occasum si nõ præuenerit: saltẽ comitabitur senectus: Ita nulla est exceptio: seu durent seu non durent: orta omnia aut serius aut ocuis tandem occidunt & senescunt. Voluet motu continuo rotam suam instabilis fortuna: & de gente in gentem uolubilia regna uersabit. Faciet illa cum uolet reges exseruis: seruos ex regib; & in urbem Romam & i orbem Romanũ suam ineluctabilẽ potẽtiam exercebit: Quã præcipue in uos uiri optimi: multis forte miserantib;: nullo penitus succurrente: diu miserabilib; modis exercuit & exercet. Scio doleoq;: & plus q̃ credi possit indignor: quid amplius faciam non habeo. Nec me angit q̃ fortuna iure suo utitur: ut in reliquis: sic in uobis: atq; ut se rerum humanarũ plane dñam probet: ipsum rerũ caput attingere non ueretur. Scio uiolentiã: instabiles mores noui. Quarundã uero indomitãrum gentium inanem iactantiam ægrifero: quarum nunc Romano trita iugo colla lasciuunt. Itaq; pudor & infœlix fabula: iam (ut cætera multa & grauiã sileam) in quæstionẽ uenit: An Romanũ imperium Romæ sit. Eni uero ubi nũc horrida sylua est: poterunt regia tecta consurgere: atq; ubi nũc atria sunt auro rutilante fulgentia: poterunt cupidi greges pasci: & in penetralib; Regum uagus pastor insistere. Non detractõ fortunæ imperiũ: potest illa funditus: ut urbes alias: sic Reginam urbium pari nisi: ruina maiore psterne re: quod heu magna ex parte iam fecit. Illud profecto nunq; poterit efficere: ut Romanũ imperiũ alibi sit q̃ Romæ: Simul eni ut alibi esse cõperit: desinet esse Romanũ.

Ad populum Romanũ: q̃ ciuem suum innoxium & indefensum perire patiantur: conquerentis: Epistola V.

**H**æc se miserabilis ciuis uester affirmasse & affirmare nõ negat: & hoc est illud graue crimen: unde in discrimen capitis adducit. Addit autem se id multorum cõsilio sapientum dixisse: Nec puto mentit: & defensionis copiam aduocatumq; sibi dari flagitat: Negatur: Et nisi diuina misericordia uesterq; fauor occurrerit actũ est: innocens indefensusq; damnabit. Hominũ pars magna compatiẽ: nemo fere est qui non misereatur: præter eos quib; propriũ erat misereri & parcere errorib;: non inuidere uirtutib;. Iurisperiti insignes hic etiam non desunt: qui iure ciuili afferant hæc ipsam sententiam probari clarissima ratione. Nec desunt qui ex historijs se multa & ualida probaturos dicant ad eiusdem sententiæ firmitatẽ: modo liberam uocem liceat emittere: Nũc tamen nemo est q̃ mutire audeat: præterq; in angulis: in tenebris: i timore. Ego ipse qui uobis hæc scribo: & forte pro ueritate non recusum mori: si mea mors collatura aliquid reipublicæ uideatur: nũc taceo: neq; hisipsis ad uos scriptis meum nomen adicio: stilum ipsum sufficere arbitratus: hoc adiecto: ciuẽ Romanũ esse qui loquit. Quod si tuto in loco apud æquũ iudicem & non ad tribunal hostium res agatur: spero ueritate animũ illustratẽ: & linguã seu calamum dirigente deo: posse aliquid dicere: quo luce clarius appareat Imperium Romanũ q̃q; fortunæ iuria attritum oppressumq; diu: & q̃q; uarie ab Hispanis: Afris: Græcis: Gallis: Theutonis occupatum: adhuc tamen quãtuluncũq; est: Romæ esse non alibi: Ibidemq; mansurum: & si nihil prorsus ex tanta urbe præter nudum saxum Capitolij superesset: quinetiam tunc quando nõdum externis manibus agebamur: tantũq; Romani Cæsares imperitabãt: nõ penes eos: sed penes Capitolij arcẽ ac populum Romanũ omne ius imperij fuisse: si uerũ est: qd̃ malefidei possessor ullo tempore non præscribat.

Ad populum Romanũ: ut ciuem suum in extremis positum non deserant sed suum esse monstrent: atq; ne alibi puniatur solennibus nuncijs reposcant hortantis: Epistola VI.

**L** hoc autem rerum statu dum dies trahitur: quo forte desuper datum est ut qd̃ modo nec sperare quidem auderetis: tanta res i lucem ueniat: unũ quod ad uestrã & Romani nominis dignitatẽ spectare uisum est: dissimulare non potui: cogente me ad calamũ fide illa: qua uos urbemq; uestram inter omnes singulãri quodam amore ac ueneratione complector. Claritatem igitur uestram hortor atq; obsecro: ne ciuem uestrum in extremis positum deseratis: sed uestrum esse monstretis: solennibus eum nuncijs reposcentes. Et si enim uobis imperij titulum nitantẽ eripere: nõdum tamẽ eo uesaniã sũt euecti: ut negare audeant: uos in uestros ciues ius habere. Certe si quid homo iste peccauit Romæ peccauit: nec dubitari potest: de cõmissis Romæ peccatis uestrum esse iudiciũ: nisi

uobis fundatoribus legum atq; cultoribus: & qui iura gentibus tradidistis eripiē ius cō-  
mune: Vbi enim iustius delicta castigēs q̄ ubi commissa sūt: Vbi scilicet & locus ipse me-  
moriā criminis renouans sceleratis: pars sit non parua supplicij: & scelerum spectatores  
pœnæ spectaculum aut soletur aut terreat. Q; si forte tribun<sup>9</sup> uester ( quoniam multi: qn  
potius boni omnes ita sentiunt ) non supplicio sed præmio dignus est: ubi nam meli<sup>9</sup> qd  
meretur accipiet q̄ ubi fecit: propter qd talia meretur: Nusq; dignius præmiū uiri fortis  
exoluitur q̄ ubi fortiter gessit: ut qui actum uiderint: ad imitandū præmio accendantur.  
Fidēter itaq; reposcite ciuem uestrum: nihil nouū: nihil iniustum poscitis: potiusq; delin-  
quitis si tacetis. Qd si cōmunis iure patriæ ubi nūc cap<sup>9</sup> est puniēdus asseriē: quāto ue-  
rius communis patria Roma est: ubi ille natus educatusq; est: ubi quicquid id est: unde  
accusatur admittit: qui contra nihil hic uel laude uel uituperio dignū fecit. Si uero contra  
morem maiorū: cum fortuna ceciderūt animi: adeoq; degeneratum est: ut iusticiam posce-  
re temeritas uideatur: his quorum patribus nihil olim difficile uisum est: at saltem qd ab  
omni quæ legibus uiuat barbarie posci potest: poscite: ut ciui uestro audientia publica &  
defensionis legitimæ non negetur copia. Neue qui in luce fecit omnia: Immo qui quantū  
per hominem fieri poterat: lucem mūdo reddidit: in tenebris condemnē. Ostendite uos  
deniq; causam ac fortunam nō negligere ciuis uestri. Resistite iuriā: prohibete nefas: p-  
tegitte innocentem: reum uel nocentem iudicate: aut saltem ne pro cuiusq; libidine iudicē  
occurrite. Ferte quā potestis & quā debetis opem tribuno: uel si id nomē euanuit: ciui ue-  
stro mltā de republica benemerito: Atq; illud imprimis: q; quæstionē magnam atq; uti-  
lem mūdo: multis sopitā ac sepultā sæculis suscitauit: quæ una ad reformationē stat<sup>9</sup> pu-  
blici atq; ad aurei sæculi ititū uia est. Succurrite illi uiro: neq; contēpseritis salutem ei<sup>9</sup>: q;  
pro uestra salute sese mille periculis ac sempiternæ obiecit inuidiæ. Illius propositū atq;  
animū cogitate: & memineritis quo in statu res uestræ fuerant: & q̄ repente un<sup>9</sup> uiri cō-  
silio atq; opere: quātam in spem: nō Roma tantum: sed Italia omnis erecta est: quātū su-  
bito nomen Italicū: q̄ renouata ac deterfa Romana gloria: quātus hostium met<sup>9</sup> ac do-  
lor: quātum gaudium amicorū: quāta populorū expectatio: q̄ imutatus rerum tenor: q̄  
facies orbis alia: q̄ diuersus habitus animorū: q̄ nihil sibi simile ex omnibus quæ sub cœ-  
lo sunt tam mira & tam repentina mutatio rerum fuit. Septem enim mensū non amplius  
spacio: frena reipublicæ tenuit: ut uix ab origine mūdi maius aliquid attēptatū rear: & si  
successisset ut cœperat: diuinū poti<sup>9</sup> q̄ humanū opus esse uideretur: Et pfecto quicquid ab  
homine bene agitur: diuinū opus est. Huic ergo quem uestræ gloriæ: non ambitioni pro-  
priæ desudasse notum est: fauor haud dubius debetur: de euentu fortuna culpanda est. Si  
quis autem torpor feruenti principio interuenit: humanæ uarietati atq; imbecillitati ue-  
niam date: & dum licet uindicate ciuem uestræ ab iniuria: q; Græcos a Macedonū: Siculos  
a Carthaginēsiū: Campanos a Sannitiū: Tuscos a Galloꝝ iniurijs: non sine graui uestro  
periculo uindicastis. Extenuatæ sūt fateor opes uestræ: At nūq; plus animorū patrib<sup>9</sup> ue-  
stris fuit q̄ dum Romana paupertas: diues uirtutum uiguit. Imminuta uestra potentia ē  
nō ignoro: Sed mihi credite: si qua pristini sanguinis gutta supest: nō parua uobis est ma-  
iestas: neq; mediocris auctoritas. Audete aliquid: adiuro uos per memoriā rerum Roma-  
narum: per maiorū cineres ac gloriam: per nomen imperij: per misericordiā Iesu Christi: q;  
diligi proximū & succurri iubet afflictis. Audete oro aliquid: præsertim cui<sup>9</sup> & honesta pe-  
titiō: & inhonestum ac turpe silētium est: & si non propter illius salutem: at propter uestræ  
decus. Audete aliquid si uultis esse aliquid: Nil min<sup>9</sup> Romanū est q̄ timor. Prædico au-  
tem uobis: quoniam si timetis: si uosipsos temnitis: multi uos quoq; contemnēt: metuet  
nullus. Sin sperni nolle cœperitis: longe lateq; metuemini: qd cū sæpe olim: tū nup ap-  
paruit: illo reipublicam gubernāte: de quo loquor. Aperite tantū unanimiē ora uestræ:  
sentiat mundus unam esse uocē populi Romani: nemo usq; illam irridebit aut spernet: ne-  
mo non uenerabit aut timebit. Reposcite modo captiuū hunc uel iusticiā poscite: alterū  
nō negabit. Et qui parua quōdam legatiōe: regem ægyptium ab obsidione syriaca libe-  
rastis: nunc ciuem uestrū ab indignis carcerib<sup>9</sup> liberate.

Ad quendam: q; olim sibi duplex habitatio fuerit: sed q; nūc in Gal-  
lijs permanere cogatur conquerentis: Epistola VII.

Emin<sup>9</sup> mihi Parnasus: alter i Italia est: alter in Gallijs: qualis q̄lis exulantiū late  
peridum duplex dom<sup>9</sup>. In Ausonio Helicone foelicioꝝ fui: dū fata deusq; sinebāt:

ut apud Maronem: illa miserabilis amans ait: si tamen amans miserabilis & non pudicis-  
sima ac constantissima mulier fuit Dido. Nunc me gallicus orbis habet: & occidentalis Ba-  
bylon: qua nihil informius sol uidet: & ferox Rhodanus æstuanti Coccyto: uel tartareo si-  
millimus Acheronti: ubi piscatorum inops quondam regnat hæreditas: mirum immodum ob-  
lita principum: stupor est memorare illos: hos cernere auro onustos: & purpura superbos:  
principum ac gentium spolijs: Videre pro inuersis ratibus luxuriosa palatia: & moenibus  
clausos montes pro retibus paruis: quibus olim in æstu galileo: uictus uix exiguus quæ-  
rebatur: quibus in stagno geneareth tota nocte laborantes nihil coeperant: mane autem fa-  
cto: capta est in nomine Iesu ingens piscium multitudo. Audire nunc mædaces linguas: spe-  
ctare membranas uero uacuas: & pendenti plumbulo uersas in retia: quibus in nomine eodẽ  
sed in operibus Belial credula christianorum turba concludit: ut mox squamis exuta: cura-  
rum flammis & desolatorijs carbonibus exuratur: auari uentris expletura uoraginem. Cer-  
nere pro sancta solitudine frequentiam sceleratam & circumfusas acies satellitum pessimorum: pro  
sobrijs ieiunijs uoluptuosa conuiuia: pro peregrinationibus pijs otium inhumanum & obscœ-  
num: pro nudis pedibus apostolorum niueos furum uolitare cornipedes auro instratos: auro  
tectos: aurum mandentes: auro denique propediem nisi dominus seruilem luxum coerceat cali-  
cidos. Quid multa: Persarum aut Parthorum reges dicas: quos adorari oporteat: quos salu-  
tari sine munere nefas sit. O hirsuti ieiuniorum senes: quibus laborastis: quibus agrum dominum  
cum seruistis: quibus fata rigantes sacrum sanguinem effudistis. Mitto autem hæc. His igitur  
nunc in locis misereare sortem iniquissimam amici: aliud forte: sed hoc certe supplicium non  
merentis: His ego nunc in locis ubi puer fueram: iam senior sum: fato me liberum (ut puta-  
bam) ad puerilia rursum fastidia retrahente: Hic ita confectus & affectus & defectus sum:  
ut iam sensim morbo animi in corpus translato: totus æger: nil præter meros dolores ac  
rancores loqui possim. Itaque multa quæ in animo erant: differre habui: uterque mihi nunc  
stomachus dolet: nil ex me hodie placidum speres. Non potest ex amaro fonte dulcis riuus  
erumpere. Natura fert: ut exulcerati pectoris infecta suspiria: & offensi animi uerba sint acria.

Ad quedam malignitatem temporum suorum deflentis: Epistola VIII.

A

**S**per occupationes licuisset: nunquam alias tam iusta scribendi simul & indignandi  
(ne dicam flendi) materia data esset. Quid uis dicam: Piget incepisse: sed & desinere  
itidem pudet. Itaque quis aduerso sydere: postquam tamen (ut aiunt) boues sub iugum  
misi: hæc mihi breuis papyrus exarata est. Omne in præcipiti uitium stetit: inquit Satyrus.  
O simplex: ætatem non uideras: nunc nunc in præcipiti uitia substituerunt: ut iam  
sine publica ruina transiri ulterius non possit. Intempestiue igitur alienam querelam in tuum  
sæculum transtulisti: Quicquid historicorum labor: quicquid Tragediarum gemitus: in nostram per-  
tulit noticiam: minus fuit quam quod oculis uidemus. Quod apud illos cothurno dignum scelus erat:  
apud nos iam ueniale peccatum est. Iratus est mundo deus: Nec immerito: patientiam potius tan-  
tam miror. Tempibus illis iocabatur fortuna: nunc scuit: Redde Neronem precor: redde Domi-  
tianum: apertior quidem persecutio sed leuior erit & breuior. Liceat precio modici sanguinis  
mercari coelum: & ad gloriam martyrio peruenire: latenti tamen tabe consumimur: Non uita præ-  
ripitur: sed uirtus: nec bene uiuere sinimur: nec honeste mori. Sentio: rediit ab inferis Iulia-  
nus: eoque funestior quam nouum nomen assumpsit: animam seruat antiquam: & hostile propositum  
amicitiæ uelo tegit: signa nostra sequentes perdimur: nostrique ducis auspicijs imus in perni-  
ciem: & nisi se Christus iterum uindicet: actum est. Heu nimum dilecte mihi quod putas: quid  
existimas: quid censes: quid mihi nunc animi suspicaris: Mirum nisi contra naturam meam  
croceus sum: siquidem totum effuso felle sum cholera: non autem metus: non reuerentia: non  
amor: non ueritati indicta supplicia: præmia mendacio: impediunt aperte loqui quæ sen-  
tio: sed occupatio: sed ira: sed dolor animi: sed luctus: hostes ingenij. Et O utinam stilum par-  
materiae rebusque meis explicitis oculos uitæ spacium detur: Profecto impetus ardorque non  
deerunt. Non fabulas agam: & si fabulis sint hæc similia quæ uero: dicam monstra quæ ui-  
di: quæ audiisti: quibus infectos oculos atque aures habeo. Non simplex insania: non unum  
furens Hercules: non una Thyestis cœna: non unum monstruosus: foedusque concubitus: non  
una discordia inter auaros fratres: non unus innocens osor ac mactator coniugis matrisque:  
non una profuga parentis impietas ac libido: denique non unum Ilion euersum: non unum ini-  
qui patris imperio discerptum Hippolytus: sed totum orbis euersus ac lacer: quæ ab alijs un-  
dicum studio congrunt: hic passim in triuis occurrunt: Putas ne Tragico carmini deesse sub-

C

lectum: Cateri singulorum fortunas ac singula scelera cecinerunt: mihi inaudita portenta quorum nullus est numerus: mihi totius humani generis cantanda seu potius deflenda calamitas: seruitus: ruina: iudificatio & mors. Verissima quoque texetur historia: sed flebilis & horrenda: non Lyncei libri ab annalibus dissentient: nulla inter Polybium & Claudium & Lucinium & Valerium Anciam: nulla inter Salustium & Livium: nulla inter Herodotum & Thucydidem erit: Vero omnia consonant inquit Aristoteles. Ego scribam: veritas dictabit: humanum genus omne testabitur: iudex esto posteritas: nisi forte tuis malis oppressa: nostris intendere non potes. Tibi interim amice (si te noui) ex his paucis: omnia non modo quae scribo: sed quae meditator clara sunt: nec Tragœdia tibi alia nec historia opus est. Vale & te felicem scito quae hinc abes.

Ad quandam amicum: Calamitatem temporum deploratis: deumque pro uindicta orantis: Epistola IX.

**D**um sanctissimum grauisimumque sermonem repeto: quem mecum ante religiosi illius ac ueteris templi fores nudius tertius habuisti: concalesco acriter: & ita sum: ut oraculum adytis penetralibus emissum putem: & deum mihi uidear audisse non hominem. A deo mihi diuine presentem statum: immo casum ac ruinam republicam deplorare: adeoque profunde digitos eloquii tui in uulnera nostra demittere uisus eras: ut quoties uerborum tuorum sonus ad memoriam aurium meorum redit: toties dolor ad animum: mœror ad oculos reuertatur: & cor meum quod dum loquebaris ardebat: Nunc dum meminit: dum cogitat: dum prouidet resoluatur in lachrymas: non quidem foemineas: sed uiriles: sed masculas: & si detur pium aliquid ausuras: proque uirili portione usque ad iusticiae patrociniū erupturas. Cum saepe igitur antea: tum praecipue post eum diem solito saepius tecum sum: saepe subit desperatio: saepe spes: saepe autem inter utranque fluitante animo mecum dico: O si unquam: O si in diebus meis accidat: O si tam clari operis & tantae gloriae sim particeps. De hinc crebro ad eum quem in delictis crucifixum habeo: uersus: mœsta uoce atque oculis humentibus exclamo: Iesu bone & numquam mansuete quid hoc est? Exurge: quare obdormis: exurge & ne repellas in finem: quare faciem tuam auertis: obliuisceris inopia nostrae: & tribulationis nostrae: protector noster aspice deus: Vide quid patimur & unde: quae uel sub clypeo tui nominis ab hostibus tuis fiunt: Vide & uindica. Si minus: occurre prius quam mortiferi uis ueneni uitalia membra corripiat: & extremis malorum obruamur molibus. Quid agis in te sperantium salus? Quid saluator cogitas: quid haeres: quam diu oculos auertis: quam diu nostris non tangere miseris: quam diu nullum tantis laboribus modum pones? An mala nostra non uides: quem nec caeli ambitus: nec abyssi profunditas fallit: nec stilliculae oceani: nec sylvarum folia: nec arenae maris: nec stellarum numerus: nec animantium multitudo: nec herbarum uarietas: An odio tibi sumus: quos usque adeo amare consueueras: ut nostri amore uictus: caeli regnator deus: in terram descenderes: atque homo moriturus ascenderes in uicem? An forte uides & diligis: sed retrahit impotentia succurrendi? At si non es omnipotens: quid speramus? An terret uis hostium tuorum? Sed nondum puto saeculi nostri superbia fecit homines deo pares. An potius misericordia iudicium frenat? Sed uide iudex infallibilis: uide ne dum paucis parcis: perdas innumeris: & pietas sceleratis exhibita: sit crudelitas bonis innoxisque perniciosa. Sed quid loquor hominibus: quis ego sum qui tecum litigem? Tibi nos ac nostra committimus: de nobis tu uideris qui creasti: memor imbecillitatem nostram: diutius sub tantarum erumnarum cumulo non posse subsistere. Itaque feropem opportunam: dum adhuc quicquam reliqui est: ne si perire permiseris: suscitare habeas quos saluare potueris. Adesto spes nostra: & quod quotidie iteramus: In adiutoriū nostrae intende ac festina: & uel tot mundi mala uel mundum ipsum finias precamur.

Ad quandam: de inamoeno occiduae Babylonis scilicet Galliae statu sibi in ingrato conquerentis: Epistola X.

**S**i quicquid animus meus fert de huius occiduae Babylonis statu: cuius fato seu uerius peccato meo inuitus totiens ciuis fio: uelim stilo committere: uereor pater ne & dolorem meum lamentis exaggerem: & sanctissimas curas tuas occupationesque pulcherrimas: intempestiuis & inutilibus querimoniis interpellem. In summa scito: non modo hunc: sed ne Ciceronianum quidem calamum rebus parem: quicquid de Assyria uel aegy-

ptia Babylone: quicquid de quattuor labyrinthis: quicquid deniq; de aeterni limine deq; tartareis syluis: sulphureisq; paludib; legisti: huic tartaro admotum fabula est. Hic turris: hic simul atq; terrificus Nemroth: hic pharetrata Semiramis: hic inexorabilis Minos: hic Rhadamantus: hic Cerberus uniuersa consumens: hic Tauro supposita Pasphyæ: mixtumq; genus (quod Maro ait) prolesq; biformis: Minoraurus inest Veneris monumenta nefandæ: hic postremo quicquid confusum: quicquid atrum: quicquid horribile usq; est aut fingitur aspicias. O semper uirtutibus tuis foelix: nūc absentia etiam foelicioꝝ tua: Putas ne ciuitatem hanc esse quam uidisti: Longe alia est: longe q; dissimilis. Fuit illa equidē omniū pessima: eaq; tempestate foedissima: hæc uero non iam ciuitas sed laruarum ac lemurū domus est: & ut breuiter dicam: scelerum atq; dedecorū omniū sentina: atq; ille uis uentiū infern;: tanto ante Dauidico ore notatus q; fundatus aut cognitus. Ah quotiens redit ad memoriā illa tua penit; paterna uox & salutaris admonitio: dū digressum parāti diceres: Quo abis: Quid moliris: Quæ te tui imemorem trahit ambitio: Nescis quid petis: quid relinquis: An sciēs ad indignum te laborem uadis: Vide quæso acriter quid agas: Quo properes: Si bene mihi notus es: poenitebit te profectioꝝ tuæ: curiæ laqueos expertus totiens: non ignoras: in quos ubi semel incideris: absolui non poteris cū uoles: Hæc & his similia te suadente: quid responderem aliud non erat: nisi me charitate uictum amicorum: notat ad miserias reuertī: Dicebā hæc nec mētebar: nec dum me charitatis illius poenitet. Sed an libertatē meam: amicorū cōmodis posthabuisse poeniteat: incertus sum. Certe nūc tibi male crediti & sero probati consilij tui magnas gratias habeo: cui hæc tēnus non impune fuit non parere: sed parebo melius si unq; hinc emerfero: quod Christo dextrā porrigente non despero: & in qd; summis iam nisibus accingor. Hæc tibi pariter ne ante scriberem pudor inhibuit. Turpe enī & indecorū uiro est: uelle qd; mox nolit.

Ad quendam: de generibus persecutionū quas nolentes aut uolentes patimur tractantis: Epistola XI.

**P**ersecutionū duo sunt genera: hoc nolentes patimur: hoc uolentes: plura forsitan alter inuenerit: & profecto psecutiones innumere sunt: quas quisquis diu uixit intelligit: omnes tamen ad uolentiam ac uoluntariā restringunt. Patimur autē nolentes exilium: paupertatē: rapinas: morbos: carcerem: seruitutē: ignominiam: uincula: supplicia: secures: gladios & mortem. Volētes uitioꝝ iugo premimur & uel degeneri metu uel turpi segnitie uel infami patientia uel uilis lucri spe: uilissimorū sæpe hominū imperio paremus. Exempla posui: e quib; quid uelim uides & similia colligis. Illud equidem primū multis: hoc mihi nouissimū graui; uidetur: ubi scilicet crimen in causa est: & est sine cōmiseratione calamitas: Hoc psecutionis falce: serua nostris temporib; suspirat Italia: tum demum finem habitura miseriæ: cum unū uelle coeperit. Difficilis plane conditio: sed nequa q; impossibilis: Vnū dico non studijs sed studiorum termino tedioq; seruitij indigni. Proh superi: dñari solebam; optimis: en quo decidim;: nunc seruim; pessimis. Dura fors: intolerāda mutatio. Sed o semper stulta: nunc etiā demens & uesana barbaries: Reginam rides Italianam: omnibus utinā idē anim; consilio maiore: affectu autem non minore q; mihi est: cito quidē explosis nugis uentum esset ad seria: De hoc tamen omnipotens deus uiderit si nōdum exosus ad imū est: Viderit fortuna: si quid est fortuna: si quid humanis ius habet in rebus. Sin altius effūdere uerum iubes: & quid sentiam expromere: Rident labijs: corde gemunt: ludunt exterius: intus tremūt: & nos enim & seipfos norunt: contemptum pro odio & pro formidine simulantes. Quorsum hæc interrogel; Scribo nō quia tibi audire expedit: sed quia mihi nō expedit tacere: Graue enim onus & molestum est: quod nusq; fidentius q; in tuis aurib; depono. Hæc tibi raptim Hierosolymitan; exul inter & super flumina Babylonis indignans scripsi.

Ad quendam: de tertia Babylonia & quinto Labyrintho Gallia; differentis: Epistola XII.

**S**ubscriptiones epistolarum mearum miraris: Nec imerito: non nisi geminā enim Babylona cū legeris: alteram quidē apud Assyrios olim: ubi clarum Semiramis nomē habet: alterā apud ægyptios nostra ætate florentē: quæ Cābysem habet aut Chorē: cui; nūc Babylonis iauditū tibi nomē ingerit: tecū uoluis: Nō q; nescias qd; ex no;

stris Romā q̄si alterā Babylonē p̄pt̄ p̄portionē imperiorū & climatū statuissē: quā quia me almā: sanctā & reginā urbē uocitare solitū tenes: hui⁹ nouissimā Babylonis tibi nūc etiā stupor manet. Desine iā mirari & sua Babylon huic terrarū tractui ē. Vbi enī quāso dignius q̄ in occidentali plaga ciuitas confusiois existeret? A q̄b⁹ quidē condita incertum: sed a quib⁹ habitata notissimū. Certe ab his a quibus iure optimo nomē hoc possidet. Et si uis: hic mihi crede: Nemroth potens in terra & robustus uenator contra dominū ac superbis turribus cœlum petens: hic pharetrata Semiramis: hic orientali quoq; uesanior Cambyses: & ipse regum primo ceruicib⁹ actus: postremo defectus epidis: & pastus cæde suorum ab insonti principio redact⁹ ad miserimā ægestatem. Nō ego te ad poetas: neq; enim pieriū opus est: Non te ad historicos mittam: cōsule catholicos tractatores: sed præcipue Augustinū super eo psalmo qui sic incipit: Vt epistolarū ad te mearū aliqua desinūt: Inuenies quid sibi Babylonicū nomen uelit: quod cum legeris: dices nō min⁹ Rhodano q̄ Euphrati debitū q̄ Nilo. Neq; uero miraberis si in mentē redit: Ambrosiū in eo libro quo indignū Valētiniani Iunioris interitum desiet: hoc usum esse cognomine: dum de Rhodano loquere. Atq; ut hac admiratione succisa: a radice aliam conuellā: De q̄ncp labyrinthis potes etiam mirari: cum apud cæteros scriptores non nisi de quattuor mentionem inueneris: utputo in quibus cum famam habeant Aegyptus: Lemnos: Creta & Italia: Clusū labyrinthum Rhodani tacuerūt: omniū inextricabilissimū ac pessimū: siue quia nōdum erat: siue quia nondum noscebat. Huius apud me mentio crebra est: q̄ iuste autem qui noscere cupit huc properet. Non hic carcer horrēdus: non tenebrōsæ dom⁹ error: non fatalis urna humani generis fata permiscēs: Deniq; non imperiosus Minos: nō Minotaurus uorax: nō damnatæ Veneris monimēta defuerunt: Sed remedia: sed amor: sed charitas: sed promissorū fides: sed amica cōsilia: sed fila perplexū iter tacita ope signātia: sed Adriana: sed Dedal⁹: Vna salutis spes in auro est. Auro placatur Rex ferus: Auro immane mōstrum uincitur: Auro salutare lorum textitur: Auro durum limen ostenditur: Auro uectes & saxa frangunt: Auro tristis ianitor mollitur: Auro cœlum pandit. Quid multa: Auro Christus uenditur.

Ad quēdā: ueritatē metu uictū scribere nō audere conquerētis: Eplā. XIII.

**U**nde nunc ordiar: an uero non ordiar in dubio est: & poeticum illud identidem occurat: Eloquar an sileam: Loquar tandem: ne forte de silentio suspiceris: aut per desidiam negligi: aut per insolentiam te contemni. Sed quid primū: aut quid penitus loquar: seu potius quid non loquar: tam diuersa certatim & me urgent & seinuicem premūt: impediūtq; cōcursum. Non uacat omnib⁹ obsequi. Infinita sunt enī: & si uacet minime tutum erit. Itaq; nullis licet occupationib⁹: nullisq; curis obsidear: quarū tamen pondus ac numerū non ignoras: uel solus calamū timor excusat. Siquidem extra uirtutis regnū imbecillis semper: & nuda ueritas: atq; omnis præsidij inops fuit. Quid euenturū censes ubi extincta prorsus & sepulta iam pridem uirt⁹ est: Ibi profecto summū crimē est ueritas: & sola sufficiens ad quærenda multoꝝ odia: cum uni⁹ hominis amor: multis obsequijs sit quærendus. Multis inseruiat necesse est: qui multis charus esse uult: at qui omnibus odiosus minus negocij habet. Non arma capiat: nō hostem feriat: oportet: lingua liberior pro gladio est: uerax sermo pro uulnere. Quid nī autem id accadat: ubi nemo est: cui uerum uerbum absq; graui conuitio dici possit: Vbi nulla pietas: nulla charitas: nulla fides habitat. Vbi tumor: liuor: luxus: auaricia cum artibus suis regnant: Vbi pessimus quisq; prouehit: & munificus prædo ad cœlum tollit: iustus pauper opprimet: Vbi simplicitas amentia: malicia sapientia nomē habet: Vbi deus spernitur: adoratur nummus: calcantur leges: irridentur boni usq; adeo ut iam fere nullus qui irrideri possit appareat. O mores hominū: O sæculū nostrum: O tristem & miserum exiliū mei locum: & O foelicif oculos tuos qui ista non uident. Iucundissim⁹ labor tuus & inuidiosa pauperie si huic obscœnæ ac marcidæ quieti & his male collectis & male fundendis diuitijs cōferantur: Ver⁹ uerbum est: Cecidit denarius in cloacā: Cui⁹ intellectū qui nō habet: huc ueniat ubi uerbum hoc in frontib⁹ singuloꝝ cum mille alijs æque famosis titulis scriptum leget. Vnum ego libenter huic scelerum uniuersali diluuiio eximerem: & meretur fateor: sed ridiculū uisum est: tam solidam & tam latam regulam unius nominis exceptione conuellere: Nullus hinc igitur Noe: nullus Deucalion enatabit: ac ne Pyrrham putes foelicus nauigasse. Prorsus scito nullam emergere: Ciuitas simul obscœnissimarum uoluptatum fluctus in-

**E** uoluit atq; incredibilis quædam muliebriū criminū procella: pudicitiaq; foedissimū sine exceptione naufragium: Hæc pauca de mltis ausa ueritas uicto metu ex quib⁹ & quæ sit lentio premuntur elicis. Si tamen hinc aut ex quibusdam pestiferis animantib⁹ aut herbis salutare tibi aliquid amici ope conflare posse cōfidis: scribe ilico ne differas: Omni enī studio festino irremeabile labyrinthi huius limen attingere: iamq; ni fallor quod unum hinc sperari potest generosi contemptus filum teneo. Si quid optas noro interim fiet pro uiribus & supra uires fiet. Ego enim tantis in tenebris: quid tibi aut etiam quid mihi præter fugam expediat non uideo. Optat tibi salutem discipul⁹ tuus: qui utinam tecum esset: nisi forsan utilius mecum est: ut ab annis teneris disceat hoc infandū specus: hunc uere tartareum carcerē horrere: ne quādo per errorem capi possit: ubi ego prope infans nescio: an parētum meorum: an meis sed certe nondum admissis illa atate piaculis capt⁹ fui: & nūc cum sapi⁹ euasissem: atq; iterum & iterum in laqueos recidissem. Ad postremum sponte mea iam uir: Immo uero iam senior captiu⁹ præter meipsum non habeo quem accusem. Huic autē epistolæ neq; manū meam neq; anulum neq; locū neq; tempus apposui. Scis ubi sim & uocem loquentis agnoscis.

Ad quædam Afflictionem patriæ & calamitatē deplorantis: Ep̄la XIII.

**A** **U** E populo tuo Christe Iesu: Ve populo tuo Christe: Patere nos misericordiarū sōs nostras tecum flere miserias: quicq; læforum amantiū mos est: eo fidentius conqueri: quo feruentius amamus. Si fas est de angelorū domino: semimortuos uermes lamentari: querelam nostram placatus admitte: & miserere qui solus potes: non accusatores sed supplices tui querimur: ante æternitatis tuæ solium cum lachrymis affusi querimur: unde & ut querulos inoffensus audias supplicatēq; pius exaudias oram⁹: Nec longo sermone: Immo nec uerbis ullis opus est: uides conceptus nostros: non solum anteq; ad linguam: sed ante etiam q; in animam ueniant. Statum uero populi tui non modo tu qui omnia conspicias: sed unde grauiter dolemus atq; erubescimus: hostes etiam nostri uident & insultantes dicūt: Deus dereliquit eos: persequimini & comprehendite eos: quia nō est q; eripiat. Deus ergo ne elongeris a nobis: deus noster in auxiliū nostræ respice: & respice ut non uideas tātum: sed ut miserearis atq; opem feras: Respice res nostras afflictas & in extremo positas. Et qm̄ nobis propter inenarrabilē misericordiā tuam hoc fiduciæ præbuisisti: ut uascula terrea atq; fragilia aduersus æternū figulum disceptemus: certe si tu nos in honorem creatos in contumeliam uertis: q; uis id iuste facias: multo tamē q; soles acrius ulcisceris: si pateris ab alijs uerti: ualde nostris in malis patientior solito fact⁹ es. Si uero non aspicias: ualde præter solitum fact⁹ es negligēs tuorū. At si nos odisti: ubi est amor ille tuus: qui te pro nobis uoluntariā traxit ad mortem: Q; si forte nobiscū ludis: uide ne ludus tuus: quo durior sit: nosq; nimis inualidi ad tam grauiā tolerandum: Tu enim es uictor leo de tribu Iuda: nos autem oues pascuæ tuæ sum⁹. Vide q; impar est ludus leonis more: nisi desinis: nos ludendo conficies ac mactabis. Sin iratus es nobis: iram tuam nos meritos non negamus. Sed ubi est illud quod de te nobis dictum pphetæ tui ore credidimus: Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis: Recordare domine: recordare misericordiæ tuæ: criminūq; nostrorū obliuiscere. Hoc nobis expedit: hoc te decet: Meremur fateor omne supplicium: Immo certe peccatis nostris nullum supplicium par est: fecimus propter quæ digne iusteq; nos punias: & scimus quia iustus es ualde: sed duplo misericordior. Vnde nō sine causa propheta idem tuus: anteq; te iustum diceret: misericordē ac miseratorem dixit: Exortum est inquit in tenebris lumē rectis: misericors & miserator: Vix tandem ait: & iust⁹. Idem alio loco cum dixisset: Misericors dominus & iustus: uidēs hæc paria: cōfestim addidit: Et deus noster miseretur. Iram in medio posuit geminosq; hinc illinc misericordiæ obices adhibuit: Iramq; circumdedit ne misericordia frenante se moueat. Ergo misericors Iesu Christe: noli quæsumus ista confundere: noli licet contumaces in seruos iræ tuæ frena laxare: cuius impetum intra misericordiā inclusisti: noli intra iram misericordiā includere: sed nostrarum imemor offensarū miserere nostri. Nunquid in æternum proijcies domine: aut in finem misericordiā tuam abscindes a generatione in generationem? Aut obliuisceris misereri deus: aut continebis in ira tua misericordias tuas? Ecce dñe pphetica inērogatio illud sonat: ne misericordias ī ira cōtineas: sed poti⁹ ecōuerso: ubi nō fortuito yba iactauit: sed cōsulto posuit unde appeat qd̄ dicebā: irā unā: misericordias plures esse. Has ergo misericordias tuas mirifica nūc ī nobis q; saluos facis sperantes in

te: A resistētib⁹ dexteræ tuæ custodi nos ut pupillam oculi: Et q̄ ingratiſſimum tibi ſem-  
per populum iudaicum in miſericordias dedisti: aptoq; mari rubro ad propria reduxisti:  
nobis quoq; mare rubrum aperi & nouum populum tuum: licet ingratum: certe tuo nomi-  
ne gloriantem: da in miſericordias in conſpectu omnium qui coeperunt nos: & ſaluos nos  
fac domine: ut experti intelligamus miſericordias domini & confiteantur tibi miſericordiæ  
tuæ. Cito nos anticipent miſericordiæ tuæ quia pauperes facti ſumus nimis: A diuua nos  
deus ſalutaris noſter: non quidem propter meritum noſtrum: ſed propter gloriam nominis  
tui libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris: non quia digni ſumus: ſed p̄pter nomē tuū:  
Et ne forte dicant: quod certe dicūt in gentibus: ubi eſt deus eorum: Vbi enim ſunt miſeri-  
cordiæ tuæ antiquæ: miſericordiæ domini quas in æternum cantabimus: de quibus ī æter-  
num ſperauimus ac ſperamus: aut quid eſt domine quod nunc agiſ: Contriuiſti portas ære-  
as noſtræ captiuitatis & ueſtes ferreos conſregiſti: & humiliatos in compedibus pedes no-  
ſtros uinctos in mēdicitate & ferro: mittēs ex alto iuſſionē tuam: rex æterne ſoluisti: cur no-  
ua nobis uinacula ex eadem maſſa te patiente conſtantur: Contriuiſti laqueum antiquum:  
cur eiudē canapis laqueus nobis alter intexi? Eripuiſti nos iugo graui & peſſimo & ob-  
ſceno: quid nobis ex eodē ſtipite iugum importabile reimponis? Reimpoſuiſti enī noſtro  
in dorſo tribulationē & homines ſuper capita noſtra: atq; utinam homines & non bæluas  
famelicæ & imites. Oramus ſentes: Ne tradas beſtijs animas conſentes tibi: & animas  
pauperum tuorum ne obliuſcaris in ſinem. Repuliſti nos: & deſtruxiſti nos: iratus es: miſe-  
rere nobis: Cōmouiſti terram & conturbatiſti eam: ſana contritiones ei⁹: quia uere grauiſq;  
commota eſt. Oſtendiſti populo tuo dura: Igne noſ examinaſti: ſicut examinatur argentū.  
Traſiui⁹ per ignem & aquam: reduc nos in refrigerium: Noli nos a noſtra iuſtiſſima ex-  
pectatione confundere. Sperauimus enim in te: q̄ motum fluctuū noſtri maris: in quo ſœli-  
citer ſenex ille piſcatus: tandem periit: tradita ſucceſſori nauicula: mitigareſ: tu qui poteſtati  
eius dominariſ: q̄q; ſuperbum humiliareſ & in brachio uirtutis tuæ deponereſ iimicos tu-  
os: de ouibus lupos: de piſcatoribus piratas: de paſtorib⁹ abactores: nunc uero ſuperbia eo-  
rum qui te oderunt aſcendit ſemper. Haſten⁹ deo hæc. Tu autem pater quē imprimis do-  
lorum meorum participem habeo: noli fortunæ ſuccumbere: ſed donec illa: quod modo fa-  
cturam ſperabam⁹ meliorem in partem: inſtabilem rotam uoluit: nitere ut uiuas & ualeas:  
ut hinc poſtmodū noſtro tempore diſcedentes meliorem rumorem ad ſœlices animas p̄-  
feramus.

## Ad quendam: Eccleſiæ catholicæ oppreſſionē lugentis: Epistola XV.

**U**t uides eunt res: Immo uero nō eunt ſed trahunt: Nihil eſt præſidiū in uirtute: Iuſti-  
cia periit: libertas abiit: æquitas uicta eſt: libido regnat: ſauit auaricia: feruet inui-  
dia: omne gen⁹ hominū ſuos patitur tyrānos. Ad laudes ore & animo canēdas deo  
geniti: totam uitam in contentionib⁹ & æmulationib⁹ agim⁹. Inſignis illa Jeſu Chriſti au-  
la: illa olim arx diuini cultus eximia: nunc tandem peccatis noſtris id agentibus: cœleſti au-  
xilio deſtituta imaniū ſpelunca latronū facta eſt. Et uno quidem fonte deſcendit origo ma-  
li. Accedunt fontes alij minores: ex quibus ingens oīmodæ miſeriæ flumen exaſtuat. Quo  
neceſſe eſt propediem pereamus: ſupremiſq; malorum obruamur fluctibus: ac niſi huma-  
næ perfidiæ diuina pietas occurrerit: triſte naufragiū patiatur eccleſia: q̄ uero diuerſi mores  
q̄ aduerſa ædificantū & euertentiū mens: prouideat domui ſuæ deus omnipotens: ego enī  
nihil habeo quod tam multis contra nitentibus præſtare poſſim præter cōmiſerationē ma-  
tri debitam & mihi placitam: ut uides fugam: qua oculos meos tam mœſto liberem ſpecta-  
culo. Video quidē eminus: ſed prohibere non ualēs: cominus uidere renuo: artificiū hoc ſer-  
num & infame: quo eccleſiaſtic⁹ iſte Dionyſ⁹ noſtras uexat ac ſpoliat Syracuſas. Video q̄  
tiara uirum mentita Semiramis frontem tegit ingenioq; oculos præſtringit aſtantium: &  
inceſtis polluta complexibus uiros calcat. Video quibus artibus noſter hic Pericles ſe tueſ:  
ut quæ reddi nequit: non cogat reddere rationem: & hic ſuum habet Alcibiadem: & nemo  
uelocius iniquis cōſilijs acquieſcit. Turbat igitur omnia: miſcetq; de industria: Quam pu-  
ras ob cauſam niſi ut circulatorū more uel perplexo loro uel conuſo puluere licentius ſal-  
lat: & fraus præpria ſub umbraculo turbatæ reipublicæ deliteſcat: & ille q̄dem pro qualita-  
te propoſiti artibus utitur non nouis. Nam & in fruticoſo gaudet auceps: piſcator in turbi-  
do: ſur in tenebris: Nobis autem p̄ inertia noſtra quid poſſim optare miſerius q̄ ut noſtri

similes semper simus: coram adultero uigili: nare stertentes ad calicem: nescio fateor: an illi<sup>9</sup> impudentia an patientia nostra sit turpior.

Ad quemdam amicū: eo q̄ in Gallijs habitare desideret increpātis: sed ut in Italia maneat persuadentis:

## Epistola XVI.

A

**D**iu distuli expectans & materiam & nunciū: utiq; simul affuit: q̄ quis ut es tu semper honestorū actuum prælargus: ego & si ingenij inops: scripturæ utiq; non auar<sup>9</sup>: hominum alterum deesse non possit. Adest ecce nunciū ultra q̄ optari possit idoneus: nil tibi deuoti<sup>9</sup>: nil mihi familiarius. Adest scribēdi materia: Peregrinatiōis tuæ rumor longæ: difficilis: in amœnæ: q̄ mihi iam pridem calamū suggerebat: nisi quia incertus eram ubi nam terrarum es inueniendus: Neq; enim aut ipse mihi psuadebā longas te moras apud inferos exacturum sponte tua: aut oīno suspicari poteram te illuc aliter q̄ coactum cuiuspiam magnæ necessitatis imperio perrexisse. Itaq; tuū tacit<sup>9</sup> excusabā iter: q̄ illa iussisset quæ adamantium sæpe regum quoq; pontificūq; ceruicib<sup>9</sup> iugum ponit. Nunc quia incolumē te reuersū gaudeo familiaritate illa quā mihi pepit tua dignatio: fides mea: libet ex te quæ rere: quid uiro optimo cū pessimis locis: quid tibi cum Babylone: Fortissimos Romanorū legimus uitare solitos Campaniæ Baias: apicum licet & salubrē locum: ubi ut exiguū honestatis: sic saltem uoluptatis & læticiæ multum erat: adeo rebus omnib<sup>9</sup> neglectis uni studio uirtutis intenti erant. Si hoc ita est: quis non Rhodanū uitet: Quis oro non fugiat Babylonem: & uitiorum simul omniū & laboris ac totius miseriæ mœstam domū. De quo quidem aliqd nosse debes. Visa loquor non audita: fato meo pessimo in eas terras puer euectus: cui usq; ad hanc ætatem indignatū equidem sed fortunæ compedib<sup>9</sup> nescio quib<sup>9</sup> uincto: magnæ illic ptes ætatis in gemitib<sup>9</sup> abierunt. Noui expert<sup>9</sup> ut nulla ibi pietas: nulla charitas: nulla fides: nulla dei reuerentia: nullus timor: nihil sancti: nihil iusti: nihil æqui: nihil pensi: nihil deniq; uel humani. Amor: pudor: decor: candor in de exulāt. De ueritate quidē sileo: Nam quis usq; uero locus ubi omnia mendacijs plena sūt: Aer: terra: domus: turres: uici: atria: plateæ: porticus: uestibula: aula: thalami: rectorū laquearia: muroꝝ rimulæ: diuersoria ædium: penetralia templorū: iudicum subsellia: pōtificū sedes: Ad postremum ora hominū: nut<sup>9</sup>: gestus: uoces: frontes animi: Quid ais: an mētior: an uero de mendacijs uerū loquor: Si illic faisti: & nullo tuo maiore negotio distractus: in nefariam illam scelerum searum acumen ingenij atq; oculos intendisti: alium iudicem nō optabo: q̄ scilicet omnia ibi uirtute ueroq; sint uacua: plena criminibus: plena fallacijs: plena fucis: plena blanditijs: plena pessimis artib<sup>9</sup>: ambitionis: auariciæ supbiæ liuoris. Vidisti fictæ & inaniter fieri omnia: non tantum hominib<sup>9</sup> sed deo. Notasti subdolos risus: corda flebilis: serena supercilia: nubilas mentes: molles manus: actus asperrimos: angelicas uoces: dæmoniacas intētionēs: suas ues cantus: ferrea pectora: & uerba prædulcia pulmone amaro & sicco ore cadētia sūmisq; labijs uix expressa: In quib<sup>9</sup> plane Dauiticū illud impletur: Molliti enim sunt sermones eorum super oleum: & ipsi sūt iacula. Neq; uero impunitū modo apud eos: sed gloriosum etiam est mētiri: ceu maioris sit ingenij qui sefellit: maioris status quem increpare audeat nemo. Nolo hunc articulum scrupulosius exequi: ne forsan urgente materia stilus eat quo nō expedit. Res est insuper mundo nota: neq; p̄bationis oīno: neq; sermonis egēs. Vnū & breue & ad reliqua perdiscēda satis efficax inferam: cui ego ipse qui loquor interfui. Duo simul e conscriptis patribus: in quib<sup>9</sup> orbis terræ & ostium domus dei uelut in cardine uoluitur: a palatio pontificis maximi densa stipati famuloꝝ acie descēdebāt: Turba ingens expectantium: quibus ante omnes illa infœlix & deo odiosa ciuitas plena est: de more surdum illud & prædurum limen obsiderāt: qui ducibus suis uisus: in quibus spem habebant circumstrepere cœperūt: & pro se quisq; anxie percontari quæ fortuna: quis ue suarū rerum apud pontificem status esset. Tunc unus patrum nihil motus in re subita: ut qui iam pridem talibus assueuisset: nihil aut uerecūdia tactus aut misericordia miseroꝝ: inter spes uanissimas animam: uitā: fortunalsq; suas & tempus omne perdētium: insignis mendacioꝝ opifex multa mentiri orsus & fingere quid cuiq; spei reliquū: quid ad huius aut illius postulata pontifex respondisset: singula constanti impudentia & in nullo hæsitans profecutus est: Quib<sup>9</sup> auditis creduli omnes: & hic quidem ut sit lætior: ille subtristis in diuersum abeūt. Alter aut patrū & naturæ nobilioris & uerecūdiōris animi: & qui nisi ex illo esset ordine uir bonus esse potuisset: i collegā iocās: Nihil ne te inqt pudet his simplicib<sup>9</sup> uiris illudere & p̄ arbitrio fingere respōsa pōtificis: quē ut scis nō mō hodie: sed multis iā dieb<sup>9</sup> p̄ximis uidere nequim<sup>9</sup>:

C

Ad hoc ille reuerendus pat̄ & egregi⁹ ueterator: ut erat fronte meretricia & attrita: subridēs: Immo uero te inq̄t pudeat tā ingenio tardū fore ut curiæ artes addiscere tanto iam tpe nequeas. Quo dicto in stuporē ego: cæteri aut̄ in risū resoluti oēs: & responsū nebulonis illius multis laudibus efferentes: uirum argutissimū prædicarunt: qui tam prompte mentiri didicisset ac fallere. Verum ego nimis latæ materiæ campum: nec epistolæ sed libri opus ingressus sum itaq̄ frena iam contraham. Ad te uero pater optime stilū uertēs: Oro: obsecro: obtestor: adiuro te per te ipsum si tibi charus es: si solitam animæ curam geris: nequādo tibi posthac in cor ueniat illuc ire: unde nemo unq̄ exemplo melior factus: pessimi autē innumerabiles redire: Adde q̄ nemo inde unq̄ nō mœstus exiuit: nisi eo forte lætus q̄ euaserat & infaustum limen fusco calle reppererat. Ad summam quoniam tua omnia cupide semper in optimam ac fœlicissimā partem traho: profectiōnē hāc tuam necessariam: breuē: unicam: nō modo nihil nocituram tibi: sed plurimū profuturam spero. Quid enim aliud uel serria fabulosis aspergam: quid sibi uult Achilles Homeric⁹: dum ut impenetrabilis ferro fiat: fertur ad inferos: & tartareis undis abluitur: nisi ut uitiorū fluctibus tantis exercita contrarij sui odio solida tua uirtus induruerit roburq̄ cōtraxerit: contraq̄ omnem humanarum cuspidem passionū iā prorsus iuiolabilis facta sit: Placet: laudo: approbo: modo ne redeas. Senecæ uerbum est: non tantū corpori: sed etiam moribus salubrem locum eligere debem⁹. Ille autem unde te dehortor & corpori pestilens & animo: nec omnino te dignus est: non conueniūt mores: Sit igitur iter uos diuortium sempiternū: Eant illuc qui artes illas discere cupiunt: quarum ibi sunt innumerī p̄fessores: Tu domi mane inq̄ tuo proposito & tua sede consistē: quam tibi clarissimā uirtus dedit cum clariorem etiam mereare. Sin ut animus honesti motus appetens: quoniam qd̄ eruditissimis quibusdam placitū uiris scio: unū hoc nobis cœlestis originis argumētū est: ut motu p̄petuo delectemur: Loco te si mouere uolueris: ad nos ueni: Vide Romā: uide Mediolanū: uide Venetias: uide Florentiā: Vide Patuum tuū: uide Bononiā: ubi honestis in studijs egisti adolescentiā & integritatem: patriam Italicis artibus adornasti. Postremo quid libet uide: Indos quoq̄: modo ne uideas Babylo-nem: neq̄ descendas in infernum uiuens.

Ad quendam amicum: consilia ipsius sensib⁹ suis consona esse asserentis: gal-liarumq̄ habitationem & incolatum detestantis: Epistola XVII.

**O** Quā consona sensibus meis cōsilia tua sint: breuiter dici nequit. Est sane inter optima rerū ac pessima: minime difficilis electio. Itaq̄ toto animo & qd̄ dehortaris fugio: & quod hortaris amplector: qd̄ q̄ aiunt pedibus in sententiam tuam eo: unde non diuellar nisi insignis forte aliqua rerum incidens mutatio uāhementē urgeret: quā profecto neq̄ hinc metuo: neq̄ istinc spero. Vbi si q̄ olim uidebant esse uel fuerant uirtutis amici: aut certe iam pridem obierunt: aut abierunt: aut scelerū schola iam uirtutis & bonorum hostes esse didicerūt: corruptiq̄ & abominabiles facti sunt in studijs suis: non est qui faciat bonū: non est usq̄ ad unū. De his loquor: quibus ut benefici esse possent: liberalior fortuna dederat: ut contrario delectati: fontes & malefici esse mallent: insita dedit iniquitas & peccandi auidia: & dæmoniācis instigata suggestibus: neq̄ per insolentiam aliquādo cœlestib⁹ oraculis acquiescens. Tu uero meus hortator: quid de te statuis (q̄ q̄ quid statuisse p̄fuerit) nusq̄ minus cogitata respondeant. Vnus enim in terris est locus: ubi nullus cōsilio locus est: ubi omnia temere fortuitoq̄ uolunt: Interq̄ omnes miseras loci illius quarū non est numerus: illud insigne ludibrium est: q̄ cuncta uisco atq̄ uncis & laqueis plena sunt: ut dum euasisse uideare: tum te artius implicitum uinctumq̄ reperias. Nulla ibi præterea lux: nullus dux: nullus iudex anfractuū: sed caligo undiq̄ & ubiq̄ confusio: ne parum uera sit Babylon ac perplexitas rerū mira: utq̄ Lucani uerbo utar: Nox ingens scelerum: Tenebrosa inq̄ & æterna nox: experts syderum: & auroræ nescia: tū profunda & iugis actū opacitas: perennes angustia: infinitus labor: imortale fastidium. Neq̄ uiolentior illic aut Rhodani gurgēs: aut Circij flat⁹ ac Boreæ: q̄ impetus & instabilitas animorū: Non populum sed rotatum uento puluerem putes: neq̄ magis ciuitatis infandæ uicos: q̄ ciues ipsos fœdos ac lubricos fateare: Vna prorsus est hominū ac locorū facies obscœna: tristis: informis: utrisq̄ non aliter q̄ ægypto & Pharaoni intelligas iratum deum: & mittentem in eos iram indignationis suæ: iram: indignationem & tribulationem: immisionem per angelos malos. Deniq̄ nulli omnino gentium magis incubuisse Dauiticam imprecationem: Fiant tanq̄ pul-

uis ante faciem uenti: & angelus domini coartans eos. Fiant uisæ eorum tenebre & lubri-  
cum: & angelus domini p̄sequens eos. Hinc ergo nisi deus eripiat qs emerget.

Ad amicum quendam: Illi ex eo q̄ ex galliis in Italiam re-  
dierit congratulantis: Epistola XVIII.

A

**O** Si noffes quāto me gaudio compleuit abitus: Immo quidem reditus tuus: Nam q̄  
ire ī patriam redire est: Oīno nihil de te grati⁹ audire poteram. Cætera enī fortunæ  
futura erāt: hoc uere propriū tuū est: hūc tibi animū fuisse ut inter tātas spes: tot cur-  
rarum uncos: tot aduersa consilia: obscœnissimā illam sentinā flagitioꝝ omniū sponde  
fereres: & illos meracissimo sanguine impingatos: & in dñm calcitrantes: nō hominū sed  
uoluptatum & pecuniæ piscatores: simul illam terrarū arcem semirutam sed uerēdam: atq̄  
illud sacrosanctissimū mundi caput impexa canicie gloriosum: tandem consilio saniore re-  
uiferes. Fecisti optime scđm cor meum: qui nec diuti⁹ almæ urbi tāti ciuis aspectum eripes  
re uoluisti: nec infaustum illud ergastulū dignū amplius tua præsentia iudicasti. Q̄ metui  
ne qd̄ Libya tibi regna nocerēt: Nūc uero q̄ læte audio te illi⁹ irremeabilis labyrinthi for-  
dis an moestis ambagib⁹ absolutum: nunq̄ si quid apud te fidei mereor in eisdem laqueos  
sic se rebus habētib⁹ reuersurum: Et si tibi quies: si delectatio: si libertas: si uita: si gloria cha-  
ra est: Neq̄ ideo minus & diuinæ gratiæ & sortibus tuis fidas: Semel locutus est dominus:  
& de te & omnib⁹ qui sunt & qui fuerūt erunt ue mortalib⁹: Immo statuit edicto: omis ces-  
set ambitio: dic deo: In manibus tuis sortes meæ: & semel arreptū iter ne destituas: durum li-  
cet arduū & difficile. Ibis necessario ad foelicem portū: neq̄ tibi pessimoꝝ hominū segnis li-  
uor obstiterit. Tabeſcent illi malis proprijs: & inter male partas opes more Tātaleo sitien-  
tes aridq̄ æquanimē te in omni statu & læte diuinis utentem munerib⁹ mirabunt: atq̄ in-  
telligent fortunam nullū penitus in constantē & generosū animū ius habere. Proinde mul-  
tis in tenebris hos breues anxios & inglorios dies agent: unus uitæ & nominū finis erit fu-  
rijs illos ultricib⁹ & diris suor̄ sceleꝝ aculeis laniādos linque. Ipsi te & oēs bonos & spolia-  
tum atq̄ oppressum orbem suis manibus: suis uentib⁹ uindicabunt. Si quid ueri præſagij  
uſq̄ est: prope est ut deus ultionū domin⁹ libere agat & retribuatur abundantē facientibus su-  
perbiām. Sua est enī ultio & ipse retribuet: ut labat pes eorum: Iuxta est dies perdicionis &  
adesse festinant tempora. Redit in animū qd̄ illi olim nostro qui ex eo numero si dici posset  
pessimoꝝ optimus fuit: & cui tu sanguine ego autem familiaritate & obsequio iunq̄eram:  
ante multos annos occurrit ut dicerem instare illi ordini fati diem: quo superbia eor̄ fatiga-  
ta: iam dei patientia atq̄ hominū deponeret ac rueret. Cuncq̄ ille cuius ut nosti ipsa etiā ira-  
cundia mitis fuit p̄teruix mixto risu poti⁹ mihi Tiresiæ cæcitatem q̄ uaticiniū optasset: ob-  
ieciſſetq̄ illud euangelicū: Simon ego rogauī p̄ te ut nō deficiat fides tua: Et ego nō de fidei  
defectu: sed euerſorū fidei ruina quæ utiq̄ fidei esset augmentū: loqui me ioco liberiore sub-  
iungerem. Ille iam serio ī me uersus: Tace inquit & si uerum est non simus auſtores. Sed ec-  
ce iam ex illo quot fluxerūt dies: Credo si uiueret: ut res sunt: uatem ille me diceret. Iam ad  
extrema peruētū est: iam & Romano & humano generi satis illusum est. Satis diu uirtus &  
ueritas fuere cōtempui: satis exul pietas: calcata religio: satis sup̄q̄ satis barbarica regna-  
uit indignitas. Oīa & si nolint suū locū repetunt: & illusionū & longæui ludibrii finis adest:  
quem cum uidero satis uixero.

C

Ad quendam amicum: Illi ex eo q̄ ex terra arida ac squalētī scilicet Gallia ad  
se scripserit patriæq̄ suæ moribus minus oblitus fuerit gratantis: De calamitate  
etiā urbis Romæ multa conquerentis: Epistola XIX.

A

**Q**uo te cuncq̄ conuerteris idem es: & pariter me delectas: Vniformi enim amoris tui  
dulcedine: sed multiplici & uaria uerboꝝ tuoꝝ cōsolatiōe reficior: siue ab oriēte siue  
ab occidente & desertis montibus: quoniā licet deus iudex sit: & hunc humiliet: hūc  
exaltet: tamen te mihi semper humilem: semper altum: semper amabilē: & ab omni parte  
suauiter spirantem: dulce curarū mearum refrigeriū seruat. Epistola quidem illi uerissimis  
grauissimisq̄ sententijs exundanti: ubi diuinæ facundiæ tuæ fons: e terra arida ac squalen-  
ti: & omnis boni uacua: terra (ut propheta egregij uerbo utar) deserta inuia & inaquosa:  
oculos meos atq̄ aures animūq̄ compleuit iucūditate mirabili: neq̄ perennibus ingenij  
ſcatebris: mutati loci nocuisse malignitas quiuit: qd̄ pri⁹ tibi respondeam: non habeo: q̄ ut  
miserari me sortem tuam: quæ in terra florentissima ortum te: & ab incunabulis enutritum

nūc repente patrijs finibus auulsum: ad extrema terrarū atq; hominū: inopina rerum mutatione transfulerit. Sit illud gratulari: q; iudiciū tuū uel opinionib<sup>9</sup> uel p̄suasionibus fallis inuolui abduci: q; a uero non est passa. Tali enim ingenio humani nihil incognitū esse debet: Poteras fortassis errare: poteras suspicari: poteras credere his quib<sup>9</sup> (ut dici solet) prater precium in precio nihil est: Nūc uero neq; spectata ueritas opinionibus cedit: neq; cuiq; potius q̄ oculis ipse tuis & experiētīæ fidem dabis. Ecce iam oculis uides: iam manib<sup>9</sup> palpas: qualis ē Babylon illa nouissima: seruēs: æstuans: obscœna: terribilis: quā nec Cambylis op<sup>9</sup> Babylon illa Niluica: nec illa uetustior regia Semiramidis Babylon æquet Assyria Nilum & Euphraten Rhodan<sup>9</sup> uincit: nempe qui tartarea flumina Cocytū uincit & Acherontem: Quicquid uspiam perfidiæ & doli: quicquid inclementiæ superbiæq;: quicquid impudicitīæ effrenatæq; libidinis audisti aut legisti: quicquid deniq; impietatis & morū pessimorum sparsum habet aut habuit orbis terra: totum istic cumulatim uideas aceruatumq; reperias. Nam de auaricia deq; ambitione superuacuū est loqui: quarū alteram ibi regni sui solium posuisse unde orbem totum populet ac spoliet: alterā uero alibi nusq; habitare cōpertum est. De quibus omnib<sup>9</sup> ad te dudum non epistolā sed librū scribere meditabar: ne ī rebus scilicet a prima mihi ætate notissimis amicū falli sinerem: Et si enim olim me ibi tunc mirabiliter & miserabiliter inuiscato: eisdem tu fuisses ī locis: ubi uelut ī cœno: Immo quidem uelut in igne aurum amicitīā primū tuam longe auro chariorem repperi: tūc tamen & inexpertior rerum ætas & iudicij minor uis & more tuæ breuitas uero obstabant. Insuper & ex illo ī peius infinita mutatio facta erat. Redisti ergo & ætate iam & iudicio pleniore: & mora non ad sufficientiā modo uel satietatē: sed nisi fallor ad fastidiū proluxa: ut qui optima rerum probe nouerat: in pessimis non errares: quicq; uirtutem semper amaueras: ad uā hementi<sup>9</sup> amandū quod efficacissimū est: uitiorum odio animū excitates. Et si Christū colis qd̄ semper religiosissime fecisti: cōspecta hostiū eius impietas: magnū pietati & fidei tuæ calcar adijceret. Vides en populū: non modo Christi aduersariū: sed quod est grauius sub Christi uexillo rebellantē Christo: militantē Sathanæ: & Christi sanguine tumidū atq; lasciuientem & dicentē: Labia nostra a nobis sunt: quis noster domin<sup>9</sup> est? Populū duricordem & impiū: superbū: famelicū: sitientem: hianti rostro acutis dentib<sup>9</sup>: procuruis unguibus: pedib<sup>9</sup> lubricis: pectore saxeo: corde chalybeo: plūbea uolūtate: uoce mellisua: Populum cui nō modo p̄prie cōuenire dixeris euangelicum illud atq; propheticū: Populus hic labijs me honorat: cor autē eorum longe est a me: Sed illud etiam Iudæ scariothis qui dominū suū prodens & exofculās aiebat: Aue Rabbi: Et Iudæorū qui indutum purpura: coronatum spinis: percutiētes & conspuentes illusione amarissima: flexis poplitib<sup>9</sup> adorabāt & salutabant: Aue rex iudæorū: quem neq; ut deum neq; ut regē diuinis aut humanis honorib<sup>9</sup>: sed ut reum mortis ac blasphemū contumelijs dignū atq; supplicijs in humano iudicio destinarant. Quid enim: quid oro aliud assidue geritur hos inter Christi hostes & nostri temporis pharisæos? Nōne etenī Christum ipsum cuius nomen die ac nocte altissimis laudibus attollunt: quem purpura atq; auro uestiunt: quem gemmis onerant: quem salutant & adorant cernui: eundē in terra emūt: uendūt: nūdinant: eundem quasi uelatis oculis non uisurū & impiarū opum uepribus coronant: & impurissimi oris sputis inquināt: & uipereis sibilis insectantur: & uenenoꝝ actuum cuspide feriunt: & quātum in eis est: illisum: nudū: inopem: flagellatū iterum atq; iterum in caluariam trahunt: ac nefandis assensibus cruci rursus affigunt: Et o pudor: O dolor: O indignitas: Taliū hodie ut dicit̄ Roma est: Patientib<sup>9</sup> quorum erat ob stare: tanto illam fastu sibi uendicāt: ut quā suā uolunt aspiciere dedignent: & pro qua olim orbe toto tantus fluxit cruor: tot clari duces: tot exercitus cecidere: eam nūc nescio quot indigesti & infames rustici nutu regunt: & captā uelut ab hostibus nullo iam contradicte dilacerant. O inconsulte princeps ac p̄dige: nesciebas quāntis laborib<sup>9</sup> constaret imperium: qd̄ tam facile dispergebas? Solent stulti adolescentes a patrib<sup>9</sup> quæ sita prodigere: nempe ignari unde uel qualiter parta sint. Siquidē indigentīæ ac laborū recordatio magnū prodigalitati ac lasciuiæ frenū ponit. At tu senex qd̄ agebas: ubi eras? Si uideri munificū delectabat: de p̄prio largireris: tuam donasses: Imperij hæreditatem: quam curator acceperas successorib<sup>9</sup> integram reliquisses. Nescio quidem an potueris sed fecisti: ut ad has tunc humiles: nūc superbas manus heu longe alijs manibus fundati status administratio perueniret. De quo non illepide iocans quidam ait: Roma tibi fuerant serui domini dominorū: seruorū serui nunc tibi sūt domini. Pol ego tecum multa loqui

habeam si facultas deſ. Sed an hæc audias ignoro: & certe ſi audias fruſtra ſit: Feciſti enim  
 q̄ neq̄ ſi redeas mutare poſſis. Inſtaurator ſudatori: q̄ euerſori ſimilior ſit oportet. Tu chri-  
 ſte qui potes a quo imperia omnia & in terris & quæ ſurſum & quæ deorſum ſunt preca-  
 rio poſſidentur: qui hanc meam & maxime publicam querelam uel in ſilentio audis: exau-  
 di quaſumus ſi iuſta eſt. Scio quidem ſcriptum eſſe: Si iniquitatē aſpexi i corde meo: nō ex-  
 audiet dominus. Apud te Chriſte rerū ueritas certa eſt: apud nos anceps opinio: ſc̄m quā  
**F** certe quod poſceris æquū eſt. Cum multa enim grauiā: tum illud importabile quod nō ſor-  
 lum duro & inepto: ſed odioſo etiam & hoſtili faſce præmimur: ut uerificatū ſit in nobis ad  
 litteram illud pſalmi: Auertisti nos retrorſum: poſt inimicos noſtros & qui oderunt nos di-  
 ripiebāt ſibi. Dediſti nos tanq̄ oues eſcarum. Nota ſunt quæ ſequunt̄. Nobis hoc unū ad  
 querelam & gemitum fatiſ eſt: Nam ſi reſ inſpicitur: olim domini gentium: quid nūc aliud  
 facti ſumus niſi oues eſcarum: Vtinā lanæ oues aut lactis eſſemus: eſcarum ſumus. Rodi-  
 mur uolentes: conſumimur: deglutimur ab his qui ſi nolle cœperim⁹: oues coram leonib⁹  
 uidebuntur: neq̄ id inſolitum uidebunt̄ q̄ diutiſſime uifi ſunt. Nunc noſtor torpor hanc  
 ignauitā præſtat audaciam: patientiā noſtram impie proſuſ & deuorant & oderunt: & q̄  
 uāhemētiffime ſtupeas: quos extra deſpiciunt: intus timent: contemptus fingitur: met⁹ eſt.  
 Mille ſūt odij: mille formidinis argumēta: Vnū utriuſq̄ ſimul inferā: quod licet occultū pri-  
 us: erupit tamen: ut nō modo Babylone ſed lōgius noſceretur. Eo tempore quo ille ponti-  
 ſex maximus qui ſibi prouinciam Italiam: atq̄ imprimis urbem hanc Mediolanenſiū euer-  
 tendam ſacerdotalis militiæ ſenili expeditione delegerat: & ſic in utranq̄ Chriſtianā Chri-  
**G** ſtianorū pater perfectō odio ſæuiebat: quaſi non Italia hæc: ſed Syria uel Aegyptus: nō Me-  
 diolanū ſed Damafcus eſſet aut Memphis. Cum ad hoc ſanctum piumq̄ opus unū e ſacro  
 pat̄: collegio: filiū ut multi dixerūt ſuū: & ſc̄m famam ſimilitudo ingens morūq̄ feroci-  
 tas adiuuabat: non apoſtolicū ſed prædonis in morem: neq̄ ſignis uirtutum ac miraculis:  
 ſed ſignis caſtroꝝ & miris inſtructum legionib⁹: in has terras quaſi alterū non Petrum ſed  
 Hannibalem deſtinaret: In quo bello de⁹ omnipotens ſuo more & ſuperbiæ reſtitit & fauit  
 humilibus ac palam pro iuſticia decertauit. Fuit unus ex eodem illo grege uir & ipſe in nos  
 inexplēbilis odij inſinitaq̄ ſuperbiæ: cuius ego tunc & faciem puer noram & quātum po-  
 terat ætas inualida animū execrabar. Is pontifici ante omnes charus: die quodam in ſecre-  
 tarium ingreſſus: cum rumoribus cōſternatū atq̄ anxium inueniſſet: Hærebat enī belli im-  
 petus præter ſpem huius urbis in limine quæ tunc quidem muris nuda erat: at q̄ optimū  
 muri genus eſt & militia in ſigni & ducibus armata fortiffimis. Itaq̄ ſæpe iam obſeſſores ſu-  
 os acie fuderant obſeſſi: iam captiuorum turbis carceres redūdabāt: iam caſorū pingueſce-  
 bant arua uiſceribus. In hoc ergo rerū ſtatu cum ſolito moeſtiorē cerneret: familiaritate inti-  
 ma frætus ſic aggreditur: Miror inquit pater ſanctiffime: quid eſt q̄ acutiſſim⁹ in cæteris: in  
 eo uno q̄ eſt ſummū nobis ac præcipuū parum uides? Ad hæc pontifex grauib⁹ preſſum  
 curis caput extulit: Et perge inquit: quid rei eſt? Tūc ille conſultor egregius: Scio ait te nihil  
 tam optare q̄ Italiæ uaiſtatē: In hoc uires: opes: conſilia expendimus: in hoc eccleſiæ the-  
 ſaurus iam pene omēs effudim⁹. Inextricabilem rem aggreſſi niſi alia temptet̄ uia: Ecce nūc  
 ille tantus bellorum apparatus: illa noſtrarū uiriū culpis in iſtis Mediolani portis obtū-  
 ditur: quā tibi aduatores unū alicui noſtrarum urbium ſimilem aſſerebāt: re ipſa ſuperior  
**H** omnib⁹ eſt inuenta: q̄n Italiam uinceremus: ab una Italica ciuitate uincimur: Sed ſi uelis:  
 alia longe facilior uia eſt. Quæ nam inquit pontifex: dic ocuiſ: Hoc enī molior: hoc cupio:  
 hoc eſt unū pro quo uelim corpus & animam paſci. Ille autem: potes inquit omnia: & q̄  
 quid iuſſeris ratum eſt: Cur nō igitur & papatū & imperium urbi Romæ & Italiæ eripis &  
 illum in caturcū patriam noſtrā: hoc eſt in Germaniā trāſſeres? Non magnus eſt labor: dic  
 & fiet. Non armis eſt opus: quibus longe impares ſumus: uerbo de hoſtib⁹ triūphabis: Sic  
 & nos ornaueris nouis inſignib⁹: ad nos tranſlato rerum apice & gemino lumine iſuiſū ge-  
 nus orbaueris. His erectus pōtifex ex ira riſu oborto: Fefelliſti me inquit: hæc enī nondum  
 te delirare cognouerā: An ignoras inſcie hac uia quā ſtatuiffe ſubtiliter uiſus eſt tibi: & me  
 & qui mihi ſucceſſerint epifcopos caturcenſes fieri & Impatorem quiſquis iſ fuerit Ger-  
 mania præfectum: Illum uero qui Romæ præſerit ſiquidem ſpiritualiſ papam: ſin tempali-  
 ter Impatorem fore. Sic Italum nomen dum euertere putas attoſlis: & in antiquam reſtitu-  
 iſ dignitatem. Nos ergo dum datur de ſuper Romani pontificatus frena teneam⁹: & in hoc  
 omni ſtudio intenti ſimus: ne quando forte ſuum ius Italica man⁹ arripiat: q̄ ipſum q̄ diu

prohiberi possit incertum est. De titulis non certemus: uelimus nos: imus enim rerum caput  
 Roma erit. His auditis argutus ille stultus erubuit: Ego uero pontificis & si animus impro-  
 bem: probare cogor ingenium: qui quis in nos odio flagraret immerito: meminerat tamen ac-  
 nouerat ubi fundata esset altitudo: cuius e fastigio supbirent & ruinae proximum uidebat  
 fundamenta concutere. Itaque quiescendum existimabat: & quasi furtim quaesitis in silentio  
 gaudendum. Hanc historiam quam nescio an ab alijs scripta sit: tam curiose retexui: ut si tibi  
 nota est & mihi cognitam scias: Si ignota autem ex me discas neu gnarus ueterum presen-  
 tium sis ignarus. His uero nunc ducibus agimur: quibus praediximus atque odio & simu-  
 lato contemptui & timori uero. Et si quis etiam nunc ex nostris metu aut uerecundia magis  
 quam iudicio: assumptus in eo numero est quasi lucidus riuus torrenti mixtus turbido: nati-  
 uum deposuit colorem inque plurius naturam & externos mores abiit. Et iam prorsus nihil  
 est reliquum nisi Christum precari: ut si nodum nostri supplicij satis est: at saltem sedi suae con-  
 sulat: hisque ereptam tradat alijs: quorum non & poeniteat simul & pudeat humanum genus. Hi  
 etenim tales sunt quales dico: fallor: Immo uero quales dicere nequeo: sic ad extrema de-  
 decorum atque nequitiae: quae utcumque olim steterat: prolapsa res est ex quo sancta & potens  
 tunc Romana: nunc Auinionensis ecclesia tangit uertice sidera & digito caelum uoluit: Vbi  
 & Iudas si triginta illos suos argenteos precium sanguinis attulerit admittet: & pauper a li-  
 mine Christus arcebit: quod ita esse christianus nemo est qui nesciat: nemo qui non do-  
 leat: nemo qui uindictet. Ita dum alius alium expectat malorum impunitas quantum uides cre-  
 uit: & quod a principio medicabile malum fuerat: iam tempore putruit. Coeperat enim fa-  
 teor ante etiam aetatem nostram ut ab auis accepimus foedum hoc ulcus inflari: sed quod  
 molestum diceret: potius quam funestum: saepe malus medicus: saepe aeger intemperans morbum  
 auxit exiguum. Itaque iam haec pestis ad interitum spectat: totaque sanies in nostrum tempus eru-  
 pit flebile nisi unum tantis in malis solatijs genus esset. Dicam uero tibi nunc quod interdum  
 dixi ei qui solus e cunctis qui supersunt in illo grege pessimo melioribus pascuis dignus erat:  
 ingenti cum assensu eius: Licet ipse dicto: non tam morum respectu quam status atque originis tan-  
 gere. Siquidem enim quoniam mortalium res oportet esse mortales: duo haec mundi luminaria  
 extingui duosque gladios retundi decreti necessitas cogebat: quamuis utrumque praecipueque alterum  
 occaluit exemptum promissis caelestibus sperarem: nec desperandum sit omnia haec cum fun-  
 ditus ruerint surrectura altius: si tamen haec tam grauis rerum eminentium ruina nostro  
 saeculo impendebat. Gaudeo Hercle quod cum in manibus nostris lux & uigor suis his man-  
 serit: in alienis haec tanta mutatio facta est tantaque culpa partem habet illa horrida & im-  
 mitis: partem haec mollis & enervata barbaries. Quibus ille auditis libertate mea nihil of-  
 fensus: Grauius inquit & libere & aliorum fortasse auribus importune: meis certe fidelissime  
 & ut te decuit uerissime locutus es: Neu me forsitan ueri inscium aut diuersae sententiae arbitre-  
 ris: duos Clemenes nostros plus attriuisse ecclesiam paucis annis quam septem Gregorij uestri mul-  
 tis saeculis restaurare possent: nec ego dubito: nec dubitare aliquem existimo. Ille quidem haec  
 suspirans: nos autem celo domus tuae Christe Iesu iam satis euecti sumus: nec ullus sub sole  
 foedior rerum trames stilo poterat occurrere. Itaque redeundum est. Ad hunc ergo populum amice  
 fatis tuis an tibi quietem inuidentibus an doctrinam ingerentibus uenisti: pegrinatione ne di-  
 cam exilio: utili magis quam iucunda: quo effectum est ut & tibi legedi: & mihi conceptum scriberem  
 diuini negotii abstuleris: iam profecto: nec mihi nec alteri docendum quid sit Babylon Rhodani:  
 qualiter ue sit exulibus Sion in flumina Babylonis: de quibus adeo magnifice tua mecum  
 nuper egit epistola: ut illius sentinae abdita funditus scrutatus: omnes eius labyrinthi latebras  
 penitus inspexisse uideare: multo tadio multisque reorum angoribus huius ueri noticiam com-  
 paraasti. Illud tibi pgratum: mihi uel inuidiosum affuit solamen: quod inter tantas uitio-  
 rum latebras quattuor magnis illis quidam uiris: uelut totidem lucidissimis te sideribus usum scribis:  
 quos nescio an a uobis crimine: ipsos enim optimos integerrimosque hominum noui: an quae fal-  
 lacissima uitae spes: an quae fortunae uolentia tristisque necessitas ibi detineat: quare permitte  
 quaeso ut quod in animo est uel in amoenis sermone explicem: quasi inquam in cloaca solis radi-  
 os & loci simul obscenitatem omnem suo lumine undantes & circumfusis sordibus inaccessos.

Ad quandam amicū: illi Babylonē Gallicam quae ipsum traxerat atque retineat  
 detestantis: illi etiam Babylonis mala & crimina describentis: Epistola. XX.

Quod adhuc haeres: an non haeres: sed teneris & obluens raperis: hoc potius reor:

malo uim q̄ secordiam opinari. Non est tuū: torpor: ardēs ingenium: mens ignea: gener  
 rofus impetus. Sed quid hæc: si forti⁹ impedimentū est q̄ uirt⁹: magna etiam uis habet  
 opposita uī maiore: necessitati omnia succūbunt. Illa te Babylon traxit: illa te detinet: du  
 rum sed ferēdū: loci natura est: Omne bonū ibi perditur: sed primū omniū libertas: mox  
 ex ordine quies: gaudiū: spes: fides: charitas: aīa: iacturā ingentes: Sed in regno auariciā  
 nihil damno ascribitur: modo pecunia salua sit: Futurā ibi uitā spes inanis quædam fa  
 bula: & quæ de inferis narrantur fabulosa oīa: & resurrectio carnis & mūdi finis & Chri  
 stus ad iudiciū uentur⁹ in ē nānias habentur: Veritas ibi demētia est: abstinentia uero ru  
 sticitas: pudicitia probrū ingens: deniq̄ peccādi licētia magnanimitas & libertas eximias  
 & quo pollutior: eo clarior uita: quo plus scelex: eo plus gloria: Bonū nomē coeno uili⁹:  
**B** atq̄ ultima mercīū fama est. Habes quantū in tam paucis licuit illius sacræ urbis expres  
 sum statū: quē non magis in his litteris hodie q̄ in illorum frontibus hominū quotidie p  
 legis: quorū uitā nullus stilus: nullū æquet ingeniu. Cæterum prima omniū ut dixi ibi li  
 bertatis iactura est: quisquis limen illud introiit: confestim suus esse desist: iam nec quies  
 scere nec abire permittitur: sed rotatur & inefficaci labore consumendus atterit. Paucos  
 inde diuina clāmentia eripit ea lege ut Hierusalem diligāt atq̄ oderint Babylonem: Hæc  
 mihi de te spes reliqua est: Alioqn tuis de rebus actum crederem tam tenaci profundoq̄  
 limo te demersum & infixum uideo. Interim non uoluntati aut iudicio: sed necessitati im  
 puto ac fortunæ: q̄ tādū ibi sis: & moras q̄s uāhementē odi libentē excuso: q̄ si q̄ fortassis  
 in profectiōe culpa fuit: in mora ipsa utiq̄ iam non culpa sed suppliciū & purgatio culpæ  
 est. Sed quoniam multi multa sæpe in carcere didicerunt: quid te uetat in uinculis discere  
 aliquid quo perpetuo sis doctior: Quædam nullo modo melius q̄ contrario discuntur:  
**C** ideoq̄ qui mathematicas artes docent: si quando parum ueri capax: mens discipuli uisa  
 erit: solent falsa proponere: quæ dum refugit anim⁹: ad ueriora confugiat. Tu quoq̄ solū  
 tus & religioni semper & honestati operam dare: quarum altera ad illius aspectum erigit  
 optantem animā de quo ait psalmista: Quærite faciem eius semper: Alterius ea facies est  
 quæ si oculis cerneret: ut ait Plato: miris animū amorib⁹ inflāmaret: neq̄ tamen ideo mi  
 nus amāda est q̄ animo cernit. Si qd tibi nūc etiā ad utriusq̄ noticiā sūmā deesse putas:  
 omne studiū in aduersa reflectito: arrige aures: fige oculos: intende animū. Vis pulchritu  
 dinē dei noscere: cerne quāta est hostium eius obsecnitas: Non sunt autē longe quærendis  
 Babylone habitant: omnis uicus his uermib⁹ scatet. Vis formam ac decus honestatis ag  
 noscere: contempera quāta est fœditas uitiorū: quorum omniū exemplar in oculis est ti  
 bi. Quocunq̄ respexeris: uidebis cuius odio simul dei ac uirtutis amātor fieri queas. Tu  
 autem gaude contrario saltem magistra uirtutum: gaude in quā & ad aliquid utilis inuē  
 ta gloriare: bonorū hostis & malorū hospes: atq̄ asylum pessima reꝝ Babylon feris Rho  
 dani ripis imposta: famosa dicā an infamis meretrix fornicata cū regib⁹ terræ. Illa equi  
 dem ipsa es quā in spiritu sacer uidit euangelista: Illa eadem in quā es: non alia: sedēs sup  
 aquas multas: siue ad litteram tribus cincta fluminibus: siue rerum atq̄ diuitiarū turba  
 mortalīū: quibus lasciuens ac secura infides: opum imemōr æternarum: siue ut idem qui  
 uidit exposuit: Populi & gentes & linguæ: aquæ sūt super quas meretrix sedes: recogno  
**D** sce habitum. Mulier circūdata purpura & coccino & inaurata auro & lapide precioso &  
 margaritis: habens poculum atreum in manu sua plenū abominatione & imūdicia for  
 nicationis ei⁹. Noscis ne te ipsam Babylon: nisi illud forsan errorem facit: q̄ in illius fron  
 te scriptū erat: Babylon magna: tu uero Babylon parua es: Parua utiq̄ muroꝝ ambitu:  
 sed uitijs & ambitu animorū: & infinita cupidine cumuloꝝ malorū: omniū nō magna mo  
 do sed maxima: sed imensa es. Et certe qd sequit: tibi uni cōuenit non alijs: Babylon ma  
 ter fornicationū & abominationū terræ: Mater impia partuū pessimorū: quando quicqd  
 usq̄ terræ abominabile: quicquid fornicatoriū ex te p̄dit: & cum semp parias: semper  
 tumens: & talium plenus ac grauidus uterus tuus est. Si nunc quoq̄ dissimulas: audi reli  
 qua: Et uidi inquit mulierem ebriam de sanguine sanctorū & de sanguine martyrū Iesu.  
 Quid files: aut aliam hoc sanguine ebriam ostēde: aut omnino si potes: te hāc ebriam ne  
 ga. Vera enim euangelistæ & apostoli uisio sit oportet: qui si te in spiritu uidēs miratus est  
 admiratione magna: quāta nos admiratione perfundimur: qui aperte oculis te uidem⁹.  
**E** Ex omnibus quidem fornicationib⁹ tuis de quibus biberunt omnes gentes & reges terr  
 ræ: & ex omnibus abominationib⁹: quid expectes: nisi q̄ Ioannes idem ait: Cecidit: cecidit

dit Babylon magna & facta est habitatio dæmoniorum. Nota sunt quæ sequuntur. Vere iam talis facta es: quāto enim homo perditur & desperata nequitia dæmone melior: Vere habitatio: Immo regnum dæmonū facta es: qui suis artibus humana licet effigie in te regnāt. Tu uero amice: cum eodem apostolo: audi uocem aliam de cælo dicentem: Exite de illa populus meus: & ne participes sitis delictorum eius: & de plagis eius non accipiat: quoniam peruenerunt peccata eius usque ad cælum: & recordatur est dominus iniquitatum eius. Quotum glorificauit se & in delictis fuit: tantum date illi tormentum & luctum: quia in corde suo dicit: Sedeo regina: uidua non sum: & luctum non uidebo. Ideo in una die uenturæ plagæ eius: mors & luctus & fames & igni comburetur: quia fortis est deus qui iudicabit illam. Hæc & quæ apostolicus ille locus habet: audi omnia: audi & fuge si qua uia est: ne innocentiam tuam ruina nocentium & Babylonica premat iniquitates: quæ non modum non numerum: non mensura: non extimatio demum est. Taceo hæreditatem Simonis: & illam hæresis speciem non ultimam spiritus sancti dona mercantium: Taceo mali illius auariciam matrem: quæ idolorum seruitus ab apostolo dicta est: Taceo utriusque pestis artifices & concursantes pontificum thalamis profonetas: Taceo crudelitatem humanitatis imemorem & sui ipsius oblitam insolentiam atque illos uanis flatibus tensos utres: Taceo denique illa prodigia: quæ insensibilis uereque orbis terrarum orbis tamdiu quasi ætnam Enceladus: aut Typhoeus Inarmien pati potest: quorum omnium mœsta nimis & sæuera narratio est. Ad ridicula simul atque odiosa festino: Quis oro enim non irascatur & rideat illos senes pueros coma candida togis amplissimis: adeoque lasciuientibus animis: ut nihil illic falsius uideatur quam quod ait Maro: Frigidum in Venerem senior: Tam callidi tamque præcipites in Venerem senes sunt: tanta eos ætatis & statum & uirum coepit obliuio: sic in libidine inardescunt: sic in omne ruunt dedecus: quasi omnes eorum gloria: non in cruce Christi sit: sed in comestationibus & ebrietatibus: & quæ has sequuntur in cubilibus impudicis. Sic fugientem manu retrahunt iuuentam: atque hoc unum senectutis ultimæ lucrū putant: ea facere quæ iuuenes non auderent. Hos animos & hos nervos tribuit hinc bacchus indomitus: hinc orientaliū uis baccarum. O Ligustici & Campani palmites: O dulces arundines & Indica nigrates arbustulæ: ad honestas delicias & utilitates hominum creatæ: in quos usus & quam animarum perniciem clademque uertimini: Spectat hæc Sathan ridens: atque in pari tripudio delectatus interque decrepitos ac puellas arbiter sedens: stupet plus illos agere quam se hortari. Ac ne quis rebus torpor obrepat: ipse interim & seniles lumbos stimulis incitat: & cæcum peregrinis follibus ignem ciet: unde foeda passim oriuntur incædia. Mitto stupra: raptus: incestus: adulteria: qui iam pontificalis lasciuia ludi sunt. Mitto raptarum uiros: ne mutire audeant: non tantum auitis laribus sed sinibus patrijs exturbatos: quæque contumeliarum grauissima est & uiolatas coniuges & externo semine grauidas rursus accipere: & post partum reddere ad alteram facietatem abutentium coactos. Quæ omnia non unus ego: sed uulgus nouit & si taceat: quis ne id ipsum taceat iam maior est indignatio quam metus: & minacem libidinem uicit dolor. Hæc inquam uniuersa prætereo: Malo quidem te hodie ad risum quam ad iracundiam prouocare. Ira enim quæ uicisti nequit: in se flectitur & in dominum suum sæuit. Fuit ergo seniculus quidam ex eo numero unus cunctis annalibus implendis idoneus: Hircina libido homini inerat: uel si quid libidinosum atque olentius hirco est: Hic seu mures metuens seu lemures dormire solus non audebat: Nil apud eum tristius: nil miserius calibatu: nouas quotidie nuptias celebrabat: & creber uagis amplexibus sponsus erat: cum & os illi uacuum & ætas plena esset: septuagesimum pridem annum excefferat: septimo uix iam dente superstite. Erat illi puellarum auceps unum ex multis: domini sui libidine nihilo segnior: cuius retia & laquei omnes uicos omnium & præsertim pauperum domos obsederant: huc pecunias: huc redimicula: huc anulos: huc postremo blanditias: huc coenæ reliquias: huc omnium generum elcarum & quæcumque flexura muliebres animos conuehebat. Ipse interim suspensus animo canebar: Nam & reuera cantor erat: sed qui uocem ab altaribus ad choreas ac lupanaria transtulisset. Noram hominem uulgi digito monstratum: qui his artibus multas prædas in os lupi senis inferre solitus dicebatur. Mille locus hic ridiculosas historias capit: Vnam accipe. Multis ille pollicitis misellam uirgunculam an meretriculam illexerat: ut domino eius utique & excelsi gradus: & magnarum opum: sed nec formæ nec ætatis amabilis obsequi in animum induceret. Quid multum agam: Acquisiuit: & uelut Psyche illa Lucij Apuleij felicibus nuptiis honestada ignoti uir

F

G

H

I

ri thalamū subit. Re comperta: impatiens moræ senex aduolat: & ulnis arreptam pendu-  
 lis labijs exosculans: atq; inermi ore cōmorfitans cōsummare nouas nuptias anhelabat.  
 Repentino malo percita & olente senio & uultu lurido deterrita exclamat: Ad magnum se  
 quendam & insignem prælatum: non ad deformem & decrepitum sacerdotem aduenisse:  
 non posse sibi fraudem fieri: Vis si fiat: manibus quoad possit: deinde gemitibus atq; ulu-  
 latib<sup>9</sup> occursum: neq; dum reliquæ spiritus ullæ essent: passuram se a tā turpi sene uiu-  
 lari. Hæc uociferans ubertim flebat. Ille autem & manu scabra & ore hispido spumantiq;  
 tenet os præcludēs: fletib<sup>9</sup> & querimonijs conabat obstare: atq; incōdito murmure & in-  
 eptissimis blāditijs: Erat enī præter cætera blesus adeo: ut a nemine posset intelligi: egram  
 animi solari. Sed cum nil proficeret senex egregius: in secretariū se proripit arreptoq; quo  
 conscripti patres a reliquis discernū: rubenti pileo & insigne suū: albo caluoq; uertiti im-  
 ponens: Cardinalis sum inquit: Cardinalis sum: ne timeas filia. Sic amasiolā adhuc flen-  
 tem & præsentem specie & futura spe magnifice consolatus: ingeniale cubiculū deduxit: pro-  
 nuba non Iunone sed Tesiphone & Megæra. Ad hūc modū cupidinis ueteranus Baccho  
 facer: & Veneri non armatus: sed togatus & pileatus de suis amorib<sup>9</sup> triumphauit. Plau-  
 de fabula acta est. Nosses hominem iucūdiffime sonuisset. Et huius & reliquorū mille sunt  
 talia: quorum quædam non ludicra sed pudēda: Alia uero immania & horrēda sūt. In nūc  
 mirare ducibus his & propitiū populo suo Christum & rempublicam prosperari.

Ad quendam amicū: Illi quia ex periculosis locis euaserit congaudentis:  
 & ut deinceps caueat adhortantis: Epistola XXI.

**E** Valisti: erupisti: enatasti: euolasti: Bene est: timebā fateor tibi: timebā animæ tuæ:  
 ne post descensum ad inferos non cum uellet emergeret. Sciebam & Auerni de-  
 scensum facilem: & apertum labyrinthi limen: laboriosum atq; operosum exitum:  
 dicebā tecum: O si meus Alcides: O si Theseus meus ab inferis redeat: O ne mali pond<sup>9</sup>  
 illum opprimat: neq; pedes ad uirtutem uolucres: adamantinæ scelerū catenæ uinciant  
 detineantq;. Inter hæc uota: hosq; inter met<sup>9</sup> emeristi: deo gratias: qui etiam ex inferno ī  
 se sperantes animas educit: exoptatus: euocatus: expectat<sup>9</sup> aduenis. His igitur primū ter-  
 ris reddit<sup>9</sup>: quæ te illi Erebo crediderāt: nō Phœbo ut Dædalus: sed Christo alarum re-  
 migiū consecrabis: & cauebis ne unq; amplius Gnosum spesces. Non est sapius retēptan-  
 da fortuna: periculum sine periculo nō fit: Id cū semel euaseris declina: ne qñ corruas un-  
 de non surgas. Nulla unq; te mala cupiditas tangat: ut illos principes tenebrarū rursus  
 adeas: Quos cū suis opibus suisq; flagitijs dij deaq; omēs: Immo uero deorum deus ui-  
 uos ac mortuos male perdat: qui cœlestis agni sanguine saginati calcitrant ac rebellant: eo  
 me mirum meus ille nunc euocat: quo te præsentem persuaderi mihi non potuit ut uenirē.  
 Ille mihi hortator est fidus quidem: sed improuidus: ut Babylone uiuere eligam ac mori.  
 Cur autem siue ad quid: ut uideam bonos mergi: malos erigi: reptare aquilas: asinos uo-  
 lare: uulpes in curribus: coruos in turribus: colūbos in sterquilinio: liberos lupos: agnos  
 in uinculis: Christū deniq; exulē: antichristū dñm: Beelzebub iudicē. Hæc ad spectacula  
 reuocor: non audiam: male mihi cum illis: male illis tecum cōuenit. O crudelis & impia  
 secta hominū: nil nisi seipso amantiū: idq; ipsum puerse prorsus ac nefarie. Quis releua-  
 bit oppressum orbem: quis uindicabit afflictam urbē: quis euersos mores reformabit:  
 quis colliget sparsas oues: quis pastores erroneos arguet: quis reducet aut retrahet ī sedē  
 suam: Nullus ne licentiæ ac scelerū modus erit: an frustra per pphetā spūsanctus in tonu-  
 it: Hæc fecisti & tacui: existimasti inique qd ero tui similis: Arguā te & statuā contra faciē  
 tuam. Intelligite qui obliuiscimini deum: ne quando rapiat & nō sit qui eripiat: Intelligi-  
 te in quā: uobis loquitur: dei hostes intelligite. Surdis loqitur sopitq;: nunq; intelligent  
 nisi horrendo tonitru: seu quoniā tonuisse non sufficit trifulco fulmie exprecti. Ad te mihi  
 nūc sermo est Inuictissime regum nostri temporis: quem non nomino quando & nomen  
 obstat inscriptioni: & abūde te nominat ipsa rerum ac gloriæ magnitudo: Nam quid op<sup>9</sup>  
 est uerbis ubi res loquitur: Haud imerito tātis te uictorijs ornatum credere fas est: qd præ-  
 ter principalis tuæ causæ iusticiam uulpes illas ueternofas fœdis & nō suis e caueis Chri-  
 sti q; sponsam cœno ac uinclis eruere: potens es & facies spero iure tibi perpetuā fœlicitatē  
 & uotiū cœpti exitum quisq; fideliū optauerit. Pastorem illum & senio & sopore & me-

ro grauidum: nunq̄ spōte latebris & amatis fornicibus egressurum: solus manu prehen-  
sum & uerbis increpitum & uerberibus castigatum: in antiquum penetrare restitues. Id si  
forte tibi cœlitus non datur: q̄q̄ nec dignatus pluribus: neq̄ hoc munere dignior quisq̄  
sit: uenient alij quoz̄ quo foedior man⁹: eo pulchrior uindicta. Deniq̄ qualia multa un-  
diq̄ crebescūt: uel prædonum iusta acie: uel salubri peste clamentiq̄ cœli inclamentia:  
Ad postremū plaga aliqua euidenti: quando minis ac prodigijs cor Pharaonis obduratū  
superbumq̄ non tãgitur: sponsæ Christus subueniet laborãti. O quid dixi: O quid scri-  
psi: O quid mihi uenit in animū: quo prodijt lingua: quo progress⁹ est calam⁹: Possẽm cū  
Iob & ego fortassis dicere: Vnum locutus sum quod utinam non dixissem: dixi tamen &  
iam non dixisse non possum: delere autem & si adhuc liceat non libet: tan⁹ est ueri amor  
tantumq̄ mali odium: ut periculi omnis interim obliuiscar. In uno cõsiliū senis illi⁹ se-  
quar: quia cum infinita se nunc offerant & perexigua dicendorū pars exacta sit: frenabo  
impetum: & cum eodem Iob: manū meã ponam super os meum: & his ultra nõ addam.

Ad quendam doctum adolescentem & eloquentem: illum eo q̄ in iuuenili  
ætate religionem ingressus fuerat cõmedantis: & ut Christi gloriæ militet: &  
contra Auerroim qui contra Christum catholicãq̄ fidem latrat: aliquid scri-  
bat hortantis:

## Epistola XXII.

**M** Agnam tuis uberemq̄ materiam & lætandi tribuis & sperãdi ante alios mihi: q̄  
fortasse non alius in te oculos altius defixit. Clarum tibi lumen ingenij deus de-  
dit: industriãq̄ nobilis stimulos addidit: atq̄ ex his noticiam rerum uariarū pro  
ætate mirificam. Ipse nempe non alius est: qui dat omnibus affluenter & non improper-  
rat: Ipse est cui soli conuenit: quod ludens pro suis longe alias traduxit: magister artis in-  
genijq̄ largitor. Et sicut tibi ad rerum perceptionem intellectus: sic ad expressiõnem lin-  
gua suppetit: cuius defectus magna sæpe decolorauit ingenia: & minoribus ostendit im-  
peria. Tu omnibus his instructus: & fauore dei fultus & hominū: mane primo altum iter  
duræ religionis ingressus es: eo duce post quem nemo unq̄ errauit nisi qui uoluit. Augu-  
stinū dico: cuius hæsisse uestigijs ea demū & ad cœlum & ad gloriam uia est. Adhuc pene  
puer eras: dum consanguineo illo tuo uiro bono & amico meo instante ad me perductus:  
aliquãdiu pro tuorum tunc annorū imbecillitate recusantem: bona spe ilico me implesti:  
ut contra morem propositūq̄ meum tanto imparem amicitiam amplexus: sæpe exinde  
ad me redeuntẽ indies lætius te uiderem: admirans unde tibi id ætatis nostræ amicitia  
tãta cupiditas: & sæpe mecum in silentio post etiam cum amicis illud patris Ambrosij re-  
petens: Puer iste si uixerit aliquid magni erit. Transuerūt interim añi plures: Nihil enim  
tam tacite tamq̄ uelociter transit: diuq̄ in patriam reuerso tuo conspectu carui. Ecce nũc  
puer meus ad me redijt sed ut ait Naso: Iam iuuenis iã uir iam se formosior ipso: ea scilicet  
forma quã nec ætas iminuet nec morbus eripiet nec mors ipsa. Iam de te igitur non tan-  
tum spero: sed spero simul & gaudeo. Est enim præsentis boni nomẽ: gaudium: spes futu-  
ri. Ecce iam te magnis uiris parem teneo: parem maximis mox tenebo. Age modo: perge  
iter assumptū: excita te ipsum: adde geminū calcar ingenio: hinc honoris: hinc pudoris:  
Mane coepisti: noli sub meridiem torpere. Solẽt pigri uiatores dum solem cœli medio su-  
spiciunt multum lucis sibi superesse cogitantes: umbras quarere seq̄ somno & quieti tra-  
dere: sero tandem experti inclinatam diem seq̄ elusos intelligere. Id ex te certe nõ metuo:  
non hoc animi tui ardor spondet: non frons: non oculi: non uerba denunciant. Vere autẽ  
multos ad sũmam ueturos error iste detinuit & auertit: dum auctoritate nescio quorum  
insanorum frãti: nescio quam ætatem consistentem uana sibi persuasione cõsingūt: quæ  
nulla unq̄ sui in parte consistit: sed id semper & labit & currit & rapitur: utq̄ ait Cicero:  
uolat. Excusat forsan utcūq̄ senectutis inertiam fragilitas & morboz̄ cohors undiq̄ illã  
premẽs. Quæ tamen si quid insitã uirtutis est reliquum: neq̄ omia anni uolatiles abstu-  
lerunt: magna ui senilem suis affinibus abigit torporem: & uigorem iuuenilẽ ad honestos  
actus manu retrahit. Meministi Marcum Portium Catonem latinæ litteras iam tunc se-  
nescentem: Græcas uero iam nũc senem didicisse. Ea q̄ ipsa ætate Socratem post litteras  
fidibus operam dare: Carneadẽ philosophiæ studio cibi solitum obliuisci: Platonem to-  
to pene orbe peregrinãtem: die ultimo uel Sophronis mimos sub capite habẽtem: ut Va-  
lerius: uel ut ait Cicero: scribẽtem mori: Simonidem octogenariū in certamen carminum

descendisse: atq; ipsa ætate Chrylippū: & prope centenarios Isocratē ac Sophoclem præ-  
 clarissima ædidisse uolumina. Et Solonem senem post conditas suas ciuibus leges: poeti-  
 cæ inhiantē: semper deniq; litterarum sitiētē & in ipsa demū morte discentem. Possē  
 exempla subtexere eorum senū qui ætate ultima res bellicas ut ciuiles elegantissimè cal-  
 luerūt: sed mihi ad studiosum alteri<sup>9</sup> generis sermo ē. Et hæc qdē atq; his similia senectū-  
 ti mirabilia prorsus & gloriosa sunt: Iuuetuti autem usq; adeo debita & sua: ut nihil sit pi-  
 gro iuuenē turpius: nihil inexcusabilius: nihil ad extremū desperati<sup>9</sup>. Quædam enī uitia  
 annis cedūt atq; diminuunt: alia ingrauescūt augenturq;: horum ē numero segnities est.  
 Ita q; segnem Iuuenem quem uideas: q; sollicitū senem speres. Quod attendens cogita-  
 bis ne qua tibi pars tempis ignaua præterfuit: neue nulla tibi unq; aut lōgioris aut tar-  
 dioris spes ætatis blandiatur: Breuissima enī simul & fugacissima est: & utrum magis in-  
 certum sit ex æquo cōtendit cum breuitate celeritas. Nihil est uere uita hæc pro qua tan-  
 to tempore agimur ac torquemur: & hoc ipsū nihil: nunq; stat: sed dū quærīs tanq; sum<sup>9</sup>  
 euanuit. Nō est iuuenib<sup>9</sup> expectādū: dū qd p̄mpte faciunt: lente faciāt: sed i iuuentute p̄-  
 perandum unde senes gaudeāt: mortui celebrentur & sepulti uiuant: uolitentq;: ut ait En-  
 nius: docta per ora uirum. Hæc amice discēdi ætas est: qd hæc studiosa collegerit: senect<sup>9</sup>  
 docta distribuet: quodq; a multis acceperit refundet in plurimos. In quærendis illam ex-  
 pectare dementia est: cui uel quæsita seruare difficile. Neq; uero studiosos solos memorē  
 quibus ætas alia nulla est: nisi hæc una quā degis: & corpore & ingenio præualida & im-  
 pedimentis libera: nisi quæ sibi ipsa peperit quibus ue sibi iter ipsa præstruxerit: qd multi  
 faciunt qui scientiæ ac uirtutis ad quas destinabant obliui: post cōcupiscentias suas eunt:  
 Neq; a uoluptate sua auertuntur: donec suis pudor ac dolor: inimicis gaudium: uulgo lu-  
 dibriū effecti: undiq; inutiles: nec litteris nec concupiscentiis habiles ad senium puenere.  
 Sed ex alio quoq; genere hominū attingam paucos: quorū te exempla sollicitent: qui cū  
 alias partes atatis possent ad agendum fortia: hanc unam nullamq; aliam elegerūt: neq;  
 uel modicum distulerunt: neq; si distulissent successisset ut fecit. Certe hæc ætate iam Achil-  
 les Troiam: Alexander Indiam pulsabat: Scipio Africanus occidentem fregerat: meridi-  
 emq; frangebatur. Pompeius magnus Hispaniam perdomititq; prædonib<sup>9</sup>: maria cuncta  
 pacauerat. Hæc ætate Drusus uero Germaniā fatigabat: iamq; ad diuortia Rheni omnia  
 populando ac uincendo peruenerat: tantaq; animi uirtute eaq; morum iuueniliū maiesta-  
 te: ut hostibus quoq; uenerabilem se in omne temp<sup>9</sup> efficeret: Quod nec hodie Germani  
 negant nec dissimulant: quod interdū forte positus in ea terrarum parte perpendi & in-  
 genua huius noui Cæsaris & suorum procerum cōfectione cognoui. Possē pluribus il-  
 lustrioribus munire: his te ipsum urge stimulis: his attolle comitibus. Magnorū sequi ue-  
 stigia seq; illis cōferre magnis animis dulce est. Ne u dicas: Iuuenis sum: multum mihi su-  
 perest temporis: Ut enī hoc dubium: sic certissimū illud qd nunq; dies ista reuertit. Arri-  
 pe eam ergo ne tibi infructuosa prætereat: & ut magnæ parti hominū: immo fere cunctis  
 hominibus aquæ in morem inter digitos effluat: Profecto autem ut quod nulli unq; fuit  
 tibi certi temporis multum esset: & huius tamen & rerum omniū parsimonia tūc est utilis  
 dum abundant: nempe cum defecerint nequicq; admittenda custodias. Quobrem iterū atq;  
 iterum te moneo & obtestor: ne ullum diem per ignauiam labi sinas: sed omni sero tecum  
 ipse calculum ponas: tanq; diligens paterfamilias cum suspecto dispensatore: hoc egi ho-  
 die: hoc incepi: hoc didici: hoc doctior: hoc melior factus sum. Neq; enim minus ad uirtu-  
 tem q; ad scientiā te cohortor: Quem inutilem tibi diem præterissē deprehenderis nec ui-  
 xisse te credito. Amice diem perdidisti inquit Titus Cæsar: Id si dixisse laudatur qui nō alijs  
 illa luce profuerat: quid dicturum putes qui non profuit sibi: Non possumus fateor libro  
 semp incubere: nō semper solitarij & tranquilli esse: & nos fragiles & mūdus est turbidus  
 & res inextricabiles: hoc possum<sup>9</sup>: curare ne dies ulla sine nostra discussione & in nos ani-  
 mi reflectione pertranscat. Quomodo enim aliena curabim<sup>9</sup> si nostra negligimus: sed eni-  
do quidem standoq; licet & eundo de se suisq; de rebus in consilio: in consessu: & q; q; Ci-  
ceroni aliter uideatur: etiam in cōuiuio: sed lenius cogitare: Vix tam sterilis ager: uix tam  
durus est animus: quem non iugis ac diligens cultura fecundet ac leniat. Quid de tuo igitur  
 sperem quem natura ipsa tractabilem fecit ac fertilē: Nostrium ergo: quod apud Tul-  
 lium ait Cato: ducem optimum tanq; deum: Immo quidem naturæ rerumq; omniū pæ-

trem deum ipsum sequere: altis te uocibus euocantem omnesque quos creauit redemitque homines: non e coelo tantum ubi in aeternum regnat: sed ex asperrimo etiam trophaeo quod pro nobis nudus spinis coronatus triumphator ascendit: omnes inquam uocat: pauci illum audiunt: Esto unus e paucis: alioquin nihil esse praestaret. Audi illum & exaudi a quo corpus atque animam & ingenium accepisti: per quem es qualem te gaudemus: per quem eris nisi respicis qualem te cupimus & speramus. Non te hodie pluribus premam: certus haec tibi & multo etiam pauciora sufficere: ut qui ex te quid opte ego: quid uel alij qui te amant: tacito me licet intelligis: Vnum tamen non obmiserim: ne illis aures aut animum accedat: modes qui obtentu studij theologici te nituntur a noticia litterarum scholarium dehortari: qua ut sciam reliquos: si Lactantius atque Augustinus caruissent: neque ille superstitiones paganorum tam facile subruisset: neque iste ciuitatem dei tanta arte tantisque modis erexit. Expedit theologo praef theologia etiam multa nosse: Immo si fieri possit: pene omnia: quibus contra insultus carnalium sit instructus. Certe sicut unus est deus cui omnia subsunt: sic una est scientia de deo cui bonae omnes aliae obsequuntur. De his tamen libro secundo de Doctrina Christiana ipse idem disputat Augustinus. Lege ergo: de illius consilio quae potes sine proposito principalis praedicio: & discere quantum dum ne ingenium aut memoriam afficias: semperque memineris esse te theologum non poetam aut philosophum: nisi in quantum uerus philosophus uerae sapientiae est amator: Vera autem dei patris sapientia Christus est. His illud addiderim: ut in omni doctrina: illa tibi praecipua cura sit: non quae abdita quaeque obscura: sed quae uera: quae clara sint quibus animu intendis. Sunt enim qui de his maxime quae nec ipsi nec alij intelligunt inaniter gloriantur: stultum genus: Nam ut ueritas obiectum: sic in fallor claritas est felicitas intellectus. In omni autem sanctitate ac uirtute expeditam illam & compediariam Socratis ad gloriam uiam nunquam deserat: ut scilicet talis esse studeas qualis uis uideri. Sunt enim pessimi quidam qui uideri uolunt optimi: quasi ut alios: sic & deum & conscientiam suam fallant. Geminae autem uiae huius duces multos habes: utriusque tamen unus suffecerit Augustinus domesticus tuus dux: quem uides hac ipsa tua aetate cum erroribus ac uitij generoso impetu magnificentissime coluclantem. Si quis in illo unquam uitae error fuit aut doctrinae: primus contraria sublatus est uita: secundus manu propria discretissimo uolumine extirpatus est: ut nil sit tutius quam utrius illius & uitam simul & doctrinam sequi: Hoc ne tibi unquam e memoria excidat. Extremum quaeso: ut cum primu perueneris quo suspiras: quod cito fore confido: contra canem illum rabidum Auerroem qui furore actus infando contra dominu suum Christum contra catholicam fidem latrat: collectis undique blasphemis eius: quod ut scis: iam coeperamus: sed me ingens semper & nunc solito maior occupatio: nec minor temporis quam scientiae retraxit inopia: totis ingenij uiribus ac neruis incumbens: rem a multis magnis uiris impie neglectam: opusculu unum scribas: & mihi illud inscribas: seu tunc uiuus ero: seu interim abiero: Semper enim tempus est omnibus: & mihi inter alios iam de habitu cogitandi. Neu dubita de futuro tibi uel ingenium uel stilum: quibus tuorum nonnullis solitum deesse: Aderit Christus suas res agenti qui tibi affuit uel nascenti. Vale.

De Roman

# Epistola Francisci Petrarchæ

**F**rancisci Petrarchæ ad Inuictissimum Cæsarem dominũ Charo-  
lum quartum Romanorum & Bohemiæ Regem: Illum eo q̄ tardi-  
us Italicis rebus prouiderit incusantis: & ut bonis consilijs moram  
nullam facere dignetur exhortantis: simul ex antiquitate uirtutem  
& excellentiam urbis Romæ describentis.

**A** **D** Ræcipitum horret epistola serenissime Cæsar: auctoris sibi conscia: dũ  
cogitat unde digrediens: quo uentura sit. In tenebris enim orta: quid mi-  
rum si clarissimi tui nominis splendore confunditur? Sed quoniam  
omnem pauorem amor excutit: i lucem ueniet: & si nihil aliud: at saltẽ  
fidelis affectus mei nũcia. Perlege oro decus nostrũ: plege: neu quas odio/  
fas tibi ac molestas adeo ex me blanditias uerearis: publicam regum pe-  
stem: ars ea procul a moribus meis abest: iamẽtis potius aurem para:  
non tam blanda q̄ querula oratione pulsaberis. Quid enim nostri: & si dici fas est: Immo  
tui ipsius inemor factus es: quoniam abiit Italiæ tuæ cura? Nos equidem sperabamus te  
cœlitus nobis missum: libertatis nostræ promptissimũ assertorem: Tu refugis: & ubi factis  
opus est: longissimis cõsultationibus tempus trahis. Vide Cæsar q̄ fiducialiter tecũ ago:  
**B** homo pusillus & incognitus: Tu quæso ne libertati meæ succenseas: sed naturæ mori/  
busq̄ tuis gratulare: qui hanc mihi fiduciam subministrant. Quid enim (ut cœptum se/  
quar) quasi uenturi certus tempus in consilijs expendis? Nescis in q̄ breui spacio ma/  
ximarum rerum momenta uersetur? Quæ multis elaborata sunt sæculis: sæpe dies unus  
conficit. Crede mihi si famam propriam: si reipublicæ statum cernis: uidebis tuas itidem  
res ac nostras dilationibus non egere. Quid q̄ ambigua & fugacissima uita est: & quis  
integerrima ætas tua sit: est tamen instabilis assidueq̄ uolat ac rapitur: Itaq̄ non sentien-  
tem omnis te in senium dies trudit: dum circumspicis: dũ cunctaris: improuisa furtim ad-  
erit canities. An forte dubital ne ante tempus inceperis: ad quod peragendum uix huma-  
næ uitæ longissimũ tempus intelligis suffecturum? Neq̄ enim uulgaris aut mediocris ne/  
gocij tibi cura est: Romanum Imperium multis diu iactatum tempestatibus sæpe delusam:  
& pene iam proiectam: spem salutis in tua tandem uirtute reponit: & per innumeros casus  
sub umbraculo tui nominis utrunq̄ respirat: sed sola iam spe diutius pasci nequit. Sentis  
quãtam & q̄ piã curarum sarcinam suscepisti: perfer ad exitum precamur. Idq̄ q̄ pri-  
**C** mum facito: Preciosissima: immo uero inextimabilis res est tempus: & cuius solius auari-  
ciam doctorũ omnium commendat auctoritas. Pelle moras igitur: & q̄ grande aliquid  
aggressis ultimum est: singulos dies magni extima: ea te cogitatio parcum temporis effici-  
et: ea te coget ut uenias: & inter diuersitatẽ nubila desiderat nobis augustissimã tuã fron-  
tis lumen ostendas: Non te transalpinarum sollicitudo rerum: non te natalis soli dulcedo  
detineat. Quotiẽs Germaniam inspexeris: Italiam cogita. Illic natus: hic nutritus. Illic re-  
gnum: hic & regnum habes & Imperium: Et q̄ nationum ac terrarum omniũ pace dixe-  
rim: cum ubiq̄ membra: hic ipsum caput inueniens monarchiã. Nullus igitur ignauie  
locus est: ut ad nutum cuncta succedant: magnum fuerit tantarum rerum fragmenta col-  
ligere. Sæcio quidem nouitatem rerum omniũ esse suspectã: sed ad noua nõ traheris: neq̄  
tibi aliter Italia q̄ Germania nota est. Ab infantia enim tua nobis diuinitate propitia re/  
**D** promissus: altum in clyti patris iter mira indole profecutus sub eo & Italicas urbes & mo-  
res hominum & terrarum situs & gloriose rudimenta didicisti: Quinetiam adhuc puer: q̄  
plusq̄ humanæ uirtutis fuerit: præclaras hic sæpe uictorias meruisti: sub quibus & si ma-  
gna erant quæ gerebas: maiora tamen puerilis expeditionis ministerio uelabantur: ne sci-  
licet eam patriam uir timeres: quæ tibi puero tantarum uictoriarum misericordiam præ-  
buisset: & qd hinc spare debeas Imperator primæui tyrocinijs auspicio prouideres. Adde q̄  
nunq̄ ullius externi principis aduentum lætius expectauit Italia: Vtq̄ nec alunde reme-  
dium uulneribus suis sperat: nec tuum tanq̄ alienigenæ iugum timet: hoc singulare si ne-  
scis: habet apud nos maiestas tua. Quid enim uerear loqui quod sentio & quod te iudice  
probari cõfido? Miro quidem dei fauore nunc primũ in te nobis post tot sæcula mos pa-

erius & Augustus noster est redditus. Te enim ut libet sibi Germani uendicent: nos te Ita-  
 licum arbitramur. Propera igitur quæ sæpe iam dixi: & sæpius est dicendum: propera. Scio  
 actus tibi placere Casareos: nec immerito Cæsar es. Atqui primus opifex Imperij tantæ  
 celeritatis fuisse dicitur: ut ipse sæpe aduentus sui nuncios præueniret. Idem fac: & quem  
 titulis æquasti: reb<sup>9</sup> æquate satage: noli amplius bene meritam Italiam tui desiderio fa-  
 tigare: noli ardorem nostrū nuncijs & expectatione restinguere. Te unū poscimus: tui sy-  
 derei uultus intuitum postulamus. Si uirtutis amicus es: si gloria studiosus: cuius sic ego  
 Charolum nostrū alloquar: sicut Iulium Cæsarem Marcus Tullius alloquitur: audidisti  
 mū te: quæuis sic sapiens non negabis. Noli obsecro laborem fugere: Nam qui laborē fu-  
 git: fugit & gloriam & uirtutem: ad quas nunquā nisi arduo & laborioso calle pertingitur.  
 Tu ideo quæ & honesti laboris & ueræ laudis appetētissimū scim<sup>9</sup>: surge: age: & æqu<sup>9</sup> ma-  
 gnorum pōderum distributor: grauiora qualibet ætati præualidæ & fortioribus humer-  
 is impone: Iuuentus labori acta: ocio senect<sup>9</sup>: profecto autē ex omnibus optimis ac san-  
 ctissimis curis tuis: nulla grauior quæ ut Italicum orbem tranquilla pace componas: ea sar-  
 cina huius æui uiribus par est. Cætera leuiora quæ ut tantum & tam generosum animū oc-  
 cupare mereantur. Hoc igitur primū fac: reliqua suū temp<sup>9</sup> inueniēt: quæ placata ad ple-  
 num & composita Italia nihil aut modicum putem negotij superit. Finge nunc animo al-  
 mam te Romanæ urbis effigiem uidere: Cogita matronam æuo grauem: sparsa canicie:  
 amictu lacero: pallore miserabili: sed infracto animo & excellæ pristina inmemoræ maie-  
 statis: ita tecū loqui: Ego Cæsar ne despexeris irat<sup>9</sup> meam: multa olim potui: multa gessi:  
 Ego leges condidi: ego annū partita sum: ego docui militiæ disciplinam: ego quingentis an-  
 nis in Italia cōsumptis: ducētibus ordine sequentibus (Cuius rei fide dignissimi testes sūt)  
 Aliam: Africam: Europam: totum denique orbem terrarum bellis & uictorijs peragraui:  
 multo sudore: multo sanguine: multoque cōsilio: surgētis imperij fundamenta cōmuniēs.  
 Ego primū libertatis auctorem Brutum: dum mihi obsequitur interfectis filijs: superbo  
 hosti mutuis cōmorientem uulneribus aspexi. Ego natantes uirum armatum & inermē  
 puellā stupui. Ego pium Camilli exilium: & Curforis laboriosam militiam: & incomptū  
 Curij caput & electum ab aratro cōsulem: & ruriculam dictatōrē: & regiam Fabritij pau-  
 pertatem: & Publicolæ elatum funus: & insolitam iuuentis Curtij sepulturā: & gloriosū  
 carcerem Attilij: & insigni deuotionis habitu præcumbētis Decios: & Coruini spectabi-  
 le duellum: & mitem patri durum filio Torquatum: & profusum una Fabiorum sangui-  
 ne: & attonitum Porfenam: & fumantem generosam Mutij dextram uidi. Ego Senonū  
 flammās: & Pyrrhi elephantes: & opes Antiochi: & pertinaciam Mithridatis: & Sypha-  
 cis amentiam: & Ligurum difficultates: & bella Sannitica: & Cimbrorū motus: & Ma-  
 cedonum minas: & Punicas fraudes pertuli. Ego Carrhas: Aegyptū: Persidem: Arabiā:  
 Pontum: & utranque Armeniam: & Galatiam: Cappadociam: Thraciam: & Marum lit<sup>9</sup>:  
 Æthiopicās arenas. Ego Libyæ Cāpos & Hispaniæ. Ego aquas Sestias: Ticinū: Trebiā:  
 Thrasumenū: Cannas: & Ochiclaras præcito cruore Thermopylas. Ego Danubiū &  
 Rhenum: Indum: & hydaspē: Rhodanum: & Iberum. Euphratem: Tigrim: Gangem: Ali-  
 am: & Hebrū: Tanaim & Harapsen. Ego Taurum & Olympū. Ego Caucasum & Acta-  
 lenta. Ego Ioniū & Aegēū Schytiū atque Capaticum mare. Ego Helleponticū sinum &  
 Euboicas arenas. Ego Hadriaticū & Tyrrenū: Denique perdomitū nostris classibus ocea-  
 num hostium simul & natorum sanguine cruentaui: ut tantū scilicet bellorum senem pax  
 æterna sequeretur: & per multorum manus ad te uenturū stabiliretur imperiū. Nec mea  
 me sefellit intētio: uoti compos: omnia sub pedibus meis uidi: inde sensum nescio quo nā  
 modo nec quia mortalium opera decet esse mortalia: in labore meo irexit aliena seuities:  
 & ne lachrymabilem ordiar historiā: quorsum res redegerit uides: tu mihi prope iam de-  
 speranti diuinitus destinat<sup>9</sup>: quid cessas: quid cogitas: quid expectas: Sane nunquā aut tu  
 egentior: aut tu ad opem ferendam actior: aut Romanus pontifex clamentior: aut fauor  
 dei & hoim ppēsior: aut illustrior res agēda differs: Inimica sp̄ magnis mora principijs.  
 Moueāt moueāt aim tuū xēpla clarissima: quorū quod nihil in seniū differēs: oblatā semel  
 occasione impigerrime rauerūt. Alexāder Macedo ea ætate qua nūc es: oriēte pererrato  
 Indorum regna pulsabat aliena rapturus: tu tuum repetens deuotam tibi non intrabis  
 Italiam: Eadem hac ætate tua Scipio Africanus in Africam trāsgressus: senem quæuis te tra-

# Epistola Fran. Petrar. ad Charolū quartū Romanorū Regem

K

hente sententia: nutatim iam & ruinam mināti imperio pias adhibuit manus: Ita q̄ incre-  
dibili uirtute impediens mihi iugum carthaginense discussit: magnas res imprimis & pe-  
riculi nouitate memorabilis nostris ardentibus hostiū fines inuadere: & Hānibalē Italiae  
tunc Gallicarumq̄ & Hispaniaē uictorem: ac iam totius orbis Imperium timenda mente  
uersantem: hinc ui decretum: illic armis uincere: tibi nulla quidem trāseunda sunt maria:  
nullus Hannibal uincendus: pronū iter: plana & aperta sunt omnia. Quā enim obscura  
ta quidam putāt: praesentia tuā tonitui patescunt: Ingens nisi respuis: nouā tibi gloriae  
campus ostenditur. Ingredere fortiter: intrepide: Iustorum comes & adiutor principū de-  
us aderit: Aderunt armatae bonorum acies: duce te libertatē perditam reposcētes. Possē  
te nunc exemplis sollicitare contrarijs: eorum qui gloriosa primordia seu mortis seu mis-  
eris cuiuspiam impedimenti obice nequa q̄ ad exitum perduxerunt. Sed ubi domestica  
suppetunt: externa non quārim⁹: Vnde tibi non procul: non ex annalib⁹ quārendis: un⁹  
tibi pro omnibus satis erit: Heinricus septim⁹ aeternae memoriae serenissim⁹ auus tuus: cui  
si ad exemplanda quae sacra mente cōceperat uitae spacium suffecisset: uersa rerum sorte: &  
afflictos hostes & me regnāte & liberrimos Italiae populos ac foelicissimos reliquisset. Ex-  
pectat nunc ille coelorum perpetes incola: & ab alto cōsiderat gressus tuos: dies computat  
hora s̄q̄ dinumerat: teq̄ mecum increpitans alloquitur: Nepos amantissime quo supersti-  
te nec bonorum spes: nec ego totus interij: Romam nostrā atq̄ illius lachrymas precesq̄  
dignissimas amplectere: Reformanda q̄ reipublica p̄propositumq̄ mea mors mundo q̄  
mihi damnosior peruertit: & in efficacem animi mei celum pari ardore prosequere: sed  
foelici⁹: sed laeti⁹: Incipe ne moriaris: & nostri memor: scito te esse mortalem. I celer & gau-  
dentium alpium claustra transcende: Roma sponsum sospitatore suum uocat Italia &  
tuis pedibus tangi cupit. Expectāt te laeti colles ac flumina: expectāt urbes & oppida: ex-  
pectant bonorū agmina. Etsi te nil aliud urgeret nisi q̄ malis nunq̄ satis distulisse: bonis  
nunq̄ nimis festinasse uideberis: sat causa est ut his gaudium: illis poenā: uel si respiscere  
maluerint: ueniam laturus acceleres. Solus enim es cui deus omnipotēs interrupti consi-  
lij mei dilatam gloriam referuauit.

L

# Epistola Francisci Petrarchæ de studio rû suorû successibus

## Francisci Petrarchæ: Ad Posteritatē: Originem: conuer- sationem morumq; & studiorum suorum successus ex- planantis: Epistola.

**F**ranciscus Petrarcha: Posteritati: Salutē. Fuerit tibi forsan de me aliqd  
auditum: q̄q̄ & hoc dubium sit an exiguum & obscurum longe no-  
men seu locorum seu temporum peruenturum sit. Et illud forsitan op-  
tabis: nosse quid hominis fuerim: aut quis operum exitus meorum:  
eorum maxime quorum ad te fama peruenerit: uel quorum uel tenue  
nomen audieris: Et de primo quidem uariæ erunt hominū uoces. Ita  
enim ferme quisq; loquitur: ut impellit non ueritas sed uoluptas: nec  
laudis nec infamie modus est. Vestro de gregē unus: fui autem mortalis homuncio: nec  
magnæ ad modum nec uilis originis: familia (ut de se ait Augustus Cæsar) antiqua. Na-  
tura quidem non iniquo neq; inuerecūdo animo: nisi ea consuetudo cōtagiosa nocuisset:  
Adolescentia me fefellit: iuuenta corripuit: senectā autē correxit: experimentoq; perdocuit  
uerum illud quod diu ante perlegeram: Quoniam adolescētia & uoluptas uana sūt: Im-  
mo ætatum temporumq; omnīū conditor: qui miseros mortales de nihilo tumidos: ab-  
errare sinit interdum: ut peccatorū suorū uel sero memores sese cognoscant. Corpus iu-  
ueni non magnarum uirium: sed multæ dexteritatis obtigerat. Forma non glorior excel-  
lēti: sed quæ placere uiridioribus annis posset. Colore uiuido inter cādīdum & subnigro:  
uiuacibus oculis: & uisu per longum tempus acerrimo: qui præter spem supra sexagesi-  
mum ætatis annum me destituit: ut indignanti mihi ad ocularium confugiendū esset au-  
xilium. Tota ætate sanissimū corpus senectus inuasit: & solita morborum acie circumue-  
nit. Honestis parentibus Florentinis origine: fortuna mediocri: & (ut uerum fatear) ad in-  
opiam uergente: sed patria pulsus: Aretij in exilio natus sum: anno huius ætatis ultimæ:  
quæ a Christo incipit. M. ccc. iij. die lunæ ad auroram kalendas Augusti. Diuitiarū con-  
temptor eximius: non q̄ diuitias non optarem: sed labores curasq; oderam: opum comi-  
tes inseparabiles. Non ut ista cura esset lautarum facultas epularum: Ego autem tenui ui-  
ctū: & cibus uulgarib⁹ uitam egi lætius: q̄ cum exquisitissimis dapibus omnes Apitij suc-  
cessores. Conuiuia quæ dicunt (cum sint comestiones: modestiæ & bonis morib⁹ inimi-  
cæ) semper mihi displicuerūt: laboriosum & inutile ratus sum ad hunc finem uocare ali-  
os: nec minus ab alijs uocari. Cōuiuere autem cum amicis adeo iucundū: ut eorum sup-  
uentu nil gratus habuerim: nec unq̄ uolens sine socio cibū sumperim. Nihil mihi magis  
q̄ pompa displicuit. Non solum quia mala & humilitati contraria: sed quia difficilis &  
quieti aduersa est. Amore acerrimo sed unico & honesto in adolescētia laboraui: & diuiti⁹  
laborassem: nisi iam tepescētē ignem: mors acerba: sed utilis extinxisset. Libidinū me pr-  
sus expertem dicere posse: optarem quidem: sed si dicam mentiar: hoc secure dixerim: me  
q̄q̄ seruore ætatis & complexionis ad id raptum: uilitatē illam tamen semper animo exe-  
cratū. Mox uero ad q̄dragesimū annū appropinquās: dum adhuc & calor satis esset &  
uiriu: non solū factū illud obscœnū: sed eius memoriā omnē sic abieci quasi nunq̄ foemi-  
nam aspexissem. Q̄ inter primas foelicitates meas memoror: deo gratias agens: q̄ me ad  
huc integrū & uigentē tam uili & mihi semp odioso seruitio liberauit. Sed ad alia pcedo.  
Sensi superbā in alijs nō in me: & cū paruus fuerim: semp minor iudicio meo fui. Ira mea  
mihi p̄ sepe nocuit alijs nunq̄. Amicitiaꝝ appetētissim⁹ honestaꝝ & fidelissim⁹ cultor fui.  
Intrepide glorior: q̄a scio me uer⁹ loq; Indignātissim⁹ animi: sed offensarū obliuiosissim⁹:  
bñficioꝝ p̄ memoris. Principū ac regum familiaritatib⁹ & nobiliū amicitijs usq; ad inui-  
diam fortunat⁹ fui. Sed hoc est suppliciu⁹ senescentiū: ut suorū sapiissime mortes fiant. Ma-  
ximi regū & meæ ætatis amarūt & uoluerūt me: Cur autē nescio: ipsi uiderint. Et ita cum  
quibusdā fui: ut ipsi quodāmodo mecum essent: & eminētia eorum nullum tedium: cō-  
moda multa p̄ceperim. Multos tamen eorū quos ualde amabam effugi: tantus fuit mihi  
insitus amor libertatis: ut cuius uel nomen ipsum libertatis: uel illi esse contrarium uidere-  
tur: oī studio declinarē. Ingenio fui æquo potius q̄ acuto: ad omne bonū & salubre studi-  
um apto: sed ad moralem præcipue philosophiam & ad poeticam prono: Quam ipsam  
processu temporis neglexi: sacris litteris delectatus: in quibus sensi dulcedinem abditi:

A

B

C

## Epistola Francisci Petrarchæ de studiõ suorũ successibus

quam aliquãdo contempseram: poeticis litteris non nisi ad ornatum referuatis. Incubui unice inter multa ad noticiam uetustatis: quouiam mihi semper ætas ista displicuit: ut nisi me amor charorum in diuersum traheret: qualibet ætate natus esse semper optauerim: & hanc obliuisci nifus animo me alijs semper inserere. Historicis itaq; delectatus sum: non minus tamen offensus eorum discordia: secutus in dubio quo me uel ueri similitudo rege: uel scribentium traxit auctoritas: Eloquio ut quidam dixerunt claro ac potenti: ut mihi uisum est fragili & obscuro. Neq; uero in cõmuni sermone cum amicis aut cum familiaribus eloquentiã unq; cura me attigit: mirorq; eam curam Augustum Cæsarem accepisse. Vbi autem res ipsa uel locus uel auditor aliter poscere uisus est: paulo annifus sum: idq; q̃ efficaciter nescio: eorum sit iudicium coram quib⁹ dixi: Ego modo bene uixissem: quã liter dixissem: parui facerem: uentosa gloria est de solo uerborum splendore famam quaerere. Tempus meum sic uel fortuna uel uoluntas mea nunc usq; partita est. Primũ illũ uitaẽ annum neq; integrum Aretij egi ubi in lucem natura me protulerat: sex sequetes Anticisã paterno in rure supra Florentiam quattuordecim passuum milibus: reuocata ab exilio genitrice octauum Pisis: nonũ ac deinceps in gallia trãsalpina ad læuam Rhodani ripam: Auinio urbi nomen: ubi Romanus pontifex turpi in exilio Christi tenet ecclesiam & tenuit diu: licet ante paucos annos Vrbanus quintus eam reduxisse uideretur in suam sedem. Sed res ut patet in nihilũ redijt: ipso (quod grauius fero) tunc etiam superstitite & quasi boni opis pœnitete. Qui si modicum plus uixisset: haud dubie sensisset quid mihi de eius abitu uideretur. Tam calamus erat in manibus: sed ipse cõfestim gloriosum principium ipsum cum uita destituit infœlix: Q̃foeliciter ante Petri aram mori: & i domo propria potuisset: Siue enim successores eius in sua sede mansissent: & ipse boni operis auctor erat: siue abiissent: & tanto ipsius clarior uirtus: quãto illorum culpa cõspectior. Sed hæc longior atq; incidens est quærela. Ibi igitur uentosissimi amnis ad ripam: puericiã sub parentibus: ac deinde sub uanitatibus meis adolescentiam totam egi: non tamen sine magnis digressionib⁹: Namq; hoc tempore Carpentoras ciuitas parua & illi ad orientẽ proxima: quadriennio integro me habuit: inq; his duabus aliquãtulum grammaticæ: dialecticæ ac rhetoricæ quãtum ætas potuit didici: quãtum scilicet in scholis disci solet: quod quãtulum sit charissime lector intelligis. Inde ad montẽ Pessulanũ legum ad studium profectus: quadrienniũ ibi alterum: Inde Bononiam & ibi trienniũ expendi: & totum iuris ciuilis corpus audiui: futurus magni prouect⁹ adolescens: ut multi opinabant si cõcepto insisterem. Ego uero studium illud omne destitui: mox ut me parentum cura destituit. Non quia legum mihi non placeret auctoritas: quæ absq; dubio magna est: & Romanæ antiquitatis plena qua delector: sed quia earum usus nequicia hominũ deprauat. Itaq; piguit perdiscere quo inhoneste uti nollem: & honeste uix possem: & si uellem puritas incitiae tribuenda esset. Itaq; secundũ & uigesimalũ annũ agens domũ redij. Domũ uoco Auinionense illud exilium: ubi ab infantia meã sine fueram: Habet enim cõsuetudo proximam uim naturæ. Ibi ergo iam nosci ego: & familiaritas mea a magnis uiris expeti cõperat: Cur autem: nescire nũc me fateor & mirari: tunc equidem non mirabar: ut qui mihi more ætatis omni honore dignissimus uiderer: ante alios expetitus fui a Colũniensium clara & generosa familia: quæ tunc Romanam curiam frequentabat: dicam melius illustrabat: a quibus accitus & mihi nescio an & nunc sed tunc certe indebito in honore habitus: ab illustri & incomparabili uiro Iacobo de Columna Lombarieñ. tunc episcopo: cui nescio an parem uiderim: seu uisurus sim: in Vasconiã ductus sub collibus pyreneis æstatem prope cœlestem: multa & domini & comitum iucũditate transegi: ut semp tempus illud memorando suspirem. Inde rediens sub fratre eius Ioanne de Columna Cardinale: multos per annos non quasi sub domino: sed sub patre: Immo ne id quidem: sed cum fratre amatissimo: Immo mecum & propria mea in domo fui. Quo tempe iuuenilis me impulit appetitus: ut & Gallias & Germaniam peragrarem. Et licet aliæ causæ fingerent ut profectiõnem meam meis maioribus approbarem: uera tamen causa erat multa uidedi ardor ac studiũ. In qua pegrinatione Parisius primũ uidi: & delectat⁹ sum inq; rere: quid uerum: quod ue fabulosum de illa urbe narraret. Inde reuersus Romã adij: cui⁹ uidedã desiderio ab infantia ardebam: Et huius familiæ magnanimũ genitorẽ Stephanũ de Colũna: uirũ cui libet antiquorum parem: ita colui atq; ita sibi acceptus fui: ut inter me & quemlibet si

# Epistola Francisci Petrarchæ de studiis suorū successibus

liorum nil diceret interesse. Qui uiri excellentis amor & affectus usq; ad uitæ eius extrê-  
mum: uno erga me semper tenore permanit: & in me nunc etiam uiuit: neq; unq; desinet  
nisi ego ante desiero. Inde etiam reuerfus: cum omniū: sed i patris illius tædiosissimæ ur-  
bis fastidium atq; odium naturalit̃ animo meo insitum ferre non possim: diuerticulū ali-  
quod quasi portum quærens: repperi uallem perexiguam: sed solitariam atq; æœnam  
quæ Clausa dicit: qundecim passuū milib<sup>9</sup> ab Auinione distantem: ubi fortitum rex omni-  
um Sorga oriē. Captus loci dulcedine: libellos meos & meipsum illic trāstuli. Longa erit  
historia si pergam exequi: quid ibi multos ac multos egerim per annos. Hæc est summa q̃  
quicquid fere opusculorū mihi excidit: ibi uel actum uel coeptū uel conceptum est. Quæ  
tam multa fuerunt: ut usq; ad hanc ætatem me exerceant ac fatigent. Fuit enī mihi ut cor-  
pus: sic ingeniū magis pollēs dexteritate q̃ uirib<sup>9</sup>. Itaq; multa mihi facilia cogitatu: quæ  
executione difficilia prætermisi. Hic mihi ipsa locorum facies suggestit: ut Bucolicū car-  
men syluestre op<sup>9</sup> aggredere: & Vitæ solitariæ libros duos ad Philippum semp magnū  
uirum: sed paruum tunc episcopum Caualliceñ. nunc magnum Sabineñ. episcopū Car-  
dinalem: qui mihi iam solus omnium ueterum superstes: non me episcopaliē ut Ambrosiū  
Augustinū: sed fraterne dilexit ac diligit. Illis in montibus uaganti: sexta quadā feria ma-  
ioris hebdomadæ: cogitatio incidit & ualida: ut de Scipione Africano illo primo: cui<sup>9</sup> no-  
men mirum unde a prima mihi ætate charum fuit: poeticum aliqd Heroico carmine scri-  
berem. Quod tunc magno coeptum impetu: uarijs mox distractus curis intermisi: sed sub-  
iecti de nomine Africæ nomen libro dedi: Operi nescio qua uel sua uel mea fortuna dile-  
cto multis anteq; cognito. Illis in locis moram trahenti: dictū mirabile: uno die & ab ur-  
be Roma senat<sup>9</sup>: & de Parisius Cancellarij studij ad me litteræ puenerūt: certatim me il-  
le Romam: ille Parisi<sup>9</sup> ad p̃cipiendā laureā poeticā euocātes. Quib<sup>9</sup> ego iuueniliē gloria  
bund<sup>9</sup>: & me dignū iudicās q̃ me dignū tāti uiri iudicaret: nec meritū meū sed aliorum lir-  
brās testimonia: parumper tamen hæsitauī cui potius aurem darem. Super quo consiliū  
Ioannis de Columna Cardinalis supranominati per litteras expeti. Erat enim adeo uici-  
nus: ut cum sibi fero scripsissem: die altero ante horam tertiam responsū eius acciperem.  
Cuius consiliū secutus: Romanæ urbis auctoritatem omnibus præferendā statui: & de  
approbatione consilij eius: mea duplex ad illum extat epistola. Iui ergo & quū ego mor-  
re iuuenū rerum mearum benignissim<sup>9</sup> iudex essem: erubui tamen de meipso testimoniū  
meum sequi: uel eorum a quibus euocabar: quod proculdubio non fecissent: nisi me di-  
gnum oblato honore iudicassent. Vnde Neapolim primum petere institui: & ueni ad illū  
summū & regem & philosophū Robertum: non regno q̃ litteris clariorem: quem unicum  
regem & scientiæ amicū & uirtutis nostra ætas habuit: ut ipse de me quod sibi uisum  
esset censeret. A quo qualiter uisus: & cui q̃ acceptus fuerim: & ipse nunc miror: & tu si no-  
ueris lector puto mirabere. Audita autem aduentus mei causa: mirum imodum exhilara-  
tus est: & iuuenilē cogitās fiducia: & forsitan cogitās honorē quem peterem sua gloria nō  
uacare: q̃ ego eum solum iudicem idoneum e cunctis mortalib<sup>9</sup> elegissem. Quid multa?  
Post inumeras uerborum collationes uarijs de rebus: ostensamq; sibi Africam illam meā  
qua usq; adeo delectatus est: ut eam sibi inscribi magno pro munere posceret. Quod ne-  
gare nec potui: certe nec uolui. Super eo tandem pro quo ueneram certum mihi deputa-  
uit diem: & a meridie ad uesperā me tenuit. Et quoniam crescente materia: breue tempus  
apparuit: duobus proximis diebus idem fecit. Sic triduo excussa ignorantia mea: die ter-  
tio me dignū laureā iudicauit. Eam mihi Neapoli offerebat: & ut assentiret precibus etiā  
multis urgebat. Vicinior amor Romæ uenerandam tant: regis instantiam: Itaq; inflexibile  
propositum meum cernens: litteras mihi & nuncios ad senatum Romanū dedit: quibus  
de me iudicium suum magno fauore professus est. Quod quidem tunc iudicium regium:  
& multorum & meo imprimis iudicio consonum fuit. Hodie & ipsius & meum & omniū  
idem sentientium iudicium non probo. Plus in eum ualuit amor & ætatis fauor: q̃ ueri  
studium. Veni tamen & quālibet indignus: tanto tamen frātus sis usq; iudicio: summo cū  
gaudio Romanorum qui illi solennitati interesse potuerunt: lauream poeticā adhuc scho-  
lasticus rudis adeptus sum. De quibus etiam & carmine & soluta oratione epistolæ meæ  
sunt. Hæc mihi laurea: sciētia nihil: plurimū uero quæsiuit inuidiæ. Sed hæc quoq; histo-  
ria longior est q̃ poscat hic locus. Inde ergo digressus Parmam ueni: & cum illis de Cor-

G

H

I

K

# Epistola Francisci Petrarchæ de studiõ suorũ successibus

rigia uiris in me liberalissimis atq̃ optimis: sed inter se male concordibus qui tunc urbẽ  
illam tali regimine gubernabant: quale nec ante in memoria hominum habuerat ciui/  
tas illa: nec ætate hac ut auguror habitura est: aliquantulum tempus peregi. Et suscepti  
memor honoris: sollicitusq̃ ne indigno collatus uideretur: cum die quodam in montana  
conscendens forte trans Entiã amnem reginis in finibus: syluam quã Plana dicitur ad/  
fissem: subito loci specie percussus: ad intermissam Africam stilum uerti: & feruore animi q̃  
sopitus uidebat̃ excitato: scripsi aliquantulum die illo. Post continuis diebus quotidie ali/  
quid: donec Parmam rediens & repostam ac tranquillam nactus domũ: quã postea em/  
pta nunc etiam mea est: tanto ardore opus illud: non magno in tempore ad exitum des/  
dixi: ut ipse quoq̃ nũc stupeam. Inde reuersus ad fontem Sorgiã & ad solitudinem trã/  
alpinam redij: cum iam quartum & tricesimũ ætatis annũ post terga relinquerem: diuq̃  
& Parmã & Veronã uersat̃: & ubiq̃: deo gratias: charus habitus: multo amplius q̃ ua/  
lerem. Longum post temp̃ uiri optimi & cui⁹ nescio an e numero dominoꝝ quisq̃ simi/  
lis sua ætate uir fuerit: Immo uero scio q̃ null⁹ Iacobi de Carrharia iunioris famã præco/  
nio beniuolentiã adeptus: nuncijs quoq̃ & litteris usq̃ trans alpes quãdo ibi eram & per  
Italiam ubicunq̃ fui multos per annos tantis precibus fatigatus sum: & in suam sollicita/  
tus amicitia: ut q̃uis de fœlicibus nil sperarem: decreueram tandem ipsum adire & uide/  
re quid sibi hæc magni & ignoti uiri tanta uellet instantia. Itaq̃ sero quidem Patauũ ueni  
ubi ab illo clarissimã memoriã uiro non humane tantum: sed sicut in cœlum fœlices ani/  
mã recipiuntur acceptus sum: tanto cum gaudio tamq̃ inestimabili charitate ac pietate:  
ut quia æquare eam uerbis posse non spero: silentio opprimẽda sit. Inter multa sciens me  
clericalem uitam a puericia tenuisse: ut me non sibi solum: sed etiam patriã artius astrin/  
geret: me canonicum Paduã fieri fecit. Et ad summã si uita sibi longior fuisset: mihi error/  
ris & itinerum omniũ finis erat: Sed heu nihil inter mortales diuturnũ: & si quid dulce se  
obtulerit: amaro mox sine concluditur. Biennio non integro eum mihi & patriã & mun/  
do cum dimisisset deus: abstulit: quo nec ego: nec patria: nec mũdus (non me fallit amor)  
digni eramus. Et licet filius sibi successerit prudentissim⁹ & clarissimus uir: & qui per pat/  
na uestigia me charum semper atq̃ honoratum habuit: Ego tamen illo amisso cum quo  
magis mihi præsertim de ætate conuenerat: redij rursus in gallias stare nescius: Non tam  
desiderio uisa milies reuidendi: q̃ studio more ægrorum loci mutatione tã dijs cõsulendi.

# Septem Psalmi poenitentiales Francisci Petrarchæ

## Francisci Petrarchæ Poetæ Oratorisq; Clarissimi Psalmi Poenitentiales Incipiunt.

**H**eu mihi misero: quia iratum aduersum me constitui redemptorē meū: & legem suam cōtumaciē neglexi. Iter rectum sponte deserui: & per inuia longe lateq; circūactus sū. Aspera qualibet & inaccessa penetraui: & ubiq; labor & angustia. Vnus aut alter ex gregibus brutorū: & inter iustra ferarum habitatio mea. In anxietatib<sup>9</sup> cum uoluptate uersatus sum: & in feritibus cubile meum stravi. Et obdormiui in interitu: & speraui requiem in tormentis. Nunc igitur quid agam: quo me in tantis periculis uertam: spēs adolescentiæ meæ corruerunt omnes. Et factus sum naufrago simillim<sup>9</sup>: qui mercibus amissis nudus enatat iactatus uentis & pelago. Elongatus ego sum a portu: & uiam salutis non apprehēdo sed rapior sinistrorsum. Video tenuiter quidem: sed hinc mihi graui<sup>9</sup> duellum quia irascor mihi met & animæ meæ uim infestus. Irascor peccatis meis: sed ingenti miseriarum mole depressus sum: nec est respirandi locus. Sæpe fugam retentaui & uetustū iugum excutere meditatus sum: sed inhæret ossibus. O si tandem excidat a collo meo: excidet confestim si tu iusseris altissime. O si mihi sic irascar in peccatis meis: ut te diligā uel sero. Sed multum timeo: quia libertas mea manib<sup>9</sup> meis labefacta est. Iuste crucior consensu: labore torqueor dignissimo. Quid mihi procuraui demens catenam meam ipse contexui: & incidi uolens in insidias mortis. Retia mihi disposuit hostis: quacūq; ibam: & pedibus meis laqueos tetendit. Ego autem despexi & incessi securus inter lubrica: & in peccatis mihi blanditus sum. Credidi iuuentutis decus non aberrare: & secutus sum quo me tulit impetus. Et dixi mecum: quid ante medium de extremis cogitas: habet ætas quælibet fines suos. Videt ista de<sup>9</sup> sed irridet: facillimus erit ad ueniam: conuerti poteris cū uoles. Tunc consuetudo pessima suū uendicat mancipium: & inijcit man<sup>9</sup> frustra reluctanti. Quo fugiā non habeo: nam & ego uinctus sum & refugium meum longe est. Moriar in peccatis meis: nisi mihi auxiliū ueniat ex alto. Nō merui fateor: sed tu domine miserere & extende manū tam pereunti. Et memor promissionū tuarum: eripe de faucibus inferni. Gloria patri & filio: & spiritui sancto.

### Psalmus II.

**N**ūocabo quem offēdi: nec timebo: reuocabo quem abieci nec erubescā. Sperni perditam restituiam: audebo rursum ex his tenebris in cœlū oculos attollere. Illic habitat redemptor meus: qui potēs est ab inferis euellere. Ego i me perij: sed in illo uita mihi pmanet & salus in aternū. Ille imperat morti: ille uitam præstat & restiturat: quis prohibet sperare meliora? Auolent qui me terrificant: peccatū grāde meū nimis sed miseratio domini imēsa est. Peccaui infœlix malis peiora accumulās: & mihi met hostis acerrimus. Verius enim uero omnes sordes meas una gutta uel tenuis sacri sanguinis absterget. Attramen unde mihi gemitus: frāge saxum hoc domine & fontes prorumpant ex adamante durissimo. Fontes lypidi scaturiant: & descendant in uolutabrum ubi assidue trux aper immergiē. Et deleantur maculæ uetustæ ut placere tibi possit habitaculū in me dum mihi displicet. Fiat mihi per noctem miseriarū mearum recordatio: & per diem spes salutis appareat. Tempem læta cū tristibus: sed miserationū tuarum nunq; obliuiscar. Ex quantis me malis erueris: & ut animam meam non deserueris in periculis multis. Lugeam poenitēs de cōmissis: ad fœliciora suspirem de meipso metuam semper de te nunq; desperem. Fiat mihi thalam<sup>9</sup> meus purgatoriū meum: & lectulus meus lachrymarum mearum conscius. Et in corpore meo doleā prius q̄ præceps corruam in tartara. Miserere mei domine: miserere & opus tuū ne destituas: liberator meus & spes ultima. Gloria parti & filio.

### Psalmus III.

**M**iserere domine dolorum meorum: satisq; superq; uolutatus sum & i cœno peccatorum meorum marci miser. Et quid restat amplius afflicto: tempus inutiliter abijt utam in consilijs expendi. Mors ante oculos meos adest: & domus nouissima sepulchrum & stridor ac gemitus gehennæ. Q̄d diu me deludit hodiern<sup>9</sup> dies sub expectatione crastini: quando incipiam ad te reuertis. Siste iam fluctus ac pcellas animi illumina: consiliū cordis mei & methā laboribus impone. Qui intellectū dederas ut

## Septem Psalmi

bñ agerē tribue uolūtātē: & in aciū dirige ne exprobratiōe tui muneris cōfundar. Eripe me a seruitio hostis tui & ne insultet ī op<sup>o</sup> manuū tuarū. phibe: qm̄ alter q phibeat nō est.

Libera me de supplicijs æternis: sit mihi pars purgatiōis labor me<sup>o</sup> quo hic p̄ singulos dies exerceor. Reliquū mihi hac uita & ī his mēbris exige: priusq̄ ueniat tēp<sup>o</sup> ægestatis.

Reduc me in uias tuas ante solis occasum: aduersa facit enim & nox est amica prædonibus. Coge ire si uocare parū est: deniq̄ ut libet: modo ne peream. Respice domine miserere: succurre: quoniam tu solus oēs miseras nosti. Gloria patri.

### Psalmus III.

**R**ecordari libet munerum tuorum deus: ut sit mihi confusio ante oculos & rubor ī genis meis. Sic enim forte misereberis: ubi non profum uideris omnium quæ mihi tribuisti largitor optime. Tu mihi cœlum & stellas: quid enim horum indigebas: tu mihi uicissitudines temporum creasti. Tu solem & lunam: tu dies noctesq̄: tu lucem ac tenebras discreuisti. Terram a quis inuoluisti: fecisti fontes & maria: ualles ac planiciem: montes: lacus & flumina. Hæc intus uarijs seminib<sup>9</sup> fœcūdasti: circumquaq̄ multiplici specie decorasti. Herbis uirentib<sup>9</sup> uestisti campos: distinxisti colles floribus & syluas ramorum folijs. Fatigato requiem praparaisti: æstuantī umbras arborū & ad ocium recessus amœnissimos. Sitiēti fontes lucidos: esuriēti baccas omnis generis & refectiōis q̄ multiplici alimenta. Q̄ multiformibus animantibus terras & pelagos implesti: & circumfusos tractus aeris: quis cuncta dinumeret? Hæc omnia pedibus hominis subiecisti: usq̄ ad oblectationes uarias amasti hominem. Nec me min<sup>9</sup>: ideo: quia cum multis: quin & singularia quædam præbuisi mihi. Tu corpus hominis præ cunctis creaturis adornasti: tu membra miris ordinibus collocaisti. Os illi imperiosum ac serenum spiritūq̄ tui capacem: & contemplatorem cœlestiū statuisti. Ad didisti artes innumeras: q̄b<sup>9</sup> uita hæc foret ornatio æternæq̄ uitæ spem dedisti. Ostēdisti uiam qua gradiendum foret: aperuisti aditum in tabernacula tua: monuisti quid cauendum atq̄ unde declinandum sit. Deputasti comitem perpetuum ac ducem: gressus omnes ē specula declinatus es & errores meos obseruasti. Cadentem sustentasti: labentem firmasti: errantem direxisti: prostratum sustulisti: suscitasti mortuū. Miseratus es labores meos totiēs: ubi non misericordia sed odio dignus eram. Et quib<sup>9</sup> meis meritis tam digna: tam grandia gratis & indignus hæc accepi. Pro his omnibus quid tibi retribuerim uides: ueruntamen miserere iterum & succurre quia sine te morior. Ingratitudinum mearum ne reminiscaris amplius: sed saluam fac animam nil iam de proprijs uiribus sperantem. Gloria patri & filio.

### Psalmus V.

**N**octes meæ in mœrore transeunt & terrores agitant: innumeris conscientia concutit infomnem & male mihi est. Somnus meus illusionibus uarijs turbat: nō mihi quietem afferens sed laborem. Signum pestiferi euentus prohibe domine & occurre: quoniam aduentantis mortis est iudicium. Dies meos in amaritudinib<sup>9</sup> exegi: consumpserunt me curæ immortales & animæ meæ litigio exasperatus sum. Corporis mei sarcina defessus ac curuatus ingredior: & terram inuit<sup>9</sup> aspicio. Intus & extra mihi ipsi sum molestus: utrobicq̄ hostes domesticos inueni qui me pessunderūt. Persecutorib<sup>9</sup> alienigenis patuit ingressus: & muroꝝ custodia deuicta est. Et ego somno grauis atq̄ incaut<sup>9</sup> in tenebras noctis oppressus sū. Nulla mihi spes salutis: nullū præsidium aliud: sed ī misericordia tua spabo. Succurre accelera: ser opē & miserere mei. Gloria

### Psalmus VI.

**C**ircumfallarunt me inimici mei: perurgentes me cuspide multiplici. Obtrorpi infœlix & contremui uāhementer: horror mortis superastitit mihi. Non respondi ad orientem: nec unde debueram auxilium expectaui: nec sicut dignum fuerat speraui. Propterea firmamentum cui innixus eram me destituit repente: & ego pronus in terram sum prostratus. Agnoui cadens q̄ debiliter stetissem: prædones insultauerūt corrūenti. Spoliarunt me delitijs multis quas tuis mihi de longinquo: tibi & cruore de formauerunt me. Vulneribus grauissimis confecerunt: semianimē atq̄ nudum reliquerunt ī deserto. Caput & pectus meum trāssixerūt: sed subter præcordia mea debaccharunt sunt acerbius. Illic uulnus situ putruit: illic uitæ meæ metuo: illic domine man<sup>9</sup> tuas

## Septem Psalmi

adhibe uelociter. Viuis enī saluator mi & hæc aspiciēs ex alto: tacuisti & passus es quia ego pmerui. Misereberis fortasse nec patieris in finē: qm̄ tu sol<sup>9</sup> potens es præscribere leges morti. Ipse arcebis carnifices ab interitu meo: quoniā in te spes mea magna est: ipse saluum me facies de manibus impiorum. Gloria patri.

Psalmus

VII.

**C**ogitabā stare dum corruui: uæ mihi quia duriter nimis allisus sum. Quo & unde redactus horresco: dum memini & grauitè contremesco. Sperabam de uiribus meis: & mihi quædam magna p̄miseram. Somnia mihi fingebam & gaudebam: nunc delusus expergiscor cum lachrymis. Securus in periculis fui: lætus ī erūnis medijs portum in tempestatibus putauī. Circumspexi p̄ nebulas: secutus sum trās uersas & tortuosas uiuendi uias: & infœliciter mulcētes. Nosti quoniam tu semper mihi fueras finis: sed ad te per me ipsum uenire credens retrocessi p̄ inextricabiles amfract<sup>9</sup>.

Sentio nunc insidias ubilibet: piget erroris tam longæui: nec propterea subsisto ubi sit requies. Odio mihi sum & ago cuncta cum fastidio: uim patior & aliud non licet.


Nouum propositū mos uetustus opprimit: & cum recta placuerint relabor ad solita.

Quotiens iam oscitās ad uomitum redij: & subinde stomachās dixi: quousq; hoc & q̄s erit finis? Iustum supplicium animi insolentis scio: quid me perdidit nihil eram & supplicium erexi. Agnosco nullam fiduciam homini nisi in deo: & si parum uideo illucescat clarius. Aufer a me domine præsumptiōis spiritū: & humilitatem tribue placentē tibi.

Ne quādo extollar incōsulte: & mihi de me mentiar: sed p̄seuerē in tremore tuo. Līmus & umbra tenues sum: & fumus ante impetum uentorū ita mihi uideor uideri. Ita mihi uidear semper: & in hac opinione permaneam sobrie ac salubriter sub umbra tua.

Quotiens hinc pedem mouero cōcidam: & ludibrium persecutorib<sup>9</sup> meis ero. Scio & expert<sup>9</sup> metuo: operint me iam similis ruina. Et adhuc exurgere nō ualui: sed inenarrabilibus urgeor miserijs. Tamdiu fœdus uersor ī sanguinib<sup>9</sup>: & in luto concupiscētiarum mearum iaceo. Erue me Christe Iesu: & misericorditer sustenta ne corruam sub extremis. Gloria patri.

Expliciūt septem Psalmi pœnitentiales Francisci Petrarchæ.



Capituloꝝ Epitomatīs quorundam uiroꝝ illustrium Francisci Petrarchæ:  
ad inclytum ducem Franciscum de Carrharia: Annotatio.

De Romulo primo Romanorum Rege:	Ca.	I.
De Numa Pompilio secundo Romanoꝝ Rege:	Ca.	II.
De Tullo Hostilio tertio Romanoꝝ Rege:	Ca.	III.
De Anco Marco quarto Romanoꝝ Rege:	Ca.	III.
De Iunio Bruto primo Romanoꝝ cōsule:	Ca.	V.
De Horatio Cocle:	Ca.	VI.
De Lucio Quintio Cincinnato:	Ca.	VII.
De Marco Furio Camillo:	Ca.	VIII.
De Marco Valerio Coruino:	Ca.	IX.
De Tito Manlio Torquato:	Ca.	X.
De Publio Decio:	Ca.	XI.
De Lucio Papyrio Cursore:	Ca.	XII.
De Marco Curio Dentato:	Ca.	XIII.
De Fabritio Lucio:	Ca.	XIII.

Eiusdem Frāncisci Petrarchæ Poetæ Oratorisq; Clarissimi: quorū  
dam uiroꝝ Illustriū: ad inclytū dominū Insignis gloriæ Franciscum  
de Carrharia: Patauinū ducem: Epitoma Incipit.

De Romulo primo Romanoꝝ Rege: Ca. I.

**H**ic adolescēs materno auo in regnū Albanū restituto: ipse sibi Palatino ī mō  
te urbem cōdidit suoq; de noīe Romam dixit primuq; ibi regnauit: Assum  
ptoq; habitu regio: maiestatē sibi centū patribus electis in consiliū reipubli  
cæ: apertuq; asylo: paruæ urbi ciuium multitudinē procurauit. Rebus be  
ne coeptis perpetuitas deesse uidebatur: q; uirilī tantū sexus non nisi unū po  
puli ætatem pponderet. Petita igitur a finitimis nuptiæ: quibus admodū negatis: occulta  
to interim dolore: simulati tandem ludi equestres: Inuitati ad spectaculū pxiimi. His & lu  
dorum & uidendæ nouæ urbis desiderio: ad statutū diem cōcurrentibus: ligno inter ludos  
dato: raptæ ygines ī matrimoniū abductæ. Hic bella undiq; hic belloꝝ ordo: Victi primū  
Cenimenses: Rexq; illoꝝ casus a Romulo: Regis spolia templo Iouis illata: ad idipsū insti  
tutū: quod primo temploꝝ omnīū Romæ fuit. Victi dehinc Anthennates: captūq; oppidū:  
uicti Crustumij: Victi demū & Sabini bello graui & ancipiti: Sed raptarum interuētū & la  
chrymis cōciliati generis focerit: inq; urbem recepti Tarpeij sedem montis acceperūt: Et cō  
municato regno ac noīe duplicata urbs: Victi ad ultimū Videnates & Vehientes. His pa  
ctis Romulus cum annis septem & triginta regnasset: & in fine semper bellicis curis inten  
tus: ad Capreæ paludem in campis exercitum recenseret: subita solis eclipsis horribilīq; tē  
pestas auribus atq; oculis stupefactis: exercitui conspectum sui regis abstulerunt.

De Numa Pompilio secūdo Romanoꝝ Rege: Ca. II.

**H**ic secundus Romæ regnauit: In Sabinis ortus & fama iusticiæ atq; eximie sapien  
tiæ: peregrinus ad regnū uenit magno patꝝ ac populi consensu. Hic quasi aspectū  
corpis habitū animi sequeret: a prima ætate canus fuit: uir cōsultissimus: trāquil  
litate ingenita paci studens: bellis abstinens: sacris deditus: templū Iani erexit pacis ac belli  
signū: Qd pace clausum bello esset apertum. Id cum primum ipse clausisset: raro deinceps a  
posteris claudēdū: Totū animū ad religionem qualis illoꝝ tempoꝝ esse poterat: & ad iusti  
ciam & ad quietē publicā cōuertens: primas Romæ leges sanxit. Annū ī mēses duodecim:  
primis duobus additis diuisit Pōtifices: sacerdotēs: uirginesq; uestales: aras ac sacra consti  
tuit: quæcunq; ageret se diuino monitu alloquioq; edoctum dicens: & cōmento fides habi  
ta: Sic inuiolata pace: summo ciuiū amore: summa reuerētia uicināꝝ gentiū: annis tribus  
& quadraginta in regno actis tranquillum quiete uitæ finem habuit.

De Tullo Hostilio tertio Romanoꝝ Rege: Ca. III.

**T**ertius iste regum fuit: secundo dissimillim⁹: fortior primo: ueꝝ bella quoq; prim⁹  
impetu quodā & feruore animi gesserat. Hic bellicis artibus & ratione uirtuti ad  
dita gessit: dictus hinc artifex militiæ: Primū ei cum Albanis bellum fuit: cognata

gente: ac ab eisdem orta primordijs: quod miro quidem ac pene incruento Marte transactū est. Trigeminis hinc illinc utriusq; reipublicæ fratribus facta subeuntibus: quorū euentus: uictoria & imperiū Romanis: proximum cū Fidenatibus & Vehētibus bellū gessit. In quo etiam uictor: proditorem Mecium dictatorem Albanum qui auxiliator euocatus ex fœdere spectator euaserat: quadrigis i diuersum actis: acri potius q̄ iusto iudicio discerpi iusserit: Albam dirui: populūq; Romā transuehi: & in Cælio monte considere: ubi & ipse sibi regiam sedem elegit. Deinde aut̄ cum Sabinis pugnans: his qui in patrijs finibus substitute- rant: atroci prælio uictor fuit. Ad extremū cum in regno duos ac triginta annos exegisset: uniuersa cum domo sua fulmine ictus interijt.

De Anco Marco quarto Romanorū Rege: Ca. III.

A

**Q**uartum hic Romanis in regibus locum tenet Numæ nepos ex filia: moderato ex priorū moribus animo: nec belli metuēs: nec pacis impatiens: quem cum finitimi auo per similem: hoc est non bellatorē: sed sacrificū rati spernerent: ipse re animadu- r̄sa: comissaq; alijs sacrorū cura: toto animo in bellum uersus: plurima cum latinis præ- lia prosperis gessit euentibus: quorū tandem potentia uario Marte p̄domita: multisq; oppi- dis expugnatis: multis hostium milibus captis & in urbe traductis: Aduētino illos in mon- te constituit. Quem (cum turbæ nouorū ciuium esset angustus) necesse habuit laxare: adeo spatio omni qd̄ Aduentinū & Palatinū colles interiacet: Ianiculū quoq; trans Tyberim: urbi additū muro cinxit fossaq; p̄maxima quā Ianiculum ipsū amplexus urbi iungeret: & primū omniū pontem sublitium fecit. Salinæ insuper ab hoc ipso rege factæ: usq; ad no- stram atatem urbi utiles: factūq; Feretrj Iouis templum: prolatati fines: sylua mæsia præ- repta Vehētibus: Extructusq; carcer primus: reis ipsa cum urbe crescentibus: Inq; ipso ma- ris fluminisq; cōfinio: Hostia urbs fundata quodam quasi prælagio magnitudinis: ut (qd̄ ait Florus) totius mundi opes & comeatus illo ueluti maritimo urbis reciperētur hospitio: Obijt quattuor & uiginti annis actis in regno.

B

De Iunio Bruto primo Romanorū consule: Ca. V.

A

**H**ic fundador libertatis: uindex pudicitia ob illatū Lucretia insigni scēmiæ per uim stuprum: a Sexto Tarquino Romanorū regis filio: cum ipsa quidem imtempātia ac dolore facinoris corā suis quæsta sese p̄pria pemisset manu: ceteris i lachrymas & querelas uersis: indignitate rei regū perodio accensus: q̄q; regia sorore progenitus: inge- nioq; & aīo (quē metu tyrānidis p̄pter iterfectū a rege fratrē suū diu celauerat) patefacto: principē se publicæ ultionis exhibuit: magnūq; op<sup>o</sup> sed fauēte iusticia ac populo aggressus: Tarquinū supbum suosq; oēs Roma expulit: Quo merito prim<sup>o</sup> cōsul: nobilissimos adol- lescentulos filios: q; cōsiliū reducendorū: in urbe regum participes fuissent: seruiliter uirgis car- sos: securi p̄cuti occidit iussit: ac maiore patria q; sanguinis pietate tristi spectaculo fauer- rus pater interfuit. Cumq; rex exul obstructū sibi fraudis iter ad reditū intelligēs: ad aptā uim atq; hetruscorū cōsugisset auxilia: & his frat<sup>o</sup> magno exercitu in Romanos fines irrū- peret: profectūq; obuīa Brutū armis: filius regis cōsularibus fulgētē insignib<sup>o</sup> cōspexisset: acerrimo dolore prærepti regni memoria excitus atq; ipulsus: equo calcaribus adacto rur- tit in consule: qd̄ ille aduertens: nō minori animo in hostem ferē tatoq; impetu & tam nullā sui ipsius p̄tegendī: sed sola hostis feriēdi cogitatione cōcursum est: ut alternis cōfixi: hostes ambo pariter cōsternerent: supq; occisum sua manu Aruntem: Brutus ipse mutuo uulnere expiraret: ut Flori utar ybo: quasi cōsul aduiter: (ut ille ait) seu uerius adulteri fratrē: reg- no pulsum uita pelleret & ad inferos sequerēt: Fun<sup>o</sup> consuli præclarum rebus omnibus fa- ctum: sed nulla re magis q; eum matronæ cōes ut parentē anno integro luxerunt.

B

De Horatio Code: Ca. VI.

**D**e hoc uiro nil aliud occurrit nunc: nisi illa mirabilis & uix credibilis pugna: de- sensusq; pons sublit<sup>o</sup>: p̄ hūc uirū cōtra oēs exercitū hetruscorū: donec a tergo fract<sup>o</sup> p̄s præclususq; hostib<sup>o</sup> adit<sup>o</sup>: idignāte rege ac stupēte exercitu: q; uir un<sup>o</sup>: isq; mo- nocul<sup>o</sup>: ut qui iā alio in prælio alterū oculū amisisset: tm̄ cōtra tot armata hoīm milia ausus fuisset: fracto ponte ipso: ut erat armat<sup>o</sup>: ex alto i Tyberim se piccit: ad suos sospesq; enauit: nisi q; in casu ipso (ut quidā tradidere) sagitta femur traiectus claudus euasit. Qd̄ cū sibi post tempus: ut (phibent) in petitione honoris obiectū esset ut uitiū: Magnifica prorsus & factō par r̄sio: Per singulos inquit gradus admoneor triūphi mei. Huic tātā uirtuti nō in- grata ciuitas fuit: statua illi in Comicio posita: & de publico donat<sup>o</sup> ager terræ quantū uno

die circumducto aratro posset amplecti: sic honore simul & cōmodo auctus in præsens: At in posterum: rei fama miratores repertura q̄ credulos.

De Lucio Quintio Cincinnato: Ca. VII.

**H**ic origine nobilis Patricia de gente: & filiorum fortium uirorum turba ornat<sup>9</sup>: in/tegerimus ac fortissimus uir fuit. Sed cum unus ex filijs accusatus graui summa pecuniæ condemnatus est: Quintius ut soluendo filium liberaret: rebus suis fere distractis ad inopiam redactus: relicta urbe trās Tyberim habitauit: ruralem ac modicam uitam agēs: Quo tempore equorum in cursu peruastatis agris: & legatis Romanorum ad quærendum de iniurijs insolentia duce hostium cōtemptis: cum ad ultionem alter consulū missus ad Algidum obsideretur cum exercitu: nec in altero sat uirium esset ad collegam liberandum: attonita ac turbata urbe: ad extrema remedia recursum est: summi omniū magi/stratus: cōsensuq; omniū ciuium: Quintius Cincinnatus dictator factus: atq; in agro sol<sup>9</sup>: incertum cui: sed profecto rustico inhians operi: inuentus: audito patriæ statu & honorē & laborem pium: prono atq; offensarum immemori animo profectusq; confestim transmissio amne: exceptus a filijs ac senatu & ingenti populi cōcursu: q̄q; populo mox austeritate su/ spectior: dicto magistro equitum Lucio Tarquinio itidem: nobilissimo ac fortissimo uiro: pariterq; inopi: & collecto exercitu: omnibus ultra nomina dantibus: spe certa sub tali du/ ce uincendi: disposito rerum statu: die proximo sub nocturne Roma egressus: alacritate mi/ rabili: mediaq; ad hostem nocte perueniens: & consulem & exercitum obsidione liberauit: & duces & legiones hostium magno prælio uictos: ut agri ritus in castra transferebat: pri/ mus omniū sub iugum quasi totidem misit: direptis castris & præda inter eos milites diui/ sa: receptisq; oppidis quæ ab hostibus tenebatur. Hisq; omnibus inextimabili celeritate cō/ fecit: Romam uidiens militaribus insignibus & ducibus hostium ante currū actis: prose/ quente exercitu uictore: præda onusto solenniter triūphauit: & mox dictaturā quā semestrē acceperat: quia non iam amplius reipublicæ necessariam uidebat: die sextodecimo depo/ fuit: & ad agrum suum redijt: dux præclarus ac insignis agricola. Idem post octogesimum uitæ annum: cum Spurius Melius profusis largitionibus ad regnū respiraret: neq; cōsules q̄uis clari uiri & fortes: auderent se pro libertate publica tantis motibus opponere: multū licet excusata ætate: tandem consensu ciuiū coactus asserentiū plus in illo sene q̄ in omni/ bus alijs uel iuuenibus uel senibus esse opis atq; consilij: dictatorq; iterum factus & Meliū oppræssit: & ruinæ proximam sustinuit libertatem.

De Marco Furio Camillo: Ca. VIII.

**H**ic feruenti Romanorū ac Vehiorum bello tetrribunus militum consulari potestate propter discordiam quæ tunc domi militiæq; ingens fuit: prohibitus qui uir esset ostendere: ad extremum crescentibus indies & domesticis & externis malis: terro/ re publico dictator dictus ad inimicæ urbis obsidionem tanta omnium profectus fiducia ut cum impatore immutata fortuna reipublicæ uideretur: Capēnates imprimis ac Phaliscos qui cum hostibus coniurauerant: Nepetinis in finibus uicit obutos prælio. Hinc ad il/ lam quam dico longam obsidionem ac difficilem perueniens: mira constātia ac uirtute an/ no tandem decimo Vehios cœpit: qui dies multa hostium cæde trāsactus est: donec a dicta/ tore esset æditum: ut inermibus parceretur: Quibus captis in prædam uersi omnes: cui nul/ lius ad eam diem hostis præda par fuerat. Hinc uictoriæ Romæ gaudium ingens: & quadri/ dui supplicatione quantæ nunq; antea dictator insolito honore triumphauit: & supra hu/ manum habitum Capitolium ascēdit: currum aureum equis quattuor unico candore tra/ hentibus. Ipse quidem persolutis uotis deposuit dictaturam: uir armis & animi moderati/ one clarissimus. Sed nulla claritas uacat inuidia: alienati a Camillo plæbis animi: quærē/ tibus passim ciuib<sup>9</sup>: hostilem prædam in uoto disperfam & Tribunis plæbem de more tur/ bantib<sup>9</sup>: pendente tamen inuidia quarto Tribunus militum factus est: cōmissumq; illi bel/ lum Phaliscum: hinc exortum q; cum Vehientib<sup>9</sup> Phalisci coniurassent: quos cum prælio uicisset. & directis castris hostilibus: prædam oēm ad questores publicos reieciisset: magisq; alienauit sibi aios militū p uirtutē uiri rigidū simul oderant & stupebant. Inde cū obsidio præualidæ ac minutæ urbis nihilo breuior fortuna uideret q̄ Vehientium ducis fuisset ytus ac fortuna incurrente honestissimæq; uictoriæ uiam fecit: Magistro nobiliū puerorū quorū patres primi erant in populo: qui p speciem solaciij illos in castra Romana & ad tentorium ducis adduxerat: uincto nudoq; illis tradito & uirgis adhibitis quibus agerēt. Cui<sup>9</sup> admi/

ratione uirtutis: fracti animi: urbs dedita: Ipse summa cū gloria sine triumpho tamen (quia res sine armis acta erat) Romam rediit. Nec tum quidem uiri gloria & res gestæ inuidiam oppræssere: Accusatus a Tribuno plæbis Apuleio: Intercurrēte per eos dies adolescētis morte filij. Hinc publico: hinc priuato affectus incōmodo: in exilium abiit. Sed paratur egre-  
**C**gio uiro laus: non ex prosperis modo sed aduersis patriæ rebus. Cum itaq; per id tempus Gallorum primo: postea Germanorum populi: nouissimiq; omnium Senones galli: frugū omnes uiniq; dulcedine (quæ adhuc eos hic detinet in Italia) irruentes: infinito cum exercitu fudissent bello: Hetruscos ea tempestate magnam partem Italiæ possidentes. Deinde Apœninum transgressi Clusiumq; aggressi: dehinc Romam: exercitum Romanum apud Aliā fluuium prælio fudissent: unoq; impetu in defensam urbē cœpissent atq; incendissent: senatu impie trucidato & flammis hostilibus intactum: solum saxum Capitolij remansisset necessitate ultima: Camillus absens iterum dictus dictator: recollectit laceras Romani exercitus reliquias: & turpi redemptione turbata: in ipsa primum urbe: mox extra urbē cū hostibus fortiter foeliciterq; pugnavit. Quo in prælio nec fuga captiuitas: sed sola hostium strages fuit: nec nuncio tantæ cædis superstitē: Victor Camill<sup>9</sup> & secunda Romanæ urbis dictus æditor: seruata in patriam insigni rediit triūpho. Multa præterea bella gessit: multas uictorias: multos honores: multos habuit triūphos q̄s breuitas ipsa nō capit.

De Marco Valerio Coruino: Ca. IX.

**A**  
**H**ic adolescens bello Gallico quod in agro Pōtino gestum est: duce Lucio Furio Camillo: magni Camilli filio: Gallo quodam insueta mole corporis & armorū specie metuendo: Romanorum aliquem prouocante: cum permissu sui ducis singulare certamē inijisset: In medio duorum exercitū: subito ei coruus ī galea stetit. Ira ut quotiens Valerius gladio atq; umbone: totiens coruus in faciem hostis impetum rostro & unguibus faceret: donec undiq; tremefactum Roman<sup>9</sup> Gallū humi sterneret mactaretq;: hinc exortum corui nomen. Mox eidem tres & uiginti annos nato: Consulatus primus ante tēpus uirtute uiri & populi gratia dispensante obtigit. Dehinc anno uno nec amplius interiecto Consul iterum Volscos ad Satricum prælio uicit: oppidum euertit: prædam omnem inter milites partitur. Inde quattuor milibus deditorum ante curram actis triumphauit: Quarto post anno Cōsul tertio: sub initium belli Sannitici positus ad Gaurum montē castris: primus Romanorū: ducum cum nouis hostibus bello cōfluxit asperrimo: sic ut Romani faterentur: nunq̄ se cum duriori hoste certasse. Et Sannites a suis interrogati: quid ita: cū tam diu fortiter pugnassent: subito in fugam uersi essent: Responderunt: Visos sibi ardere oculos Romanorum: hinc se territos terga uertisse. Alia cum eisdem Sannitibus ad Saeculam pugna Valerij & uictoria ingēs fuit. Capta hostium castra ac direpta: & præda omnis data militibus & in castris & in acie cædes magna: deniq; tanta hostium trepidatio fuit: ut quis non tantus esset numerus caesorum: ad quadraginta tamen milia scutorum ad consulem referrentur: & centum septuaginta signa militaria: Cui<sup>9</sup> fama uictoriæ: non uicinos modo populos terruit: sed maria quoq; transiuit. Igitur & ab ipsa Carthagine: unde mox tanti motus instabant: legati Romam gratulatum missi: coronam auream attulere. Valerius uictor bis: semel de Sannitibus triumphauit: Nec multo post grauissima illa militū seditione: qui aduersus patriam arma conuerterent: dictator Valerius motum omnem sapientia sua & notissima militum erga se pietate ac familiaritate compescuit: quia nulli ducū cessisse eum constat. Post hoc Ausonibus bella mouentibus: Valerius quarto consul hostes fregit: de illis triumphauit. Consul quinto susceptus: Manlio Torquato & in Hetruriā profectus: hostes morte consulis elatos: & deos ipsos pro se bellum gessisse iactantes: solo sui aduentus sic terrore compescuit: ut quis omnia circum ferro atq; igne uastaret: Illi tamen ut obsessi obstinata damnoꝝ patiētia: mœnibus se tenuerūt. Vixit integris corporis ac animi uiribus: & reipublicæ & reifamiliaris muneribus implendis idoneus: usq; post cētessimū ætatis annum.

De Tito Manlio Torquato: Ca. X.

**A**  
**H**ic a patre Lucio Manlio imperioso uiro: asperioris ingenij: propter linguæ tarditatem ex urbe quodāmodo relegatus: & rure iussus habitare. Cū audisset patrem a Tribuno plæbis Pomponio accusatū: eiꝝ inter cætera crimini datam malam filij tractationem: memor nō iniuriæ sed pietatis: diluculo ad Tribunal uenit: opinātem illum aliquid cōsilij noui afferre ad criminationē: male de se meriti patris: hac spe submotis

aſtantibus: ſolus admiſſus: ſtricto raptū ſupra tribuni caput gladio: tremebundū in re ſubi-  
 ta & ferri acie micantis: impetuoſi adoleſcētis uiribus ferociaq; perterritū: Iurare compulſit  
 ſe ab accuſatione deſiturum: Ita durum patrem: pius filius liberauit. Idem mox cū Gallorū  
 exercit⁹ ſuper ripas Anienis caſtra poſuiſſet: Romaniq; obuiam exiſſent: & Gallus magni-  
 tudine inſolita ponte occupato: prouocaret ad prælium ſi quis eſſet uir fortis Romanoꝝ:  
 Hæſitantibus alijs: dictatorem ſuum adijt: & obtenta pugnandi extra ordinem licentia: ho-  
 ſtem exultantē more gentis: & armis aureis gloriantem: fortis ipſe magis q̄ ornatus miles:  
 & utilibus magis q̄ fulgentibus armis inſtructus: repetito uulnere confixū ſtrauit. Cui exa-  
 nimi nihil amplius intulit ludibrij: ſed torquem unum aureum dumtaxat illi ereptum: col-  
 lo ſuo ut erat cruetus aptauit. Hinc militari ſuorum gaudio ac fauore: ortum Torquati nō-  
 mē: coronam præter hoc auream dictator illi dono dedit ob inſigne uirtutis: Tantū deniq;  
 momenti in hoc duello fuit: ut nocte proxima clam Gallorum exercitus abſcederet. Vir hic  
 magnus imprimis: ut ait Cicero: & qui p̄indulgens in patrem: Idem acerbe ſeuer⁹ in filiū:  
 quem q; contra conſulis edictum prouocatus cum hoſte pugnaſſet: q̄uis uictorem iuſſit in-  
 terfici: bello Latino quod ei⁹ tertio cōſolatu ad Veſerim geſtum eſt: quo fuſi caſiq; adeo La-  
 tini fuerunt: ut uix pars quarta ſuperfuerit: ubi ea conſulis uirtus fuit: ut conſtet quacūq;  
 in parte dux fuiſſet: eo inclinatura fuiſſet uictoria. His peractis: cum poſt dies paucos Lati-  
 ni ſtultis conſilijs inſtigati in aciem redijtſſent: idem conſul ad Triphanum illis obui⁹: tanta  
 hoſtes ſtrage deleuit: ut latini omnes & Campani extemplo ſecuti ſeſe dederunt. Ipſe gemina  
 clarus uictoria domum redijt: patribus charus: Iuuentuti autem & tunc & ſemper inuiſus:  
 Et ſiue hæc ſiue alia eſt cauſa: has uictorias uiri lego: triumphum non inuenio. Quarto de-  
 mum cōſul: cum Hetruſcum ſimul & Gallicū bellum inijtſſet: & forte cum alijs equeſtri ex-  
 ercicio experiret: curſu præcipiti prolapſus: poſt triduum expirauit. Ita ſæpe uirorum illu-  
 ſtrium caſus finit.

De Publio Decio:

Ca. XI.

**H**ic bello Sannitico tribunus militum: exercitum Romanum in anguſtias coactum  
 & ab hoſtibus circumſeptum: ſua uirtute liberauit: Petito enim a conſule modico  
 præſidio electorum militum: in uicinum collem caſtris hoſtium impendentem: ta-  
 citus & improuiſus aſcendit: percuſiſſis hoſtibus nouitate rei: occaſionem conſuli dedit ex  
 iniquis locis euadendi. Quo facto: ipſe præſentiſſimo trepidis in reb⁹ animo: nocte media  
 ſuos pro tempore magnifice adhortat⁹: & quali iter aliud nō eſſet p̄ media hoſtium caſtra  
 penetrauit: ac multis uigilum quos armorum fragor excitauerat trucidatis: ad caſtra cōſu-  
 lis peruenit incolumis Nec ingreſſus: cum iam in tuto eſſent: ſubſtitit donec illuceſceret: ne  
 tantam tegeter nox atra uirtutē: luce prima ingreſſus: & inextimabili ſuorum gaudio exce-  
 ptus. Conſuli uiri meritas laudes inchoanti auct⁹ fuit: aliud potius agēdi & nocturno pa-  
 uore territas legiones Sanniticum inuadendi: quo conſilio fratrus conſul: ad hoſtes ſecutus:  
 Decium deuolauit fuſiſq; illis inopino impetu caſtris. Inſuper captis atq; direptis ac trigin-  
 ta milia hoſtium qui in caſtra confugerant occiſis: in ſua caſtra reuerſus: corona aurea De-  
 cium donat: omniq; genere laudum ac honore benemeritum tam conſul q̄ exercitus omnis  
 accumulans. Hic Decio non urbanus ſed caſtrenſis (ut ſic dixerim) triumphus. Itaq; Va-  
 lerium Coruum & Cornelium Coſſum ſimul de Sannitibus triumphantes proſecutus: nō  
 minore uiſus eſt hominum fauore q̄ conſules. Quarto poſt anno cōſul Decius cum Man-  
 lio Torquato acerrimo Latinorum bello iterfuit: cum ad Veſerim caſtra firmarent: fertur  
 utriq; conſulum aduerſam imago in ſomnis anguſtior humana admonens altera ex parte  
 ducem: exercitum ex altera terræ & dijs manibus deberi: proinde cuius partis imperator &  
 ſeiſpum ſimul & legiones hoſtium deuoueret: Ipſum quidem periturum: cæterum partis ex-  
 ercitus uictorem haud dubie euaturum. His uiſis inter ſe collatis & reſponſo confirmatis  
 haruſpicum: cōſules legatis & tribunis militum ad conſilium uocatis: ne rerum inſcijs ino-  
 pinis turbarentur euentibus: deorum monitis exponunt: atq; ita decernunt: ut cuius acies  
 uinci cœpiſſet: eius dux ad uoluntariam mortem iret: ſic enim unius mortem uitæ & ſaluti  
 omnium fore. Hoc quod dico: omnes aſſerunt: ſed hiſtorici: Apud Ciceronem uero non hoc  
 deorum imperio: ſed ducum cōſilio geſtum legimus: & quorum ducum: plus proſecto rem-  
 publicam q̄ ſeiſpos amantium: atq; ultro animas ſuas pro patriæ ſuæ gloria ac deſenſione  
 donatium. Cogitarunt enim ſi iniecta ſuis ſpe uictoriæ: dux deuotus morti in aciem hoſtiū  
 irruiſſet: exercitum ſecuturum. Atq; ita accidit: ſiquidem cum in prælium uentū eſſet: diuq;

acriter utrinque certatum: læuo tandem cornu quod Decius agebat ferre impetum non ualente: Decius per pontificem solennibus urbis dictis missoque ad collegam: qui se quod inter eos conuenerat peregrisse nunciaret: sese dijs manibus ac telluri: secumque & legiones hostium deuouit & succinctus habitu Gabino equoque insidens: armatos in confertissimos hostes ruit: & quasi a suis in illos omnem pauorem atque omne secum periculum transtulisset: sic ardentem secuti que sui pleni spei: territi que hostes horrore mirabili: cum aliquamdiu tunc etiam restitisset: sic ad ultimum cæsi sunt: ut uix quarta pars prælio superesset. Ipse Decius super hostes in medios cursu inuectus & confixus telis innumeris: nouo & insolito genere mortis occubuit. Sic non equis aut curribus: sed tribunus uirtute impigra: Consul non morte mirifica triumphauit: Quæ quidem mors (quod Cicero idem ait alibi) ita gloriosa fuit: ut eandem concupisceret & filius: Ipseque Publius Decius & morte & nomine patri par superior & factis & gloria.

## De Lucio Papyrio Curse: Ca. XII.

**H**ic ducum sauerissimus uahementisque uir imperij: atque imprimis malleus Sannitarum fuit: quorum iste duriciem: & post eum filius eiusdem nominis magnis fregit insultibus. Aduersus hos igitur dictator primum dictus: Quintum Fabium Maximum Rutilanum nobilissimum & præclare indolis adolescentem magistrumque equitum dixit: que se in urbe reuerso ad auspicia repetenda aduersus edictum sum occasione bene gerendæ rei usus: & prudenter licet & fortiter ac foeliciter cum hoste pugnasset: securi uictorem uoluit ferire: & fecisset nisi legatorum consilio: ac instans metu seditionis magnopere dissuadetium: nec tumultuatum nimis legionum: nec auctoritati senatus: nec precibus patris ac lachrymis: nec tribunitio cessisset auxilio: cessit precibus populi: Iuuenem Rutilanum non superbia sed errore lapsum sibi donari flagitantis: quæ saueritas sic totius exercitus animos a dictatore auertit: ut proximo cum Sannitibus prælio: hostis debellari potuerit: nisi milites duci suo gloria inuidentes: uincere nolissent. Quod ubi dux prudentissimus intellexit: per seipsum uulneratos: uisitando: consolando curamque legatis singulorum Tribunisque ac præfectis committendo: reconciliandis placandisque militum animis: tam efficaciter instituit: ut sequenti prælio sic Sannites funderet: & in acie cæsis hostibus: & uastatis late finibus: ut non amplius contra ipsum dictatorem ausi arma retemptare: pacem cum Romanis & ad hoc dictatoris interuentionem ac misericordiam implorarēt. Ipse legatis hostium prosequentibus Romam rediens de Sannitibus triumphauit. Cumque dictaturam deposuisset: Illi (quasi non potentiam populi Romani: sed illius uiri uirtutem solam metuentes) ilico rebellauerunt: Ita ut non multo post: memorabilem ac famosam illam ignominiam ad Caudum Romanis infligerent: utroque consule & legionibus exarmatis cum singulis uestimentis sub iugum missis. Cuius ad iniuriæ ultionem Papyrius idem Cursor: & Publius Philo simul consules ad Luceriam coniunctis exercitibus: Sannites usque ad satietatem nullo discrimine conditionis aut ætatis urgente ira & recenti acceptæ cladis memoria protriuerunt. Ipse Papyrius digressu collega Luceriam fame uicit: & septem milia militum Pontiumque imperatorem Sannitum qui Caudinam in Romanos infamiam fuerat auctor exarmatos: cum itidem uestimentis sub iugum misit: recepta quoque ibi arma & signa quæ ad Caudum amissa erant: recepti & sexcenti equites Romani: qui tunc obsides Sannitibus dati erant: atque in illa urbe repositi: quod maximæ uictoriæ gaudium auxit. His atque alijs in consularu actis: de Sannitibus iterum triumphauit. Post dictator iterum: in cultis ac fortibus fictus ipse militibus: cum eisdem qui armis aureis & argenteis fulgentibus ac uestibus syricijs & omni exquisito ornatu compari in bella redierant: magno prælio conflixit: fregitque eos & castra eorum cepit atque incendit: & de his tertio triumphauit.

## De Marco Curio Dentato: Ca. XIII.

**H**ic fortissimus & continentissimus ducum & paupertatis amator & uirtutis: Cuius ab obseruantia & recto uitæ calle: nec metu nec cupiditate aliqua flecti posset. Sannites quiescere non ualentes: magna consul strage deleuit: & Sabinos rebellantes uicit utroque in dedicationem accepit. Eiusque uictoriæ tantus impetus fuit: ut non modo Sabinam: sed usque ad mare Hadriaticum ferro omnia flammisque uastaret: tanta rerum atque hominum præda: ut eam animo uictor ipse uix caperet: quibus rebus bis inera unius anni spatium de duabus potentissimis gentibus triumphauit. Huic ad focum sedendi & frugalissime coenanti: Sannites forte ut eum a quo ferro uicti erant auro uincerent: magnam auri pon-

dus attulerunt: orantes ne id publicum gentis suæ munus recusaret: eoq; quod libenter of-  
 ferebatur æquanimiter uti uellet. Risit ille: & ite ait: Chæ: uobis: mihi superuacuum metallum  
 in patriam reportate: Neq; enim aurum habere magni extimo: sed aurum habentibus im-  
 perare. Lucanos quoq; perdomuit & de illis in urbem ouans redijt. Idem contra Tarentu-  
 nos ac Pyrrhum qui auxilio illis aduenerat magnifice feliciterq; pugnauit: & nobilissimum  
 Græciæ regem: bis Italia uictum expulit: ac de illo etiam triumphauit. Intercepta publicæ  
 pecuniæ reus factus: uasculum ligneum quo sacris utebatur (nondum enim usq; ad aras  
 deorum auaricia hominum peruenerat) cum in medium perduxisset: Iurauit ex omni præ-  
 da hostium: quæ ex Sabinis (ut diximus) & præsertim ex regia uictoria ingens fuit: suam  
 in domum nil se aliud intulisse.

## De Fabritio Lucio:

## Ca. XIII.

**H**ic cum uirtute & frugalitate par Curio: rebus gestis inferior: uulgari autem fama  
 nescio quomodo non par modo: sed superior inuenitur. Sic omnibus ditissima ui-  
 ri paupertas accepta est: propter quam paruq; potestem Fabritium Maro ait. Hic  
 & Curij coætaneus & laudum eius atq; operum censor fuit: & ipse contra Sannites cōtraq;  
 Pyrrhum bella gessit: contra opulentissimum populum ac regem <sup>cuius</sup> ipse pauperrimus. A ciuis  
 Hic Censor Cornelium Rufinum qui dictator & bis consul fuerat: & utrobiq; bene lauda-  
 biliterq; se gesserat: senatu amouit: hanc unicum ob causam: qd decem pondo laborati argē-  
 ti habere esset inuētus: quanta temporum talis uiri mutatio: iudicio intolerandum superbiæ  
 ac luxuriæ datum esse: quod mox omnes in eadē urbe importunæ tribuerent ægestati. Hūc  
 eundem consulem cum Pyrrho cominus bellantem: quidam regius minister noctu clam  
 adijt: pollicitus se ueneno regem interempturum: ut quam sibi peragēdæ rei facultas es-  
 set ostendens: & præmium exposcens tanti muneris: eum Fabritium captum cum indicio  
 (quous alij aliter rem narrent) ad Pyrrhum remisit: idq; ei in factum: ut ait Cicero: lauda-  
 tum a senatu est. Ad quem regem Fabritius legatus aliquādo missus a patribus: atq; ab eo  
 de patria deserenda promissis ingentibus oblata: etiā regni parte temptatus: preces & sug-  
 gestus regis alto animo despexit. Quibus nanq; pollicitis moueretur: qui nō modo præ-  
 cium impietatis (qua non uacant patriæ desertores) sed contractæ munus amicitia: æs: ar-  
 gentum: seruos ultro a Sannitib<sup>9</sup> transmissos libera uoce & immota frōte respueret: Neq;  
 enim aut pecunia ut ditior esset: aut seruis ut comitator indigebat: qui uirtutum incompa-  
 rabili thesauro ac pulcherrimo comitatu semp afflueret: sic ut nulli regum suas opes suāq;  
 familiam inuideret. Quod autē qui contigerit: Ille demū uniformis & constans sibi: unoq;  
 semper uultu & animo tranquillo placidam uitam degit: quam turbidam & mutantem in-  
 certamq; propositi: quid aliud q̄ cupiditas inexpleta & inquieta facit æmulatio. His atq;  
 alijs motus dixisse fertur Pyrrhus: Facilius solem a suo cursu q̄ Fabritium intētionē diuer-  
 tere.

Cum ad hoc opusculum intētus hætenus scripsisset ipse uates celeberrimus Frā-  
 ciscus Petrarca: obijt rediturus ad astra: Cuius Epitoma uiroꝝ Illustriū: Explicit.

# Supplementi: Prologus

In Epitomatis Illustrium uirorum: post celeberrimi uiri Francisci Petrar-  
chæ obitum: ad illustrem insignis gloriæ Frânciscum de Carrharia Patauinum  
principē: Lorbardî de Siricho Patauini supplementū: Prologus.

**S**entio quod grande opus ex præcepto nobilissimæ clementiæ tuæ gloriosissimæ ur-  
bis Patauinæ princeps sollicitus aggrediar. Iussisti enim multa & maxima quo-  
rundam uirorum illustrium facta: prius quodam Epitomate neque prolixo neque  
artato: sed mediocri stilo declarari: nunc quodammodo (ut ita dixerim) eadē  
stipare compendiosius imperas: ut cognitioni tradantur: quæ sic absciso calar-  
mo repræssa: mādare litteris: Impar uiribus pondus meis esse profiteor: Hoc enim idem &  
celeberrimo Petrarchæ commiseras inuictissimæ eloquentiæ uiro: qui cum desiderio tuis  
fatissimè lucubraret: terris elatus euauit rediturus ad astra: mihi æternum & lachryma-  
bile funus: Cuius gloriosissimi præceptoris imitari uestigia quod iubes: supra me arduum  
equidem aggrauat onus: Cum huic rei ingenio: litteratura & rerum noticia opus esse intel-  
ligam: quibus cum ex toto priuatus: uidear inexpertus: suspensus existo: quod præstantiæ  
tuæ insinuatum uelim: cum de ingenio inscitia meæ forte confidens: altius iudices quæ esse  
ctus deponat. At demum cum nil aliud quæ tibi obnixè parere perquiram: correctioni eru-  
ditissimorum me commissurus progrediar: qui memores sciant magnitudine rerum cogni-  
ta: ardua quædam quæ plurima & uaria dependere: quæ in conspicuo ponenda compendij  
uel propositi necessitas prætermittere cogit: cum ad impossibile protendat: amplissima an-  
gusto in amplexu strictum coartari & obscura clarare: quod caliginosa breuitas facit. Itaque  
rei designabo imaginem: non pingam: ut liniamentorum qualitas siue indolis spem conside-  
rare possit. Quare qui ad hæc intelligēda uenerint: plura existimare quæ legere discant.

## Sequitur Capitulorum Supplementi Annotatio.

De Alexandro Macedonum Rege:	Ca.	I.
De Pyrrho Epirotarum Rege:	Ca.	II.
De Hannibale Pœnorum Duce:	Ca.	III.
De Quinto Fabio Maximo Cūctatore:	Ca.	III.
De Marco Claudio Marcello:	Ca.	V.
De Claudio Nerone: & Liuiio Salinatore:	Ca.	VI.
De Publio Scipione Cornelio Africano maiore:	Ca.	VII.
De Marco Portio Catone Censorio:	Ca.	VIII.
De Cornelio Scipione Nasica:	Ca.	IX.
De Tito Quinto Flamini:	Ca.	X.
De Lucio Scipione Africano:	Ca.	XI.
De Paulo Aemilio Nacedonico:	Ca.	XII.
De Cecilio Metello Macedonico:	Ca.	XIII.
De Cornelio Scipione Aemiliano Africano posteriore:	Ca.	XIII.
De Gaio Mario:	Ca.	XV.
De Gneo Magno Pompeio:	Ca.	XVI.
De Gaio Iulio Cæsare Augusto:	Ca.	XVII.
De diuo Augusto Cæsare Octauiano:	Ca.	XVIII.
De Flauio Vespasiano:	Ca.	XIX.
De Tito Flauio Cæsare:	Ca.	XX.
De Vlpio Traiano:	Ca.	XXI.

**E**pitomatis quorū dā Illustriū uirorū post celeberrimi uatis Frā-  
cis Petrarchæ obitū: Lorbarđi de Siricho Patauini Supplementū.

De Alexandro Macedonum Rege: Ca. I.

**A**mplissima regis Alexandri Macedonis gesta: ut cognosci possint: in arto lo-  
care difficile est. Is uigesimo ætatis anno Macedonum rex declaratus: inter-  
empti parētis ei⁹ Philippi: ad tumultū parridas tāti facinoris pœnas primo  
dare coegit: Subinde uir ad bella paratus: ubi Græciā Macedoniāq; ordine  
composuisset: Ultra Hellepontum in Asiam transgressus: in campis Adra-  
stis primo Darium Persarum maximum regem expugnat: mox Phrygia & Paphlagonia  
in ditionem redactis: per angusta rupium dubiosq; aditus Ciliciam intrat: quæ ex impro-  
uiso exterrita uictori paruit. Darius interea quingentorum milium armatorum instaurato  
exercitu inter artatas rupium fauces Ciliciæ cōmisso certamine: uictus ac fugatus terga ce-  
leri studio uertit: septuaginta milibus Persarum cæsis: quadraginta milib⁹ captis: direptis  
castris: cum regia matre: uxore ac sobole tota: uictor insignis ad deditiōnē Damasci profes-  
ctus. E proximis nationib⁹ legati uenere: se suaq; & urbes dedentes Syria: Phœnices & Si-  
don cum maritimis insulis uictori obtemperarunt: Tyrum fortiter expugnatam: & uir⁹ &  
fortuna obtinendam dedit: aliq; diu obsessam: Tenedos regi paruit: cētum sexaginta nau-  
um classe deuicta: Gaça decem milibus hostium cæsis expugnata est: Victoricibus armis  
cessit Aegypt⁹ & Cyrene ceruicem flexere: ad Iouis Hamonis quem sibi patrē finxerat gen-  
tium domitor per arida & solis adusta tendit iter: Vnde remeās: diuina stirpe se natum uo-  
luit credi: haud mortali patre contentus. Reuersus: urbem condidit quā ex se Alexādrīam  
appellat. Hic aduersus Darium qui ad Arbelam ingenti armatorum cōpiā ueherat: de in-  
tegro arma conuertit: & hic quoq; uictor: orientis sibi limen aperuit: ita ut proximæ gentes  
Persides & Babylonij paterentur imperia: per difficiles aditus æthereaq; iuga ad septentri-  
onem conuersus: Parthos Hyrcanosq; fregit. Caucaſum montem ad mortis extrema cum  
suis labore deductus: mareq; Caspium cūcta sternendo subegit: ad flumen Tanais & Scy-  
thas circumtulit signa: & in finibus Asiæ partem tenuit Europæ: ad flumen Indum cuncta  
pacādo mox produxerat agmen: & ad Hydaspadem amnem Porum Indorum maximum  
regem: quia armis contradicere ausus: terribili prælio uicit: quem honorib⁹ auctū regnare  
permisit. Multa præterea cū aliquot regibus exterisq; gentibus p Indoꝝ lōgissimos tractus  
prælia gesta: maximis illustrata uictorijs: quæ oblitterare succicta breuitas cogit: Mox per  
fluentes Gangis fluminis aquas: aduerso sole oceanum pergīt adire: & in extremis solitudi-  
num orbis: ubi ulterius ire prohibet ipsa natura: Imperij sui fines conterminat: urbes con-  
didit Barcen & Nearchon suoz monumenta laboz: unde si quid restabat uincendū cōcul-  
cans: limen orientis emensus: Babyloniam redijt. Adhesit fato fœlix: sed demū fallax eius  
fortuna: & in ipso iuuetē ac uictoriæ prosperrimo flore Antipatris opera tertio & trigesi-  
mo ætatis anno ueneno moritur clarissimus regum: Qui ut ait Iustin⁹ cū nullo hostiū nūq;  
congressus est quem non uicerit: nullam urbē obsedit quā non expugnauerit: nullam gen-  
tem adijt quā non calcauerit.

De Pyrrho Epirotarum rege: Ca. II.

**P**YRRHUS illustri pgenie ort⁹: ab Achille Aeacidae originē trahēs: Rex indyctus Epi-  
roti: magnitudine potēs & aīo grandis: militaris industriæ oīm potissimus fuit: qui &  
natura & uetustæ gētis gloria insignis ac bellicosissim⁹: Tarentinoꝝ precib⁹ qui eū  
Romanis tunc tps armis dissidebāt uirib⁹ suis in Italiā transfretat: inuadēdi Romanos oc-  
casionē adept⁹: q; pridē maioris imperij cupidie flagrarat. Ad Heracleā igi⁹ urbē Lyrimq;  
Cāpaniæ flumē Valerio Leuino cōsule atrox certamē cōmittit & mutua cæde pugnatū: ita  
ut diu in ambiguo res eēt: donec elephātes q̄s rex ipse secū prim⁹ in Italiā traduxerat: a frōte  
interrupti agminis Epirotaz oci⁹ cōstituti: regi uictoriā dedissent. Rex suoz maxima stra-  
ge uictoria potit⁹: Romanos ita ptractos: oīa i pectorib⁹ nulla in tergo uulnera cōspicat⁹:  
& i frōte aiositate cū ipsa morte uigere. O q; facile inqt erat orbis imperiū occupare: aut mi-  
hi Romāis militib⁹ aut me rege Romāis: hic nō mō aiosior sed efferocior miserabili præda  
igne & ferro cūcta psternēs: totā pflatus Cāpaniā: adusq; Prænesten signa lōge lateq; cir-  
cūlata deduxit. Ita ut a uigesimo lapide fumo & puluere i urbe oculi trepidatiū caligarēt.  
Proinde aī magnitudie usus ac libertate sua: captiuos q̄sdā egregios penes se comiē habitos:

**C** sine nulla redēptiōe Romā ire p̄misit: Fabritiūq; q̄ ad hoc legat<sup>9</sup> uenerat: q̄rtā regni p̄tē pollicit<sup>9</sup> secū manere rogauit. S; id frustra: Nā ille uir utiq; magn<sup>9</sup> sua sorte cōtē<sup>9</sup>: ut q̄ ȳtutu satisfacere lōge didicerat: Romā rediit. Post hęc ex integro pugnatū: & ipse itē uictor rex. Fuit q̄; tertio: sub Curio Fabritioq; cōsulibus penes Asculū Apulię decertatū: sed neutram in partem uictoria declinarat: cū nox diuturnum diremisset bellum. Nouissime in Lucania sub eisdem ducibus quarto concurritur Marte: & elephantorum ordine interrupto: rex ipse humero sauius uigintitrium: & ut alij uolunt quadraginta milium suorum strage uictus abire maturauit. Postremo reintegratis copijs: per Siculorum legatos euocat<sup>9</sup>: aduersus Carthaginēses: qui armorum feruore insulam fatigarant: bellum in Sicilia trāstulit: Ibiq; rex Insulę declaratus aliquot horrida p̄lia: nō modo animose: sed prospere gessit: ita ut Pœnum hostem fuga discedere compulisset: mox ad Italiam conuersus: uictus a Curio Dentato iterum & fugatus: patrium regnum deposcit: Verum ut qui stare nō poterat: ad arma natus: Antigonom tunc Macedonum regem aggreditur bello: quem p̄lio uictum & regno pulsū: Argos petere compulit: hic Lacedæmones adortus uincitur. Postremo clade suoz atrocior fact<sup>9</sup>: Argos inuadit & oppugnatur<sup>9</sup> urbē: dū aiōse ad moenia cōtendit: ictu saxi percussus: rex bellicis artib<sup>9</sup> isignis occubuit: magnitudine eqdē laudād<sup>9</sup>.

## De Hannibale Pœnoz duce: Ca. III.

**A** **I**snouem annorum puer: coram Hamilchare patre ad aras iureiurādo affirmauerat perennem se Romanis futurum hostem: quod uotum non aliorum q̄ ad destinatum propositum pertinacissimo & implacabili tetendit odio. Nanq; ubi primum facultas affuit: in Hispania Saguntum aggressus: urbem Romanis amicissimam: obfidione deleuit: mox per Pyreneos saltus & Galliam traductus: uelut fulmen quāq; obstantia prosternens: ad uertendam Italiam deuastrandāq; festinauit: & alpibus Gallorum prohibentibus transitum duro Marte depulsis: igne & ferro diruptis rupibus: per inuia pandit ac sternit iter. Cui ad Ticinum Publius Cornelius Scipio consul superioris pater obuiam fuit: qui ingenti Romanorum clade uictus ac uulneratus: uirtute filij tunc adolescētis euasit. Victor Hannibal ultra procedens cum Sempronio altero consule ad flumen Trebiam haud procul a Placentia conflixit: & hic Romanorum strages altera fuit. His prosperis uictorijs elatus Hannibal: sui fiducia plenus ad spem propositi armauit animum: & ad trāsitum in Hetruriam per inuia & aspera Apœnini iuga extrema temporum: alterum ex oculis ipsa difficultate itineris amiserat. **C**. Flaminius consul ardentioris spiritus uir q̄ res postularet: apud Trasumenum Hetrurię lacum uiginti quinq; milibus Romanorū caelis traiecit<sup>9</sup> hasta lætali uulnere occubuit: & hęc tertia reipublicę pestis. Hic ad Cannas Apulię uicem Varro alter consulum committendi p̄lium temerarius auctor infauste conflixit: qua memoranda clade ad quadraginta duo milia Romanorum cum altero consule Paulo Aemilio uiro innocentissimo ad fatiatē trucidauit: Hānibal equidē plus insidijs q̄ uirtute: astu q̄ fortitudie adiur<sup>9</sup> sua. Qui desiderij finē attingere poterat si recto calle cruore Cānarum aspersus ut erat: ilico urbem Romam adire maturasset: Sed uictoria cōtentus Capuam tenuit: & in delitijs: luxu ac malicia lāguescere cœpit: austeritas illa ardorq; pugnantis: ita ut illud proprie dictū sit: Capuam Hannibali Cannas fuisse. Interea (ut ita loquar) uelut ab inferorum manibus reuiuiscere potuere Romani: & ad arma respirare ac defendere patriam: cum ille sero tandem ad tertium lapidem Anienēq; flumen posuisset castra: & dum ad urbem dimicaturus accessisset: Gneus Fuluius & Sulpitius consules in armis pugnatu: extra portam Capuam affuerunt: & in aciem utrinq; deductis copijs: ilico grando cœli fragore dimissa: e summa Capitolij rupe maximo turbine uentorum in aduersa hostium ora se inuexerat. Cumq; uolentia imbrium Hannibalem in castra se recipere cogeret: exemplo serenitas fluxit. Quod postq̄ bis accidisset: eum attonitum dixisse aiunt: Nūc animum: nunc fortunam obtinendi urbem sibi deesse. His itaq; ad castitatem Italię sedecim annorum tempus sic gestis: Scipio ille Africanus superior: dum clades patrię cladibus in Africa uindicaret: ex Italia reuocare potuit Hannibalem: & acerrimum uincere hostē: quia patria p̄fugus ad Antiochū primo: inde Prussiam Bithynię regem perrexeat: & p̄ Quintum Flaminium a senatu populoq; Romano petitus: a rege tradēdus erat cum ille hausto ueneno ultro mortem p̄occuparet Libyssam sepultus.

## De Quinto Fabio Maximo Cūctatore: Ca. III.

**A** **P**incipio belli punici secūdi Quint<sup>9</sup> Fabi<sup>9</sup> Maxim<sup>9</sup> Romāoz legat<sup>9</sup>: cū i Carthaginē.

nus obtulit: Et dum ad secundi muri fragmenta præstāter & ocuis Titus contēdit: cum Iudæis admirabile negociū fuit: Ita ut uota Romani pari clade assequerentur: Tertia mœnia uincenda restabāt: quæ sūmo tandē labore & machinis cōcussa ac dilapsa: noctu clam iter fecit: custodib⁹ ingrediēdi aditū dedere: Subinde acrius fuit cū ipso phano q̄ cū urbe pugnare: & maiora intestina q̄ exteriora certamina: nāq̄ circa templū eminentissimū Salomonis: opus cū Iudæis ingens: & cruenta indies eruptio pugnae fuit: & plarūq̄ strage multoz retrocedere coacti sunt Romani. Sed desiderio uincendi magis ac magis flāmatus aiosissimus iuuenis: suos i agmē restaurauerat: & hic q̄; infauste depulsi Romani uincunt. Nec ob hoc remisit animū uir fortissim⁹: q̄ uirtute cū cetera supare delegerat: Ideoq̄ de itegro in hostē atrocius inuectus: ardua phani schalis & uir armoz adortus: telis saxiq̄ potitus cū resistere non posset: strage suoz retrocedere coactus est. At ille indefessus & laboris patiens: uirtuti suæ obtemperatur: ad certamen ajatis suis in prælia reuersus aduolat: & multo acri⁹ inter militē & Imperatorē uincere dimicauit: ita ut hostes cæsi crueti secessissent. At ubi post triduū in agmen ipse rediret: a quodā Romanoz intra fenestrā ad penetralia templi tendētem iniecta face: ex tēplo ad ardua concrepuit flāma: quare illud grande pfidæ gētis sanctuarium fama pcelebre: āno millesimo trecentesimo trigesimo postq̄ a Salomone conditū fu erat incendio consumptū iacuit solo: Hæc inter tāta Iudæoz strages fuit: ut miserranda Hierosolyma suoz cruore undiq̄ affluenter manaret. At ubi flāmis demū oīa cōmissa essent: urbs obstinatissima cineri ilico cessit: Iudæoz igne: ferro & fame pemptoz p oīe belloz tēpus sub patre ac filio: undecies cētena milia fuisse Iosephus affirmat clarissimus histori⁹ ac Iudæus: reliquos uenūdatus ac toto orbe terraz dispsos septē & nonaginta milia declarat. Ita q̄ oibus explicitis summa oīm alacritate inuictissim⁹ iuuenis ab uniuerso exercitu Cæsaris cognouatus est: & ad Italiam pfectus senatu: populoq̄ Romano occurrentibus: sūmo & a patre ingenti apparatu susceptus introiit urbem. Proinde pater & filius unoz residentes curru: de Iudæa speciosissimū duxere triumphū: quem inter trecentos & uiginti triumphos ab urbe condita clarissimū fuisse describunt.

## De Vlpio Traiano:

## Ca. XXI.

**I** Abor ingenii & uirtutis gloriosissimū iusticiæ & pietatis exemplum Vlpus Traianus breui repræsentatiōe hoc loco referendus erit: Cui⁹ arma & si ampliori loquēdi stilo prosequēda erant: necessitati cedere patianē. Is primo ubi imperare accepisset: re integrādi Imperij quod prioz principū ignauia iā pene absumptū & uirib⁹ exhaustū uidebatur: alto aīo cōstat agitalle cōsilia. Nec mōra fuit ad Archon primo cōuersus in Germanoz ferociam qui defectione assidue rebellant: ualidissimo impetu signa cōmouit: quos post multa & horrida prælia ita cōflictos subegit: ut ipsi attriti & ferme funditis oppressi: Romanæ uirtuti submissi⁹ succumberent. Nec pri⁹ inde discessit q̄ ceteras nationes inuaderet armis & supatis: quā cōtrafacere ausi: nō modo clarissimus: sed & cruentissimus ultor ad orientem transmeare æquoreū festinauit: ibiq̄ Armenia: Parthis erepta: Syros q̄; aliduo Marte calcauit: ad Propontidē signa reflectens Bosphoz adortus: oīe Ponti regnū superat: Inde pdomuit Albanos: uicit & feroces Sauromatas: quib⁹ seruitutis frenū imposuit: ad Colchos & Scythas Hircanosq̄ cūcta uincēdo: usq̄ pgressus ita ut Tanais limē quo primū ab Europa dirimit Asia: sub ipso gelido situ absterret armis: mox indagine q̄dam circūdato exercitu: horrifono armoz terrore pristinū relegēs iter. Seleutiam Thesiphōtem urbem ac Babylonē iuasit: Cōtremuere & Arabes pere coacti: nec Persides euadere potuerunt: quoniam uictoris præcepta seruarēt. Hinc ultra mōtis Tauri iuga cūcta pacādo: oblique trāuersus mare rubz inspexit: quo onusta classe depræso remigauit ad Indos: ut illis pridē ignotis Romana ostenderet arma. Vnde uictor remeās Tigridē & Euphrates postremo supare conat⁹: toto oriente auro uibrātia circūtulit signa: ut gloriosior suā reuiseret Italiā. Qui ubi Romæ restit⁹ in clyto curru triūphans: uti quoddā mun⁹ cœlestē receptus magnitudie rez: equidē unice cōtemplādus fuit: cū nemo alter foelicior Augusto: melior Traiano: assidue sit cōclamatū. Et quia rēpublicā nō mō uiribus augēdo: uerz etiā ruinis depræsam urbem restaurādo in pristinū de⁹ reformauerat: ueluti alter Romanæ urbis cōditor cum Romulo æquari uoluerūt. Cui⁹ strenuissima gesta ærea imagine cælata: unicū posteris exemplar foro posita sunt: uir generosi spiritus cumulatissimis laudibus ad sydera sublimādus.

Epitomatis quorundam Illustriū uiroz: post celeberrimi uatis Francisci Petrarchæ obitū: Lorbardi de Siricho Patauini: explicit Supplementū.

# Libër Augustalis

Famosissimi Oratoris: Historiographi & Poetae Beneuenti de Rambaldis in Libellū suū qui Augustalis dicitur: cōtinens sub compēdio breuē descriptiōnē Augustorū: ad Illustrē Nicolaum Marchionem Aestensem: Præfatio.

**O**bras clarissime Marchio Heroicæ cultor uirtutū posse: facilliter & cito interuolscere bona & mala principū Romāorū: ut utrorūq; sine notato: cautior fias eminenti in speculo exemplorū. Parebo libens & calculātis more rem magnā breui rōne sūmabo. Quia nō modicū cōfert cōmoditatē ad cognitionē reꝝ gestarū: præsertim p̄ q̄ uenit tēp̄ gratiæ: quo rex uniuersi & urbē & orbē totū ad unā uoluit redigi monarchiā: nosse annos quibus quisq; principū impauit: non p̄ modum narrantis: sed potius numerantis singulorū: tēpora: breuiter: imo transcurrenter perstringā lucido cū sermone. Est autē utiliter præsciendū: q̄ oēs historiæ descriptores catholici: siue in obsequiū fidei: siue ob aliam causam: sicut Orosius in Ormesta mūdi: & alij plures incipiunt descriptiones a Cæsare Augusto: quia sub eo Christus nasci dignat⁹ ē: a quo incepti primitiua ecclesia: uel quia diutius impauit: & salubrius rēpublicā gubernauit. Vnde uideē uelle: q̄ Gaius Cæsar fuerit poti⁹ quidā præcursor Imperij: sicut Baptista fuit præcursor domini. Oēs uero gentiles historici incipiūt a Iulio Cæsare: sicut Suetonius & alij multi: quos magis sequi intendo: quia nō aliud q̄ ueritatē tradere posteris curauerunt.

**Eiusdē Famosissimi Oratoris historiographi & Poetae Beneuenti de Rambaldis Libellus qui Augustalis dicitur: breuiter cōprehēdēs descriptionē oīm Augustorum usq; ad tēpus suū: Fœliciter incipit.**

Iulius Cæsar.

**D**  
P

Rimus igitur qui Romanorū arripuit Imperiū fuit Iulij Cæsar Lucij filij: ualētissim⁹ omniū principū: qui in uigore animi non habuit parem: nec ante se nec post se. Hic uixit annis. lvi. Imperauit autem post finem belloꝝ suorum annis tribus & vii. mensibus. Interfectus est in medio senatus uiginti tribus uulneribus.

Augustus  
Octauianus

**C**æsar Augustus dictus Octauianus: a natiuitate pronepos Cæsaris & filius adoptiuus: successit illi in Imperio. Hic fuit fœlicissimus oīm principum priorū & posteriorū: Nam alta p̄ uidentia sua imperauit prudēter & laudabiliter: tot ānis: quot Cæsar uixerat: scilicet. lvi. De quibus regnauit. xij. cū Antonio & Lepido triuuir. Reliquū tēporis solus cū magna pace & trāquillitate orbis clauso templo Iani: & uixit annis. lxxv. minus. xxv. diebus: mortu⁹ est fœliciter apud Nolam ciuitatē Campaniæ.

Tyberius

**T**iberius præuignus Augusti ex Liuia adoptatus ab eo: hæres fuit Imperij. Hic ut ait Plinius fuit tristissimus hoīm senex: fœdissimus omni turpitudine luxuriæ & ebrietas: fuit tamen strenuus uictor in iuuentute: de quo dicit Orosius: q̄ ex māsuetissimo principe conuersus est in fœuissimā bestiā: cum non impetrasset in senatu q̄ ipse pro deo haberetur. Mortu⁹ est graui morbo uel ueneno. Vixit annis. lxxviij. Imperauitq; xxiiij.

Gaius Caligula

**C**aligula p̄nepos Tyberij nat⁹ ex germanico filio Drusi q̄ fuerat frā ipsi Tyberij. Hic fuit iuuenis pessimus oīm excepto Nerone: omni scelere cōtaminatus: qui uixit annis. xxviij. Imperauitq; annis tribus: mensibus decem: diebus octo. Interfectus cōiuratione suorū. xxx. uulneribus & turpiter tractatus.

Claudius

**C**laudij nepos Tyberij nat⁹ ex Druso patru⁹ Gaij Caligulæ: idifferēs fuit & uari⁹ multū: q̄ a prima ætate fuit semp infirmus: uilis & tristis. Vnde cū debuit succedere Tyberio in Imperio Gaius fuit sibi prælatus: fuit tamen satis utilis sed infortunatus in uxorib⁹: De quarum una Messalina scribit Cornelius Tacitus: & Iuuenalis dicentes: Et lassata uris nondum satiata recessit. Altera uero Agrippina mater Neronis: quæ ipsum Claudiū uenerauit in fungis. Claudius uixit annis. lxiij. Imperauitq; xiiij.

Nero

**N**ero de gēte Domitia præuignus Cladij & gener eius adoptatus fraude Agrippinæ. Hic fuit neq;ssim⁹ oīm: hostis hūani generis: & ideo iudicat⁹ est hostis a senatu. Interfecit se pūgiōe quarto miliario lōge ab urbe cū iperasset annis paulominus. xiiij. Vixitq; annis. xxxij. & familia Cæsarū in Nerone defecit.

Galba

**G**alba senex de nobili stirpe Sulpitiorū septim⁹ post Neronē: uir uitiosus: cōmisit se totū regendū uitiosissimis seruis: unde oibus odiosus occisus est ī foro a militib⁹ Otthonis cum imperasset mensibus septem. Vixitq; annis. lxxiiij.

- O**tho octauus Imperator: fuit nobilis homo natus ex equite Romano: nō poterat esse bonus nec charus bonis: quia fuerat familiarissimus Neroni: fuit tamē militibus dilectissimus: qui uictus a Vitellio se occidit pugiōe cū impasset nonaginta dieb<sup>9</sup>: āno ætatis 40. Ottho octauus
- V**itellius nobilis de gente Vitellioꝝ: uir profunda gulæ & crudelis: (sua. lviij.) Vitellius
- qui a puericia fuit educatus inter meretrices Tyberij: uituperatissime occisus in furore populari inter oīa ludibria & torneamēta. Regnauit mēsis octo. Vixitq̃ annis. lviij. Et nota q̃ Orosi<sup>9</sup> Otthonē & Vitellium abiecit de numero principum Romanoꝝ.
- V**espasianus nobilis de gente Flauia: successit decimus in Imperio Vitellio: cū esset dux belli Iudaici pro Nerone. Hic fuit sapiens senex & utilis reipublicæ: q̃ uixit ānis. lxxix. mensibus tribus: & diebus. viij. Impauit annis. x. & mortuus ex fluxu uentris. Vespasianus
- T**itus Vespasiani filij: clarissimus omni uirtute: gloriosissimū triumphū duxit de Iudæis simul cū patre: quia simul ambo impauerūt. Vel quia dicit Plinius optimus testis: qui aseribit Vespasiano. Et hic amore oīm tenuit Imperiū sol<sup>9</sup> annis duobus: mēsis duobus: & diebus. xx. Vixitq̃ annis. xliij. & mortuus est febre cū magno planctu omnium. Titus filij uespasiani Domicianus
- D**omician<sup>9</sup> filius Vespasiani: frater Titij: hostis virtutū: patris & fratris crudelis sanguinarius: persecutor muscarū & christianoꝝ & Iudæoꝝ: q̃ uixit ānis. xlv. Impauit. xv. octo diebus. Domicianus
- N**erua senex satis nobilis: honestus & modestus: contrarius (cisus a suis in camera. Domiciano: factus est Impator opera occisoꝝ eius: qui adoptauit Traianū in filium ppter egregiā ei<sup>9</sup> uirtutē. Vixitq̃ ānis. lxxij. Impauit āno uno & mortu<sup>9</sup> ē morte naturali. Nerua
- T**raianus ortus Romæ: cuius antiqui fuerūt Hispani: optim<sup>9</sup> fuit oīm Augustoꝝ: summa iusticiæ: clamētia & ciuilitatis: qui uir diuin<sup>9</sup> mirabili uirtute & foelicitate Romanum Imperiū satis infirmatū magnifice ampliauit. Hic uixit annis. lxxviiij. mensibus octo: & quattuor diebus. Impauitq̃ ānis. xviij. mēsis sex: & mortu<sup>9</sup> est ex fluxu uentris. Traianus
- H**adrianus ut scribit Spartianus: natus ex cōsobrino Traiani filius adoptiu<sup>9</sup> ei<sup>9</sup>: cuius fuerunt maiores in Italia tpibus Scipionū: uir magnæ scientiæ: maximæ eloquentiæ: nūc crudelis nūc clamens: qui plus pcurrit puincias Romani Imperij q̃ aliq̃ ali<sup>9</sup> Imperator. Hadrianus uitæ rædio afflictus petebat occidi: & mortuus est anno ætatis. lxxij. mense quinto cum imperasset annis. xxj. mensibus. xj. Hadrianus
- A**ntonius Pius gener Hadriani & filius adoptiuus: uir forma pulcher: insignis ingenio & eloquio: magnæ literaturæ: moderatissimus & benignissimus: qui Romanū Imperium plus studuit conseruare q̃ ampliare: habens illud in ore Scipionis: Malo unū ciuem seruare q̃ mille hostes occidere. Antonius perijt anno. lxx. Imperauit annis. xxij. Mortuus est ex febre quasi dormiens. Antonius pi<sup>9</sup>
- A**ntonius uerus gener Pij successit ei in Impio cū Lucio fratre suo. Isti duo fratres priami simul uocati sunt Augusti. Iste Verus sapientissime celauit & supportauit uitia fratris: qui regnauit secū annis. xj. Fuit em̄ magnus philosophus: sanctitate uitæ oibus præponendus: nunq̃ mutās uultū: qui uir tātæ virtutis poterat dici foelix: si uxore Faustina & filiū Cōmodū nō habuisset. Impauit ānis. xviiij. Vixitq̃. lxx. & mortuus est ex morbo. Antoni<sup>9</sup> uer<sup>9</sup>
- A**ntoni<sup>9</sup> Cōmodus filius Veri: paternæ uirtutū hostis crudelis: luxuriosus: q̃ a puericia fuit toto corpore omni turpitudine foedatus: trecēta meretrices & totidē pulchros pueros habēs in palacio: infamator oīm: ab oibus infamat<sup>9</sup>: fortis solū in pugnis bestiæ. Cōmod<sup>9</sup> oibus incōmodis: cū impasset. xiiij. ānis strangulat<sup>9</sup> fuit cū magno cōmodo oīm. Antonius cōmodus
- P**ertinax fact<sup>9</sup> Impator mādato senat<sup>9</sup>: fuit genere ignobilis ex præ Libertino: sed moribus nobilis: senex: uenerabilis: tēperatus: cōtrari<sup>9</sup> Cōmodo. Reputat<sup>9</sup> est auar<sup>9</sup>: dilectus pp̄lo & militib<sup>9</sup> odiosus. Vñ occisus est a militib<sup>9</sup> in domo sua opa Iuliani. Vixitq̃ annis. lx. & mēsis. vj. & xxv. dieb<sup>9</sup>. Pertinax
- I**ulian<sup>9</sup> Didys post Pertinacē assūpsit (ānis. lx. & mēsis. vj. & xxv. dieb<sup>9</sup>. Impiū: q̃ fuit nepos Iuliani magni iuriscōsulti: qd̄ magis nobilitauit eū: Cui<sup>9</sup> antiq̃ fuerūt de Mediolano. Iulian<sup>9</sup> fuit parcissim<sup>9</sup> hoim miserrime uiuēs: unde odiosus pp̄lo: deus fertus ab omnibus: priuatus est Imperio auctoritate senatus & in palacio occisus. Vixitq̃ annis. xlviij. & mēsis. iij. Impauit. ij. mēsis: & dieb<sup>9</sup>. v. Iulian<sup>9</sup> didy<sup>9</sup>
- S**euerus sol<sup>9</sup> in nūero principum fuit ex Africa: q̃ uir fortis magna bella gessit: terribilis senatui & pp̄lo: sed militibus amabilis: q̃ mai<sup>9</sup> stipēdiū dedit q̃ aliq̃ Impator. Hic tm̄ ānonæ relq̃ i morte q̃ sufficere poterat urbi. viij. ānis dando. lxxv. milia modioꝝ in die. De q̃ dixit senat<sup>9</sup> q̃ nūq̃ de buisset nasci uel nūq̃ mori. Vixit ānis. lxxix. Mortu<sup>9</sup> est in Britānia cū impasset ānis. xviiij. Seuerus
- B**assianus filius Seueri dictus Antonius Charatallus successit patri i Imperio asperior eo: luxuriosus multū: qui Papinianū magnū Iurisconsultū trucidari fecit: quia repre/ Bassianus

# Liber Augustalis

hendebat eum q̄ duxerat Iuliā nouercam suā in uxorē. Hic imp̄auit annis quasi sex: & occisus est apud Chairas insidijs Macrini præfecti: anno ætatis suæ. xliiij.

Macrinus

**M**acrinus occiso Bassiano arripuit Imperiū: homo oīm uitioꝝ: uilissime nat⁹ & uilissimus seruus sub Cōmodo: fuit crudelis: sanguinari⁹: inuētor nouarū mortiu: sed post annū sui Imperij fuit occisus apud Antiochiā ab Heliogabalo.

Varius Heliogabalus

**V**arius Heliogabalus reputat⁹ filius suprascripti Bassiani ex Semirama uulgatissima meretrice: ad cuius uolūtate fecit oīa turpia: ipurior oī bestia: occisus ē cōiuratiōe militū: & deiectus in cloacā stercorariā & mater cū eo dignissima tali filio luxurioso: prodigo: scenoso: qui non est nominādus homo: sed upupa fœdissima: Imperauit annis tribus.

Alexander

**A**lexander filius Varij Heliogabali natus ex Mamminea christianiſſima muliere: accepit Imperium ad remedium generis humani: qui iuuenis: uirtuoſiſſimus: purgatis sordibus Heliogabali: rempublicam salubriter gubernauit consilio Vlpiani qui fuit legis scientiæ princeps. Habuit iste Alexander oēs dotes naturæ & fortunæ: & uitam bonorū principum metrice scripsit. Vixit annis. xxxix. mensibus tribus: dieb⁹. vii. Imperauit annis xiiij. Occisus est in Gallia a militibus opa Maximiani: quod indignissimū uisum est. Nā oēs boni principes ut plurimū bene mortui sunt: & mali male.

Maximianus

**M**aximianus natus de regione Thraciæ: ex patre & matre barbaris: sine auctoritate senatus: a militibus appellat⁹ est Augustus: q̄ fuit magnus ut gigas: fortissimus: ferus: asper & superbus: nullum animal eo crudelius fuit in terris: unde milites in Africa fecerunt Imperatorē Gordianū senē grauissimū: Sed Maximianus occiso Gordiano & filio eius iuene ueniebat contra Romam fulminās. Senatus uero territus fecit tres Imperatores contra eum: scilicet Pupienū: Albinū & Gordianū paruulū nepotē Gordiani senis interfecti. Maximianus ꝑo apd Aquilegiā occisus est a militibus cū filio suo cū impasset annis tribus.

Gordianus tertius

**G**ordianus tertius qui appellatus fuerat Augustus a senatu cū Pupieno & Albino: Illis occisis fraude militū qui iam imperauerat duobus ānis solus tenuit Imperiū ualde puer. Cui nihil deficiebat nisi ætas amabilis & gratiosus. Hic cū bella fœliciter gereret i oriente: consilio Mansichei soceri sui uiri prudentissimi: occisus fuit a militibus fraude Philippi Arabis dicentis q̄ puer nesciebat regere Imperiū. Impauit annis sex.

Philippus de Arabia

**P**hilippus de Arabia post Gordianū factus Imperator: Philippū filiū fecit participem regni: qui de uili genere natus supbe impauit annis septem: nihil laudabile fecit: nisi q̄ fuit prim⁹ Imperator christian⁹: & ābo in tumultu militari interfecti sunt fraude Decij: pater Veronæ: filius Romæ. Et hic nota q̄ omnis Augustus est Cæsar: sed non e conuerso: Nam Cæsar est electus a principe uel exercitu: Augustus ꝑo cōfirmatus a senatu.

Decius de Pannonia

**D**ecius de Pannonia natus: uir industria militari strenuus: occisis Philippis inuasit Imperium: quod tenuit annis tribus: & ipse cū filio quem Cæsarem fecerat occisus est i medio barbarorū: cum bellum pararet cōtra Aemilianum: qui in Missia rebellauerat. Crudelis fuit contra christianos.

Gallus Hostilian⁹ Valerianus

**G**allus Hostilian⁹ post mortē Decij successit in Impio cū filio suo Volusiano: q̄ tenuit ānis uix duob⁹: q̄ tpe psecutionē fecerūt iu christianos & pestis generalit̄ fuit ubiq̄.

**V**alerianus ab exercitu appellatus Augustus: uolente pp̄o & gaudēte senatu: quia fuit uir nobilis sanguine: scientia clarus: gloriosus eloquentia. Et hic uerificat̄ dictū Aristotelis: ubi plurimū de uirtute ibi minimū de fortuna & e conuerso: sed infœlicissimus fuit omnium: Nam captus a rege Persarū in misera seruitute consenuit: sustinens sp̄ in tergo regē cū ascēderet equum. Hic uixit annis. lxx. Impauitq̄ annis sex.

Galienus

**G**alien⁹ filius Valeriani q̄ iā erat Cæsar: fact⁹ est August⁹ a senatu loco p̄ris: q̄ luxuriosus marcēs ocio se totū dedit uoluptatib⁹ neglecto p̄re & impio. Vñ & xxx. tyrāni inuasērūt imperiū: fuit tñ poeta clar⁹. Vñ cū seꝑ celebraret nuptias tenēs sponſū & sponſā ꝑ man⁹ dixit istos mirabiles ꝑsus. Ite sit pueri parit̄ sudate medullis Oibus: intra uos nō murmur uestra colūbæ. Brachia nō hederæ nō uincant oscula conchæ. Impauitq̄ annis. xj.

Claudius secundus

**C**laudius secundus Impator fact⁹ de uolūtate senat⁹ dicit̄ habuisse in se bona oīm principū: sicut ꝑtutē Traiani: pietatē Antonini: puidentiā Augusti. Hic uicētis fœlicet Gothis mortu⁹ ē ex infirmitate familiaris: ꝑtutibus suis cœlū petijt cū impasset q̄si duob⁹ ānis Quo mortuo Quilian⁹ frater ei⁹ uir optim⁹ Imperiū tenuit solū. xvij. dieb⁹ & occisus est.

Aurelianus

**A**urelianus natus ex paruis parentibus barbaris: fuit uir fortissimus & in omni genere armorum exercitatus a pueritia: qui magna bella gessit in oriente: & muros urbis

## Liber Augustalis.

plus ampliauit q̄ aliquis alius ante uel post: sed clamentiam non habuit quæ est prima uirtus principū. Triumphus eius fuit gloriosissimus: Nam Zenobiā magnanimā mulierē: quæ magnifice uendicauerat sibi Syriā: duxit añ curæ triūphalē ligatā multis catenis aureis. Impauit annis quīq̄: mēfib⁹. vj. Occisus fraude notarij sui apud Byzantium.

**T**acitus uir consularis: senex & grauis factus est Imperator cū summa concordia & lōga deliberatione militū: senatus & populi: spacio sex mensium: temperatus: sobri⁹: lectione librorū delectatus: non fecit magnifica propter tempis breuitatē: quia tantū sex mēfib⁹ imperauit: morbo perijt.

Tacitus

**G**lorianus frater eius sibi similis: Imperium tenuit duobus mensibus: & occisus est in siddis militū.

Glorianus

**P**robus de Pannonia oriundus de ciuitate Syrmienfi: nobiliore matre: qui uere p̄bus iudicio omniū bonorū: factus Impator rempublicam quietissimam & securissimā reddidit: nobilissimis ŷtutibus clarus: sub magnis ducibus Valeriano: Aureliano & Claudio multa bella gessit ŷtutiter & probiter: terror barbarorū. Ideo finaliter occisus est apud Syrmien: quia nimis eos grauabat praelijs & laboribus: anno Imperij sui quinto.

**C**harus Romanus uel Mediolanensis: uisus est militibus dignus Imperio post mortem Probi: & tamen medius fuit inter principes bonos & malos. Hic capta ciuitate Chararum: in Persia: longius procedēdo cū exercitu fulminatus est cū imperasset annis duob⁹. Charus habuit duos filios Cæsares: quorū minor Numerian⁹ magnus orator & poeta sine pari tēpore suo: occisus est proditione Apri soceri sui qui uolebat occupare Imperiū. Maior autē noīe Charinus cōtaminatissimus oīm: uic⁹ & occisus est a Diocletiano.

Charus

**D**ioclecianus cū bon⁹ princeps quæreret: occiso Numeriano: cōsensu omniū appellat⁹ est Augustus: uir magnanimus: prudens: alti consilij: qui dicebat: bonus: cautus: optimus uenditur Impator. Cū autē solus libere imperaret: subito ortis magnis bellis Dioclecianus fecit Augustū Maximianū quē a principio fecerat Cæsare: & elegit Cæsares Constantium patrē magni Constantini: & Galerium post multas uictorias belloꝝ. Dioclecianus senex reduxit se primū ad uitam priuatam apud Salonas ciuitatē Dalmatiæ patriā suam: & Maximian⁹ coact⁹ ab eo idē fecit apud Mediolanū: & Dioclecian⁹ i oriēte: & Maximian⁹ in occidente crudelius p̄secuti sunt christianos q̄ Valerianus Aurelianus & Decius & ceteri. Diocletianus uenenū bibit Anno ætatis. lxxvij. cū impasset annis decem.

Dioclecianus

**C**onstantius & Galerius Cæsares facti Augusti diuiserunt Imperiū inter se: Nā Constantius contentus Gallia & Hispania: Cæteras prouincias collegæ cessit. Constantius ex patre Eutropio nobili Romano fuit uir optime constantiæ & ciuilitatis oibus amabilis & uenerabilis: q̄ mortu⁹ est i Britānia Anno Imperij sui. xij. relicto Cōstātino filio ex Helena.

Constantius

**G**alerius cum imperasset Illyrico: milites prætoriani Romæ fecerūt Imperatorē Maximianū filium Maximiani: contra quem Galerius misit quendam Seuerum: qui cum incredibili multitudine obsedit Romam: & tamen proditione suorū a Maxentio fugiens occisus est: & Maxentius cōfirmatus in Imperio factus est sauiissimus tyrannus. Galerius post multa mala quæ fecerat in christianos: dum putaret uenire in Italiam: morbo fastidioso putrefactus: cum uermes incessabiliter emitteret de corpore: cruciatus impatiens: manu sua se interfecit Anno Imperij sui. x. Impauit solus annis duobus.

Galerius

**C**onstantinus Magnus Constantij filius omni uirtute refulgens optimis principibus comparandus: rogatus a senatu & populo Romano ut ciues suos liberaret a seruitute crudelissimæ bestiæ Maxentij: cōuocatoq̄ Licinio qui imperabat in Hispania cū magno apparatu belli uenit contra Maxentium: quem magno prælio uicit: & Maxentius fugiens suffocat⁹ est in Tyberi. Constantin⁹ cū magna gloria intrauit urbē. Postea Liciniū sibi rebellem: sæpe uictum: tandem occidi fecit. Constantinus itaq̄ omniū uictor: ecclesiam Romanam reformauit: fidem christianam confirmauit: sedem Imperij transtulit in Græciam: ubi fecit secundā Romā. Constantinus cū magna uirtute & fortuna p̄sperissima Impauit xxx. annis: mēfib⁹. x. & dieb⁹. xj. uixitq̄ annis. lxxvj. & mortu⁹ est foeliciter.

Constantin⁹ magnus

**C**onstans & Constantius filij Constantini occiso fratre eorū: Constantino tenuerunt ambo Imperium. Constans prauus Arrianus persecutus est catholicos: sed post multa prælia gesta contra Persas: factus omnibus intolerabilis occisus est anno Imperij eius xix. ætatis uero anno. xxx.

Constans

**C**onstantius post fratrem solus tenuit Imperiū: annis sex: temperās & placidus quibus

Constantius

Arrianus. Hic Iulianum consanguineū suum fecit Cæsarem & sororium suum: & misit in Gallias: qui elatus uictoria inuasit Imperiū in Italia: Cōstantio occupato bellis Parthorū: Constantius uero rediens contra eum: mortuus est in uia: anno ætatis suæ. xlv.

Iulianus

**I**ulianus successit solus in Impio: uir liberalis: litteratus: eloquens: memoriosus: cupidus gloriæ: Fuit tamē ingratus cōtra Constantiū & perfidus cōtra fidem: unde uocatus est apostata: quia sol<sup>9</sup> post Constantiū recessit a fide christiana: & christianos odio habuit: quibus interdixit officia & studia scientiæ. Iulianus uixit annis. xxxij. Impauit anno uno: mensibus octo: transfixus telo in deserto Parthiæ ab uno milite ignoto.

Iouinianus

**I**ouinianus de Pānonia oriūdu: electus est Impator ab exercitu Iuliani: qui corpore pulcher: lætus aīo: exercitū quē Iulianus fecerat paganū: fecit christianiū: & reduxit saluum ex piculo magno. Mortuus octauo mēse Imperij ætatis eius. xxxij.

Valētinianus

**U**alētinianus de Pannonia: qui recesserat a Iuliano: quia uerus christianus erat: factus est Impator a militibus nolens: uir pulcher: prudens: probus: similis Hadriano & Aureliano: quia frater suū Valentiē: & Gratianū filiū fecit augustos. Hic uir pfectus post multa bella mortuus est subita sanguinis effusione: anno Imperij. xj. ætatis 70. lv. Quo mortuo Valens tenuit Imperium in oriente: & Gratianus in occidente.

Valens

**U**alens Imperator in oriente tanq̄ Arrianus psecutus est catholicos christianos. Vnde præcepit ut monachi militarent: sed infœlicissime bellū gerens cū Gothis: p̄dito exercitu: ipse uulneratus sagitta fugiens ī uilē casam uiuus crematus est igne: cū impasset q̄si ānis

Gratianus

**G**ratianus post mortē patris impauit annis. vj. qui iuuenis gratus: catholicus & fidelis: cōtra Alemanos fœliciter pugnavit: sub q̄ Italia tota recessit a perfidia Arrianorū. Gratianus uidens multas gentes infestas Romano imperio: elegit in Imperatore orientis Theodosiū nobilissimū Hispanū. Qui uir. xxxij. ānoꝝ Tartaros terribiles debellauit: & cæteris hostibus conciliatis gloriosus fuit apud Constantinopolim.

Valentinian<sup>9</sup>  
secundus

**U**alētinianus secūdu frater Gratiani Impauit in occidente Theodosio imperāte ī oriente. Iste uir bonus expulsus de Gallia a maximo tyranno: Theodosius tyrannū potentem cū paruo apparatu fœliciter uicit apud Aquilegiā & captū decapitauit. Valentinian<sup>9</sup> ergo restitutus in regno occidentis cū in pace regnaret: strangulatus est apud Viennā fraude Arbogasti comitis sui cum imperasset annis octo.

Theodosius  
magnus

**T**heodosius magnus cū iam imperasset. xij. annis cū Gratiano & Valētiniano fratrib<sup>9</sup> solus remansit in Imperio annis tribus in oriente & occidente. Iste fuit optimus Imperator christianorum: similis Traiano a quo originē traxit: de quo mirabiles laudes fecit Ambrosius: cuius auxilio expulit Arrianos de Mediolano: Theodosius cōtra Eugeniū qui usurpabat Imperiū in Gallijs confidens uirtute Christi: illius auxilio suppliciter inuocato in alpiibus ruit in præliū: & subito orta ui uentorū cū crudeli tēpestate cōtra hostes Theodosius uictor cū parua cæde suorū Eugeniū captū interfecit. De qua re memoriā facit Claudius Florentin<sup>9</sup> poeta pagan<sup>9</sup>: ut refert Augustin<sup>9</sup> de Ciuitate dei. Theodosi<sup>9</sup> āno ætatis quinquagesimo fœliciter mortu<sup>9</sup> est apud Mediolanū: relicti duobus augustis filijs suis Archadio

Archadius

**A**rchadius successit patri Theodosio in Imperio orientis & Honorius (& Honorio. Hi Impio occidētis: ambo uiri boni nō degenerātes a patre. Anno 70 Imperij eorū Rhadagaisus rex Gotthorū cū infinita multitudine barbarorū miserabiliter uict<sup>9</sup> a Romanis fame & frigore occisus est Romæ: suis more pecudū uenditis. Archadius 70 anno Imperij ei<sup>9</sup> xij. mortuus est apud Constantinopolim relicto filio suo Theodosio ī Impio oriētis.

Honorius

**H**onorius qui iā. xii. annis Impauerat cū fratre suo: postea impauit cū Theodosio minore ānis. xv. sub q̄ Impio Alari<sup>9</sup> rex Gotthorū cœpit Romā cū furore: & spoliauit: parces tamē fugientibus ad tēpla sanctorū. Sub isto Honorio multa bella ciuilia & externa terminata sunt in occidente cū modico sanguine: Ipse 70 occisus est Romæ sine filijs.

Theodosius  
minor

**T**heodosius minor filius Archadij: mortuo Honorio regnauit in oriente annis. xxvij. cum iam post mortem patris regnasset annis. xij. & cum patre uiuēte annis octo. Hic Valentinianū consobrinū suū fecit Augustū & geney suū qui in occidente regnauit. xxv. Tempore huius Theodosij: Carthago crudeli<sup>9</sup> capta est a Gēserico rege Vuādaloꝝ q̄ Roma ab Alarico: quia Genserico non peperit ecclesijs. Theodosius mortuus est apud Constantinopolim: & sepultus cum patre suo Archadio.

Valētinianus  
tertius

**U**alētinianus tertius in occidēte tenuit imperiū. v. ānis post mortē Theodosij: cū q̄ impauerat ānis. xxv. & Martian<sup>9</sup> successit Theodosio tpe isto q̄ Attila ille potēs & terri-

bilis cū multis regibus & gētibus barbaris de Pānonia ueniens: in Italiā crudeliter afflixit Venetamq; puinciā & Lōbardiam Aquilegia primo euerfa. Tūc autē facta est ciuitas Venetia: a fugientibus scūitiā Attilæ. Valentinianus autē timore uel iuidia occidit Ecclū du- cem bellicosissimū Romani exercitus in Gallia: qui solus erat uictor Attilæ: cui<sup>9</sup> morte ru- it Imperiū & salus occidētis. Ipse quoq; Valentinianus anno sequenti occisus est Romæ ab uno milite Ecclij cum iam annis. xxv. rexisset Imperium.

**M**artianus qui iā quicq; annis impauerat cū Valētiniano: post mortē eius impauit ānis duobus: quo tpe Genferic<sup>9</sup> rex Vuandaloꝝ ueniēs ex Africa cū Mauris: cepit Romā & eā rapaciter spoliari: similiter Capuā & Campaniā. Martianus uero anno septimo sui Im- perij occisus est coniuratione suoꝝ apud Constantinopolim.

**L**eo in Constantinopoli inuasit Imperiū: q; Leonē filiū suū regni oriētis fecit cōsortem: Quo tpe Imperiū occidētis a multis laceratū est. Nā quidā Maioran<sup>9</sup> inuasit Imperiū apud Rauennā: & ita alij multi. Rauenna em̄ eo tpe Gotthoꝝ potentissima erat. Leo uero anni Imperij sui decimosextimo mortuus est in oriente.

**Z**eno Impator Leonis gener successit illi in Impio: q; tpe Odonatre ueniēs cū forti exer- citu de ultimis finibus Pannoniæ obtinuit regnū Romæ cū tota Italia. Qd̄ cū tenuis- set. xiiij. annis: Theodericus rex Gotthoꝝ ueniēs de Græcia cū auctoritate Zenonis: uir stre- nuissimus uictō Odonatre obtinuit Romā cū tota Italia. Zeno uero in Græcia cū Impe- rasset annis. xvj. mortuus est: similis Papyrio Cursori in uelocitate pedum.

**A**nastasi<sup>9</sup> p<sup>9</sup> Zenonē adept<sup>9</sup> est iperij: Qui fact<sup>9</sup> hæretic<sup>9</sup> p̄tinax: cū nō possit reuocari ad fidē sanctā iusto iudicio dei fulmine p̄cussus perijt anno Imperij sui. xvij. q; tempo- re Theodericus gloriose regnauit in Italia circa annos quadraginta.

**I**ustinus maior successit Anastasio: Qui uir catholic<sup>9</sup> & pius: in p̄tib<sup>9</sup> oriētis oī studio nomē Arrianoꝝ quærebat extingere. Sed Theoderic<sup>9</sup> minar<sup>9</sup> ē ei q; nisi restitueret Ar- rianos: Ipse in Italia oēs p̄p̄os gladio necaret. Iustin<sup>9</sup> p̄o ex cōpassione Arrianos dimisit in pace: Ipse uero Iustinus cū imperasset annis. xj. in pace quieuit Constantinopoli.

**I**ustinianus Iustini sororis filius successit illi in Impio: q; iustissimus princeps Romanū Imperiū armis & legib<sup>9</sup> repauit. Nā p̄ Belligariū uirū bellicosissimū debellauit Persas q; inuaserāt fines Romanos: Africā liberauit de manib<sup>9</sup> Vuandaloꝝ atq; Italiā de manib<sup>9</sup> Gotthoꝝ: ubi Neapolim receptantē Gotthos crudelissime exterminauit nulli parcens. Postea Narseus eunuchus iteq; Romā liberauit de manib<sup>9</sup> Totilæ regis Gotthoꝝ: quē interfe- cit. Iustinianus p̄o leges Romanas mirabili breuitate reformauit: qui mortuus est fœliciter

**I**ustinus minor nepos Iustiniani successit ei i impio: qui (cū impasset annis. xxx viij. fuit hō auarus: rapax: impius & hæretic<sup>9</sup>: p̄pter qd̄ Narseus q; p̄ inuidiā fuerat illi fal- so accusar<sup>9</sup>: odio & timore Augustæ: quæ minabat̄ reducere eū inē mulieres: fecit uenire Lō gobardos de Pānonia in Italiā: q; cœperūt Mediolanū: Papiam & quasi totam Lombardi- am. Iustinus cū impasset annis. xj. alienatus mente mortuus est relicto Tyberio Casare.

**T**yberius secundus successit i Impio Iustino: qui fuit recte cōtrarius illi: uir largus i pau- peribus erogauit: & de Persis magnam prædam habuit. Iste Tyberius moriēs reliquit hæ- redem Imperij Mauriciū data sibi filia in uxorem cū imperasset septem annis.

**M**auricius gener Tyberij prim<sup>9</sup> ex græcis habuit Imperiū: uir utilis reipublicæ: cui<sup>9</sup> tpe magnū diluuiū fuit in Italia apd̄ urbē & Veronam. Mauricius p̄o anno. vij. Imperij sui occisus fuit cū duobus filijs suis a Phocace.

**P**hocas occisor Mauricij & filioꝝ: obtinuit Imperiū: qui primus obtinuit q; Romana ecclia esset caput oīm ecclesiæ: cū prius Cōstantinopolitanā se noīaret. Phocas p̄o cū imperasset. v. annis priuatus simul uita & imperio ab Heraclio qui Africam regebat.

**H**eraclius successit Phocaci in Impio cū filijs suis & Constantino secundo ex illa fami- lia: quo tpe Mahometus pestilentissimus draco in Arabia fecit sectam suam: ab oriēte in occidentē uenēnū suū disseminans cū pessima desolatiōe fidei christianæ. Iste Heraclius factus hydropticus mortuus est anno Imperij sui. xxxj.

**C**onstantinus secundus cū fratre iura suscepit Imperij: qui crudelis raptor ueniēs in Itali- am Romam spoliari oibus ornāmētis suis: deinde in Sicilia fecit inauditas crudeli- tates & rapinas. Ibi tandem occisus est a suis in balneo cū regnasset annis. xx viij.

**C**onstantinus tertius superioris fili<sup>9</sup> successit illi in Impio: q; uir bon<sup>9</sup> & catholicus multū cōfirmavit fidē christianā cōtra hæreticos: & mortu<sup>9</sup> ē i pace cū regnasset ānis. xxvij.

# Liber Augustalis.

- Iustinianus secundus** **I**ustinianus secundus filius Cōstantini tertij de familia Heraclioꝝ successit in Impio: q̄ liberavit Africā de manib⁹ Sarrhacenoz̄. Fuit tñ schismatic⁹ & infest⁹ pp̄so Romano Imp̄avit q̄; ānis. x. Et hic nota q̄ oēs p̄cipes p̄ mortē Heraclij usq̄ ad Charolū magnū
- Leo secundus** **L**eo secundus expulit Iustinianū p̄dictū de regno: quē relegavit (fuerūt de stirpe ei⁹. in Pontū: & imp̄avit annis tribus: deinde regnū pdidit ut statim dicit̄.
- Tiberi⁹ tertij** **T**iberius tertius insurgens contra Leonem arripuit regnū: eumq̄ tenuit in custodia to/ to tpe sui Imperij: qui regnavit annis septem.
- Iustinianus secundus** **I**ustinianus secundus p̄dictus: q̄ relegatus fuerat a Leone scđ o: recuperavit Imperiū & cōtinuo iugulari fecit ī publico Leonē q̄ expulerat eū: & Tiberiū qui iuaserat imperiū Leonis. Iste quidē multa magnifice fecit: sed cōtra eū quidā Philippus relegatus ab eo: crea tus Imp̄ator ab exercitu apud Cōstantinopolim uicit & occidit ipsum Iustinianū: cū impe/ rasset annis sex cum filio suo Tiberio.
- Philippus Bardanus** **P**hilippus dictus Bardanus succedēs Iustiniano a se occiso: priuatus est regno & oculis ab Anastasio: cū impasset anno uno & mensibus sex: qui fautor fuit h̄reticoꝝ.
- Anastasi⁹ secundus** **A**nastasi⁹ secundus dictus Arthemius priuato uita Philippo: tenuit imperiū: sed exer/ citus eius elegit Theodosiū imp̄atorē licet inuitū āno tertio Imperij eius cū eēt fautor
- Theodosi⁹ tertius** **T**heodosi⁹ tertius fact⁹ imp̄ator a militib⁹ Anastasiū graui p̄alio uicit: (catholicoꝝ. quē captū fieri fecit sacerdotē. Ipse uero catholicoꝝ amicus anno Imp̄avit uno.
- Leo tertius** **L**eo tertius successit Theodosio in Impio: q̄ Cōstātinū filiū suū fecit regni cōsortē: quo tpe fuit Cōstātinopolis lōga obsidione miserabiliter afflicta a Sarrhacenis. Hic Leo prauus fuit: q̄ imagines Mariæ & sanctoz̄ in publico fecit igne cremari: & tñ imp̄avit ānis
- Cōstantinus quintus** **C**ōstantinus quintus p̄dicti Leonis filius peior patre: dictus est p̄secutor ec/ (xxv. clesia: q̄ multos religiosos & uere catholicos occidit: uacans impie magicis artibus: at tñ regnavit annis. xxv. q̄ tpe Pipin⁹ p̄ Charoli magni uicit in Italia Astulphū regē Lōgo/
- Leo quartus** **L**eo quartus filius Cōstantini quinti: Imperauit in oriente post eum (bardorum. annis quinq̄ dignus patre suo succedere in uitis.
- Cōstantinus sextus** **C**ōstātinus sextus Leonis filius Imp̄avit cū matre Hyrene: q̄ postea matre priuata regnavit sol⁹ annis quinq̄. Mater ꝑo cæcauit filiū & sola regnavit quinq̄ annis. Et tūc Imperiū Romanū qđ fuerat in oriente a primo Cōstantino usq̄ ad istū ultimū terminatū est. Nam facta est diuisio Imperij: ut Imperiū occidentale solū diceret̄ Romanoz̄: & oriēta/ le diceret̄ Græcoꝝ: & tūc Imperiū Romanoz̄ trausiuit ad Francos.
- Charolus Magnus** **C**harolus magnus Pipini filius uicto Desiderio rege Lōgobardoz̄ ī Italia apud Papiā ueniēs Romā electus est Imp̄ator a senatu & pp̄so Romano: & cōfirmatus a sūmo pō/ tifice: quia adiutor erat eccl̄iæ. Hic fuit optim⁹ princeps christianoz̄: q̄ terrā sc̄tām occupatā a Sarrhacenis & iperū in oriēte & occidēte recuperavit: ubi tūc foemina praua Hyrena regna/ bat in oriente: totā Hispaniā liberauit: maxim⁹ Ro. eccl̄iæ pugil & p̄ector fidei christianæ. Charol⁹ uixit annis. lxxj. & mortu⁹ ē foelicē cū regnasset annis. xlvj. & ipasset annis. xiiij.
- Lodouicus Pius** **L**odouicus pius Charoli magni filius successit patri in Imperio sup̄atis duobus fratri/ bus suis. Hic fuit uir iustus: sed plus clemēs: sobri⁹ & tēperatus: ultra oēs patiēs: nullif uincibilis malis: qui & uiuente patre cū regnaret & post mortē cū imparet magnifica multa gessit: deuotissimus christianus: nō dissisipat̄. Vixit annis. lxxij. & imp̄avit annis. xxv.
- Lothari⁹ pij filius** **L**othari⁹ Lodouici pij filius Imperiū arripuit nō faciēs partē regni fratribus suis scđ m/ ordinatā diuisionē patris: unde cōtractis uiribus: inaudita strage Frācoꝝ pace fracta Lothari⁹ imp̄avit in Italia. Hic anno quintodecimo Imperij sui diuiso filijs regno factus est monachus: & mortuus est foelicitr qui fuerat uiolentus in uita.
- Lodouicus secundus** **L**odouicus secūd⁹ Lotharij monachi fili⁹: Imp̄avit ānis. xxj. qui siue tristis siue ifoelix bellū habuit cū Charolo fratre suo crudelit̄ regnāte sup̄ Frācos turpis uic⁹ ē. Et nihil magnificū gerēs mortuus est ī Italia: & in Mediolano uidet̄ sepultus: dicit̄ q̄; q̄ Italiā sapi/
- Charolus secundus** **C**harol⁹ secūdus dict⁹ Calu⁹: filius Lodouici pij & patru⁹ Lo/ (enter & pacifice rexerit. douici secūdi & frater Lotharij successit Lodouico secūdo ī impio: uir lepore timidior: fugere q̄ fugare parator: dict⁹ est grossus uel simplex: qui multa monasteria fabricari fecit ac etiā dotauit. Veneno uero extinctus est cū imperasset anno uno & mēsis nouem.
- Charolus minor** **C**harolus minor noīe tertius Lodouici germanoz̄ regis filius & nepos eiusdē Charoli Calui: Imperium Italiae tenuit: Galliam & Germaniā possedit pacifice: Robertum du/ cem Normandiæ uictum de sacro fonte leuauit: & filiā suā dedit illi in uxore. Hic anno im/ perij duodecimo deficiēs animo & corpore: repudiatus est a magnatibus regni: Arnulpho

# Liber Augustalis.

facto Imperatore: Anno uero sequenti idem Charolus mortuus est.

**A**rnulphus ex Charoloz pgenie: Hic Normados mirabili cade deleuit: Romã cœpit: tandẽ lōga ægritudine dissolut⁹ a pedicul⁹ rosus est. Sic foelix prælio infœlix morbo pe  
Arnulphus

**L**odouicus tertius Arnulphi filius successit patri in im/ (rijs: anno imperij sui. xj).  
Lodouicus tertius

**B**erengarius primus iperãte Lodouico tertio ipauit in Italia tm̄ q̄ttuor. (annis. x.  
Berengarius primus

**C**onradus Alemanus successit Lodouico tertio in Impio: sed nec ipse puenit ad bñdi/ Conradus  
Alemanus

**B**erengarius secund⁹ impauit añis. ix. i Italia: cui pauca memorãda ascribũt. (num.  
Berengarius secundus

**H**einricus post Cōradũ impauit in Alemania añis. xvij. uir bonus & simplex: q̄ genu/ Heinricus  
Heinricus

**B**erengarius tertius tpe præfati Heinrici impauit Italicis (bus tyrnanoz: liberaret.  
Berengarius tertius

**L**otharius Vgonis Burgūdionis filius impauit i Italia añis duobus (redijt i Gallia.  
Lotharius Vgonis

**B**erengarius quart⁹ post Lothariũ regnauit annis. xij. cū Al/ (de quo pauca scribũt.  
Berengarius quartus

**O**ttho prim⁹ Heinrici filius ex Germanoz: gente pri/ (ve nec pprie Impatores.  
Ottho prim⁹

**O**ttho secund⁹ fil⁹ primi successit patri i Impio & ytute: Qui uir acer i armis: sagax in/ Ottho secund⁹  
Ottho secund⁹

**O**ttho tertius filius secund⁹ successit patri in Impio: de q̄ dictũ est: Ottho post (nis. ix.  
Ottho tertius

**H**einricus primus accepit Imperiũ post Otthonẽ tertiuẽ Bauariã dux filius Heinrici du/ Heinricus  
primus

**C**onradus primus nobilis ex gente Francoz: uir: nepos superioris Heinrici puenit ad Cōradus  
primus

**H**einricus secundus gener Cōradi prædicti & fili⁹ adoptiu⁹ fuit: hæres patrimonij & im/ Heinricus  
secundus

# Liber Augustalis

qui Vuādalos subegit cōterminos Sueuis: Hūgaros uicit: Pandulphū principē Capuanū cōepit: multa dabat paupibus: expulsis ioculatoribus a curia sua. Qui charus oībus cū flo-  
reret Imperio: migravit a sēculo: anno. xvij. Imperij: relicto filio paruulo sui noīs.

Heinric<sup>o</sup> tert<sup>o</sup> **H**einricus tert<sup>o</sup> secūdi fil<sup>o</sup> successit patri ī Impio: uir ipius: qui iperavit ānis qnāginta  
inuidēs gloriā: pborū uirorū: ecclesiā hostis: Et ppter multa mala gesta ei<sup>o</sup>: fuit elect<sup>o</sup>  
Rodulphus dux Saxonum contra eum: quem tamen Henricus atrocissimo bello uicit: sed  
infœlicem finem habuit: nam filius eius assumpta corona Imperij: insurgens cōtra eum in-  
uasit ipsum bello: & pater Leodij latens & pauper mortuus est & excōmunicatus.

Heinric<sup>o</sup> qrt<sup>o</sup> **H**einricus quartus tertij filius: arripuit patris imperium sub colore succurrendi ecclesiā  
& imperio: contra iura naturā & hoīm: & tamē & ipse fuit hostis ecclesiā licet reconci-  
liatus: quo tempore claruit in clyta Comitissa Matildis in Lombardia: & Robertus Guif-  
cardus in Sicilia. Hic Henricus mortuus est sine liberis cum regnasset annis. xv.

Lothari<sup>o</sup> qrt<sup>o</sup> **L**otharius quartus qui & Luctarius dictus est cum magno consensu & consilio electus  
est imperator. Hic dux Saxonum sapiens & industrius: fuit amicus & deuot<sup>o</sup> eccle-  
sia: pollens diuitijs & uictorijs magnis: Imperauit foeliciter annis. xj.

Conradus se-  
cundus **C**onrad<sup>o</sup> secūdu nepos Heinrici qti ex sorore: qui imperiū affectauerat ante Lothariū  
successit illi in imperio: Hic uir optimus passagium fecit collecta magna multitudine  
crucisignatorū: & postq̄ aliq̄ pspere gesta yute magna: tandē incōsulte præssus inopia ui-  
ctualium: multa milia suorū amisit: & reuersus in regnū obiit cū imperasset ānis. xv.

Fredericus  
primus **F**redericus primus nepos Cōradi secūdi: defuncto patre suo Romanū suscepit imperi-  
um: qui de nobilissima domo Sueuiā uocat<sup>o</sup> est Barbarussa. Hic uir strenuissim<sup>o</sup> Me-  
diolanā ciuitatē florentissimā cū auxilio Papiensiu & multorū Lōbardorū euerit. Sæpe fuit  
infestus ecclīa: & Alexādr<sup>o</sup> papā psecut<sup>o</sup> est apud Venetias. Vic<sup>o</sup> pacē fecit: tamē cū iuisset  
in subsidiū terrā sanctā: suffocatus est in quodā flumie. Impauit magnifice ānis. xxxvij.

Heinricus  
quintus **H**einricus quintus filius Barbarussæ imperauit post patrē: qui fuit maritus Constātiā  
monachæ filia Guilhelmi optimi regis Siciliā: sub cuius titulo insulā cōepit. Fuit stre-  
nuus & asper more patris: & aliquādo infestus ecclesiā. Mortuus est in Sicilia: & sepultus  
apud Panormiū: relicto Frederico filio infantulo & Philippo fratre suo ad gubernationem  
regni: cum imperasset annis. vij. & mensibus quinq̄.

Ottho quart<sup>o</sup> **O**ttho quartus dux Saxonīa: defuncto Henrico electus & coronatus est Impator: cū  
magno fauore Lōbardorū: sed cōtinuo cōtra iuramentū iura ecclesiā occupauit: cōtra  
quē electus est Frederic<sup>o</sup> secūdu iuuenis cū auxilio Philippij tertij regis Francorū: a q̄ tadē  
debellatus mortuus est Ottho miser cū impasset ānis duobus: Ideo nō ponit<sup>o</sup> inf<sup>o</sup> picipes.

Fredericus  
secundus **F**redericus secundus natus ex Henrico quinto: & Cōstantia monacha uetula: fuit po-  
tētissimus impator Italiā: Sicilia: Sardinia: Hierusalē & Sueuiā: q̄ nullus magnifi-  
centior tenuit Romanū imperiū a Charolo magno citra. Fuit armorū strenuus: linguarū pe-  
ritus: rigorosus: luxuriosus: epicur<sup>o</sup>: nihil curās uel credēs nisi tpale. Fuit malle<sup>o</sup> Romanæ  
ecclīa: Cū mult<sup>o</sup> pōtificib<sup>o</sup> bellū habuit: præcipue cū Gregorio nono. Tadē yute Innocētij  
quarti Ianuenis excōmunicatus: uictus & fugatus est de Lōbardia: nec sibi proficere potuit  
potētia. Vixit ānis. lviij. Impauit ānis. xxx. Male mortu<sup>o</sup> est in regno Apuliā in oppido Fe-  
rētino: præsentē solo Māfredo ex filijs suis. Post cui<sup>o</sup> mortē uacauit iperū circa ānos. xxiiij.

Cōradus fili<sup>o</sup>  
Frederici sc<sup>o</sup> d<sup>o</sup> **C**onradus fili<sup>o</sup> Frederici secūdi electus adhuc uiuētē patre: post mortē cuius regnauit  
ānis quasi duob<sup>o</sup>: sed Māfredus fra<sup>o</sup> ei<sup>o</sup> naturalis ueneno Cōrado tenuit regnū Sici-  
liā magnifice ānis. xiiij. & Charolus senior uictor Manfredi & Cōradi nepotis eius regna-  
uit annis. xvij. Hic Cōradus caruit imperiali benedictione: ideo nō dicit<sup>o</sup> Impator.

Rodulph<sup>o</sup> co-  
mes de Auen-  
perg **R**odulphus comes de Auensperg genere Germanus post longā uacationē Imperij ele-  
ctus est rex Romanorū: & cōfirmatus est a Gregorio decimo in fauorem terrā sanctā.  
Hic fuit uir prudens in agendis: in armis strenuus: iustus: deū timens: ciuillis & parcus: & ta-  
men licet regnauerat. xx. annis: nūq̄ uisitauit Italiā ut minabat<sup>o</sup>: Implicitus multis agendis  
in regno Alamanīa. Nam regē Bohemiā diuicē & potentē: dedignantē obedire sibi durissi-  
mo prælio uicit. Quo occiso dedit filio pacem: & filiam suam in uxorem.

Adulphus co-  
mes de Nasa-  
ue **A**dulphus comes de Nasaue genere Germanus in Romanorū regem electus est: sed nō  
benedictionē nec coronationem recepit in Italia. Hic fuit uir magnanimus: cōtra quē  
Albertus Rodulphi prædicti filius insurgens ipsum bello uicit. Nam Adulphus magis uir-  
tibus q̄ consilio utens occisus est: cum regnasset annis. iij.

# Liber Augustalis

**A**lbertus dux Austriae Rodulphi filius: uictus & occisus Adulpho: electus est in Romano Imperio regem ab electoribus: Et a Bonifacio papa famoso petijt uenire ad benedictionem & coronationem. Cui Bonifacius magnanimus: tyrannus sacerdotum respondit: Ipsum indignum Imperio: quia occiderat proditione dominum suum Adulphum in praelio: & tenens coronam in capite & spatam ad latus dixit: Ego sum Caesar: Tamen postea orta grauissima discordia inter Philippum regem Franciae & le: confirmauit Albertum: & uocauerat eum. Hic Albertus cum regnasset annis. x. interfectus est ab uno suo nepote filio fratris.

Albertus dux  
Austriae

**H**einricus hoc nomine sextus genere Germanus, paruus Comes de Lutsemburgo: factus est Imperator: & ueniens in Italiam coronatus est Romae cum difficultate: obsistente sibi sapientissimo rege Roberto. Hic uir prudens: iustus: honestus: catholicus: dilectus omnibus: omnibus sedatis sollicitus discordiis Alamaniae: alto animo disponebat reformare potestatem Italiam: ut sic facilius redimeret terram sanctam: si fata permisissent: & sperabatur dominus omnium in breui cum magno fauore Lombardorum & Tuscorum. Sed Bononia & Florentia cum quibusdam alijs obuiauerunt sibi: unde opera Florentinorum ut in fama fuit: uenenatus apud Bonconuentum castellum Senarum: optimus Imperator cum imperasset annis. iij. mensibus. viij. & diebus. xviij. nuncquam elatus prosperitate: nuncquam deiectus aduersitate: Anno domini. M. CCC. xij. mortuus est.

Heinricus comes de Lutsemburgo


**C**harolus quartus de Lutsemburgo nepos suprascripti magni Heinrici ex Ioanne Bohemiae rege factus Imperator: coronatus est Romae sine resistentia. Hic fuit uir peritus litterarum: & multarum linguarum: astutus & sagax: qui regnum Bohemiae optime reformauit: sed in Italia uictorices Harpyias praeseferens loco Aquilarum: & Baccho immolans: nihil memoriale gessit: Nam cum maximo potentatu ueniens: opera & fauore Urbani quinti: terribilis omnibus primo apparuit: sed cito cum magna pecunia: sed maiore infamia reuersus est ad patriam. Humilis imperator mortuus est senex: cum impasset annis uiginti.

Charolus quartus de Lutsemburgo

**V**eneçessaus suprascripti Charoli filius: uiuente adhuc patre electus est imperator: hodie regnat. Hic iuuenis: robustus uenator: quid facturus sit ignoro cum minetur se uenturum ad Italiam. Sed non uenias precamur te: si non uincis laude genitorum tuorum: quicquid aliud in te speramus: cum praesentia primi Caesaris uix sufficeret ad conpescenda mala: quibus misera undique laceffitur Italia temporibus tuis. Sed imperium orbis caelum uersat: & illud quondam potens: ueneratum gentibus & regibus Romanum imperium praefigurarum in tibijs ferreis: cui nihil olim defuit nisi modicum orientis: nunc prohdolor nihil possideat nisi modicum occidentis.

Veneçessaus  
Charoli filius

 meruit coronā: celeberrimi princeps trū-  
 phi. Ibidem. B.  
 Marcus Tullio libros innumerabiles uarijs  
 de rebus ædidit pulcherrimos. Ibidē. ca.  
 Qui fatū suum declinare nō ua (v. A.  
 luit: in tēpestate tutus: in portu naufragiū  
 passus ē. Ibi. li. j. trac. j. ca. iij. De quo ui-  
 de etiā li. iij. trac. iij. ca. xij.  
 Marcus Cato talis erat: ut si arma sumpsis-  
 set natū in armis crederes: si se ad studium  
 uertisset inē lras educatū. Ibi. li. j. trac. ij.  
 Q̄ scripsit libros reꝝ ua (ca. ix. A.  
 riarum. Ibidem.  
 Q̄ se a capitali sententiā & hispaniā puin-  
 ciā quā iuuenis armata manu uicerat: ier-  
 mis senex lingua defensauit. Ibi. B.  
 Marc⁹ Claudi⁹ Marcell⁹ uictoriarū suarū  
 elat⁹: & exagitat⁹ cupiditate sapi⁹ uincēdi  
 ab exercitu pœnorū opprimē. De re. me.  
 li. iij. tra. v. ca. xiiij. De q̄ uide etiā in Sup  
 Marcus Marcell⁹ cum (ple. Epito. ca. v.  
 esset Imperator & augur optim⁹: totū au-  
 guriū omisit. de re. me. li. iij. tra. v. ca. xix  
 Marcus crassus bello parthico ne manū cū  
 hoste consereret multis p̄digijs reuocatur  
 Ibi. li. iij. trac. v. ca. xvj. A.

Mag

Mal

Mar

Lu

Marcus Antoni<sup>9</sup> non ambitione sed meritis ad imperiū ascendēs: uet<sup>9</sup> philosophiæ nomē tenuit: nouum spreuit. Epi. de reb<sup>9</sup> fa. cx. B.

De Marco Furio Camillo. In Epito. ca. De Marco Valerio Corui. (viij. per totū. no. In Epitemate. ca. ix.

De Marco Curio dentato. Ibi. xiiij.

De Marco portio. In Supple. Epito. ca. viij

Mare si semp esset turbidū nullus hominū nauigaret. De re. for. li. j. Dia. lxxxvij. A.

De Maria puteolana. Epi. de re. fa. lxxj. D.

Marius primus solut<sup>9</sup> sectus est sed (E. F. post eū plurimi. Ibi. Epi. xc. C.

Marius Cæsar licet uir rustican<sup>9</sup> esset & natura uel occupatio ad litterarū studia tardiorē fecerit: litteratos tñ hoies amabat: maxime poetas. Ibi. Epi. cx. C.

De Mario Gaio. In Supple. Epito. ca. xv.

De margaritis & gemis. De reme. for. li. j.

Dial. xxxvij. & xxxviij. & xxxix. p totū.

Martinus sanctus in urbe Mediolanēsi monasteriū cōstruxit. De uita soli. li. ij. trac.

Mat Mathematicis nō esse credē/ (iij. ca. iij. B. dum auctoritatib<sup>9</sup> probat. Epi. de re. fa.

Dictum Augusti cōtra mathematicos. Ibi. C.

Maphæus uice comes Mediolanēsis p sapiētiam recuperat pditā patriā. De re. me. li. ij. tra. ij. ca. lxxvj. A. Et Epi. de re. fa. xiiij.

Mphi q̄s natura mechanicos fecerat: (D. illa oblectāte philosophant. De re. for. li. j. Dial. xliij. C.

Me Medici discordāt de industria dū pudet noui nihil afferētē alteri<sup>9</sup> ihāsisse uestigijs. Epi. de re. fa. lxxxvj. A. in fi. Idē habet in Ep̄la quæ præponit libris Inuectiuarū Cō. me.

Medico tñ hoiem occidisse impunitas summa est. Epi. de re. fa. lxxxvj. B.

Medicus unus de multis eligendus est non eloquētia sed sciētia & fide cōspiciuus. Ibi. Et contra me. li. j. ca. iij. B. Et. iij. E

Medicū nō consilio sed eloquio pollentem uelut insidiatorē uitæ siccariū: aut ueneficū uitare debes. Epi. de re. fa. lxxxvj. C.

In medicū cur inuehat. In præfa. li. j. Con.

Medicus mercenarius est & infamis artifex. Ibi. li. j. ca. j.

Medici cū sanitatis fructū pollicent̄ nil nisi interpestiuos fosculos inutiliū uerborū ingerunt. Ibi. li. j. ca. ij.

Non medicorū artificū sed artifices: nō oēs sed p̄caces Frācise<sup>9</sup> improbat. Ibi. ca. iij.

Medic<sup>9</sup> tutissime arti cereb<sup>9</sup> addixit: q̄sq̄s euaserit sibi uitā det: q̄sq̄s obierit nihil illi

præ expiētā debet. Ibi. li. j. ca. iij. E. i. fi. De comparatione medicinæ ad agriculturam. ca. v. B.

Medicorū effectus utq̄ sint mirabiles. Ibidē Q̄ medici de oī materia etiā sibi (ca. vj. incognita loq̄ uolūt. Ibi. ca. viij. B. in fi.

De medicorū mendacio & uanitate. Ibi. ca. Q̄ p̄pter medicos malos nolit (xj. & xij. bonis detraxisse. Con. me. li. ij. ca. xiiij. A.

Medicorū bonorū pauci/ (Et li. iij. ca. v. I. tas nō est ad artis infamiā sed gloriā. Ibi.

Quō medic<sup>9</sup> imperit<sup>9</sup> ho/ (li. ij. ca. xiiij. A. mines ut de<sup>9</sup> a mortuis suscitēt: & cur populus illi credat. Ibi. ca. xvj. A.

Medicus indoctus upupæ compar. Ibidem Medici cur sint pallidi & (ca. xvij. E. F. crocei coloris. Ibi. li. j. ca. vj. Et li. ij. ca.

Medicus indoct<sup>9</sup> fæx ē moer/ (xviij. A. D. chanicorū. Con. me. li. iij. ca. v. H.

Medicinæ nihil est cōmune cum ethica. Ibi. Q̄ medicus neq̄ rhetor: neq̄ (ca. x. A. B. orator aut poeta ē sed parabolā. Ibi. G

Medicus q̄ poetas ignorat de<sup>9</sup> esse pōt. Ibi. Q̄ aliq̄ nō suā sed alte (li. iij. ca. vij. A. ri<sup>9</sup> potest ægritudinē curare. Epi. de re. fa.

Medicina repens uetustā agri (xix. C. i. fi. tudinē nō curat. Ibi. Epi. lxxv. D. in fi.

Mediocritas in oī statu expetēda est. In Se/ In meditatioē tota docti (cre. Collo. ij. I.

hois uita cōsistit: quia meditatio totum: De re. me. li. iij. trac. ij. ca. xxxviij.

Meditatio animū armat. Epi. de re. fa. cxiiij

Memoria duplex est: una re<sup>9</sup>: altera (K. uerborū. De re. me. li. ij. trac. j. ca. iij.

Q̄ una est ex agilitate consequēdi facultatem dimittendi: altera ex retinēdi diuturne: quæ capiēdi segnicie annexam habere

Tenacitas memoriæ (cōsueuit. Ibi. ca. vj. laus est: celeritas ingenij. Ibi. ca. ij.

Inter raras naturæ dotes mirāda uis memoriæ. De re. me. li. ij. trac. j. ca. viij.

Sicut nulla copiosior aut ditior ē animi supellex memoria: sic nulla fragilior: nulla fugacior. Exēpla. li. ij. tra. j. ca. xiiij. A. i. fi.

Facilius memorant̄ semel uisa q̄ se/ (B. pties audita. Ibi. li. iij. trac. ij. ca. xviiij.

Memoria ingens: ampla dom<sup>9</sup> tædij & attrium fumosarū imaginū ubi multa displiceant. Dere. for. li. j. Dial. viij. A.

Themistocles ait: Malle se obliuiois artē q̄ Tristis memoria (memoriæ discere. Ibi. C. præteritorū & anxia sollicitudo futurorū sūt abijcienda. Epi. de re. fa. xx xiiij. A.

Memoria hominū fluxa est: picturæ labiles & caducæ statuarū. Ibi. Epi. cx. C.

# Principaliū sententiāriū

Memēto peccati tui ut doleas: mortis ut desinas: diuinæ iusticiæ ut timeas: misericordiaz ne despēs. De re. for. li. j. Dia. viij. D.  
**Q** mendacium iam q̄tidianū & uulgare sit peccatū cōsuetudine pessima effectum est. Epi. de re. fa. c. ij. C. in fi.  
 Mens uaga m̄ta cōplectiū: pauca stringit. De re. me. li. ij. trac. j. ca. xij. A.  
 Mercurius deus sermonis uocā. Con. me.  
 Metellus eodē uultu fuit (li. j. ca. iij. G. in exilium missus & reuocatus. Epi. de re. Nihil est metuēdū qđ affert (fa. xiiij. C. necessitas naturæ. de reme. for. li. ij. Dial.  
**M**idas phryix infans dormiēs (cxvij. B. inuē<sup>o</sup> est formicis in os eius tritici grana congerētibus. De re. me. li. iij. trac. v. ca. Migrantiū cōsuetudo quæ sit. In (xxij. Præfa. Epi. de rebus familia. A.  
 Militia una ē. De re. for. li. j. Dial. xlvij. A.  
 Minerua dæa sapientiæ ē. Cō. me. li. iij. ca. Minos ex antro Iouis leges uelut (vij. B. ipsi<sup>o</sup> Iouis de manib<sup>o</sup> acceptas efferebat. De re. me. li. iij. trac. j. ca. iij.  
 Mirabile non est qđ fieri pōt. De re. me. li. iij. trac. vj. ca. j. B.  
 Nihil miraculosum nisi quia rarū. Ibi. D.  
 Mirabile nihil esse præter animum. Epi. de re. fa. xlix. K. in fi.  
 Nihil mirabili<sup>o</sup> hoīe de<sup>o</sup> fecit in terris. Ibi.  
 Miser est q̄s q̄s fœlicitatē spe (Epi. lxxj. D. rat a miseris. Contra. me. li. iij. ca. iij. B.  
 Nemo miser fit sine peccato. In Secre. Col.  
 Nemo miser ē nisi q̄ se miserē (lo. j. F. in fi. fecit. Epi. de re. fa. xiiij. A.  
 Nemo tam obstinate miser ē ut nō interdū oculos apiat miseriasq̄ suas dū uidet odert. Ibi. Epi. lxxv. A.  
 Miseria crescit cū fœlicitate. Ibi. Epi. xxvij.  
 Mithridates Ponti: rex Cappa/ (B. in fi. docū mox sanguine nepotis respergēd<sup>o</sup> io catur. De re. me. li. ij. trac. iij. ca. xvij.  
**Q** uiginti q̄q̄ linguas gentiū quæ sub imperio suo erāt nouerat: & ut iura cui libet patrio sermone redderet: interpretē nō requisuit. Ibi. li. ij. trac. j. ca. xj.  
**M**odestia sanitati multū cōfert. De uita so/ li. li. j. trac. ij. ca. vij. B.  
 Modestiaz cultores uoluptatē fugiūt. Ibi. li. j. trac. iij. ca. iij. B.  
 Modestia assit cūctis in reb<sup>o</sup>. Epi. de re. fa. Modus in cūctis est seruādus. De (vj. C. re. me. li. ij. trac. ij. ca. xxxiij.  
 Molestiā præsentē uenturæ spes gloriæ solatur aut minuit. Ibi. dē. ca. xliij. (Dia. x. A.  
 Mollicies amica uoluptati. De re. for. li. ij.

Moyſes quidam æthiops de latrone factus est presbyter solitari<sup>o</sup> Christi seruus. De uita soli. li. ij. trac. j. ca. j. B.  
 De monte capraz & Soracte. Epi. de re. fa. De monte uentoso ī Gallijs. (xxij. A. Ibi. Epi. xlix. per totūm.  
 De mōstro q̄drupede cū humano capite in agro Veronēsi nato. De re. me. li. iij. trac. Morbus oīs eo funestior q̄ sta (vj. ca. xx. biliore materia subnixus. De re. for. li. j. Morbi animi oēs curari poss. (Dial. xij. A. sunt: nisi æger obliuē. In Secre. Collo. Morb<sup>o</sup> ingens nō facile occultat. (ij. V. In Præfa. Epi. de re. fa. O.  
 Mors nulla misera: quā mors animæ nō sequet. De re. for. li. ij. Dial. xlix. A.  
 Mors repētina in ocētib<sup>o</sup> optāda: nocētibus Mors bona initiū est uitæ. (metuēda. Ibi. Ibi. Dial. cxix. F.  
 Mori ī peccatis nec naturæ nec fortunæ sed hoīs ppria culpa ē. Ibi. Dial. cxxvj. A.  
 Mors inter tremēda principatū possidet. In Secre. Collo. j. Q.  
 Nil morte certi<sup>o</sup>: nil hora mortis incertius. Ibi. Et Epi. de re. fa. xxxiij. B.  
 Mors sola fateē c̄tula sint hominū corpuscula. In Secre. Collo. ij. B. in fi.  
 Quodcūq̄ mors intulerit imedicabile uulnus est. In Præfa. Epi. de re. fa. A.  
 Nihil morte sequacius. Ibi. B. in fi.  
 Mortis nullū præfinitū est tempus: sine termino debitores sum<sup>o</sup>. Ibi. Epi. xij. B.  
 Licet nulla mors in honesta possit uiro honesto contingere poterat tñ durius mori.  
 Mors sape labores uitæ præsentis (Ibi. intercipit: sape præoccupat. Ibidem.  
 Vulgariter errāt q̄ moriētes dicūt uitæ cōmodis abduci. Ibi. in fi.  
 Mors maloz lugēda sed bonoz gaudio p̄ Morientiū nihil interest (sequēda. Ibi. C. ubi potissimū moriant. Ibi. in fi.  
 Exēpla illoz q̄ suoz mortē fortiter tulisse memorantur. Epi. de re. fa. xij. F. G. H. &  
 De nulli<sup>o</sup> morte ē dolēdū nisi tur/ (xij. C. piē & ignaue moriētis. Ibi. Epi. xij. G. ī fi.  
 Nō fit morte miser: uita est quæ miseros facit & beatos. Ibi. Epi. xij. A. & Epi. lx. M.  
 Mors exilio simillima est. Epi. de re. fa. xiiij. Mortis malū nō tam necessariū (A. in fi. q̄ spontaneū est. Ibi.  
 Q̄ moriē quisq̄ conueriē. Ibi. Epi. xix. Mors ultima pœna est nec metuē/ (B. ī fi. da uiris. Ibi. xxxvj. B.  
 Mors ultimū terribiliū. Ibi. (Ibi. C. Mors dilata multis iminuit uitæ gloriam.

MI

Mo

Mors bona optanda est in qua falli neminē  
posse cōstat: neminē poenitere. Ibi. D. i. fi.  
Mors omnes inueniet: & tributū suū inexo-  
rabilis repetet. Ibidem. E.

Quod non caret solatio. Epi. lx. E. in fi.

Inē mortis pericula sepe sūt tutiores quā uir-  
lior ē uita: exemplū. Ibi. Epi. lxxij. F.

Mors ne lachrymis redimī: nec lamentis  
uincit: uitari nō potest: sperni potest. Epi.

Nihil magis nostrū est (de re. fa. cvij. F.  
quā moriēdi cōditio. Ibi. Epi. cxiiij. K.

Sciūt hoies quod moriēnt: sed quia nō ppe: ni-  
hil curāt. Ibi. Epi. cxvij. E.

Nemo nō senex moriē: & nemo nō iuuenis.  
Cū mortuis nō nisi laruā luctāt. (Ibi. G.

In Præfa. Epi. sine ti. C.

Si morituro prælagiū aliqđ posteritatis oc-  
currat ideo tolerabile uidet. De re. me. li.

iiiij. trac. iiij. ca. iiij. A.

Mortalib⁹ nihil tutū ē. Epi. de re. fa. cvij. A.

Mortale nihil efficit imortale. De re. for. li.

Oēs mores boni breuis (i. Dial. xliij. C.

æui sūt: mali autē imortales. De uita soli.

li. j. trac. vj. ca. vj. A.

Mores hoim sic ad exēplar facillime corri-  
gūt: sicut uult⁹ ad speculū. de re. me. li. ij.

Mores decursu tempore (tra. ij. ca. xij. B.

mutati: opinioniones hominū alternāt. Epi.

de re. fa. xij. E.

Mor⁹ corporis i apto sunt: aior⁹ inuisibiles &  
occulti. Ibi. Epi. xlix. E.

Mu

Mucro hostilis loricā penetrat non animū.  
De re. for. li. ij. Dial. lxxvij. A.

Mulier quē fallere uult delinit. Ibidem. li. j.

Mulier mala citi⁹ centum (Dial. xxij. A.

sui similes quā unā bonā reperiet. Ibi. li. ij.

Muliercularū omniū una (Dial. xvij. A.

lex est. Epi. de re. fa. l. A. in fi.

Mulieres duas peiores esse quā unā. Ibi. Epi.

Mūdicia mulierib⁹: labores uiris (lxvj.

conuenire. De re. for. li. j. Dial. xx. A. Et

Epi. de re. fa. xxxvj. B.

Mūdi cursus flumini in idē reuertēti compa-  
tur. De re. me. li. ij. trac. ij. ca. l. A.

Mūdi insult⁹ & pericula sic præcauent. Ibi.

Munera oblata qui spreuer (ca. liij. A.

rūt. Epi. de re. fa. xciiij. B. C. D.

Musæ sunt poetarū. Cōtra me. li. ij. ca. v. B.

Musæ boues macres stimulat. Epi. de reb⁹

Quod musica dulcedine etiā p (fa. xcij. A.

sces tangunt. De re. for. li. j. Dial. xxiij. A.

Magna mutantur & minima. De re. me. li.

Muri⁹ scæuola diuini (ij. trac. ij. ca. l. B.

pariter & hūani iuris: ætate sua cōsulissi-  
mus fuit. Ibi. li. j. trac. j. ca. v. j.

**N** Ascī cur christus uoluit de pgenie  
humili: & in loco despecto. Epi. de  
re. fa. xcviij. A. in fi. B. C. D

Na

In alto nasci nec tranquillū nec tutū est. De  
re. for. li. j. Dial. xvij. B.

Natura rerum humana arte non uincitur.  
Ibi. Dial. xx. C. Et Epi. de rebus fa. xlix. E.

Naturæ frustra repugnat. De re. me. li. ij.

trac. ij. ca. lxvij. B.

Contra naturā nihil sit licet aliqua uideant  
ignorātib⁹ causas re: & nouitate percul-  
sis. Ibi. li. ij. trac. vj. ca. j. A.

An naturæ semp sit obsequēdū an uero nō  
nunquā ualde resistendū. Cōtra me. li. ij.

Natura hoc habet ut multo me (ca. ij. A.

lius: multoq; facili⁹ factorū quā uerborū sti-  
mulis excitemur. Epi. de re. fa. viij. B. in

Natura non est accusanda cum quod (me.

mali nobis acciderit. Ibi. Epi. xix. A. circa

Naturæ suū ius eripe difficile (fi. B. C.

est. Ibi. Epi. cxiiij. K. in fi.

Sæpe prospere nauigāt sacrilegi: & uiri san-  
cti naufragantur. De reme. for. li. j. Dial.

lxxxvij. D. Exempla habes. Epi. de re. fa.

Neapolis ingenti tēpestate pe (lxxij. F. G.

riclita. Ibi. Epi. lxxij. p totū.

Neapolitani mores detestādi. Ibidem. Epi.

Necessitudo nulla ē quæ nō odijs (lxxij.

esse possit infecta. De re. for. li. ij. Dial.

Negligentia torpor est animi. (xxvij. B.

Epi. de re. fa. xxxix. B. in fi.

De nepotib⁹. De re. for. li. j. Dia. lxxvij. A.

Neptunū improbe accusat quod ite: naufragi  
um facit. De re. me. li. ij. trac. ij. ca. lx. B.

Nero pue: quēdā cui⁹ infami amore depe-  
ribat dempta uirilitate in sexū fœmineū

transformare nisus: nō sine dote & orna-  
tu exquisitissimo nuptiarum: quilibet cōiugib⁹

Cæsaris esse cōsueuerat: in domū suā pu-  
blice euocatū uxoris loco habuit. Ibidē.

li. ij. trac. ij. ca. xxxix.

Nero percōtator mathematicorum & ido-  
lorum responsis fallacibus sæpe in uita

& in morte fuit delusus. De re. me. li. ij.

trac. ij. ca. ij. A. Et tra. vj. ca. xij. & xiiij.

Nero Gaius Caligulæ tam similis euasit ut  
non alter sed ille idem quodāmodo ab in-  
feris reuersus uideretur. Ibidem. trac. ij.

De Nerone Claudio: Vide in (ca. xij.

Supple. Epi. to. ca. vj.

Nihilo detrahi nihil potest. Con. me. li. ij.

Ne quid nimis. De re. me. li. (ca. xij. A.

ij. trac. ij. ca. xxxiiij.

Niti in id ad quod pueniri non potest demen-  
tissimi animi est. Epi. de re. fa. ij. C.

Ne

Ni

# Principalium sententiarum

**No** Nobilis uerus non nascitur sed fit. De re. for. li. j. Dial. xvj. G.  
 Nobilitas non est sine uirtute. Ibi. D.  
 Posse nocere non est uera magnitudo nec uerum robur. Epi. sine ti. ij. F.  
 Ibi nocedi seruientior est libido ubi defensionis est minus. Epi. de re. fa. xcij. A.  
 Noctua cur Mineruæ cõsecret. Cõtra medi. li. iij. ca. viij. B.  
 Nosce te ipsum. De re. me. li. iij. trac. ij. ca. Nescienti seipsum impossibile est (xxxij. A. noscere deũ. De uera sapietia. Dial. j. G.  
 Noctibus bis terq; surgendũ est. De re. for. Nouum nihil sub sole (li. j. Dial. xxj. H. Epi. de re. fa. xxx. A.  
 Nouum nihil aut stupendũ senibus: præsertim eruditis euenire solet aut inopinatum Ibi. Epi. xix. A.

**Nu** De Numa Pompilio scõ Romano rege De re. me. li. iij. trac. j. ca. iij. Et in Epito. Nũmius corinthũ armis capit & (ca. ij. uasa eiõ diripit. De re. for. li. j. Dial. xlj. A. Nũcij principũ non sunt male tractandi. Epi. sine ti. ij. per totum.  
 Nuptiæ multis anxietatis & infelicis uitæ principium fuerunt. de re. for. li. j. Dial. lxxvij. B.  
 Nuptias primas nec secundas celebrare si nosceres ad liquidũ quod sit foemina: quod ue de illa scribat magni uiri. Ibi. Dial. lxxvij. A.  
 An cõsultiõ sit nuptias cõtrahere: an in cõlibatu permanere. De re. me. li. iij. tra. ij. ca. Nurus immissa grauior est quã filia (xlj. D. emissa. De re. for. li. j. Dial. lxxvij. C.

**Ob** **O**bssequium parit amicos ueritas odium In Secre. Collo. ij. F. Et de re. me. li. iij. trac. ij. ca. lxij. A. in fi. Et Contra medi. li. j. ca. iij. D.

**Oc** Occasio facit furẽ. De re. for. li. ij. Dial. lx. Plures occidit coena quã gladius. Epi. (A. de re. fa. xxxvj. E.  
 Ocius duæ spēs sũt. De re. for. li. j. Dial. xxj. Ociũ sine lris mors est & uiui hois sepultura. De uita soli. li. j. trac. iij. ca. j. A. Et Contra. medi. li. iij. ca. iij. A.  
 Ociũ timet quisq; nil agit. Ibi. Con. medi. Ociõ solitarij duo sũt genera. de re. me. li. j. Nunquã se minus ociosũ esse (trac. j. ca. j. B. quã cũ ociosus: nec minus solũ quã cũ solus esset Scipio Africanõ dicere cõsueuit. Ibi. ca. ij. De ocio & solitudine quãdã clarissimõ uirorũ. Ibi. ca. ij. & sequenti.  
 Ociõ dulcedo negotiorũ curis si facultas securitalis cũ ocio cõtingat præferẽ. Ibi. li. Octauiano Augusto priõ quã (iij. tra. j. ca. j. ex alio matris exiret. p̄digio prænuñciatã

magnitudinẽ affirmant. Ibi. trac. v. ca. v.  
 De Octauiano Augusti ingenio & eloquentia. Ibi. li. ij. trac. ij. ca. vj.  
 Quod Octauiano Augusto mors prænuñciata est cũ tabula in qua nomen eiõ inscriptum fuerat de coelo tacta & prima nois lra deiecta. Ibi. li. iij. trac. v. ca. v.  
 De Octauiano Augusto: Vide in Supple. Epito. ca. xvij. Et in Augustali.  
 Quod animõ habeat oculos suos. Epi. de re. fa. Occulta non debet cõicari (xxxvij. A. in fi. oib; quia eis abscon uident De sapietia Ois occupat; miser occupat; (Dial. ij. B. tusc; sub alio bis miser. De uita soli. li. j. Odiũ uulgi graue. De (trac. ij. ca. ij. A. re. for. li. ij. Dial. xxxij. A.  
 Odiũ obsequio lenit. Ibi. Dial. xxxvj. C.  
 Odorum alij gulam alij libidinem irritant. Ibi. li. j. Dial. xxij. A.  
 Odor leuis cõfortat tabescẽtẽ spm. Ibi. B.  
 De Ominib; li. iij. tra. vj. ca. j. cũ sequenti.  
 Omen quod sit & quod omina primo ad hoies & deiceps ad actõ gestusq; uenerũt. De re. me. li. iij. tra. vj. ca. j. & vij. cũ sequentib;.  
 Ominis uanitas a quib; ortũ habuit. Ibi. ca. Opes nimietatis non modo singulorũ hominũ sed ppli Romani corruerunt mores. De re. for. li. j. Dial. liij. C.  
 Quod non satiãt desiderium sed accedunt. Ibi. lv. Multo plures propter opes quã propter (A. inopiã perierunt. Ibi. li. ij. Dial. xij. F.  
 Opes contene & te dignũ finge deo. Epi. de rebus fa. lxxxix. M.  
 Opinio rem non mutat. De re. for. li. j. Dial. Nihil est quod non sibi fingere possit (xj. A. Non si te cõcũ mortales bonũ (opinio. Ibi. dixerint bonus fies. Ibi.  
 Non refert quod de te alij sentiant: sed quid tu. Ibidem. B.  
 Opinio ambigua nomen est rei: certissima Saep̄ cuius rei dulcis (res est uirt; Ibi. fuerat opinio: amare fuit experimentum. De re. for. li. j. Dial. l. D.  
 Opinio rem quocũq; uoluerit trahit. Ibi. li. Falsum opinari ignorãtis (ij. Dial. xc. D. est. In Secre. Collo. ij. I.  
 Ab opinionib; iueteratis durum est auelli. Epi. de re. fa. xxxij. B.  
 Optare uanũ est quod haberi nequit nocuitq; habitũ. De re. for. li. ij. Dial. lxxxij. H.  
 Frustra optat quod in manu nostra positũ est. Epi. de re. fa. lix. A.  
 Oraculum quid sit. De re. me. li. iij. trac. ij. Orandũ nihil est a deo nisi ut nos (ca. j. A. bis beneficiat. Ibi. li. iij. trac. ij. ca. xlj. A.

Od

Om

Op

Or

- Sine oratione nihil grande inchoandū est.  
 Orator quæ sint proprie. (Ibi. ca. xlij. B.  
 Contra medi. li. ij. ca. x. D. Et Epi. de re.  
 Oratoris linguæ eruditio (fa. viij. A. in fi.  
 est ppria. Epi. de re. fa. viij. A.  
 Oratoris propriū est de omni re copiose or-  
 nateq; posse dicere. De re. for. li. j. Dial.  
 Orator est uir bonus dicendi pe (xlvi. E.  
 ritus. Ibi. Dial. ix. B.  
 Origo cunctorū una est: un⁹ parens huma-  
 ni generis: unus fons uniuersorū. Ibi. Dia.  
 Orodi parthorū regi triginta fue (xvj. E.  
 re filij. Ibi. li. ij. Dial. xij. C.  
 Orpheus: baluas imanes cantu quocunq;  
 uellet pduxisse phibeē. Epi. de re. fa. viij.  
 Orta oīa occidunt & aucta senescūt. (C.  
 De reme. for. li. j. Dial. xvj. D. Et Epi. de  
 re. fa. lxxxix D. in fi. Et Epi. sine ti. iij. G.  
 Inter os & offam sæpe multa inuenire pos-  
 sunt. De re. me. li. ij. trac. ij. ca. x. B.  
 Ot Ottho septimus ab Augusto: Romani im-  
 perij frena corripuit. De re. me. li. ij. trac.  
 j. ca. xij. Et in Augustali.  
 Otthonis Impatoris uisio. Ibi. li. iij. trac.  
 Pal **D**alladi iuisam finxere (iij. ca. xvj.  
 Queteres araneā. De re. for. li. j. Dia.  
 Palæstræ spectator uan⁹ ē (viij. B.  
 & luctator infanus. Ibi. Dial. xxix. A.  
 Pallorem amantib⁹ magister amorū tribuit.  
 Contra medi. li. ij. ca. xvij. A.  
 Par Parentes sæpe de filijs uera ignorātes uati-  
 cinant. Epi. de re. fa. cxiiij. I.  
 Inter parentes & filios pulchrum de amore  
 ac pietate certamē. De reme. for. li. j. Dia.  
 Pariseorū ciuitas regni Gallia (lxxxij. A.  
 caput: a Iulio Cæsare condita est. Epi. de  
 Parmenides & atlas: nomīa (re. fa. iij. B.  
 propria his in quibus habitauerunt mōtib⁹  
 reliquere. De uita soli. li. ij. tra. vij. ca. j. C  
 Contra parasitū periphraſis. Epi. de re. fa.  
 Pas Pastoris boni est tondere pecus (x. A. B.  
 non deglutire. De re. me. li. iij. trac. vij.  
 Nulla passionū humanarū est (ca. ij. in fi.  
 perpetua. Epi. de re. fa. cxiiij. L.  
 Pat Rara patientia est quam non penetret acu-  
 tum conuitium. Cōtra medi. li. iij. ca. xj.  
 Alia sunt quæ patimur nolentes (E. in fi.  
 alia quæ uolētes. Ep̄sa sine ti. xj. i. princi.  
 Patiētia gaudet duris. Epi. de re. fa. xxxvj.  
 Impatientis animi est breuiffi (B. in me.  
 ma expectatione torqueri. Ibi. Epi. j. E.  
 Patientia criminū sæpe consensui proxima  
 est. Ep̄sa. de re. fa. xcj. D. in fi.  
 Patris seueritas fructuosior filio esse solet q̄  
 comitas. De reme. for. li. ij. Dial. xlij. B.  
 Patrum mores non sunt arguendi sed ferē  
 Pater senex fugitiua iucūditas (di. Ibi. C.  
 Ibi. li. j. Dial. lxxxij. A.  
 Patriæ summa laus: sola uirtus est ciuium.  
 De reme. for. li. j. Dial. xv. A.  
 Patria nobilis quæ uulgo dicaē. Ibi.  
 Malim per te patria: q̄ tu propter patriam  
 notus sis. Ibi. B.  
 Quid prodest patriam fugisse si seipsū non  
 effugiat? De re. me. li. iij. trac. ij. ca. xlj. E.  
 Qui patriam cōseruauerint: auerint: adiu-  
 uerint: certum est in celo definitum locū  
 habere: ubi beati uo sempiterno fruan-  
 tur. Epi. de re. fa. xxxviij. B.  
 Paula sancta pia & illustris ut ad præsepe Pau  
 dñicum mori posset ubi & qualiter orta  
 esset oblita est. De uita soli. li. ij. tra. iij. ca.  
 Pauli Aemilij cōstātia. Epi. de re. (viij. A.  
 familia. xij. F.  
 De Paulo Aemilio macedonico. In Sup-  
 ple. Ep̄to. ca. xij.  
 Pauperem non rerum paucitas: sed cupidi-  
 tas facit. Epi. de re. fa. xiiij. A.  
 Qui cum pauprate bene conuenit diues est  
 Ibi. Epi. cv. C. in fi.  
 Quis nō est pauper nisi qui nihil cupit? Ibi.  
 dem. Epi. lxxxix. L  
 Pauper non est qui parum habet: sed q̄ mul-  
 tum cupit. Ibi. Epi. lxxxviij. A. in fi.  
 Paupertas dura quidem sed tutissima & ex-  
 peditissima est. Ibi. Epi. xl. C.  
 De laude paupertatis. Ibi. Epi. xxxix. D.  
 Paupertas aliquanto difficilius contemni-  
 tur re q̄ uerbo. Ibi. Epi. lxxxix. L.  
 Paupertas quid boni habeat: qd quietis ac  
 fœlicitatis adducat: exemplis ostēdit. Ibi.  
 Q; sæpe multis utilis fuit ad (dem. M.  
 salutem: nulli unq; inutilis nisi his q̄ eam  
 lamentis & impatiētia exasperāt. Ibi. O.  
 Qui in paupertate fœlicissimi fuerint & in di-  
 uitijs infœlices: exēpla. Ibi. Epi. xcviij. C.  
 Paupertas habet ingeniū suū: habet & cogi-  
 tatiōes alias. De rebus me. li. ij. trac. iij.  
 ca. xlvij. Exemplū. ca. xlix. cū sequē.  
 Nemo tam paup uixit ut moriēs nollet ui-  
 xisse pauperior. De re. for. li. ij. Dial. ix. I.  
 Pauonis pulchritudo m̄to aurium tædio  
 pensanda est. Ibi. li. j. Dial. lxij. A.  
 Pacē seruare meli⁹ est q̄ sperare. De re. for.  
 li. j. Dial. cv. A.  
 Pax punica Romanae urbis excidiū fuit. Ibi  
 Pax magna sæpe si pau (dē. Dial. cvj. A.  
 xillū auri adhibeas lis erit. Ibidem Dial.  
 Peccare miser⁹ est: miser⁹ de (lxxxiiij. B.  
 lectari: miserimū excusare atq; amare pec

# Principalium sententiarum

catu. De re. for. li. j. Dial. lxxix. F.  
 Peccati delectatio peior est quam ipsum peccatu. Ibi. Dial. xxvij. B.  
 Ex alieno peccato damnus dolorque nasci potest non infamia. Ibi. li. ij. Dial. xxj. E.  
 Si peccatum omne nihil est: eo magis est nihil quo peccatum maius. Epi. sine ti. ij. F. in  
 Peccatum ibi debet corrigi ubi est causa (me. missum. Ibi. Epi. vj. L.  
 Peccatum miserum facit. In Secre. Collo. j. F. in fi.  
 Peccator quo maioris uoluptatem & titillationem percipit ex sceleribus suis: eo miserior calamitosiorque est iudicandus. Ibi. T.  
 Pecunia non te habeat dominum nec comitem. Epi. de re. fa. xl. A.  
 Crescit amor numeri quantum pecunia crescit. Ibi dem. Epi. lxxxvij. B.  
 Pecunia neminem diuitem facit. Ibi.  
 Cum pecunia sollicitudo & cupiditas crescunt  
 Pedere nunquam desinet (Ibi. Epi. xcviij. A  
 qui in crastinum pendebit. De uita soli. li. j. trac. vj. ca. v. A.  
 Poenitenti deus ueniam spondit sed diem crastinum non promisit. De uera sap. Dial. j. H.  
 Peregrinari quod sit. Epi. de re. fa. xiiij. A.  
 In peregrinatione optimu tibi uaticu ex uirtutibus constabit. Ibi. G.  
 Periclis Atheniensis constantia in morte filiorum. Epi. de re. fa. xij. F.  
 Quia ei sola lingua sufficit ad imperium: Inermis ipse attamen ita armatus eloquentia ut cum aduersus oim salutem diceret: cum delectatione ab oib9 audiret. De re. me. li. ij. trac. ij. ca. xix. De quo & li. iij. tra. j. ca. xiiij. A  
 Periculum nunquam sine periculo uincit. Ibi. li. ij. trac. ij. ca. lx. B. Et Epi. sine ti. xxj. A.  
 In periculis uirtutis splendor facillime (in fine) me apparet. Epi. de re. fa. xv. H. in fi.  
 Pernicitas inaudita illo properat ubi tarditas multa erit. De re. for. li. j. Dial. vj. A.  
 Pernicitas summa eo tendit: ubi desinat. Ibi.  
 Apud Persas fidem & taciturnitatem esse integerrimam. Epi. de re. fa. v. B.  
 Persecutionum duo sunt genera. Epi. sine  
 Pestes quas fugare non possum9 (ti. xj. A. fugiam9. De ui. soli. li. j. tra. vj. ca. vj. D.  
 Petrus Damianus Romanus cardinem non sine laude possederat: illum tamen linquens quietissimam solitudinem pituris honoribus preferenda duxit. De ui. so. li. ij. tra. iij. ca. xvij. B.  
 Petrus heremita in territorio Ambianensi solitaria uitam duxit. Ibi. trac. iij. ca. j. A.  
 Petrus abaelardi inuidia cedens solitudinis trecensis abdita penetrauit. Ibi. trac. vij. h  
 Paphnucius tres dei amicos (ca. j. D.

ex urbibus ad desertum perduxit. De uita for. li. li. ij. trac. j. ca. j. C.  
 Phalaridis agrigentini mater uidit in sonis ex patera mercurij sanguinem humi spargere pauimetoque illisum rebullire: quod uerum fecit cruenta nati scuitia. De re. me. li. iij. trac. iij. ca. xxvij.  
 De Phalerno monte. Epi. de re. fa. lxxj. B.  
 Phraates rex parthorum praeter parricidia in patrem simul ac filium admissa: triginta insuper proprio fratrestrucidasse legit. De re. for. li. j. Dial. lxxxiiij. A.  
 Phoenix auis unica quingentesimo anno renascitur. Epi. de re. fa. lxxj. B. Et de re. for. li. j. Dial. lxxij. G.  
 Phillades histrio primo uetustum & inconditum saltandi morem praedecora nouitate permutasse traditur. De re. me. li. iij. tra. ij.  
 Philippus rex macedonum ioco (ca. lix. A. sior etiam inter seria fuisse tradit quod deceret regem. Ibi. li. ij. trac. iij. ca. xlij.  
 Ut fatale sibi quadriga declinaret: oppidum Boetiae cui quadriga nomen erat iussit euertere. Ibi. li. iij. trac. ij. ca. xij. Et Con. medi.  
 Sic philosophemur ut quod (li. iij. ca. xj. F. philosophiae nomen importat sapientiam amemus. Epi. de re. fa. lxxxviij. B.  
 Philosophanti nihil molestus quam sophista. De re. for. li. j. Dia. vij. B.  
 Philosophia non sapientiam sed amorem sapientiae pollicetur. Ibi. Dial. xl. vj. B.  
 Philosophandi principium fuit admiratio. De re. me. li. j. trac. ij. ca. xviij. in fi.  
 Philosophiae nomen dulce est doctis. Contra tra me. li. ij. ca. xviij. A.  
 Philosophiam quidam nil aliud quam meditacionem mortis esse dixerunt. Epi. de rebus fa. xxxviij. C. Contra medi. li. ij. ca. xvij. C.  
 Philosophia uendi non potest. Contra me. Ad philosophiam nihil habet cor (Ibi. D. poris & color. Ibi. ca. xviij. B.  
 Philosophiae pars nobilior in rebus est. Ibi. C  
 Philosophus uerus amator est dei. Ibi. Et Epi. sine ti. xxij. H. in fi.  
 Laudatur philosophia sed non omnis. Laudatur uerax: fallax carpit. Ibi. li. iij. ca. v.  
 Philosophorum ingenia in fabellis contereunt. De re. me. li. iij. trac. iij.  
 Philosophi non sunt expectandi (ca. xxxv. ex singulis uocibus sed ex perpetuitate atque constantia. Ibi. trac. vij. ca. j.  
 Philosophum quaerit animi cura. Epi. de rebus familia. vij. A.  
 Philosophi quantum humana inquisitione fieri potuit & noticia rebus docti & eloquio clari

- ri & naturali ingenio foelices: sed supni & ineffabilis obiecti priuatiōe miserabiles . Ibi. Epi. lxxxviiij. A. in fi.
- Sic philosophorū cōpatiamur erroribus ut nostrā gratiā gratulemur. Ibi. B.
- Quā ad philosophicā poeticāq; uitā neces- saria sint. Ibi. Epi. cxvj. B. in fi. C.
- Pi Pica loquax certa dñm teuoce saluto: Si me nō uideas esse negabis auē. De re. for. Viuacior sculptoris q̄ (li. j. Dial. lxxiiij. E. pictoris est opa. Epi. de re. fa. lxxxiiij. B. Et contra me. li. iij. ca. x. B.
- Pictor deformis saepe pulchrā imaginē de- pingit. Ibi. Epi. lxxxiiij. B.
- De picturā delectatiōe. De re. for. li. j. Dia. Pyrrhus rex epirotarū bellū (xl. A. & xli. Romanis illatur⁹ dū delphos cōsulit hoc responsum accepit. De re. me. li. iij. trac. De Pyrrho rege: Vide in (ij. ca. xij. A. Supple. Epitomatis. ca. ij.
- Piscinas ac uiuaria ostrearū prim⁹ iustituit Sergi⁹ Orata baiano in littore. de re. for. li. j. Dial. lxxij. C.
- Pisistrat⁹ nulla re alia Atheniēsis impauit q̄ rara q̄dā eloquentia: quia doctrina & ingenio clar⁹ prim⁹ Homeri libros antea cōfufos sic disposuit ut nū habem⁹. de re- bus me. li. ij. trac. ij. ca. xvij.
- Pythagoras philosoph⁹ philosophici noīs inuētor. De re. me. li. j. trac. ij. ca. xij. A. B. Et li. iij. trac. ij. ca. xl. A.
- Pythagoras sapiētissimus orator pro affe- ctū uarietate. Ibi. li. iij. trac. ij. ca. xl. B.
- Qz credebatur corpe in corpus aias migra- re. De re. for. li. j. Dial. xv. C.
- Pittacus tps agnoscere praecepit. De reb⁹ me. li. iij. trac. ij. ca. xxxvij.
- Pius homo neq; dæmoni pessimo neq; fato subiacet: quia de⁹ piū hoīem ab omni ma- lo liberat. De re. for. li. j. Dial. xij. C.
- Pla Quā placēt uulgo uitanda sunt. Epi. de re. Plaga animi q̄ralibet (fa. xcviij. A. tpe mitigat. Ibi. Epi. lxxxiiij. B.
- Plato naturā grās agebat ppter q̄ncq;. De re. for. li. j. Dial. xv. C.
- Platoni nō placet bis in die saturā fieri. De uita soli. li. j. trac. ij. ca. vij. A.
- Qz scripsit diuina poti⁹ q̄ humana facun- dia libros multos. De re. me. li. j. trac. ij.
- Plato prim⁹ omniū tripertitā (ca. xiiij. A. philosophiā copulauit. Ibidem.
- Eius eloquentia anteq; loq; posset emicuit. De re. me. li. ij. trac. ij. ca. xij. A. Et li. iij. trac. v. ca. xxij.
- Plato q̄s praeceptores habuit. Ibi. li. j. trac.
- ij. ca. xiiij. A. Et li. iij. trac. ij. ca. xliij. A.
- Platonē in aegypto praef astrologiā: ppheta rū rit⁹ ac doctrinā didicisse fama est. Ibi. li. j. trac. ij. ca. xiiij. C. in fi.
- An prius Platonis philosophiā q̄ Christi euāgeliū fuerit ex Augustini & Ambrosij bis ostendit. Ibi. D. E.
- Platonē in oibus fere quā de uerbo dei di- cunt a nostris cōsentire: praeterq; in succe- ptiōe hūanā carnis: ubi nō cōtradicit sed silet: dicit Augustinus. Ibidem. F.
- Platonis oratio quā pro Socrate scripta ē: nec p̄ono: nec reo digna est. Ibidem. li. ij.
- Plato maximorū hoīm (trac. ij. ca. xij. A. cōsensu philosophiā meruit principatum Qz toto pene orbe (Epi. de re. fa. lxxij. C. pegrinās die ultio Sophronis mimos sub capite habens uel scribens moritur. Epi.
- Plato obiit ānis aetatis (sine ti. xxij. C. suā uno & octoginta exactis ipso suo na- tali die. De re. me. li. j. trac. ij. ca. xiiij. F.
- Qz eo die q̄ Plato reb⁹ humanis excessit sol cœlo cecidisse uisus est. Epi. de re. fa. lxxvij.
- Plini⁹ Veronēsis triginta septē Roma (A. nā totidēq; naturalis historiā libros ad Vespasianū principē descripsit. De rebus me. li. j. trac. ij. ca. viij. A.
- An Plini⁹ qcqd ueri habeat ab antiq; me- dicis accepit. Con. me. li. j. ca. vij.
- Podagra cur inē delicias habitet. Epi. de re. fa. xxxix. A. B. C. Et Ep. lxxxix. P. Et de re. for. li. ij. Dial. lxxxiiij. A.
- Podagra nulla meli⁹ resistit ope q̄ uigilijs labore & ieiunio. Ibi. Epi. xxxix. C.
- Si pellere uis podagrā pelle delicias. Ibi. D.
- Podagrici morbi remedia. Ibi. Epi. lxxxix.
- Poemata uetusta uiuo teteri (P. compar. Epi. de re. fa. j. G.
- Poetā nō facit una oīo sed pseueratiā. Ibi.
- De compatiōe poeticā ad (Epi. lxxiiij. E. medicinā. Contra me. li. j. ca. v. A.
- De poetarū imortali gloria scdm Ciceronē De intellectu cōtra q̄s poe (Ibi. ca. viij. A. tas Boeti⁹ loq; uelit. Ibi. ca. ix. Et li. iij. ca.
- De Poetā officio. Contra (v. A. D. medi. li. j. ca. x.
- Poetarū studiū est: ueritatē rez pulchris ue- laminiibus ornare. Ibi. ca. xj.
- Poetā rari sunt & clari. Ibi. ca. xij.
- Qz poetā ab oib⁹ catholicis scriptorib⁹ res- cepti sint. li. iij. Cō. me. ca. j. A. in fi. B.
- Quā sit poetā utilitas & qs finis. Ibi. C.
- Qz poesis sit necessaria. Ibi. li. iij. ca. ij. per totū. Et Epi. de re. fa. xj. A. in fi. B.
- Qz sit inē artes liberales licet in eaz; nume-

# Principalium sententiarum

non exprimat. Con. me. li. iij. ca. iij.  
 Non ideo a consortio scientiarum aut artium exclu-  
 denda est quia metris & noibus quae per tempus  
 varianter utitur. Ibi. ca. iij. A.  
 Quae poesi praestantissimi uiri uacauerunt. li.  
 iij. ca. v. B.  
 Quid in se scanicam & heroicam poetriam  
 interfit. Ibi. C. D.  
 Cur rari sint boni poetae & boni philoso-  
 phi. Inter poetas non est inuidia. Cō. (phi. Ibi. G.  
 tra medi. li. iij. ca. vj. A.  
 Ideo apud poetas est stili obscuritas. Ibidem  
 Non ob aliam causam indoctis (C. D.  
 odiosa est poetica: nisi quia eis inacces-  
 sibilis & ignota est. Ibi. E.  
 De poetarum antiquitate: & cur non pala-  
 deorum pluralitatem redarguerint. li. iij.  
 Contra medi. ca. vij. A. B. C.  
 Quae poetarum error communis sit cum philo-  
 sophis. Ibi. li. iij. ca. v. E. F. Et ca. vij. D.  
 Poetarum lectio iuuenibus est fructuosa:  
 senibus superuacua. Ibi. ca. viij. B.  
 De Pompeio magno. In Supple. Epito. ca.  
 Quae aduersus rerum dominum Iulium (xvj.  
 Caesarem conficitur euentum praesentis eui-  
 dentissimis prodigijs praenotatum ferunt.  
 De re. me. li. iij. trac. v. ca. xvij. A.  
 Pontificatus summi sarcina difficillimum &  
 gloriosum miseriam genitum est. Ibi. li. iij. trac. ij.  
 Pontifices nostri nil aliud nisi diuitias (ca. lxiiij.  
 tias amant. De uita soli. li. ij. trac. iij. ca.  
 j. C. Et Epi. de re. fa. lxxxvij. D. E. F.  
 Populus odiosus lenitendus est aut linquen-  
 dus. De re. for. li. ij. Dial. xxxiiij. B.  
 Portentum multis & diuersis uerbis nomina-  
 tur. De re. me. li. iij. trac. vj. ca. j. A.  
 Neque sola ignorantia causarum uideri porten-  
 tum cogit. Ibi. B.  
 Portentum dicitur quod raro contingit. Ibi.  
 Et Contra medi. li. ij. ca. j. C.  
 Sine portentis uix est historia. De re. me. li.  
 iij. trac. vj. ca. xvj. A.  
 De horribili portento hominis uisi super equo  
 apud Mediolanum. Ibi. ca. xix.  
 Portenta monent interdum animas. Epi. de  
 Portius latro memoriter ser (re. fa. xix. A.  
 uabat quaecumque dicebat. De re. me. li. ij.  
 In portu multi perierunt. (trac. j. ca. vij.  
 De re. for. li. j. Dial. lxxxvij. A.  
 Quae rite poscunt deus negare non solet. In  
 Possidonij Panætij di (Secre. Col. ij. Q.  
 scipuli prudens sententia. De re. me. li. iij.  
 trac. ij. ca. lv. A.  
 Qui potenti minora negat: maiora permit-  
 tit. De re. me. li. iij. trac. ij. ca. xxx.

Potentia uera & firma in uirtute fundata est.  
 De re. for. li. j. Dial. xcj. B.  
 Potentia nulla potens est & stabilis. Ibi. C.  
 Potentia multorum non in proprijs uiribus  
 sed in aliena debilitate fundata est. Epi. sine  
 ti. ij. C. in me.  
 Praeceptoris tui excellētia nihil ad te. de re. Pre  
 for. li. j. Dial. lxxx. A. Et li. ij. Dial. xl.  
 Praeceptoris scientia discipulo utilis esse po-  
 test: gloriosa esse non potest. De re. for. li. j.  
 Praesidentium amara & tur- (Dial. lxxx. B.  
 bida fors est. Ibi. Dial. xlviij. E.  
 Praeuignus raro bonus: rarior est uirtricus.  
 Ibi. Dial. lxxxix. C.  
 Princeps iustus pater est patriae. De re. for. Pri  
 li. j. Dial. xcvi. D.  
 Principes nostri ac duces elatissimi hominum:  
 in thalamo leonibus fortioribus: in campo  
 ceruis timidiores. De uita soli. li. ij. trac.  
 Ad nihil aliud sunt animi (iij. ca. vj. A.  
 mosi quam ad luxuriae studium uirtutisque odi-  
 um. Ibidem.  
 Principem communitalis difficiliter est a pri-  
 mo in secundum ordinem quam a secundo in o-  
 uissimum detrudi. De re. me. li. iij. trac. ij.  
 Quae principum miserrima est con- (ca. iij. B.  
 ditio: quibus de coniuratione aperta non  
 creditur nisi occisis. De re. me. li. iij. trac.  
 ij. ca. v. Exempla habes ca. xxij.  
 Princeps qui delatores non castigat irritat.  
 Principibus quomodo sit ass- (Ibi. ca. v.  
 stendum sine periculo. Ibi. ca. xliij. A.  
 Principes olim uirtute & litteris claruerunt:  
 modo ignauia & ignorantia torpent. Epi.  
 de re. fa. cx. per totum.  
 Principatus unitas commendatur. Epi. sine  
 Principijs in omni nisu (ti. iij. C. D.  
 obsistam. De re. me. li. iij. tra. ij. ca. iij. B.  
 Procurator regis hostis est populi. De reme. Pro  
 for. li. j. Dia. xlvij. A.  
 Proditore nihil scelestius. Ibidem. li. ij. Dial.  
 Proditorem patriae nullius aui (lxxx. B.  
 licentia: nulla consuetudo: nulla libertas  
 criminum excusat. Epi. de re. fa. cij. D. De  
 quo li. ij. De reme. for. lxxx.  
 Profectui nil tam aduersum quam perfectionis  
 opinio. De reme. for. li. j. Dial. x. B.  
 Profectus principum est noticia defectus per  
 prium cum dolore. Contra medi. li. iij. ca.  
 Si quod profitemur homines id (viij. A.  
 essent: bene irent res humanae. De re. for.  
 li. j. Dial. xlvi. G.  
 Promittentibus multa nihil credendum esse.  
 Ibi. li. ij. Dial. xxxvi. B.  
 Prosperitas praesens saepe futurae calamita-

tis auspiciū fuit. Ibi. li. j. Dial. xxvij. A.  
 Prosperitas magna magnæ uiam facit ad/  
 uersitati. Ibi. Dial. xcj. A.  
 Proteruitæ noīs æquocatio. De re. me. li. ij.  
 De pueriis uulgarib<sup>9</sup> (trac. iij. ca. xxix.  
 & ipsoꝝ cōmēda. Ibi. li. iij. trac. ij. ca.  
**Pru** Prudentia nihil aliud est scđm (lxij. A.  
 Tulliu nisi regē bonarum & malarum sciē/  
 tia. De re. me. li. ij. trac. j. ca. j.  
 Sine prudentia nec haberi nec intelligi peni/  
 tus ulla uirtus potest. Ibi.  
 Prudentis est nō tam quid deleat q̄ quid  
 expedit aduertere: inq̄ hoc ipso nō prin/  
 cipia rerum sed exitus contemplare. Epi.  
 de re. fa. xxxij. B.  
**Pf** Psitacus saluator magn<sup>9</sup> & præsertim prin/  
 cipum: sed quasi adulatorem illum fecit  
 natura. De reme. for. li. j. Dial. lxxij. E.  
 De publico Decio. In Epito. ca. xj.  
 Publius Decius bello latino consul se pro  
 republica deuouit: & in medias inimicoꝝ  
 acies inuectus: tanta gloria oppetit ut na/  
 tū ad simile mortis hæreditariæ desideriu  
 excitaret. De re. me. li. iij. trac. iij. ca. iij.  
**Pu** De publico Scipio. In Supple. Epito. ca. vij  
 Publius Syrus a primis annis dicacitati de/  
 ditus libertatē cōsecut<sup>9</sup> est: & præter fauo/  
 rē populorū Iulij Cæsaris ingentē gratiā  
 pmeruit. Is & mimos scriptauit. De re.  
 me. li. ij. trac. iij. ca. xvij. Et li. iij. trac. ij.  
 Publius Clodius: ubi condem<sup>9</sup> (ca. lx. A.  
 natio sperabat summa cū populi Roma/  
 ni & illius sæculi infamia absolutus: nocē/  
 tior absolute q̄ crimine. Ibi. li. ij. trac.  
 Pudicitia insignis impiofas (iij. ca. xxx.  
 efficit matronas. De reme. for. li. ij. Dial.  
 Pudor & pœnitētia & dolor sca<sup>9</sup> (xxj. A.  
 læ sunt & gradus quidam ad respiscenti/  
 am & salutem. Ibi. Dial. xxvj. C.  
 Puerorū est ad omnia quæ uiderint obstu/  
 pescere: quia eis omnia noua sunt & admi/  
 randa. Epi. de re. fa. xix. A.  
 Pulchritudo & castitas raro cohabitāt. De  
 reme. for. li. j. Dial. lxxij. A.  
 Purpura conspecta in alterius tergo ambi/  
 tionē renouat. In Secre. Collo. iij. X.  
 Puteolana mulier. Epi. de re. fa. lxxj. D. in  
**Qu** **Q**UINTO Fabio maximo (fi. E.  
 cunctatore. De rebus me. li. ij. trac.  
 j. ca. iij. Et in Supple. Epito. ca. iij.  
**Ra** **R**apinis. De reme. for. li. ij. Dial.  
**Re** Rex uerus est qui insticia (lxj. A.  
 regit & regitur. De reme. for. li. j.  
 Dial. lxxxv. D.  
 Ille uere rex dicendus est qui non subditos

modo sed seipsum regit. Epi. de re. fa. l. C.  
 Regem a tyranno sola iusticia discernit. Ibi/  
 dem. Epi. xxxij. A. in fi. Et de reme. for.  
 li. j. Dial. lxxxv. D.  
 Rex bonus seruus est publicus. De re. for.  
 li. j. Dial. xcvj. A.  
 Quid faciat regem scđm Senecam. Epi. de  
 Regibus inimicit<sup>9</sup> nihil est q̄ (re. fa. l. D.  
 uirtus & litteræ. De reme. for. li. j. Dial.  
 Q̄ reges nostri temporis litteris (xlj. B.  
 bellum indixerūt. Epi. de re. fa. cx. B.  
 Regale dedec<sup>9</sup>: iam uidemus plebem doctā  
 regesq̄ asinos coronatos. Ibi. D.  
 Q̄ reges nostri de saporibus epularū & uo/  
 latu auium iudicare possunt: de ingenijs  
 hominū non possunt. Ibi. Epi. j. B.  
 Q̄ reges nostri nil nisi delicias amant. De  
 uira soli. li. ij. trac. iij. ca. j. C.  
 Magnū est regem esse: pexiguū regem di/  
 ci: quia rariores sunt reges q̄ uulgus exi/  
 stimat. Epi. de re. fa. l. C.  
 Q̄ regibus tam boni q̄ mali suspecti sint.  
 De reme. for. li. j. Dial. xlj. A.  
 Regum amicitijs præter regna ipsa nil usq̄  
 inquietius nilq̄ periculosius. Ibi. C.  
 Regum uita: tristis: occupata: difficilis. Ibi/  
 Regis regniq̄ salus nō in specio (dem. D.  
 so cognomine sed in uera iusticia sita est.  
 Ibi. Dial. xcvj. A.  
 Regiū nomen apud alias gentes uenerabi/  
 le: apud Romanos odiosū & importabi/  
 le semper fuit. De re. me. li. iij. trac. iij. ca.  
 Regnorum ac rerum temporalium (j. E.  
 dñatores crebri sunt: rarissimi contempto  
 res. Ibi. li. iij. trac. ij. ca. lxxij.  
 Regnū Romanū clarissimū habet nomē sed  
 officium durissimū. De re. for. li. j. Dial.  
 xcvj. D.  
 Regnum nō est nisi iusta & gloriosa dñatio.  
 Epi. de re. fa. iij. D.  
 Religio optima ac pfecta una ē supra Chri/  
 sti nomen supraq̄ petram firmissimā fun/  
 data. De reme. for. li. j. Dial. xij. A.  
 Religio uera est quæ te deo & deum tibi reli/  
 gat: humilitatem pijs mentibus inserit: in/  
 solentiam extirpat. Ibi. B.  
 Remigius pontifex francoꝝ & regem & gen/  
 tem ad Christi fidem primus conuertit.  
 De uita soli. li. ij. trac. iij. ca. xij. A.  
 Q̄ coelitus misso chrismate francoꝝ regē  
 unxit: unde inungendorū illic regum nata  
 solennitas in sæculum nostrū durat. Ibi.  
 De repulsis. De re. for. li. ij. Dial. xxxvij.  
 Rei multum cōcupitæ difficilis solet esse cu/  
 stodia. De reme. for. li. j. Dial. lxxij. A.

# Principaliū sententiā rū

**Rhe** Rhetorica extra fines suos impiū nō habet.  
 Con. me. li. j. ca. iij. F.  
 Rhetoricæ facultatis officiū hoc est. Ibi. li. ij.  
 Rhetorica nō est serua medicinæ. (ca. j. D.  
 Ibidem li. iij. ca. x. A.  
**Rom** De Romulo primo Romanorū rege ac con-  
 ditore. In Epito. ca. j. A. B.  
 Romulus prius Quirin⁹ dicebat. Con. me.  
 Romuli uersutū atq; sol. (li. iij. ca. iij. B.  
 Iers cōsiliū ad fundandā incolēdāq; nouā  
 urbē. De re. me. li. iij. trac. j. ca. ij.  
 Romulus pastorū adhuc quiddā redolens  
 augur optim⁹ fuisse tradit. Ibi. li. iij. trac.  
 Pudor est cogitare urbē Romā (v. ca. ij. A.  
 omniū urbiū caput auspicio cōditā & flo-  
 rentē præpotētis populi fortunam auib⁹  
 debere maluisse q̄ deo. Ibidem.  
 Nō Romulus Romæ cōditor sed deus cœli  
 cui⁹ unū est imperiū Romanis imperiū si-  
 ne sine dedit. Epi. sine ti. iij. E.  
 Roma caput ē urbiū. De uita soli. li. ij. trac.  
 Roma a qb⁹ cōdita incertū est (j. ca. j. H.  
 sed a qb⁹ habitata notissimū. Epi. sine  
 Romanū impiū ab humili prin (ti. xij. A.  
 cipio ad magnū claritatis & gloriæ statū  
 euasit. De re. me. li. iij. trac. ij. ca. viij.  
 Romanæ urbis opinionem ingens & singu-  
 laris gloriā conflauit. Ibidem. ca. lv. B.  
 Romam nullus in totum diruit sed senect⁹  
 attriuit. De re. for. li. ij. Dial. lxx. A.  
 Romani cum dona accipe cœpissent: regna  
 re diutius nō potuerunt. De re. me. li. iij.  
 Romani mores euersi sūt (trac. ij. ca. xxij.  
 simul cum uictorijs regū ac gentiū irrum-  
 pente urbem auaricia. Ibi. ca. xxij.  
 Romanā uirtutem negocijs ali: segnicieq;  
 marcescere. Ibi. li. iij. trac. j. ca. j.  
 Romanorū uarij triūphi. Epi. de re. fa. xv. I.  
 Et Epi. ad Charolū. G. H. I.  
 Romanæ urbis laudes plurimæ. Ibi. Epi.  
 Romana res plus sub mul⁹ (xx. G. H.  
 toꝝ q̄ sub unius imperio creuit. Ibidem.  
 Romani nō tam aurū ha (Epi. xxxij. A.  
 bere uoluerūt q̄ impare aurū habētibus.  
 Ibi. C. & xcij. B. D.  
 Roma ipsa nō solū libera sed dñā gentium  
 suorū primū ciuiū: post etiā uilissimorū ho-  
 minū serua facta est. De re. for. li. j. Dial.  
 Roman⁹ pp̄s nunq̄ clarior san (xiiij. C.  
 ctiorq; fuit q̄ dū multis ac grauib⁹ bellis  
 occupabat. Ibi. li. ij. Dial. xxxij. B.  
 Romanæ urbis loca memoratu digna. Epi.  
 de re. fa. lxxxviij. B. circa. fi. C. D.  
 Qui hodie magis ignari sunt Romanorū re-  
 rum q̄ Romani ciues: Ibi. E.

Nusq; Roma min⁹ cognoscit q̄ Romæ. Ibi  
 Vtrū expediat orbi terræ Roma (dē. E.  
 nam urbē & Italiā esse unanimes. Epi. si-  
 Vtrū Romanū imperiū (ne ti. iij. p totū.  
 nūc etiā Romæ & penes populū Romanū  
 sit. Ibi. Epi. iij. p totū. Et. v. K.  
 Romanis q̄ iura gentib⁹ tradiderūt ius cō-  
 mune nō eripit. Epi. sine ti. vj. A.  
 Nunq; plus animorū patrib⁹ Romanis fuit  
 q̄ dū Romana paupras diues uirtutū ui-  
 guit. Ibi. O.  
 Nil min⁹ Romanū q̄ timor. Ibidem.  
 Quicqd̄ ipietat⁹ & moꝝ pessimorū sparsim  
 habet orbis terræ: totum Romæ cumula-  
 tim aceruatimq; iuenies. Epi. sine ti. xix.  
 Roma: tibi fuerunt serui dñi (B. C. D.  
 dñorū: seruorū serui nūc tibi sūt dñi. Ibi. E.  
 Romā si Iudas triginta illos argēteos preci-  
 um sanguinis attulerit admitte⁹ & paup-  
 a limine Christ⁹ arcebi⁹. Ibi. K.  
 Oē bonū ibi pdit⁹: sed primū omniū liber-  
 tas: mox ex ordine quies. Ibi. Epi. xx. A.  
 De Roma illud Apocalypsis expōit. Multi-  
 er circūdata purpura & c. Ibi. C. i. fi. D. E.  
 Quidā Romā quasi alterā Babylonē prop̄  
 pportionē impioꝝ & climatū statuerūt.  
 Romualdus in ipso æta (Ibi. Epi. xij. A.  
 tis flore gloriā: uoluptates: opes: patrē &  
 patriā fugiēs totū ad heremiticā uitæ stu-  
